10
7 M
20

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
10 4 M 90

9.-4.

76
A
7

F

10
7 M
20

DIONIS CASSII Nicæi, Romanæ hiſtoriæ libri (tot enim hodie extant) XXV. nimirum à XXXVI ad LXI.

Quibus exponuntur res geſtæ à bello Cretico uſq; ad mortem Claudij Cæſaris, quæ eſt hiſtoria annorum circiter CXX.

Nunc primùm ſumma fide diligentiaq; de Græcis Latini facti, GVILIELMO XYLANDRO Auguſtano interprete.

His acceſſerunt eiuſdem Annotationes, in quib. autoris huius quamplurima aut reſtituuntur corrupta, aut explicantur obſcura loca.

Additum eſt IOANNIS XIPHILINI è Dione Compendium, Guil. Blanco Albienſi interprete: quæ uerſio ab eodem Xylandro diligenter eſt, ubi oportuit, caſtigata.

Iidem libri Dionis ac Xiphilini ſeorſim Græcè quoq; eduntur, accuratè ab eodem emendati.

Adhæc, rerum & uerborum copioſiſſimus INDEX.



Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad decennium.

BASILEAE, APV

107 M20
II

AD NOBILEM ET PRAESTANTISSIMVM VIRVM IOANNEM HENRICVM HERVVARTVM, PATRICIVM AVguſtanum, *Guilielmi Xylandri Auguſtani Præfatio in Dionem à ſe conuerſum.*

QVI lucubrationes ſuas magnis & præſtantib. uiris offerunt, HERVVARTE uir ornatiſsime, in earum nuncupatione duo ferè ſibi propoſita habent, in quibus elaborent. unum, ut ſui in dedicãdo Opere ſtudij officijq́; rationem exponant: alterũ, ut eiuſdem Operis dignitatẽ utilitatemq́; cõmendent. Eſt ubi tertium quoque accedat, cùm lector ad intelligendum aut dextrè cognoſcendum id ſcriptum inſtruitur. Quibus omnibus etſi intelligam me potuiſſe, quantum ad te attinet, ſuperſedere: quippe cùm & conſtent tibi cauſæ, quibus impulſus Dionem noſtrũ tuo nomini inſcribã: & de ſcriptoris eius præſtantia iampridem præclarè iudicaueris, ſisq́; in hiſtoriæ omni genere ſumma cum induſtria fructuq́; uerſatus: multæ tamen, grauesq́; me rationes mouent, ut de ſingulis nonnihil diſſeram. Quarum (neque enim omnes, ſed præcipuas modò adducendas putaui) hæc potiſsima eſt, quòd Reipub. literariæ intereſſe haud parum exiſtimo, ne ea omittam quæ cõmodo eius (niſi fallor) à me dici hoc loco poſſunt. Proxima, quòd partium id mearum eſſe, officiumq́; mihi hoc neceſſariò incumbere perſpiciam. Equidem tantum ponderis habere eas rationes arbitror, tantumq́; tuæ bonitati humanitatiq́; tribuo, ut non dubitem te benignas aures mihi, quanquã de bene notis tibi perceptisq́; rebus uerba facienti, accõmodaturum: idq́ue eo libentius, quo longius ab aſſentatione & uanitate, mea omnis aberit oratio. Neq; uerò uideo, quorſum attineat multis hîc cõmemorare, quàm magnificè ſemper ac optimè de honeſtis literis, bonisq́; autoribus exiſtimaueris, quantum in ijs co-

lendis euoluendisq; ſtudij operæq; poſueris, quàm benignum te literaturæ ſtudioſorum fautorem exhibueris: quando hæc quidem à te nequaquam gloriolæ alicuius conſectandæ, laudis'ue parandæ cupiditate, ſed honeſtiſſimo pulcerrimoque, & quod uerè tantis hominibus dignum ſit inſtituto, præſtita, multi docti ingeniiq; homines & ſciunt, & fatebuntur: atq; hac ipſa noſtri huius Dionis editione teſtatum ſatis ſuperq; eſſe poterit. Non me fallit, eſſe quoſdã ita acerbo, ita iniquo aduerſus omnem uirtutem animo, ut moderatiſsimas etiam quaſuis egregiorum factorum laudes calumnientur, adulationisq; inſimulent: ſed non debet eorum improbitas apud nos pietati noſtræ, officioq; grati animi præualere. Dicam itaq; quod ſentio, imò potius quod omnes boni probabunt. Eorũ qui in profliganda barbarie laborant, aut uerius in curando, ne pridem eiecta, poſtliminio (id enim minatur, habetq; ſibi multos, qui plurimũ poſsint, ſuccenturiatos) redeat, duo genera eſſe animaduerto: unum eruditorum ac laborioſorum hominum, qui docẽdo ſcribendoq; honeſtas artes & liberalia ſtudia defendant, ac fines Reipub. literariæ proferant: alterum nobilium, magnorum, ac uirtute præditorum uirorum, qui literas bonas & earum cultores excitẽt, protegant, foueant, augeant. Vtri horum melius de genere humano (quod ſine ſtudio ſapiẽtię quid eſt obſecro?) mereantur, dictu nõ facile eſt, habetq; nonnihil controuerſiæ. Illud in promptu eſt, neutrum ſine altero ualere, ac proinde iuxtà gratiam utriſq; habendam. Et tamen uiri in aliquo fortunæ faſtigio, in aliqua potentia aut rerum arduarum adminiſtratione collocati, grauibus plerunq; curis diſtinentur, magnis occupationibus inuoluuntur, ut uenia quandoq; non indigni uideantur, ſi ea negligunt, quæ uulgò iam deſpectui habentur. adde, gloriæ quoq; & memoriæ nomini ſuo conciliandæ alias neſcio quàm conſentaneas rationes ferè in uſu nunc eſſe. quo magis (ut mea fert ſententia) eorum in doctrinam et

doctos beneficia ac ſtudia admirationẽ,imitationem,laudem deniq; & prędicationẽ merentur, quàm meæ conditionis hominũ,quorum honeſtos conatus in hoc genere, anguſtia uitæ ſuſtentandæ,& paupertas quaſi inſtigat. Tu itaq;, Patrone optime, cùm me in familia tua aliquandiu cõmodè & liberaliter habitũ,autoritate, hortatu, officijs inſuper & beneficijs eò adduxeris,ut optimũ Rom.hiſtoriæ conditorẽ Dionem Caſsiũ de Græco latinũ facerem: quantam ea re ab omnib.non hiſtoriarũ modò,ſed totius philoſophiæ ſtudioſis gratiam inieris,ex his quæ breuiter attuli, omnes intelligent, & ſe plurimũ tibi debere grato animo agnoſcent. Quid poſsit prodeſſe Reipub.literariæ noſtra hęc Dionis editio,mox oſtendam:nunc id addam, quod rem cauſamq; cõtinet. Si qui glorię,decoriſq; ſibi parandi cauſa,ac quo nomen ſuũ immortalitati adſererẽt, liberalia ſtudia ſibi fouenda ac ornanda ducant: equidẽ eos non improbauerim,et quidẽ laudandos exiſtimem,quòd & poſteritatis iudicia ad ſe pertinere intelligãt,& ea re famam quęrant,quæ ſola omniũ uerè temporis omnẽ iniuriam ita effugit,ut ab eo uires etiam incremẽtaq; accipiat. Enimuerò, qui nullo alio niſi honeſtatis ipſius ductu, id quod ſcio tibi conſilium fuiſſe,idem agunt: maiori adhuc laude eos dignos eſſe perſpicuum eſt. Nam quod eſt apud Ariſtotelem,uoluptatẽ non finem,ſed omnino tamen comitem eſſe perpetuam honeſtarũ actionum: idem hac in re de gloria dici appoſitiſsimè poteſt: non tam gloriæ cauſa bonas literas magnis uiris defendendas prouehẽdaſq;, quàm ſciendum, nõ poſſe eos gloriã, etiam ſi uel maximè uelint,effugere. Sed hæc ſatis apud te: in hoc tantũ mihi diſputata,ut ſi qui hæc legẽt pręſtantes uiri,quib.facultas eſt tutandi philoſophica ſtudia,& miſerorũ, non tamen ineptorũ,pulcros conatus promouendi,cogitent, nõ defuturam gratitudinẽ:id quod tu quidẽ hactenus in me præſtitiſti,et fore eundẽ in me tuũ deinceps quoq; animũ ſpero.

Venio nunc ad Dionem, de quo ſi paulo fuſius loquar,

& conuenienter meo muneri, & neq; tibi, neq; lectoribus alijs ingratam rem facturũ me cenſeo. Primùm Suidæ de eo uerba ponam, latinè quidem: Dio (inquit) Caſsius, cognomẽto Cocceius, aut, ut alijs placet, Cocceianus, patria Nicæus, profeſsione hiſtoricus; uixit tempore Alexandri, qui fuit filius Mamææ. Romanã hiſtoriam libris LXXX compoſuit, qui in Decades ſunt diuiſi. Pręterea hiſtoriam Perſicam & Geticã, item Itineraria, res geſtas Traiani, uitã Arriani philoſophi. Hæc Suidas. Quod ad nomina attinet, Dionem Caſsiũ Nicęum uocauit Merula, cùm uerteret de Xiphilino Neruam, Traianũ & Adrianũ, Dioniq; tamen inſcriberet, haud ſcio ſanè quo uſus exẽplari. Iſacius Tzetzes in Lycophronẽ, Dionẽ cognomine Cocceiani allegat. Cæterũ Nicæa, Dionis patria, Bithyniæ urbs eſt clariſsima: & ipſe Dio Bithynũ ſe fuiſſe nõ diſsimulat, in uita Adriani Imp. Nicæam uerò patriã ſuam in Seuero apertè nominat, itẽq; in Alexandro. Is porrò Alexander Mamæę filius, imperiũ Rom. occepit anno ab V.C.975, ut Chronologorũ ferunt rationes. De opere hiſtorico (reliqua enim eius non attigerunt noſtrũ ſæculum) dicam pòſt: nunc ſi quid apud ipſum Dionẽ, aut eius abbreuiatorem Io. Xiphilinũ reperio, quod ad uitã autoris explicandam faciat, adducam. Qua in re non minorẽ autoritatem habere Xiphilini teſtimoniũ debet, quàm ipſius autoris: cùm conſtet, ipſis planè uerbis, ut erant à Dione ſcripta, Xiphilinũ eius Epitomẽ ſcripſiſſe, reſecatis ijs quæ prolixius tractata, aut minus neceſſaria iudicaret. Vnde fit, ut cũ in ea Epitoma autor de ſe loquif, de Dione accipiendũ id ſit, non Xiphilino, niſi cùm hoc expreſsè addidit. Apronianus Dionis pater fuit, uir conſularis, quem & Conſulẽ fuiſſe ſub Cõmodi imperio, annaliũ indices teſtantur: & Ciliciæ eundem præfuiſſe, ex uerbis Xiphilini, in Adriani & Cõmodi uitis liquet. Ipſe Dio patre non inferior manſit, ſiquidem bis Conſul fuit: quod ipſe de ſe teſtatur in uita Alexandri, filij Mamææ, cùm ſe iterũ Cos. cum eo ſcribit fuiſſe: ſicut &

præturæ

prætturæ ſuæ in Didio Iuliano mentionem facit, idemq́; præfuiſſe ſe prouincijs Africæ, Dalmatiæ, Pannoniæq́; ſuperiori, libro XLIX teſtatum fecit, & in Alexandri uita. Quamobrē dubiū eſſe non poteſt, quin tantus uir, & tantoperè in repub. domi foriſq; uerſatus, idq́; non breui tempore, ſummam & cognitionē hiſtoriæ Rom. habuerit, & delectū ac iudicium, inq́; cōmentando prudentiā. Vt autē conderet hiſtoriam Romanā, qua ratione impulſus fuerit, eius proprijs uerbis de uita Cōmodi huc aſſumptis patefaciam: Edideram (inquit Dio) librum de inſomnijs & prodigijs, quorum cauſa Seuerus Imperium ſibi ſperabat: quem is à me ſibi miſſum cùm legiſſet, prolixè mihi & amicè reſcripſit. His ego literis ſub ueſperam acceptis, cùm inde me quieti dediſſem, Dea quędam in ſomnis iuſsit ut hiſtoriam ſcriberē: qua hortatione adductus, ea quę nunc tractantur (loquitur de uita Commodi) compoſui. Hæc cùm alijs, tum ipſi Seuero ubi perplacuerant, ibi tum reliquas etiam Romanorū res ut conſcriberem, in animum induxi: neq; hanc ſolam partē ſeorſim relinquerē, ſed in præſens opus includerē: quo uidelicet uno Opere deſcriptam ab initio uſq; ad id tempus, quod Fortuna deſtinauerit nobis, uniuerſam hiſtoriam Rom. poſteritati tranſmitterem. Atq; iſtam ego diuā, quæ me ad hanc cōmentationem timidè & trepidè accedentem confirmauit, defatigatumq́; & iam animū deſpondentē refocillauit per inſomnia, ſpemq́; mihi bonā fecit fore, ut uenturū tempus meā hiſtoriam ſuperſtitem paterer, neq; obſcuraret: uitæ meæ procuratricē mihi datam exiſtimo, ideoq́; eam colo. Proinde omnes Romanorū res geſtas ab Vrbe condita uſq; ad exitū Seueri, decennio toto collegi, aliosq́; duodecim annos dum ea ſtylo perſequerer, conſumpſi: reliqua ita uti ſucceſſerint, conſcribent. Hactenus Dionis uerba è Xiphilino: à me tranſlata eo libentius, quòd alios eorū ſenſum non aſſecutos animaduerteram. Aliud quoq; inſomniū, quo ad ſcribendū incitatus ſit, in fine Caracalli ponitur.

 Neq;

Neq; mihi animus eſt nunc de ſomnijs,& eorũ ui: neq; de genijs,quos illi homines putauerunt,diſputare: & tamen ueriſimile eſt,magno & præſtãti ingenio ac doctrina prędiditos uiros, agitatione mentis minus tumultibus aliarum cogitationum ſenſuumq; perturbatæ nõnunquam ad aliquam certam rem impelli,quæ illis dæmonia fuerint.Scitumq; eſt illud Aeſchyli,quod exprimã, ſi poſſum, latinè:

Eumenid. *Mens dormiens acutius multo uidet,*
Eadem futuri improuida eſt interdiu.

Idem Dio teſtatur,omnia ſe ea quę à Cõmodi imperij initio uſq; ad finem ſui Operis ſcripſerit,non ab alijs accepta, ſed ſibijpſi, cùm intereſſet omnibus, cognita, memoriæ mandaſſe. Sub Alexandro,cũ eſſet ipſe Cos. II,in Bithyniã reuerſus eſt, ut ſecurus tumultuum in ocio apud patriam uitæ reliquũ exigeret,morbo inſuper eum ſtimulante, ut ſcribendi finẽ faceret: quod uidere eſt in Alexandri uita. Aliàs cùm in Italia eſſet,Capuæ præſertim uixit,ocij itidẽ cauſa,quo cõmodius ſcribere poſſet: teſtis ipſe in Seuero. Sed de uita Dionis hęc ſufficiãt.Dicamus de Opere,quod ſanè laudare ac cõmendare ſicuti meretur,neque poſsim, neq; uelim: quia lectori ipſum ſeſe ſatis probabit. Dicendum tamẽ eſt nõnihil. Scripſit Dio Rom. hiſtoriæ libros, ut teſtatur Suidas,octoginta,ſeu octo Decades. Inchoaſſe eum id negociũ ab origine Vrbis,ex iam antè dictis liquet. Neq; ab re fuerit, adducere uerba, quæ in præfatiuncula græca Appiani Alex. operib. præfixa,neſcio cuius autoris, extant & in impreſſo codice, & in manuſcripto ampliſsimæ reip. Auguſtanæ,hoc ſenſu: Multi ſunt alij quoq;, qui res Romanas literis tradiderint,inter quos eſt etiam Dio. Hic antiquiora paucis perſtringens,poſteriora,eaq; præcipuè,quæ acta ſunt, poſtquã ad Cæſares monarchia deuenit,uſq; ad Alexandrũ,Mameę filium(ibi enim hiſtoriam ſuam clauſit) fuſius enarrauit. Et paulo pòſt ait,antiquitatis Romanæ notitiã à Dionyſio Halycarnaſſ. petendam, Cæſarum acta à Dione noſtro, ſingularũ prouinciarum

res

res ab Appiano. Atqui ad nos ne tertia quidē Operis pars integra peruenit. priores enim uolumine XXXVI libros omnes deſideramus, (niſi quod exiguū libri XXXV fragmentū habemus) & poſteriores item LX omnes: hoc eſt, XXV tantū libros nacti ſumus: (& eos quidem miſerrimè corruptos, quatuor ultimos ita decurtatos & interpolatos, ut in editione Pariſienſi pro duobus proponant: qua de re in Annotationibus noſtris ad librū LVII ueritatem demonſtrauimus) in quibus hiſtoria cōtinetur ab anno V.C. 686. & bello Cretico, uſq; ad mortem Claudij Cæſaris, annū V.C. (quod nos ſuo loco oſtendimus) 806, nempe annorū ſeries CXXI. Porrò Ioannes Xiphilinus, de cuius in Dionem epitoma ſuprà memorauimus, cùm uixerit annos circiter 500. (ſiquidē ipſe in Auguſto teſtis eſt, ſe ſub Michaele filio Conſtantini Ducæ, Imperatore Conſtantinopolitano ſcripſiſſe) tamen ne ipſe quidem libros Dionis XXXIIII primos habuit. Initiū enim ſumit à Conſulatu Q. Hortēſij, qui competit in annum Romæ 685. ut uideatur librum Dionis XXXV aut totū, aut maiorem quàm nos eius partem habuiſſe. Reliquos exinde libros omnes uſq; ad finē Operis eum habuiſſe conſtat, niſi quòd uitam Antonini Pij intercidiſſe queritur. His rationibus adducor, ut uitas Imperatorū, qui poſt Claudium rerum ſunt potiti, à Dione ſcriptas, aut latitare adhuc alicubi credam, & ab inuidis ſupprimi: quæ eadem multos etiā alios optimos autores captiuitas premit, aut certè nō ita dudū perijſſe. Primos uerò illos XXXIIII libros iamdudū negligi cepiſſe, atq; inde intercidiſſe exiſtimo, quòd ſuperiorum temporū acta Dionyſius Halycarnaſſ. & Appianus Alexandrinus copioſius & ſatis ſplendidè tradidiſſent. Idq; eo magis mihi probatur, quòd ſciā idem Appiano eueniſſe: nam cuius ea quam citaui præfatiuncula eſt, qui Appiani libros, quos habemus, eo ordine in unū corpus cōpegit; is apertè ait, Italicū ob id à ſe omiſſum librū Appiani, quòd Dionyſius omnes iſtas res prolixius expoſuerit:

ſuerit: Italicíq; nomine cōijcio eum intelligere hos libros omnes Appiani, de Regibus, Italicum & Samniticū, quos ſcriptos ab eo cum alijs non extantibus quibuſdam in manuſcripta alia præfatiuncula inueni. Equidem ferunt uulgò impreſſos in Italia Dionis libros XXXVIII, eosq; Latinos. & cùm Auguſta Baſileam proficiſcens, Tigurū diuertiſſem, doctiſsimorum hominū uidendorum gratia, Lælius Socinus, Italus natione, homo apprimè doctus & honeſtus, ea de re candidè et amicè ibi me admonuit. Verùm neq; ego habere unquā certi quicquam potui, quod eorū librorū initium, qui finis, à quo editi aut cōuerſi eſſent. & demiror nō uiſos ab ijs unquā in Germania, quos multos & doctos diligētesq; de hoc percōtatus ſum. fieriq; omnino poteſt, ut Xiphilini aliquid ſit, non Dionis: quādo Merula quoq; (uti retuli) Xiphilini Neruam, Traianū, Adrianum, & conflagrationē Veſuuij montis, de uita Titi ſumptam, Dioni inſcripſit. Ego ſanè opto uel maximè extare tot, quot illi perhibēt, libros Dionis, ſi omnino plures non ſuperſunt: neq; deſpero, quin noſtrū ſtudiū alios ad hunc ſcriptorē eruendum, aut certè ulterius propagandum ſit excitaturum. Nam (ut iam de his qui in meas manus peruenerunt libris, editi à Roberto Steph. uiro de literis optimè merito, Pariſijs anno 1548. potius dicā, quàm fruſtra cōmunem iacturam, quam in eo autore fecimus, deplorem) cur id omnes eruditi conari debeāt, ita uideor poſſe afferre multas cauſas, ut magnoperè mirer, tam diu id omiſſum, intermiſſum'ue ab alijs fuiſſe. Nihil hìc de laudibus hiſtoriæ dicā, quas & multi docti paſsim ſcriptis ſuis celebrauerunt: & res ipſa clamat, non eſſe ullum genus literarum humanæ uitæ utilius ac cōmodius. Romanæ hiſtoriæ quæ ſupra alias dignitatis eminentia, quàm ea & mole rerū ac uarietate, & illuſtribus omnis generis uirtutum uitiorūq; exemplis locuples ſit, conſultò dicere prætereo. Quæ tamen duo tanta ſunt, ut ſi rectè gratias habemus illis immortales, qui alios hiſtoricos in lucem ediderunt,

runt,interpretati ſunt, emendauerunt, illuſtrarunt, certè non erat Dioni noſtro cur eandẽ operam denegandã quiſpiam iudicaret. Certatim & ſuperiorib. & hoc ipſo noſtro feliciſs. tẽpore, à multis eruditione induſtriaq; inſignibus uiris in antiquitatis noticia & tota hiſtoria Romani imperij eruenda, in lucẽ proferẽda, explicandaq; laboratũ eſt, nõ ſine honeſtiſsimi cuiuſq; mortaliũ ſummo applauſu: eorũ nullus ferè eſt, qui nõ Dionis huius auxilio ſe uſum fuiſſe fateatur. Sunt enim in hoc autore multa diligẽtius indicata, explicataq; de legib. & inſtitutis Romanorũ, quæ antiquiores illi ſcriptores aut ſilentio, tanquã nota ſuis hominibus, tranſmiſerũt, aut attigerunt obiter: quæ tamẽ non intellecta, multũ tenebrarũ lectori claſsicorũ autorũ offundant: cognita, mirũ in modum expediant. Huius generis ſunt (ut de plurimis pauca referã) cùm de centuriatorũ comitiorũ ratione, utq; ea ſoluanẽ, de modo recuperandi ſenatoriam dignationẽ, de adoptandi iure, & magiſtratuũ ſingulorum functionibus, de Senatuſcõſulti & autoritatis diſcrimine, docet: cùm leges multas multorũ recenſet, cùm legionum P. R. numerũ concipit, cùm prouinciarũ adminiſtrationẽ diligenter & ſingillatim explicat: cùm eam quę magna adhuc inter doctos de ratione annorũ eſt controuerſia, commodiſsimè, apertè quidem, & ut fidẽ mereatur certè, componit: & permulta alia, de quibus nonnunquã monuimus ſuis in locis. Iam quod ſpectat ad hiſtoriam ipſam per ſe quam tractat, manifeſtũ eſt, eam quæ ſparſim, diuerſis locis, apud diuerſos autores, nullo continuo ordine, interrupta, imperfecta, obſcurè tradita erat, ſumma perſpicuitate & breuitate, optimaq; fide à Dione eſſe compoſitam, & illuſtratam: ut non modò res geſtæ, ſed (quod eſt potiſsimum, & cognitu præcipuè dignum) earum cauſæ, progreſſus, fines, euentusque ob oculos ſint poſiti. Præterea poſſem ſexcenta proferre loca, de Cicerone, Salluſtio, Cæſare, Liuiana Epitome, Floro, Paterculo, Cornelio Tacito, Suetonio, ac de Græcis etiam, Plutarcho, & Appiano, quæ

quę uel obſcura explicari,uel deprauata reſtitui,unius Dionis noſtri auxilio poſsint: ſed neq; id in præſentia fortaſsis cōueniens ſit, & ſpecimen aliquod in annotationib. tamē noſtris exhibuimus. At bellū cōtra Antoniū Cæſaris Octauiani,pugnā Actiacam,ac deniq; totū Auguſti principatū, cladem Varianā,& multa alia quàm exquiſitè noſter,& diligenter? in quib.reliqui nos quaſi deſtituerant. Equidē quę ab alijs,Latinis prę ſertim deſumpſit, ob ea potiſsimū teren dus eſt manibus ſtudioſorū. non in hoc tantū, quòd quaſi Epitomen eorū quæ illi fuſius tractaſſent,ſcripſit, eaq; collatio autorū inter ſe mirificè prodeſt ad rei ueritatē percipiendam, memoriæq; infigendam: ſed quòd ita & Græca quomodo Latinè ſint exprimenda,diſci poteſt: & rurſum ipſa Latina,quæ obſcuritatis aliquid habēt,lucē accipiunt. atq; hanc quidē eſſe optimā ac tutiſsimā,addo etiam facilimam & iucundiſſ. diſcendi utriuſque ſermonis uiam, ſatis conſtat. Genus dicendi Dio tenuit certè non incultum, (ſi quid ego iudico) nec inelegans,ſed quale omnino eius temporis ſcriptorib.in uſu fuit,ſatis quidem aptū materiæ quā tractabat. Sententijs grauibus, ijsq; aptè & in loco poſitis, ac quæ ſcopū eius quod narratur oſtenderent,pulcrè exornauit hiſtoriā. In orationibus quoq; id mihi uidetur obſeruaſſe,ut & eorū qui dicerēt mores affectusq; egregiè repręſentaret,& eas prudentib.& ad uitam inſtituendā accommodatis apophthegmatis condiret: profectò quædā ex ijs orationib. meruerūt apud doctos tantū, ut ſeorſim quoq; iam antè in latinū ſermonē traductæ ederent. Sed de Dione quoq; abundè uerborū. Nam etſi haud ſum neſcius,ſugillari eum à quibuſdā,ut dum Xiphilinus prodigiorū tam curioſam enumerationē inuadit,& quandam de Arnuphi Mago in M.Antonino narrationē, alij ob Ciceronē ſuum ab eo leuitatis,& in ferēdis aduerſis rebus imbecillitatis no tatū inceſſūt: tamē defenſionis noſtræ cùm nihil opus habeat,inanem operā ſumendam mihi nō duxi: quippe & Xiphilino quod poſsit reſponderi, omnes æqui in promptu habent,

habét: & Cicero quis fuerit, ex eius ipſius ſcriptis, ſi alia teſtimonia deſint, nemini eſſe obſcurũ poteſt. Proinde cōſequens eſt, ut de meo quoq;, quem in hanc Dionis editionē contuli, labore nōnihil dicā. Neq; exiſtimo mihi hoc loco multis uerbis ueniā petendā uel audaciæ meæ, quòd iuuenis etiamnũ, ingenio mediocri, eruditione perexigua, rerũ uſu minimo inſtructus, neq; antè in huiuſmodi negocio uerſatus, in hanc arenā deſcenderim: uel, ſi quid in uertendo hallucinatus fuerim, erroris: cùm certus ſim, apud omnes ęquos et modeſtos homines laudē me potius et gratiā, quàm uituperiũ & odium inuenturũ: iniqui aũt nihil moror quin morem ſuũ ſeruent, quos ſcio nulla oratione, nullis precib. demulceri flecti'ue poſſe. Ego cùm ab ineunte ætate bonas literas flagranti amore eſſem perſecutus, earumq́; cauſa aduerſiſsima & acerbiſs. queq; perpeſſus, ſemper plurimũ ſolatij ac recreationis ab his ſtudijs cùm petiuiſſem, profeciſſemq́;, ut pro mearũ rerũ conditione, nonnihil: equidē putaui primo quoq; tempore deberi à me aliquos Reip. literariæ fructus. Quod ad meum propoſitum cùm tua, Patrone optime, autoritas acceſsiſſet, tuq́; honorificum id de me iudiciũ feciſſes, poſſe te uti mea opera in gratificando hiſtoriæ Rom. ſtudioſis, edēdoq́; latinè Dione: nolui meherclè neq; tuæ neq; meæ uoluntati deeſſe. Eoq́; libētius hoc in humeros meos onus ſuſcepi, quòd cũ uiderē (nihil enim aliud cognoui) tam utilem ac iucundũ autorē, toto iam ex quo editus eſt Pariſijs octennio, negligi & præteriri ab alijs, poſſe nōnihil etiā exiſtimationis ac nominis eo me labore mihi parare cenſebam: nec id ambitione ductus, à qua abſum lōgiſsimè: ſed quòd rerũ, ſeu uerius miſeriarum mearum rationes id maximè requirunt. Tranſtuli igitur, dum tecũ eſſem, Dionis hoc opus, ſiue reliquias potius, quanta potuit à me fieri fide, diligētiaq́; maxima. Quæ mea interpretatio, ſi cui aliquando non ſatisfaciet, (ut neq; ipſe mihi ubiq; ſatisfeci) is cũ animo ſuo reputet, in tam difficili negocio, quàm procliue fuerit mihi uel

errare,uel hallucinari. Omitto ingenij imbecillitatē, ętatis
imprudentiā, exercitationis defectū, temporis quoq; (nam
totus hic labor nobis, quod noſti, intra ſeptimū menſem
deſudatus eſt, utcunq; aliunde etiā impeditis) anguſtiā: ex
bonis Græcis bonos Latinos libros facere, quantæ ſit diffi
cultatis, ſciūt qui ſunt experti. Nam etſi quis ſenſum auto-
ris, quem ſibi interpretandū ſumpſit, optimè animo cōce
perit: tamen eum bene, latinè, aptè, diſerteq; efferre, nō eſt
nullius artis. Curaui quidē, quantū in me eſſe potuit, ut la-
tinè Dionem & cōmodè tranſcriberē: ſed ut maximè ſty-
lo quis in ſuis cogitationibus exprimēdis ualeat, (id quod
mihi non arrogo) tamē perſequi alterius, & eius Gręco ſer
mone loquentis, ueſtigia: hoc uerò eſt quod rem facit diffi
ciliorē, pręſertim inexercitatis. Verùm acceſsit ad hęc om
nia longè maius incōmodum: quòd unico exemplari Pari
ſienſi, eoq; (quod ingenuè fatetur Rob. Stephanus, qui id
excudit) infinitis locis deprauato, mutiloque, uti coactus
ſum. Nam ſi aliud quodcunq; conferre licuiſſet, non dubi
to, quin in quibuſdā locis cōmodiùs me extricaſſem: adeò
nullus eſt ita malus liber, qui non aliqua parte iuuet. Do-
ctiſsimus uir Nicol. Leonicenus Italicè iampridem edidit
Dionē, uidi etiam Gallicè redditū: ſed mihi cùm harū lin-
guarum cognitionē fortuna mea negauerit, neſciò an po-
tuiſſem aliàs, certè adiuuari inde nihil potui. Feci tamē
quod potui, conſectatus ſum omnia quàm diligentiſsimè,
cōtuli multa multorū autorū loca. Quid effecerim, anno-
tationes à nobis additę teſtabunt, in quib. modeſtè & inge
nuè infinita loca emendo, multa explico: demonſtrat etiā
gręcū Dionis exemplū, quod ſimul editur, plurimo quàm
antè correctius. Roberti Steph. hac eadē in re conatū ue-
hemēter laudo: uerùm meam induſtriā, qua multo plura
ac grauiora correxi, ſciò omnib. probatam fore. Omninò
hoc poſſum affirmare, optimè eſſe me de Dione meritū:
cuius ſplendorem orationis, ſi (quod fateor) non æquaui,
tamen fidem diligentiamq; noſtram nemo bonus impro

 babit:

babit: præſertim ſi intellexerit, mea hac opera tuæ laudatiſsimæ uoluntati ſatisfactum, ſtudiumq; mei fouendi & ornandi tuum inde auctum eſſe. Quod ut faceres, etiam atq; etiam te orarem, niſi perſpectum haberem animum in me tuum: ſciremque eam eſſe tuam humanitatem, ut certò me mihi hoc de te promittere, non petendo demũ in dubium uocare uelis. Accipe itaque, Patrone humaniſsime, Dionem tuum (uerè enim tuus eſt, quem & ego tibi debeo, & omnes ſtudioſi bonarum literarum acceptum tibi referent) ſolita bonitate, & ſereno uultu: eumque inter Latinos iam nunc etiam hiſtoricos, quod diu expectabas, repone. quem ubi leges, uideborque tibi aliquid præſtitiſſe, quod tui nominis patrocinio dignum ſit, pro certo habe, me hunc præcipuum uigiliarum fructum putaturum. Moram huius editionis, quia ad ſuperiores nundinas cõmodè in lucem exire non potuit, non pœnitendo auctario compenſaſſe uideor. Addidi enim Ioannis Xiphilini compendium: quod iam antè cùm eſſet Latinè factum, & me graues neceſſariæque occupationes, ne de nouo conuerterem prohiberent, emendaui tamen diligenter & Græcum, qui ſimul etiã editur, codicem, & ipſam interpretationem, ſicubi (ut erat innumeris in locis) opus fuit. Non uoluiſſe me in alieno opere ingenioſum eſſe, fatebuntur omnes, qui uerè iudicare poſſunt, ac uolunt: ſuperſediſſem enim hac moleſtia, niſi uidiſſem eſſe mearum, ut hoc agerem, partium. Caſtigaui multa, locupletaui annotationes, rationem emendationis Xiphilinianæ breuiter indicaui: indicem copioſiſsimum, & in quo deſiderari poſsit nihil, congeſsi. Multa errata, ſi non potui (& poſſe quenquam uix credo) omnia, inter relegendum ſuſtuli atque caui: ipſeque ſingulas paginas, antequam prælo ſubijcerentur, inſpexi & emendaui: omnia ingentibus & temporis & laborum ac moleſtiarum impendijs mihi conſtiterunt. Quicquid eſt, id omne laudatiſsimo tuo nomini, IOANNES HENRICE HERVVARTE, uir præſtantiſsime,

offero, dedico, conſecroque: & precor, ut id meo nomine ita gratum, acceptum'que habeas, quemadmodum tuo potiſsimum, ac meo etiam nonnihil nomine hanc meam lucubrationem omnibus candidis lectoribus placituram confido. Vale. Baſileæ, Calendis Nouemb. Anno à partu Virginis,

M. D. LVII.

[redacted] AVGVSTANI in Dionem ſuum Elegia.

Fortè tibi nimium calidus iuuenilibus annis,
Et ſtimulis actus præpetis ingenij,
Subductiſq; parum uidear rationibus audax,
Tantum onus hoc humeris impoſuiſſe meis:
Quiſquis ades nobis ſincero pectore Lector,
(Nam te nil ſanè liuida turba moror.)
Ne me non dicta damnaueris optime cauſa:
Forſitan, hæc poſtquam legeris, æquus eris.
Non me quærendi ſtimulauit nominis ardor,
Scribere nec iuſsit me leuis ambitio.
Scilicet, ut quinto curarem talia luſtro?
Cum noſtra famæ conditione nihil.
Cœperat à decimo iam me bis ſeptimus annus,
De uitæ ſubijt cùm mihi cura ſtatu.
Quid facerem? totum digna atq; indigna per æuum
Pertuleram, Muſas dum ſequor uſq; bonas.
Vnica ſpes animum, & iam delibata uoluptas
Firmauit nobis hactenus ancipitem.
Firmat adhuc eadem: neq; enim finiſſe labores,
Hærere in medijs ſentio meq; malis.
Aduerſi infelix comes imprudentia fati,
Eheu quot nobis triſtia damna dedit.
Certè equidem nimium uelocem ſenſimus Atem,
Sed nimium tardas conqueror eſſe Litas.
In caput hoc ſæua Fors debacchata procella,
Iræ uel tandem pone proterua modum.
Si nihil, at ſaltem mea te patientia flectat,
Non ſtudia hæc ullis artibus excuties:
Non, ſi me maneat maiorum turba malorum:
Sola poteſt auſus mors abolere meos.

Quò

Quò feror, abductus rapidiſq; affectibus erro?
Ipſe cicatrices quid refricóue meas?
Viuendum fuit, & ſtudia inter honeſta beatæ
Encyclopædiæ uita ferenda fuit.
Hanc ego conſector, nec acerba & dura recuſo
Quælibet, hanc propter triſtia quæq; tuli.
Vt uiuam, ſortē quoniam hanc mihi fata dederunt,
Fortunæ reparo damna labore meæ.
Non idem eſt animus, non illa audacia nobis,
Quæ quondam ſeptem meſſibus antè fuit.
Tum mihi nobilium præclara exempla uirorum,
Doctrina æternum qui meruere decus,
Spectanti, & calido repetenti plurima corde,
Aemulus ornandi nominis ardor erat.
Qualia Miltiadis uirtute parata trophæa
Cecropio ſomnos eripuere duci:
Talia feruentem teneris iuuenilibus annis
Magnorum urebant me monumenta uirûm.
Hos inter quondam cupiebam poſſe referri,
Atq; apicem latè tollere conſpicuum:
Vt patriæ decori, chariſq; parentibus eſſem,
Et quos fida mihi iunxit amicitia.
Hoc imprudenter, ſed & infeliciter auſum,
Succeſſus miſerum deſtituere bonus.
Non accepta pigro refero mea damna ueterno:
Nimirum melius conſcius ipſe mihi.
Non hebetis fecere moras incommoda mentis:
Non ita me modici pœnitet ingenij.
Te mala pauperies, pulcriſq; grauiſſima ceptis,
Conatu indignor plus potuiſſe meo.
Et te, quam ſenſi nunquam Fortuna ſecundam,
In me conſtantem conqueror eſſe nimis.
Reddita & erratu ſua ſunt incommoda noſtris,
Diffiteor culpam nec miſer ipſe meam.
Vtcunq; excidimus præclaris protinus auſis:
Iam quærant, quibus hoc fata dedére, decus.
Et mea cùm Fortuna ſolo me afflixerit, atq;
Abiectum cogat ſerpere præter humum:
Aſt aliquò produſſe tenus tamen, & ferar imum
Contentus propria ſorte tenere locum.
Non ita me duri fregit uiolentia fati,
Vt rear hac peius conditione nihil.

Ergò, diuinis quantumuis æger inhærens
Artibus, & ſtudijs deditus ingenuis:
Ut tolerare queam uictum, & ſuſtenter honeſte,
Non aſpernandi fruge laboris alor.
Quæ uerò mudia eſt, his me nunc artibus uti,
Quas tam magna mihi diſcere cura fuit?
Quas propter tantos toleraui ſæpè labores,
Contentis totis uiribus ingenij.
Quinetiam à nobis aliquos Reſpublica fructus
Sperat, & ipſa ſuo patria iure petit.
Non mihi nunc alios incumbit cura docendi:
Forſitan hoc aliquo tempore munus erit.
Tempus erit, ſpero, cùm noſtræ ſcripta Mineruæ
Cum fructu ſtudijs dedita turba leget.
Interea fidi uice nos interpretis uti,
Et tractare meæ res aliena iubent.
Nec mihi cauſa fuit noſtri reddenda negocij:
Nec monſtranda, patens omnibus, utilitas.
Iampridem terras innotuit illa per omnes,
Nec uiſa eſt quicquam uocis egere meæ.
At graue, nec facile eſt, transſcribere Græca Latinis:
Et non nullius, nec leuis artis opus.
Té ne oneri credis iuuenem ſatis eſſe ferendo,
Quod magnis humeros preſſerat antè uiris?
Parce precor. neq; enim, niſi quæ ſint ardua nobis,
Et non à quouis perficienda, placent.
An' ne aliquid uigili ſit inexuperabile curæ?
An graue non uincat ſedulus omne labor?
Nec mea cum ſcriptis magnorum ſcripta uirorum
Componi ſanus, lector amice, uelim.
Quod fieri ſtudio, cura, aſsiduoq; labore,
Sollicita fieri quod potuitq; fide:
Temporis anguſti ſpacium quod pertulit, & quod
Hac fieri potuit conditione mea:
Fecimus. huc animum quicunq; aduerteris æquum,
Iam uenia uel te iudice dignus ero.
Si (quod procliue eſt homini, mihi deniq;) quicquam
Conuerſum rectè ſenſeris eſſe minus,
Ignoſce, ut cenſorq; emenda candidus, oro:
Aut me ſincero pectore, quæſo, mone.
Conatumq; humilis non aſpernare [redacted]:
Idem, ſi uiuet, mox meliora dabit.

Quiſquis

Quiſquis eris, rerum miſerere mearum,
Et quacunq; potes me ratione iuua:
Ac ſi nil aliud poßis conferre, precare
Adſpiret ſtudijs lenis ut aura meis.
I liber, atq; ægri ſpes conſolare [redacted]
Teq; bonis, æquis iudicibusq; proba.
Te domini fortuna tui defendet ab atris:
Intactum his aliquid ſi tamen eſſe poteſt.

IOANNES ŎPORINVS [redacted]

[redacted] ſuo.

Hactenus optatus crebro, uotisq; petitus,
Exit Romanus nunc, G V I L I E L M E, *Dio:*
Quæſitoq; diu latitans interprete fruſtra,
Nunc opera loquitur uerba Latina tua.
Acceptum nobis feret hoc Reſpublica donum,
Doctorumq; fauor publicus excipiet.
Ipſe quidem lætor: ſed adeſt iuſtißima certè,
Cur magis hoc faciam nomine, cauſa, tuo.
Non ad te nullo delata hæc gloria fato eſt,
Non hæc fortuitis caſibus eueniunt.
Nec quamuis toties iam ſpe deluſus inani,
Herbam mordaci porrige triſticiæ.
Quis ſcit, an aerias tandem concuſſerit alas,
Te deſerturos ſuſtuleritq; pedes:
Quæ te tam uarijs indignè caſibus actum,
Vexabat miris Fors inimica modis?
Fortè Litæ, quas te cunctari ſæpè querentem
Audio, iam tardos corripuere gradus.
Nunc tua per totum uirtus uulgabitur orbem,
Præſentemq; tibi fama parabit opem.
Non deerunt qui te, tua pulcraq; cepta iuuare,
Auxilium ſtudijs ferre uelintq; tuis.
Scilicet incertæ multi ſpe frugis alantur?
Tu Mæcenatis ſolus egenus eris?
Tu? qui iampridem de te ſpem uiceris omnem,
Atq; inter doctos iam numerere uiros.
Tolle animum, neq; ſic forti ſuccumbe priori,
Promitte hæc paſſo iam meliora tibi.
Nec quia propoſitum fueris mutare coactus,
Te crede indignum conditione tua.

[redacted] Ut

Vt ſtudijs iſta communibus utilis eſſes,
(Crede mihi) fecit te, ratione, DEVS.
Perge bonus Græcos libros efferre Latinis,
Et lucem ſcriptis addere perge bonus.
Hoc potes, & firmat te iam matura iuuentus:
Hoc tibi cum fama commoda certa feret.
Et qui præ manibus tibi nunc PLVTARCHVS habetur,
Fortè ſui fructum nominis ille dabit.
Cætera curabunt, quibus eſt tutela bonorum
Cordi, qui doctos, ingenuosq́ fouent.
Certabuntq́ boni de te, GVILIELME, iuuando,
Et dignum ponent in meliore ſtatu.

FINIS.

10-7 M-20

FRAGMENTVM LIBRI XXXV. ROMANAE HISTORIAE DIONIS,

[redacted] Auguſtano interprete.

* * *

& quia fortuna in utranq; partem ualida uſus erat, cõceſsit. Cum enim
ſepęnumero uictus fuiſſet, ſępe etiam ipſe uiciſſet, non modò non fractus,
uerùm etiã rei militaris peritior euaſiſſe exiſtimabatur. Itaq; tanquam tum
primùm bellum gerere inciperent, ſeſe parauerunt, miſsis ad uicinos lega-
tis, Arſacenq; in primis Parthum, cum quo de regione quadam controuer-
ſia iam antè ipſis erat, qua tum ei cedentes, Romanos apud eum traduxe-
re, eos ſi uictoriam obtinuiſſent cõtra ſe ab alijs deſtitutos, in ipſum quoq;
arma ſtatim uerſuros, dicentes: Ita enim ferre naturam, ut omnis uictor in-
exatiabili rerum ſecundarũ deſiderio efferatur, neq; finem ullum cupidita-
ti ſtatuat: atq; Romanos quidem, qui iam multis mortalibus imperarent,
ab ipſo ſibi no temperaturos. Hæc tum Armenij agebant. Lucullus interea
Tigranem non inſequebatur, ſed ei euadendi omnino ocium concedebat,
unde non ab alijs tantùm, ſed à ſuis quoq; ciuibus reprehenſus eſt, q; debel-
lare noluiſſet, quò diutius cum imperio eſſet. Itaq; tum Romani imperium
in Aſia prætoribus aſsignauerunt: atq; deinde cum iterum eodem modo ſe
geſsiſſe Lucullum cenſerent, Conſulem iſtius anni, ſucceſſorem ei miſerũt.
Cæterùm Tigranocerta urbẽ Lucullus cæpit. Eam inhabitabant peregrini
quidam, quorum pars maior Cilices erant, ab Armenijs olim adſciti: hi or-
ta inter ipſos & Armenios ſeditione, Romanos noctu in oppidum intro-
duxerunt: omnibus præter ea quæ Cilicum erant, direptis, multas opti-
matum coniuges captas Lucullus ab omni iniuria cuſtodiuit: eo facto ma-
ritos earum ſibi coniunxit, regemq; Commagenæ regionis (hoc nomen
eſt Syriæ ad Euphratem fluuium & Taurum montem ſitæ) Antiochũ: præ-
terea regulum quendam Arabię, Alchaudonium nomine, aliosq; nonnul-
los per legatos ſecum paciſcẽtes in fidem recepit. Per hos certior factus de
legationibus Tigranis ac Mithridatis ad Arſacem miſsis, ipſe quoq; non-
nullos ex ſocijs ad eundem ablegauit, minas ei, ſi illos auxilio iuuare, pro-
miſsiones autem, ſi Romanorum rebus ſtudere ſtatuiſſet, proponẽtes. Ar-
ſaces, quòd eo tempore Tigrani etiamnum iraſcebatur, nullamq; de Roma-
nis adhuc ſiniſtram opinionem animo cõceperat, miſsis ad Lucullum ſuis
etiam legatis, amicitiã cum eo ſocietatemq; cõiunxit. Verùm poſtea tem-
poris cum Secilius ad eum ueniret, ſuſpicatus hominem bello clarum nõn
tam pacti nuper initi cauſa, quàm ut regionem copiasq; ſuas exploraret,
miſſum, Romanis auxilia nulla ſuppeditauit: ita tamen, ut ne contra illos
quicquam etiam moliretur, ſed in medio ſeſe partium contineret, quòd (ut
ueri haud abſimile eſt) neutrorum potentiam augeri uolebat: ſed ſi bellum
utrinq; æquis uiribus gereretur, ſummæ ſibi id ſecuritati futurum arbitraba-
tur. Hæc eo anno Lucullus egit, multis Armeniæ partibus ſibi adiunctis.

Victoria
“ “

Lucullus Tigranocerta capit.

Antiochus Cõmagene rex.

Alchaudonius

Luculli ad Arſacem Parthorum regem legatio.

Secilius.

Arſaces neque Romanis, neq; Mithridati opem fert.

Inſequenti anno Q. Marcius Conſulatum ſolus geſsit. Nam eius colle-
ga L. Metellus initio anni diem ſuum obierat: eoq; qui in eius locum ſubro-
gatus fuerat, antequàm iniret magiſtratum, uita functo, nullus alius ſubſti-
tutus eſt. Eo anno Lucullus, media iam æſtate (prius enim propter frigus
in hoſtium fines inuadere nequaquã potuerat) cum exercitu profectus, ali-

An. 686. V. C.

Lucullus in Armeniam proficiſcitur cũ exercitu.

quam regionis partẽ uaſtauit, ut barbaros ad eam defendendã, pugnamq;
eliceret: cumq; nihil illi mouerent, ad ipſos cõtendit. Equites barbarorum
Romanis equitibus eo tempore robore præſtabant, omnem cum peditib.
pugnam detrectabant: ſtatimq; [illegible] tis ſuis equitatui ſuccur
rebat, terga oſtendebant; neq; tamen cladem ullam accipiebant, ſed ſagit-
tis in inſequẽtes à tergo emiſsis, multos interimebant, multos uulnerabãt.
Ea uulnera grauia, difficiliaq; ſanatu erant: nam duę erant ſagittis cuſpides,
eæq; ita affixæ, ut ſemper altera in corpore remaneret, ſiue ſagitta extrahe-
retur, ſiue fixa maneret, quòd nulla fibula eam arundini annectebat: itaquę
præſens malum corporibus afferebant. Lucullus cum multi ſauciarentur,
atque partim ex uulneribus morerentur, partim membris mutilarentur, ac
iam penuria quoq; annonæ tentaretur, caſtris inde motis ad Niſibin profe
ctus eſt. Vrbs ea in Meſopotamia (ita autem omnis quę Tigrin & Euphra
tem fluuios interiacet regio appellatur) condita erat, atq; hoc tempore no
ſtræ eſt ditionis, coloniaq; noſtra habetur: ea uerò tempeſtate Parthis eam
cum Tigranes ademiſſet, theſauros in ea ſuos, cæteraq; multa repoſuerat,
cuſtodia fratri ſuo mandata. Eam urbem quanquam haud ſegniter oppu-
gnabat Lucullus, tamen per totam æſtatem fruſtra tentauit: erat enim du-
plici muro, eoq; latericio cincta, magnæ craſsiciei, foſſaq; magnæ altitudi-
nis circundabatur, ut neq; concuti murus, neq; ſubrui poſſet, atq; ideo neq;
auxilio ipſis Tigranes ueniebat. Initio autem hyemis, cum barbari uiciſſe,
ſe, Romanosq; iamiam deceſſuros exiſtimantes, ſecurius nonnihil ſeſe ge-
rerent, noctem Lucullus nactus, in qua neque luna fulgebat, & imber in-
gens cum tonitribus coortus erat, ut neque cernere barbari, neque audire
quicquam poſſent, atq; ob id exteriorẽ murum, foſſamq; in medio actam,
paucis ibi relictis deſererent, ab omni parte murũ aggreſſus eſt. cumq; per
aggeres in eum haud difficulter euaſiſſet, obtruncatis nullo negocio cuſto
dibus, qui ibi pauci relicti fuerant, partem foſſæ aliquam (antè enim barba
ri pontes deiecerant) ingeſta terra æquauit, cum ab hoſtibus neq; ſagittis,
neque igne ob uim pluuiarum lædi poſſet. foſſa ſuperata, urbem ipſam ſta-
tim cæpit: neq; enim erant interiora mœnia admodum ualida, quòd exte-
rioribus fidebant. eos autem qui in arcem confugerant, cum quibus Tigra
nis quoq; frater erat, fide data acceptaq; recepit: multaq; pecunia accepta,
ibi hyberna habuit. Dum eo modo Niſibim Lucullus occupat, multa Ar-
meniæ, earumq; quæ circa Pontum ſunt regionum loca amiſit. Tigranes e-
nim ad Niſibin, quam inexpugnabilem eſſe exiſtimabat, defendendam ſe
non conuertens, in prædictas regiones profectus eſt, ſi qua Lucullo Niſibi
intẽto recipere poſſet. Igitur Mithridate domum miſſo, ipſe in Armeniam
ſuam contendit. ibi L. Fannium reſiſtentem ſibi obſedit tantiſper, dum Lu-
cullus re cognita auxilio illi proficiſceretur. Interea loci Mithridates alte-
ram Armeniam cæteraſq; regiones inuadens, multos Romanorum in ijs
regionibus uagantes ex improuiſo adortus interficit, nonnullos prælio ui-
ctos cædit, pleraq; loca magna celeritate recipit. Beneuolentia enim illi ho
mines erga Mithridatem affecti erant, cùm quòd ſuæ eſſet gentis, tum ob
paternum eius regnũ: ijdemq; Romanos odio habebant, partim quòd pe-
regrini eſſent, partim quòd à præfectis eorum malè tractarentur: itaq; Mi-
thridati lubentes acceſſerunt. Iidem haud multo pòſt M. Fabium Roma-
norum in ijs locis præfectum uicerunt, magnopere uſi auxilio Thracum,
qui cum antea ſub Mithridate ſtipendia feciſſent, tum cum Fabio milita-
bant,

Lucullus Niſibin obſidet, & capit.

Meſopotamia.

Tigranes in Armenia L. Fannium obſidet.

Mithridates recipit multa loca.

M. Fabius à Mithridate uincitur.

bant, itemq́ ſeruorum qui in caſtris Romanorum erant. Primùm Thraces à Fabio ſpeculatum miſsi, cum nihil ſani renunciaſſent, isq́ incautius progreſſus, cum in Mithridatem inopinatò incidiſſet, Thraces quoq́ Romanos adorti ſunt, libertatemq́ ipſis Mithridate deferente, ipſum in prælio iuuerunt. * * *

Thracum perfidia in Romanos.

haud dubiè omnes perijſſent, ni Mithridates dum inter hoſtes uerſatur (natus enim plus quàm ſeptuaginta annos, tamen pugnabat) lapide ictus, metum barbaris ne periret incuſsiſſet: quibus pugnam idcirco inhibentibus, Fabio cum ſuis in tutum locum perfugiendi ſpacium conceſſum eſt. Idem Fabius deinde in Cabiris obſeſſus, oppugnatusq́, à Triario ſeruatus eſt. Is Triarius cum ex Aſia eà ad Lucullum iter faciẽs rem geſtam accepiſſet, coacta ex ijs qui aderant quàm maximã poterat manu, Mithridatẽ totum exercitum Romanum aduerſum ſe uenire putantem terruit, ut is ante quàm in conſpectũ eius ueniret, retrocederet: Triarius audacior factus, uſque in Commagenos fugientẽ inſecutus, ibi uicit. Caſtra habebat Mithridates ex altera eius fluuij parte qua Romani accedebant: eos ut ex itinere feſſos aggrederetur, iſte occurrit: reliquos inter prælium per alium pontem ſubſidio ſibi uenire iuſsit. Cum diu æquo marte certatum eſſet, pons abruptus, cum multi cõfertim per eum tranſire contenderent, Mithridatẽ ſubſidijs deſpoliauit, perturbauitq́. Ab hoc conflictu utrique (hyems enim iam appetierat) ſe in caſtella ſua receperunt. * Cæterùm Comana in ea quæ nunc uocatur Cappadocia, ſunt: creditumq́ eſt ſemper in hunc uſque diem ibi ſimulacrum Dianæ Tauricæ, genusq́ Agamemnonis fuiſſe. Quæ quomodo eò peruenerint, ibi'ue manſerint, inter tot opiniones dicere non habeo: id quod exploratum mihi eſt, dicam. Duæ urbes ſunt Cappadociæ, non procul inter ſe diſtantes, communiaq́ omnia habentes: nam cum reliqua omnia ſimilia utrinq́ fabulantur oſtentantq́, tum utraq́ urbs gladium habet, quem uerũ Iphigeniæ eſſe autumant. Atq́ hæc hactenus.

Fabius in Cabiris obſeſſus, à Triario liberatur.

Triarius Mithridatem fugat, & uincit.

Comana.

Dianæ Tauricæ ſimulacrũ.

Iphigeniæ gladius.

Anno proximo, M' Acilio, & C. Piſone Conſulibus, Mithridates ad Gaziurſa Triario oppoſitis caſtris, prouocare hominem ad prælium, atque irritare intendit cùm alijs rebus, tum in conſpectu Romanorum milites ſuos ſeq́ in armis exercendo: ut cum eo congreſſus ante Luculli aduentum, ſuperiorq́ factus, quod ſperabat, reliquam etiam regni partem recuperaret. Cum Triarium non eliceret, ad caſtellũ cui Dadaſa nomen erat, oppugnandum ſuorum aliquos mittit, in quo impedimenta Romanorum aſſeruabantur, ut Romanos ei opitulaturos in manus ſuas perduceret. Neq́ id eum fefellit. Cum enim catenus Triarius Mithridatis multitudinem reformidans, Lucullumq́, quem accerſierat, operiens ſe continuiſſet, poſtquam Dadaſa oppugnari accepit, militesq́ rebus ſuis metuentes tumultuantes, minati ſunt ſe iniuſſu eius, niſi ipſos educeret, ad defendendum ituros, inuitus caſtris exceſsit. Barbari iam caſtello appropinquantes adorti, circunfuſiq́ ob multitudinem ſuam, partim ceciderunt: partim in campum compulſos, in quem Romani fluuiũ excurrere ignorabant, circumuecti obtruncauerũt. Ac niſi quidam ex Romanis ſe unum ex Mithridatis cõmilitonibus (nam, quemadmodum antè dixi, eius generis ſecum is haud paucos habebat) ſimulans, propè congreſſus, tanquam dicere quippiam cupiens, regi uulnus intuliſſet, occidione deleti omnes fuiſſent: nunc ille huius facinoris autor deprehenſus, cæſus eſt. Barbaris uerò ea de re perturbatis, Romani multi effugerunt. Mithridates curato uulnere, ſuſpicatus alios quoq́ præterea in

V.C. 687.

Mithridates Triarium uincit.

Mithridates uulneratur.

 ſuo exer-

Mithridates omnes Romanos transfugas cædit.

ſuo exercitu hoſtes eſſe,militum delectum quaſi alius rei cauſa inſtituit: iuſſiſq; ſingulis confeſtim in ſua tabernacula ſe recipere, Romanos ſolos deprælienſos occidit. Interim Lucullus aduenit. & quanquam eam de ſe opinionem præbebat, facilè ipſum hic quoq; ſuperaturum, amiſſaq; omnia nō magno labore recepturum,nihil tum confecit. Nam & Mithridates ad Talaura lòco edito conſederat, neq; ad pugnam educebat: & Medus Mithridates, alter Tigranis gener, Romanos palantes repentè adortus, magna clade affecerat præterea ipſe Tigranes aduentare ferebat̃. Super hæc omnia in exercitu quoq; Luculli ſeditio erat. Nam Valeriani milites, qui militia liberati prius, iterum ſtipendia faciebant, iam antè ad Niſibin tumultuati fuerant, uictoria, quieteq;, & rerum copia luxuriantes, adhæc abſenti Lucullo (quippe is plerunq; peregrè ibar) degentes, præcipuè uerò commoti à P. quodam Clodio, (quem alij Claudium nominant) homine innata quadam nouarum rerum cupiditate infecto, quanquam eius ſororē Lucullus in matrimonio habebat: tum uerò turbæ inter eos exiſtebant, cùm alijs de cauſis, tum quòd auditum Acilium Conſulem, qui ob eas quas memoraui cauſas Lucullo ſucceſſor miſſus erat, appropinquare, faciebat ut Lucullū quaſi priuatum iam contemptui haberent. Quibus motus Lucullus, ac præterea quòd cum à Marcio (qui ante Acilium Conſul fuerat) in Ciliciam ſibi mandatam adueniente ſubſidium petijſſet, id nō impetrauerat, in magnam ſolicitudinem deuenit. Nam & nudatus militibus decedere metuebat, & periculoſum uidebatur ibi locorū permanere. Itaq; in Tigranem proficiſci decreuit: ſperans fore, ut eum inopinantem ſimul ac itinere fatigatum fundens, aliquo modo ſeditiones militum componeret quorum neutrum ipſi ſucceſsit. Etenim milites aliquandiu ſecuti, cum in Cappadociam iter flectendum eſſet, omnes unanimiter ne uerbo quidem ullo facto, ſeſe conuerterunt. Valeriani autem cum ſibi militię miſsionem factam à magiſtratibus Romæ audirent, omnino à ſignis dilapſi ſunt. Enimuerò mirum uideri nemini debet, Lucullum, cum imperatoriæ artis peritiſſimus fuerit, primusq; Romanorum cum exercitu belli gerendi cauſa Taurum tranſiuerit, duos reges, haud illos imbelles, deuicerit (quos, ſi celeriter patrare bellum uoluiſſet, capere potuiſſet) nequiuiſſe ita ſuis militibus præeſſe, quin & ſemper tumultuarentur, & ipſum tandem deſererent. Multa enim ipſis iniungere ſolebat. difficilis erat in congreſsibus, operum exactor perquàm attentus, in pœnis irrogandis inexorabilis: ita neq; ſermone, neque æquitate ſibi eos deuincire, neq; honorum, pecuniæ'ue muneribus conciliare nouerat: quæ profectò cùm omnis multitudo, tum præſertim militaris requirit. Ita factum eſt, ut quandiu ex ſententia omnia ſuccederenr, prædaſq; laboribus pares adipiſcerentur milites, Lucullo dicto audientes eſſent: poſtea quàm aduerſas res experti, pro ſpe metum propoſitum ſibi uiderunt, eius autoritatem defugerunt. Cuius rei certum eſt ſignum, quòd cum eoſdem Pompeius accepiſſet (is enim Valerianos milites iterum conſcripſit) citra omnem ſeditionem ipſis uſus eſt: adeò uir uiro præſtat. Hæc agentibus militibus, propè totum regnū ſuum Mithridates recepit, Cappadociæq; multum detrimenti intulit, neq; Lucullo obſtante, quòd Acilium propè eſſe prætenderet, neq; ipſo Acilio defendente. Is enim cum prius feſtinaſſet, ut uictoriam Lucullo præriperet, ubi tum quæ acta eſſent reſciuit, ne ad exercitum quidem uenit, ſed in Bithynia tempus traxit. Marcius uerò Lucullo auxilium nō tulit, cauſatus milites ſe nolle ſequi. In Ciliciam autem cum ueniſſet,

Mithridates Medus Tigranis gener.

Valeriani milites à Lucullo deficiunt.

P. Clodius legionibus Valerianis ad Niſibin defectionis à Lucullo autor.

Cur Lucullus à militibus ſuis deſtitutus fuerit.

Acilij ignauia.

Marcius proconſul Lucullū non adiuuat.

uenisset, Menemachum quendam, qui à Tigrane defecerat, in ſuam fidem accepit: P. uerò Clodium (cuius ſororem ipſe quoq; coniugẽ habebat) qui metu perpetratorum apud Niſibin, à Lucullo deſciuerat, rei nauali præfecit. Atq; is Clodius à maritimis prædonibus captus, ab ijsq; Pompeium reformidantibus dimiſſus, Antiochiam Syriæ ſe cõtulit, ut eos cum Arabijs diſceptantes auxilio iuuaret. Ibi cum ſimili modo nõnullos ad ſeditionem concitaret, parum abſuit quin periret. * *

Clodius rei naualis præfectus, à piratis capitur.

Antiochiæ ſeditionem mouet.

Huius libri trigeſimiquinti finis, initiumq; ſequentis trigeſimiſexti, interciderunt.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER TRICESIMVS ET SEXTVS,

Gulielmo [redacted] Auguſtano interprete.

* * *

Q. Metelli res in Creta geſtæ.

parcit: dominandiq; cupiditate impulſus, Cretenſes, quibus cum certis conditionibus pactus erat, inuaſit, nulla habita fœderis, ſi quando id ei obtendebatur, ratione: adeò antequàm Pompeius adueniret, damnũ eis dare properabat. Nã Octauius quidẽ, qui ſine exercitu aderat (& erat eò nõ tanquam ad bellum obeundum, ſed ad accipiẽdas in fidem populi Romani urbes miſſus) nihil interpellabat. At uerò Cornelius Siſenna Græciæ ea tempeſtate præfectus, comperta re in Cretam uenit, Metellumq;, ut populis parceret, monuit: quem ubi ab inſtituto deducere non potuit, nihil quicquam ad eum coercendum egit. Itaq; Metellus multis afflictis, Eleutheræ urbi per proditionem acceptæ (eius proditionis autores turrim latericiam magnæ molis, expugnatuq; longè omnium difficillimã, aliquot noctibus continenter ita aceto madefecerant, ut perfringi poſſet) ſtipendium imperauit: deinde Lappam ui cæpit, nihil moratus Octauium, qui eam tum temporis tenebat: & ab Octauio quidem uim omnem abſtinuit, Cilices autem quos is ſecum habebat, interemit. Id uerò indignum ratus Octauius, non iam ut antè quietem egit: ſed primùm accepto exercitu Siſennæ, qui tum fortè morbo abſumptus erat, oppreſsis opitulatus eſt: ijs reſtitutis ad Ariſtionem ſe in urbem Hierapydna contulit, ibiq; communi conſilio bellum geſſerunt. Is Ariſtion tum Cydonia exceſſerat: & deuicto L. Baſſo qui ſe ei oppoſuerat, Hierapydna occupauerat. Aliquandiu cum perſeueraſſent, poſtquam aduerſum ſe ire Metellum perceperunt, muris relictis uela in altum dederunt: ibi tum tempeſtate uexati, & in terram multis ſuorum amiſſis, eiecti ſunt. Metellus totam exinde inſulam ſubegit. Eo modo Cretẽſibus, qui ante id tempus in perpetua libertate uixerant, neq; unquam alienigenæ domino paruerant, ſeruitutis iugum impoſitum eſt, cognomẽtumq; Cretici Metello dederunt. Is tamen neq; Panarem, neq; Laſthenem (nam & hunc cæperat) in triumpho ut duceret obtinuit, quos Pompeius auxilio cuiuſdam Tribuniplebis ad hoc perſuaſi Metello eripuit, q; ſibi ex pacto eos, non Metello, acceſsiſſe diceret. Et Pompeij quidẽ res geſtas iam nunc exponã.

Cornel. Siſenna.

Octauius.

Ariſtion.

Creta ſubacta.

Belli piratici origo.

Semper quidem nauigantibus maritimi prædones infeſti fuerunt, quomodo & terrã habitãtes ab his q in cõtinenti prędas agunt, ſubinde inuadebantur: atq; id quidem & ſemper contigit, neq; finis ulla erit, quandiu eadem hominum natura manebit. Enimuerò ſuperioribus temporibus in certis tantum quibuſdã locis, idq; ſola æſtate pauci quidam homines præ-

dationibus cùm terram tum etiam mare infeſtabant. Eo autem tempore, quòd uarijs in locis cõtinentia bella fuiſſent, multæ urbes euerſæ eſſent, omnibus qui præſens periculum effugiſſent, ſupplicia imminerent, ac nihil uſquam tutũ ijs eſſet, horũ maxima pars ad prædas exercẽdas animũ adiecit. Quæ in continenti fiebant, haud difficilimè ſublata profligatáq; ſunt: nam & in conſpectu populorum incidebant, & ipſum damnum citius ſentiebatur, præterea compræhendi autores facilè poterant: contrà maritima ſubinde ad ſummum ingraueſcebant. Occupato enim populo Romano in debellandis hoſtibus, uehementer increuerant piratæ: & multis locis circumnauigatis, ſui omnes ſimiles ſibi adiunxerant, ita ut nonnulli alijs frequentes admodum ad ſuppetias tanquam ex fœdere ferendas irent. Hoc modo quæ egerint, iam antè dictum eſt. Poſtquam ea fœdera ſoluta ſunt, iam non quieſcere prædones, uerùm ipſi per ſe ſingulatim plurima ac grauia damna Romanis, eorumq́; ſocijs dare: neque iam uelut antè, paucis nauigijs, ſed magnis claſsibus nauigare, imperatoribus ad id delectis, ita eorum quoque nomen iam notum fieri. Principiò in nauigantes præſertim uis facta, quibus ne hyeme quidem tutis eſſe concedebant: adeò audacia ſua, uſu, atque ſucceſſu elati, etiam tunc temporis ſecuri mare uſurpabant: poſtmodò & eos qui in portibus eſſent, aggreſsi ſunt. Qui ad nauale prælium aduerſus eos tentandum exire auſi ſunt, plerique uicti perierunt. Neque ſi quis ſuperior factus fuit, eorum quempiã potuit cõpræhendere, tantum uelocitate nauigandi alijs præſtabant: itaque tanquam uiciſſent paulo pòſt reuerſi, non uillas tantum & agros, ſed ipſas etiam urbes uaſtabant, uel incendebant: nonnullas etiam ſui iuris efficiebant, ac in his tanquam apud amicos ſua hybernacula ædificabant, ijsq́; tanquam receptaculis ad bellum utebantur. Cum ex animi ſententia hæc ſuccederent, egreſsi in continentem terram, ibiq́; eos etiã quibus in mari nihil erat negocij, nõ Romanorum modò ſocios extra Italiam habitantes, uerùm ipſius quoq; Italiæ incolas multis modis afflixerunt. Rati enim fore ut ſi ab hac quoque regione ſe non abſtinuiſſent, & quæſtus uberiores ex ea adipiſcerentur, & eo maiorem alijs populis terrorem incuterent: cùm ad alias Italiæ urbes appulerũt, tum ipſa etiam Oſtia claſſe intrauerunt. ibi nauibus combuſtis, direptis omnibus, tandem, cum impunè omnia ferrent, in terra diutius commorati, de mancipijs manubijsq́; haud minori cum ſecuritate, quàm ſi domi ſuæ eſſent, rationes inierunt. Alij autem alijs in locis prædas exercebant (neq; enim ſimul omnes partes maris ijdem poterant infeſtare) tanta amicitia inter ſe iuncti, ut ignotis etiam non aliter quàm quibus cum familiariſsimè uixiſſent, pecuniam & auxilia mitterent: quæ res ad potentiam ipſis tantam obtinendum haud parum attulit. Nam & ſi qui erant, quorum in aliquos prædonum ſtudium extaret, eos uniuerſi in honore habebant, & ſi qui ſui corporis ab alijs læſi eſſent, eorum res ipſi omnes ferebant, agebantq́;. Ad tantam tum molem prædonum res accreuerãt, ut bellum iam & magnum, & continens, præter & opinionem omnium, & fidem, gererent. Peruenerat iam tunc fama horum ad Romanos, quin & uidebant aliquam partem, cum neq; eorum quæ nauibus aduehi ſolebant, quicquam ad eos perueniret, & frumenti commeatus omnino interclusi eſſent: ſed non magnam eius rei curam geſſerãt, quo tempore id ex uſu cumprimis eſſe poterat, tantùm ut ad ſingulorũ annunciationem animo commouebantur, ita naues & imperatores miſerant: nihil autem profectum erat, niſi quòd adhuc magis ſocij ab

his ipſis

his ipſis uexabantur. Tandem cum in ſummo diſcrimine uerſarentur, con-
cione conuocata multos dies deliberatum eſt, quid nam agendum eſſet. pa
rum, ac ferè nihil ſpei erat, poſſe rem benè ac feliciter geri, cogitantibus cum
quot continenter laboribus ac periculis eſſent attriti: tum quòd id bellum
contra prædones graue ac multiplex eſſet futurum, quo nec omnes ſimul
occupari, neq; ſingulos inuadi poſſe eos reputabant, qui & mutuis ſeſe au-
xilijs ſuſtentarent, & haudquaquam procliue futurum erat undiquaq; eos
eodem temporis ſpacio coerceri. Hæc anxiè diſpicientibus, A. quidam
Gabinius Tribunusplebis, incertum ſummiſſus ne in hoc ipſum à Pom- *Gabinij roga-*
peio, an ſtudio gratiæ ab eo ineundæ adductus, utiq; non eo animo, quòd *tio.*
Reipublicæ conſultum uellet, uir ipſe peſsimus, ſententiam tulit, ut ex his
qui Conſulatū geſsiſſent, unus quiſpiam deligeretur imperator cōtra præ-
dones omnes cum plena poteſtate, imperiumq; ei eſſet trienne, & utere-
tur copijs ampliſsimis, ac multis legatis. Ipſum quidem Pompeiū nomina-
tim nō dixit: atqui manifeſtum erat, ubi primùm huius rei mentionē plebs
percepiſſet, ipſum electuros. neq; ſecus ac cogitauit, res cecidit. Nam & ro-
gationem eam plebs approbauit, & præter ſenatum omnes confeſtim ad
Pompeium declinauerunt. Senatus potius quàm ei tantum imperiū man-
daret, quæcunq; à piratis mala ferenda iudicabat: proinde ipſum Gabiniū
parum abfuit quin in conſilio perimerent. Quo ex eorum manibus elapſo,
cum patrum ſententia plebi innotuiſſet, tantus eſt coortus tumultus, ut ad
eos adhuc conſultantes opprimendos ierint: haud dubiè occiſuri, niſi curia
illi ante plebis impetū exijſſent. Dilapſis reliquis, & ſeſe abdentibus, unus
C. Piſo, qui tum collega Acilio Conſulatum gerebat, compræhenſus, cum *An. 687. V. C.*
iam uel reliquorum nomine ad mortem raperetur, Gabinio deprecante di
miſſus eſt. Ab hoc facto potentiores quieuerūt, uitæ uſura ſibi cōceſſa con-
tenti: nouem autem Tribunos plebis eò adduxerunt, ut ſe Gabinio oppo-
nerent. Cum cæteri plebem timentes non intercederent, ibi L. quidam
Trebellius, ac L. Roſcius auſi contradicere, neq; eloqui quæ receperant pa
trib. ſe dicturos, neq; perficere rem potuere. Nam cū præſtituta dies appe
tijſſet, qua id decretum erat confirmandum, ita res acta eſt. Pompeium ma-
gna cupiditas huius imperij potiūdi inceſſerat, cum iam partim ob inſitam
ambitionem, partim ob ſtudium populi non tàm eam rem honori, quàm ſi
non potiretur, ignominię ſibi duceret: interim quòd aduerſari ſibi potētes
animaduerteret, ſimulandum ſibi ſtatuit, inuitum ſe ad hanc rem adigi. So-
litum aliàs nequáquam palàm ferre ſi quid cuperet: tunc præterea duæ cau-
ſæ ad ſimulandum impellebant: una, quòd inuidia graui laboraturum ſe ui
debat, ſi ultrò imperium ambiret: altera, quòd magnæ ſibi gloriæ eſſe futu-
rum cogitabat, ſi nec uolenti ſibi id imperium, nimirū ante alios omnes di-
gniſsimo imponeretur. Igitur ad hoc iam antè compoſitus, tum in concio-
nem progreſſus: Gaudeo, inquit, Quirites, honorem mihi à uobis haberi: *Pompeij ad po*
quippe & ſuapte natura homines ciuium ſuorum beneficijs ornati, ſeſe in *pulum oratio.*
his oſtentant: & ego ſępius iam à uobis honoribus affectus, nullam tantam
poſſum præ me ferre lætitiam, quæ dignitatē præſentis rei exæquet. Enim-
uerò ego ſic exiſtimo, neque ueſtrûm eſſe, ut tam inexplebili mei ornandi
ſtudio teneamini: & in rem meā non eſt, ſemper me eſſe cum imperio. nam
& ipſe à puero multos labores tuli, & uos par eſt etiam aliorum habere ra-
tionem. Num nam excidit uobis memoria earum ærumnarum, quas in bel
lo contra Cinnam, paruo ipſe admodum natu, exhauſi? Quibus negocijs

defatigatus ſim in Sicilia & Africa, nondũ uerè inter ephebos numeratus:
quæ pericula in Hiſpania obierim, antequàm in ſenatũ eſſem lectus: pro-
pter quæ omnia ut uos ingratitudinis incuſem, longè id quidẽ à me abeſt.
qui enim poſsim? Nam ut cætera præteream, quæ in me exornando poſui-
ſtis, commiſſum mihi aduerſus Sertorium imperium, quo tempore id ne-
mo neq; uolebat ſuſcipere, neq; poterat obire, tum triumphus præter inſti
tuta ciuitatis conceſſus, ſummũ mihi ſplendorem attulerunt. At enim tot
mihi curis confecto, tot laboribus exhauſto, & corporis uires attenuatæ,
& animus defatigatus eſt. neque eſt quòd me iuuenem adhuc eſſe putetis,
aut corpus meum ponderetis, annorum'ue numerũ meorum ineatis: nam
ſi quot obiui imperia, quot pericula ſubiui numeretis, maiorem eorũ ſum-
mam reperietis, quàm ſit annorum meorum: idq; maiorem fidem uobis fa-
ciet, iàm deinceps me neq; laboribus, neque curis perferendis eſſe parem.
Iam ſi quis aduerſum hæc perdurare queat, tamen conſpicuum nobis eſt,
Inuidiæ onus. quantum hæc res inuidiæ atque odij gerenti eas conficiat, quæ ut uos rectè
quidem nullo in diſcrimine ponitis, ita mihi tamen eadem moleſtiſsima ſint
futura, fateorq; nullum in rebus bellicis tantum eſſe periculum, quod ma-
gis me quàm dictæ res terrere, maiori'ue moleſtia afficere poſsit. Quis enim
ſanæ mentis homo gratam ſibi uitam iudicet apud homines æmulos: aut
publicæ rei ſibi administrationem expetat, ubi uel re malè geſta iudicium,
uel bene geſta inuidia ſit ſubeunda? Quaproter mihi cùm ob has, tum alias
ob cauſas concedite ut quiete fruar, ac res meas agam, familiæq; tandem
meæ curandæ rationes ineam, ne'ue tot laboribus conſumptus pereã. Con
tra prædones autem aliũ ducem conſtituite: magnus eſt enim eorũ nume-
rus apud natu maiores minoresq; qui & uelint & poſsint rei nauali pręeſſe,
ut ex tanta copia haud difficile uobis ſit unum aliquem deligere. Neque e-
nim ego ſolus uos diligo, neq; ſolus peritiam rerum bellicarum habeo, ſed
& is, & iſte, quorum nomina taceo, ne eorum bonam gratiam quæſiſſe ui-
dear. In hæc uerba locutum, Gabinius ita excepit:

Gabinij concio. Rem ſuis conſentaneã moribus, Quirites, fecit Pompeius, neq; expetẽs
Imperium, neq; oblatum obuijs ulnis excipiens. Nemo enim bonus uir im-
» perij cupiditate tenetur, ſibi'ue grauium negociorum curam exoptat: & in
» huiuſmodi re expedit munus impoſitũ conſideratè ſubire, ut tutò idipſum
» liceat exequi. Multoties etenim temeritas in ſe aliquid recipientis præpro-
» pera in rebus agendis damnũ affert: contrà accurata conſideratio ab initio
» adhibita, in actionibus perdurat, omnibusq; emolumẽto cedit. Vos autem
æquum eſt non id quod Pompeio gratũ ſit, ſtatuere, ſed quod ciuitati con-
ducat. idoneos enim conuenit rebus gerendis pręficere, non eos qui magi
ſtratus ambiant: quos permultos quidem, idoneum uerò præter hunc nemi-
nem reperietis. Meminiſtis quæ & quanta in bello contra Sertorium pertu
lerimus, imperatoris egentes, atq; ut eo tempore neminem neq; iuniorum
neq; ſeniorum ei parem inuenerimus, extra hunc Pompeium, quem cum æ-
tas eius nondũ id ferret, necdum in ſenatu eſſet adſcriptus, pro utroq; Con-
ſule emiſimus. Equidem uelim magnam nobis præſtantiũ uirorum eſſe co-
piam: idq;, ſi ita facto opus ſit, optauerim. at quando res hæc non uotis con
ficitur, neq; forte fortuna hi obtingunt, ſed ut ad hoc natus quiſpiam, ita e-
xercitatus ſit, & in omnibus rebus proſperam fortunam expertus, (hæc ue-
rò uni uiro omnia rariſsimè contingunt) neceſſe eſt: ſi quis talis uir reper-
tus fuerit, eum opus eſt à uobis omnibus unanimi fauore ad dignitatem
iſtam

iſtam euehi, eſtq; uobis eo uel inuito utendum. quę uis & ei qui infert, & ei
qui patitur, eſt honeſtiſsima, dum alter per eam ſeruatur, alter hoc modo «
ſuos ciues aſſerit, in quos bonus ac ciuitatis amās uir corpus uitamq; ſuam «
promptiſsimè impenderit. An exiſtimatis Pompeium, qui adoleſcentulus
ad militiam, ducendos exercitus, augendum noſtras, ſociorum res tutādas,
& aduerſariorum noſtrę ditioni adiungendas ualuit, eum nunc adultum, &
in ea ætate conſtitutum, in qua unuſquiſq; ſeſe plurimum præſtat, præterea
quàm maxima rerum bellicarum peritia auctum, non longè commodiſsi-
mum uobis futurum? An cui adoleſcenti imperium obtuliſtis, eum uirili æ-
tate reijcietis? Et cui equiti adhuc exiſtenti tanta bella credidiſtis, ei ſenato
ri hoc imperium non committetis? Et quem nullo ſui edito ſpecimine uni-
cum ad incumbentia negocia deſiderauiſtis, eum ſatis ſuperq; ſpectatum
iam rebus præſentibus haud minus, quàm iſtæ tum urgebant, premētibus,
non præficietis? Et quem ob ætatem imperio gerendo nondum habilem
aduerſus Sertorium delegiſtis, hunc Conſularem iam nunc contra prædo-
nes non ablegabitis? Sed enim neq; uobis aliter agendum eſt, tuq; ô Pom-
pei, mihi, patriæq; concede, cui & natus es, & educatus, teq; eius commo-
dis inſeruire oportet, eorum cauſa nullos labores, nulla pericula ſubterfu-
gere: ſed etiam ſi res ita ferat, ut moriendum pro ea tibi ſit, quouis mortis
genere fatum anteuertere. Ridiculus nimirū ſum, qui hæc te adhortor, qui
fortitudinem, atq; in patriam animū tuum in tot tantisq; bellis demonſtra-
ueris. Ergo meis, horumq; uocibus flectere, neq; certorum hominum inui-
dia terrere: quin tu potius ad maioris partis amicitiā reſpiciēs, publicumq;
bonum, æmulos tuos contemne: quibus ut ægrè facias, hanc ipſam ob cau-
ſam imperium ſuſcipe, ut contra eorum ſententiam & imperiū te obtinen-
te, & gloriam reportante, moleſtia illi afficiantur. Hoc pacto & te dignum
tuis prioribus actis finem impoſueris, & nos multis magnisq; malis libera-
ueris. Hæc Gabinio diſſerente, contradicere conatus eſt Trebellius, ſed ne- *Trebellius.*
mine animum aduertente, obſtitit ne hac de re tribus in ſuffragia mitteren
tur. Id indignè ferens Gabinius, rogationem de Pompeio diſtulit, aliam ue
rò de ipſo Trebellio introduxit. A' ſeptem & decem tribubus, quę priores
ſentētiam dixerant, iudicatus eſt iniquè agere, Tribunatuq; mouendus eſ-
ſe: idem ſuffragiū iam etiam decimaoctaua datura, uix tandem Trebellius
loquendi finem fecit. Hoc uiſo Roſcius, cum loqui nō auderet, manu ptola *Roſcius.*
ta, duos eſſe deligendos oſtendit, ut uel hoc modo potentiam Pompeij ac-
cideret. Hæc eo geſticulatione manus ſignificante, ita ingens atq; minax
à turba ſublatus eſt clamor, ut coruus quidam, qui tunc forte ſuprà uolabat,
conſternatus perinde ac ſi fulmine eſſet ictus, deciderit ſecundum hoc fa-
ctum Roſcius non linguam modò, ſed & manus tenuit. Catulus interea ſi-
lentium ſeruauerat: rogatus autem à Gabinio ut ſententiam & ipſe diceret
(erat enim Catulus princeps ſenatus, uidebanturq; eius autoritatem ſecu-
ti etiam reliqui aſtipulaturi: ſpes autem erat eum Tribunorū periculo per-
motum, huic ſententiæ acceſſurum) cum dicturo populus animum aduer-
teret, quippe quem & omnes reuerenter haberent, & quod ſemper ipſis o-
ptima quæq; conſuluiſſet egiſſetq;, ſuſpicerent, in hæc uerba cōcionem ha-
buit: Summè me, Quirites, ſtudioſum multitudinis ueſtræ fuiſſe, cōſtat om- *Catuli oratio ad populum.*
nibus uobis. quod cum ita ſit, neceſſe eſt ut ipſe quidē ſimpliciter quæ pro-
deſſe Reipublicæ cognoſco, libero ore eloquar: uos autem decet hæc placi
dè audire, ac deinde conſiliū capere. Si quid enim in rem ueſtrā proponi uo

bis

bis poteſt, id tumultuantes nequaquam percipietis: ſin attentè audieritis, haud dubiè aliquid inuenietur, quod certò uobis conducat. Proinde primum hoc et præcipuum dico, non debere uni alicui uiro tot imperia unum ex alio cõmitti, quòd & leges hoc prohibent, & experientia deprehenſum eſt, rem eam eſſe periculoſiſsimam. Neq; enim Mario alia cauſa fuit, cur talem ſeſe gereret, quàm quòd breui admodum temporis ſpacio tot bellorũ adminiſtratio ei credita, Conſulatus ſexies intra pauciſsimos annos mandatus eſt: neq; Syllæ, quàm quòd poſteaquàm multis annis abſq; ulla intercapedine exercitib. præfuiſſet, Dictator poſtea, ac deinde Conſul creatus fuit.

Marius & Sylla qua ratione ad tyrannidem peruenerint.

» Ea quippe eſt natura animorum humanorũ, ut non iuuenes modò, uerùm
» ætate etiam prouectiores, poſtquam multum temporis in poteſtate transe
» gerint, patrijs moribus haudquaquam ſibi uiuendum ducant. Quod ego non Pompeij culpandi cauſa cõmemoro, ſed quoniam rem hanc & uobis nullo modo conducibilem exiſtimo, neq; leges eam permittunt. Etenim ſi quem hoc imperio dignabimur, id ei honori eſt futurum: eius uerò par eſt omnes hoc, ad quos honor is pertinet, potiri: hoc enim popularis reipublicæ ſtatus requirit. ſin laborem afferet, huius quoq; omnes participes fieri cõuenit: nam id æqualitas exigit. Præterea hoc quidem pacto fiet, ut multi reperiantur, qui ſeſe in rebus gerendis exerceant, quorum uirtus deinde ſpectata facilem nobis curam deligendi ex his aliquem qui negocijs inſtantibus præficiatur, præbeat. Iſto autem modo fieri non poteſt, quin paucos admodum ſitis habituri, qui conuenientibus ſtudijs ſeſe ita parauerint, ut res eis tutò committi queant. Ad bellum contra Sertorium dux uobis defuit, haud equidem alia magis de cauſa, quàm quòd prioribus temporibus diutius ijſdem hominibus uſi eratis: quo fit, ut ſi iam Pompeius contra piratas omnino deligendus ſit, tamen quia id & contra legum ſententiam ſit futurum, & ipſe uſus uerum hoc inſtitutũ improbet, nequaquam uel uobis, uel ipſi id admittendũ ſit. Hoc primò loco præcipuè commemorandũ duxi: uenio iam ad alterũ. Cum noſtri homines ordine à legibus præſcripto & magiſtratus & imperia accipiant, itaq; nos & duces habeamus, & qui eorum in locum ſubeant, iam hoc quoque parum & honeſtatis & utilitatis ſit habiturum, ſi his proiectis, nouum quoddam magiſtratis genus introducamus. Quid enim cauſæ eſt, cur annui à uobis magiſtratus eligãtur, ubi eorum nullo in id genus negocijs utendum uidetur? An eò creantur, ut in prætextis purpura obambulẽt ueſtibus, ſolo magiſtratus nomine inſignes, effectu ſpoliati? Iure profectò & horum & aliorum, quicunq; rem aliquam publicam ſibi capeſſendam propoſuerũt, in odium incurretis, ſi patrijs magiſtratibus circumſcriptis, nulla re gerenda his qui legitimè magiſtratũ obtinuerunt mandata, priuato homini imperium, quale nullum unquam fuit, dederitis. Quòd ſi enim præter annuos magiſtratus nouus aliquis eſt conſtituendus, habemus & huius rei exemplum à maioribus ad nos deductũ: Dictaturam inquam. Sed & Dictatorem, quantus quantus ille ſit, maiores noſtri neq; cuiuſuis rei cauſa dixerunt, & imperium ei non ultra ſextũ menſem fuit. Itaq; ſi omnino talis quiſpiam uobis opus eſt, licet uobis ſalua legũ maieſtate, idq; haud neglectim de Republica cõſultantibus uel Pompeiũ, uel aliquem alium unum Dictatorem creare, modò is ne ultra præſtitutum tempus, ne'ue extra Italiam ſit cum imperio: non enim uos fugit, ſtudioſè id patres noſtros cauiſſe, ut inuenire non ſit ullum unquam Dictatorem aliter conſtitutum fuiſſe, unico eo excepto qui in Siciliã nullam quidem rem

Poteſtate mores immutari.

Dictatura qualis magiſtratus.

gerens

gerens profectus eſt. Enimuerò neq; Italia tali impræſentiarum indiget: & uos tantum abeſt ut imperium Dictatoris admiſſuros credam, ut ne nomen quidem eius toleraturos putem. cuius argumentum eſt indignatio contra Syllam ueſtra. Quo minus rectum eſt imperium uos iam, idq; triennalem in omnes non Italiæ tantùm, ſed & externarum regionum res poteſtatem habiturum, conſtituere. Notum eſt enim uobis ex æquo omnibus, quantæ iam antè ex hac re in ciuitates miſeriæ exūdarint: quot extiterint, qui ob illegitimã imperandi cupiditatẽ, & plebem noſtrã ſeditionibus agitarint, & innumerorum nobis malorum cauſæ fuerint. Itaq; de his dicendi finem faciam. Ecquis enim eſt, qui neſciat abſq; his etiam, neq; honeſtum eſſe, neq; commodum, ut ad unum aliquem ſumma rerum deferatur, uniq; in omnes noſtras res dominium aſsignetur, quantumuis optimo illi? Magni enim honores, immodicæq; poteſtates etiam huiuſmodi hominũ animos ad faſtum extollunt atq; corrumpunt. Hoc uos diſpicere iam nunc uelim, unum uirum nequaquam totius maris potiri poſſe, aut ſolum rectè hoc bellum adminiſtrare. Nam ſi quod facto opus eſt, agere uolueritis, undiq; prædonibus bellum eſt faciendum, ne uel inter ſe coire, uel hi quibus bellum fit, ad eos qui à bello ſunt exempti, ſubterfugere poſsint, ut compræhendi nequeant. Hæc unus homo nullo modo ſolus imperãs perficiet. qui enim poſsit eodẽ die in Italia & Cilicia, in Aegypto & Syria, in Græcia & Hiſpania, in Ionio & inſulis bellum gerere? Ergo ut operæprecium faciamus, multos non militès tantùm, ſed & duces huic negocio deſtinabimus. Ac ſi quis dicat, Si uni alicui totius belli ſumma credatur, habiturũ eum omnibus in locis multos nauium præfectos, multos legatos: longè cùm iuſtiorem, tum utiliorem meum ſermonem exiſtimem, ſi dixerim: Quid ergo obſtat, cur non illi ipſi qui ſub auſpicijs unius iſtius imperatoris ſint cum imperio futuri, à nobis ad id deligantur, plenumq; à nobis imperium accipiant? Eo enim pacto futurum eſt, ut & curam belli attentius gerant, cuius ſingulis certæ partes ſint commiſſæ, neq; habituri ſint in quem ſuæ negligentiæ culpam refundant: quin & maiori inter ſe contentione atq; æmulatione operam nauabunt, nimirum et merum imperium obtinentes, & ſibi gloriam rerum geſtarum, nõ alij, paraturi. Contrà ſi priori rationi ſtetur, quid horum ſimile res habebit? aut quis rem ullam ſeriò ſibi ſumet gerendam, cuius perfectæ gloria alij ſit ceſſura? Verùm ab uno hoc bellum confici non poſſe, ipſe etiam Gabinius faſſus eſt, multos delecto imperatori adiutores decerni petens. Reliqua eſt conſideratio, Imperatores'ne illi, an legati, itemq; duces'ne, & cum iuſto imperio, an ut adminiſtri illius unici imperatoris ſint emittendi. Meam ſententiam magis cùm legibus congruere, cùm aliàs, tum aduerſus prædones belligeraturis, nemo ueſtrûm, niſi fallor, diffitebitur. Dempto tamẽ hoc, uidetis pręterea quid rei ſit, ſub prętextu piratici belli, omnes uelle magiſtratus alios abrogare, ut nullus eo tempore ſit neq; in Italia, neq; in ſubditis nobis regionibus.

Deſunt finis huius orationis, & initium decreti, quo Pompeio imperium eſt commiſſum.

Et in Italia pro Conſule; decreuerũt ei etiam legatos quindecim, omnes item naues, & ut pecuniæ quantum uellet, itemq; quot uellet legiones acciperet. Hæc Senatus etiam rata eſſe iuſsit, quanquã inuitus, itemq; alia, quæ

Honores mutant mores.

ad hoc

adhoc negociũ conducere intelligebant: idq; eò magis fecerunt, quòd cum
Piſo in Gallia Narbonenſi ſua prouincia legatis Pompeij delectuũ haben-
dorum poteſtatem denegaſſet, uehementer eius rei ergò indignatus erat
populus: confeſtimq; eum magiſtratu deieciſſet, niſi Pompeius deprecatus
Pompeius ut bellum piraticum confecerit. pro eo obtinuiſſet. Pompeius cum ſe ut res ipſa, utq; ſui ſpiritus expoſce-
bant, comparaſſet, uniuerſum uno tempore mare in quo piratæ graſſaban-
tur, partim ipſe præſens, partim per ſuos legatos circumnauigauit, maio-
riq; id ex parte ſpacio unius anni pacauit. Ad eam rem cùm multo nautico,
armatorumq; militum apparatu uſus eſt, ita ut neq; in terra, neq; in mari eſ-
ſet qui reſiſtere poſſet, tum uerò magna erga dedẽtes ſe ei humanitate, qua
plurimos ſibi conciliauit. Vi enim ſuperati poſtquam eius bonitatem ſenſe-
runt, promptiſſimè ſe unuſquiſq; eius fidei permiſit. Ipſe cùm cæteris in re-
bus eis proſpexit, tum ne denuò paupertas eos ad flagitia impelleret, agros
eis, quos deſertos uidebat, colendos, habitandasq; urbes colonis indigen-
Pompeiopolis. tes tradidit: itaq; & aliæ urbes habitari cœptæ ſunt, & quam Pompeiopo-
lim nominant, Solis prius dicta, ſita in Ciliciæ ora, quam Tigranes antè ua-
ſtauerat. Hæc ita geſta ſunt, Acilio & Piſone Coſs. Lex præterea ab i-
Lex de ambitu lata. pſis Conſulibus promulgata eſt de ambitu, ut qui eius conuicti eſſent,
ijs neque magiſtratum gerere, neque ſenatoribus eſſe liceret, ſed pecu-
niaria inſuper eis mulcta irrogaretur. Poſtea enim quàm Tribunis ſuum an
tiquum ius reſtitutũ eſt, cum multi ſenatoria dignitate antè à Cenſoribus
moti eam recuperare conarentur, de omnibus magiſtratibus frequẽtes om
nino coitiones cõſpirationesq; fiebant. Eam legem Conſules tulerũt, non
quòd ambitum odiſſent (nam & ipſi ad Conſulatũ cõtentiſsima fauoris ue
natione peruenerant, diesq; dictus ob eam rem fuerat Piſoni, isq; unius at-
que alterius cuiuſdam interceſsione ne cauſam diceret effecerat) ſed coacti
à ſenatu, idq́ue hac de cauſa. Qui ambitus rei eſſent, ijs acerbiſsimas pœ-
C. Cornel. Tribunus. nas ſtatuere C. quidam Cornelius Tribunuſplebis intenderat, approbante
idipſum populo. Senatus immodica ſupplicia denunciando uidebat qui-
Modus ſuppliciorum ſtatuendus. dem terrorem hominibus inijci, quòd tamen ea extrema eſſent, neq; accu-
ſatores reorum, neq; qui eos condemnarent, facilè reperiri poſſe. Vbi uerò
mediocres pœnæ propoſitæ eſſent, ibi & frequentes accuſationes fieri, ne-
que à damnando reo iudices deterreri. His cauſis inducti Patres, rogatio-
nem eam emendare, de eaq; legem Conſules ferre iuſſerũt. Vbi dies comi-
tiorum aduenit, quæ antequàm fierent, nulla lex ſanciri poterat, cum inte-
rim hoc libero tempore qui dignitates ambiebant, multa facinora perpe-
traſſent, & ne à cædibus quidem temperatum eſſet, decreuerunt, ut contra
hos etiã lex promulgaretur, & Conſulibus ſatellitiũ daretur. Eo cõmotus
Contentio de lege ambitus. Cornelius, ſententiam tulit, ne ſenatoribus liceret aut magiſtratũ alicui qui
non legitimè peteret, conferre, aut ullam aliam rem quæ ad populum perti-
neret, ſciſcere. (Id multis antè ſeculis lege ſancitum erat, re ipſa non obſer-
uatum.) Cum ea res tumultũ excitaret ingentem, reclamantibus cùm alijs
Piſonis faſces confracti. Patribus frequentibus, tum Piſone Conſule, eius faſces turba perfregit, &
ad ipſum quoque dilaniandum iam ibat, cum Cornelius plebis conatus cer
nens, antequam latis ſuffragijs quicquã ſtatueretur, concionẽ dimiſit. Poſt-
ea legi adiecit, debere omnino eius legis Patres autores fieri, populumq;
eorum autoritatẽ ſecutum, ratam eam utiq; habere. Ita & hanc legem Cor-
Lex de iudicijs Prætorijs. nelius perfecit, & alteram huiuſmodi. Prætores ſolebant iura ea, ſecundum
quæ eſſent iudicaturi, ſcripta edere. Neque enim prætores id ius, quod ad

contra

cõtractus dirigendos poſitum erat, obſeruabant, neq; id unquam fecerant,
neq; ſcripto iuri ſteterant, ſed ſæpenumerò ea uariauerãt, crebroq; per gra-
tiam & odium certorũ hominũ, ueluti fieri aſſolet, multa gerebantur. Igitur
rogationem tulit, ut & ſtatim à principio Prætores prædicerent, quo iure
eſſent uſuri, & deinde nequaquam ab eo deflecterent. Denique tanta cura
tum temporis cauerunt, ne quis largitionib. ſe corrũpi ſineret, ut præter pœ
nas quas eius rei manifeſtis infligebant, accuſatoribus etiam honores habe
rent. Et M. quidem Cotta cum Quæſtorem ſuum P. Oppium, quem dono
rum acceptorum, et inſidiarum ſuſpectum habebat, repudiaſſet. ipſe autem
magnam uim pecuniæ ex Bithynia corraſiſſet, à C. Carbone accuſatus eſt,
iſq; Carbo, etſi præter tribunatum plebis honorem alium nullum geſſerat,
ob id Conſularibus honoribus exornatus eſt. Atq; ipſe deinde cum Bithy-
niam prouinciam obtineret, & quàm Cotta moderatiorem ſe non gereret,
ab eius filio uice uerſa in iudicium tractus, reusq; peractus eſt. Longè enim «
procliuius eſt alios reprehendere, quàm ſibi ipſi moderari: facilimeq; fit, ut «
quarũ rerum cauſa homines pœna dignos alios iudicant, has ipſi eaſdem «
admittant: ut argumẽto non ſit propter quæ alios accuſant, has ipſos odiſ-
ſe. L. autem Lucullus urbana quidem prætura defunctus eſt: ſed cum poſt-
ea in Sardiniam Prætor ut iret ſorte obtinuiſſet, detrectauit, negociumq; a-
uerſatus eſt hac de cauſa, quòd pleriq; in prouincijs perperàm omnia age-
rent. Ipſe quidem ſuam æquitatem ſatis ſuperq; demõſtrauerat. Cum enim *Luculli æqua-*
Acilius ſellam eius, de qua ius dabat, confringi iuberet, quòd ſe prætereun- *nimitas.*
tem aliquando cernens non aſſurrexiſſet, nihil animo commotus ille, ſtans
deinde, & propter eum collegæ etiam, de iure reſponderunt. Tulit & Ro-
ſcius legem, & aliam C. Manilius Tribunuſplebis: ille quidẽ, quòd de gra-
dibus equitum in theatris accuratè ab alijs ſeparandis lex eius eſſet, lauda- *Lex Roſcia,*
tus eſt: Manilio autem parum abfuit quin cauſa dicenda fuiſſet. Extre- *de equitum ſe-*
ma enim anni die, cum iam ueſper appeteret, paratis quibuſdam ex liberto *dibus in thea-*
rum gente, qui inter aliam plebem & ipſi ſua ſuffragia ferrent, eos patronis *tro.*
ſuis adæquauit. Quod ubi mox poſtridie ijs ipſis Calendis, quibus L. Tul- *Lex Manilia.*
lius & Aemilius Lepidus Conſulatum inierũt, ſenatus comperit, legem e- *An. 688. V.C.*
ius antiquauit: ipſe autem territus uehemẽti plebis indignatione, primùm
autores huius ſuæ legis Craſſum, aliosq; quoſdam iactauit. Cum autem ne
mini fidem faceret, Pompeium etiam nolentẽ adulatus eſt, præcipuè quòd
Gabinium apud eum plurimum poſſe intelligeret. Is itaq; Manilius Pom-
peio bellum contra Tigranem ac Mithridatem, tum Bithyniæ & Ciliciæ
adminiſtrationẽ decreuit. Erat tum quoq; potentiorũ indignatio, diſcepta
tioq;, cùm alijs de cauſis, tum quòd Marcius, & Acilius antequàm magi-
ſtratus ſui tempus exiret, eo ſe abdicare iubebantur. Populus, quanquã pau
lo antè ablegauerat, qui captam ditionem componerent, propterea quòd
Lucullus per literas debellatum eſſe innuerat, tamen adductus præſertim
à Cæſare, Marcoq; Cicerone, legem Maniliã confirmauit. Neuter eò quòd *Cæſar & Cice*
id optimo publico futurũ arbitraretur, aut quòd Pompeij gratiam ſibi con- *ro cur legem*
ciliare uellet, populi tunc partes fouit, ſed in ea re, quam nihilominus uide *Maniliam de-*
bant effectam iri, Cæſar ſimul populum ſibi demerendum ſtatuebat, quem *fenderint.*
longè potentiorẽ Patribus cõſpiciebat: ſimul ad hoc ſe parabat, ut aliquan-
do pro ſe quoq; ſimile decretũ fieret. Ad hæc Pompeium ex his quæ ei con
ferebantur ornamenta, & maiori inuidiæ expoſitũ, & eo magis moleſtum
populo efficere ſtudebat, ut illius tanto maturius ſatietas eum caperet. Ci-

cero Rempublicam regere affectans, tam nobilitati quàm plebi oſtendebat utri ſe parti adiunxiſſet, ei incrementum ſe additurum. Igitur utriſque ſe applicabat, modò huius, modò alterius partis res fouendo, & utriuſq; fauorem ſibi concilians. Eo uerò tempore Aedilem ſe, quàm Tribunũ plebis fieri malebat, quòd optimos iam antè ad honores alios delectos diceret, atq; hac de cauſa turbę acceſſerat. Etiam poſt hæc, cum Manilio iudicium à Senatu eſſet intentatum, isq; ei moram inijcere cuperet, Cicero & aliàs Senatui repugnauit: & quia tum præturam, principatumq; in iudicijs gerebat, multo labore obtinuit, ut res in ſequentem diem extraheretur, cauſatus in extremo iam anni eſſe. Interim plebe Manilij caſum indignè ferẽte, in concionem Cicero progreſſus, coactus, ut putatur à Tribunis, Senatum uerbis perſtrinxit, Manilioq; ſe patrocinaturum promiſit. Cùm alijs ob id opprobrijs impetitus eſt, tum transfuga quoq; audijt: quo minus autem iudiciũ

Seditio eorũ, qui legibus ambitus interrogati pœnas dederant.

rei fieret, coortus confeſtim tumultus impedijt. P. Pætus, & Cornelius Sylla, magni illius Syllæ fratris filius, Coſs. deſignati, largitionis erant cõuicti. Hi L. Cottæ, ac Lucio Torquato, à quibus accuſati erant, uitæ periculũ per inſidias creabãt: idq; hoc magis, quòd hi in ſuum locum eſſent elati. Ad id facinus accinxerant ſe & alij quidam, & Cn. etiam Piſo, Luciusq; Catilina, homo audaciſsimus, iratus ob repulſam, quam in petitione Cõſulatus paſſus erat. Fruſtrati tamen ſunt incepto, quòd & maturius palàm factæ erant inſidiæ, & à Senatu Cottę Torquatoq; additum præſidium, idq; contra inſidiatores fore edictum erat, niſi quis Tribunus plebis interceſsiſſet. Poſt-

Piſo.

quam nihil de ferocia Piſonem remittere Senatus uidit, ueritus ne tumultum concitaret, eum ſub titulo imperij in Hiſpaniam ablegauit, atque is ibi

Põpeius ad bellum Mithridaticum proficiſcitur.

ob iniuriã quandã ab incolis trucidatus perijt. Pompeius autem primùm ſe ad naualẽ in Cretam & aduerſus Metellũ expeditionẽ parabat: ubi quæ acta eſſent, accepit, ægrè ſe eam rem ferre ſimulauit, quemadmodũ et antea fecerat, & de aduerſarijs queſtus eſt, qui eum ſubinde negocijs obtruderẽt, ſperantes fore ut aliquãdo ijs ſuccumberet: ipſe uerò gratiſsimam eam rem habuit, neq; ulla deinceps Cretæ, uel aliorum maritimorum negociorum, ſi qua reſtabant nondum confecta, ratione habita, in barbarico bello adoſnando erat. interea ad tentandum Mithridatis animum, Matrophanem, qui cum eo de amicitia ineunda communicaret, miſit. Mithridates Pompeium parui admodum eo tempore pendebat, quòd recens uita defuncto Arſace Parthorum rege, eius ſe ſucceſſorem Phraaten familiaritate ſibi deuincturũ ſperabat. Quẽ ubi Pompeij amicitia eiuſdem rei ergò præoccupatũ, eiuſdemq; impulſu Armeniam Tigrani ſubditã inuadere percepit, animo collapſus, legatos exemplò ad Pompeiũ miſit, qui de conditionibus pacis agerẽt. Pompeius, ut arma deponeret, perfugasq; redderet, iubebat: Mithridati non integrum erat, conſilium capere. Nam ubi id primùm in exercitu eius auditum, transfugæ, quorum magnus erat numerus, ne traderentur ueriti, atq; barbari, ne deſtituti auxilio horum bellare cogerẽtur, tumultuabãtur: iniecissentq; ipſi penè regi manus, qui eos ægrè admodum inhibuit, non pacis petendæ cauſa à ſe miſſos eſſe legatos prætendens, ſed ut Romanorum apparatum ſpecularentur. Pompeius ubi bellum gerendũ eſſe cognouit, inter alia quę ad id moliendum parabat, Valerianas etiam le-

Luculli cũ Põpeio cõgreſſus, & iurgium.

giones ſibi adſciuit. Cum iam in Galatiam ueniſſet, L. ei Lucullus obuiam factus eſt, debellatum omnino eſſe affirmans, neq; expeditione quicquam opus eſſe militari, hac eadem de cauſa etiam uiros à Senatu ad res componendas

nendas

nendas ablegatos, iam adeſſe: Pompeio cum, ut retrocederet, nõ perſuade-
ret, ad eum criminandum ſe conuertit, inter alia probra hominem multa-
rum ſubinde rerum agendarũ, belliq; & imperij cupidum nominans. Pom-
peium parum ea mouerunt. itaq; propoſito edicto, ne quis in poſterum Lu-
cullo obtemperaret, magna celeritate Mithridatẽ petijt, ut quàm primum
cum eo cõgrederetur. Mithridates aliquandiu ſubterfugiebat, quòd copijs
eſſet minoribus inſtructus, uaſtabatq; obuiam quamq; regionẽ: hoſtemq;
hinc inde circũducere, & commeatum inopia affligere ſtudebat. Vbi uerò
Pompeius Armeniam ingeſſus eſt, partim hac ipſa de cauſa, partim ut eam
deſertam occuparet, ibi demum ueritus Mithridates, ne ea regio ſe abſen-
te in poteſtatem hoſtium ueniret, eódem perrexit. Tumulum ex aduerſo
hoſtium tutum inſedit, ipſe cum toto exercitu quietem egit, penuria rerum
neceſſariarum Romanum ſe confecturum ſperans, qui ſibi in ſua ditione
commoranti undiquaq; affatim aduehebantur. Erat ſub eo tumulo plani-
cies nuda poſita: in eam ſubinde nonnullos equitum demittebat, qui ob-
uios quoſq; læderent. quo effectum eſt, ut crebri ab hoſte ad ipſum transfu-
gerent. Pompeius cum eo in loco hoſtem aggredi nõ auderet, alium caſtris
locum obtinuit, circa quem omnia ſyluis erãt obſita, ut minus iam hoſtium
equitatus ſagittarijq; nocere poſſent. Ibi inſidijs commodo loco poſitis, i-
pſe cum paucis ad caſtra hoſtium palàm acceſsit: tumultuq; excitato ad lo-
cum quem deſtinauerat, è caſtris eos pertraxit: ita magnam hoſtium cæ-
dem fecit. Addidit ea res animum, ideoq; alios ad alias regionis partes e-
miſit, qui commeatus explicarent. Mithridates ubi hoſtem tutò rerum ne-
ceſſariarum commeatu auctum, Manaiten regionem Armeniæ, Deo eiuſ- *Manaitica re-*
dem nominis conſecratam per aliquos cepiſſe, frequenteſq; alios ei ſe ad- *gio.*
iungere, Marcij quoque exercitum ei acceſſiſſe percepit, territus regionem
hanc ſibi relinquendam ſtatuit. Igitur noctu caſtra mouit, & nocturnis de-
inceps itineribus Armeniam Tigrani ſubditam petijt. Cedentem Pompe- *Fuga Mithri-*
ius inſecutus eſt, pugnæ conferendæ cupidus: neq; tamẽ id prius uel inter- *datis.*
diu (tum enim hoſtes caſtris ſe continebant) uel nocturno tempore auſus
eſt, quòd ignorantiã locorum ſuſpectam haberet, antequam in ipſos limi-
tes aduenerunt, ibi demum cum hoſtem effugiturum intelligeret, coactus
eſt pugnã nocturnam tentare. Eo ſtatuto, prior caſtra mouit, fefellitq; bar-
baros meridie conquieſcentes. Quà ituri erant hoſtes, ibi locum inter tu-
mulos aptè poſitum occupauit, in ſublime milites eduxit, expectauitq; ho-
ſtium aduentum. Barbari, quibus nihil dum aduerſi euenerat, & iam in loca
tuta ſe accedere credebant, ſecurè neq; cuſtodiæ etiam cauſa quoquã præ-
miſſo ibant, ſperantes ab inſequendo iam Romanos deſtitiſſe. Cum prædi-
ctam loci cauitatẽ attigiſſent, in tenebris eos Pompeius adortus eſt, quòd
& aliud lumen nullum haberent, nec ſidus ullum fulgebat. Porrò id præliũ
ſic cõmiſſum eſt. Primò omniũ ex compoſito omnes tibicines ſimul claſsi- *Pugna noctur-*
cum cecinere, pòſt & milites & cætera turba clamorem bellicum ſuſtule- *na, qua Mithri*
runt, tum alij haſtis ſcuta, alij ſaxis ærea uaſa percuſſerunt. Montes circùm *datem deuicit*
caui acceptum ſonitum quàm maximè terribilem reddiderunt: quem ut re- *Pompeius.*
pentè barbari nocturnum in deſertis locis accepere, uehemẽter animo de-
iecti ſunt, ſe diuinitùs immiſſum in malum incidiſſe rati. Interim Romani
undiq; de ſublimi lapidibus, ſagittis, teliſq; iaculari, & ob tantam multitudi-
nem nullum ſine uulnere telum cadere, barbari in ſummum diſcrimen ad-
duci. (Non enim ad prælium, ſed ad iter ſe cõpoſuerant, obuerſabanturq;

eodē in loco equi, cameliq́; multiplices: tum uiri mulieresq́;, partim equis, partim curru, couinis, carrisq́; promiſcuè uectati.) Alios accepta uulnera, alios expectata terrere: igitur tanto facilius ipſi ſe in concurſu prementes, perire. Hæc eminus icti mala tolerabant. Romani, cum iacula omnia conſumpſiſſent, in barbaros decurrerunt. ibi extremorum cædes facta (& erant plerique inermes, ita ut ad mortem unus ictus ſufficeret) qui in medio erant, undiq; ob præſens periculum ſe exterioribus recipientibus, premebantur, mutuoq́; ſeſe trudentes conculcantesq́; peribant, cum neq; ſe ipſos tutari, neq; hoſtem aggredi poſſent, quòd maior pars equites ac ſagittarij erant, quibus neq; in tenebris proſpectus, neq; in tantis anguſtijs conatus ullus procedebat. Vbi Luna effulſit, barbari utiq; ſe in luce hoſtem depellere poſſe putantes gaudebant: poteratq́; ipſis commodo eſſe, niſi eam à tergo Romani habuiſſent: & modò hac, modò illac incidentes, uiſum conatusq́; eorum magnopere decepiſſent. Nam quia admodum frequentes erant, ſimul omnes umbram perquàm denſam edebant, quæ barbaros cum inuaderentur decipiebat. Fruſtrà enim inanem umbram, ac ſi iam comminus ſtarent, impetebant: cumq́; in umbra manus uellent conſerere, nihil ueriti uulnerabantur. Eo modo & plurimi ſunt interempti, & haud pauciores

Fuga Mithridatis in Boſporū.

uiui in poteſtatem hoſtium uenerunt. Cum multis alijs Mithridates ipſe effugit: & ad Tigranem contendens, cum ab eo per legatos compellato nullum amicum reſponſum tuliſſet, quòd is Mithridatem Tigrani filio ſuo (erat is nepos Mithridatis) contra ſe ſeditionis cauſam fuiſſe prætenderet, ac ob id præterquā quòd Mithridatem non ſuſcipiebat, legatos etiā compræhenſos in uincula coniecißet: ita ſpe ſua fruſtratus, in Colchidem uerſus eſt. atq; inde terreſtri itinere partim cōciliatis hominibus, partim ui adactis, ad Mæotin & Boſporum peruenit, regionemq́; ſuam fecit. Erat tum dominus

Macharen filium Mithridates necari iubet.

eorum locorum Machares Mithridatis huius filius, Romanorum rebus ſtudens: eum ita territum, ut ne ſub aſpectum quidem patris uenire auderet, per eius familiares ſecuritate & pecunijs miſsis ad facinus impulſos, interfecit. Quo tempore hæc aguntur, Pompeius qui Mithridatem inſequerentur emittit. is uerò Phaſin flumen transgreſſus effugerat. itaq; urbem eo loco quo uicerat, Pompeius condidit, quam uulnerati, aut ætate confecti milites ſui haberent. acceſſerunt his multi uicinorum, hodieq; etiam extant

Nicopolis in Armenia minori.

Nicopolitæ nomine. uiuūt autem moribus Cappadocum. Hæc Pompeius tum gerebat. Tigranes iunior interim primoribus ſibi adiunctis, ſenioris

Cum Tigrane filio & patre geſta à Pompeio.

Tigranis imperio offenſis, ad Phraatem confugerat: eumq́; circumſpicientem pro ratione initi cum Pompeio fœderis, quid ſibi agendum foret, ut in Armeniā iret, permouerat. Peruenerūt igitur uſq; ad urbem Artaxata: eam iam obuijs omnibus ſubactis aggrediebantur: (nam eorum metu Tigranes ſenex in montes conceſſerat) Phraates cum obſidionem diuturnam fore cenſeret, filio Tigranis partem copiarum reliquit. ipſe domum ſe recepit. Tigranes pater in filium ſolum relictū profectus, prælio eum uicit, atq; is in fuga primùm ad Mithridatē auum ſe contulit. Eum autem uictum eſſe eum intelligeret, atq; ipſum auxilio aliorū magis indigere, quàm alij poſſe opitulari, ad Romanos ſe adiunxit: eoq́; duce uſus Pompeius, in Armeniā, atq; aduerſum patrem eius exercitum duxit. Tigranes pater re cognita territus, ſtatim præconem ad Pompeium miſit, traditis etiam Mithridatis legatis.

Filij in patrem impietas.

Cum filius impedimento eſſet, ne quicquam tolerabile poſſet impetrare, nihiloq́; minus Pompeius tranſmiſſo Araxe fluuio Artaxatis appropinqua-

pinquaret, ibi demũ Tigranes urbẽ ei dedidit, ipſeq́ sua ſpõte in caſtra Põ-
peij aduenit. Ita ſe, quo & reuerẽtia Pompeio, & miſericordia dignus uide
ret, cõparauerat, ut quantũ eius fieri poterat maximè inter priſtinã dignita-
tem, ac præſentẽ humilitatẽ mediũ ſeruaret ſtatũ. Togã nanq, quam dimi- *Tigranes pater*
dia ſui parte albã gerere ſolebat, & candyn (ueſtimenti hoc ipſis genus eſt) *ſe Pompeio de*
purpureũ exuerat, tiaram autem cum faſcia gerebat. Et Pompeius quidem *dit.*
miſſo lictore iuſſerat ei, ut equo deſcẽderet, quo uectus patrio more ipſum
etiam uallũ intraturus fuerat. Pedibus ingreſſum, proiectoq́ diademate in
terram prolapſum, adorantemq́ ſe intuitus Pompeius, miſericordia com-
motus exiluit, ſubleuauitq́, & diademate uelatũ, in proximo ſubſellio col-
locauit, conſolatusq́ eſt, cùm alijs uerbis, tum nõ eum Armeniæ regno ex-
cidiſſe, ſed inſuper Romanorum amicitia auctum eſſe dicens. His dictis re-
fectum, ad cœnã inuitauit. Filius ~~Tigranis~~, [redacted] altera parte Pompeij con
ſederat, neq aſſurrexit patri, neq alia ulla comitate erga eum uſus eſt: quin
& ad cœnam uocatus nõ adfuit, quare in primis ſibi Pompeium infenſum
reddidit. Poſtridiè eorum cõtrouerſijs auditis Pompeius omne auitum re-
gnum patri reſtituit. Nam quæ præterea ſua fecerat, haud illa exigua, (erãt
enim præter cætera partes quædã Cappadociæ, Syriæq́, itẽ Phœnice, So-
phenēq́ regio Armeniæ finitima) ei ademit, atq inſuper pecuniam impe-
rauit. Filio ſolam Sophenem attribuit, in qua theſauri repoſiti erant, de qui-
bus controuerſia iuueni erat: & cum fruſtratus eſſet (neq enim Pompe-
ius alia ratione pactam ſibi pecuniam habere poterat) indignatus, fugam
cogitauit. Senſit id maturè Pompeius: igitur eum in liberam cuſtodiam de-
dit, ad gazæ ſeruatores miſsis, qui eam omnem Tigrani patri dari iuberẽt.
Cum id recuſarent, dicerentq́ non ab alio quàm à Tigrane iuuene, cuius
iam tum ea regio eſſe iudicabatur, debere imperari, is circum caſtella miſ-
ſus eſt: quę cum occluſa inueniret, proximè acceſsit: & quantũlibet inuitus,
tamen ut reſerarentur imperauit. Nihilo plus cuſtodes obtemperabãt, ob-
tendentes haud ſua uoluntate, ſed coactum Tigranem hoc iubere. id uerò
grauiter ferens Pompeius, in uincula Tigranem coniecit, atque ſic demum
ſenex theſaurum accepit. Pompeius diuiſis in tres partes copijs, in Tanaiti-
ca regione, & ad fluuium Cyrnum hyberna habuit. A' Tigrane & alia pluri
ma accepit, & uim pecuniæ longè maiorẽ quàm de qua conuentũ erat: eam
præſertim ob rem & hunc inter ſuos amicos, bellíq́ ſocios multo pòſt tem
pore retulit, & filium eius Romam in cuſtodia perduxit. Non tamen hyber
na ei quieta fuerũt. Albanorum, qui ſupra Cyrnum flumen incolunt, regnũ
Oræſes obtinebat: is nonnihil etiam ut Tigrani iuniori, amico ſuo, gratifi- *Oræſes Alba-*
caretur, ſed præcipuè quod uerebatur ne Albaniam quoq Romani inua- *norũ rex Pom*
derent, ſperans ſi per hyemem improuidos, & non uno in loco caſtra me- *peium inuadit,*
tatos adoriretur, haud dubiè ſe operæprecium facturum, ſub ipſa Saturna- *ac uincitur.*
lia exercitum aduerſus Romanos duxit, ita quidem, ut ipſe Metellum Cele
rem, qui Tigranem ſecum habebat, aggrederetur: alij autem contra Pom-
peium, alij contra tertiæ partis pręfectum L. Flaccum irent, ut cum ſingulis
eodem temporis momento negocium faceſſeretur, mutuò ſibi ſubuenire
non poſſent. Nihil omnino ulla in parte ſucceſsit. Nam Oræſem quidẽ Me
tellus ui profligauit: Flaccus cum foſſæ ſuorum caſtrorum ambitus tantus
eſſet, ut defendi nequaquã poſſet, aliam interius egit, credentesq́ id pauo-
ris cauſa factum, hoſtes intra foſſam exteriorem pertraxit: tum in nihil tale
expectantes impetu facto, multos in ipſo cõflictu, multos in fuga peremit.

 Pompeius

git. Tranſituro iam Cyrnum Pompeio. Artoces per internuncios & pacem
ab eo petit, & pontem, omniaq; neceſſaria ſe præbiturum pollicetur, & u-
trumq; obtinendę pacis cauſa pręſtitit. ubi Pompeius Cyrnum traiecit, rex
ad Pelorum (is quoq; fluuius Artocis regionem perlabitur) fuga ſe prori-
puit, aufugitq; ab eo: quem cum tranſitu poſſet prohibere, ad ſe attraxerat.
Pompeius re animaduerſa, fugienti inſtat: curſuq; aſſecutus hoſtē, congreſ-
ſusq; prius quàm ſagittarij arte ſua uti poſſent, haud multo labore fundit.
His actis, Artoces traiecto Peloro, atq; huius etiam fluminis ponte crema-
to aufugit: reliqui partim in conflictu, partim pedibus per flumen tentato
tranſitu perierunt. Multi per ſyluas diſperſi, ab arboribus præcelſis iaculan
do dies aliquot traxerunt: ſed & hi poſtmodò arboribus ſuccisis periêre.
Tum demum Artoces ad Pompeiū de pace impetranda internuncios cum
donis miſit. Pompeius donis acceptis ut à tranſactione nō abhorrere uide-
retur (nolebat enim rem diutius extrahi) tamē pacē ſe daturū negabat, niſi
filios prius Artocis obſides accepiſſet. Artoces aliquandiu rem ſuſpenſam
tenuit. tandē cum Romani uado fluminis per æſtatē reperto, nullo quidē
repugnāte, ægrè tamē tranſiuiſſent, ibi tum & filios obſides miſit Artoces,
& cum Pompeio pacē firmauit. Poſt hæc Pompeius, cum Phaſin haud pro-
cul abeſſe didiciſſet, ſtatuiſſetq; præter eum in Colchidem proficiſci, atque
inde in Boſphorum aduerſum Mithridatē ire, ita uti decreuerat iter ingreſ-
ſus, Colchos, conterminosq; ijs populos, partim eorum uerbis, partim ter-
rendo ſibi cōciliatis, peragrauit. Ibi comperto, iter terreſtre per multas igno
tas bellicoſasq; gentes difficile, maritimū adhuc incommodius propter im
portuoſam regionem, incolasq; eius futurū: nauales copias in ſtationibus
Mithridatē ne qua enauigare, ne'ue ad eum cōmeatus peruehi poſſet, ob-
ſeruare iuſsit. Ipſe in Albanos profectionem cōuertit, non directo itinere, **Pompeij in Albanos expeditio.**
ſed ut eos propter pactū ſecuros inopinato aduentu obrueret, in Armeniā
regreſſus, Cyrnum pedeſtri itinere, quo loco eum uadoſum æſtas reddide-
rat, traiecit. Primò equites in flumen demiſit, deinde iumenta, poſtremò pe
dites, ut & uim aquæ exciperent, infringerentq; corporibus ſuis equites: &
ſi quod tamen iumentum ui aquę impelleretur, in eos qui altera ex parte co
mitabantur, incideret, neque ulterius deferretur. Hinc ad Cambyſen flu-
uium perrexit, nihil ab hoſtibus paſſus, æſtu autē, ſitiq; toto exercitu uehe-
menter afflicto, quamuis nocturnis plurimùm itineribus uterentur. Duces
itinerum ex captiuis acceperant, à quibus non id iter quod commodiſsimū
erat, demonſtrabatur: ipſe etiam fluuius parum utilitatis afferebat, cuius a-
qua frigidiſsima affatim pota multi admodum lædebātur. Cum ne hic qui-
dem quiſquam reſiſteret, ad Abantem (flumini id nomen eſt) acceſſerunt,
præter aquam nihil ſecum portantes, reliqua omnia benignè ab incolis ſup
peditabantur: itaq; & ab omni maleficio in eos temperatum eſt. Tranſgreſ-
ſis fluuium, aduentare Orœſen affertur. Eum ut Pompeius priuſquam mul-
titudinem tātam Romanorum adeſſe ſentiret, retroq; cederet, ad pugnam
eliceret, equites primo loco conſtituit, mandatis prius quæ agenda eſſent:
poſt illos reliquam multitudinem in genua ſubſidentem, ſcutisq; opertam
collocat: his uti quieſcant imperat: ita eorum pręſentiam non antè animad-
uertit Orœſes, quàm ad manus uentū eſt. Igitur equites, quos ſolos eſſe pu-
tabant, cōtemnit, inuaditq;, & leui momento in fugam quā data opera fa- **Orœſes prælio à Pompeio uictus.**
ciebāt, uertit, acriterq; cedentibus inſtat. Tum repentè pedites ſe erigen-
tes, facto inter ſe ſpacio, ut ſecurus ſuis per medios eſſet receptus, temerè

inſequentes hoſtes excepêre, magnamꝗ eorum multitudinem circunde-
derunt, in medioꝗ deprehenſos conciderunt. Qui circundati non erant, in
eos eques partim ad dextram, partim ad læuam à tergo circũuectus, impe-
tum fecit, ita utrobiꝗ magna hoſtium cædes facta eſt: qui ab utraque clade
in ſyluas fuga ſe proripuerunt, his accenſis periere, ſubinde acclamante Ro
mano: Hem Saturnalia, hem Saturnalia. ſub id enim tempus antè Albani
eos per inſidias fuerant adorti. His geſtis Pompeius, depopulataꝗ regio-
ne, Albanis pacem dedit, reliquisꝗ item aliquot Caucaſum montem uſꝗ
ad mare Caſpium (nam couſꝗ is mons à Ponto facto initio pertinet) ac-
colentibus populis, per legatos eam petentibus. Phraates cum tanto impe-
tu Pompeium ferri uideret, Armeniamꝗ & Ponti partes eò loci pertingen
tes ab eius legatis captas eſſe, Gabinium quoꝗ iam ultra Euphratem ad Ti
grin uſꝗ proceſsiſſe, eorum terrore perculſus, ut fœdus initũ cum Roma-
no firmaret, in animum induxit, deꝗ pactis renouandis ad Pompeium le-
Pompeij in gatos miſit: nihil tamen ea legatione aſſecutus eſt. Pompeius enim rerũ ſuc
Phraatem ini- ceſſu, ſpeꝗ præſentium rerum fretus, eum paruipendebat: & inter alia re-
quitas. ſponſa, quæ ſuperba legatis dabat, Corduenem quoque regionem, de qua
Phraati erat cum Tigrane cõtrouerſia, poſcebat. Cum legati de hac re (ne-
que enim quicquam habebant in mandatis) nihil reſponderent, nõnihil ad
Phraaten ſcripſit: ſed non expectato reſponſo, confeſtim Afranium in eam
regionẽ ablegauit, eamꝗ nullo labore occupatã Tigrani dedit. Afranius
Afranius Pom per Meſopotamiam in Syriam, præter pactum cum Phraate initum, profi-
pey legatus. ciſcens, in itinere aberrauit, multumꝗ ob hyemem & penuriam uictus in-
Carræ commodi paſſus eſt: perijſſetꝗ cum ſuis, niſi eos Carrenſes, qui Macedonię
coloni eſſe feruntur, & circũ ea loca incolunt, excepiſſent, deduxiſſentꝗ.
Armorum uis Hæc Pompeius ſua confiſus potentia, tum cum Phraate egit, iniuriam mo-
„ lientibus euidenti admodum exhibito documento, quòd ab armis omnia
„ pendeant: quibus qui præualet, eius legibus omnes neceſſariò obtempe-
rent. Phraatis quoꝗ titulos, quibus ille apud alios omnes, ipſosꝗ etiã Ro-
manos gaudebat, quibusꝗ eum illi ſemper compellabant, ludibrio habuit.
Rex enim regum Phraates audiebat. At Pompeius Regum uocabulo am-
putato, per literas ipſum Regem ſimpliciter appellauit: quod nominis Ti-
grani etiam præter morem Romanum tribuit, cum eum in triumpho duce
ret. Phraates, quamuis Pompeium & timeret, & demereri ſtuderet, tamen
indignè id tulit, ut qui regno etiam ſuo ſpoliaretur: itaꝗ per legatos de ac-
ceptis iniurijs queſtus eſt, interdixitꝗ, ne Euphratẽ tranſiret. Vbi nihil mo
An. V.C.690. derati reſponſum eſt, uerno tempore (Conſules tum Romæ erant L. Cæ-
ſar, & C. Figulus) contra Tigranem, adhibito filio eius, ſuo genero, expedi-
Phraates Ti- tionẽ fecit: ibi prælio uictus, poſtea hoſti præualuit. Cumꝗ Tigranes Pom
granem uincit, peium in Syria agentem accerſeret, denuò ad eum legatos Phraates miſit,
ad Pompeiũ le- multa & Pompeium incuſans, & Romanos inſimulans, adeò ut & pudo-
gatos mittit. rem & terrorem Pompeio inijceret. Igitur neꝗ Tigrani auxilium tulit, &
nihil deinceps hoſtile aduerſus Phraatẽ exercuit, cauſas has edens, ſibi neꝗ
hanc expeditionem à populo Romano eſſe demandatam, & Mithridatem
in armis adhuc eſſe: ad hæc ſe rebus confectis contentum eſſe, neꝗ uelle a-
lia aggredi, ne dum plura appeteret, in his aduerſam fortunã, ueluti Lucul-
lus, experiatur. Hæc enim tunc Philoſophica adducebat, auaritiamꝗ rem
eſſe pernicioſam, iniuſteꝗ res alienas appeti tum demum dicebat, cum pro
ſe haud quicquam ea facerent. Potentiam enim Parthi metuebat, inconſtã-

tiamꝗ

tiamq; rerum pertimeſcens: bellum illud, etſi multi ad id incitarent, non ſuſcepit: barbari autem accuſationes dictis eleuabat, non quidem refutans, uerùm ei litem cum Tigrane de limitibus quibuſdam intercedere ferebat, ſe miſſurum tres uiros, qui eam dijudicarent. Atq; eos quidem miſit: hiſq; Reges tanquam re uera arbitris acceptis, omnẽ ipſi inter ſe controuerſiam compoſuerunt. Tigranem ira ſtimulabat, quòd ſuppetias non impetraſſet. At Phraates Tigranem quoq; ſaluum eſſe uolebat, cuius olim, ſi res ita ferret, auxilio contra Romanos uti poſſet. Vtriq; ſatis conſtabat, uter ipſorum alterum ſuperaſſet, quòd is & Romanam rem ſibi infenſam redditurus, & ad reſiſtendum imbecillior eſſet futurus. His itaq; cauſis moti, in gratiam redierunt. Pompeius eo tempore Aſpidi erat in hybernis, aduerſanteſq; ſibi etiamnum regionis partes recipiebat: inter alia caſtellum Symphoriũ, tradente Stratonica, accepit. Erat hæc Stratonice Mithridatis uxor: deſertáq; ſe ſuccenſens, emiſſo ad commeatum parandum præſidio, Romanos acceperat, etſi filio eius * *

Tigranes & Phraates in gratiam redeunt.

Ob hoc ſolũ cum ædilis eſſet, laudatus eſt: ſed & quòd ludos Romanos, Megalenſeſq; ſumptuoſiſſimos fecerat, defunctoq; patri gladiatorium munus magnificentiſſimè ediderat. Sumptus ad eas res partim ipſe & collega eius M. Bibulus in commune contulerant, partim ipſe priuatim: uerùm tantum ipſe in his rebus eminuit, ut & alterius gloriam ſibi propriam reddiderit, creditusq; ſit ſolus omnes impẽſas ſuſtinuiſſe. Igitur Bibulus ipſe per iocum dixit, idem ſibi quod Polluci accidiſſe, cui cum templũ cum fratre ſuo Caſtore commune eſſet, ſolius tamen Caſtoris dici conſueuerit. Atq; hæc quidem Romanis læticiam afferebant: prodigijs uerò uehemẽter terrebantur. In Capitolio enim multæ ſtatuæ de cœlo tactę, liquefactæq; fluxerant, deiectæq; erant cùm alia ſimulacra, tum Iouis, columnæ inſiſtens: præterea imago lupæ cum Remo ac Romulo conſecrata ceciderat. literę etiam in columnis, quibus leges inſcribebantur, confuſæ atque obliteratæ erant. Reliqua prodigia ſecundum præcepta aruſpicũ procurata ſunt. Ioui autem ſtatua maior ad orientem ſolem, forumq; reſpiciens poni iuſſa eſt: ut coniurationes, quæ Rempub. perturbabant, detegerẽtur. Hæc eo anno geſta. Cenſores quoq; inter ſe de his qui trans Padum incolunt, diſſidentes, cum alter eis Rempublicam cõmunicandam ſtatueret, alter negaret, ne in alijs quidem rebus quicquam effecerũt, ſed magiſtratu ſe abdicauerũt. Ob eam cauſam ſucceſſores quoq; eorum ſequenti anno nihil egerunt, impedientibus eos in legendo Senatu Tribuniſplebis, timentibus ne Senatu ipſi eijcerentur. Interim omnes qui Romæ commorabantur peregrini, exceptis his qui eam quæ nunc uocatur Italia, incolunt, ciuitate pulſi ſunt, lata ad hoc lege à Caio quodã Papio Tribuno plebis, qui eos per urbem uagari cernens, non idoneos eſſe iudicabat, qui cum Romanis habitarent. Proximo anno Figulo & L. Cæſare Conſulibus, res non eæ quidem magnæ euenerunt, tamen ad incerta rerum humanarum commemoratu non indignæ. Nam & is qui ex mandato Syllæ Lucretium occiderat, & alius quidam multorum à Sylla proſcriptorum percuſſor, homicidiorum cauſa in ius uocati, ſupplicioq; affecti ſunt. prȩſertim id Iulio Cæſare agente. Ita nimirum mutationes rerum eos, qui aliquando plurimũ potuerunt, omni potentia exuunt. Non ea res tantum præter opinionẽ uulgò cecidit, ſed & quòd Catilina eadem de cauſa accuſatus (nam et is proſcriptorũ multos interemerat) in iudicio abſolutus eſt: iſq; ab eo longè deterior effectus, tandem hac ipſa de cauſa perijt.

Prodigia.

Cenſores diſſidentes ſe magiſtratu abdicãt.

C. Papij Tr. lex.

Vices rerum.

Nam

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

V.C.691. Nam M. Cicerone, C. Antonio Conſulibus, quo tempore à Mithridate nul
lum amplius Romanis periculum erat, ſed is ſibi ipſi mortem conſciuerat,
is quem dixi Catilina, immutandũ Reipub. ſtatum ſibi ſumpſit: adſcitisq́;
ad hoc cœptum ſocijs, terrorem haud mediocris belli Romanis attulit. V-
traque res eo modo geſta eſt. Mithridates acceptis cladibus nihildum ani-
mo fractus, uerùm plus in conſilio quàm uiribus præſidij ponens, præſer-
tim Pompeio in Syria commorante, ad Iſtrum per Scythas proficiſci decre
uerat, atque hinc in Italiam irrumpere. Erat is uir magnis agendis rebus na-
tus, quiq́; & aduerſam ſæpenumero & ſecundam fortunam expertus, ni-
hil non audendum, ſperandum'ue putabat: tum ſi ſucceſſus non reſpondiſ-
ſet cœptis, potius ſibi cum regno, integro adhuc animo pereundum, quàm
ſi regno excidiſſet, in abiecto ſtatu per ignominiã uiuendum ſibi ducebat.
Ad hæc igitur animum obfirmabat, cui tantum uirium creuerat, quantum
roboris corpori deceſſerat, ut iam huius quoq; infirmitatem animi conſilijs
foueret. Quos autem ſecum habebat, ij cum res Romana ſubinde ualidior,
Mithridatis debilior fieret, cui præter cæteras calamitates, terræmotu etiã
poſt hominũ memoriam maximo multæ urbes deiectæ erant, animos à re-
ge auerterunt, tumultuatumq́; eſt inter milites, quidamq́; liberis aliquot re
gijs correptis, eos ad Pompeium adduxerunt. De horum facinorum autori
bus nonnullis deprehenſis ſuppliciũ Mithridates ſumpſit, nonnullos quo-
que ob ſuſpicionem iratus abripuit, neq; iam ulli quicquam fidebat, adeò
ut aliquot ex ſuis etiam liberis ob ſimultatẽ trucidaret. Quibus perſpectis
Pharnaces, Mithridatis & ipſe filius, partim ſibi à patre timẽs, partim à Ro
manis regnum ſe accepturum (erat enim iam ætate uirili) parenti inſidia-
tus eſt. Verùm quòd multi & palàm & furtim omnia quę ab eo agerentur,
curioſe inquirerent, non fefellit, dediſſetq́; ſtatim pœnas ſi uel minima be-
neuolentiæ pars ſatellitibus erga ſenem fuiſſet: nunc Mithridates, quamuis
in omnibus regijs rebus ſapientiſsimus, hoc tamẽ non animaduertit, nihil
» neq; arma, neq; multitudinẽ ſubditorum ſine eorundem beneuolentia con
» ducere, quinimò hæc ipſa, ſi fides abſit, tanto minus tuta eſſe, quanto ſunt
» plura. Pharnaces facilimè ſibi conciliatis, quos ad eum comprehẽdendum
pater miſerat, cum his, ijsq́; quos iam antè parauerat, rectà ad ipſum patrẽ
contendit. Is tum Panticapæi degebat, auditaq́; re, milites nõnullos aduer-
ſus filium emiſit, ipſe ſtatim ſubſecuturus: ſed hos quoque, quippe qui Mi-
thridatem ipſi etiam non amabant, Pharnaces leui momento conuertit, ur-
beq́; haud inuita occupata, patrem qui in regiam confugerat, interemit. Co
natus erat Mithridates ſeipſum uita exuere, ac uxoribus, reliquisq́; liberis
ante ſe ueneno necatis, reliquum ipſe exhauſerat: ſed neq; ei ad mortem ue
nenum, neq; mucro quo ſeipſum uulnerârat, ſatis fuerunt. Nam ne uenenũ
quãtumuis id mortiferum, ſibi letale eſſe poſſet, ipſe quotidiano amuleto-
rum uſu, quibus ſibi cauebat, effecerat. Ictus autem gladij, quem ſua ſibi ma
nu intulerat, cùm propter ætatẽ imbecillior, præſentesq́; quæ circunſtabãt
calamitates, fuit, tum ueneni ſumptione cuiuſcunq; tandem debilitatus. Igi
tur cum neque ſeipſum confeciſſet, & diutius tempus trahere uideretur, hi
quos in filium emiſerat, irruentes gladijs ac lanceis mortem ei accelerârũt.
Ita Mithridates quàm maximè uaria per uitam fortuna, ſummisq́; eius ui-
ciſsitudinibus uſus, ne morte quidem ſimplici abſumptus eſt. Nam & inui-
tus mortem appetijt, cumq́; ſibi ipſi mortem conſciſcere cuperet, id'que &
ferro, & ueneno tentaret, haud ualuit. Itaque & à ſeipſo, & ab hoſtibus
cæſus

Mithridatis cõſilia, ut que à Pharnace filio ſuo ad mortem ſit compulſus.

Pharnacis contra patrem acta.

Mithridatis mors.

cæſus oppetijt. Pharnaces conditum muria corpus Mithridatis ad Pompeium miſit, rei geſtæ argumentum, ſimul & ſe & regnum ei dedens. Pompeius cum uita Mithridatis etiam nomen hoſtile extinctum exiſtimãs, nullas in defunctum fruſtrà iras exercẽdas putauit: itaq; nihil eius cadaueri inſultans, in patrio id ſepulcro condi iuſsit: Pharnaci in mercedẽ parricidij Boſpori regnum donauit, eumq; amicis ſocijsq; ſuis adſcripſit. Ita Mithridate de medio ſublato, regnum quoq; eius, paucis locis demptis, captum eſt: nam etiamnum quidam in præſidio caſtellorum aliquot extra Boſporum poſiti, non ſtatim ſe dediderunt, haud reſiſtendi quidem animo, ſed ueriti ne cuius pecuniæ ſibi tuendæ cuſtodia eſſet data, eam alij diripientes, ſibi culpam imponerent. quibus cauſis moti, expectandum Pompeium, eiq; omnia tradenda duxerunt. Pompeius confectis earum regionum negocijs, Phraate quietem agente, conſtituta Syria atq; Phœnice, aduerſus Aretam ſe conuertit. Obtinebat is regnum Arabiæ eius, quæ nunc Romanis ſeruit, uſq; ad rubrum mare. cumq; prioribus temporibus Syriam frequenter uexaſſet, eſſetq; ob id à Romanis, qui ad Syriæ defendendas iniurias uenerant, prælio uictus, tamen adhuc bellum gerebat. Aduerſus eum, uicinosq; facta Pompeius expeditione, ipſum ſine labore cæpit, præſidiumq; eis addidit. inde in Syriam Palæſtinam, quòd huius incolę Phœnicẽ infeſtaſſent, profectus eſt. Eam regebant Hyrcanus & Ariſtobulus fratres: ac tum fortè propter pontificatum (Regi enim nomen ſummi Pontificis apud eos eſt) ſui Dei (quicunq; is tandem eſt) diſsidentes, urbes ſeditionibus agitabãt. Hyrcanũ igitur Pompeius, ſine prælio (neq; enim is copias quibus reſiſteret, habebat) ſtatim in poteſtatem ſuam redegit. Ariſtobulum autem in arce quadam circumſeſſum, ad conditiones pacis accipiendas cõpulit. cumq; is neq; pecunias, neq; arcem traderet, in uincula coniecit: itaq; etiã reliquos haud difficulter ſubegit. Hieroſolymorum autem oppugnatio haud paruo ei labore ſtetit. Vrbem quidem ipſam à fautoribus Hyrcani receptus facilè obtinuit. templum autem, quod alterius partis homines præoccupauerant, haud abſq; labore cepit. Situm erat loco edito, ſuis mœnibus munitũ: nec ſi ex æquo omnibus diebus id defendiſſent, expugnatum eſſet: uerùm quòd Saturni, quos uocant, diebus, propugnationem intermittẽtes (& his quidem ab omni opere uacant) Romanis eo libero ſpacio occaſionem muri ſubruendi dederunt. Qui ubi hunc hoſtium morem animaduerterunt, nihil ſeriò egerunt reliquis diebus: cum uerò, circumacta ſeptimana, Saturni dies redijſſet, denuò aggreſſi ſumma ui templum oppugnarũt. Atq; ita tandem Iudæi nihil quicquam propugnantes, in poteſtatem hoſtium uenerũt. Ibi tum pecunijs direptis, regnum Hyrcano datum, Ariſtobulus abductus eſt. Hæc eo tempore in Palæſtina geſta ſunt. ita enim antiquitùs uniuerſa ea gens uocabatur, quæ ſe à Phœnicia ad Aegyptum uſq; iuxta mare mediterraneum extendit. Habent autem aliud præterea adſciticium nomen: regio enim ipſa Iudæa, gens Iudæi appellantur. id cognomenti unde initium cœperit, haud ſcio. equidem & alij homines qui ſecundũ eorum ſtatuta uiuunt, id gerunt, quanquam alienigenæ. Eſt id genus hominum apud Romanos etiam: atq; tametſi ſępenumerò imminutum fuerit, ita tamẽ auctum eſt, ut legum quoq; poteſtatem uicerit. Diuerſum à reliquis hominibus obtinent cùm alijs in rebus, uſuq; uitæ quotidiano, tum eo præſertim, quòd nullum ex cæteris dijs colunt, unum autem quendam ſummo ſtudio uenerantur. Tum quoq; temporis nullum Hieroſolymis ſimulacrum extabat: nimirum

Pompeij in Aretam Arabem expeditio, & uictoria.

Palæſtina.

Iudæa.

Iudæorum religio.

mirum ſuum illum deum ineffabilem, inuiſibilemq; exiſtimantes, religioſo eius cultu cæteros mortales ſuperant, cui templum ſummæ molis, pulcherrimumq; extruxerũt: hoc dempto, quod apertum, & nullo culmine tectum fuit. Diem quæ Saturni uocatur, religioni habent, eamq; ab omni opere actioneq; feria uacantes ducunt. Atq; is quidem Deus eorum quis ſit, unde ita coli cœperit, quantopere ab ijs timeatur, id à multis dictum eſt, neq; ad præſentem narrationem facit.

Cur dies Planetis aßignentur, duæ rationes.

Quod autem dies ad ſeptem ſidera illa, quos Planetas appellarunt, referuntur, id ab Aegyptijs haud ita dudum, ut paucis dicam, inſtitutum ad omnes homines dimanauit. Nam priſcis Græcis, quantum mihi conſtat, notus is mos non fuit: & quando quidem is nunc & apud omnes homines ubiq;, & præſertim apud Romanos uſitatus eſt, paucis qua ratione & quo pacto ita inſtitutus ſit, diſſeram. de quo duos ſermones accepi, haud ita difficiles cognitu, contemplationi tamen cuidam innitentes. Nam ſi quis harmoniam eam quæ diateſſaron uocatur, quæ alioquin in Muſica primas obtinere creditur, etiam ad iſthæc ſidera, quibus omnis cœli ornatus conſtat, ita transferat, quemadmodum ordo conuerſionis uniuſcuiuſq; eorum exigit, factoq; ab extremo ambitu, quem Saturno tribuunt, initio, dein proximè ſequentes duos motus præteriens, quarti dominum recenſeat, iterumq; ab eo duobus proximis prçteritis ad ſeptimam conuerſionem deueniat, atq; hoc modo diebus ſingulis eorum inſpectores gubernatoresq; Deos in orbem rediens deligat, aſsignetq;: is inueniet omnes dies muſica quadam ratione cœleſti adminiſtrationi congruere. Atq; hęc prior fertur ratio. Altera hęc eſt. Horas tam noctis q̃ diei munera, à prima incipiens, eamq; Saturno tribue, ſequentem Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, Mercurio ſextam, ſeptimam Lunæ, ſecundum ordinem orbium, quem eo quo perhibui modo Aegyptij tradunt. hocq; aliquoties facto, ubi per uigintiquatuor horas circũiueris, primam ſubſequentis diei horam inuenies Soli obtingere. Iam ſi huius quoq; diei horas uigintiquatuor eodem modo tractes, ad Lunam referes primam tertiæ diei horam: ſicq; eodem modo reliquos etiã dies percurreris, quæuis dies ſibi congruentem Deum accipiet. Atq; hæc quidem ita perhibentur. Pompeius ubi has quoq; res expediuit, in Pontum reuerſus eſt: receptiſq; caſtellis, in Aſiam, indeq; per Græciam in Italiam aduectus eſt.

Pompeij in Italiã reditus, & triumphus.

Multis quidem ex prælijs uictoriã reportauit, multos principes regesq; partim debellauit, partim cõditionibus certis ſibi adiunxit: octo urbes, regionesq; colonis auxit: complures reditus populo Romano parauit: maiorem earum nationum partem quæ per continentem Aſiam Romanorũ erant, ſuis ipſe legibus inſtruxit, eiſq; rempublicam compoſuit, adornauitq;, ita ut etiamnũ hi eius ſtatutis uiuant. Verùm hæc omnia, quantumuis magna, & quæ nullus ante ipſum Romanus effecerat, tamen fortunæ quiſpiam, commilitonibuſq; eius acceptum referat: id autem quod cum primis propriũ Pompeij factum fuit, ſummaq; admiratione dignum eſt, iam nunc referam.

Pompeij præſtantißimũ factum.

Is enim, cum ſummam in mari & in terra potentiam obtineret, maximam uim pecuniæ ex captiuis confeciſſet, principibus regibuſq; multis amicis uteretur, omnes etiam populos, in quos imperium habuerat, ſuis beneficijs ſibi deuinctos, ſuiq; ſtudioſos haberet, itaq; & Italiã ſibi ſubijcere, potentiamq; in omnes Romanos ſibi parare poſſet, quòd & pleriq; eum ultrò eſſent accepturi, & qui ſe opponerent, tamen utiq; ob imbecillitatem conceſſuri eſſent: nihil horum ſibi faciendum ſtatuit, ſed ut primùm Brunduſium eſt aduectus,

uectus, ipſe ſua ſponte, nemine iubēte, copias omnes dimiſit, cum neq; ſenatus, neq; populus quicquam de eis decreuiſſet, & ne in triumpho quidē eas utendas putauit. Sciebat quanto odio homines Marij Syllæq; acta haberent: ijs igitur ne paucorum quidem dierum timoris, dum ſe eadem paſſuros uererentur, præbere cauſam uoluit. Idem etſi multa noua nomina de tot rebus geſtis accipere poſſet, nullum tamen ſibi aſſumpſit. Triumphum decretum ſibi accepit, quamuis maiorum inſtitutis ſancitum erat, ne cui is abſq; partę uictoriæ ſocijs offerretur: duxitq; unū de omnibus bellis triumphum, in quo multa trophæa intulit, de ſingulis rebus geſtis unum aliquod perexiguum, unum autem magnum ſumptu ingenti apparatum, quod de orbe terrarum inſcriptionem habebat. Cognomentum autem nullum adſciuit, ſed nomine Magni, quod ante hæc facinora nactus erat, contentus fuit: quin nec alium ullum nimium honorem ſibi parauit, ijsq; qui ei abſenti decreti erant, ſemel omnino uſus eſt. Decretum autem erat, ut in omnibus feſtis ſolennibus lauream geſtaret, in ijsq; omnibus paludamentum ferret, ueſtem autem triumphalem in equeſtribus certaminibus indueret. hæc enim ei cōcedebantur, maximè Cæſare id contra M. etiā Catonis ſententiā efficiente. De Cæſare, quis fuerit, quomodo plebi ſtuduerit, cumq; Pompeium alioquin euertendum ſibi ſumpſiſſet, ad ea tamen ſe compoſuerit, quæ ad populi gratiam ineundam, ſuamq; potentiam augendam facerent, iam antè dictum eſt. Cato autem iſte ex gente Porciorum erat, magni illius Catonis in omnibus rebus imitator, niſi quòd eum Græcarum literarū uſu ſuperauit: exercebat autem ſe accuratè in negocijs populi, neq; unum aliquem hominem admirabatur: Rempublicam ſummo amore proſequebatur, odioq; omne quod ſuper alia excelleret, ob ſuſpicionem dominandi habebat, omne quod populare erat commiſeratione imbecillitatis motus amabat, populumq; magis quàm quiſquam alius diligebat, libereq; etiam cum periculo ſuo iuſticiam protegebat: atque hæc omnia non potentiæ, non gloriæ, non honoris alicuius adipiſcendi cauſa, ſed ſolius uitæ liberæ atque à dominatione tutæ ſtudio. His moribus præditus, tum quoque in publicum progreſſus, decreto contradixerat. non quòd ullam aduerſus Pompeium inimicitiam gereret, ſed quia id contra maiorum ſtatuta erat. Igitur hæc Pompeio abſenti data ſunt, aduenienti nihil additum: quod facturi tamen haud dubiè erant, ſi ipſe uoluiſſet: nam alijs, qui potentia Pompeium non æquabant, ſæpius ingentes honores tribuerant, cum liquidò conſtet id eos inuitos feciſſe. Pompeius haud ignarus omnia ea quæ potentibus & in ſummo imperio conſtitutis à populo darētur, ut maximè libentes illi ea decernerēt, tamen in eam ſuſpicionem incurrere, quaſi ui, ita ijs qui cum poteſtate ſunt, machinantibus extorta ſint, eademq; nullam ei cui cōferuntur gloriam afferre, quando non à uolentibus, ſed à coactis proficiſci, non ob beneuolentiam, ſed adulandi cauſa exhibita uiderentur: initio ſtatim nemini ut de id genus rebus referret, conceſsit: longè id præſtare dicēs, quàm ſi decretos iam honores repudiaret. Hoc enim cum odio eius magiſtratus, qui decretum feciſſet, & cum faſtu contemptuq; coniunctum eſſe, ubi ea recuſentur, quæ haud dubiè à melioribus, aut certè paribus offeruntur: alteri uerò & nomē, & rem popularis animi, neq; oſtentatione, ſed re uera ineſſe. His cōſideratis Pompeius, qui magiſtratus atq; imperia omnia ferè ſecus quàm à Patribus acceptæ leges ferrent, obiuerat, reliqua iſta quę præter quàm quòd in ijs neque alijs, neque ſibi ipſi prodeſſe poſſet, in-

Trophæum Pomp. de orbe terrarum.

M. Catonis mores.

Cato decretis Pompeio honorib. reclamat.

uidiam etiam odiumq; aduerſus ſe eorũ qui ea præſtitiſſent, allatura eſſe ſen
tiebat, nõ admiſit. Atque hæc tum acta ſunt. Annuo autem tunc ſpacio Ro
mani bellis uacarunt, ita ut longo tempore intermiſſum auguriũ ſalutis re-
peterent. Eſt autem quoddam diuinationis genus, quo probatur, conce-
dant ne ipſis Dij, ut populo ſalutem poſtulent: quaſi nefas eſſet eam prius
quàm concedatur petere. Ad id dies deſtinatur ſingulis annis, ad quã diem
nullus exercitus ad bellũ ſit profectus, nullus hoſtis in aciem eduxerit, aut
pugnatum ſit. Hanc ob cauſam in continentibus malis, maximeq; inteſti-
nis non celebratur: alioquin etiam difficilimum eſt Romanis, ut eam diem
exactè ab his omnibus puram ſeruẽt: præterea abſurdiſsimum eſt, cum ipſi
ſeſe mutuò in ſeditionibus ultrò malis infandis affligant, ut ſiue uincantur,
ſiue adeò uincant, in miſerijs ſint, ita ſalutem à Deo uelle flagitare. Atqui

Prodigia.

tunc uidebatur id auguriũ capi poſſe, nõ tamen purum peractum eſt. Nam
& aues alienæ aduolarunt, auguriumq; ſiniſtrum reddiderũt. præterea alia
quoque infeſta ſigna euenerunt: multa enim fulmina per ſerenum delapſa
ſunt, terra ingenti motu concuſſa eſt, multis locis hominum ſimulacra appa
ruerũt, faces in ſublime ab occaſu ad cœlum recurrerũt, ita ut omnes etiam
de populo homines iam antè præſagirent, quid hæc portenderent. Tribu-

Tribunorũ plebis & Antonij Conſulis pernicioſæ rogationes.

ni enim plebis adiuncto ſibi Antonio Conſule, cui cum ipſorum ingenijs
optimè conueniebat, alius filios eorum qui ſub Sylla ciuitate pulſi erant, ad
magiſtratus promouere, alius P. Pæto, Cornelioq; Syllæ, qui cum eo ambi-
tus reus peractus erat, ſenatorij ordinis, magiſtratusq; capeſſendi poteſta
tem cõcedere, alius nouas tabulas, alius agrorum diuiſiones in Italia & Ro
mano nomini ſubditis regionibus moliri. Atq; hæc quidem à Cicerone, a-
lijsq; qui cum eo ſentiebant maturè deprænenſa, & antè quàm in rem de-

T. Labienus C. Rabirio ob cædem Saturnini diem dicit.

ducerentur, ſedata ſunt. Titus autem Labienus Rabirium propter cædem
Saturnini in ius uocans, magnum Romæ tumultũ excitauit. Nam Saturni-
nus ſanè ante annũ trigeſimũ & ſextũ oppetierat, bellumq; aduerſus eum
iuſſu ſenatus à Conſulibus ſuſceptũ fuerat. Itaq; eo iudicio autoritas decer-
nendi ſenatui omnis detogabatur, omniſq; reipublicę ordo cõturbabatur.
At uerò Rabirius cędem eam nequaq̃ profitebaẽ, ſed inficias ibat. Tribuni
hoc omnino agebãt, ut omni dignitate poteſtateq; ſenatus ſublata, ipſi ple
nam pro ſua libidine omnia agendi potentiã haberent: ea de cauſa ſenatus
conſulta, & ab eo ordine ante tot annos acta in diſquiſitionem uocare, ijs
qui huiuſmodi rem tentaſſent, impunitatem proponere, eorumq; pœnas
diminuere: ſenatus non id modò iniquum ducere, quòd homo ſenatoriæ
dignitatis ob nullum facinus tam magno natu periret, ſed multò uehemen
tius indignari, quòd reipublicæ præcipuus ſtatus ignominia afficeretur, re-
rumq; poteſtas ad peſsimos homines deuolueretur. Factiones igitur turbu
lentæ, contentionesq; utriuſq; partis fieri de iudicio, cum alteri ne fieret, al-
teri ut fieret inſtarẽt. Vbi tandem ea pars, quæ iudicari rem uolebat, potiſ-
ſimùm per Cæſarem, aliosq; nonnullos obtinuit, ac de iudicio conuentum
eſt, (erat enim ipſe cum L. Cæſare iudex, neq; leui crimine, ſed perduellio-
nis Rabirius arceſſebatur) ipſum condemnauerunt, quamuis non à popu-
lo, ut quidem mores maiorum ferebant, ſed à Prætore, ſecus quàm par erat,
iudices conſtituti. Rabirius ad populũ prouocauit, ſed haud dubiè ibi quo-

Metellus Celer Rabirium eripit.

que cauſa cecidiſſet, ni Metellus Celer, qui tum Augur Prætorq; erat, id im
pedijſſet. Is cum ei populus nihil obtemperaret, neq; cum animis ſuis tepu-
tarent iudicium id haud legitimè factum eſſe, in Ianiculum citato curſu per-

rexit

rexit antequam ſuffragijs populus quicquam decerneret,reuellitq́ ſignum
militare:itaq́ populus nullius amplius decreti faciendi poteſtatem habe-
bat. Quod de uexillo dixi, ita habet. Cum antiquitùs multi hoſtes circum *Vexillum in Ia-*
Romam habitarent, ueriti Romani ne dum ipſi comitia centuriata agerēt, *niculo poſitũ.*
hoſtes per inſidias urbem aggrederent̃, Ianiculumq́ occuparent:ſtatuerũt
non omnes ſimul ire in ſuffragia, ſed ut ſemper aliqui armati per ſucceſſio-
nem cum locum cuſtodirent. In Ianiculo igitur, quandiu concio durabat,
cuſtodiæ agebantur:cum autem ſoluenda iam erat concio,ſignum à Ianicu
lo remouebatur, cuſtodesq́ diſcedebant. Non autem licebat cuſtodijs ab
arce ea remotis quicquam amplius ſtatuere. Is autem mos ſolis centuriatis
comitijs obſeruabatur,cum extra urbem omnes in armis adeſſe res poſtula
bat:& id hodieq́ religionis cauſa fieri ſolet. Eo tum modo concio diſſipa-
ta, uexillo amoto, Rabiriusq́ liberatus eſt.nam etſi denuò cauſam agendi
poteſtas Labieno ſuperabat,id tamē omiſit. Catilina uerò hoc modo,hisq́
de cauſis perijt. Cum eo quoq́ tempore Conſulatum peteret, eiusq́ obti-
nendi cauſa nihil intentatum relinqueret,ſtatutum eſt à ſenatu,ut qui largi-
tionis conuincerentur, ijs præter conſtitutam mulctam decennali inſuper
exilio plecterentur, Cicerone præcipuè autore. Catilina hoc propter ſe,ſi- *De Catilinaria*
cut erat,ſtatutum exiſtimans,conatus eſt parata ad id manu Ciceronem, a- *coniuratione.*
liosq́ primores uiros in ipſis comitijs obtruncare, ut confeſtim Conſul
crearetur. neq́ tamen id efficere potuit.Nam Cicero antè inſidijs cognitis,
eas ſenatui patefecit, ipſumq́ Catilinam grauiter accuſauit. Cum non per-
ſuaderet,ut ea quæ uolebat,decernerent (nam in ſuſpicione erat,ac ſi haud
probabilia retuliſſet,ſed ob proprias inimicitias falſo eos uiros accuſaſſet)
timor eum inceſsit: quippe qui iam antè Catilinã irritauerat.Igitur non am
plius audere in concionem ſolus,ut aliàs conſueuerat,ſed cum familiaribus
ſuis,qui ad defendendam uim parati aderãt,progredi, loricamq́ ſui tutan-
di,illisq́ inuidiam conciliandi cauſa geſtare, eamq́ iccirco ſubinde data o-
pera oſtentare. Hanc ob rem, & quòd alioquin rumor increbruerat, tendi
inſidias Ciceroni,populus uehemēti indignatione commotus eſt:territiq́
ij qui cum Catilina coniurationem fecerant, quietem egerunt. Ita conſuli-
bus alijs deſignatis,Catilina non iam occultè,neq́ ſoli tum Ciceroni eiusq́
ſectatoribus, ſed toti Reipublicæ perniciem machinari, flagitioſiſsimum
quemq́ Romæ,nouandarumq́ rerum ſtudioſiſsimum ſibi adiungere: de-
inde ex ſocijs Romanorum etiam quàm plurimos: eos nouarum tabularũ,
agrorumq́ diuiſionis pollicitatione, alijsq́,quæ plurimum apud eos poſ-
ſent,illecebris allicere. Erant inter hos primarij uiri,potentiſsimiq́, ac præ-
ter alios ipſe etiã Conſul Antonius. Hos ut ſe nefando iureiurando adſtrin *Sacramentum*
gerent adegit. puerum enim quendam mactauit, iuramentoq́ inito ſuper *coniurationis*
eius uiſceribus, ea deinde ipſe cum alijs comedit. Romæ negociũ gerebat *Catilinariæ.*
per adminiſtros, Conſulem in primis:& P.Lentulum,qui poſt geſtum cō- *P.Lentulus.*
ſulatum ſenatu exciderat, ac Senatoriæ dignitatis recuperandæ cauſa præ-
turam tunc gerebat:Fæſulis (eò enim ſeditionis ſocij confluebant) per Ca- *C.Manlius.*
ium Manlium quendam,hominem militię peritiſsimum,qui ſub Sylla ordi
nes duxerat.is Manlius apprimè prodigus homo, omnem rem familiarem,
quam ampliſsimam effecerat, in malos uſus profuderat:igitur ſimilium re-
rum cupiditate tenebatur. Cum inſtructa hæc iam eſſent, primò Cicero de
his quæ in urbe agitabantur, certior fit per literas, quarum autor non exta-
bat. erant autem ad Craſſum,aliosq́ nonnullos nobiles datæ. Ob has decre

tum eſt, rem ad ſeditionem ſpectare, autorumq́ harum rerum conquiſitio-
nem debere fieri. Secundo loco quæ in Hetruria mouebant̃, nunciata ſunt.
igitur Conſulibus cuſtodia urbis & reipublicæ mandata eſt, ut Romanæ
erat conſuetudinis. Huic enim decreto adſcriptum erat, Darēt operā Coſs.
ne quid detrimenti Reſpublica caperet. His actis, cum multis in locis cu-
ſtodiæ eſſent poſitæ, res in urbe motæ amplius non ſunt, adeò ut ob calum
niam Cicero iam malė audiret. Cæterùm his quæ ab Hetruria nunciaban-
tur, effectum eſt, ut & fides rei haberetur, & Catilina de ui accuſaretur. Ca-
tilina primùm, tanquam ſibi eſſet optimė conſcius, iudicium non detracta-
re, ſe ad cauſam dicendam parare, ſe Ciceroni ipſi cuſtodiendum, ne ſcilicet
effugere poſſet, tradere: eo abnuēte, ultrò cum Metello Prætore degere, ne
innouandarum rerum ſtudij ſuſpectus haberetur, dum interim à coniura-
tionis ſocijs aliquantū roboris acciperet. Cum nihil procederet, quòd An-
tonius timore perculſus trepidabat, Lentulus autem minimė ad agendum
idoneus erat, edixit ipſis, ut in domum quandam noctu cōuenirent. ibi eos
clam Metello conuentos timiditatis molliceiq́ cauſa increpat: deinde ex-
ponit quæ paſſuri ſint, detecta re: ea uerò benė geſta, quibus bonis potitu-
ri. ita eorum animos confirmat, irritatq́, adeò ut duo quidam pollicerentur
ſe ſummo mane in domum Ciceronis introituros, ibiq́ eum confoſſuros.
Verùm hac quoq́ re per indiciū detecta (Cicero enim pro ſua qua multū
pollebat potentia, ut qui multos cauſarum patrocinijs familiaritate ſibi ad-
ſtrinxerat, alios terrore pculerat, multos qui de his ad ſe referrent habebat)
Senatus Catilinam urbe excedere iubet. Is hac ſpecie lætus, Romā Fæſulas
profectus eſt: aſſumptoq́ nomine & habitu Conſulis, iam antė collectas à
Manlio copias inſtruxit. intereà alios quoſdā liberos primùm, dein ſeruos
quoq́ ſibi adiunxit. His rebus permoti Romani, ui ipſum egiſſe iudicaue-
runt: Antoniumq́ Conſulem, ignari eum in parte cōſpirationis eſſe, ad bel
lum coniuratis faciendum emiſerunt, ipſi ueſtem mutauerunt. Eaſdem ob
cauſas Cicero etiam Romæ permanſit. Obtigerat ei ſorte Macedonia pro-
uincia: ſed eam collegæ conceſſerat, ut ipſe iudicijs adeſſe poſſet: ipſe Gal-
liam pro ea receperat. ſed ne in hanc quidem exiuit: uerùm quod ſtatus re-
rum requirebat, urbis cuſtodiam geſſit, miſſo in Galliam Metello, ne hanc
etiam ſui iuris Catilina faceret. Fuit hæc eius ad urbem manſio Romanis in
primis opportuna. Iam enim Lentulus ſe ad urbem quibuſdam locis incen-
dendam parauerat, adq́ cædes patrandas, auxilio cùm aliorum coniurato-
rum, tum legatis Allobrogum, quos ad ſocietatem impulerat

* * *

compræhenſisq́ his qui ad eum mittebātur, eos cum literis in Senatum in-
troduxit: impunitateq́ propoſita, eo modo hos qui in coniuratione erant,
coarguit. Ad hæc Lentulus magiſtratu ſe abdicare à Senatu coactus, cum
alijs qui compræhenſi erant in cuſtodiam datus, reliquorum conquiſitio fa
cta eſt. Ea populo etiam probabantur, potiſsimùm cum Cicerone de his in
concione uerba faciente, ſub tempus cōcionis ſtatua Iouis in Capitolio de-
dicata, & ex præcepto aruſpicum ad ſolem orientem, forumq́ ſpectans po
ſita eſt. Cum enim arioli conſpirationem quandam ruina ſimulacri patefa-

ctum

ctum iri dixiſſent, eiusq́ ſtatuæ collocatio in tempus depræhenſionis coniuratorum incideret: ibi uerò populus numini grates agere, magis inſenſus eſſe reis.

Statua Ioui poſita.

Rumor ferebatur, Craſſum quoq́ eſſe eius rei cõſcium: idq́ ex his qui capti erãt quidam indicabat: paucis tamẽ fides facta eſt. alij enim ſtatim ne ſuſpicionem quidem huiuſmodi de tanto uiro admittebant: alij id à reis confingi innuebant, quòd ab eo uiro ſummę potentiæ nonnihil auxilij ſperarent. nec deerant qui cum fidem adhiberent, nolebant tamen uirum primarium perire, aut in Repub. plus turbarũ fieri. Is igitur rumor penitus intercidit.

Craſſus de coniuratiõe ſuſpectus.

Cum iam multi & ſerui & liberi homines partim metu, partim miſericordia Lentuli & reliquorum moti, ſe ad eos eripiendos, ne morte plecterẽtur, comparaſſent, re antè cognita Cicero Capitolium forumq́ noctu occupauit, præſidioq́ muniuit. Sub auroram cum ſpem ſibi à numine bonam eſſe oſtenſam cerneret, quòd domi ſuæ re ſacra à Veſtalibus pro ſalute populi facta, flamma longè ſolito altius ſeſe extuliſſet, populo imperauit, ut ſacramentum apud Prætores dicerent, ſi fortè militibus opus foret, ſe nomina daturos: ipſe conuocato Senatu, ei perturbato & territo autor fuit, ut de his qui in cuſtodijs tenebantur, capite animaduertendum cenſerent. Diſcrepabant enim ſententijs, & parum abfuit, quin hos miſſos facerent. Nam Cæſar, cum omnes qui ante eum ſententiam tulerant, eos morte mulctandos pronunciaſſent, ita cenſuit, exutos bonis, uinctosq́ eos in urbes hinc inde dedendos, ea conditione, ne quis in poſterum de uenia eis danda referret: ſi quis aufugiſſet, urbem eam, ex qua euaſiſſet, inter hoſtes habendam.

Cæſaris ſententia pro uita cõiuratorum.

In hanc ſententiam cæteri qui eum ſubſequebantur omnes iuerunt, ita ut eorum quoq́ pars, qui ante Cæſarem dixerant, ſuas ſentẽtias reuocarent.

Catonis ſententia.

At poſtquam Cato ipſe morte eos condemnauit, reliquosq́ omnes in ſuã ſententiã pertraxit, ibi tum illi ex ea ſentẽtia quæ obtinuerat, ſupplicio affecti, ſacrificiaq́ propter eos & ſupplicatio decreta. quod in tali re antea factum nunquam erat.

Coniurati morte plectuntur.

Alij quoq́, de quibus iudicium factum erat, quæſiti, nonnulli etiam ſuſpecti, quòd ſe coniuratis eſſent adiuncturi, in iudicium pertracti ſunt. atque hæc quidem per Conſules fiebant. Aulum uerò Fuluium ſenatorem, ipſe pater necauit, non quidem (ut quibuſdam uidetur) ſolus hoc priuatus ipſe agens. nam & alij multi nõ tantùm non Conſules, uerùm omnino priuati homines ſuos filios interemerũt.

A. Fuluius à patre necatur.

Ea tempeſtate præter hæc quæ retulimus, cum Labienus de põtificibus creandis rogationem tuliſſet, Cæſar autem plebem demereretur, iterum plebs cõtra Syllæ legem, Domitij legem renouauit atq́ introduxit. Metello enim Pio defuncto, Cæſar eius pontificatum petebat, iuuenis adhuc, & qui nondũ prę turam geſſerat: ſed in plebe plurimum ſpei reponebat cùm aliàs, tum quòd Labienum in Rabiriana cauſa adiuuerat, ſententiamq́ tulerat ne Lentulus capite plecteretur. igitur cœptũ ſuum perfecit, Pontifexq́ maximus factus eſt, multis id quidem uiris præclaris, in primisq́ Catulo, competitoribus.

Cæſar fit Pontifex Max.

Promptiſsimus erat ad unumquemuis etiam uiliſsimum hominem demerendum adulandumq́ Cæſar: ac ſi quid inſtituerat, ut eo potiretur, nullum neque ſermonem neque actionem intermittebat, parum ſolicitus de ea humilitate in quam ſe in præſentiarum demittebat, dum ex ea potẽtiam poſtmodò adipiſceretur. Igitur inter quos primus fieri moliebatur, his ſeſe ultrò inſinuabat: ea propter plebi charus acceptusq́ erat. Eadem Ciceronem ob interfectos ciues infenſa, odio perpetuo proſequebatur. deniq́ cum poſtrema magiſtratus ſui die recenſere inſtituiſſet omnia, quæ in Conſulatu

Cic. ut ſe magiſtratu abdicauerit.

ſuo egiſſet (erant enim homini non alienę tantùm laudes iucundæ, ſed ipſe ſe quoq; libenter prædicabat) ſilentium ei indixerunt, neq; permiſerunt ut ullum præter iuramentum uerbum faceret: ad quam rem Metello Nepote Tr. pl. adiutore utebantur. Cęterùm Cicero cõtendendi cum eis ſtudio adductus, iuramento addidit urbem à ſe ſeruatã eſſe: quo facto, maiora adhuc in ſe odia excitauit. Catilina uerò initio ſtatim eius anni, quo Iunius Syllanus, & L. Licinnius Conſulatum geſſere, perijt.

Anno 692. V.C.

Hactenus enim Lentulum operiebatur, quamuis ipſe haud paruas haberet copias: cunctatus eò, quòd ſperabat, ſi Cicero prius cum ſuis occiſus eſſet, reliquum ſe poſſe haud difficulter conficere.

Catilina bello uictus perit.

Sed poſtquam Lentulum perijſſe accepit, eamq; ob rem multos à ſe deficere ſenſit: Antonius autem & Metellus Fæſulis circumſeſſis, nullam ei progrediendi copiam faciebant, ibi demum in caſum dimicationis uenire coactus, ad Antonium (diuerſis enim locis Romani caſtra habebant) ſe cõuertit: quanquam is Metello & autoritate præſtantior, & copijs inſtructior eſſet. Catilinam uerò mouebat, quòd eum participem coniurationis de uictoria ſibi dedita opera conceſſurum ſperabat. Antonius ſuſpicatus id agere Catilinã, cui iam fracto non amplius bene cupiebat,

Amicitiæ comparãdæ rationes.

(nam plerique cum alijs pro potentia eorum aut ſuis ipſorum commodis amicitias inimicitiasq; ſuſcipiunt) ad hæc ueritus ne cum ſe ſtrenuè certantem uideret Catilina, conuicijs inceſſeret, proferretq; arcana, ipſe quidem morbum ſimulauit: Marco autem Petreio pugnam commiſit: Petreius conſerto prælio Catilinam, cumq; eo tria millia hominũ acerrimè pugnãtes haud incruenta uictoria cecidit. nam neque fugerat quiſpiam hoſtium, et omnes in eo loco quem ceperant, occiderant. quæ res effecit, ut ipſi uictores Reipublicæ cauſa magno cum luctu deplorarent tales totq; uiros, etſi merito ſuo, ciues tamẽ atq; ſocios certè perijſſe. Antonius caput Catilinę in urbem miſit, ut fidem eius cædi habentes, nihil præterea timerent. ipſe huius uictoriæ cauſa imperator, quanquam cæſorum numerus conſtituto minor eſſet, appellatus eſt.

Antonius Imperator dicitur.

decretum ad hæc, ut ſacrificaretur: ueſteſq; à Romanis tanquam omni malo liberatis mutatæ ſunt. At ſocij, qui Catilinæ rerum participes fuerant, etiam tum obambulantes, quietem metu ſupplicij non agebant: ſed eos diſsipatos quodammodo Prætores aduerſum ſingulos emiſsi anteuerterunt, pœnaſq; de ijs ſumpſerunt.

L. Vettius ſocios cõiurationis defert, eiuſq; falſum teſtimonium.

Alij autem qui nondum deprehenſi erant, indicio L. Vettij equitis, qui conſors eorum cõiurationis, propoſita impunitate indicium profeſſus erat, conuicti atque ſupplicio affecti ſunt: donec nonnullis indicatis, eorumq; nominibus in tabulã relatis, deinde multos etiam alios in eam adſcribere uoluit. Tum enim ſenatus eum mala fide agere ratus, tabulam quidem ei non reddidit, ne quos expungeret: ipſum autem eos quos omiſſos dicebat, nominatim percenſere iuſſerũt: ſic pudore & metu confuſus, nõ multos præterea detulit. Cum nomina horũ, quos detulerat, ignota, in urbe & apud ſocios tumultus occaſionem præberent, alijq; ſibi ipſis fruſtra timerent, alij inſontes alios ſuſpicione grauarẽt: decreuit ſenatus, ut eorum nomina publicè ederentur. ita demum innoxijs quies facta, rei in ius uocati, pars præſentes, pars cum nõ apparuiſſent, condemnati ſunt. Hæc igitur Catilina perpetrauit, eoq; pacto euerſus eſt: cuius nomen, ut qui dignam ſuis factis mercedem tuliſſet, diu gloriæ Ciceronis, ſermonibuſq; contra ſe habitis materiam exhibuit. Ciceroni autem parum abfuit quin confeſtim ob Lentulum reliquoſq; captos interfectos cauſa dicenda fuiſſet. ea accuſatio ipſi quidem intendebatur, ſed ſub hoc prætextu

textu re uera ſenatus petebatur. Metellus ante alios Nepos eum ordinem
grauiter dictis apud plebem inuadebat, iactans non licere Patribus abſque
populo ciuem ullum morte dãmnare. Nihil tamẽ ea accuſatio Ciceroni ob-
fuit. Senatu enim omnibus qui tum temporis res geſsiſſent impunitatem
dante, addenteq́ ſi quis ex his aliquem auſus fuiſſet in ius ob eam cauſam
uocare, eum ſe pro hoſtẽ habiturũ, territus Nepos quieuit. Id tum tempo-
ris ſenatus obtinuit: ac præterea hoc etiam, quod cum Nepos ſententiã fer-
ret, ut Pompeius cum exercitu ex Aſia Romam uocaretur, (prætexebat
autem Nepos ab eo rempublicam cõſtituendam eſſe, cum re uera ſpem in
eo poneret, cum is populo ſtuderet, poſſe ſe per eum ea quæ agitabat perfi
cere) ei Patres obſtiterũt. Initio eidẽ M. Cato & Q. Minucius Tribuni ple-
bis contradixerunt, ſcribamq́ recitantem inhibuerunt: cumq́ tabulam Ne
pos ipſe lecturus acciperet, ipſi de manibus extorſerunt: cum nihilominus
uerba facere conaretur, os ei compreſſerunt. Cum utriq́ parti ſui ſuccurre-
rent, iamq́ fuſtibus, lapidibus, adeoq́ mucronib. etiam certaretur, eodem
die Patres in Curiam conuenerunt, ueſtesq́ lugubres ſumpſerunt, & conſu
libus cuſtodiã urbis mandauerũt, curarent, ne quid ea detrimẽti acciperet.
Igitur Nepos perterrefactus, ſtatim ſe è medio ſubduxit: propoſitaq́ roga-
tione contra ſenatum, ad Pompeium ſeſe contulit: quanquam nullam no-
ctem abeſſe ab urbe legitimè poterat. Poſt hæc facta, ne Cæſar quidem qui
tum Præturam gerebat, quicquam innouauit. Hoc autem agebat, ut nomẽ
Catuli à Iouis Capitolini templo tolleretur, (eum enim peculatus poſtula-
bat, rationesq́ pecuniarum inſumptarum exigebat) Pompeio autem pote
ſtas fieret reliqua negocia exequendi. Superabant enim nonnulla, ut in tan
ta tamq́ uaria re fieri aſſolet, imperfecta adhuc, aut certè Cæſar ea commi-
niſcebatur, fore exiſtimans, ut Pompeius per Cæſarem ſtetiſſe exiſtimans
quòd hæ res conficerentur, ei has adſcriberet. Neque uerò tantopere Pom-
peio rem gratam facere Cęſar uolebat, ut eius cauſa huiuſmodi etiam decre
tum fieri contra ſe pateretur, quale aduerſum Nepotem factum erat: nam
ne huius quidem gratia eum ſe geſſerat, ſed ut hoc pacto plebem ſuam effi-
ceret. Enimuero tantus omnes Pompeij metus habebat (nec dũ enim uide-
batur exercitum dimiſſurus) ut cum is M. Piſonẽ Legatum ad petitionem
Conſulatus miſiſſet, & comitia donec ad ea perueniret, diſtulerint, & eum
Piſonem præſentem omnes unanimi cõſenſu Conſulem deſignârint: Pom-
peij enim cõmendatio pro eo nõ apud amicos tantùm, ſed apud inimicos
etiã ualebat. Interim P. Clodius Cæſaris coniugẽ, idq́ domi eius, pollutis e-
tiã ſacris quæ Veſtales apud Conſules & Prætores pura, omnibus maribus
ſecluſis antiquitùs celebrare ſolebant, uitiauit: Cæſar Clodiũ in iudiciũ non
pertraxit, (nam compertum habebat eum propter factionem non iri con-
demnatum) uxorem autem repudiauit, non ſe quidem credere quæ de ea
ferebantur dicens, ſed non poſſe eam coniugem habere, quæ ſemel adulte-
rij commiſsi ſuſpecta haberetur. Pudicæ enim eſſe, non modò ut ne quid
peccet, ſed ne ſuſpicionẽ quidem ullam turpem de ſe præbeat. Præter hæc
quæ in id tempus inciderunt, pons quoq́ lapideus ad inſulam quæ in Tibe
ri extat, pertingens, extructus, Fabriciusq́ dictus eſt. Anno ſequenti, M.
Piſone, M. Meſſala Coſs. optimates Clodium, quem iam antè odio habe-
bant, tum uerò ſcelus eius ut expiarent (quum Pontifices inſtaurationem
ſacrificiorum ob nefas Clodij nõ legitimè perpetratorum decreuiſſent) in
ius traxerunt, accuſatusq́ eſt & ob adulterium, quantumuis Cæſare tacen-

Metelli Nepotis contra Senatum et Ciceronem rogationes Senatus infringit.

M. Cato et Minucius refragantur Nepoti.

Pompeium timent Romani.

M. Piſo Conſul deſignatur.

P. Clodij adulteriũ cum Cæſaris uxore, & ſacra ab eodẽ polluta.

Cæſar de uxoris repudio.

Pons Fabricius.

Anno 693. V.C.

Clodianum iudiciũ, utq́ abſolutus.

te, & ob defectionem Niſibiticam, præterea quòd cum ſorore rem habuiſ-
ſet. Abſolutus autem eſt iudicum ſententijs: quanquam ij præſidium à ſe-
natu petijſſent, impetraſſentq́ue, ne uim à Clodio paterentur. Itaque Catulus
dicterijs eos proſcidit, præſidium ab ijs poſtulatum inquiens, non ut citra
Catuli iocus, et mors. periculum Clodium ſententijs damnare poſſent, ſed ne pecuniæ ipſis, qui-
bus corrupti fuerant, eriperentur. Is Catulus haud longe pòſt uita exceſſit,
cum ſemper ante omnia rempublicã poſuiſſet, eiusq́ue ſtudio omnibus ſuis
Cenſores Senatum legunt. æqualibus anteiuiſſet. Eodem anno à Cenſoribus omnes hi qui magiſtra-
tus geſſerant, in ordinem ſenatorum ſunt relati, etiam ultra definitum ſena-
torum numerum. Populus etiam, qui ante hæc tempora ludos gladiatorios
Inter ſpectacula prandere cœptum. nulla intercedente requie totos ſpectauerat, tum primùm inter actionem
ſurrexit, pranſusq́ue eſt. Isq́ue mos tum cœptus, hodieq́ue quoties Imperator lu-
dos exhibet, obſeruatur. Eo modo in urbe res ſeſe habebant. Allobrogibus
Cõtra Allobroges geſta C. Põptini. autem Galliam Narbonenſem populantibus, C. Pomptinus Prætor lega-
tos aduerſum hoſtes emiſit. ipſe loco commodo caſtris poſitis, expectabat
rerum euentum, ut pro quauis occaſione ſuis & conſulere, & ſubuenire ut
Ventia. ex uſu eſſet, poſſet. Manlius Lentinus ad Ventiam urbem caſtrametatus,
ita hoſtium animos perculit, ut pleriq́ue ex urbe aufugerẽt, reliqui pacem per
legatos peterent. interea temporis agreſtibus ad defendendum urbem cõ-
currẽtibus, atq́ue ex improuiſo irruentibus, muris quidem pulſus: agrum au-
Catugnatus Allobrogũ dux. tem omnem tutò deprædatus eſt, tantiſper dum Catugnatus dux eius gen-
tis, cum nonnullis alijs Iſaræ accolis, regioni ſubſidio uenit. Lentinus cum
Manlius Lentinus. eos tranſitu fluminis prohibere nõ auderet, quòd plurimum nauium habe-
bant, ueritus ne in unum coirent barbari, ſi ipſum in aciem educere uiderẽt,
in locis fluuio proximis, quæ ſyluis erant obſita, inſidias collocat, ita ut qui-
que fluuium traiecerant, eos excipit: dumq́ue fugientes nonnullos inſequi-
tur, ab ijs pertractus in ipſum Catugnatum incidit: occidioneq́ue ibi tum oc-
cidiſſet, ni uehemens tempeſtas repentè oborta barbaros ab inſequendo
hoſte auertiſſet. Poſt hæc, Catugnato in longinqua profecto, Manlius ite-
rum incurſionem in regionem eam fecit: oppidumq́ue, apud quod aduerſam
prius fortunã expertus erat, ui cepit. L. uerò Marius, & Sergius Galba trãſ-
miſſo Rhodano, Allobrogum ditione uaſtata, ad oppidum tandem So-
Solonium urbs. lonium peruenerunt, ualidumq́ue ſupra eam poſitum caſtellum ceperunt, ho
ſtes obſiſtentes prælio uicerunt: ipſiusq́ue oppidi, quâ è ligno ædificatũ erat,
partem aliquam incenderunt: ne autem totum caperent, aduentu Catugna
ti prohibiti ſunt. Ea re cognita Pomptinus toto exercitu in Catugnatum
uerſus, eum obſedit: omnesq́ue hoſtes, excepto Catugnato, manu cepit. his
actis, reliqua deinde haud difficulter in ſuam poteſtatem redegit. Interea
Ad annum 694. V.C. temporis in Italiam aduenit Pompeius, effecitq́ue ut L. Afranius, & Metel-
lus Celer Coſſ. deſignarentur, ſperans ſe per eos omnia quæ in animo habe
Pompeij in Italiam aduentus, et poſtulata. bat cõfecturum, (inter alia autem præcipuè cupiebat ſuis commilitonibus
agros tribui, ſuaq́ue acta omnia confirmari) ſed ea ſpes tum ab re fuit. Poten
tes enim, quibus iam antè parum probabatur, ne ſuffragijs eius acta ſtabili-
rentur, obſtiterunt. Atq́ue alter è Coſs. Afranius nihil ei adiumento fuit: quip
Metellus cur Pompeio infenſus. pe ſaltationibus homo quàm rebus gerendis aptior: Metellus uerò Pom-
peio iratus, qui eius ſorori, ſuſceptis etiam ex ea liberis, nuncium remiſiſſet,
in omnibus ei actionibus obſtitit. Præterea L. Lucullus, quem ſecum in Ga
Lucullus Pompeio repugnat. latia quondam cõgreſſum Pompeius per ſuperbiã habuerat, magno cona-
tu Pompeio reſiſtebat; iubebatq́ue, ut de ſingulis ſuis factis ſeorſim referret:

neq́ue

neq; peteret, ut ſimul omnia approbarentur. nam & aliàs iniquum eſſe, ſimpliciter eius omnia acta, quæ qualia eſſent, nemo ipſorum compertum haberet, tanquam à domino quodam patrata, rata haberi: & cum ipſe ex Luculli actis quædam reſcidiſſet, poſtulabat, ut utriſq; in ſenatu expoſitis, is utra approbatione digna uiſa forent, cõfirmaret. Lucullum Cato, Metellus, & alij qui cum his ſentiebant, enixè defendebãt. Proinde cum is Tribunus plebis, qui de agro militibus Pompeianis diuidendo rogationem tulerat, etiam hoc ei addidiſſet, omnibus ciuibus ſuffragium eſſe dandum, quò & hoc facilius iuberetur, & acta Pompeij rata pronunciarentur: Metellus tanta cõtentione id impugnauit, ut ab eo in carcerem duceretur. Cum ſenatus eò loci conuenire inſtitueret, L. Flauius (id enim ei Trib. nomen erat) ſellam Tribunitiam ad ingreſſum carceris collocauit: in eaq; conſidens, impedimento fuit ne quis ingrederetur: iuſsitq; murum carceris dirui, ut eò ſenatus introiret, ipſe ſe tanquã in eo loco eſſet pernoctaturus, cõpoſuit. Pompeius his compertis, ſimul pudore ſuffuſus, ſimul indignationẽ populi ueritus, Flauio iuſsit ut recederet, dicens id à ſe Metellũ petijſſe: neque tamen ei creditum eſt, quòd magnitudo animi Metelli omnibus eſſet notiſsima, nimirum qui cum eum reliqui Tribuni è carcere uellent eximere, id abnuerat. Itaq; poſtea loci quoq; Flauio minante, non paſſurum ſe ut in prouinciam, quę ſorte ei euenerat, exiret, niſi prius de legibus ferendis ſibi conceſſiſſet, Metellus nihil omnino de ſententia ſua mutauit, ſed haud ægrè in urbe remanſit. Pompeius igitur, cum per Metellũ & alios ſtaret, ne quid conſequeretur, inuideri ſibi ab eis, ſeq; rem eam ad populum delaturũ dicens: ueritus tamen ne ibi quoq; uoti compos non factus, maius dedecus ſibi páreret, à petitione deſtitit: ac tum demum cognoſcens, nihil ſe eo modo poſſe, ſed nomẽ quidem ſibi inuidiamq; ex ea in qua olim fuerat potẽtia partã: ipſa uerò re nihil ſibi ea conduxiſſe, pœnitudine captus eſt, quòd dimiſsis exercitibus ſe ipſum inimicorum iniurijs expoſuiſſet. Clodius uerò odio potentum poſt iudicium ſuum Tribuniciam dignitatem affectabat: ſummiſsiſq; aliquot tribunis, qui rogationem ferrent de Tribunatu patricijs etiam comunicando, cum non perſuaderet, nobilitate abiurata, ad plebeios deſciuit: in eorumq; numerum ſeſe referens, eorum iuris participem ſe fecit: mox Tribuniciam dignitatem ambiuit. Sed Metellus, qui Clodio affinitate iunctus, facinoribus eius minimè delectabatur, ne ea potiretur effecit, cauſatus Clodium nõ ſecundum morem à maioribus acceptũ à nobilitate ſeſe abalienaſſe, quod niſi promulgata lege militari fieri non concedebatur. His eo modo actis, cum uectigalia & urbi, & reliquæ Italiæ magnopere moleſta eſſent, lex de ijs abolendis lata, omnibus perquàm accepta fuit. At Prætori qui eam tulerat (is erat Metellus Nepos) infeſti ſenatores, uoluerunt & nomen eius legi detrahere, & aliud inſcribere. Id nõ in rem quidem perductum, manifeſtũ tamen omnibus factum eſt, ne beneficia quidem à malis hominibus profecta patres grata habere. Sub idem tempus Fauſtus Syllę F. ludos gladiatorios in honorem patris exhibuit, populumq; lauto conuiuio excepit, ijsq; balnea & oleum donauit. Hæc tum in urbe gerebantur. Cæſar autem poſt præturam, Luſitanię imperauit: & cum poſſet latrocinia, quæ ipſis in aſsiduo erant uſu, haud magno labore excindere, noluit ſe quieti dare. Quippe homo gloriæ cupidus, Pompeijq;, et aliorum qui ſe priores in magnam poteſtatem ueniſſent, æmulus, nihil paruum animo capiebat: ſed ſperabat ſe, ſi quid magnum perpetraſſet, ſtatim Conſulatu potiturum, atq;

L. Flauius Tr. pl. Metellum Coſ. in carcerem abducit.

Metelli magnanimitas.

Clodius ad plebem tranſit.

Metellus Clodium in petitione Tribunatus impedit.

Vectigalia abrogata.

Fauſtus Sylla munus gladiatoriũ exhibet.

Cęſaris in Hiſpania Luſitanis res geſtæ.

Somnium Cæſaris.

atq; ita immenſa facinora editurum. Præter alia ſtimulabat eum, quòd in Quæſtura ſua Gadibus in ſomnis ſibi cum matre ſua coire uiſus, idq; uates ei magnam potentiam portendere interpretati erant. Igitur cum ibidem in delubro Herculis ſtatuam Alexandri poſitam uidiſſet, ingemuit, deplorauitq; ſe nihil dum egregij facinoris præſtitiſſe. His cauſis motus, cum pacis copia ei eſſet, uelut dixi, ad montem Herminium ſe uertit: eiusq; incolas in planiciem demigrare iuſsit, ne uidelicet loco ſua natura tuto ad prædas agendas abuterētur (id enim prætendebat) haud neſcius eos id recuſaturos, atque ita ſe belli occaſionem inuenturum. Neque eum opinio ſua fefellit, & eos arma capientes oppreſsit. Quare uicini nōnulli territi, ne aduerſum ſe quoq; iretur, liberos, cōiugesq; ſuas, & alia quę habebant precioſiſsima, ultra Dorium tranſtulerunt. hęc parantes Cæſar præuertens, urbes eorum occupauit: tum ad ipſos quoq; contendit. Barbari greges ante ſe obiecēre, ut ad eos diripiendos diſperſos Romanos adorirentur: contrà Cæſar exercitu emiſſo, ipſe prælium deinde excipiens hoſtem fudit. Deinde cognito incolas Herminij defeciſſe, eiusq; reditum per inſidias operiri, ea uice aliā uiam ingreſſus, deinde rurſus arma in eos conuertit, uictorq; ad Oceanum fugientes inſecutus eſt. Cum continenti relicta in inſulam quandam traieciſſent, ipſe inopia nauium coactus in terra permanſit: deinde ratibus iunctis, partem copiarum traiecit, ibiq; multos ſuorum amiſit. Dux enim eorum terræ quæ inſulæ adiuncta erat aduectus, ibiq; militibus expoſitis, tanquam terreſtri deinceps itinere perrecturis, ipſe mari ab æſtu recurrente abreptus eos reliquit. Ibi cęteri fortiter pugnantes ceciderunt. P. autē

P. Scæuij fortitudo.

Scæuius ſolus inter hoſtes relictus, amiſſo ſcuto, multisq; uulneribus ſaucius, in aquā inſiluit, enatauitq;. His ita peractis, Cæſar à Gadibus ad ſe aduehi curatis nauibus, omnibus cum copijs in inſulam traiecit, hoſtesq; penuria iam commeatus afflictos nullo labore ſubegit. Inde Brigantiam Calęciæ urbem aduectus, eos qui claſſem antehac nunquam uidiſſent, armamentis erectis territos in ſuam poteſtatem accepit. Hæc ubi perfecit, ſatis ſibi iam aditus ad Conſulatum ſtructum exiſtimans, non expectato ſucceſſore qui mitteretur, magna celeritate ad comitia conſularia profectus eſt. Statuerat eum petere, antequā triumphum duxiſſet, quòd à pompa trium-

Cæſar triūpho omiſſo Conſulatum petit.

phi anguſtia temporis excludebatur. Cum Catonis potiſsimū interceſsione id non obtineret, triumphi quidem curam depoſuit, ſperans ſe, ſi Conſul fieret, longè maiores res acturum, longeq; ſplendidius triumphaturū. Nam

Equus Cæſaris biſidis ungulis.

præter ea quæ retuli, quæ animum eius inflauerant, equus ei quidam fiſsis in duas partes prioribus ungulis natus erat: isq; ſolum Cæſarem exultans ferebat, nullum alium ſeſſorem admittebat. Quapropter Cæſar nullam exiguam ſpem agitans, ultrò triumphum omiſit. Sed ubi Romam uenit, in pe-

Cæſar Pompeium et Craſſum in gratiam inuicē reductos, ſibi adiungit.

titione Conſulatus eo modo & alios, & Pompeiū in primis Craſſumq;, demeruit, ut cum hi etiamnum aduerſum ſe mutuas inimicitias exercerent, factionesq; fouerent, ſemperq; alterius conatus alter compertos reprimeret, tum ad ſe pertraxerit utrumq;, itaq; ab omnibus unanimiter deſignatus ſit. Hoc uerò præcipuè eius ſapientiam demonſtrat, quòd & occaſionem eorum demerēdorum & modū cognouit: eoq; modo inſtituit, ut uterq; dum alteri reſiſtere cupit, ipſum adiuuarent. Neq; hoc effeciſſe ſatis habuit, ſed ipſos quoq; in gratiam inter ſe reduxit, non quòd eorum ipſi concordia cordi eſſet, uerùm quòd eos plurimum potentia præſtare uidebat: certoq; ſciebat, quòd ſine utriusq; eorum auxilio ad nullam magnam poteſtatē poſſet

peruenire

peruenire, atꝗ ut maximè alterius ope niteretur, tamen alterum ſibi aduer-
ſarium habiturum, plusꝗ ab eo damni, quàm ab ſuo adiutore emolumenti
accepturum. Exiſtimabat enim omnes homines maiori ſtudio inimicis ad-
uerſari, quàm ſuis opitulari: non ob id tantum quòd ab ira odioꝗ uehemen
tiores animi commotiones, quàm à quauis amicitia proficiſcuntur, uerùm
quia altero ſui cauſa quippiam agente, altero propter alium, neꝗ uoluptas
conſequutos, neꝗ moleſtia fruſtratos propoſito eadem ſequitur: tum pro
cliuius eſt impedire aliquem, eiusꝗ incrementis obſtare, quàm eundē uel-
le ad magnum faſtigium promouere, idꝗ cùm alias ob cauſas, tum eo præ-
ſertim nomine quòd is qui obſtat alicuius incrementis, & ab alijs gratiam
init, & ſibi proſpicit: contrà qui alium extollit, is eum & ſibi & cæteris mo-
leſtum efficit. Hæ tum Cæſari cauſæ fuerunt, cur & ſe illis inſinuaret, & eoſ-
dem inter ſe in gratiam reduceret: quia neꝗ ſine his ſe potentem futurum
uidebat, & conſultum non putabat, ut alterutrum eorum offenderet. Neꝗ
uerò metuebat ne concordes illi ſibi præualerent, quòd exploratum habe-
bat, ſe & alios ipſorū amicitiæ auxilio, ipſosꝗ unum per alterum haud lon-
gè pòſt poſſe ſuperare, cui cogitationi euentus etiam reſpōdit. Ea propter
Cæſar eos inter ſe reconciliatos ſibi adiunxit: Pompeius & Craſſus tanquā
occaſione ſibi opportuna in manus data, ſtatim in gratiam redierunt, Cæſa
remꝗ in partem rerum ſuarum receperunt. Pompeium mouebat, quòd de
ſua potentia diminutionem factam cernens, Craſſum uerò multum ualere,
Cæſaris item res creſcere, ueritus ne omnino ab his opprimeretur. ſpera-
bat præterea, ſi hoc tempore cum ipſis ſocietatem iniret, fore ut per eos pri
ſtinam potentiam recuperaret. Craſſus & genere & diuitijs omnibus ante-
ire cupiebat, cumꝗ Pompeio eſſet longè inferior, ſentiretꝗ Cæſarem ple-
no gradu ad ſublimia pergere, ſtatuit eos inter ſe tanquā in certamen com-
mittere, ut ea ratione neuter excelleret. Sperabat enim fore ut his quaſi æ-
quis uiribus certantibus, ipſe interim fructus amicitiæ utriuſꝗ caperet, ho-
noresꝗ ſibi quàm illis ampliores tribuerētur. Ipſe quidem neꝗ ad plebem
omnino, neque ad ſenatum ſeſe accommodabat, omnia propriæ potentiæ
cauſa agebat. Igitur in utriuſꝗ ordinis beneuolentiā ex æquo ſeſe ingerere,
utriuſꝗ inimicitias declinare, tantum utriſꝗ gratificari, ut & eorum cauſa
fuiſſe uideretur, quæ utriſꝗ eſſent acceptiſsima, & nulla pars rerum diffici-
liorum ad ſe pertineret, inſtituerat. Eo itaꝗ pacto, hisꝗ de cauſis tres præ-
dicti uiri amicitiam iunxerunt, eamꝗ iureiurando firmauerunt, ac inuicem
in commune conſuluerunt, atque exinde ſibi mutuò ea tribuerunt, eaꝗ a-
lius ab alio acceperunt, quæ & ſuæ uoluntati ſatisfacerēt, et ad rem præſen-
tem ipſis componendam uidebātur conducere. Cum hi inter ſe conſpiraſ-
ſent, ſectatores etiam eorum pactiones inter ſe fecerunt, impuneꝗ omnia
pro ſuo arbitrio egerunt, freti iſtis ducibus. Itaque in ſolo adhuc Catone, &
his qui ſe eiuſdem cum eo eſſe ſententiæ uideri uolebant, reliqua adhuc e-
rat integritas. Nam reliqui quidē omnes, ſolo dempto Catone, nihil in re-
publica purè, aut ſine auaritia agebant: quidam tamen uerecundia eorum
quæ agebantur cōmoti, itemꝗ nonnulli ſtudio imitandi Catonis, ipſi quo-
que rem tentarunt, & nonnulla Catonis actionū ſimilia facta exhibuerunt:
neque tamen hi perſeuerabant, quippe quia eum facta non à uirtute, ſed
ab ſtudio proficiſcebantur. In eum locum res Romanæ eo tempore à tri-
bus illis uiris deductæ ſunt, coniurationem ſuam, quantum eius fieri pote-
rat, maximè occultam habentibus. Nam cum ex ſua omnia ſententia gere-

Inimicitiæ hominibus amicitijs potiores.

Procliuius eſt obſtare alijs, quàm adiuuare.

Pompeij, Cæſaris, & Craßi conſpiratio.

Craßi propoſitum.

Cato ſolus Reipub. ſtudet.

ret, interim tamen obtendebant proponebantq; in ſpeciem maximè contraria, ut quàm diutiſsimè ſuum inſtitutū clàm eſſet, dum ſcilicet ſe ſatis ad omnia paraſſent. Nec uerò deos eorum facta latuerūt: ſed, quæ ab his expectanda in poſterū eſſent, eorum iudicia iam tum ſtatim mortalibus, qui futura ex his prænoſcere poſſent, oſtenderunt. *Tempeſtas ingens Romæ.* Tanta enim tempeſtas repentè urbem totam, omnemq; circùm regionem inuaſit, ut multæ arbores radicitùs conuulſæ, multa ædificia ſubuerſa, naues in Tiberi ad urbem, & ad oſtia fluuij in ſtatione locatæ ſubmerſæ, pons ligneus diſiectus ſit. Ad hæc theatrum quoddam ad ludos de Syris extructum, corruit: atq; horum omnium nihil ſine multorum hominū clade euenit. His igitur ſignis, quæ Romanis terra mariq; eſſent euentura, quodammodo repræſentatum eſt.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER TRICESIMVS OCTAVVS,

[redacted] interprete.

INDEX CAPITVM LIBRI XXXVIII.

Quemadmodum inter Cæſarem & Bibulum diſcordiæ fuerint.
Vt Cicero in exilium iuerit.
Quomodo Ciceronem exulem Philiſcus conſolatus ſit.
Quomodo Cæſar bellum contra Heluetios & Arioviſtum geſſerit.
Anni autem duo ſunt, in quibus Conſulatum geſſerunt
An. V. C. 695. C. Iulius, C. F. Cæſar, & M. Bibulus.
696. M. Calpurnius, L. F. Piſo A. Gabinius L. F.

CAESAR in id incumbens, ut totius populi gratiā ſibi conciliaret, eumq; ſibi arctius deuinciret, optimatum tamen quoq; partibus ſe ſtudere uideri interim uolebat, ne eos inimicos ſibi haberet: igitur ſæpenumerò dicere ſolitus erat, nihil ſe quod non in ipſorum quoq; rem foret, promulgaturum. Is anno inſequenti legem tulit de agro toti populo diuidendo, ita quidem conſcriptam, ut ne minimum quidem quicquā in ea repræhendendū extaret: atq; hanc quoq; ſe niſi nobilibus id fieret uolentibus, non eſſe laturum præ ſe tulit. *Cæſaris lex agraria.* Et legis quidem eius cauſa culpari à nemine poterat. Ciuium enim multitudo, quæ in immenſum excreuerat, ac ſæpius iam ſeditionibus materiam præbuerat, ad opus faciendum & agriculturam conuertebatur. ſolitudines autem, quæ tum erant per Italiam plurimæ, frequentabantur: ut iam non ij modò, qui militia confecti erāt, ſed & alij omnes uictum ſufficientem haberent, neq; ciuitate quicquam in id erogante, nec iacturam facientibus potentibus: quinimò ad multos eorum honor ac dignitas inde redibant. Omnem autē regionem quæ publica populo Romano erat, excepto agro Campano (hunc Reipub. exemptum ob præſtantiam cenſuit relinquendum) diuiſit, reliquam nec inuitis dominis ademit. nec precium arbitrio diuiſorum conſtituit: ſed emi eam primùm à uolentibus iuſsit, deinde tantum numerare precium, quantum in proſcriptionibus iudicabatur. Magnam autē uim pecuniæ adeſſe dicebat, partim ex ea præda quam Pompeius inuexerat, partim ex tributis & uectigalibus iam antè conſtitutis reliquam: quam impendi in ciues æquum iudicabat,

quorum

quorum periculo eſſet parta. Præterea diuiſores agrorũ conſtituit neq; pau-
cos numero, ne potentiæ cuiuſdam ſpeciem res ea exhiberet: neq; eos qui
criminibus erant obnoxij, ne quibus id moleſtum fieret: uerùm uiginti ui-
ros ad id delegit, qui magiſtratus aliquoties geſsiſſent, tum qui ad eam rem
eſſent quàm maximè idonei, ab eorum numero ſeſe excmit, ſicuti iam antè
teſtatus abundè erat, ne quid ſui ipſius cauſa decernere iudicaretur. Ipſe e-
nim & principem ſe eius rei & autorem ferebat: apertè autem eam Pom-
peio, Craſſo, alijsq; gratificabatur. Legis igitur eius gratia non modò à ne-
mine incuſabatur, ſed ne hiſcere quidem contra eum quiſquam audebat:
recitauerat enim antè in Senatu, atque unumquenq; nominatim compel-
lauerat, ſi quid ab ullo improbaretur, id ſe uel emendaturum, uel inducturũ
omnino promittens. Enimuerò optimates omnes, quicunq; extra conſpi-
rationem erant, maiorem in modũ grauiter rem ferebant, hocq; ipſum ante
alia, quòd legem qua uniuerſum eorum ordinem erat preſſurus, ita compo-
ſuerat, nulla ut eius inuadẽdæ anſa daretur. ſuſpicabantur enim fore, ut Cæ-
ſar in omnibus quæ agitaret populum à primoribus alienatum ad ſe pertra-
heret, atq; apud omnes homines autoritatem potẽtiamq; obtineret, ut ne-
mine ipſi contradicente, populus eius ſtatuta utiq; approbaret. His conten-
ti cæteri, ſubinde ſe autores legi futuros pollicebantur, interim tamen pro-
miſſa exuebant, & alias ex alijs moras atq; dilationes interij ciebant. At M.
Cato (uir bonus quidem ille, & rebus nouis minimè fauens, ſed qui tamen *M. Cato, & M. Petreius cõtra legem Cæſaris.*
nec à natura, neque ab inſtitutione uim in perſuadendo haberet) etſi pro-
mulgationem eam ne ipſe quidem repræhenderet, tamen utendum præ-
ſenti rerum ſtatu cenſebat, nihilq; præterea mouendum. Hoc ita commo-
uit Cæſarem, ut Catonem è ſenatu abreptum in carcerem conijci iuſſerit. *Cato à Cæſare in carcerẽ coniectus.*
Cum promptiſsimè Cato ſe abducendum traderet, multiq; eum ſeque-
rentur, atque inter eos M. quidam Petreius Cæſari obiurganti, quòd ſe-
natu nondum miſſo abiret, malle ſe cum Catone in carcere eſſe reſpon- *M. Petreij in Cæſarẽ dictũ.*
diſſet, quàm hîc cum Cæſare: ibi tum pudore ſuffuſus Cæſar, Catonem li-
berauit, ſenatumq; dimiſit, hoc uno addito dicto: Se ſenatoribus & iudi-
cium de lege, & poteſtatem cõmiſiſſe, ut ab ijs ſi improbaretur, ne ad popu
lum quidem referretur: nunc, quia uos, inquit, autores fieri non uultis, ipſe
populus iubebit legem. Poſtea nihil quicquam Cæſar cum ſenatu commu
nicauit, ſed rectà ad populum de his quæ uellet, retulit: tamen ut nihilomi-
nus nonnullos primorum in concione ſibi aſtipulantes haberet (ſperabat
enim eos ſententiam mutaturos, ac nonnihil populum reformidaturos) à
collega ſuo exorſus, eum interrogauit, an aliquid in hac lege improbaret.
Bibulo nihil aliud reſpondente, quàm ſe in ſuo magiſtratu nullam nouatio- *Bibulus legem Cæſaris nõ admittit.*
nem admiſſurũ, deprecari eum inſtitit, plebiq; ut in exorando ſibi adeſſet,
perſuaſit, ita eos legem obtenturos dicens, ſi Bibulus conceſsiſſet: Bibulus
magna uoce ad populũ in hæc uerba proclamauit: Ne ſi omnes quidem uo-
lueritis, legem hanc hoc anno obtinebitis. atq; his dictis è medio abijt. Cæ-
ſar neminem ulterius eorum qui magiſtratus gerebant, interrogauit, ueri-
tus ne & ex ijs aliqui ſibi reſiſterent: Pompeium uerò & Craſſum, quamuis
hi tum priuati erant, adductos, iuſsit de ſua rogatione ſententiam dicere:
non quòd ignoraret quid ij ſentirent, quippe omnia in commune inter ſe
agebant, ſed ut & ipſis honorẽ adderet, quos cum nullo magiſtratu degen-
tes in conſilium de lege hac adhiberet, & aliorum animos terrore occupa-
ret, ſi eos qui & primi eſſent in ciuitate, & plurimum apud omnes poſſent,

ſuæ ſententiæ aſtipulatores haberet: præterea, ut populo rem gratam face-
ret, euidenti ſigno commonſtrans rem ab ijs neque abſurdam neque iniu-

Pompeius legẽ Cæſaris probat.

ſtam peti, quam ij uiri & ptobarent, & laudarẽt. Ad hæc Pompeius, cui ea
res perquàm grata obtigerat: Non ego ſolùm, inquit, hanc promulgatio-
nem, Quirites, probo, uerùm & uniuerſus ſenatus eam approbauit, quo
tempore nõ meis modò, ſed etiam Metelli militibus agros diuidendos de-
creuit. Atq; tunc quidem ob paupertatẽ qua Reſpublica laborabat, ea do-
natio haud iniuria dilata eſt: nunc cùm eadem mea opera diuitijs abundet,
æquum eſt & his promiſſa perfici, & fructus communium laborum ad reli-
quos peruenire. His dictis, ſingula legis uerba percurrens, collaudauit ſum-
ma cum plebis delectatione. Quod ubi Cæſar uidit, percontatus eum eſt,
uellet'ne ſibi promptè auxilium ferre contra aduerſantes huic legi: ſimul &
populum iuſsit, ut precibus hoc ab eo cõtenderent. Pompeius ea re animo
elatus, quòd ſuam priuati opem Conſul, populusq; imploraſſet, multis ſei-
pſum cohoneſtans, extollensq;, tandem in hæc uerba erupit: Si quis gla-
dium ſumere auſurus eſſet, ſe ſcutum arrepturum. Id Pompeij dictum Craſ-
ſus quoque laudauit. quo effectum eſt ut alij etiam quibus ea lex non place
bat, tamen uel hoc ipſo ad eam apptobandam incitarentur, quòd eam ab
his, qui & boni uiri, & Cæſaris inimici iudicabantur, (nec dum enim eorũ

Bibulus Cęſari ſe opponit.

inter ſe reditus in gratiam innotuerat) ſuaderi uidebant. Bibulus autem ne
ſic quidem cõceſsit, ſed tribus ſibi Tribuniſplebis adiutorib. adiũctis, ne lex
perferret obſtitit: ac poſtremò, cum nullã aliam rei extrahendæ cauſam ha-
beret, in omnes reliquas eius anni dies ferias indixit: ijs autẽ populo in con
cionẽ coire legibus permiſſum nõ eſt. Cum Cęſar Bibulũ nihil admodũ mo
ratus certã diem præſtituiſſet legi perferendæ, noctuq; plebs forũ occupaſ-
ſet, Bibulus cum ſuis, quos ad eam rem parauerat, eòdẽ contendit: & ad Ca
ſtoris quidẽ templũ ubi Cæſar cõcionem habebat, in forũ peruenit, cedẽte
populo partim ob uerecundiam, partim quòd eum ſibi non aduerſaturum
exiſtimarent. At poſtquam in ſuperiori loco conſtitutus contradicere legi
aggreſſus eſt, & ipſe per gradus deiectus, & faſces eius fracti, uerberaq; &
uulnera cûm alijs, tum tribunis plebis impoſita ſunt. Ita lege perlata, Bibu-
lus, qui tum contentus ſalute ſua euaſerat, poſtridie eius diei in ſenatu eam
reſcindere conatus eſt. ſed id ab re fuit, quòd omnes reliqui ſtudio plebis
mancipati quieſcerent. Igitur domum ſuam ſe recepit, neq; unquam poſt-
hac ad extremũ uſq; anni diem in publicum progreſſus eſt: ſed domi ſe con
tinens, Cęſari quotieſcunq; is aliquem nouam rem moliebatur, per lictores
obnunciauit, dies eſſe feſtos. his igitur per leges fas nõ eſſe eum quippiam

P. Atinius Tr. Pl.

agere. Ea propter quidam Tribunus plebis, P. Atinius nomine Bibulum in
carcerem includere aggreſſus eſt, uerùm id quidem obſtantibus collegis
omiſit: Bibulus autem, Tribuniq; qui eum ſequebantur, omni Reipublicæ
adminiſtratione abſtinuerunt. Metellus uerò Celer, & Cato, ac propter

Metellus Celer, Cato, et Fauonius ut in legem agrariam iurauerint.

hunc ipſum M. etiam quidam Fauonius, qui Catonem ſummè imitabatur,
etiamnum in legem nõ iurauerant, quòd id ſemel factum, deinde in omni-
bus abſurdis rebus requiſitum iri perhiberent, igitur ſeriò aſſenſionem ab-
nuerant: præcipueq; Metellus, qui id factum ad Metellum Numidicum re-
ferebat. At poſtquam dies appetijt, qua mulctam conſtitutam ſoluere opus
habebant, iurauere: ſiue id humanæ conditioni adſcribendum eſt, qua fit ut
ſæpenumerò promptiores in promittendo ac minãdo homines ſint, quàm
in perficiendo: ſiue quòd fruſtra ſe mulctam ſoluturos iudicarent, ubi nullũ

ſuæ

ſuæ perſeuerantiæ fructum Reſpublica caperet. Sic tandem ea lex perlata eſt: prætereaq; decretum, ut ager Campanus his qui ternos plures'ue liberos haberent, diuideretur. atq; ità tunc primùm Capua inter Romanorum colonias relata eſt. Ob hæc acta Cæſar populum ſibi obſtrictũ fecit. Equites uerò, tertiam eis partem uectigalium, quæ nomine redempturarum debebant, remittens. Ipſi enim omnibus uectigalibus præerant, & cum ſæpe numerò remiſsionem à Senatu flagitaſſent, obſtantibus & alijs nonnullis, & Catone, nihil impetrauerant. Poſtquam igitur hunc quoq; ordinem nemine contradicente ſibi deuinxit, primùm omnia Pompeij acta confirmauit, neq; Lucullo, neque aliorum quoquam repugnante: poſtmodò alias quoque multas leges tulit, nemine ſe opponente, ne ipſo quidam Catone. Quanquam hic in Prætura ſua, quam paulo pòſt geſſit, cognomenti harum Cæſaris legum (Iuliæ enim uocabantur) nullam mentionem fecit, ſecundum quas tũ iudicia fiebant, uerùm id ridiculè omnino ſuppreſsit. Has ego leges, quia ſunt & multæ admodum, neq; ad noſtrum opus quicquam conferunt, prætereo. Q. autem Fufius Calenus, Prętor, cum in certaminibus forenſibus promiſcuè ab omnib. ſuffragia ferri, & deinde quęuis mẽliora ſuo ordini adſcribere, ab ſurdiora alijs impingere uideret, legem tulit, qua ſinguIos ſeorſim ſua ſuffragia ferre iuſsit, ut ſi nõ uiritim (nã occultè hoc fiebat) at certè tribus quæuis quid ſentirent, manifeſtum redderetur. Cætera in urbe Cęſar ſolus & introduxit, et ſuaſit, & decreuit in uniuerſum omnia, haud aliter quàm ſi ſolus Romæ imperaret. Vnde faceti quidam Bibuli nomen omnino reticuerunt, Cæſarem autem pro duobus Conſulibus & nominauerunt & ſcripſerunt, C. Cæſarem & Iulium Cæſarem Coſs. dicentes. Suas autem res Cæſar per alios confecit: id enim magnoperẽ cauebat, ne quid ſibi ipſe tribuere uideretur. quæ res effecit, ut facilius omnia quæ uellet conſequeretur. Ipſe igitur nihil ſe deſiderare, ſed abundè præſenti conditione contentum ferebat: at uerò alij, quod rebus eis neceſſarium ac conducibile fore uidebatur, de omnibus quæ is uellet, referebãt, efficiebantq; ut decernerentur non à populo tantum, ſed ipſo etiam Senatu. Nam plebs quidem Cęſari Illyrium, Galliamq; ciſalpinam decreuit, ut in eas quinquennio toto imperium obtineret, tum tribus legionibus, ſenatus autem Galliam trans Alpes poſitam, unamq; legionem adiecit. Veritus igitur Cæſar, ne ſe abſente, Conſulatum geſturo A. Gabinio, Pompeius nouas res moliretur, neceſſarium duxit eum, alterumq; Conſulem L. Piſonem affinitate ſibi coniungere: itaq; Pompeio ſuam filiam nuptum dedit. quanquam iam ante alij alij deſponſatam: ipſe uerò Piſonis filiam duxit. Eo modo ab omni parte ſuam potentiam firmauit. Cicero autem, & Lucullus, quibus hæc minimè placebant, Cæſari Pompeioq; per quendam L. Vectiũ necem parauerunt, neq; tamen id ſucceſsit, ſed ipſis ferè ea res perniciem attuliſſet. Vectius enim per indicium delatus, atq; compræhenſus antequam facinus patraret, eius autores nominauit. ac niſi Bibulum quoq; tanquam inſidiarum participem nominaſſet, profectò ij infortunium habuiſſent. Nunc cum indicij ulciſcendi cauſa eum qui rem Pompeio aperuerat crimine oneraſſet, in ſuſpicionem uenit, quaſi ne de reliquis quidem uera retuliſſet, ſed ex compoſito ad calumniæ aduerſariorum exponendos eos ſummiſſus eſſet. Igitur de his uarij rumores ferebantur, nihil certi cognoſcebatur. Vectius autem ad populum productus, cum eos tantùm, quos dixi, nominaſſet, in carcerem conditus, ibiq; haud multo pòſt clàm necatus eſt. At Cicero qui hac de

Cæſar publicanis tertiã mercedum partem remittit.

Q. Fufij Caleni lex.

Cæſaris cum Pompeio et L. Piſone affinitas.

L. Vectius à Cic. & Lucullo percuſſor Cæſari et Põp. ſubornatus.

C. Antonius à Cicerone in iudicio defenſus.

cauſa Cæſari & Pompeio ſuſpectus erat factus, eam ſuſpicionem ipſe in defenſione Antonij confirmauit. Hic Antonius multa Macedoniæ quæ Romanis parebat, cuiq́ ipſe præerat, multa ei quæ ad Romanos non ſpectabat, damna intulerat, multa ipſe receperat. Nam cum Dardanorum, ijsq́ finitimorum agros popularetur, eos contra ſe uenientes ſuſtinere nō auſus, ſed quaſi aliud agens cum equitatu aufugit: ita peditem illi circumuētum & exutum præda regione ſua ui eiecerunt. Eodem modo cum ſocijs Romanorum in Myſia agens, ad Iſtrorum urbem à Baſternis Scythis, qui auxilio Myſis uenerant, ſuperatus profugit. Neq́ tamen his de cauſis in iudicium pertractus, ſed cum Catilinariæ coniurationis conſcius accuſaretur, ob prędictas res damnatus eſt: euenitq́ ei, ut quorum arceſſebatur, de ijs non conuictus, eorū cauſa plecteretur, propter quæ ei dies dictus nōn fuerat. Et Antonius quidē eo modo pœnas dedit. Cicero autem qui tum temporis pro eo, utputa quem in ſuo Conſulatu collegā habuerat, dicebat, plurimis uerbis Cæſarem huius iudicij autorem impetierat, ac nonnihil cōuiciorum ei fecerat. Cæſar, qui haud dubiè id ægrè ferebat, quanquam tum Conſulatū gerebat, tamen eo tempore neque uerbo neque re contumeliam Ciceroni retulit, quòd diceret multos eſſe, qui dedita opera meliores crebris ac uanis dictis proſcinderent, ut eos ad contentionem ſtimularent, utq́ hi eiuſmodi regerētes opprobria, ipſorum ſimiles haberētur: eam ob rem ſe cum nullo in id genus certaminis deſcendendum ſibi ducere.

Cæſaris in contumelijs ferendis æquanimitas, inq; ulciſcēdis prudentia.

Atque hac de cauſa cùm alijs quorū contumelijs petebatur, tum Ciceroni talem ſe exhibuit: quem cum animaduerteret nō tam in hoc laborare, ut ipſum traduceret, quàm ut uiciſsim ab eo malè audiēs, ſimilem ſibi efficeret, nullam admodum eius rationem habuit: ſed diſsimulatis eius opprobrijs, homini liberū uſum conuiciorum tanquam laudum ſuarum nō inuidit, quanquam interim tamen non omnino ea paruipenderet. Erat enim natura placidus, & nequaquam iracundus: nihilominus in ſimili cauſa pœnas à nonnullis ita exegit, ut nequaquam per iram aut præproperè id ageret. Nihil enim iræ indulgebat, ſed occaſionem circumſpiciebat, per eam pleroſque nec ſentientes ulciſcebatur: id'que non tam ut pœnas ſumere uoluiſſe uideretur, quàm ut quantum eius fieri poterat, maximè tutus ab inuidia res ſuas omnes commodè diſponere poſſet. Igitur occultè, & eo modo quo minimè quiſpiam id expectaret, punire aduerſarios ſolebat: partim ut famæ ſuæ conſuleret, ne'ue iracundus iudicaretur eſſe: partim ne hi præſentientes ſibi cauendi locum, aut malum inferendi prius quàm ipſi acciperent, locum haberent. Neque uerò tam præteritorum curam gerebat, quàm ut in poſterum tutus eſſet. Itaque multis grauiſsimarum offenſarum gratiam fecit, aut leui admodum uindicta contentus fuit, quòd eos à maleficio deinceps ſibi temperaturos crederet. Contrà ſecuritatis ſuę cauſa multos acerbius quàm res ferebat ultus eſt, ab eo quod infectū fieri iam nequiret, certè alios ſupplicij grauitate abſterritum iri affirmans. His ergo cogitationibus Cæſar motus, ipſe quidem contra Ciceronem nihil molitus eſt:

Clodius à Cæſare ad plebē traductus, Tribunus plebis factus, & Ciceroni ut perniciem strueret ſubornatus.

Clodium uerò, quòd eum ob adulterium non accuſauerat, gratiam ſibi referre cupere intelligens, occultè contra Ciceronem inſtruxit. Ac primò quidem eum cupientem plebeio iure uti, & legitimè à patricijs trāſire, adiuuāte etiā Pōpeio, ad plebē traduxit: deinde ſtatim et Tribunatū plebis cōfecit. Is Clodius & Bibulū, cum Conſulatu functus in concionē prodiret, ac præter iuramentū decreuiſſet de pręſenti rerum cōditione uerba facere, inhibuit: & Ciceroni perniciem machinatus

natus

natus eſt. Sed cum eum in Republica ob eloquentiam plurimum poſſe ui-
deret, ideoq; haud ita facile poſſe opprimi, animum ad conciliandum ſibi fa
uorem non populi tantùm, ſed equitum etiam, ipſiusq; Senatus, adiecit, a-
pud quos ordines Cicero primas obtinebat: fore ſperans ut his ſibi adiun-
ctis, tantò facilius eum euerteret, qui metu magis quàm beneuolentia pol-
lebat. Plurimos enim Cicero dictis læſerat: nec tantũ apud eos quibus pro- *Ciceronis*
fuerat fauoris habebat, quantum eorum quos offenderat animos à ſe aba- *mores.*
lienauerat. Equidem alioquin pleriq; mortalium procliuiores ſunt ad ſuſci-
pienda contra ſibi iniquiores odia, quàm ad gratias defenſoribus ſuis ha-
bendas: atq; his quidem quorum patrocinio uſi ſunt, mercedem ſe perſol-
uiſſe exiſtimãt, aduerſarios autẽ quacunq; ratione ulciſci ſtudent. Sed præ-
tereà etiam Cicero acerbiſsimos ſibi inimicos parauerat, dum ſemper præ-
ſtantiſsimo cuiq; ſe præferre ſtuderet, libertateq; dicendi in omnes immo-
dica ad ſatietatem uſq; uteretur: quippe qui magis facundi ac præ reliquis
diſerti, quàm boni uiri nomen uenabatur. His de cauſis, adhæc quòd glo-
riando cæteros omnes excederet, neminem ſibi parem duceret, ſed cogita-
tionibus ſuis, ut & in uita, omnes præ ſe contemneret, neq; idem cum ullo
uitæ inſtitutum ſequeretur, oneri pleriſq; & moleſtiæ erat: adeoq; hi ipſi,
quibus probabatur, inuidia & odio eius tenebantur. His de cauſis Clodius
ſperãs ſe eum facilè poſſe opprimere, ſi ſenatum prius, equiteſq; & plebem
ſibi conciliaſſet, frumentum ipſis gratuitò diſtribuit (Nam Gabinio iam & *Anno 696.*
Piſone Conſulibus de frumento pauperibus diuidendo iſte retulit, & colle
gia ſociorum, ita inuidiæ uitandæ cauſa dicta, quæ antiquitùs inſtituta, ali- *Clodij Trib.*
quandiu iam interciderãt, renouauit) interdixitq; Cenſoribus, ne quenquã *pl. leges.*
magiſtratu mouerent, aut ignominia notarent, niſi quis apud utrumq; ordi
nem in iudicio conuictus eſſet. Cum ad eum modum eos ineſcaſſet, aliam le
gem tulit: quæ ut intelligi melius poſsit, pluribus mihi uerbis explicãda eſt.
Cum auſpicia publica Romani & de cœlo, & alijs quibuſdam ex rebus ca-
piant, quemadmodum iam antè dixi, plurimum ponderis cœleſtia auguria
habuerũt, ita ut cum reliqua in ſingulis actionibus petantur, id ſingulis tan-
tum diebus ſemel obſeruetur. Eius hoc præcipuè proprium erat, quòd præ
cæteris omnibus, uel permittebat aliquid agi, nullo deinde amplius augu-
rio obſeruato, aut prohibebat aliquam actionem, impediebatq;, ita ut po-
puli ſuffragationes omnino inhiberet. Porrò quoties populus in ſuffragia
ire de certa re uellet, de cœlo ſeruabatur, ſiue ſecundum id augurium, ſiue
aduerſum eueniret. Huius ego inſtituti cauſam non habeo quam comme-
morem, id quod in communi ſermone fertur, ſcribo. Enimuerò multi ut le-
gum lationes, aut magiſtratuum conſtitutiones de quibus ad populum re-
ferebatur, impedirent, de cœlo ſe ſeruaſſe obnunciare ſolebant: igitur fas
non eſſe agi cum populo. Quamobrem Clodius metuens ne ſi Ciceronem
in ius uocaret, eo modo moram iudicio nonnulli inijcerent, rogationem tu
lit, ne quis qui cum magiſtratu eſſet, his diebus quibus populus ſciſcere
quicquã debebat, auſpicia caperet. Hęc cũ Clodius ita aduerſum Ciceronẽ
tuliſſet, Cicero re intellecta L. Ninniũ Quadratũ Tribunũ plebis ſuborna- *L. Ninnius*
uit, qui his omnib. intercederet: at Clodius ueritus ne ex eo tumultus cõci- *Quadratus*
taret, aut mora rei inijceret, Ciceroni occurrit, eumq; dolo circũuenit, polli *Trib. pl.*
citus ſe ſi per eũ has leges perferre ſibi liceret, nullã ei actionẽ intentaturũ. *Cic. à Clodio*
Ita Cicerone atque Ninnio quieſcentibus, & leges eas pertulit, & poſtea i- *inductus.*
pſum etiã Ciceronẽ aggreſſus eſt: Ciceroq; quanquã prudentiſsimus habe

ri uolebat, tunc à Clodio deceptus eſt, ſi modò id Clodio, ac non Cæſari pô tius, alijsq́ qui cum Clodio conſpirauerant, adſcribendum eſt. Cæterùm ea lex, quam Clodius poſtmodò tulit, quanquam prima ſpecie non uidebatur contra Ciceronem introducta, tamen re uera eum maximè petebat: nam ta cito Ciceronis nomine, contra omnes eos in uniuerſum erat ſtatuta, qui ciuem indemnatũ à populo occiderent, aut occidiſſent. Atqui ita totus etiam ſenatus impetebatur, qui & Conſulibus cuſtodiam urbis, quæ ſecum eius rei poteſtatem trahit, cõmiſerant: & ipſi deinde Lentulum, aliosq́, de quibus eo tempore ſupplicium capitis ſumptũ eſt, condemnauerant. At uerò Cicero, qui & accuſauerat eos, & de ijs retulerat, quiq́ decretũ fecerat, deniq́ per lictores ſupplicio eos affecerat, uel ſolus, uel præ reliquis cauſam ſuſtinebat. Igitur cùm omni conatu Clodio reſtitit, tum ſenatoria ueſte abiecta, equitis habitu ſumpto, circumiuit, potentem quemq́, nõ modò ſibi fauentem, ſed etiam aduerſarium, præcipuè uerò Pompeiũ ac Cæſarem, quippe qui inimicitiam nequaquam præ ſe ferebãt, interdiu noctuq́ accedens orabat, ut ſibi præſidio eſſent. Atq́ hi quidem ſimulantes, neque Clodium à ſe ſummiſſum, & leges eius ſibi diſplicere, eam fraudem aduerſus Ciceronem excogitauerant, quæ & illum lateret, & ſibi dedecori non eſſet. Nam Cæſar Ciceroni conſilium dedit, ut ſe ſubduceret, ne ue ad urbem manendo, in perniciem deueniret: id quo magis ex beneuolentia conſulere uideretur, legato ſe eo uſurum dixit, ut iam non tanquam reus cum ignominia, ſed honeſtè & cum imperio Clodium ſubterfugeret. Contrà Pompeius id quidem apertè eſſe fugam dicebat, idq́ cõſilij Cæſarem inimico animo inſidiandiq́ per ocaſionẽ cauſa dediſſe innuebat: ipſe autem ſuadebat, ut maneret ad urbẽ, ac pro ſe & ſenatu rectà propugnaret, Clodiumq́ ulciſceretur, qui eo pręſente atq́ repugnante nihil aſſecuturus eſſet: ad hoc ſuã quoque opem & auxilium pollicebatur. Hæc ita inter ſe diuerſa Cæſar ac Pompeius conſulebant, non quòd ſententijs ipſi diſsiderent, ſed ut Ciceronem nihil tale ſuſpicantem in fraudem adducerent: isq́ Pompeio acceſsit, quem in nulla ſuſpicione habebat, & in quo certum ſibi ſuæ ſalutis præſidium col locabat: quippe & eum plurimi in honore uerecundiaq́ habebant, & multos in ſummo periculo uerſantes partim iudicibus, partim ipſis accuſatoribus eripuerat. Ad hæc Clodium Pompeio affinitate olim iunctũ, quiq́ ſub eo aliquantum temporis meruerat, nihil contra ſententiam Pompeij acturum arbitrabatur: iam Gabinium haud dubiè in poteſtate Pompeij futurum ſperabat, qui eo plurimùm utebatur: itemq́ Piſonem, cùm propriæ humanitatis cauſa, tum uerò propter affinitatem quam is cum Cæſare coniunctam habebat. Hæ cogitationes Ciceronem permouere, hominẽ alioquin plus ſatis confidentem, ut in ſpem erectus ſe ſuperiorem futurum, fugæ indicta cauſa faciendæ conſilium repudiaret, ueritus ne malè ſibi cõſcius aliò conceſsiſſe exiſtimaretur. Igitur Cæſari gratijs actis, Pompeij ſentẽtiam ſecutus eſt: atq́ in hanc coniectus fraudem, ita ſe comparauit, ut longè ſuperiorem ſe inimicis futurum conſideret. Præterea equites etiam in Capitoliũ conuenerunt, ac deprecatores pro Cicerone ad Conſules & ſenatum cùm alios ex ſuo ordine, tum Q. Hortenſium & C. Curionem ſenatorios uiros miſerunt. Ninnius quoq́ Ciceroni cùm aliàs aſtitit, tum populum quoque ut ueſtem tanquam in publica calamitate mutarent, hortatus eſt: idq́ multi etiam Senatores fecerũt. neq́ prius deſtiterũt, quàm edicto Conſulũ prohibiti ſunt. Verùm enimuerò potentia aduerſariorum Ciceronis maior fuit.

Lex Clodij de ijs qui ciuem indemnatum necaſſent, in Ciceronem.

Cicero à Cæſare & Pompeio inductus.

Cicero ab aduerſarÿs ſuperatus in exiliũ abit.
Nam neque Ninnio cum populo agendi de Cicerone Clodius poteſtatem
permiſit. & Gabinius equites ab acceſſu ad ſenatum impediuit:idemꝗ u-
num ex his, quòd uehementius inſtaret, reipubublicæ adminiſtratione eie
cit. Hortenſium autem & Curionem, quòd coeũtibus equitibus affuiſſent,
Gabinius.
legationemꝗ in ſe recepiſſent, criminatus eſt: eosꝗ Clodius in plebẽ pro-
ductos per certos homines quos ad id præparauerat, uerberibus huius le-
L. Piſonis ſententia.
gationis cauſa concîdit. Secundum hæc Piſo, etſi bene erga Ciceronem af-
fectus uidebatur, eiꝗ conſilium dederat, quoniam aliter ſaluus eſſe minimè
poſſet, ut ſuum ipſius interitum fuga euitaret: tamen ira commoto ob hæc
Cicerone, ut primùm per ualetudinẽ (qua pleruncꝗ utebatur infirma) po-
tuit, in cõcionẽ progreſſus, interrogatusꝗ à Clodio, quid de lege ſentiret,
reſpondit nullum ſibi adeò ſæuum atꝗ inhumanum factum probari. Simi-
liter Gabinius interrogatus, non modò Ciceronem nõ laudauit, ſed etiam
equites apud ſenatum accuſauit. Iam Cæſar milites extra urbem in expedi-
tione habebat: igitur eius cauſa Clodius cõcionem extra mœnia conuoca-
Cæſaris ſententia.
uerat, ut eum legis ſuæ approbatorem haberet. Is igitur Cæſar ea quæ con-
tra leges in Lentulum erant acta, damnauit: pœnã uerò quam lex ei actioni
irrogabat, non probauit, & quæ de toto eo negocio ſenſiſſet, ea omnibus
nota eſſe dicebat: ſe enim ſententiam pro eorum ſalute tum tuliſſe, interim
tamen non conuenire, ut de rebus præteritis talis lex feratur. Atꝗ hæc Cæ
Craßi ſententia.
ſaris fuit ſentẽtia. Craſſus autem per filium ſuum Ciceroni opem tulit, ipſe
populi ſtudium ſectans. At uerò Pompeius, qui auxilium promiſerat, cre-
bras excuſationes afferens, deditaꝗ opera crebras profectiones peregrè ſu
ſcipiens, Ciceronem deſtituit. Is itaꝗ cum ea uideret, atꝗ in metu eſſet, ad
arma ſumenda ſe cõuertit, manifeſtò & alÿs, & ipſo Pompeio per contume
liam traductis. Prohibitus autem à Catone & Hortenſio, ne bellum inteſti-
num ea res concitaret, ita demum inuitus cum dedecore, neque ſine infa-
Cicero in exilium it.
mia, perinde ac ſi conſcientia ſua uictus uoluntarium exilium ſubÿſſet, ur-
be exceſsit. Prius tamen quàm diſcederet, in Capitolium aſcendens, ſimula
crum quoddam Mineruæ, quam Cuſtodem appellabat, conſecrauit. Con-
tulit autem ſe in Siciliam, cuius aliquando patronus fuerat, multumꝗ ſpei
& in populis, & in priuatis hominibus, ipſoꝗ prefecto habebat, ſe ibi cum
honore futurum. Profecto in exilium Cicerone, ſtatim lex, nõ modò nemi-
ne iam reſiſtente, ſed ſummo omnium ſtudio confirmata eſt: hiꝗ adeò, qui
præcipuè Ciceronis rebus fauere antè putabantur, ut primùm is è medio
abÿt, eam approbauerunt. Igitur facultates eius publicatæ, ædesꝗ eius tan
quam hoſtis ſolo æquatæ, & earum area templo Libertatis conſecrata eſt.
Cicero autem exilio damnatus eſt, manſioꝗ in Sicilia abnegata, iuſſusꝗ a-
beſſe à Roma ultra CCCCLXVIII millia paſſuum: præpereaꝗ edictum,
ut ſi intra eos fines ueniret, & ipſe, et qui eum ſuſcepiſſent, impunè à quouis
occidi poſſent. Itaque Cicero in Macedoniam tranſÿt, ibiꝗ in luctu uitam
Philiſcus Ciceronem exulem conſolatur.
egit. Ibi cum eo Philiſcus quidam cõgreſſus, qui etiam Athenis cum eo con
ſuetudinem habuerat: Non te, ô Cicero pudet, inquit, ita lamentari, ac mu-
liebribus affectibus indulgere? Equidem nunquã te ad tantam animi mol-
liciem redactũ iri exiſtimabam, qui multis ac uarÿs diſciplinis imbutus eſ-
ſes, multiſꝗ ipſe conſuluiſſes. Ad hæc Cicero: Atqui longè aliud eſt, ô Phi-
liſce, pro alÿs uerba facere, quàm ſibi ipſi conſulere. Nam quæ pro alÿs dici
mus, ea cum à recta atꝗ integra ratione proficiſcantur, utiꝗ uim ſuam obti
nent: uerùm animus, ubi quis eum morbus occupauit, obtũditur, caligoꝗ

ei offunditur, ita ut nihil idoneum excogitare poſsit. Itaque uetus illud rectiſsimè dictum eſt, facilius eſſe alios adhortari, quàm ſe ipſum cōtra aduerſas res obfirmare. Humanæ tu quidem, inquit Philiſcus, naturæ conſentanea dicis: atqui te tanta intelligentia uſum, ita ad ſapientiam exercitatum, ita imparatum ad humanos caſus fore nunquam ſperabam, ut non, ſi quod inopinatum obtigiſſet, ad id præmunitus eſſes. Nunc cum in eum locum res tuæ deductæ ſint, quid obſtat quin ego tecum ea quæ ad rem faciant diſputans, aliquid tibi utilitatis afferam: ac quemadmodum hi qui alios in oneribus baiulandis adiuuant, eos leuant, ita ego quoque tuam tibi calamitatem leuiorem reddā: idq; tantò minori labore, quòd ne minimam quidem eius partem in me ſum recepturus. Neq; dedignaberis, ut opinor, aliorum conſolationes. Nam ſi ad hoc tu tibi ipſe ſufficeres, nihil profectò meo ſermone opus eſſet: nūc perinde tibi euenit, ac ſi Hippocrates, aut Democedes, aliusq; quiſpiam prꝑſtantiſsimorum medicorum morbo ægrè ſanabili depræhenſus, ad eum curandum alieno auxilio egeat. Equidem, inquit Cicero, ſi talem orationem habes, qua caliginem iſtam ab animo meo remoueas, ac me in priſtinam lucem reducas, paratiſsimum me ad eum audiendum habes.

Orationis uariæ uires.

Quemadmodum enim medicamentorum, ſic orationum etiam cùm multæ ſunt differentiæ, tum uariæ uires, ut mirum non ſit, me, qui in Senatu, concionibus, iudicijsq; præclarus fui, aliqua ſapientia tamen à te imbui. Tum Philiſcus: Agedum, quando ad audiendum paratus es, id primum conſideremus, ſint'ne hæc uerè mala, quæ te nunc circumſtant: deinde uideamus, quo pacto his mederi queamus.

Quæ uerè aut mala ſint.

Primò omnium ego te (quod nimirum natura primum eſt bonum homini) ſanum corpore, & firma ualetudine præditum uideo. Deinde quæ ad uitam ſuſtentandā faciūt, ea tibi affatim adſunt, ut neq; famem propter penuriam perferre opus habeas, neq; ſitim, neq; frigus, neq; quicquā aliud mali: quod ſanè ſecundum à naturæ donis bonum hominis meritò quis dixerit. Nam ſi quis corpore benè ſano utatur, uitamq; ducere ſine curis poſsit, is omnium eorum quæ ad felicitatem faciunt, fructus ſentit. At uerò, excipit Cicero, hæc omnia nihil proſunt, ubi animo ægrè eſt, isq; re aliqua mordet. Longè enim maiorē animi ſolicitudines miſeriam, quàm uoluptates corporis delectationē homini afferunt: quo modo nunc ego nec corporis ſanitatem magni æſtimo, cum animo laborem, nec rerum neceſſarariū copiam, cum plurimis ſim ſpoliatus. Hæccine, inquit Philiſcus, tibi dolorem afferunt? Equidem ſi ijs, quę ad uiuendum neceſſariò requiruntur, carendum tibi in poſterum eſſet, cauſam haberes, cur amiſſas res mœreres: at quoniam ea tibi omnia abundè ſuppetunt, quid eſt quod tibi moleſtiam afferat?

Abundantia.

Omne enim id quod præter „ ea quæ neceſſaria habemus, poſsidetur, ſuperfluum eſt, in nulloq; diſcrimi„ne, adſit'ne uel abſit, ponendum. Ergo quoniam antehac etiam ijs, quæ neceſſaria non erant, uſus non es, ea aut tunc quoq; tibi nō adfuiſſe, aut etiamnum talia eſſe, quibus non indigeas, exiſtimare debes. Etenim eorum pleraq; non à maioribus tuis acceperas, ut eo nomine maior tibi ratio eorum habenda eſſet: ſed lingua tua, orationibusq; tibi parta, ijſdemq; amiſſa ſunt: itaq; te indignari nō decet, ſi quo modo ea quæſiuiſti, eodem perdidiſti.

Iacturas nautæ cur minus ęgrè ferant.

Ita enim nauicularij quoq; cum frequenter iacturam faciant, id non ægerrimè ferūt, prudenter, ut arbitror, reputantes ſecum, à mari ſibi ea eripi, quę antea idem dediſſet. Ac de his quidem ſatis. Ita enim ſtatuo, homini ad felicitatē ſuffiicere, ut quæ ad uſum uitæ opus ſunt, omnia poſsideat, neque ullius rei

qua ad

qua ad ſe ſuſtentandum corpus indiget, deſtituatur: omne autem ſuperuacaneum, curas, negocia, & multorum inuidiam ſecum trahere exiſtimo. Quoniam uerò nullum fructum bonorum corporis eſſe dicis, niſi animo etiam bene ſit, uerum id ego eſſe ſentio. namq; fieri non poteſt, ut animo malè affecto non corpus etiam unà laboret. Veruntamen longè faciliorem eſſe rationem arbitror curandi, ut animo rectè ualeamus, quàm ut corpore. Corpus enim, ut ex carne compactum, multis per ſe incommodis obuium eſt, multo autē numinis auxilio indiget: contrà animus, cuius diuinior eſt natura, minori opera componi inſtituiq; poteſt. Videamus ergo, ſi lubet, quæ bona animi tibi adſint, aut quid mali eum occupauerit. Equidem te inter omnes mortales prudentia præſtare uideo. cuius rei argumenta habeo, quòd ea quę uel ſenatui uel populo cōſuluiſti, plerunq; perſuaſiſti: plurimū autem priuatos homines tuo patrocinio iuuiſti. Deinde iuſtiſsimum te eſſe cenſeo, quippe qui ſemper pro patria & amicis propugnans, in certamen aduerſus eos qui his inſidias ſtruerēt, deſcendiſti: hæcq; adeò ipſa, quæ nūc paſſus es, non alia de cauſa tibi obtigère, quàm quòd pro legibus & Republica dicere & facere omnia perſeuerauiſti. Iam temperantia quoq; ſumma te præditum eſſe, documento eſt ipſum tuum uitæ inſtitutum. Impoſsibile eſt enim eum qui ſe ſeruitio uoluptatum corporis obſtrinxerit, in publico ſubinde uerſari, & in foro agere, niſi eorum quæ noctu feciſſet, de die teſtimonia proferre uelit. His ita habentibus, ego te fortiſsimum quoq; eſſe iudicaui, qui & tantis uiribus animi, & tanto ſermonis robore utebaris: uerùm uideris mihi ipſe de ſtatu animi deiectus infortunio, quod te præter et ſpem & meritum tuum perculit, nonnihil de ſumma fortitudine detraxiſſe: quod tamen ſtatim ſis recuperaturus. Quamobrem cum tuæ res eo loco ſint conſtitutæ, ut & corpus incolume, & animum integrum habeas, haud equidem uideo quid'nam id ſit quod te dolore afficiat. Ad hæc uerba Cicero. Ita'ne tibi ergo nō ingens malum ignominia & exilium uidentur, & domo amicorumq; conuerſatione carere, patria per contumeliam eiectum in aliena terra uiuere, oberrareq; nomē extorris ferentem, riſum inimicis, dedecus uerò ſuis præbentem? Mihi uerò nullo modo, inquit Philiſcus. Cum enim duo ſint, ex quibus conſtemus, animus atq; corpus, cumq; utriq; horum certa tam bona quàm mala præſcripta ſint à natura, ſi quod uitium alteri horum incidat, id neceſſariò & pernicioſum & turpe eſt putandum: ſin eadem rectè ſeſe habent, potiùs bene nobiſcū agi arbitremur. Porrò is planè tuarum nunc eſt rerum ſtatus. Nam cætera iſta, ignominiæ, & ſi quę ſunt id genus alia, tantùm hominum arbitrio atq; opinione turpia ſunt, & mala, ita ut nullum neq; corpori, neq; animo detrimentum afferant. Quod enim corpus mihi in morbum incidiſſe, aut interijſſe, aut quem animum iuſtitiæ ſcientiæ'ue damnum tuliſſe propter ignominiam, uel exilium, uel aliud quippiam eius generis dicere potes? ego quidem id planè non uideo: atqui in cauſa eſt, quòd nihil horum natura ſua malum eſt, ſicut nec honores, aut uita in patria acta ſuapte natura bona ſunt: uerùm omnia eiuſmodi, qualia ea unuſquiſq; noſtrum eſſe iudicat. Iam nec honores, neq; ignominiæ apud omnes homines eadem habentur: quinimò quæ apud alios culpantur, eadem alij laudant: & quæ alij honore proſequuntur, ea alij ſupplicio afficiunt. Sunt qui omnino neq; nomen, neq; rem ipſam, quæ honor uel dedecus dicitur, norint: idq; optimo iure. Quæ enim humanam naturam non attingunt, ea iſti ne ſpectare quidē ad hominem cēſent. Itaq; ut proculdubio per-

Corporis et animi comparatio.

Orationis uirtutes.

In intemperantes.

Exilium, ignominiam et ſimilia, nō eſſe malorum numero habenda.

perridiculum ſit, ſi quod iudiciũ aut decretum fiat, quod certum hominem ægrotare, aut inhoneſtum eſſe iubeat: eodem modo de ignominia res habet, atq; eandem rationem ego exilij eſſe uideo. *Exilij definitio.* Eſt enim exilium, peregrinatio quædam cum ignominia coniuncta: unde fit, ut quando ipſa ignominia per ſe malum nõ eſt, ne exilio quidem mali quippiam conciliare poſsit: ſiquidem alioquin magnus eorum eſt numerus, qui plurimum temporis alij inuiti, alij ſponte ſua peregrinantur: nec deſunt qui hinc inde obambulãdo totum uitæ ſpacium inſumant, tanquam ſubinde omnibus locis expulſi, nec tamen id ſibi damno cedere exiſtimant. *Voluntas naturam rei nõ mutat.* Neq; uerò intereſt quicquã, ſponte ne aut inuitus quippiam facias: nec enim is qui nolens corporis exercitationi ſeſe dedit, minus roboris eo acquiret, qui ultrò hoc facit: nec qui inuitus nauicularium agit, minorem hinc fructum capit, quàm qui uolens. Quanquam non intelligo, quomodo fieri poſsit, ut uir prudens quicquam inuitus faciat. Itaque ſi in eo diſcrimen poſitum eſt, bené ne uel malè nobis ſit, ut ea quæ uolumus, libenter, quæ nolumus, inuiti faciamus, in promptu huius rei eſt medela. *Volũtas neceſſitati accõmodanda.* Nam ſi omnia quæ aliter fieri nequeunt, uolentes ſubeamus, neque ulli neceſſariæ rei ſuccumbamus, iam illa etiam quæ inuitis nobis obuenire putantur, ſub his comprehenſa erunt. *Neceßitas.* Itaq; uetus illud rectè admodum ſe habet, debere nos nõ ea petere ut fiant, quæ uolentibus nobis euenirent: ſed ea uelle, quæ ex neceſsitate quadam eueniũt. Neque enim uitam noſtro ipſorum arbitrio ducimus, neque in noſtra poteſtate ea ſita eſt, ſed ut uiſum fuerit fortunæ, ita uiuendum eſt: & quale fatum noſtro uitæ curriculo deſtinatum, talem noſtram quoq; uitam eſſe neceſſum eſt. Atq; hæc ita ſunt, ſiue nos uelimus, ſiue nolimus. Quod ſi te non ignominia hæc, neque ipſum exilium affligit, ſed quòd non tantum nulla tua in patriam iniuria, uerùm etiam ſummis tuis in eam beneficijs extantibus, ignominia affectus, & eictus ea es, hoc tibi reputandum eſt: quandoquidem ita omnino in fatis tibi fuit, ut hæc patereris, hoc tibi pulcherrimũ & optimum accidiſſe, quod nullo tuo merito in hanc deueneris calamitatẽ. Etenim tu pro tuo officio omnia & conſuluiſti ciuibus tuis, & egiſti: neque ea priuatus, ſed Conſul: nec ipſe per te negociũ aliquod curioſè ſuſcipiens, ſed ſenatuſconſultum ſecutus, non ſeditionis cauſa, ſed ut quàm optimè reipublicæ conſuleres: contrà certi quidam homines potentia ſua & lædendi ſtudio adducti omnia hæc in te machinati ſunt. Quo fit, ut illos quidem ſuę iniuſticiæ cauſa dolere & lugere conueniat: tibi autem & pulchrum & neceſſarium eſt ea fortiter perferre, quæ fortuna tibi tua impoſuit. Neque uerò malles Catilinæ & Lentulo conſceleratæ coniurationis ſocius, atque omnia contra reipublicę incolumitatem molitus, nihil quod ea tibi iuſsiſſet ſecutus, domi manere iniuſticiæ obnoxius, quàm cùm officio tuo ſatisfeciſſes, ſolum uertere. Iam ſi exiſtimationis etiam rationem habes, longè præſtat te nullo flagitio admiſſo patria excidiſſe, quàm perpetrato malo aliquo facinore in ea remanſiſſe. Nam ut cætera omittam, dedecus profectò nõ in eum qui iniquè in exilium mittitur, ſed in hos qui contra ius eum ejciũt, redundat. Quanquam ego te accepi non inuitum, aut iudicio damnatum, ſed ultro abijſſe, quód apud eos uiuendũ diutius tibi nequaquã duceres, quos neque meliores reddere poſſes, neque cum ipſis perire uelles. Itaq; non patriam, ſed eius inſidiatores reliquiſti, qui profectò extorres & ignominia notati ſunt, quòd omnia bona ex animis ſuis profligauerint. Tu uerò honoratus, felixq; es, neque cum dedecore ſeruire opus habens, & rebus ne-

ceſſarijs

ceſſarijs ad uitam affluens, ſiue in Macedonia, ſiue alibi terrarum uiuere ſtatueris. Neque enim loca ipſa felicitatẽ beatitatem'ue ullam afferunt homini, ſed unuſquiſq; noſtrûm ipſe ſibi & patriam, & uitam beatam omni tempore ubicunq; locorum efficit. Hæc intelligẽs Camillus, haud grauatim Ardeæ habitauit. Hæc Scipio reputans, abſque moleſtia Literni uitam exegit. Quid enim Ariſtidem referam, quid Themiſtoclem, quorum gloria exilio aucta eſt? Quid Annium, quid Solonem, qui conſultò decennium à patria abfuit? Et tu igitur ne quid horum quæ neque ad corpus, neque ad animũ pertinent, graue iudica, neq; indignè tuos caſus fer: quandoquidem nulla nobis optio uiuendi noſtro arbitrio propoſita eſt (ut dixi) ſed neceſſe omnino habemus omnia tolerare, quæ de nobis Fortuna ſtatuerit. Quòd ſi hoc ſponte noſtra fecerimus, dolore uacabimus: ſin noluerimus, neque ea quæ fatũ nobis deſtinauit, effugiemus: & inanes præterea in dolores, ſummum illud malum, incidemus. Cuius euidens indicium eſt, quòd alij mortales etiam res aduerſiſsimas leuiter ferunt, ſeq; nullo malo conflictari cenſent, alij leuiſsimis oppreſſos ſe arbitrãtes, nullum à ſe malum quod in hominem cadere poſsit, abeſſe putant: itemq; alij proſperos euentus malè, alij duros rectè accipiunt, efficiuntq;, ut res iſtæ tales alijs eſſe iudicentur, quales illi ferendo eas eſſe oſtenderunt. Hæc cum animo tuo cogitans, neque præſentem ſtatum iniquo fer animo: neque ſi eos qui te profligauêre, fortuna ſecunda uti audies, id tibi moleſtiam afferat. Ea eſt enim humanarũ felicitatum alioquin conditio, ut momentaneæ ſint, inq; diem durẽt: ac quanto quis maiora ab his incremẽta accipit, tanto facilius auræ inſtar cõcidit, idq; præcipuè in ſeditionibus. Quippe homines qui in perturbatis, fluctuantibusq; rebus uerſantur, parum aut nihil potius ab his differunt, qui tempeſtate iactantur. eodem enim modo ſus deq;, & in omnes partes abripiũtur: ac ſi quid eos uel minimũ fefellerit, prorſus ſubmergunt. Ac ne tibi uel Druſi, uel Scipionis, uel Gracchorum, aliorum'ue exempla commemorem, memoria tenes quomodo Camillus quondam exul, deinceps poſt ſeruatum à ſe Capitolium uita functus ſit: meminiſti quantum Ariſtides ab exilio ſuo Themiſtocli præſtiterit. Igitur tu quoq; ſperare quidem in primis debes, futurum ut in patriam reducaris: (neq; enim ob aliquod tuum facinus iniuſtum ea pulſus es: atq; audio ab his ipſis, quorum opera eiectus es, te requiſitum iri, deſideratum autem ab omnibus) ſin præſens tibi ſtatus habendus eſt, ne ob hunc quidem quicquam te affligere debes. Verùm, ſi meo conſilio obtemperaueris, aliquod tibi prædium maritimum deliges, ab hominũ frequentia remotum: ibi agriculturæ uacabis, et te ad ſcribendum exemplo Xenophontis Thucydidiſq; conſeres. Ea enim pars philoſophiæ diutiſsimè permanet, ac omni homini, omni adminiſtrationi reipublicæ cõuenit, ad quam ocium magis idoneum exilium confert. Itaq; ſi immortalitatẽ conſequi cupis, quemadmodum & iſti conſecuti ſunt, imitare eos. Etenim nulla re neceſſaria cares, neq; ullius honoris indiges. ac ſi quid etiã in illis boni eſt, Conſulatum geſsiſti: atqui iterum, tertium, uel quartum in magiſtratu fuiſſe, nihil aliud ſecũ fert, quàm inanes literas, quæ neq; uiuo, neque mortuo quicquã conducunt, ut non Coruinus potius, aut Marius ſeptem Conſulatibus nobilis, quàm Cicero eſſe uelle debeas. Cæterùm te magiſtratũ expetere non arbitror, qui oblatum tibi repudiaris, contempto quod ex eo habetur emolumento, ſpretaq; breui illa potentia, quę omnibus calumniari uolentibus expoſita eſt. Quæ ego non eò recenſui, quaſi uerò ad beatitatem

Omne ſolũ forti patria eſt.

Felicitas momentanea.

In ſeditionib. uiuere, & tempeſtate iactari, affinia.

tem neceſſariò requirerentur, ſed ut uideres, ſi omnino ita opus fuiſſet, tamen te in republica etiam ſatis diu uerſatum: ut ex his quæ dixi, animaduerſo inſtitutorum uitæ diſcrimine, alterum deligeres, alterum abijceres: hoc perſequereris, illud fugeres. Exigua enim eſt uitæ noſtræ portio: itaq; opus tibi eſt, ut quanto tranquillitatem perturbatione, quietem tumultu, libertatem ſeruitute, ſecuritatē periculis potiorem cognoueris, tanto magis id uitæ genus amplecti, ad quod te adhortor. Sic enim cùm tu beatus, tum tuū & uiuentis & mortui nomen magnum erit. Quòd ſi in reditum, et ſplendorem in republica incumbas, nolo equidem grauius quidquam dicere: ſed tamen in rem Ipſam intuens, tuamq; in dicendo libertatē conſiderans, præterea multitudinem potentiamq; tuorum aduerſariorum cernens, uereor ne denuò in periculum adducaris: ac tum quidem, ſi exulandum tibi fuerit, pœnitētia corripiêre: ſin extrema patieris, ne pœnitentiæ quidem locus erit. Enimuerò quis non rem horrendam atque turpem eſſe iudicet, caput hominis amputari, inq; foro poni, atque ita ei & uiros & mulieres inſultare: ac ne tu me uana tibi prædicentem oderis, ſed ea quæ cœleſtibus augurijs comperta prædico, caue. Neq; uerò te id decipiat, quòd nōnullos ex potentibus tibi amicos habes. Nihil enim tibi horum quæ nunc uidetur amicitia, aduerſum inimicos auxilij afferet, quod iam nunc expertus es. Quicunq; enim potentiam affectant, cætera omnia cupiditati ſuę poſtponunt, ita ut amiciſsimos etiam genere'que proximos, inimiciſsimorum loco habeant. His auditis Cicero, nōnihil dolore leuatus eſt: non autem diu exulauit, ſed ab ipſo Pompeio, cuius opera præcipuè pulſus erat, reductus eſt. In cauſa fuere Clodij facinora, qui Tigranem iuniorem, qui etiamnum in uinculis apud L. Flauium detinebatur, corruptus pecunia eripuerat & dimiſerat, indignatosq; eius facti cauſa Pompeium Gabiniumq; contumelijs conſectatus erat, eorum'que aſſeclas uerberibus & uulneribus mulctauerat, Conſulis faſces confregerat, facultates'que eius ſacras eſſe iuſſerat. Ob hæc iratus Pompeius, eo'que potiſsimum, quòd cum ipſe Tribuniſplebis poteſtatē ſuam reddidiſſet, eā contra ipſum Clodius uſurparet, Ciceronem reuocandū ſibi ſtatuit, confeſtimq; eius reditum agitare per Ninnium cœpit. Is obſeruato tempore quo Clodius non aderat, in Senatu de Cicerone retulit: intercedente autem alio Tribuno plebis, ſuam rogationem, ut de qua cum populo acturus eſſet, publicè propoſuit, atq; in omnibus prorſum ſe rebus Clodio oppoſuit, unde & contentiones & conflictus utrinq; aliquot exorti ſunt. Antequam hæc fierent, Clodius ſuorum conſiliorum tanto facilius exequendorum cauſa, Catonem è me[illegible]o remouere cupiens, atq; ut Ptolemæum Cypri regem ulciſceretur, à quo cum à piratis eſſet captus, redemptus nō erat, inſulam Cyprum publicam Pop. Rom. eſſe iuſsit, & ad eam conſtituendam Catonem perinuitum quidem eum amandauit. Hæc ita ad urbem geſta. Interim Cæſar cum nullum in Gallia bellū, omnia quietiſsima inueniſſet, tamē ne in pace degēdum eſſet, ut primum forte fortuna ſeſe bellum obtulit, aliud ex eo tractum eſt, ita ut quod maximè in uotis habuerat, omnia & bello conficeret, & uictoriā obtineret. Nam Heluetij cum magnoperè excreuiſſent, ac pro multitudine hominum parum ſufficiētem terram poſsiderent, partem quidem aliquam ſuorum aliò in coloniā quandam dimittere conſultum non putabant, ne à ſeſe inuicem diuulſi, inſidijs eorum quos aliquando lęſerant, opportuniores fierent. Igitur poſtquā omnes domo ſua exire ſtatuerūt, ac in meliorem aliquā atq; ampliorem regionem

Prædicit Cic. exitium.

Cæſaris bellum contra Heluetios.

Heluetij ſolum uertunt.

nem tranſire, omnes ſuos uicos oppidaꝗ incendunt, ne quis ſpem de reditu in patriam habere in poſterum poſſet: ipſi duce Orgetorige, aſcitis nonnullis alijs etiam populis, quos eædem cauſæ ad mutandum ſolum compulerant, Rhodanum tranſire, regionemꝗ aliquam ad Alpes ſitam occupare inſtituunt. Cæſar ponte reſciſſo, alia etiam quæ ad tranſitu eos prohibendos facerent, parabat: ad eum Heluetij legatos mittunt, rogātes ut ſibi eius uoluntate liceret tranſire: promittenteſꝗ, ſe ſine ullo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quanquam minimè ipſis fidem haberet Cæſar, neꝗ conceſſurus erat, ut aliquò progrederentur: tamen quòd nondum ſatis paratus erat, deliberaturum ſe cum ſuis legatis de eorū poſtulatis reſpondit, diemꝗ ipſis conſtituit qua reſponſum acciperent: nonnullam quoꝗ eis ſpem obtinendi tranſitus oſtendit. Interim opportuniſsima quęꝗ loca foſſis ductis, muriſꝗ communijt, ut iter ipſis obſtrueret. Barbari cum ad tempus expectaſſent, poſtquam nihil horum de quibus conuenerat, præſtari ſibi audiunt, iter ingreſsi, primùm per Allobroges, eò quò inſtituerant, contenderunt. pòſt cum ad munitiones peruenére, in Sequanos conuerſi ſunt, per eos & Heduos, tranſitum ipſis, quòd ſe ab omni maleficio temperaturos pollicerentur, haud inuitè concedentes, iter faciētes. Verùm cum pactis non ſtarent, ſed eorum regionem popularentur, Sequani & Hedui legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium: petuntꝗ ne in conſpectu eius ſibi pereundum ſit. & quanquam eorum oratio cum re ipſa parum conueniret, tamen id quod petebant, impetrauerūt. Cęſar enim ueritus, ne ad Toloſam Heluetij proficiſcerentur, ſtatuit potius iunctis ſibi Heduis Sequaniſꝗ eis reſiſtere, quàm ſi cum Heluetijs hi cōſpiraſſent (quod haud dubiè futurum erat) bellum aduerſum omnes ſimul ſuſcipere. Itaꝗ Heluetios tranſeuntes Ararim flumen adortus, nouiſsimos in ipſo fluminis tranſitu concidit: qui uerò progreſsi iam erant, eos repentina ac celerrima inſecutione, cladeꝗ ſuorū ita terruit, ut cum Cæſare agere de regione aliqua, quam ipſis aſsignaret, cuperent. Id tamen fruſtra fuit. cum enim obſides ab ipſis peterētur, indignati, non tam fidem ſibi nō haberi, quàm quòd obſides dare ſe indignū exiſtimarent, pactionum nullam poſthac rationē habuerunt: ſed progreſsi ulterius, equitatum Cęſaris, qui à peditibus procul procurrerat, ac iam præter poſtremi agminis cuſtodes prouectus erat, ſuo equitatu exceperunt, uiceruntꝗ. Eo prælio ſublati Heluetij, Cæſaremꝗ fugere, quia inferior diſceſsiſſet, præſertim quòd ob penuriam commeatuū ad urbem quandā extra iter propoſitum ſitā ſe converterat, putantes, nō iam ipſi procedere, ſed eum inſequi ceperunt. Cæſar eo animaduerſo, hoſtiū impetū & multitudinem ueritus, peditatum in locum quēdam editum ſubducit. equites autem primo loco exponit, qui cum hoſte manus conſererent, donec ipſe caſtra loco idoneo collocaſſet. Heluetij cum iterum equitatum Romanum reiecissent, iamꝗ ad ipſum locum, quem editiorem occupatum à Cæſare diximus, animoſe cōtenderent, Cæſar repentè cum ſuis in eos decurrit: & agmine ordinato hoſtes nullo ordine obuiam euntes ſuperiori ex loco aggreſſus, leui certamine repulit. Quos cum fugientes Romani perſequerentur, eos alij nonnulli Heluetij, qui prælio partim ob multitudinem, partim ob feſtinationem reliquorum non interfuerunt, à tergo repentè adorti ſunt, perturbaruntꝗ. neꝗ tamen magnam rem ullam conſecuti ſunt: quia Cæſar equitibus inſecutione fugientium mandata, cum armatis hoſtem aggreſſus fudit: & utranꝗ eorum partem uſꝗ ad carros uictor fugientem inſecutus,

Heluetij funduntur.

Equites Cęſaris uincuntur.

Heluetij uincuntur.

ibi denuò ſortiter ſeſe defendentes ſuperauit. Hac clade accepta, barbari in
duas ſe partes diſiunxerunt: quarum altera, conditionibus à Cæſare acce-
ptis, in domum ſuam, unde profecti erant, regreſsi ſunt, ibiq; urbes ſuas re-
ſtitutas incoluerũt: reliqui arma tradere abnuentes, ad Rhenum, quo loco
antiquitùs habitaſſent, reuerti ſe poſſe rati, iter ſuſceperunt: eos Romano-
rum ſocij, per quos iter faciebãt, & paucos, & iam antè ſuperatos, nullo ne-
gocio peſſundederunt. Eo modo Cæſar primum bellum patrauit. Hoc ue-
rò principio facto, nequaquam quieuit: ſed & ipſe ſuum inſtitutũ perfecit,
& ſocijs gratificatus eſt. Sequani enim, Hediuq;, cum eius cupiditatem ui-
derent, atq; res ipſas ſpei eius reſpondere, ut & ipſi beneficium offerrent

*   *

Belli Cæſaris contra Arioui-ſtum occaſio-nes.

partemq; regionis aliquam Germanis finitimis ademerant, eoſq; ſibi ſti
pendiarios acceptis obſidibus fecerant. Facile aũt obtinuerunt à Cæſare, ut
auxilio ipſis ueniret. Germanis illis Ariouiſtus imperabat, cuius regnũ Ro
mani confirmauerant: ipſumq; Cæſar in Conſulatu ſuo inter amicos ſo-

Ariouiſtus Germanorum rex, ſocius Romanorum di-ctus.

cioſq; Romanorum adſcripſerat. Cæſar, quòd Ariouiſtus bello clarus, po-
tensq; haberetur, parui pendebat: id tantùm agebat, ut ab eo occaſionem
diſsidij acciperet, neq; prior eum inuadere uideretur. Itaque Ariouiſtum
ad ſe uocat, habere ſe de quibus cum eo communicaret, indicans. Ariou-
ſtus nõ obtemperauit: & ſi quid ſibi uellet Cæſar dicere, ad ſe uenire iuſsit:
non tantùm quia Cæſare ipſe inferiorem ſe non diceret, ſed etiam quia qui
ab alio quid uelit, ad eum ueniat par eſt. Quo reſponſo commotus Cæſar,
quod ad contumeliam nominis Romani ſpectare uidebatur, confeſtim ab
eo ſociorum obſides popoſcit: edixitq; prẹterea, ne in eorum regionem in-
grederetur, ne'ue ex patria ſua auxilia accerſeret: neq; id ſpe terrendi, ſed ir-
ritandi Ariouiſti faciebat: exiſtimabatq; ſe ita magnam atq; dignam belli
anſam accepturum. Neq; eum hæc ſpes fefellit. nam iniquiſsimo animo im-
perata hæc Ariouiſtus tulit, atq; perquàm ferociter reſpondit. Igitur Cæ-
ſar per legatos minimè reſpondit, ſed extemplò Veſontionẽ urbem Sequa
norum, priuſquam id quiſquam ſentiret, occupauit. Interim milites, cum
nunciatum eſſet Ariouiſtum magno conatu ſe ad bellum parare, multitu-
doq; alia Germanorũ ei auxilio uenientium partim iam Rhenum tranſiuiſ-

Trepidatio inter milites Cæſaris de Germanis.

ſe, partim ad ipſum fluuium in inſidijs cõſediſſe diceretur, à quibus repentè
inuaderentur, ingens triſtitia occupauit. Ita enim eos magnitudo corporũ,
multitudoq;, tum audacia, minæq; hoſtium ab ea profectæ terruerant, ut ſi-
bi non cum hominibus, ſed immanibus ac ſæuis belluis rem futuram puta-
rent: itaq; ſermonem ſpargebant, bellum à ſe ſuſceptum eſſe neque iuſtum,
neq; decretum, ob ambitionem tantùm Cæſaris ceptum: minitabanturq;
etiam, niſi is ſentẹntiã mutaturus eſſet, ſe eum deſerturos. Ea re cognita Cæ
ſar, ut eius gratia uniuerſos milites compellaret, conſilium non putauit. ne-
que enim cẽſebat commodũ eſſe, huiuſmodi orationem ad multitudinem
habere, quæ ad hoſtes deinde enunciaretur: uerebaturq;, ne dicto non au-
dientes milites, tumultuarent, atq; malam aliquã rem perpetrarẽt. Igitur le-
gatos ſuos, reliquoſq; minores magiſtratus conuocauit, atq; in hæc uerba

Cæſaris ad legatos & centuriones ſuos oratio.

eos allocutus eſt: Idem ego uos, amici, de proprijs atq; publicis rebus con-
ſilium ſequi debere, minimè exiſtimo. Neque enim idem eſt, quod quiuis
pro ſe ſequitur, cum eo quod communiter omnibus propoſitum eſt. Nam
nos quidem ea quærere, quæ quàm maximè commoda, tutiſsima unicuiq;
noſtrûm ſint, cõuenit: populo autẽ ea & ſuſcipere, & agere, quæ ei ſint opti
ma. Ac

ma. Ac quamuis tranquillus ſtatus ne priuatim quoq; ſine induſtria conſeruari poteſt: tamen cui minimum ſit negociorum, is maximè tutus habetur. Ciuitas autem, præſertim ſi quem obtinet dominatum, hac ratione abſque mora peſſum iuerit. Quod non ab homine ita inſtitutum, ſed ab ipſa natura lege ſancitum, ita ſemper ſe habuit, habetq; adhuc, & habebit etiam quandiu genus humanũ durauerit. Hæc cum ita ſint, minimè conuenit aliquem ueſtrûm in præſentia maiorem ſuæ uoluptatis atque incolumitatis prouidentiam facere, quàm quid uniuerſis Romanis & decorũ ſit, & expediat. Exiſtimare enim debetis præter cætera, quę par eſt à uobis expendi, hoc in primis, nos tot tantosq; uiros ſenatoriæ equeſtrisq; dignitatis, qui magnã militum copiam ſub nobis habemus, magnamq; pecunię uim, nõ ea de cauſa huc ueniſſe, ut ocio indulgeremus, aut neglectim uiueremus: ſed ut ſubditorum res rectè conſtitueremus, facultates confœderatorum tutas præſtaremus, uim ijs facere conantes propulſaremus, res noſtras augeremus. Etenim niſi hæ cauſæ nobis fuerunt, quid fuit cur initiò expeditionem faceremus, ac non potius domi apud noſtras res maneremus? ac præſtiterat equidem nunquã omnino ſuſcipere bellum, quàm ſuſceptũ prodere. Quòd ſi adſumus, alij ea neceſsitate huc compulſi, qua patriæ imperata exequi tenemur, maior uerò pars ultrò honorum emolumentiq; cauſa, quæ militia quæruntur, quã nam ratione uel honeſtum uel pium uideatur, ſpes nos & eorum qui nos huc miſerunt, & noſtras ipſorum uanas reddere? Ac priuatim quidem nemo omnium ita poteſt lætis rebus uti, ut nõ idem cum republica corruente pereat: at reſpublica ſi proſpero ſucceſſu utatur, etiam priuatorum omnes calamitates poteſt ſubleuare. Hæc non aduerſus uos, amici, cõmilitonesq;, à me dicuntur, qui adeſtis, quosq; ego nec ob ignorantiam doctrina, neq; ob negligentiam admonitione opus habere noui: ſed quia animaduerti eſſe nonnullos ex militibus, qui rumorem diuulgent, bellum nos inconuenienter ſuſcepiſſe, quiq; alijs ſeditionis autores ſint, uolui uos ex mea oratione & ſtudij in patriam ueſtri confirmandi, & illos de officio ſuo docẽdi rationes accipere. Plus enim utilitatis capere poſſunt, priuatim ex uobis & ſæpius hæc audientes, quàm de me ſemel. Hoc igitur illis dicite, maiores noſtros non domi reſidentes, non militiam detrectantes, non bella fugientes, non ignauię ſtudentes, tantam urbem noſtrã effeciſſe: ſed cum & animos ad audenda omnia ſe digna paratos, & corpora prompta ad elaborandum in his, quæ decreuiſſent, haberent: cum ſuas fortunas tanquam alienam poſſeſsionẽ ſemper periculis obijcerent, aliorum autem ditionem tanquam ad ſe pertinere haud cunctanter ſuam facerẽt: cum felicitatem in nulla alia re quàm ſibi honeſtis actionibus ponerẽt, in ocio autem degere, infelicitatem putarent. Hæc illi conſilia ſecuti, cum ab initio tenuiſsimę eorum res eſſent, urbemq; omniũ urbium infimam haberent, Latinos in ſuam poteſtatem redegerũt, Sabinos uicerunt, Tyrrhenos, Volſcos, Opicos, Lucanos, Samnitas ſubegerunt, modico temporis ſpacio omnem regionem intra Alpes iacentem debellauerunt: omnes alienas nationes à quibus inuadebantur, repulerunt. Quorum imitatione poſteriores Romani, patresq; noſtri adducti, non cõtenti ſua conditione, neq; ſatis habentes ea quę à ſuis maiorib. acceperãt, ſed ociũ ſuã certã perniciẽ, labores aũt haud dubiã ſalutẽ eſſe exiſtimãtes, adhæc ueriti ne res ipſorũ ſuis finib cõtentæ detrimentũ paterẽtur, ac ſenectute quaſi cõficerentur, dedecoriq; ſibi ducẽtes, ſi quibus tanta à ſuis prędeceſſoribus relicta erant, ipſi nihil acquiſiuiſſent, longe plura

Priuatorũ alia conſilia, quàm rerumpublicarum.

Priuata ſalus publica incolumitate continetur.

Romana res quibus artibus creuerit.

maioraq; prioribus adiecerunt. Quid enim opus eſt ſingulatim commemorare, Sardiniam, Siciliam, Macedoniam, Illyrium, Græciam, Aſiam minorem, Bithyniam, Hiſpaniam, Africam. Sanè plurimum illis pecuniæ Carthaginenſes dediſſent, ne ad eas partes terræ nauigarent: plurimum Philippus ac Perſeus, ne ab ijs bello peterentur: multum Antiochus, eiusq; filij & poſteri, ne Europę fines exirent. Verùm neque illi ocium ſine decore, diuitias'ue ab omni periculo liberas ante gloriam, magnitudinemq; imperij poſuerunt: neq; hi etiam qui apud nos ętate ſunt prouectiores, qui etiamnum in uiuis ſunt: ſed hi quoque cum haud ignorarent, ijſdem artibus & quæri bona & retineri, multa ex his quæ iam antè parta erant, confirmarunt, multa autem alia parauerunt. Nam hæc quoque quid attinet ſingula recenſere, Cretam, Pontum, Cyprum, Aſiam, Albaniam, Iberiam, Syriam utramq;, Armenias duas, Arabiam, Palæſtinam: quę regiones ne nomine quidem prius ſatis notæ, nunc partim noſtro imperio ſubiacent, partim alijs muneri à nobis conceſſæ ſunt, ita ut ex ijs reditus, copiæ, honores, ac ſocietates ad nos peruenerint. His igitur exemplis uſi, nolite aut maiorum res geſtas dedecorare, aut imperium quod nunc maximum eſt, deſtituere. Non enim nobis eadem quæ his qui nihil eorum quæ recenſui poſsident, conſilia capienda ſunt. His enim ocio contentis eſſe, alijsq; ſine ſuo periculo ſubditis eſſe ſatis eſt: nobis autem neceſſe eſt laborare, militare, ac ſubeundis etiam periculis præſentem felicitatē tueri, cui multi ſunt intenti. Omne enim id quod communem ſortem excellit, æmulationi inuidiæq; aliorum obnoxium eſt. hinc illud eorum, quorum conditio eſt inferior, contra ſe ſuperiores bellum perpetuum exiſtit. Proinde aut hoc nobis exoptandum erat, ut ne ab initio quidem tantum ſupra communem hominum conditionem excreuiſſemus: aut quandoquidem ad tantum faſtigium dominiumq; euecti ſumus, atq; ita fatum noſtrum fert, ut uel in alios imperium ſumma ui retinendum, uel ipſis contrà funditùs pereundū ſit. (Qui enim ad tantam potentiam peruenerunt, eos uitam priuatam ſine periculo agere poſsibile non eſt) Agedum Fortunæ nos committamus: neque eam cum ultrò ſuaq; ſponte maioribus noſtris adfuerit, nobiſcumq; permanſerit, à nobis reijciamus. Quam ut retineamus, non arma nobis abijcienda ſunt, non ordines deſerendi, non tempus inane domi deſidendo tranſigendum, non apud ſocios Romani nominis oberrandum eſt. ſed arma ſemper in manibus habēda ſunt: hac enim ſolum ratione pax conſeruatur. militaria opera prę lijs exercenda: hoc enim unico efficiemus, ne ſemper bellandum nobis ſit. ſocijs auxilio noſtro indigentibus abſq; excuſatione opitulandū: ita enim longè plures nobis adiungemus. hoſtibus ut ſubinde aliquid mouere non cōcedendum: hoc enim pacto fiet, ne quis nos in poſterum ſibi iniuria laceſſendos putet. Enimuero ſi quis Deus nobis ſpondeat, etiam abſq; hac noſtra opera eſſent, tamen fore, ut ne quis nobis inſidias paret, utq; omnibus noſtris bonis tutò ſemper perfruamur, etſi ne ſic quidem honeſtè diceremus, quietis nobis uiuendum eſſe: tamen aliquam rationem hi afferre poſſent, qui officium ſuum detrectāt. Sin autem neceſſariò fit, ut qui aliquid poſsident, aliorum inſidijs impetantur, profectò operam illos dare conuenit, ut conatus horum anteuertāt. Ad hæc qui ſua ocioſe tenent, in periculum de his ipſis plerunq; ueniūt: at quibus tantum ſupereſt facultatis à ſuis rebus, ut aliena quoq; bello inuadant, facilè hi ſua tuentur. Neq; enim quiſquam ſuis rebus metuens, ad aliena animum adijcit, quòd is timor, quem de proprijs habet, ab omni eum prorſus alienorum

Parta conſeruanda ſunt.

Cur belligerandum Romanis.

alienorum cura auertit. Proinde quorſum attinet hoc, quod nõnulli ueſtrũ
dicunt, non opus nobis eſſe, ut ſubinde aliquid nobis acquiramus? Effluxe
runt'ne ex animo ueſtro ea quæ partim uidiſtis, partim audiuiſtis, quemad
modum nulla natio earum quæ in Italia fuerant, antè patriæ noſtræ perni-
ciem ſtruere ceſſarit, quàm in eorum ipſorum terras bellum maiores noſtri
intulerunt? Nec Epirotæ antè finem iniurijs fecêre, quàm noſtri in Græciã
tranſmiſerunt: nec Philippus (qui iam animo agitabat Italicam expeditio
nem) antequam eius regionem noſtri inuaſerunt: neq; Perſeus, neq; An-
tiochus, neque Mithridates, prius quàm idem paſsi ſunt. Ac, ne alia perſe-
quar, Carthaginenſes profectò antequam à nobis hoſtile in Africa quic-
quam experti eſſent, in Italiam traiecerunt, regionem populati ſunt, urbes
uaſtauerunt, parumq; abfuit quin ipſam Romam caperẽt: ubi primùm ma
iores noſtri bellum in ipſos conuerterunt, omnino ex noſtra terra illi aufu-
gerunt. quod idem de Gallis Celtisq; dicere licet. Quandiu enim Romani
intra Alpes ſe continuerũt, Galli multoties eas tranſcenderunt, multisq; Ita
liæ partibus uaſtitatem intulerunt: at poſtquam auſi ſumus aliquando ar-
ma extra noſtros fines efferre, eosq; bello aggredi, partem aliquã regionis
ſuę ipſis ademimus, unicumq; tantùm poſthac in Italia Gallicum bellum ui
dimus. Quæ cum ſint, ſi quis dicat belligerandum nobis non eſſe, is aliud ni
hil dicit, quàm non debere nos diuites eſſe, alijs imperare, libertate frui, de-
nique Romanos eſſe. Quare ſicut talia dicentẽ nullo modo ferretis, ô ſocij,
ſed manibus potius diſcerperetis, ita nunc quoq; de his ſentire debetis, quo
rum ſentẽtiã non ex uerbis, ſed actionibus eorum colligere poteſtis. Enim-
uerò neminem ueſtrûm ego eſſe arbitror, qui ſecus quàm dixi ſentiendum
putet. Quôd ſi quis eſt, qui propterea minori alacritate bellum hoc geren-
dum exiſtimet, quod de eo neque in ſenatu deliberatum, neque à populo
decretũ quicquã eſt, is conſideret quotquot bella à nobis geſta ſunt, partim
ita obtigiſſe, ut ad ea præparari poſſemus, utq; indicerentur, partim ex tem
pore incidiſſe. Itaq; ſi domi nobis in ocio uerſantibus aliquod mouetur bel
lum, ita ut querelæ initiò per legationes fiant, utiq; tunc neceſſe eſt de eo &
deliberari, & ſciſci, deinde Conſules imperatoresq; ad id deſtinari, exerci-
tusq; emitti: ſed quæ iam egreſsis nobis, eductisq; copijs bella exoriuntur,
ea iam nõ in diſceptationem adducenda, ſed tanquam ipſa neceſsitas ea ap
probauerit, iuſſeritq;, antequam ingraueſcãt præoccupanda ſunt. Aut quæ
tandẽ populo Romano cauſa fuit cur uos amandaret, me ſtatim à Conſula
tu meo cum quinquennali imperio, quod nunc primùm poſt hominũ me
moriam factum eſt, quatuor etiam legionibus inſtructum emitteret, ſi non
bellãdum nobis eſſe omnino cenſuit? Neq; enim puto eſſe quenquam, qui
dicat id eo conſilio factum, ut fruſtra aleremur, ut per ſociorũ urbes, regio-
nesq; ſubditas uagaremur, moleſtioresq; ijs quàm hoſtes ipſi eſſemus. Hoc
igitur facto nobis & præſens bellum, & quæcunq; alia commiſſa iniũctaq;
ſunt. Qua in re prudenter admodum S.P.Q.R. nobis eam deliberationem
liberam fecit, contra quos eſſet militandum, nullo certo bello decreto. Lon
gius enim abſunt, quàm ut aut accuratè res ſociorum inſpicere, aut eadem
qua nos facilitate certos, paratosq; hoſtes aggredi poſſent. Nos autem qui
& iudices, & miniſtri huius belli facti ſumus, ad hæc arma in hoſtes manife-
ſtò in reipſa depręhenſos inferentes, bellũ hoc neq; ſine deliberatione neq;
iniuſtè, neq; inopinatò ſuſceptum adminiſtrabimus. Ac ſi quis ueſtrûm eſt,
qui ſecum quærat, quod'nam tantum Arioviſti delictum potuerit interce-

Refutat obiectionem, quòd bellum nõ decretum gerat.

Arioviſti iniuriæ.

rem gratiamq; eis referrem: malos autem, infideleſq; ut ignominia uindi-
ctaq; proſequerer. Iſte autem mutatus eſt, qui neq; bene, neq; conuenien-
ter noſtris donis utitur. Optimo igitur iure bellum à nobis aduerſus eum ſu
ſcipi, dubium nemini ueſtrûm eſſe iudico. Quòd autem neq; inexpugnabi- *Non eſſe inui-*
lis ſit, neq; bello inſuperabilis, id cùm exemplo aliorum eiuſdem nationis *ctum Arioni-*
hominum intelligere poteſtis, quos cum antehac ſæpius, tum nuper admo *ſtum oſtendit.*
dum facilimè deuicimus, tum ex his quæ de eo afferuntur, colligere licet.
Cum enim alioquin copias domeſticas ordinatas exercitataſq; nullas ha-
beat, nunc id quoq; accedit, quòd nihil hoſtile expectans, omnino impara-
tus eſt. Ad hęc neq; uicini eum ulli, quantumuis polliceantur, adiuuare uo-
lent. Quis enim propter eius ſocietatē contra nos bellum ſuſcipere cupiat,
nullo à nobis accepto maleficio? aut qui non omnes potius nobis quàm illi
ſeſe adiungentes, tyrannidem iſtius finitimam deſtruere, partemq; à nobis
aliquam eius regionis accipere uelint? atque ut reperiantur aliqui, qui ſe ei
coniungant, haud equidem nobis ſuperiores erunt. Vt enim cætera omit-
tam, multitudinē noſtri exercitus, ætatem, experiētiam, res geſtas, quis ne-
ſcit nos totum corpus armis tegere, illos maiore ſui parte nudos eſſe? nos
ratione & ordine uti, illos incompoſitos ira ad omnia ruere? Neque enim
uel impetum eorum, uel magnitudinē corporum, clamoremq; reformida-
re debetis. Nunquam enim uox hominem interfecit: corpora autem illorū
ad agendum minimè noſtris ſunt habiliora: totidem enim manus quot nos
etiam habent, ad patiendum longè opportuniora ob molem & nuditatem
erunt. Cæterùm impetus immodicus temerarius'que ab initio facilè eua-
neſcit, parum'que temporis uiget. Hæc ego uobis adhortandi cauſa com-
memoro, quæ iam antè cum eiuſdem generis hoſtem uinceretis, exper-
ti eſtis, ne uos ſermone meo in errorem deduci putetis, utq; ſpem uictoriæ
firmiſsimam ex rebus antè actis accipiatis. Sanè magna multitudo Gallo-
rum, qui hoſtium ſimiles ſint, nobiſcum in prælio erunt, ut iam ſi quid hor-
ribile eæ gentes habent, id nobis cum ipſis ſit futurum commune. Proinde
hæc ita uobiſcum reputate, alioſq; ea docete: ac ſi qui ueſtûm à me diſſen-
tiunt, ipſe tamen nihilominus pugnabo, neque deſeram eum ordinem, in
quo me patria collocauit, contentus decima legione, quam ſcio per ignem *Decimæ legio-*
etiam, ſi ita neceſsitas poſtulet, nudam ituram. Vos autem reliqui quàm ce- *nis uirtus.*
lerrimè uos hinc auferte, neq; me fruſtra hic moleſtate, inanes Reipublicæ
ſumptus facientes, aliorumq; labores uobis uendicātes, prædamq; ab alijs
partam inuadentes. Cum hæc Cæſar dixiſſet, quanquam nō nulli diuerſum
omnino ſentirent, tamen non modò contradixit nemo, ſed aſſenſi ſunt om-
nes, hiq; in primis, qui Cæſari ſuſpecti erant, quaſi rumorum illorum, quos
ipſis obiecerat, autores eſſent. milites ut dicto audientes forent, haud diffi-
culter effecit, quòd alij reliquis prælati alacriores facti erant, alij alacritatem
eorum cōtentione quadam æmulabantur. Decimam autem legionem (ſic
enim ſecundum ordinem delectuū Romanæ legiones nominabantur, ho-
dieq; eadem ratione cognomēta ſua ſortiuntur) Cæſar cohortem prætoriā
ſibi delegit, quòd illorum beneuolentiam peculiarem quandā ſemper ſen-
ſerat. Vbi ſatis alacritatis ſuis addidit, nō ratus ſibi in eo loco diutius manen
dum, ne diem ducendo ſuorum animi langueſcerent, cōtinuò motis caſtris
in Ariouiſtum profectus eſt: eumq; ita repentino aduentu terruit, ut denuò
in colloquium de pace uenire cogeret. Cum Cæſar omnia imperare, Ario-
uiſtus nihil obtemperare uellet, pax compoſita nō eſt, ſed bellum commiſ-

ſum, ſuſpenſiq́; erant animi non ipſorum tantum, ſed ſociorum quoq;, hoſtiumq́; utriuſq; partis: prælio enim eos quàm primùm certaturos, eiq; qui ſemel uiciſſet, reliqua quoq; ſeruitura putabant. Barbari multitudine, magnitudineq́; corporum præcellebãt: Romani ueró uſu militiæ, armaturaq́;: Germanorum quoq; furori, inconſideratoq́; & temerario impetui magnitudo animi Cæſaris ex æquo reſpondebat: ita utræq; partes æquali pondere libratæ, ſpem alacritatemq́; æquatis quaſi lancibus appendebãt. Cum caſtra iam caſtris oppoſuiſſent, barbaris ſuę mulieres uaticinia exercentes interdixerũt, ne prælium ante nouam Lunam cõmitterent. Mouit hoc Arioniſtum, qui in huiuſmodi rebus plurimum illis tribuebat. itaq; etſi Romani eum ad pugnã prouocarent, non tamen ſtatim totis uiribus congreſſus eſt: ſed emiſſo ſolùm equitatu, peditibusq; qui illis additi erãt, Romanos magnoperè afflixit: ijsq́; contemptis, locum quendam munitum ſupra eorum uallum occupare aggreſſus, eoq́; potitus eſt. Cùm contrà Romani alium ſimilem locum occupaſſent, Cæſarq; ſuos in acie conſtitutos uſq; ad meridiẽ extra caſtra habuiſſet, tamen Ariouiſtus ad dimicationem nõ uenit: ſed Romanos ſub ueſperũ decedentes repentè adortus, propemodùm uallũ eorũ cepit. Eo rerũ ſucceſſu Ariouiſtus elatus, parũ deinceps mulieribus animũ aduertit, ſed poſtridiè, cum Romani in aciem, quod ſingulis diebus faciebant, exiſſent, ſuos quoq; ipſe eduxit. Quos cum ex tabernaculis ſuis progredi Romani uiderunt, non amplius ſe continuerunt, ſed in eos priuſquã ordines inſtruerent, incurſum cum clamore fecerunt: iaculationemq́; eorum, qua maximè barbari fidebant, anteuerterunt: itaq; congreſsi ſunt, ut

Pugna Cæſaris & Germanorũ, uictoriaq́; Romanorum.

neque contis, neque gladijs uti poſſent. Igitur barbari iactare ſua corpora, trudereq́;, ijsq́; magis quàm armis, uti, obuio quoq; euertendo, deijciẽdoq́; pugnam facere. Multi pugionũ quoq; uſu intercluſi, eorum loco manibus atq; ore pugnare, aduerſariosq́; quos mole corporum longè excedebant, arreptos calcitrantesq́; dentibus impetere. Nullum tamen magnum damnum hoc pugnandi genere Romanis intulerunt: uerùm hi comminus cõgreſsi, armatura atq; arte uim barbarorũ adæquabant, eosq́; poſtquam diu admodum eo modo certatum eſſet, uicerunt. Pugiones Romanorum, qui Gallicis minores erant, habebantq́; mucrones ex chalybe factos, ſummo ipſis uſui fuerunt. ad hæc conſtantia & tolerantia laboris barbaris priores erant, qui acriores in primo incurſu, quàm perſeuerantiores ſunt. Germani inferiores facti, non tamẽ fugæ ſeſe mandarunt, non quidẽ eô quòd id nollent, ſed quia conſilij inopia ac laſsitudo impediebat. Igitur treceni quique agmine facto, aliquando plures, aliquando minores, ſcutis undiquaq; ſeſe ſepientes, erectiq́; ſtantes, neq; inuadi, quòd erant conferti, neq; diſturbari ob multitudinem poterant: itaq; neq; agebant quicquam, neq; patiebantur. Romani ut eos neq; ad pugnam prodire, neq; terga obuertere uiderũt, ſed ſtipatos uno loco turris inſtar conſiſtere, cum primo congreſſu pila ipſi, quorũ uſus nullus tunc eſſe poterat, abieciſſent, neq; gladijs etiam comminus pugnare, capitaq́; hoſtium (quibus cum nudis pugnarent, ea parte potiſsimùm uulneribus expoſiti erant) impetere poſſent, proiectis ſcutis, partim cum curſu in barbaros irruerunt, partim eos ex propinquo aggreſsi ſunt, magnamq́; cædem eorum ediderunt. Itaq; eorum multi ceciderunt, quòd omnes neci erant expoſiti: complures antequam caderent, mortui ſunt, qui propter denſitatem agminis in orbem glomerati etiam confoſsi recto corpore extabant. Eo modo maior pars peditum ibi perijt, alij propter

carros,

carros, ad quos compulſi erant, cum coniugibus liberiſq́; obtruncati ſunt. Ariouiſtus autẽ confeſtim cum equitatu ea regione exceſsit, iterúq́; ad Rhenum conuertit: inſequentesq́; Romanos, nauiculam nactus, effugit. Reliquos partim Romani flumen ingreſſos interfecerunt, partim ipſe ad ſe receptos abduxit. *Arioviſti fuga.*

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER TRICESIMVS NONVS,

[redacted]

interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæſar bellum contra Belgas geſſerit.
De reditu Ciceronis.
Vt Ptolemæus Aegypto pulſus, Romam aduenerit.
Quemadmodum Cato res in Cypro conſtituerit.
Quomodo Pompeius & Craſſus Conſules ſint facti.
De dedicatione theatri Pompeij.
Decimus Brutus Cæſaris legatus quomodo Venetos nauali prælio ſuperauerit.
P. Craſſus Cæſaris legatus quemadmodum contra Aquitanos pugnauerit.
Quomodo Cæſar dum Celtis quibuſdam bellum facit, Rhenum tranſierit: ibidemq́; de Rheno.
De Cæſaris in Britanniam tranſitu, deq́; ea inſula.
Vt Gabinius Ptolemæũ in Aegyptũ reduxerit, utq́; Gabinius eius rei cauſa ſit in iudicium ptractus.

Anni ſunt quatuor, Conſulesq́; in his hi numerantur:

P. Cornelius P.F. Lentulus Spinther. An. V.C. 697.
Q. Cæcilius Q.F. Metellus Nepos.
Cn. Cornelius P.F. Lentulus Marcellinus. 698.
L. Marcius L.F. Philippus.
Cn. Pompeius Cn.F. Magnus II. 699.
M. Licinius P.F. Craſſus II.
L. Domitius Cn.F. Aënobarbus. 700.
Appius Claudius Ap.F. Pulcher.

AD hunc modum igitur iſta bella confecta ſunt. Ad exitum uerò eius hyemis in qua Cornelius Spinther, & Metellus Nepos Conſulatum iniuerunt, tertium ibi bellum exortũ eſt. Variæ atque inter ſe permixtæ Belgarum gentes propter Rhenum habitabant, ac ſe uſq; ad Oceanum Britannicum extendebãt. Hæ prioribus temporibus partim fœdere Romanis iunctæ fuerant, partim nullam eorum rationem habuerant: tunc autem Cæſarem læto ſucceſſu rerum ferri uidentes, metuẽtesq́; ne ad ipſos quoq; proficiſceretur, coniurationem fecerunt: unanimiq́; conſenſu, ſolis exceptis Rhemis, omnes contra Romanos cõſilia inierũt, Adra ſummæ belli præfecto. De hac re per Rhemos certior factus Cæſar, præſidia contra eos ſtatuit: caſtriſq́; ad Axonam flumẽ collocatis, milites ſuos in unum locum conduxit, exercuitq́;: neq; prius eſt auſus in dimicationẽ cum hoſtibus uenire, quanquam Rhemorum agros populabantur, quàm ij contempto Cæſare, pontem occupare, commeatibuſq́; quos per eum à ſocijs accipiebat, intercludere ipſum aggreſsi ſunt. Cæſar à transfugis hoc ita futurum *Bellum Cæſaris contra Belgas.*

turum edoctus, leuem armaturã, equiteſq; noctu hoſtibus immiſit: qui ex
improuiſo barbaros inuadentes, magnam eorum cædem fecerunt. itaq; po
ſtridie omnes domum ſuam regredi cœperunt, præcipue quòd in ſuam re-

Belgæ à Cæſare uicti.

gionem Heduos irrupiſſe nunciabatur. Non fefellit eorum diſceſſus Cæſa-
rem, ſed propter inſcitiam locorum inſequi eos ueritus eſt: tamẽ ipſe aſſum-
pto equitatu omni, peditibuſq; imperato ut ſequerentur, hoſtes aſſecutus
eſt, congrediq; auſos (ſoli enim equites cum Cæſare eſſe putabantur) de-
tinuit, donec peditatus quoq; aduenit. ibi tum omni exercitu circumiecto,
pleroſq; hoſtium occidit, reliquis pacis cõditiones dedit: deinceps multos

Neruij à Cæſare uicti.

populos, alios citra prœlium, alios bello ſibi adiunxit. Neruij autem, quia ad
pugnam pares nõ erant, ultrò planis locis Cæſari ceſſerunt, ac ſe in montes
ſyluis denſiſsimis conſitos receperunt. hinc in Cæſaris copias nihil tale ex-
pectantes decurrerunt: pulſiq; ea parte, fugatiq;, in qua Cæſar aderat, maio
ri altera ſui exercitus parte ſuperiores facti, ipſa extemplo Romanorũ ca-
ſtra ceperũt. Cæſar, qui fugientibus inſtabat, eo animaduerſo ab inſecutio-
ne reuerſus, ad caſtra ſe contulit: in ijs hoſtes prædę intentos depręhendẽs,
circundedit atq; interfecit. ab hoc facto in ſubigendis cæteris Neruijs nul-

Aduaticos Cæſar ſubigit.

lam difficultatem ſenſit. Interim Aduatici, qui & genere & animis Cim-
bri erãt, Neruijs uicinis ſuis opitulatũ profecti, poſtquam de ijs iam actum
eſſe ſenſerũt, domũ reuerterũt: cunctiſq; oppidis deſertis, ſua omnia in unũ
caſtellum, quod ipſis fortiſsimum erat, contulerũt: oppugnantemq; id Cæ-
ſarem per multos dies reiecerunt, donec ad machinationes ſe ille conuertit.
Quandiu Romanos materiam cædere, machinaſq; conſtruere uiderunt, i-
gnari quis eorum uſus foret, eos irriſerũt: poſtquam opera perfecta ſunt, at
que undiquaq; armati milites illis oppido admouebantur, noua atq; inuſi-
tata ſpecie commoti Aduatici, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt, mili-
tibus neceſſarias res ſuppeditauerunt, nonnihilq; armorum de muro proie
cerunt. Poſt, ubi opera iſta uiris iterũ nudata, Romanos propter uictoriam
animo eſſe hilari uiderunt, pœnitudine ducti, audaciaq; recepta, de nocte
oppido egreſsi ſunt, ut eos inopinatò obtruncarent: uerùm cum in excubi-
tores incidiſſent, (accuratè enim omnia Cæſar ſemper curabat) propoſito
fruſtrati ſunt: ac ne reliquis ullus locus ueniæ fuit, ſed omnes ſub haſtã miſsi
ſunt. His ita geſtis Cæſar cùm alios plurimos populos partim ipſe, partim
per ſuos legatos ſubegiſſet, iamq; hyems inſtaret, in hyberna profectus eſt.

Supplicatio ob res geſtas Cæſaris decreta.

Romani re cognita, mirati tot populos, quorũ ne nomina quidem ſatis co-
gnita antè fuerãt, eum domuiſſe, ſupplicationẽ XV. dierũ decreuerũt. quod
ante id tempus acciderat nunquam. Eodem tempore Sergius Galba Cæſa-

Sergij Galbæ in Veragris geſta.

ris legatus per æſtatem, ac priuſquam exercitum in hyberna dimitteret, Ve
ragros, qui ad lacum Lemannum, iuxta Allobroges uſq; ad Alpes incolũt,
partim ui, partim conditionibus pacis datis receperat, ita ut hyemare quo-
que ibi locorum conſtitueret. Sed poſtquam militum alij cum eo manſerũt,
quippe haud longè ab Italia ſe abeſſe rati, pleriq; uerò in alia loca diſceſſe-
runt, incolæ autem eius regionis eo intellecto inopinatis ipſum inſidijs ag
greſſi ſunt: tum ex deſperatione in furorem uerſus, repentè hybernaculis e-
xiluit. incredibiliq; audacia hoſtibus qui eum obſederant conſternatis, per

De reditu Ciceronis, atq; cum Põpeius et Milo confecerint.

eos in locum ſublimem euaſit: atq; in tuto conſtitutus, ultus id facinus ho-
ſtes in ſeruitutem redegit: hyberna autem ipſe eo loco ulterius non habuit,
ſed ad Allobroges tranſtulit. Dum hæc in Gallia geruntur, Pompeius inte-
reà effecit, ut reditus Ciceroni decerneretur. Quem enim Clodij cauſa ex-
pulerat,

pulerat, eum contra eundem reduxit: ita nimirum facilimo momento mu- «
tantur animi hominum, uſuq; uenit ut à quibus ſe uel adiutum uel læſum iri «
quis exiſtimet, eos longè alios experiatr̃. Pompeiũ ea in re Prętores nonnul «
li, Tribuniq; plebis, atq; inter eos inprimis T. Annius Milo adiuuabãt, qui
etiam ea de re ad populum retulerunt, ac præter hos Spinther etiam Con-
ſul, partim ſtudio Pompeio gratificandi incitatus, partim odio Clodij im-
pulſus, propter quod eum quoq; in iudicio de adulterio damnauerat. Clo-
dio contrà cùm alij qui magiſtratus gerebant, aderant, tum frater ſuus Ap-
pius Claudius Prætor eo tempore, Conſulq; Nepos, qui ob peculiarẽ ini-
micitiam Ciceroni infenſus erat. Maiores quàm antè tumultus inter has fa-
ctiones coorti ſunt, quòd diſsidijs ciuilibus ipſi Conſules pręerant, multaq;
cùm alia parum decora perpetrata ſunt, tùm in ipſa ſuffragatione Clodius
cognito multitudinem pro Cicerone futurã, acceptis gladiatoribus, quos
frater ſuus parauerat ad ludos funebres, quos Marco propinquo ſuo inſti-
tuerat, in concionem inſiluit: multisq; ſauciatis, multis occiſis, legis lationẽ
impediuit. Ipſe deinde his ſtipatoribus uſus, omnibus iam formidini erat, ę-
dilitatemq; petebat: quod eam adeptus, iudicium de ui ſubterfugiturum
ſe cogitaret. Detulerat enim nomẽ eius Milo, non tamen accuſauit: nondũ
enĩ cõſtituti erant Quæſtores, à quib. ſortitionẽ iudicũ fieri oportebat: Ne-
posq; Prętori edixerat, ne quod iudiciũ anteq; iudices ſorte deligerent̃, ad-
mitteret. Oportebat aũt prius Aediles q; Quæſtores cõſtitui, eiusq; rei cau
ſa potiſsimũ hanc moram inijciebat. Milo cum hoc ipſum impugnaret, mul
tæq; turbæ fierẽt, tandẽ ipſe quoq; coacta manu gladiatorũ, aliorumq; ſuæ
ſententiæ hominũ, cum Clodio aliquoties cõflixit, fereq; per totã eam urbẽ
cædes graſſabantur. Itaq; Nepos ſibi à collega, Pompeioq;, cæterisq; opti-
matibus metuens, ſententiam mutauit. Hoc facto, referente Lentulo, ſena-
tus autor factus eſt, ut Cicero reduceretur: idq; populus cum uideret utrũ-
que Conſulem autorem eſſe, ita iuſsit. Ac quanquam Clodius ijs reclama-
bat, tamen Milone ſe ei opponente, ita ut uim facere nullam poſſet, Pom-
peio quoq; & alijs legi huic aſtipulantibus, ea factio longè ſuperior euaſit.
Reuerſus igitur eſt Romam Cicero, factaq; ſibi à Coſs. poteſtate, ſenatui *Cicero in pa-*
in curia, populoq; in concione gratias egit: Pompeioq; inimicitia, quam *triam redit.*
propter exilium ſuum ſuſceperat, condonata, in gratiam redijt, ſtatimq; e-
ius beneficiũ cõpenſauit. Cum enim ingens urbẽ fames affligeret, plebsq;
uniuerſa in theatrum primò (quo tunc temporis unico ad ludos uteban- *Pompeius rei*
tur) deinde in Capitolium aduerſum ſenatum, qui tum in concilio erat, im *frumentariæ*
petum faceret, ac modò cædem ipſis, modò ſe eos cum templo combuſtu- *præfectus.*
rum minaretur: Cicero ſenatui perſuaſit, ut Pompeio annonæ procuratio-
nem mandarent, eiq; imperium proconſulare ad quinquenniũ in Italia om
nibusq; terris darent. Ita futurũ erat, ut ſicut antè contra prædones, ita nunc
caritatis incumbentis cauſa iterum in omnes terræ partes quæ ſub ditione
Romana eſſent, imperium obtineret. At Cæſar & Craſſus, etſi Ciceronem
odio habebant, tamen quia eum rediturum conſtabat, curam eius aliquam
ſibi aſſumpſerunt, ipſeq; Cæſar abſens beneuolentiam erga Ciceronem ali
quam oſtentauit: nulla tamen ipſis à Cicerone relata eſt gratia. Quia enim
hoc eos nõ ex animo facere ſciebat, exiſtimabatq; per eos ſe præcipuè ex-
terminatum fuiſſe, apertè contra ipſos quippiam tentare non auſus (quòd *Cic. in Cæſarẽ*
immodicæ in dicendo libertatis fructus nuper iam ſenſiſſet) librum quen- *& Craſſum li-*
dam occultum conſcripſit, cuius erat inſcriptio, De ſuorum conſiliorum ra- *ber.*
tionibus:

tionibus: in eum multa acerba contra Cæſarem Craſſumq́, alioſq́ nonnullos dicta congeſsit: metuensq́ ne ſe uiuo emanaret, obſignatum filio tradidit cum mandato, ne eum ſe ſuperſtite aut legeret, aut ederet. Cicero igitur denuò reuiguit, ac non modò cæteras ſuas facultates, ſed ſolum etiam ædiū ſuarum recuperauit: quanquam id Libertati dedicatum, à Clodioq́ conſecratum, & religioni obligatum erat. Cicero autem lationem legis Curiatæ, per quam Clodius à patricijs ad plebem traductus erat, improbans, eumq́ non eo tempore quod præſcriptum legibus maiorum fuerat, adoptandum datum dicens, totum eius Tribunatum, in quo etiam de domo ſua decretū fuerat, euertit: indicauitq́ quia cōtrà quàm leges ferrēt, is ad plebem tranſijſſet, nihil quoq; eorum quę egiſſet, ratum eſſe habendum: eoq́ Pontifices permouit, ut aream ſibi, quæ nimirum non ſacra, ſed profana eſſet, reſtituerent. Hac ratione Cicero & ſuperficiem ædium ſuarum & pecunias inſtaurandis ædibus, cæteriſq́ ſuis facultatibus quæ iniuriam aliquam acceperāt reficiendis adeptus eſt. Alij poſtea temporis motus propter regem Ptolemæum exorti ſunt. Cum enim magnā pecunię ſummā partim domeſticam, partim mutuò acceptā in Romanos impendiſſet, ut ab illis regnū ſibi cōfirmaretur, utq́ amicus ac ſocius appellaretur, eamq́ pecuniā ui ab Aegyptijs exigeret, in odia eorū incurrit cùm hanc ob rem, tum quòd Cyprū à Romanis poſcere iuſſus ab ipſis, aut amicitiæ eorum renunciare, nō parebat. Itaq; cum neq; perſuadere eis ut quieſcerent poſſet, neq; ui eos adigere (conductitios enim milites nullos habebat) ex Aegypto aufugit, Romamq́ ſe cōtulit, ibi ſe à ſuis regno eiectum queſtus eſt: petijtq́ ut à Spinthere Conſule, cui prouincia Cilicia mandata erat, reſtitueretur. Interim Alexandrini cum eius profectionem in Italiam ignorarēt, mortem oppetijſſe arbitrati, filiam eius Berenicen regno præfecerunt. poſtquam rem ipſam cōpererunt, centum uiros Romam ablegauerunt, qui & contra eius accuſationes ipſos defenderent, & uiciſsim ipſum de illatis iniurijs accuſarent. Ptolemæus, quippe adhuc Romæ tum erat, eo cognito, emiſsis in omnes partes certis hominibus, legatis inſidias poſuit: ac pleroſq́ in ipſo itinere interfecit, cæteros partim in ipſa urbe occidit: partim iniecto terrore, aut pecunijs corruptos eò perduxit, ne cauſam, cuius gratia miſsi erant, apud magiſtratus agerent, ullam'ue interemptorum mentionem facerent. Cæterùm ea res in tantum rumorib. uulgò iactabatur, ut ſenatus uehementer indignaretur, præſertim mouente eos M. Fauonio, quòd multi ſociorum legati Romam miſsi, per uim uita ſpoliati eſſent: magnusq́ eo tempore Romanorum numerus erat, qui iudicandi cauſa pecunias accepiſſent. Igitur principem legationis Dionem ad ſe uocauerūt, ut ab eo de ueritate rei certiores fierent: ſed adhuc tantum pecunia poterat Ptolemæus, ut neq; Dio in ſenatum uenerit, neq; ulla de cæde interemptorum mentio, quandiu ipſe Romæ fuit, fieret: quinimò ne Dione quidem poſthac per dolum necato, ullas pœnas Ptolemæus dedit. nam Pompeius & regem domi ſuæ accipiebat, & magnoperè ei ſtudebat. ad hæc multi, quòd ſe muneribus corrumpi paſsi eſſent, inſequenti tempore in iudicium pertracti, pauci tamen conuicti ſunt, quòd cum eſſent complures eidem crimini obnoxij, unuſquiſq́ ſibi metuens, alteri auxilium ferebat. Ea tum mortales pecuniæ ſtudio perpetrabant. Cęterùm initio ſtatim ſequentis anni ſtatua Iouis in Albano monte cœlitùs tacta, reſtitutioni Ptolemæi aliquantum moræ iniecit. Cum enim Romani libros Sibyllinos adirent, ita ſcriptum in ijs inuenerunt: Si rex Aegypti auxilij alicuius indigens

Ptolemæus rex Aegypti pulſus Romā accedit.

Ptolemæi largitiones, & cædes legatorum Alexandrinorum.

Fauonius.

Dio princeps legationis corruptus.

Oraculum Sibyllinũ de Ptolemæi cauſa.

gens uenerit, amicitiam ei ne denegaueritis, nullis autem copijs eum adiu-
ueritis: Sin ſecus feceritis, labores & pericula habebitis. Admirati igitur id
carmen ita ad rem præſentem congruere, omnia quæ de eo decreta fuerãt

C. Cato Tr. pl. Ptolemæi reductionem impedit.

facta, antiquauerunt, C. Catonem tribunũ plebis ſecuti. Atq; id ipſum ora-
culum in populum euulgatum eſt Catonis opera (non enim licebat Si-
byllinum ullum carmen populo enunciare, niſi id ſenatus decreuiſſet) nam
ut primùm oraculi ſentẽtia, quod fieri aſſolet, uulgò innotuit, ueritus Cato
ne id ſupprimeretur, Sacerdotes ad plebem produxit, ac priuſquam ſena-
tus quicquam ſtatueret, eos coegit oraculum exponere. Quantò enim mi-
nus id eis licere uidebatur, tantò magis id populus urgebat. Igitur ea ſenten
tia fuit oraculi, redditumq; Latinè enunciatum eſt. Cum deinde ſententiæ
dicerentur, alijq; à Spinthere ſine exercitu iuberẽt Ptolemæum reduci, alij
id à Pompeio duobus cum lictoribus fieri uellent (nam Ptolemæus oracu
lo intellecto id ita fieri petebat, eiusq; literas A. Plautius Trib. pl. publicè
recitauit) ueriti ſenatores ne hæc ipſa res Pompeium adhuc maiorem effi-
ceret, ſub prætextu mandatæ annonæ ei obſtiterũt. Atq; hæc quidẽ L. Phi
lippo, & Cn. Marcellino Coſs. acta ſunt, cognitisq; ijs Ptolemæus de redi- *An. V. C. 698.*
tu deſperauit, Epheſumq; profectus, apud Deam commoratus eſt. Ve-
rùm anno præcedente inuſitata quædam res, à noſtro tamen opere non
aliena, euenit. Lex quædam apertè prohibebat, ne duo quidam ex una gen
te idem ſacerdotium haberent. Spinther autem Conſul filium ſuum Corne
lium Spintherem inter Pontifices referre cupiẽs, cum in eum ordinem iam

Fauſtus Sylla Pontifex.

antè Fauſtũ Syllæ filium, qui ex gente itidem Cornelia erat, adſcriptum ui-
deret, ſuum filium in Manlij Torquati genus adoptandum dedit, eoq; mo
do legis uerba obſeruata, ipſa autẽ res diſſoluta eſt. Clodius ut primùm Phi

Clodius Aedilis, Milonẽ de ui poſtulat, Põpeium ludibrio habet.

lippo & Marcellino Conſulibus ædilitatem adeptus eſt (collata ei autem
hæc ultrò erat, ut iudicium effugere poſſet) Miloni diem dixit, quòd gladia
torum manum coegiſſet: quæ enim ipſe fecerat, & quorum cauſa accuſaba-
tur, de his contrà Milonis nomen deferebat, non quòd Milonem ſe uin-
cere poſſe expectaret, qui defenſores potentes, inq; his præcipuos Pom-
peium & Ciceronem habebat, ſed ut eo obtentu & Miloni negocium exhi
beret, & illos conuicijs agitaret. Præter cætera hoc quoq; in illos parauit,
ſocios ſuos inſtruxit, ut cum ipſe in concionibus interrogaret quiſnam hu
iuſmodi (certum autem aliquod uitiũ nominabant) in factis dictis'ue ſuis
eſſet, hi Pompeium omnes exclamarent: Clodius quę uel corporis uel alia-
rum rerum cauſa Pompeio uitio uerti poterant, ſæpenumerò ſubitò de ſin-
gulis ijs percontatus eſt, non tanquam Pompeium notaret: tum alijs inci-
pientibus Pompeiũ nominare, alijs (ut fieri ſolet) acclamantibus, ſubſan-
natio in Pompeium tanta exorta eſt, ut neque quietus eam perferre poſſet,
neque ei ſimile ludibrium reponere uellet, ſed uehementi ira ac confuſione
afficeretur. Ita uerbo quidem Milo accuſabatur: re autem Pompeius citra
reſponſionẽ coarguebat. Clodius quò magis propoſitũ ſuũ exequi poſſet,
non paſſus eſt etiam rogationem legis curiatæ fieri: itaque ne de cauſa qui-
dem ulla cognoſci in iudicio licebat, ac tantiſper quidem Milonis cauſa ea
conuicia & cædes fieri uidebantur. Interea temporis prodigia quædã eue-
nerant. Nam ſacellum quoddam Iunonis exiguum, quod in Albano ſuper *Prodigia.*
menſa dedicatum orientem ſolem ſpectabat, ad Septentrionem cõuerſum
erat, faxq; à meridie erumpẽs ad Aquilonem perrexerat, lupusq; in urbem
intrauerat, terræmotus acciderat, aliquot ciues de cœlo tacti, tumultusq;

f ſub

ſub terra in monte Latino exauditus erat. Hæc cum uates expiare inſtitue-
rent, numen aliquod populo iraſci dixerunt, quòd in locis quibuſdã ſacris
Clodius Ciceronis domum demoliri denuò conatus.
atque religioſis ædes extruerentur. Ibi Clodius in Ciceronem inuadendi
anſam nactus, quòd is in area Libertati conſecrata ædificaret, uerbis uehe-
menter inſectatus eſt: ſemelꝗ eò ſe contulit, ut domum à fundamentis ite-
rũ dirueret: ſed id facere à Milone prohibitus eſt. Cicero haud ſecus quàm
ſi eam rem Clodius perfeciſſet, in iram uerſus, ac multa de eo queſtus, tan-
dem aſſumptis Milone, Tribuniſꝗ plebis aliquot, in Capitolium aſcendit,
tabulaſꝗ in quibus legem de eius exilio Clodius poſuerat, deiecit. hæ ta-
Cicero columnas legum Clodianarũ deijcit, & ex Capitolio aufert.
men tunc ei à Clodio cum C. fratre Prætore ſuperueniente ademptæ ſunt.
Poſt hæc tempore quo Clodius peregrè profectus erat, obſeruato, iterum
Cicero in Capitoliũ aſcẽdit, tabulaſꝗ eas ſecũ domũ ſuam deportauit. Ab
hoc facto nihil iam alteri aduerſus alterũ nec dictu nec factu fœdũ uideri,
ſed ſe inuicẽ totis uiribus opprobrijs proſcindere, ne ab extrema quidẽ tur
pitudine ſe cõtinere. Cicero Tribunatũ Clodij, quaſi eum contra leges geſ-
ſiſſet, actaꝗ eius tanꝙ irrita exagitare: Clodius Ciceroni exiliũ exprobrare,
in id iuſtè eum miſſum, reditumꝗ ei iniquè decretũ dicere. In hac cõtentio-
M. Cato Tribunatũ Clodij defendit.
ne cũ Clodius eſſet longè inferior, M. Cato reuerſus ad urbẽ eum reſtituit:
quippe Ciceroni infenſus, prætereaꝗ ueritus ne quæ in Cypro egiſſet, (ea
uerò magni faciebat, rataꝗ ea eſſe ꝙ maximè uolebat) reſcinderent, quòd
eò erat à Clodio Tribuno plebis miſſus, ei promptè admodum adfuit. Por-
Cato quæ in Cypro egerit.
rò Ptolemæus, qui inſulam Cyprum eo tempore habuerat, cum quid de ſe
decretum eſſet, percepiſſet, & neꝗ Romanis reſiſtere poſſet, neque regno
exutus uitam ſibi ferendum duceret, hauſto ueneno oppetierat: Cyprij Ca
tonem haud grauatim acceperunt, pro ſeruis ſe iam deinceps amicos ſo-
cioſꝗ Pop. Romani futuros ſperantes. Atꝗ eius quidem rei cauſa nihil Ca
to quòd ſe extolleret habebat. Cæterùm quia & reliqua negocia optimè
cõſtituerat, ac multis mancipijs pecunijſꝗ ex facultatibus regijs collectis,
nulli in ſe repetundarum accuſationi locum dederat, ſed ab omni crimine li
ber cuncta Romanis tradiderat, laudem rei benè geſtæ non minorẽ, quàm
ſi uictor è bello rediſſet, adeptus fuit. Quòd enim complures muneribus ſe
corrumpi paterentur, id effecerat, ut pecunias deſpicere, quàm hoſtes ſupe
rare, rarior uirtus haberetur. Igitur Cato eam de ſe tum opinionem prębuit,
ut honoribus qui uictoribus habentur, dignus exiſtimaretur, Conſuleſꝗ
in ſenatu præturam ei decernerent, quam ei leges nondum concedebant.
M. Cato Præturam oblatã reſpuit.
Eam Cato reſpuit, neꝗ geſsit, hocꝗ ipſo ſuam ſibi gloriam auxit. Clodius
ſeruos ex Cypro aduectos, Clodios nominare intẽdit, quòd ipſe Catonem
eò amandaſſet: ſed quia Cato obſtabat, non obtinuit. igitur Cyprijs cogno
Cyprij ſerui.
mentum impoſitum eſt. nam ne Porcios quidem eos appellari, quod non-
Clodius Catonem accuſat.
nulli inſtituerãt, Cato paſſus eſt. At Clodius Catoni, quòd ſibi ſe oppoſuiſ-
ſet, ſuccenſens, adminiſtrationem eius calumnijs impetijt, rationeſꝗ eum
actorum ſuorum poſtulauit, non quòd putaret ſe eum alicuius iniuſti facti
poſſe aguere, ſed quia naufragio commentarij Catonis ferè omnes perie-
rant: id pro ſe nonnihil facturũ Clodius arbitrabatur. Adiuuit in hoc etiam
Cæſaris literis Clodius aduerſum Catonem inſtructus.
negocio Cæſar Clodium, quanquam abſens: &, ut quidam referunt, accuſa
tiones ei contra Catonem per literas miſit. Crimini dabatur Catoni inter a-
lia, quòd cum de prætura ſibi conferenda ipſe Conſulibus perſuaſiſſet ut re
ferrent, conſultò ſe eam omiſiſſe ſimulaſſet, ne repulſam paſſus uideri poſ-
ſet. Ita hi inter ſe contendebant. Pompeio autem in diuidendo frumento a-

liquantum

liquantum temporis inſumẽdum fuit. cum enim multi propter ſpem quam in eo ponebant, ad liberalitatem excitarentur, intendit eorum deſcriptionem facere Pompeius, ut cum decore & ordine aliquo annonam hi largirentur. Atq; id quidem ipſe negocium cùm ſua ſapientia, tum copia frumẽti adiutus, nõ ita difficulter executus eſt: in petendo autem Conſulatu plus negocij habuit, incurritq; in repræhenſiones. Moleſtiã ei afferebant actiones Clodianæ, ac præſertim, quòd ab alijs quoq; ſe deſpici uidebat, quos dignitate expectationeq; ipſe anteiret, cõtumelijsq; ab his impetebatur, quibus priuatus etiam ſe honoratiorem fore ſperauerat. Atq; horum quidem nonnunquam tamen nullam rationem habendam cogitabat: (indignè enim ferre ſolebat in præſentiarũ ſi quis ſibi obtrectaret: pòſt digreſſus, ſecumq; ſuas uirtutes, & uitia aduerſariorum ratiocinatus, pro nihilo eorum conuicia ducebat) ſed hoc moleſtè admodum ferebat, Cæſarem ita augeri, populoq; eius res geſtas tantæ admirationi eſſe, ut iam Senatores ad Gallos, tanquam iam prorſus in ſeruitutem redactos, emitterent: in tantamq; ſpem de Cæſare populum erigi, ut uim pecuniæ magnam ei decernerent. Itaq; Pompeius Conſulibus perſuadere conabatur, ne Cæſaris epiſtolas ſtatim recitarent: ſed omnino tantiſper occultas haberent, donec ipſa rerum geſtarum fama eódem pertingeret, utq; ſucceſſorem Cæſari etiam ante cõſtitutum tempus mitterent. Tanta erat in eo homine ambitio, ut hæc quoque, in quibus adipiſcendis Cęſarem ipſe adiuuerat, inuideret, euerſaq; uellet: eumq; ſibi moleſtum haberet, quem magnoperè ornatum à ſe, ad ſuas res conſtituẽdas adhibuerat. Quamobrem populũ ſecum incuſabat, quòd ſe neglecto iam Cæſari ſtuderent. Iam aliàs quoq; indignabatur, cum populum uideret tantiſper eum qui aliquid ipſis parauiſſet, in memoria habere, dum nulla acceſsio recens ſuperueniret, ſemperq; ad id quod de nouo partum eſſet, (quantumuis id priore minus foret) conſuetam ſuam ob ſatietatem, nouarumq; rerum cupiditatem ſumma promptitudine ſe inclinare: inuidiaq; adductam plebẽ omne id quod priùs magna in exiſtimatione fuiſſet, euertere, propterq; ſpes ſuas id quod ſe recens oſtentaret, euehere. Id ægrè Pompeius ferens, cum neq; per Conſules quicquã obtinere poſſet, Cęſaremq; maiorem iam factum intelligeret, quàm ut ſibi aduerſus eum fides haberetur, non exiguam ſibi rei curam habendam duxit. Ita uerò exiſtimabat, duas eſſe res, quæ amicitias confunderent, metum ſcilicet, & inuidiam: idq; ibi demum fieri, cum uel de gloria uel de potentia certamẽ initur. Nam quandiu ea utrinque æqualia ſint, amicitiam quoque ualere: ubi alter alterum excellat, ibi & inferiorem inuidia permotum, odio ſuperiorem proſequi: & potentiorem contemptu imbecillioris elatum, cõtumeliam ei inferre. Ita accidere, ut cum alter indignetur ſe inferiores ferre, alter præſtãtia ſua ſeſe extollat, ex priſtina amicitia ad diſcordias ac bella deueniat. Huiuſmodi cogitationibus Pompeius contra Cæſarem cum ſeſe armauiſſet, quòd ſe ſolum ei deijciendo ſufficere poſſe non cenſeret, Craſſum ſibi coniunctiorem magis adhuc reddidit, cuius auxilio niteretur. Cum inter ſe conſpiraſſent, eas rationes iniuerunt, ſe ſi priuati manerent, nullius rei conficiendæ ſpem habere: ſin cõſulatum cepiſſent, atq; Cæſarem æmulati ipſi quoq; ſeſe rebus gerendis dediſſent, poſſe et eum adæquare, & ipſi coniunctis uiribus unicum eum quàm primùm ſuperare. Eo modo omnia quæ præ ſe tuliſſent

Quæ Pompeio cauſæ alterum Conſulatum petendi fuerint.

Populi fauor quàm diuturnus.

Ex amicitijs qua ratione inimicitiæ fiant.

Põpeius Craſſum ſociũ Cæſaris deprimẽdi adſciſcit.

* * *

atq; ex ſocijs quidam eos ad magiſtratũ produceret, negauerũt ſe Con-

ſulatum poſthac gerere uelle, quem palàm depoſuiſſent, etſi nonnullis qui ſe anteà in contentionibus adiuuiſſent, eum acquirere cuperent. Quoniam uerò Conſulatum extra id tempus, quod legibus præfinitum eſt, petebant, ſatisq́ conſtabat cùm alios, tum Conſules (etenim nonnihil uirium etiam Marcellinus habèbat) obſtituros, ne Conſules ipſi declararentur. id effecerunt, ne eo anno comitia haberētur, ſummiſſo in hoc inter alios C. Catone, ut interrege prodito, ſecundum leges & petere magiſtratum ipſi, & capere poſſent. Et (fiebat enim hoc ſub prætextu quidem Cōſulibus aliàs alio ſub obtēto odornatis, re uera autem ab ipſis, igitur apertè inſenſi erant ſuis aduerſarijs) uehementer indignatus eſt Senatus, adeò ut res ad pugnā quoq; deuenerit. & tunc quidem ita dirempti ſunt. Cum eadē denuò eueniſſent, decreuerunt ut ueſtes mutarentur, quod in calamitatibus fieri ſolet: quamuis Catone ex cōcilio, cum fruſtra uerbis contendiſſet, proſiliente, ne quid ſtatui poſſet. Nam ſi quis eorum qui diſſentiunt, intus ſit, nihil decerni licet. * Eos enim occurrentes cæteri tribunipl. introitu prohibuerūt, eoq; modo id decretum perlatum eſt: ac preterea, ut ſolennes quoq; ludos, qui tum exhibebantur, ſenatores inſpicerent. Cum hoc quoq; Cato impugnaret, frequentes exiluerunt, mutatisq́ ueſtibus redierunt, ut uel hoc modo eum deterrerēt. Vbi ne ſic quidem moderatiorē ſe exhibuit, in forū omnes prodierunt, populumq́ qui ad hoc cōfluxerat, in ſummā mœſticiā adduxerūt, dicente Marcellino, præſentemq́ ſtatū deplorante: illacrymantibus aūt reliquis, ingemētibusq;, ita ut nemo quicq; contradiceret. His actis in curiā reuerſi ſunt, cū ſtatuiſſent iram ſuā in autores malorū conuertere. Interim Clodius ad Pompeiū ſe iterū cōiecit, eiusq; partes ſibi ſequēdas ſumpſit: ſperās fore, ut ſi Pompeio in his quę tum machinabaſ cōſequendis auxilio fuiſſet, eum omnino ſuum deinceps haberet. Igitur ad plebem progreſſus in cōueniente ſibi amictu, nihilq́ eo ſecundum decretū factum mutato, cōtra Marcellinum & alios concionem habuit. Cum magna ex eo ſenatus indignatio cooriretur, Clodius abrupto ſermone plebem reliquit, contendensq́ in curiam, parū abfuit quin periret. Obuij enim facti ſenatores, ingreſſu eum arcuerunt: interimq́ ab equitibus circūdatus, diſcerptus utiq; fuiſſet, niſi plebem inclamaſſet. ibi multis cum igne accurrentibus, ipſos ſi quā uim in Clodium feciſſent, cum curia combuſturis, Clodius cum minimum ab interitu abfuiſſet, ſeruatus eſt. Pompeius nihil his territus, in ſenatum aliquando irrupit: decretoq; quod iam fieri debebat, ſe oppoſuit, id' que decerni prohibuit. Deinde Marcellino interroganti ipſum in publico, num'nam re uera cōſulatum expeteret, ſperantiq́ ipſum haud facilè cōfeſſurum, ſe magiſtratibus adipiſcendis ſtudere: Bonorum, inquit, uirorum cauſa magiſtratu mihi nihil opus eſt, ſed propter turbulentos eum uel maximè peto. Itaq; cum Pompeius apertè in hoc eſſet, Craſſusq́ idem rogatus, non quidem ſimiliter cōfiteretur, ſed ne inficias quoq; iret, ac more ſuo mediam uiam ingreſſus, omnia ſe quæ ex uſu reipublicæ futura crederet, facturum diceret: territus Marcellinus, quiq́ eum ſequebantur, horum apparatu, atq; aduerſatione, in poſterum curia abſtinuerunt. Cum autem non conueniret is numerus, quem ad decretum faciendum leges præſcribunt

* * *

initiò de ipſis potuit, ſed ipſe adoptionē ita tranſiuit. Non tamen aut ueſtem lugubrem poſuerunt, aut ad ſolennes cœtus prodierunt, non in Capitolio Iouis ſacrificio interfuerunt, non ad ferias Latinas (quæ tum de nouo ob

Locus mendoſus.

Clodius Pompeio ſeſe adiungit, & periclitatur.

De ſenatu loquitur, ut oppreſſo.

ob non rectè peractum quiddam celebrabãtur) in mõtem Albanum uenerunt: ſed quaſi in ſeruitutem redacti, & neqꝫ magiſtratuum capeſſendorũ, neque ciuilium actionum obeundarũ poteſtatem habentes, ita reliquam anni partem exegerunt. Poſt hæc Pompeius & Craſſus ex interregno Conſules creati ſunt, cum nemo eorum qui antè eundem magiſtratum ambiuerant, obnunciaret. Et L. quidem Domitius, qui in petitione ad ultimã uſqꝫ diem perſeuerauerat, tum quoqꝫ ſub noctem domo egreſſus, in concionem contendebat: at puero ſuo, qui laternã prǣferebat, occiſo, territus, ultrà progreſſus non eſt. Ita cum nemo planè illis reſiſteret, atque ad hæc P. Craſſus, M. Craſsi filius, Cæſariſqꝫ eo tempore legatus, eiuſdem rei cauſa milites Romam adduceret, facilè Conſules creati ſunt. Cum eo modo principatum cepiſſent, reliquos quoque magiſtratus ijs conferri curauerunt, quos ſibi idoneos intelligebant: Catonemqꝫ, ne præturam obtineret impediuerunt, quem uidebant ea quæ agebantur non toleraturum: nolebantqꝫ ei ad contradicendum uires legitimas accedere. Ac Prętorum quidem, quòd Cato nihil ui agendum ſibi ducebat, comitia pacata fuerunt: in Aedilibus autem Curulibus creandis ita res ad cædem deuoluta eſt, ut Pompeius multo ſanguine aſpergeretur. Qui à populo delecti erant, eos ſibi ſupplices factos Pompeius & Craſſus (ipſi enim comitia habebant) ad ædilitatem admiſerunt: cæteros autem Aediles ac pleroſqꝫ Tribunoſplebis ſocietate ſibi coniũxerunt: ſoli duo Tribuniplebis C. Atius Capito, et P. Aquilius Gallus non aſtipulati ſunt. Creatis magiſtratibus, Pompeius & Craſſus his quę expetebant agendis animum intenderunt. Atqꝫ ipſi quidem neque in ſenatu neque apud populum de his uerba fecerunt, nulliuſqꝫ ſe rei indigere planè præ ſe tulerunt: C. uerò Trebonius Tribunuſplebis legem conſcripſit, qua alteri Syria cum uicinis regionibus, alteri Hiſpaniæ (nam ibi quoqꝫ nuper motus quidam exorti erant) ad quinquennium aſsignabantur: utqꝫ ſumerent ſibi quantum uellent militum ex ciuibus & ſocijs, bellumqꝫ & pacem cum quibus ipſis uideretur, contraherent. Grauiter hoc multi, atque in primis amici Cęſaris, tulerunt, quòd futurum erat, ut ſi hi ea quę intendebant, obtinuiſſent, Cæſar, cui imperij tempus ferè exiuerat, in arctũ redigeretur. Hac de cauſa cum ſe ad impugnandum rogationem eam nõnulli pararent, ueriti Conſules ne his quæ moliebantur exciderent, Cæſari quoque ſe imperium ad triennium (ita enim re uera inuenitur) prorogaturos dixerunt, eoqꝫ modo illos in ſuam ſententiã perduxerunt. Neqꝫ tamen antè de eo ad populum retulerunt, quàm ſuæ ipſis res eſſent confirmatæ. Nam qui Cæſari cupiebant, eo modo præoccupati quieſcebant: cæteri pleriqꝫ metu capti ſe continebant, ſatis habentes ſi uel ita incolumibus eſſe liceret. M. autẽ Cato & Fauonius omnia quæ ab iſtis agebantur, impugnabant, inter alios adiutores duos Tribunos plebis habentes: ſed eos libertate ſua utentes id potiſsimùm conatu ſuo fruſtratum eſt, quòd pauci multis repugnarent. Et Fauonius ſanè, cum ad contradicendum unica hora à Trebonio cõceſſa ei eſſet, eam fruſtrà de ipſa temporis anguſtia clamando conſumpſit. Catoni autem duæ ad concionem horæ obtigerãt. Is eo, in quo res uertebatur, totoqꝫ negocio omiſſo, tempus more ſuo conſumpſit, antequam quicquam de eo quod in manibus erat, diceret: non quòd oratio ipſum quam de cauſa haberet, deficeret, ſed ut ſilentio ſibi à Tribonio indicto, dum adhuc ſupereſſent quæ diceret, eundem hac ipſa de cauſa incuſare poſſet. Satis enim compertum habebat Cato, ſe, ne ſi tota quidem die peroraret, effecturũ ut quæ

Pompeius & Craſſus Coſſ. II.

An. V.C. 699.

L. Domitius Conſulatũ petens propè cæſus.

P. Craſſus.

M. Cato præturæ repulſam paſſus.

Aediles Curules per tumultum electi.

C. Atius Capito.

P. Aquilius Gallus.

C. Trebonij rogatio.

Cæſari imperiũ in tres annos prorogatum.

M. Cato & Fauonius Trebonianæ legi reſiſtunt.

uellet ipſe, decernerentur. Itaq́ iuſſus tacere, nõ ſtatim dicendi finem fecit, ſed ex concilio etiam exturbatus raptatusq́ reuerſus eſt: tandemq́ in carcerem etiam iuſſus abduci, nihil remiſit. Ea igitur dies ita extracta eſt, ut ne dicendi quidem copia Tribunis unquam fieret.

Priuati in comitijs populi primi ſententias dicunt.

Nam in omnibus comitijs ubi quid cum populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur quàm magiſtratum tenentibus, ne quis nimirum potentioris, ut fieri aſſolet, ſententiæ præuentus, ſuam ipſe ſuppримeret, ſed ſumma cum libertate quod ſentiret exponeret. Quam ob rem Gallus timens, ne poſtridie foro intercluderetur, aut maiorem etiam iniuriam aliquam acciperet, ſub ueſperum in Curiam ingreſſus, in ea pernoctauit: cùm quod eo in loco ſe tutum crederet, tum ut ſummo manè in concionem prodire poſſet. At Trebonius omnibus Curiæ ianuis occluſis, effecit ut is & noctem, & diei maiorem partem fruſtra ibi exigeret. Atium, Catonem, Fauoniumq́ & cæteros, qui cum his erant, alij quidam de nocte occupato loco, concionis aditu prohibuerunt. Cumq́ Fauonius & Ninnius occultè eò introijſſent, Cato autem & Ninnius alijs quibuſdam inſiſtentes, ab ijsq́ in ſublime eleuati, concionis ſoluendæ cauſa de cœlo ſeruatum eſſe dicerent, uterq́ horum à famulis tribunorũ expulſus eſt: illos autem, cæſis quoq́ nõnullis, ijdem famuli uulnerauerũt. Perlata lege, populoq́ iam à cõcione degredičte, Atius Gallũ ſanguine perfuſum (ui enim ex concione pulſus is uulnus acceperat) ad eos qui adhuc aderant produxit: ijsq́ oſtẽdit, dictisq́ his quæ ad cauſam faciebant, magnũ motum excitauit. Eo Cõſules percepto, qui haud procul inde rebus ſuis intenti ſtationes agebãt, magna celeritate ſuperuenerũt cum manu ſuorum, quam haud exiguam ſecum habebant: territisq́ omnibus, concionem iterum conuocarunt, ibiq́ de rebus Cæſaris decretum fecerũt, fruſtra ijſdem qui antè quoq́ reſtiterant, reclamare aggreſsis. His confirmatis, pœnam priore adhuc grauiorem contra eos qui largitiones feciſſent, conſtituerunt: quaſi uerò ipſorum delicta haud palàm eſſent, qui non pecunia, ſed ui magiſtratum occupaſſent.

Largitionum pœna aucta.

Sumptuariam quoq́ legem (nam in quotidiano uictu ſumptus ad ſummum excreuerant) promulgare intenderũt, quanquam ipſi ad extremum luxus mollicieiq́ prouecti: quod ipſum quoque in cauſa fuit, quo minus ea perferretur.

Sumptuariam legem Hortenſius impedit.

Hortènſius enim, qui ex ijs qui maximos ſumptus facerent, erat, urbis magnitudine uerbis explicata, Conſulibusq́ ſumptuoſitatis domeſticæ, magnificentiæq́ ergò collaudatis, eorumq́ uita ſuæ orationi tanquam in ſubſidium adhibita, ut à propoſito diſcederent effecit. Nam diſceptationis ea de re moti uerecundia, quodq́ ij uideri nollent, qui quæ ipſi uſurparent, eadem alijs inuiderent, ultrò rogationem iſtam omiſerunt.

Theatrũ Pompeij, & ſpectacula.

Iiſdem diebus id quod etiamnum inſigne habetur, theatrum Pompeius dedicauit, in eodemq́ ſpectacula cum muſica, ludosq́ gymnicos exhibuit: atq́ in Circo equorum certamen, multorumq́ & uarij generis beluarum uenationes præbuit. Quinque enim dierum ſpacio quingenti leones cõfecti ſunt, elephantiq́ octodecim cum armatis depugnauerunt, partim in ipſa pugna mortui, partim paulo pôſt. Nam populus aliquos etiam inuito Pompeio miſeratus eſt, cum uulnerati à pugna deſtitiſſent, circumeũtesq́ ad cœlum proboſcidibus lamentati ſunt, ita ut ſermoni occaſionem præberent, non id ab ipſis temerè aut caſu fieri, ſed iuſiurandum, quo perſuaſi ex Africa traducti erant, implorantibus, ſuiq́ uindictam deos poſcẽtibus.

Elephãtorum natura.

Fertur enim haud prius eos in naues ingreſſos eſſe, quàm à ducentibus iuramento ſibi cautum eſſet de omni iniuria. Id uerum

ſit,

ſit, nec'ne, nō ſcio: certè hoc quoque memoriæ proditum eſt, præter quàm quòd elephanti ſermonē patrium percipiant, rerum quoq; eos cœleſtium intelligentia eſſe præditos. Hinc in nouilunijs, antequam in cōſpectum hominibus luna perueniat, eos ad aquam perēnem accedere, eaq; ſeſe luſtrare. Ego & hæc ita accepi: & hoc præterea, id theatrum nō à Pompeio extructum eſſe, ſed Demetrium libertū eius id ex pecunijs, quas dum miles ſub eo eſſet, parauerat, condidiſſe: iſq; rectiſsimè nomen eius facti ad Pompeiū retulit, ne malè audiret, quòd libertus tantum pecuniæ collegiſſet, unde tantos ſumptus facere poſſet. Enimuero his muneribus Pompeius haud uilem à populo gratiam iniuit: cæterùm in cōſcribendo exercitu cum Craſſo, quo ad ea quæ ipſis decreta erant, uterentur, magnoperè eos offendit: multitudoq; pœnitentia correpta, Catonem reliquosq; laudauit. Qua re Conſules moti, præterea q; quòd nōnulli Tribb. pleb. iudicium quod uerbis quidem contra legatos illorum, re autem uera aduerſum ipſos Conſules & eorum acta inſtituebatur, parabāt, ueſtem (neque enim ui quicquam agere audebant) tanquam in calamitate aliqua, lugubrem ſumpſerunt. quòd idem à Senatoribus quoque factum eſt qui Conſulibus ſtudebant: quam tamen mox mutata ſententia, nulla alia etiam occaſione accepta, poſuerunt. Cum uerò Tribuni plebis obſtarent, ne milites conſcribere Conſulibus liceret, ijsq; decretas expeditiones reſcindere conarentur, Pompeius id ægrè non tulit. Statim enim ſuos emiſerat legatos, ipſeq; haud inuitus ad urbem manebat, tanquam ea egredi prohibitus ob procurationem rei frumentariæ, ut & Hiſpanicas res per legatos curaret, & ipſe per ſe cætera in Italia Romæq; adminiſtraret. Craſſus uerò cui neutrū horum aderat, ad arma ſe conuertit. Tribuni plebis, quia ſuam libertatem armis deſtitutam in actionibus eius prohibendis infirmam eſſe uidebant, à reclamando deſtiterūt: ſed multis eum aſperisq; dictis iactauerunt, ipſumq; diris deuouerunt, quaſi uerò non in rempub. ea execratio eſſet redundatura. Nam & in Capitolio conſuetas ei expeditionis cauſa precationes obeūti, auſpicia infeſta, prodigiaq; obnunciauerunt, & proficiſcentem multis imprecationibus proſecuti ſunt. Atius quoq; in carcerē eum abducere aggreſſus eſt: ſed intercedētibus reliquis Tribunis plebis, pugna morā rei iniecit, atq; inter eam Craſſus pomœrio egreſſus eſt: iſq; ſeu caſu, ſeu ui imprecationum, haud ita diu pòſt perijt.

Demetrius Pōpeij libertus locuples.

Delectib. Conſulum populus moleſtatus.

Craſſus Tribunorum plebis exe crationibus impetitus.

Atius Craſſum inhibere uult proficiſcentē.

Cæſar Marcellino Philippoq; Coſs. in Venetos expeditionem ſuſcepit. Habitant hi ad Oceanum, miſſosq; ad ſe frumenti petendi cauſa Romanos milites compræhenderant, legatosq; deinde ad liberandum eos miſſos retinuerant, ſpe per eos ſuos obſides recuperandi. At Cæſar obſides minimè quidem reddidit: ſed dimiſsis hinc inde ſuis, alijs ut eorum qui Venetos in defectione adiuuiſſent, regiones inuaderent, ne cōiungi eorum inter ſe auxilia poſſent: alijs ad eos qui ſub fide erant Romanorum, qui cauerent ne quid ab his moueret̄, ipſe in Venetos profectus eſt, præparatis in mediterraneis regionibus id genus nauigijs, quę ad æſtum maris ferendum eſſent idonea. His per Ligerim fluuium deductis, totam propemodū æſtatem fruſtra abſumpſit. Erant enim Venetorum urbes in locis natura munitis ſitæ, ut pedibus adiri nō poſſent: ac ferè omnes Oceano alluebantur, ut neq; pedeſtri itinere adiri facilè poſſent: neq; nauibus, ob æſtum maris ſubinde incitatum minuentemq;, littorisq; difficultatem. Itaq; Cæſar ſummam difficultatē pertulit, donec ab interiori mari Decimus Brutus cum celeribus nauibus eòdem peruenit. Ac ne ea quidem claſſe ſibi pugnandum exiſtimabat,

Cæſar Venetos ſubigit.

ſed barbari dum nauium exiguitatem atq; infirmitatē contemptui habent, ſuperati ſunt. Erant enim Romanorum naues ad morem noſtræ nauigationis comparatæ, ut & leues eſſent, & celeres: barbarorum uerè, ut quæ propter continuum æſtum maris ſæpius in ſicco deſtituendæ, atq; ad perferendam uim affluxus refluxusq; accommodatæ eſſent, mole ac uelocitate longè ijs præſtabant.

Naues Romanorum & Venetorum.

Inde factū eſt, ut barbari, qui eiuſmodi naualis prælij periculum nunquam antè feciſſent, conſpectas Romanorum naues, earumq; uſum deſpicati primo intuitu, confeſtim ſuas ex portu contrà educerent: nimirem negocij fore putantes, ut eas contis ſub mare detruderent. Incitabantur autem uento multo, eoq; uehementi, quòd uelis ex alutis confectis uterentur, quæ omnem uenti impetum affatim exciperent.

Nauale cū Venetis prælium.

Brutus, quandiu uentus eorū uelis incumberet, ueritus & copiam & magnitudinem nauium hoſtilium, uentiq; impetum cum eorum conatu facientem, aduerſam ſuam claſſem hoſtibus conſtituere non eſt auſus: ſed ad hoc ſe compoſuit, ut relictis omnino nauibus, inſultus hoſtium in terra depelleret. Cæterùm cum ſubitò uentus cecidit, tranquillitasq; in mari extitit, iamq; hoſtium naues ne remis quidem incitari potuerunt, ſed immotæ quodammodo propter pondus ſuum conſtiterunt: ibi demū recepto animo, ſuas naues aduerſum hoſtem eduxit, cōſertoq; prælio in ſummū barbaros periculū redegit. nam & circūnauigabat citra diſcrimen, & per medios exibat: ac modò adoriēdo, modò ſe recipiēdo, quemadmodū ſingulis momētis ex uſu fore putabat, ac iam multis unam nauem circunſiſtendo, iam ęquali numero, aliquando etiam minori congreſſus depugnabat. Vbi ſe ſuperiorem poſſe fieri ſentiebat, hoſtē urgebat, nauesq; eius aut abreptas ſubmergebat: aut tranſcenſu in eas facto, claſsicorum militum cædem faciebat: ſin aliqua in re inferior foret, facilimè recedebat. ita ſempet meliore conditione certabat. Barbari neque ſagittarum, neque ſaxorum iaculatione opus fore rati, nihil horum parauerant: inde fiebat ut aliquam comminus congredientes propugnandi ſui rationē haberent: ſin quis uel modico intercedente ſpacio eminus pugnaret, ei reſiſtere nullo modo poſſent. Itaq; omni ſpe defendendi excluſa, uel uulnerabantur, uel moriebantur: nauiumq; aliæ ab hoſtibus diſcerpebantur, aliæ incenſæ conflagrabant, quædā uiris nudatæ trahebantur. Quo uiſo, reliqui milites claſsici partim ſe ipſos, ne uiui in poteſtatem hoſtium uenirent, interemere, partim in mare ſe abiecerunt, ut uel ſic in naues hoſtium conſcenderent, uel à Romanis omnino interirent: quibus animo atq; audacia nequaquam poſteriores, nauium ſtabilitate circunuēti, in ſummam perniciem deuenerant. Quin etiam ne quo fortaſsis denuò uento incumbente moueri eæ poſſent, falces longurijs affixas è longinquo Romani intentabant, quibus & funes prærumpebant, & uela ſcindebant. Ita Veneti quaſi terreſtre prælium contra Romanos de nauibus pugnantes coacti ſuſtinere, pleriq; in ipſo prælio perierunt: reliqui omnes capti ſunt. Cæſar præcipuis eorum necatis, cæteros uendidit:

Cæſar in Morinos & Menapios arma uertit.

ipſe in Morinos, eorumq; finitimos Menapios arma conuertit: quos & hoc facto terrore ſe occupaturū, & non magno cum negocio debellaturum arbitrabatur. Nullam eorum partem tamen ſubegit. Habitāt ij populi non in urbibus, ſed in tugurijs: itaq; in montes denſiſsimis ſyluis obſitos conuaſatis ijs quæ in ſummo precio habebāt, plus damni Romanis qui eò acceſſerant dederunt, quàm ab ijs acceperunt. Intendit quidem Cæſar ad ipſos montes ſylua inciſa ſubire: ſed ob earū magnitudinem, ac quòd hyems iam ſuberat, deſperata re abſtitit. Cum adhuc

in

ín Venctis eſſet Cæſar, Q. Titurium Sabínum legatum ín Vnellos miſerat,
quibus præerat Viridouix. Eum Titurium initiò uehemens timor ob mul-
titudinem eius gentis inceſſerat, ita ut ſua caſtra defendere ſatis ſuperꝗ pu
taret. Poſtea quàm uerò animaduertit animorum quidem illis plus hinc ac-
ceſsiſſe, ipſa tamen re non eſſe formidabiles (quæ ferè barbarorum eſt natu
ra, ut uanis comminationibus omne id, cuius cauſa terribiles haberi uelint,
effundant) animum recollegit. Confligere quidem aperto marte cum ho-
ſte, ut qui numero longè præualeret, ne ſic auſus eſt: uerùm eò illexit, ut ca-
ſtra eius loco edito poſita oppugnanda ſibi imprudenter ſtatuerent barba-
ri. Cum quodam ex his Gallis, quos auxilij cauſa ſecum habebat, rem com-
ponit, ut is ad hoſtes perfugæ loco tranſiret ſub ueſperum, barbarisꝗ per-
ſuaderet Cæſarem magna clade affectum eſſe. Creditum hoc à barbaris eſt,
qui cibo potuꝗ repleti, nihil cõſiderationis adhibebãt. Itaꝗ ad opprimen-
dos Romanos, ne ex ſuis manibus elaberentur, ſtatim cõtenderunt, appor
tatis etiam ſecum ſarmentis lignisꝗ, quòd exiſtimabant ne nunciũ quidem
eius cladis è Romanis reliquũ debere fieri, tum per cliuum ſurſum conten-
derunt, magnaꝗ cum celeritate, nemine prohibente, conſcenderunt. Ne-
que antè Sabinus caſtris ſe extulit, quàm in manibus ſe pleroſque habere
ſenſit, tum demum undiquaque in hoſtem ex improuiſo decurrit: primisꝗ
terrore incuſſo, omnes per decliue deturbauit. Ibi eos inter recedendũ par-
tim à ſe inuicem, partim uirgultorum faſcibus impeditos, ita cõcîdit, ut ne-
que hi, neꝗ cæteri in poſterum quicquam conari auderent. Incõſultò enim
omnes Galli ad quaſcunꝗ res inexplebili cupiditate feruntur, ita neꝗ auda
ciæ, neꝗ timoris modum ſciũt, ſed cùm ab audacia in ſubitum metum, tum
ab hoc in temerariam audaciam ruunt. Iiſdem ferè diebus P. Craſſus M. F.
totam propè Aquitaniam ſubegit, quæ pars & ipſa Galliæ eſt, Celtarum fi-
nes attingens, atꝗ præter Pyrenæos ipſos montes ad Oceanum pertinẽs.
Eò cum exercitu profectus Craſſus, Apiates prælio ſuperauit, urbem eorũ
expugnauit, paucis nonnullis ex uniuerſo exercitu in quodam colloquio
amiſsis. Quos dum acriter ulciſcitur, alios populos conueniſſe ad arma ui-
det, cosꝗ milites ad ſe Sertorianos ex Hiſpania accerſiſſe, bellumꝗ ab his
magis arte militari, q̃ temeritate adminiſtrari, exiſtimareꝗ eos fore prope-
diem, ut Romani inopia rei frumentariæ finibus eorũ excederent. Quibus
motus metus opinionem de ſe hoſtibus præbuit, atꝗ ita in contemptũ ad-
ductus, non tamen ut congredi ſecũ uellent, effecit. Cæterum eos iam nul-
lam à Romanis uim timẽtes, ſubitò in ipſis caſtris adortus eſt. Ea parte, qua
oppugnabat, nihil obtinuit, erũpentibus barbaris, ac ſumma ui propugnan
tibus. Sed cum omnes copias ſuas in eum locum uertiſſent, Craſſus partem
ſuorũ ad alteram partem caſtrorum circunduci curat, qui eam uiris uacuam
cum cæpiſſent, in hoſtium inde terga inuaſerunt. Ita & hi ad internicionem
cæſi ſunt, & reliqui populi ſine certamine cõditiones pacis acceperũt. Hæc
ea æſtate geſta. Cum apud ſocios in hybernis Romani eſſent, Tenchtheri
& Vſipetes, Germani populi, cùm quòd à Sueuis exacti, tũ quòd à Gallis
accerſiti eſſent, Rhenum tranſgreſsi in Treuirorum fines peruenerunt. Ibi
cum Cæſarem inueniſſent, metu eius adducti legationem ad eum mittunt,
qui & fœdus icerent, & uel attribui ſibi aliquam regionem pererẽt, uel con
cedi, ut occuparent ipſi. Cum nihil horum impetrauiſſent, primùm polliciti
ſunt, ſe libenter domum regreſſuros, petieruntꝗ inducias: ſed cum poſteà
paucos Cæſaris equites ad ſe accedere uiderent, qui ætate erant ualidiore

Vnelli à Q. Titurio Sabino uicti.

Viridouix.

Barbarorum ingenia.

Sabini ſtratagema.

Gallorum temeritas.

P. Craſſus Aquitanos ſubegit.

Bellum Cæſaris contra Vſipetas et Tenchtheros.

ijs contemptis, pœnitentia actorum correpti, omiſſaq; profectione, equites Romanos nihil timẽtes uiolauerũt: ſublatisq; exinde animis, bello utendum ſibi ſtatuerunt. Maioribus natu ea res probata minimè eſt: ijq; inuitis iunioribus ad Cæſarem profecti, cauſa maleficij in paucos cõiecta, ueniam implorarunt. Eos Cæſar tanquam haud multo pòſt reſponſum laturos, retinuit: ipſe ad reliquos in caſtris commorantes contendit: eosq; meridiantes, neq; hoſtile quicquam expectãtes, quòd ſui cum Cæſare eſſent, aggreſſus, facta irruptione peditum ingentẽ cædem edidit: qui nullo arma capiendi ſpacio ſibi relicto, inter carros promiſcuè cum coniugibus & liberis perturbati uerſabantur. Equitatus tum fortè aberat, qui ut hac de re certior eſt factus, domum è ueſtigio contendit, atq; in Sicambros iam receſſerat. Cæſar eò miſsis ſuis, eos ſibi dedi poſtulauit, non quòd id ſe impetraturũ ſperaret, neq; enim tum tantus Romanorum terror eos qui trans Rhenum incolũt, habebat, ut iuſsis eorum obtemperarent: ſed ut hanc occaſionem Rheni tranſeundi haberet. Maiori enim quàm ullus unquam antè Romanus imperator, rerum gerendarum cupiditate flagrabat: habebatq; in animo, non modò Germanos longè Galliarum finibus arcere, ſed in ipſorum quoq; terras proficiſci. Itaq; cum equites nõ dederentur, atq; ipſe ab Vbijs, qui Sicambrorum uicini, ijdemq; hoſtes erant, uocaretur, Rhenum ponte conſtratum tranſijt. Sed cum Sicambros in loca munita ſe recepiſſe inueniret, Sueuos autem ad auxilium his ferendum coire, intra uigeſimum diem regreſſus eſt. Rhenus ex Alpibus Germaniæ, paulò ſupra Rhætos oritur. inde uerſus occidentem pròfluens, ad ſiniſtram, Galliam eiusq; incolas, ad dextram Germanos diuidit, tandemq; in Oceanum exit. Hic enim limes in hunc uſq; diem earum regionum habetur, ab eo tempore, quo diuerſa nomina adeptæ ſunt: ſiquidem antiquitus populi qui ex utraque parte Rheni habitabãt, Celtæ uno nomine appellati ſunt. Cæſar cum primus Romanorum Rhenum tranſmiſiſſet, deinde in Britanniam profectus eſt, Pompeio Craſſoq; Coſs. Britannia millibus paſſuum ad minimum L V I, à Galliæ parte ea, quam Morini habitant, diſtat. uergit autem præter cæteram Galliam, fereq; totam Hiſpaniam, in mare ſeſe extendens. Primis Grçcorum Romanorumq; ne eſſe quidem eam compertum fuit. poſteriores in cõtrouerſiam adduxerunt, continens ne ea terra, an uerò inſula eſſet, multaq; de utraq; opinione conſcripta ſunt ab ijs qui certi quidem nihil nouerant (quippe qui nec uidiſſent, nec ab indigenis qualis eſſet, accepiſſent) ſed coniecturis tantum, quantũ uel ocij uel ſtudij ſingulis aderat, niterentur. Succeſſu temporis, prius quidem ſub Agricola Proprætore, noſtris autem temporibus ſub Seuero Imperatore, liquidò deprçhenſum eſt, eſſe inſulam. In eam traijciendi cupiditas Cæſarem inceſsit, cum Gallias pacaſſet, Morinosq; etiam in ſuam poteſtatẽ redegiſſet. Nauigatio ei cum peditatu ex animi quidem ſententia ſucceſsit: nõ tamẽ eò loci appulit claſſem, quò ex uſu erat. Etenim Britanni fama aduentus eius accepta, omnes ad egrediendum idoneos locos anteceperant. Itaq; Cæſar promontorium quoddam in mare procurrens circumuectus, ex altera parte terræ acceſsit. Ibi hoſtes in paludibus exercitum deponenti occurrentes fudit: ac priuſquam ad auxilia amplius cõcurreretur, terram occupauit: inde Britannos quoq; impetum facientes repulit. Ac quanquam paucos illi ſuorum amiſerant (nam eſſedarij & equites ferè erant: itaq; Romanis, quibus equitatus nondum uenerat, facile fuga ſeſe eripiebant) tamen perculſi fama eorum quæ in continente à Romanis

A Sicãbris Cæſar profugos Tenchteros poſtulat.

Rheni deſcriptio.

Celtæ.

Britannia.

Agricola.

Cæſaris in Britannia res geſtæ.

niſ geſta audiebant, maximeq́; quòd ad ſe nauigare auſi fuiſſent, egrediq́; in terram potuiſſent, Morinorũ quoſdam amicitia ſibi iunctos ad Cęſarem mittunt, paceḿq; petunt: obſideſq́; poſtulanti, daturos ſe pollicentur. Verùm cum interim Romanorum naues & quæ aderant, & quæ iam aduehebantur, tempeſtate affligerentur, ſententiam mutauerunt. Aggredi Romanos, quia cuſtodijs utebantur exquiſitis, palàm non auſi, quoſdam ad petẽdos commeatus tanquã in amicorũ regionem miſſos, exceperũt: pauciſq́; demptis (nam celeriter reliquis à Cæſare ſubuentum eſt) interfecerunt. Ipſa deinde caſtra oppugnare aggreſsi, re infecta, non ſine ſua clade depulſi, non tamen antè pacem acceperũt, quàm ſæpius aduerſam fortunã experti ſunt. Pacẽ ijs dare Cæſar nequaq́; in animo habuerat: ſed ingruẽte hyeme, cum nec ſatis copiarũ ſecum haberet ad bellũ ibi locorũ gerendũ, parſq́; reliqua exercitus tempeſtate diſiecta curſum nõ tenuiſſet, præterea ob ſuam abſentiam noui in Gallia motus cobrti eſſent, contra animi ſui ſententiã bellum cõpoſuit, poſtulatis adhuc pluribus obſidibus, quorũ tamen exiguam partem accepit. Ita in continentem Cæſar reuectus eſt: & quæ concitata ſe abſente fuerant ſedauit, nihil neq; ſibi neque Romæ ex Britannia adeptus, præter gloriam expeditionis in eam ſuſceptæ, quod cùm ipſe magnopere uerbis exornabat, tum ad urbem Romani mirificè extollebant. Ea quippe quę ignota antè fuiſſent, ſibi cognita, acceſſaq́;, quorum prius ne fama ad ſe peruenisſet, uidentes, futurorum ſpem animo iam præcipiebant tanquam præſentem: & ſi qua ſe conſecuturos ſperabant, ijs quaſi iam partis exultabant. Itaque harum rerum geſtarum cauſa ſupplicationem dierum XX decreuerunt. Quo tempore hæc gerebantur, Hiſpania quoq; concitata fuit, ac propter eos motus Pompeio decreta. Quidã enim rebellione facta, Vacceos duces ſibi ſeditionis delegerant, eoſq́; imparatos etiamnum Metellus Nepos prælio fudit. Eundem ipſi Cluniam oppugnantem aggreſsi ſuperarunt, Cluniamq́; ceperunt: atq; alibi uice uerſa uicti, non tamen eò reducti ſunt, ut ſubigi facilè poſſent. Multitudine enim Romanis longè præſtabãt: itaq; Nepos ſatis habuit, ſi citra periculum quiete frui poſſet. Eodem tempore Ptolemæus reductus eſt, regnumq́; recepit, quãuis decreto facto omne ei auxilium Romani abnuiſſent, atq; adhuc largitionib. eius infenſi admodum eſſent: ea tamẽ res à Pompeio & Gabinio perfecta eſt. Tanta tum potẽtiæ, diuitijſq́; contra cùm populi, tum ſenatus decreta ius erat, ut cum Pompeius Gabinio Syriæ tum præfecto mandaret, Gabinius autem expeditionem faceret, quorũ alter gratiæ, alter largitioni concedebat, inuita republica, & tum ea, tum oraculo neglecto, tamen is reduceretur. Dies quidem eius rei cauſa Gabinio dicta eſt, ſed partim Pompeij opera, partim pecunijs effectum eſt, ne damnaretur. Ea tum temporis confuſio Romæ erat, ut cum Gabinius exiguam earum pecuniarum, quibus ipſe corruptus fuerat, partem magiſtratibus quibuſdam iudicibuſq́; largiretur, non modò illi debita pœna non irrogata ſit, ſed reliqui quoq; docti ſint pecunię cauſa delinquere, quippe cùm ſe ea facilè à ſupplicio redimere poſſent. Atq; Gabinio quidem ea tum ut abſolueretur auxilio fuerunt. Idem pòſt cùm ob alias nonnullas cauſas, tum quòd ex prouincia quater millies ſeſtertiũ, eoq́; amplius, compilaſſet, in iudicium pertractus, damnatuſq́; eſt. Duæ res Gabinio cumprimis mirandæ euenerunt: altera, quòd cum priori iudicio pecuniæ ergò abſolutus eſſet, poſteriori eiuſdem cauſa potiſsimũ damnatus eſt: altera, quòd cum priore iudicio Pompeius longè remotus Gabinium per

Motus in Hiſpania.

Metellus Nepos.

Auaritia, & turpis lucri cupiditas apud Romanos.

Gabinius ut abſolutus & damnatus.

ſocios

ſocios eripuiſſet, tunc in ſuburbano, fereq; ad ipſum Tribunal præſens, ni-
Gabinius pro- hil profuit. Porrò omnis ea res ita habet. Gabinius cū multis maleficijs Sy-
uinciam affli- riā afflixiſſet, adeoq; plus damni q̄ prędones, qui tum maximè uigebāt, de-
git. diſſet prouinciæ, omnem quæſtum quem inde ceperat pro minimo ducēs,
primùm ad expeditionem in Parthos faciendam, quòd prædiuites erant,
Phraates. animum adiecit, atq; ad eam ſe parauit. Phraati enim à filijs per ſcelus ſubla
Orodes. to Orodes in regno ſucceſſerat, fratre ſuo Mithridate ex Media, cui impera
Mithridates. bat, eiecto: Isq; ad Gabinium confugiens, permouit ut ſe in reditu cōficien-
do adiuuaret. Sed ſimul Ptolemæus cum literis Pompeij aduenit, magnāq;
pecuniā cùm Gabinio, tum exercitui ſe partim illico, partim poſtq̄ reſtitu-
tus eſſet, daturū pollicitus eſt: ſtatim Gabinius Parthico negocio omiſſo, in
Aegyptū cōtendit. Lege cautū erat, primùm ne quis præfectus extra pro-
uincię fines proficiſceretur, deinde ne quod ſuo arbitrio bellum ſuſciperet,
Gabinius ut ad hæc & populus, & Sibylla interdixerāt, ne Ptolemæus reduceretur: ſed
Ptolemæū re- Gabinius quanto magis id uetitum ſciebat, tanto maiorem inde quæſtum
ſtituerit. faciebat. Itaq; relicto in Syria filio Siſenna, admodum paruo natu, cum per-
paucis militibus, atq; ita prouincia, quæ ſibi obtigerat, prædonum iniurijs
adhuc magis expoſita, ipſe in Palæſtinam profectus, Ariſtobulum (qui Ro
ma profugus, tumultus aliquos ciebat) compręhenſum Pompeio miſit, im
peratoq; Iudæis ſtipendio, in Aegyptum profectus eſt. Regnū Aegyptio-
Berenice regi- rum ea tempeſtate obtinebat Berenice. Ea quanquā Romanos metuebat,
na Aegypti. nihil tamen manſueti Ptolemæo exhibuit, ſed accerſito quodam Seleuco,
Seleucus. qui regiæ eius ſtirpis, quæ in Syria quondā floruerat, eſſet, eum & maritum
appellauit, & regni belliq; conſortem fecit. Vbi nullius precij hominem ui
Archelaus. det, occiſo eo, Archelaum Archelai filium, illius qui ad Syllam defecerat, ui
rum rebus gerendis aptum, qui tum in Syria degebat, eiſdem cōditionibus
ad ſe pertraxit. Poterat ſtatim initio naſcens malum opprimere Gabinius:
Gabinij aua- nam id quod rei erat, ſuſpicatus, Archelaum ceperat, ut iam nihil negocij
ricia. reſtaret: Sed ueritus, ne quaſi nulla magna re geſta minus pecuniæ, quàm
conuenerat, à Ptolemæo acciperet, ad hæc ſperās propterea quòd acris, ac
magni nominis Archelaus haberetur, maiorem ſibi pecunię ſummam futu
ram: inſuper ab ipſo Archelao magna ui nummorum accepta, hominē qua-
ſi is aufugiſſet dimiſit. * *

* * *

Eo modo Gabinius nemine obſiſtente, Peluſium peruenit, hinc duplici
acie inſtructa progreſſus eadem die Aegyptios occurrentes fudit, mox &
Alexandrino- flumen claſſe, & terram armis obtinuit. Nam Alexandrinis quidem ad au-
rum ingenia. denda omnia ſatis eſt animorum, naturaq; ſunt ad temerè uerbis exequen-
da quæcunq; ſibi propoſuerint, promptiſsimi: Iidem ad bellum, eiusq; labo
res omnium ſunt ineptiſsimi, quanquam in ſeditionibus (quæ apud eos &
frequentiſsimæ, & maximæ eueniunt) ad cædes ſubinde deueniant, con-
tendendiq; de re propoſita ſtudio uitam maximè contemnant, in ijsq; peri
re bonum quoddam in primis expetendum exiſtiment. Iis igitur uictis Ga
binius, occiſisq; præter alios etiam Archelao, è ueſtigio omni Aegypto po
titus eſt, eamq; Ptolemæo reddidit: Isq; filiam, reliquosq; primum ac locu-
pletiſsimum quemq;, ut qui plurima pecunia opus haberet, interemit. Ga-
binius cum ad hunc modum Ptolemæum reſtituiſſet, nihil de his actis Ro-
mam per literas nunciauit, ne ipſe ſuorum delictorum delator exiſteret. Cæ
terum occultum eſſe tantum facinus non potuit, ſtatimq; id populus com-
perit,

perit. Cum Syri plurimùm de Gabinio quererentur, idꝗ & alijs de cauſis, & quòd per abſentiam eius à prędonibus infeſtati uehementer eſſent, cum item crebræ accederent publicanorum querelæ, qui cum per eos impediti uectigalia comportare nequiſſent, magnum æs alienum conflauerant, irati Romani rem eam iudicandam ſtatuerunt, parati Gabinium condemnare: Ciceroꝗ cum aliàs magnoperè aduerſum Gabiniū contenderet, tum conſilium quoꝗ dedit, ut deñuò Sibyllina carmina recitarentur, ſperās contra uiolatorem eorum pœnam eſſe adſcriptam. Gerebant adhuc conſulatum Pompeius, Craſſusꝗ: eorum alter Gabinio ultrò ſtudebat, alter, ut collegę gratam rem faceret, ſimul etiam pecunijs quas Gabinius miſerat acceptis: quare uterꝗ apertè eum defendens, nihil decerni patiebantur, inter alia Ciceroni quoꝗ exilium exprobrātes.

Cicero Gabinij crimē perſequitur.

Poſtquam illi magiſtratū depoſuerunt, ſucceſſereꝗ in eorum locum L. Domitius, & Appius Claudius, iterū dictę ſunt ſentētiæ, earumꝗ pleræꝗ Gabinio aduerſæ fuerūt. Nam & Domitius ob cōtentionem in petitione Conſulatus inimicus Pompeio erat, & quòd eo inuito magiſtratū cepiſſet: & Appius, quanꝗ affinis Pōpeij eſſet, tamen quia ſtudio permulcēdę plebis ducebat, ſperabatꝗ fore, ut ſi quid nunc tumultus iniecisset, pecunia deinceps à Gabinio corrūperetur, omnes ſuas actiones eò dirigebat. Gabiniū hoc in ſummā inuidiā uocauit, ꝙ legatum à Craſſo ſibi qui ſuccederet miſſum non admiſerat, ſed magiſtratū, quaſi perennem cum accepiſſet, retinuerat. Decretum ergo eſt, ut Sibyllina carmina pronunciarentur, quantumuis Pompeius reclamaret.

Pompeius & Craſſus Gabiniū defendunt.
An. V. C. 700.

Interim Tiberis, ſiue pluuijs ſupra urbem immenſis delatis, ſiue uento ex mari uiolento effluxum eius repellente, ſiue Deo id quodam potius (ita enim creditum eſt) efficiente, incertum eſt, certè ita ex improuiſo inundauit, ut omnes in urbe planicies ſtagnarent, multaꝗ etiam editiora loca aqua compræhenderet. Inde ædes, ut latericiæ illæ, madefactæ, ruinaꝗ proſtratæ, omniaꝗ iumenta ſubmerſa: itemꝗ homines qui non in ſublimiora euaſiſſent, pars intra domos, pars in compitis depræhenſi perierunt: reliquæ etiam ædes, ui inundationis quæ multas dies durabat, uitiatæ, collapſæꝗ aliæ confeſtim, aliæ tempore interiecto hominibus damnum attulerunt.

Tiberis exundatio.

Ea mala Romani ægrè ferentes, & (quia ob reſtitutum Ptolemæum deos ſibi iratos eſſe arbitrabantur) maiora alia timentes, Gabinium abſentem etiam tum ut morte multarent properabant, minoribus ſe malis afflictū iri ſperantes, ſi quàm primùm eum peremiſſent. Ac quamuis nihil eiuſmodi in Sibyllino oraculo inueniebatur, tanta tamen contentione [illegible], ut acerbiſsimum in Gabinium ſupplicium ſtatuendi magiſtratibus ac populo Senatus autor factus ſit.

Ira populi in Gabinium.

Enimuerò intereà temporis pecuniæ à Gabinio pręmiſſæ Romam uenerunt, eæ non modò abſens, ſed ne pręſens quidem grauius quicquam ut pateretur, effecerunt. Ipſe quidem conſcientia tam turpium facinorum ita urgebatur, ut & ſerò in Italiam aduenerit, & noctu in urbem inuectus ſit, multisꝗ diebus extra Italiam conſpici ſe, ferre non potuerit. Accuſationes in eum multæ, & actores haud pauci extabant: primùm autē de Ptolemæi reductione, ut maximo crimine, cognitum eſt. In ea actione uniuerſus ferè populus ad tribunal confluxit, ſæpiusꝗ illis eum diſcerpere animus fuit, præſertim quòd nec Pompeius aderat, & Cicero eum ſumma dicendi ui accuſabat. Nihilo tamen minus abſolutus eſt. Ipſe enim, ut qui de tantis criminibus iudicium ſuſtineret, immenſam pecuniæ uim elargitus fuerat, ſocijꝗ Pompeij & Cæſaris promptiſsimè ei opitulabantur, aliud tempus à Si-

bylla, aliumq; regem indicatum dicentes: eoq; maximè nitebantur, quòd
nulla in eo carmine rei perpetratæ pœna erat aſsignata. Parum abfuit, quin
ipſos iudices populus interfeciſſet. ijs elapsis, cætera crimina collegit, effe-
Gabinius abſolutus, & deinde dānatus. citq; ut propter ea tamē perageretur. Quibus enim ſorte obtigerat id iudi-
cium, ij ſimul populum timentes, ſimul quòd nullū à Gabinio munus acce-
perant (is enim leuioribus de cauſis in ius uocatus, nullos ſumptus iam fa-
ciebat, haud dubius cauſa ſe tum quoq; ſtaturū) reum damnauerunt: quam-
uis & Pompeius propè adeſſet, & Cicero pro Gabinio diceret. Pompeius,
Pompeius Gabinium defendit. qui ad rem frumentariam explicandam profectus urbe erat (nam frumen-
ti permultū exundatione Tiberis corruptum fuerat) ac tum in Italia uerſa-
batur, ad hoc quoq; iudicium ut ueniret, ſicuti in priore ad fuerat, propera-
uit. Sed cum ſerius ueniſſet, ex ſuburbanis nō antè receſsit, quàm id cōſum
matum eſſet. Idemq; populo extra pomœrium congregato, quia ipſi pro-
conſulare imperium iam gerenti, in urbem uenire nō licebat, multa pro Ga
binio uerba fecit, recitatis etiam literis, ad ſe pro Gabinij ſalute à Cæſare
Ciceronis leuitas. miſsis: iudicesq; deprecatus eſt, Ciceronemq; non modò à Gabinio accu-
ſando auertit, ſed ut eiuſdē cauſam ageret effecit, atq; hinc Ciceroni nomen
Gabinius exul. crimenq; perfugæ auctum uehementius eſt. Nihil tamen ea Gabinio pro-
fuerunt, ſed exilio damnatus tum eſt, eumq; Cæſar poſteà temporis redu-
Iulia Cæſaris F. Pompeij uxor moritur. xit. Sub idem tempus Pompeij coniunx filiolam enixa obijt: eamq; nōnul-
li, ſiue ad hoc à Pompeij Cæſarisq; amicis inducti, ſiue ut eorum bonam
gratiam captarent, poſtquam in foro funebri laudatione ornata fuit, in
campo Martio ſepeliuerunt, quantumnis Domitio reſiſtente, atque inter
alia dicente, non fas eſſe eam in ſacro loco ſine decreto ſepeliri. Tum quoq;
C. Pomptinus de Gallis triūphat. temporis C. Pomptinus de Gallis triumphum duxit: cuius cum ei nemo ad
id tempus poteſtatem feciſſet, extra pomœrium manſerat: ac ne tum quidē
obtinuiſſet, niſi Sergius Galba, qui eius in ea militia ſocius fuerat, tunc Prę-
tor ſuffragia quibuſdam ſub auroram (etſi lege cautum erat, ne quid cum
populo ante primam horam ageretur) dediſſet. Itaque Tribuni plebis ali-
quot concione relicta, inuehenti cum pompa negocium exhibuerunt, ita
ut ad cædes quoq; deueniretur.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVADRAGESIMVS,

[redacted]

interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæſar denuò in Britanniam traiecerit.
Vt idem è Britannia reuerſus, aliud contra Gallos bellum geſſerit.
Craſſus quomodo bellum Parthis fecerit.
De Parthis.
Quemadmodum ab his Craſſus ſuperatus, perierit.
Quomodo Cæſar omnem Tranſalpinam Galliam ſubegerit.
Vt Milo Clodium occiderit, ac eo nomine damnatus ſit.
De initio diſſenſionis inter Cæſarem & Pompeium.
Tempus hoc libro continetur, quod reliquum erat de Conſulatus Domitij et Appij Claudij anno, ac præterea anni quatuor in quibus Conſulatum geſſere.

Cn.

Gn.Domitius M.F.*Caluinus.* An.V.C.701.
M.Valerius Meſſala.
*Cn.Pompeius.Cn.F.*III. 702.
Cæcilius Metellus Scipio Naſicæ F.
Seruius Sulpitius Q.F.*Rufus.* 703.
M.Claudius M.F.*Marcellus.*
L.Aemilius M.F.*Paulus.* 704.
C.Claudius Marcellus.

HAEC ita Romæ agebantur, anno ab urbe condita ſeptingenteſimo. In Gallia Cæſar, iiſdem L.Domitio, & Appio Claudio Conſulibus, præter reliquum bellicum apparatum, naues ædificandas curauit, mediæ inter eas quas ſecũ celeres adduxerat, atq; onerarias quas ibi acceperat, naturæ, ut & quàm maximè agiles eſſent, & uim fluctuum tolerare poſſent, inq; ſicco deſtitutæ iniuriam nullam acciperent. His paratis, ubi primùm tempus nauigationi commodum incidit, iterum in Britanniam traiecit, eo obtento, quòd obſides ad ſe quos promiſerant Britanni, non omnes miſsi fuerant. namque illi quod re infecta Cæſar diſceſsiſſet, nunquam fore putabant ut ad bellum ſibi inferendum rediret. Cæſar re uera inſulæ potiundæ ingenti cupiditate tenebatur, haud dubiè ſi obſidum non miſſorum prætextus defuiſſet, aliam cauſam inuenturus. Is ubi ad inſulam claſſem appulit, nemine reſiſtere auſo, propterea quòd multitudine nauium, quæ undiquaque terræ accedebant, terrebantur, confeſtim ſtationem occupauit. Barbari cum ei ne adnauigaret obſtare his de cauſis non potuiſſent, magis etiam quàm antè ſibi ueriti, quòd maiorem quàm prius exercitũ Cæſar adduxerat, in ſyluis quàm maximè obſita oppida, quæcunque precioſa habebant, cõtulerunt: ea cum inciſis circũcirca arboribus, aliiſq; inſuper congeſtis ſepiiſſent, ut haud abſimilem uallo ſpeciem præberent, pabulatores deinde Romanorum infeſtauêre: ſemelq; pugna in aperto loco uicti, in fuga ſe eò recepêre: inde impetu facto, Romanorum plurimos ceciderũt. Poſt hæc cum Romanorum claſſem uis tempeſtatis denuò afflixiſſet, Britanni euocatis ſociis, ſummaq; rei ad Suellam, qui inter eius inſulæ regulos plurimum poterat, delata, ad ipſam nauium Romanorum ſtationem contenderunt. quibus obuiam facti Romani, primò eſſedorum occurſu perturbati ſunt: deinde intercapedine inter ordines facta, euitatisq; eſſedis, atq; ex obliquo in hoſtem incurrentẽ iaculati, pugnam reſtituerũt. Poſt eam pugnam utriq; eodem in loco perſtiterunt: alio autem conflictu barbari cum peditatum Romanorum uiciſſent, ab equitatu afflicti, ad Thameſin flumen ſeſe receperũt: uadoq; ſudibus aliis ex aqua extantibus, aliis infra eam deliteſcentibus præmunito, ipſi eò loci conſederunt. Poſtquàm in eos Cæſar uiolento facto impetu à tranſitu quem obſtruxerant repulit, oppugnatoſq; etiam caſtris, quę munita habebant, eiecit, aliaq; parte naualia caſtra aggreſſos Romani profligauerunt: tum demum metu perculſi, datis obſidibus, cõſtitutoq; quod Romanis in ſingulos annos penderent tributo, pacem acceperũt. His actis Cæſar ex inſula prorſus deceſsit, nulla ibi exercitus parte relicta. nam & eam fore in periculo, ſi in aliena terra hyemaret, exiſtimabat: neq; cõſilium uidebatur ut à Gallia diutius abeſſet. itaque præſentem rerum ſtatum ſatis habendum duxit, ne maiora expetendo, de hoc ipſo in periculum ueniret. Re ipſa demonſtratũ eſt, Cæſarem rectè eas

Cęſaris in Britanniam poſterior tranſitus.

rationes iniuiſſe. Nam poſteaꝗ̃ is in Italiã proficiſci, ut ibi in hybernis eſſet, inſtituit, Galli quanꝗ̃ pleriſꝗ; præſidia eſſent impoſita, tamen tumultus excitauerunt nouos, rebellionemꝗ; nõnulli palàm fecerũt. Quod ſi eo in Britannia hyemãte eueniſſet, omnẽ haud dubiè Galliã ij motus cõcitauiſſent.

Eburones bellum in Galliã mouent.

Bellũ ab Eburonibus exortũ eſt, duce Ambiorige, cauſam motus prætendentibus eam, quòd ſe præſentia Romanorũ grauatos (aderãt enim ibi in hybernis Sabinus, ac L. Cotta legati) dicerẽt: re uera, cõtemptui eos habebant, ad defenſionẽ ipſis nõ ſatis roboris fore exiſtimãtes, tum Cæſarẽ non poſſe celeriter aduerſum ſe armis cõ tendere. His conſtitutis, inopinatò Romanos aggreſsi ſunt, primo incurſu caſtris eorũ ſeſe potituros cõfiſi: quod ubi nõ ſucceſsit, ad dolũ ſe cõuerterunt. Ambiorix collocatis locis opportuniſsimis inſidijs, impetrato per caduccatorẽ colloquio, ad Romanos uenit, inuitum ſe bellũ ipſis facere dicens: atꝗ; ſe quidem mutaſſe ſententiam, ipſis tamen à reliquis cauendum eſſe: neꝗ; enim eos ſibi dicto audientes eſſe, & inſtituiſſe eos nocte proxima adoriri. ſuadere ſe, ut Eburoniã, in qua cum ſuo periculo ſint futuri, relinquant, ad milites autem ſuos in proxima hyberna quàm celerrimè cõmigrent. His dictis adducti Romani, eoꝗ; magis quòd Ambiorigem ſummis à Cæſare beneficijs affectum hanc ei bonam gratiam referre uelle arbitrabantur, collectis uaſis magna cum feſtinatione, ſtatim ſub ueſperum profecti ſunt: ac in inſidias illapſi, magnam cladem pertulerunt, Cotta cum multis alijs extemplò interfectis. At Sabinum Ambiorix tanquam ſeruaturus ad ſe euocatum (& quia neꝗ; facinori huic interfuerat, in fide eum adhuc manere Sabinus exiſtimabat,) comprehenſumꝗ; armis ac ueſte exutum iaculis confixit, hæc uerba inter alia addens: Quid nam cum tales ſitis, tãtis nobis hominibus imperare uolebatis? Qui huic cladi elapſi ſunt, ij in caſtra unde exierant, redierunt. ibi cum à barbaris oppugnarentur, neꝗ; aut defendendi ſui, aut effugiendi facultatem haberent, ſeſe inuicem ipſi interfecère. Secundum hæc facta, alij quoꝗ; finitimi populi defecerũt, ac Neruij præcipuè: quanquã apud eos Q. Cicero, M. Ciceronis frater, Cæſaris legatus in hybernis eſſet. His ſibi adiunctis, Ambiorix cum Cicerone conflixit, atꝗ; æquo Marte diſceſsit, captis nonnullis Romanorum. Deinde hunc quoꝗ; in fraudem adducere conatus, ubi id fruſtra fuit, obſedit, caſtraꝗ; eius extemplò uallo foſſaꝗ; cinxit. Eam ad rem & multitudo ei hominum, & peritia, quam ſibi dum Romanorum eſſet militiæ ſocius parauerat, ex uſu fuerunt: præterea ſingula à captiuis docebatur. Dimicatum quoque aliquoties eſt, quod in eiuſmodi re fieri ſolet. & quanquam de barbaris multo plures caderent, quippe & numero præſtabant, tamen ij ob abundantiam ſuorum ne ſentiebant quidem ſi quos amiſiſſent: contrà Romani, quorum & antè numerus non ita magnus fuerat, & tunc ſubinde idem decreſcebat, facilè obſidione coercebantur. Cum iam periculum eſſet, ne in poteſtatem hoſtium uenirent, quia neque ad uulnera curanda quibus opus erat habebant, & inſperata obſidione obrutis rei frumentariæ parum aderat, ac nemo ſuorum, quamuis multi haud procul inde hyberna haberent, auxilio ueniret, quippe barbari omnibus uijs accuratè obſeſsis, omnes ab his emiſſos excipiebant, atꝗ; in eorum conſpectu interimebãt: Neruius quidam, qui ob acceptum beneficium Romanis bene uolebat, ac tum unà cum Cicerone obſidebatur, ſeruum quendam nuncium ei obtulit: is habitu linguaꝗ; cum hoſtibus eadem utens, cum in eos incidiſſet, facilè eos ſuum inſtitutum celabat, unuſꝗ; ex ipſis habebatur: deinde ab

Ambiorix Cottam & Sabinũ deceptos cum exercitu perdit.

Neruiorũ defectio, & ab ijs oppugnatus Q. Cicero.

illis recedebat. Ita Cæſar, cum nondum Italiam attigiſſet, adhuc in itinere comperta re, aſſumptis militibus ex hybernis per quæ ibat, magnis ad ſuos liberandos itineribus contendit. Interim ueritus ne auxilio deſperato Cicero aut extrema pateretur, aut cum hoſte paciſceretur, equitem quendam ex ſocijs (neque uerò fidendum amplius Neruij ſeruo putabat, quanquam eius animum re ipſa perſpexiſſet, ueritus ne is miſericordia ſuorum gentilium adductus, magnum Romanis malum daret) qui & lingua & ueſtitu hoſtium uteretur, delegit: Ei uerbis nihil mandauit, ne uel conſultò, uel imprudens enunciare quicquam poſſet, ſed Græcas ad Ciceronem literas dedit, ut ſi uel interciperentur eæ à barbaris, tamen ab ijs non intellectæ, conſilium ſuum hoſti non proderent. Conſueuerat alioquin ſi quid ſecreti per literas cuiquam ſignificaret, quartum ſemper elementũ in ſcribendo pro eo quod ſcribi debeat, ſumere, ne obuia literarũ lectio cuiuis eſſet. Is igitur eques ad caſtra Romanorũ uenit: ac cum propiùs accedere non poſſet, literis iaculo alligatis, id tanquam in hoſtes cõiecturus, dedita opera turri infixit. Eo pacto de aduentu Cæſaris Cicero certior redditus, animũ reſumpſit, maioriq; cum alacritate perſeuerauit. Barbaros Cæſar ad auxilium ſuis ferendum aduenicns diu fefellit: nam & noctu iter faciebat, & interdiu in obſcuris omnino locis ſubſidebat, quo uel maximè inopinantibus hoſtibus ſuperueniret: tandem re ex ſummo obſeſſorum gaudio per cõiecturam deprehenſa, exploratoribus emiſsis, cum iam appropinquare Cæſarem intelligerent, aduerſus eum ire inſtituerũt, ut inopinatò eum aggrederentur. Cæſar maturè eo cognito, noctem in quo loco tum erat, exegit, ſummo manè alio quodam ſua natura tuto caſtra poſuit, quàm potuit maximè in anguſtum contracta, ut & paucos ſecum habere hoſtibus putaretur, & ex itinere feſſus, & uereri ne ab ipſis inuaderetur, itaq; eos ad editum ſuorũ caſtrorum locum pertraheret. Neq; aliter quidẽ accidit. Etenim Galli Cæſare has ipſas ob cauſas contempto, impetum in ſublime fecerunt: tantaq; ſunt affecti clade, ut rebellandum in poſterum ſibi nunquam putarẽt. Ita & Neruij, & alij populi debellati ſunt, neq; tamen ut benè Romanæ rei uellent, effectum eſt. Nam Treuiri, cum Cæſar in autores defectionis ſingulos ad ſe accerſitos ſupplicia ſtatueret, ueriti ne à ſeſe quoq; pœnæ exigerentur, ab Induciomaro perſuaſi denuò contrà Romanos bellũ ſuſceperũt: pertractiſq; ad defectionis ſocietatẽ nonnullis etiam alijs ciuitatibus, quæ idem metuebant, aduerſus Titum Labienũ, qui in Rhemis tum erat, profecti, à Romanis ſubitò erumpentibus cæſi ſunt. His rebus in Gallia peractis, Cęſar ut pacare omnia rectius poſſet, ibidem in hybernis permanſit. Craſſus autẽ cum & ipſe aliquid agere cuperet, quod gloriæ ſibi iuxtà, atq; lucro eſſet futurũ, poſteaquã in Syria nihil huiuſmodi eſſe præ manibus uidet (nam & Syri quieti erant, & qui prius Syriam bellis uèxârant, tum potẽtia Craſsi perterriti, nihil mouebãt) in Parthos expeditionem ſuſcepit, cum neq; ullam belli cauſam contra ipſos afferret, neq; id à Senatu decretum eſſet: enimuerò et Parthos prædiuites eſſe acceperat: & Orodem, qui nuper rex factus eſſet, ſuperatu facilem ſperabat. Tum igitur Euphrate fluuio trãſmiſſo, magnam Meſopotamiæ partem populãdo peragrauit, nemine reſiſtente, quòd eius tranſitus inexpectato barbaris acciderat, itaq; nulla exquiſita regni ſui cuſtodia utebantur. Ac Talymenus Ilaces quidã, eius tum regionis præfectus regius, paucis equitibus ad Ichniam (id caſtello cuidam nomen eſt) congreſſus, uictuſq;, accepto uulnere ipſe ad regẽ ſeſe recepit, eumq; de expe-

Cęſaris ad Q. Ciceronẽ Græca litera.

Occultè ſcribẽdi ratio Cęſaris.

Neruij à Cęſare uicti.

Treuirorũ ſub Induciomaro rebellio.

T. Labienus.

Bellum Craſsi Parthicum.

Craſſus Orodis præfectum profligat.

ditione hac certiorẽ fecit. Interim Craſſus & caſtella & urbes recepit, Græcas potiſsimũ, atq; in his Nicephorium. Nam quia Macedonũ, aliorumq; Græcorum qui militiæ Romanis adfuerant, coloni erant, uim Parthorum grauiter ferentes, atq; in Romanis, à quibus Græcos amari ſciebant, multũ ſpei collocantes, haud grauatim ad eos defecerunt. Soli Zenodotiæ ciues accerſitis Romanis aliquot militibus, quaſi ſe in fidem eorũ daturi, eos cum intra muros accepiſſent, obtruncauerũt, quæ ipſis cauſa ut urbs euerteretur fuit. Præter hoc unũ nihil neq; fecit, neq; paſſus eſt hoſtile Craſſus. Ac profectò omnia quæ intra Tigrim ſunt poſita caſtella cepiſſet, ſi eodẽ impetu barbarorumq; terrore uſus fuiſſet, ac prætereà hybernis ſuis in ea regione habitis, omnia diligenti cuſtodia cõtinuiſſet: nunc captis ijs locis, quos primo incurſu capere poterat, neq; reliquorũ, neq; horũ ipſorũ quæ ceperat ullam rationẽ habendo, dum in Meſopotamia cõmorari grauatur, Syriæq; amœnitatem deſiderat, Parthis ſe ad bellũ parãdi ſpaciũ, relictosq; in Meſopotamia Romanos milites opprimendi occaſionem præbuit. Hoc initium belli Romanorum aduerſum Parthos fuit. Habitant autem trans Tigrin fluuium, in arcibus ac caſtellis, adeoq; urbibus etiã cùm alijs, tum Cteſiphonte, quæ regia eorum eſt. Etiam inter antiquos barbaros genus eorum fuit: nam nomen Parthorum etiam ſub Perſico regno geſſerant. Cæterũ eo tempore & regionem haud magnam obtinuerant, neq; extra fines ſuos imperium ſuum extulerant. poſteaquã autem & Perſicum regnum euerſum eſt, & Macedonum res floruerunt, ſucceſſoresq; Alexandri inter ſeſe diſsidentes, alijq; alijs regiones certas ui adimentes, regna ſibi ſinguli conſtituerũt, tum primùm ſub Arſace quodam Parthi quoq; innotuerunt, unde & poſteri eorum reges Arſacidarum cognomentum habuere. Deinde rebus ſecundis uſi, omnes circum ſe poſitas regiones occupauerũt: Meſopotamiamq;, quæ prius à præfecto regebatur, ſui iuris fecerunt. Tandem ad id gloriæ ac potentiæ euecti ſunt, ut & tum temporis contra Romanos belligerarent, & in hunc uſq; diem aduerſarij ijs habeantur. Sanè bello multum poſſunt, nomen tamen re ipſa maius adepti ſunt, nõ quòd Romanis ipſi quicquam ademerint (nam de ſuis quoq; finibus nonnihil cõceſſerunt) ſed quia in ſeruitutem redacti nondum ſunt, atq; etiamnum in bello cum noſtris cõgreſſi ſuperiores euadere ſolẽt. Ac de populo quidem iſto, regioneq;, tum quæ propria ipſorum uitę inſtituta ſint, multi ſcripſerunt, neq; mihi ea perſequi conſilium eſt. Armatura eorum, uſusq; armorum (huius enim rei expoſitio ſermoni noſtro coniunctior eſt, isq; ea opus habet) talis eſt. Scuto nihil tribuunt, ſed ſagittis iaculisq; ipſi equites utuntur, armatiq; maiori ex parte. pedites inter eos pauci ſunt, ijq; infirmiores, ſed & ipſi ſagittarij, ad quod à puericia exercentur, cœlo ipſis ſuo ac regione ad utrumq; cõducente. Regio enim plana ut plurimùm eſt, & cùm ad alendos equos, tum ad equitandum aptiſsima. Itaq; armenta tota equorum in bellis ducũt, ut ſubinde mutatis equis, ſubitò ex longinquo adequitare, rurſusq; repentè procul referre pedem poſsint. Iam aer apud ipſos eſt ſiccisſimus, humoremq; ne minimum quidem continet: itaq; ſagittarum uſum ipſis intentiſsimum præbet, excepto eo tempore, quo ſumma eſt hyems, ideoq; ea tempeſtate nuſquã in bellum proficiſcuntur. Reliquis anni partibus ſi uel in ſua, uel in ſimilis naturæ terra bellum gerant, pugna ſuperari uix poſſunt. Conſuetudine enim hoc habent, ut ſolis æſtum acerrimũ ferant. aduerſum potus defectum multa remedia inuenta ipſis ſunt, quæ res ipſis ad propulſandam uim, ſi

quis

Nicephorium. *Zenodotia.* *Craßi ignauia.* *Parthorum hiſtoria.* *Cteſiphon.* *Arſaces.* *Arſacidæ.* *Parthorum armatura.*

quis fines eorum ingrediatur, haud parum prodeſt. Extra ſuos fines trans Eufratē aliquando pugnis atq; excurſionibus repentinis nonnihil quidem egerunt, tamē iuſtū bellū gerere niſi domi ſuę nō ualent: quippe qui in alienam ſibi & terræ & aeris cōſtitutionē deueniant, ac cōmeatui impedimentisq; militū ferendis ſarcinas nullas uſurpent. Ita Parthorū res habent. Cum Craſſus in Meſopotamiā ingreſſus fuiſſet, quemadmodū memorauimus, in Syriā ad eum legatos Orodes miſit, qui & expoſtularēt cum eo, quòd eam regionē in uaſiſſet, & cauſas belli exquirerēt. miſit pręterea Surenā cum exercitu ad recipienda ea quæ uel capta fuerāt, uel defecerāt: ipſe expeditionem in Armeniā, quæ Tigranis quondā fuerat, inſtituit, ne Artabazes Tigranis filius, qui tum ibi regnabat, ipſe de ſuo regno ſollicitus, ullū Romanis auxiliū mittere poſſet. Craſſus legatis reſpōdit, Seleucię ſe (urbs eſt Meſopotamiæ, in qua noſtro quoq; tempore multi Græci ſunt) cauſas belli editurum. tum quidam ex Parthis ſiniſtram manū dextræ digitis percutiēs: Antè, inquit, hinc pili enaſcētur, quàm tu Seleuciam peruenias. Ea hyeme, qua Cn. Caluinus, & Valerius Meſſala Conſules extiterūt, multa ad ipſam quoq; urbem Romam prodigia euenerūt. Bubo enim, lupiq; apparuerūt, canesq; oberrantes ululauerunt: ſimulacra alia ſudauerunt, alia de cœlo tacta ſunt: magiſtratusq; nōnihil quidem propter cōtentiones, magis tamen etiam auſpiciorum atq; oſtentorū cauſa uix tandem ſeptimo menſe creati ſunt. Cæterùm hæc quidem quid portenderēt, palàm non fiebat, quia & ad urbem tumultus, & in Gallia noui motus exiſtebāt, & cum Parthis bellum contractum erat, incertum Romanis quo euentu. Craſſo autem Eufratem apud Zeugma (ita loco iſti nomen eſt ab expeditione Alexandri, quôd ibi trans fluuium profectus eſt) tranſeunti, manifeſta, ac quæ quid deſignarēt intelligi facilè poſſet, ſigna euenerunt. Aquila exigua quædam eſt ſacelli effigies, inq; ea aquila aurea eſt collocata. conſtituitur autem in omnibus legionibus Romanis: neq; prius hybernaculis effertur, quàm uniuerſus exercitus egrediatur. Eam aquilam haſtæ impoſitā unus quidam uir portat, cuius haſtæ pars infima præacuta eſt, ut in ſolum defigi poſsit. Huiuſmodi ex aquilis una noluit cum Craſſo Eufratem tranſire, ſed perinde ac ſi terræ adnata eſſet, ita infixa hæſit, donec tandem à multis circunſtantibus ui euulſa fuit, inuitaq; comitata eſt ſuos. Vexillum præterea quoddam ex eorum numero quæ magna, uelorumq; ſimilia ſunt, inſcriptū puniceis literis, ad noticiam exercitus Imperatorisq; faciendam, inuerſum ui uehementis uenti, à ponte in flumen decidit. At Craſſus reliquis uexillis quę eiuſdem erant longitudinis, præciſis, ut breuiora atq; ad ferendum aptiora eſſent, numerum prodigiorum auxit. Tanta enim in ipſo fluminis tranſitu coorta eſt nebula, ut & ipſi inuicem impingentes corruerent: nec prius terram hoſtilem cernerent, quàm in ea pedem poſuiſſent. itaque & tranſgreſsi Eufratem ſunt ſumma cum difficultate, & de ponte in terram perquàm difficulter deſcenderunt. Sub hæc uentus incubuit ualidus, fulminaq; deciderūt, ponsq; antè quàm omnes tranſiuiſſent diſiectus eſt. Quæ cum ita eueniſſent, ut facilè ſtupidum etiam atq; imperitum quemq; docere poſſent, calamitatē ipſis prædici, reditumq; abnui, metus ac mœſticia ingens militum animos occupauêre. quos ut conſolaretur Craſſus, exercitum allocutus, non perterreri eos debere dixit, propterea quòd pons deiectus eſſet, neq; id pro portento accipiendū: iuramentoq; cōfirmauit, ſtatuiſſe ſe per Armeniā copias reducere. His dictis cum animū ſuis reddidiſſet, addidit magna uoce exclamās;

Orodis ad Craſſum legatio, & in Armeniam expeditio.

An. V. C. 701.

Prodigia.

Aquila.

Craßi uox in omē uertitur.

Bono animo eſte milites, hâc enim nemo noſtrûm reuertetur. Quo audito dicto milites, idq; non minorē reliquis uim ominis habere arbitrati, in maiorem prolapſi ſunt triſticiam, ut iam neq; cæteris eius cohortationibus animum aduerterent, barbaros uerbis eleuantis, remq; Romanam prædicantis, ad hæc pecuniam exercitui diſtribuentis, præmiaq; promittentis. Nihilominus ſequebantur, neq; aut uerbo, aut re quiſpiam reſiſtebat, ſiue (ut uideri poteſt) legi in hoc parentes, ſiue quòd iam animis conſternati, neque conſilium ſuæ ſalutis capere, neq; agere quicquam ſalutare poterant: itaq; deinceps omnia quæ uel animo uel corpore moliebantur, ad perniciem ipſis ſpectabant, quaſi iam tum ab aduerſo fato damnatis. Maximam autem calamitatis partem Augarus ipſis Oſroenus attulit. Is Romanis antè fœdere iunctus ſub Pompeio, barbarorū partes tum potiores habuit. quod idem Alchaudonius quoq; Arabs fecit, ſemper potentiori ſe ſolitus adiungere. Cæterū hic quia manifeſtò defecerat à Romanis, caueri facilè potuit: Augarus autem cum Partho ſtuderet, ſimulauit ſe Craſsi amicum, liberaliterq; ei pecuniam ſuam impendens, & explorauit omnia eius conſilia, & Partho enunciauit. Idem ſi quod utile conſilium Craſſus cepiſſet, dehortatus hominem eſt: ſin damnoſum, confirmauit, ac tandem huiuſmodi rem confecit. Craſſus Seleuciam contendere decreuerat, quò ſe tutò cum exercitu ac commeatu præter Eufratem, ac trans eundem peruenire poſſe cogitabat: à Seleucia (quam, ut à Græcis hominibus habitatam, facilè ſperabat in ſuam poteſtatem uenturam) ad Cteſiphontem urbem haud difficulter ſe traiecturum. Id conſilium, tanquam multo tempore opus habiturum, ut repudiaret, ac potius aduerſum Surenam, qui propè cum parua manu eſſet, iret, Augarus perſuaſit. Quibus conſtitutis, cum Craſſum ut periret, Surenam (cum quo ſub ſpeculandi prætextu frequenter congrediebatur) ut ſuperare poſſet, parauiſſet, Romanos nihil ſolicitos ac tanquam ad certam iam uictoriam proficiſcentes eduxit, in eisq; tum per inſidias opprimendis Parthum adiuuit. Res tota ita acta eſt. Parthi maiore ſuarum copiarum parte abſcondita (erat enim regio aliquibus locis inæqualis, arboribusq; conſita) Romanis occurrerunt. Quos cum Craſſus, Imperatoris filius, qui ex Gallia ad patrem peruenerat, conſpicatus eſſet, atq; eos ſolos hoſtes eſſe putaret, cum equitatu iis obuiam uenit, fugaq; ſeſe dedita opera mandantes, uictos ratus inſecutus tantiſper eſt, dum procul à ſuorum acie ſubductus, deinde circumuentus ab hoſtibus interijt. Hoc facto, in fugam tamen pedites Romani dati nequaquam, ſed Craſsi ulciſcendi cauſa acriter cum Parthis congreſsi ſunt: uerùm nihil ſuo nomine dignum efficere potuerunt, cùm ob multitudinem hoſtium, tum ob genus pugnæ, præſertim inſidijs inſuper Augari circumuenti. Nam ſicubi orbem uoluere intendebant, ut propter denſitatem ordinum ſagittas hoſtium euitarent, Parthorū haſtati equites magno impetu irruentes, aut confodiebant Romanum peditem, aut agmen utiq; diſsipabant: ſin eius uitandi cauſa ſeſe diſiungebāt, ſagittis Parthorum expoſiti erant. Ita multi ipſo haſtatorum incurſu cōſternati peribant, alij ab equitibus depræhenſi interficiebantur, alij contis proturbabantur, configebantur'ue. Quòd ſi qui denuò pugnam tentarent, iacula quàm plurima undiquaq; incidentia pleroſq; eorū letali uulnere ſternebāt, reliquos pugnæ inutiles reddebāt. Deniq; omnibus ſagittæ iaculaq; negociū faceſſebāt, in oculos, manusq;, & uniuerſum omnino corpus aduolantia, perq; ipſa arma tranſeuntia, eademq; nec caueri à Romanis poterāt,

Augarus Oſroenus ſub amicitiæ ſpecie Romanos in perniciem abducit.

Alchaudonius.

Craſsi conſilia.

Augari perfidum cōſilium.

Prælium inter Romanos & Parthos.

P. Craſſus perit.

& inermes eos crebros ictus expectare cogebãt, Nam dum quis aut à iacu-
lo aduen iente ſibi cauebat, aut infixũ corpori ſuo euellebat, alijs ſuper alia
uulnerib. ſauciabatur. Itaq; nec locó ne ſeſe mouerẽt Romani ſatis ſcire po-
terant, an fixo potius ueſtigio quiſque perſiſteret, quorũ neutrũ ſatis tutũ
ipſis relinquebat, ſed utrumq; cum pernicie ipſorũ cõiunctum erat: quorũ
alterum non licebat per hoſtes, alterũ ut uulneribus opportuniores eſſent,
efficiebat. Hoc modo pugnam aduerſus hoſtes apertè congreſſos Romani
ſuſtinebant. Poſtquàm Augarus quoq; (nam is aliquandiu ſe continuerat)
ex inſidijs eos aggreſſus eſt, ibi & Oſroeni conuerſos in Parthum à tergo
ceciderunt: & ut à Parthis facilius cædi poſſent, fecerũt. Romani enim coa-
cti aciem conuertere in Oſroenos, à tergo ſibi Parthos habuerunt: rurſum
in Parthos conuerſi, atq; iterũ in alteros, tum denuò alteris ſeſe opponen-
tes, crebris conuerſionibus maiorem ſuis quàm antè perturbationem attu-
lerunt: ac quia ſemper ad eam partem unde tela ingruebant, ſeſe obuertere
neceſſe habebant, proprijs ſe gladijs confixerunt, multiq; inuicem ſeſe occi
derunt. Deniq; adeò in arctum ab hoſte undiquaq; irrumpẽte coacti ſunt,
ut quiſq; quod inerme in ſuo corpore erat, ſcuto proximè aſsiſtentis, tegen
do, in uniuerſum ne mouere quidem iam ſeſe poſſent. Sed ob tantam cada-
uerum multitudinem fiebat, ut ne ſtare quidem firmis ueſtigijs poſſent, ac
collaberentur: tum æſtus, ſitisq; (quippe media æſtate, atq; in meridie pu-
gnabatur) puluisq;, quem undiq; circumequitãdo barbari immenſum con
citauerãt, reliquos affligebat, ita ut multi his confecti ſine uulnere caderẽt.
Ac proculdubiò occidione omnes ociſi tum eſſent, niſi barbarorum haſtæ
partim retuſæ, partim fractæ, neruiq; arcuum cõtinenti iaculatione rupti, ſa
gittæ conſumptæ, omnesq; gladij hebetati, & (quod erat maximum) ipſi
uiri cædẽdo defatigati fuiſſent. Ita cum nox ſuperueniſſet, Parthi quia pro-
cul ipſis ab hoſte recedendum erat, equis auecti ſunt: ita enim mos eorum
fert, ut prope hoſtem ne maximè quidem imbecillum caſtra ponant, quòd
nec munitione caſtrorum utuntur: & ſi quis eos in tenebris adoriatur, neq;
equis, neq; ſagittis quicquã præſtare poſſunt. Nemo ea pugna Romanus
ab hoſtibus captus eſt: ſed cum omnes eos Parthi ſtantes in armis conſpica
rentur, neq; ullum aut ea projcientem, aut fugæ ſe committẽtem, adeſſe ijs
adhuc roboris aliquid putauerũt, neq; aggredi auſi ſunt. Poſt hanc cladem
Craſſus cum cæteris quicunq; poterant, Carras ſeſe receperunt, quæ urbs *Craſſus Car-*
tuta ipſis à relictis in ea Romanis aſſeruata fuerat: multi ex ijs, qui uulnerati *ras perfugit,*
fuerãt, cum neq; pedibus uiam carpere poſſent, neq; uehicula ijs præſtò eſ- *ac rurſum in-*
ſent, neq; ductores (optimè enim reliqui contenti erant, ſi ſemetipſos hinc *de aufugere tẽ-*
auferre poſſent) in ipſo pugnæ loco remanſerunt. Eorum pars ex uulneri- *tat.*
bus mortui ſunt, pars ſibijpſis mortem conſciuerunt, reliqui poſtridie capti
ſunt: quorum magna pars in uia ſeſe uita exuerunt: multi deinceps quoque
ſauciorum perierunt, cum ab initio qui ipſos curaret diligenter, haberent
neminem. Craſſus animo deiectus, ne in oppido quidem diutius manere
ſe poſſe exiſtimans, ſtatim, quomodo inde fuga ſe eriperet, rationes inibat.
Quia impoſsibile erat ut interdiu diſcedens latêret, noctem ad id delegit:
ſed proditus à Luna, quæ tum plena luce fulgebat, non fefellit. Itaque eas
noctes opertus, in quibus Luna non luceret, cum ſuis profectus eſt: tum
eos in tenebris, atq; aliena in regione iter facientes, eademq; hoſtili, ingens
metus diſiecit, ac pars capti ſub diem, perierunt: pars in Syriam cum Caſsio *C. Caßius.*
Longino Quæſtore incolumes peruenerunt. Craſſus cum reliquis in mon
tes

M. Craſſus à Surena deceptus perit.

tes curaſit: ibiq; ita ſe parauerunt, tanquam per eos in Armeniam aufugituri. Surenas eo cognito, metuens ne ſi id ſucceſsiſſet, bellum contra Parthos deinde renouarent, cum Romanos in ſublimi loco, & equitatui alieno aggredi nõ auderet (armati enim erant, pugnaturiq; ex loco edito, tum quòd ex deſperatione ad inſaniam iam aliquam redacti eſſent, haud citra periculum uidebat ſe eos aggreſſurum) miſit ad eos ex ſuis, qui conditiones pacis offerrent, ſi omni intra Eufratem poſita terra excederent. Craſſus nihil in dubium uocatam rem credidit. Nam in ſummo metu conſtitutus, ac tum ſuæ, tum publicæ calamitatis terrore animo perturbato, ad hæc milites iter longum aſperumq; reformidare, & ab Orode ſibi timere ſentiens, nihil eorum quæ opus erant præuidere poterat. Quem ubi ad tranſactionem paratum Surenas animaduertit, cùm nollet id negocium per alios confici, ſed ipſum Craſſum cum paucis in ſuam poteſtatem accipere, oſtendit ſe cum eo ipſo uelle in colloquium uenire. Conuenit igitur, ut in medio inter utriuſq; ſtationem loco cum æquali uirorum numero utrinq; congrederentur. Ita Craſſus in planiciem deſcendit, eiq; à Surena, quò celerius ad eum perueniret, equus dono miſſus eſt. dum hæſitat Craſſus, ſecumq; quid nam ageret, deliberat, correptus à barbaris, ui in equũ impoſitus eſt. Ad hoc repugnantibus Romanis, res ad manus peruenit, quo in certamine cum aliquandiu pares fuiſſent Romani, tandem ſucurrentibus alteri parti nõnullis (nam & in plano loco barbari erant, & ad eam rem ſe compoſuerant, atque ita Romanos ſuis auxilio uenientes anteuertebant) ſuperati ſunt. Ibi cum nonnulli ſuorum cecidiſſent, Craſſus quoq;, (neq; conſtat an à ſuorum aliquo poſt

Craſsi interitus, aurumq; in os eius infuſum.

graue acceptum uulnus, ne uiuus in hoſtium manus ueniret, an uerò ab hoſtibus) occiſus eſt. Hic ei uitæ exitus fuit, in eiuſq; os, ut quidam referunt, Parthi aurum liquefactum uerbis inſuper inſultantes infuderunt. Tantum enim fuerat in eo homine pecuniæ acquirendæ ſtudium, quanquam eſſet ditiſsimus, ut quaſi pauperem eum miſeraretur, qui nõ ex ſuis facultatibus exercitum alere poſſet. Militum pleriq; per montes in amicorum fines perfugerunt, nonnulli ab hoſtibus capti ſunt. Cæterùm Parthi eo tempore omni ditione intra Eufraten recuperata, eum tranſgreſsi non ſunt. poſtmodò Syriam quoq; inuaſerunt, non magno tamen exercitu, quòd in ea neq; mili

C. Caſsius Parthos à Syria repellit.

tes neq; imperatorem ab Romanis eſſe putabant: itaq; Caſsius eos non magno negocio repulit. Huic Caſsio cum Carris à militibus odio Craſsi adductis imperiũ eſſet delatum, atq; ipſe etiã Craſſus ob magnitudinẽ calamitatis ultrò id concederet, nõ acceperat: tunc aũt neceſsitate rerum adductus, Syriam adminiſtrauit, idq; deinde etiam. Barbari enim ab incepto non deſtiterunt, ſed maiori cum manu, nomen ducis Pacoro Orodis filio gerente,

Oſaces dux Parthorũ à Caſsio uictus perit.

re uera autem Oſace (nondum enim ex ephebis Pacorus exceſſerat) duce iterum in Syriam profecti, atq; in itinere poſitis locis omnibus in ſuam poteſtatem redactis, ad Antiochiam uſque progreſsi ſunt, cum ſpe reliquorum etiam potiundorũ: nam neque Romani iuſtis copijs eam prouinciam tenebant: & populi Romanorum dominationem moleſtè ferentes, ad Parthos, tanquam uicinos cognatoſq; ſuos inclinabãt. Verùm enimuerò cum Antiochiæ capiẽdæ ſpe deiecti eſſent, Caſsio magna ui eos repellente (ipſi autem ad oppugnationem locorum ineptiſsimi erant) Antigoniam contenderunt: cuius urbis ſuburbana cum eſſent arboribus conſita, atque eò ipſi accedere neque auderent, neq; poſſent, arbores ſuccidere, locumq; ſylua deſpoliare inſtituerunt, ut audacter tutoq; urbem eã aggredi poſſent.

Cum

Cum ne hoc ſuccederet, quia & magni laboris negociũ erat, & tempus in-
caſſum terebatur, & Caſsius palantes ab ipſis affligebat, aliò arma uerſuri,
Antigonia diſceſſerunt. Interea Caſsius collocatis in uia, quà tranſituri e-
rant, inſidijs, ſe ijs cum paucis oſtendit, atq; ad inſequendum pertraxit: tum
ſuos circumiecit, Parthorumq; cùm alios, tum ipſum Oſacen occidit. Eo in-
terfecto, Pacorus tota Syria exceſsit, neque ab eo tempore unquam in eam
intrauit. Pacoro regreſſo, Bibulus in Syriam, ut ei regioni prçeſſet, aduenit:
Bibulus Syriæ præfectus.
quanquam ſenatuſconſulto cautum fuerat, ne quis Conſul, ne'ue quis Præ-
tor, neq; ſtatim, neque ante quintum annum in prouincias exteras exiret,
Senatuſconſultum de prouincijs.
ne uidelicet à prouincias ambientibus turbæ exiſterent. Bibulus quietè ea
quæ Romanis parebant, adminiſtrauit: ipſos autem Parthos contra ſeſe in-
uicem concitauit, Ornodapante quodam præfecto, qui Orodi infenſus e-
Ornodapantes.
rat, ſibi adiuncto, perſuaſoq; per internũcios, ut Pacorum regem conſtitue-
ret, atque eius auxilio Orodi bellum faceret. Eo modo bellum Romanorũ
contra Parthos, quarto quàm inceperat anno, deſijt, M. Marcello, & Sulpi-
tio Ruffo Conſulibus. Parthici belli tempore, Cæſar Galliæ partes nouis
motibus concitatas armis recepit, multa ipſe per ſe, multa per ſuos legatos
gerendo, ex his ea tantùm quæ memoratu mihi maximè digna uidebũtur,
referam. Ambiorix Treuiris, qui mortem Induciomari moleſtè etiamnum
ferebant, adſcitis, magnam ſibi manum in ijs locis parauerat, à Germa-
nis quoque milites ſtipendio conductos accerſiuerat. Cum eo Labienus
ut antequam ijs copijs augeretur, dimicaret, Treuirorum fines ingredi oc-
Labienus Ambiorigẽ et Treuiros uincit.
cupauit. Cum ad defendendam regionem Treuiri non exirent, quia adhuc
auxilia expectabant, ſed præſidio fluminis, quod inter ipſos ac Romanos
labebatur, contenti quieſcerent, Labienus conuocato exercitu cõcionẽ ha-
Stratagema.
buit, qua hoſtib. terroris de ſe ac ſuis opinionẽ præbuit: prius q̃ Germano-
rum auxilia Treuiris aduenirent, ad Cæſarem et in tuta loca recedendũ eſſe
ſibi uideri, ſtatimq; ſe ſignũ uaſa colligẽdi daturũ. Nec multa interiecta mo-
ra, caſtra mouit, id quod accidit, fore ſuſpicatus. Barbari enim eo percepto,
quibus Romanorũ conſilia cognoſcẽdi multa cura erat, atq; eo fine palàm
Labienus id dixerat, ſeriò ipſum abire, fugamq; capere crediderunt: itaque
è ueſtigio flumẽ tranſgreſsi, quanta maxima potuerũt celeritate Romanos
inſecuti ſunt. In eos palantes Labienus conuerſus, primis perterritis totum
agmen in fugam dedit: fugientesq; ſparſim, ac ſeſe inuicem impedientes
compulſosq; ad fluuium, conſectatus, magnum eorum numerum interfe-
cit: complures fuga ſeſe eripuerunt. De ijs Cæſar nihil ſolicitus, in Ambiori-
ge, qui multorum maleficiorum autor erat, modò hac, modò illac diffugien-
te, inſequendo negocium habuit. Poſtquam eum nulla ratione cõpræhen-
Cæſar Rhenũ denuò tranſit.
di poſſe uidit, in Germanos, quòd Treuiris ſuppetias ferre uoluiſſent, arma
conuertit: inde quoq; maturè metu Sueuorum ſe recepit, nulla re perfecta,
quàm quòd gloriam Rheni altera uice traiecti reportauit: ponti, ea parte
quæ ad Barbaros pertinebat, reſciſſa, caſtellum impoſuit, ut crebro ea tran-
ſiturus uideretur. Secundum hæc ira effugij Ambiorigis permotus, eius pa-
triam, quanquam nihil tum mouiſſet, omnibus qui uellent diripiendam pa-
làm propoſuit, eo conſilio, ut quàm plurimi ad hoc conuenirent: itaq; multi
Eburonia deprædanda barbaris conceſſa.
cùm Galli, tum Sicambri ad prædam confluxere. Cæterum Sicambris non
ſatis fuit ex Eburonibus prædam egiſſe, ſed ipſos quoque Romanos perie-
runt: quos cum frumentatum digreſſos animaduertiſſent, caſtra aggreſsi
Sicambri Romanorũ caſtra inuadunt.
ſunt: Romanorumq; re percepta ad defendendum caſtra concurrentium
multos

multos occiderunt:ab hoc facto Cęſarem timentes,ſumma cum feſtinatione domũ redierunt.Cæſar, quia & hyems propè,& Romæ tumultus erant, nullam uindictam exigere cum poſſet,milites in hyberna dimiſit,ipſe in Italiam profectus eſt:uerbo quidem,ut Galliæ citerioris curam haberet, re ipſa autem,ut haud procul ab urbe remotus, intentus ijs quæ ibi agebãtur eſſe poſſet.

Aruerni duce Vercingentorige bellum mouent.

Interim noui Gallorum motus coorti ſunt. Aruerni duce Vercingentorige defecerunt : omnesq́ Romanos, quos in oppidis finibusq́ ſuis inueniſſent, trucidauerunt : profectiq́ in regiones Romanis amicas,quoſcunq́ ad ſocietatem defectionis pertrahere potuerunt,ijs pepercerunt,cęteros maleficijs inſeſtauere. Quibus cognitis, Cæſar in Galliam regreſſus, cum hoſtes in Biturigum fines intraſſe depræhenderet, neq́ eis opitulari poſſet, (nondum enim omnis ad eum exercitus conuenerat) in Aruernorum ipſe contrà profectus eſt regionem, atq́ ita hoſtes domum retraxit: ipſe tamen, quòd ſatis uirium ſibi ad pugnam non adeſſet, ante aduentum eorum diſceſsit.

Auaricũ à Cæſare ut capum.

Aruerni denuò in Bituriges profecti, Auarico oppido occupato, diu ſe in eo ſuſtinuerunt. Difficulier murus adiri poterat,altera parte paludibus imperuijs,altera flumine rapido cinctus.Itaque cum Romani oppugnarent,barbari, quorum immenſus erat numerus,facilè eorum conatus repellebant:factisq́ eruptionibus,crebrò moleſti ipſis erant. Tandem non agris modò uicisq́.ſed oppidis quoque, unde Romanos commeatus auxilia poſſe habere exiſtimabãt, incenſis,omnem rem frumentariam,quæ Romanis à ſocijs ſupportabatur, diripiebant, ita ut Romani obſidentes ipſi ijs incommodis premerentur, quibus obſeſsi ſolent. Accidit,ut Romanis muro ſuccedentibus, effuſus imber cum magna uenti ui cooriretur, (hæc enim hyeme iam inſtante gerebantur) ac primùm ipſos ab oppugnatione in caſtra compelleret, deinde Gallos quoque intra domos ſuas coerceret. Quibus à propugnaculis digreſsis, Romani confeſtim ea uiris nudata aggreſsi, turrim,priuſquam de eorum aduentu quiſquam cognouiſſet, ceperunt:reliquisq́ iam partibus quoque haud magno labore occupatis,totam urbem diripuerunt : atq́ ira oppugnationis, toleratorumq́ in ea laborum concitati, omnes in ea homines occiderunt. Secundum hanc rem geſtam Cæſar in Aruernorũ fines cum exercitu profectus,cum ab hoſtibus omnes pontes qua tranſeundum ipſi erat, præoccupati eſſent, dubius, ad ripam fluminis aliquandiu itinere facto, uadũ quà pedibus exercitus traduci poſſet, quærebat. poſtquam in ſyluestrem atque umbroſum locum peruenit, præmiſsis impedimentis cum copiarum maiori parte, iuſsisq́ in longum quàm maximè explicato ordine proficiſci,ut totius exercitus ſpeciẽ præberent, ipſe cum robuſtiſsimis ſubſtitit, ligna cecidit, ratesq́ cõpegit:his ipſe fluuiũ tranſiuit,dum barbari progreſsis intenti,ipſum quoq́ unà his adeſſe Cæſarem exiſtimant.

Cæſar in Aruernos deuenit.

Hoc facto,reliquos qui progreſsi erant,noctu reuocatos,eádem traduxit,totam regionem occupauit. ſed Aruerni Gergobiam ſeſe uniuerſi, collatis eódem ijs quæ chara habebant omnibus contulerant. In eo oppido obſidẽdo plurimùm fruſtrà Cæſar laborauit.

Gergobiæ obſidio.

Erat enim ſitum in egregiè munito colle,murisq́ defendebatur ualidis. Galli quoq́ omnia circum edita loca præoccupauerant, præſidijsq́ tenebant, ita ut & ipſi in ſuis locis eſſent,& decurrentibus plerunq́ ſuperiora omnia euenirent.Cæſar enim caſtra loco plano habebat,cum editum nihil ad manum eſſet, itaq́ oppugnandi ne cogitationem quidẽ ullam habebat:contrà barbari, ut qui loco ſublimiori conſiſterent, in eius caſtra cum impetu deſerebantur, eæq́

decurſiones

decurſiones ipſis oppotunæ erant: ac ſi quando ulterius quàm expediret, procurrebant, paruo momento in tutum ſe recipiebant. neq; enim Romani ad caſtra eorum intra tantum ſpacium quantum lapide aut iaculo penetrari poteſt, accedere tutò poterāt. Itaq; Cæſar, cum tempus ſine fructu abſumeretur, ac tametſi ipſum collem cui oppidum impoſitum erat, ſæpenumerò aggreſſus, aliqua eius parte potitus eſſet, ut iam eo cōmunito facilius oppugnare cætera poſſet, quia tamen in uniuerſum repellebatur, non ſine plurimorum iactura militum, poſtquam urbem capi non poſſe uidet, Heduiq; interim nouos motus excitauerant, ad quos ſedandos ipſo profecto, in ſummum periculum ad Gergobiam relictus exercitus ab hoſtibus adductus erat. his omnibus cauſis permotus, caſtra ab oppido mouere ſtatuit. Porrò Hedui cum initiò fidem ſeruaſſent, Cæſariq; auxilia miſiſſent, eo tempore contra animi ſuam ſententiā ad rebellionem faciēdam pertracti ſunt, fraude cùm aliorum, tum Litauici in primis. Nam is cum nullis eos rationibus ad fidem uiolandam impellere poſſet, id obtinuit, ut quos Hedui auxilio Cæſari tum mittebant, ipſe ad eum perduceret: ea occaſione profectus, præmiſſo equitatu, quibuſdam ex ijs iuſsit, ut reuerſi dicerēt, cæteris ſecum præmiſsis, ac ijs qui præterea ex Heduorū ciuitate apud Cæſarem fuiſſent, Romanos manus iniecíſſe, atq; interfeciſſe. His ita annunciatis, cōcionem ad milites huiuſmodi nūcio cōuenienter habuit: qua effecit, ut & ipſi à Romanis deficerent, & cæteros ad idem faciendū permouerent. Simul atq; id Cæſar reſciuit, Heduos quos ſecū habebat, quiq; interfecti ab eo crediti erant, ad Heduos præmiſit, ut uiui ab omnibus cōſpicerent: ipſe cum equitatu ſubſecutus eſt, ita euenit, ut Hedui pœnitētia admiſsi correpti, cum eo in gratiā tum redierint. Haud multo pòſt, cū Romani Cæſare abſente ad Gergobiā malè accepti eſſent, ac ſecūdum id detrimentū acceptū ab obſidione omnino recederēt, ueriti hi qui defectionis autores fuerāt, alijq; qui nouis ſemper rebus ſtudebant, ne pœnas admiſſorū penderēt, nouos motus excitauerunt. Quod ubi hi qui cum Cæſare militabāt, cognouerunt, pétierunt ab eo, ut ſibi domum eundi poteſtatem faceret, polliciti omnia ſeſe compoſituros. Impetrato commeatu, Nouiodunum, quo in oppido p ecuniam, frumentum, obſidesq; pleroſq; Romani depoſuerant, uenerunt: uſiq; auxilio Nouiodunenſium, cuſtodibus de improuiſo necatis, omnia obtinuerunt. ipſum oppidum loco opportuno ſitum, ne id Romani receptaculum belli haberent, incenderunt: ac reliquam Heduorum partem in rebellionis ſocietatem pertraxerūt. Cæſar cōfeſtim in Heduos ſuſcepta expeditione, fluuio Ligeri obſtante, ab incepto hoc quoq; deſiſtere coactus eſt, nulla re perfecta. Sed Labienus inſulam in Sequana flumine occupauit, deuictis ijs qui in terra ad arcendum ab ea ipſum confluxerāt: traductisq; uariè cùm ſecum do tum aduerſo flumine copijs, ne ſi uno loco id conaretur, prohiberi ab hoſtibus poſſet. Id priuſquam fieret, Vercingetorix Cæſare deſpecto ob detrimenta quæ is acceperat, Allobrogibus bellum inferre intendit: Cæſarem ijs auxilio proficiſcētem in Sequauis depræhenſum circundat. Verùm id Vercingetorigi longè ſecus quàm inſtituerat, cecidit. Nam non modò cladem Romanis nullam intulit, uerùm eos deſperatione ſalutis ad fortitudinem compulit: ipſeq; temeritate ſua, quia multitudini ſuorum fidebat, ſuccubuit. Haud parum ad eam uictoriam Germani, quos Cæſar ad auxilium euocauerat, Romanis contulerunt, qui audaciam ſuam ingenti corporum mole ac robore confirmantes, circumicctorum hoſtium ordinem perrupe-

Heduorum rebellio facta à Litauico.

Alia Heduorū defectio.

Labienus inſulam in Sequana capit.

Vercingetorix in Sequanis à Cæſare uincitur.

Germanorum opera Cæſar uincit.

rant. Ab ea uictoria ſibi oblata Cæſar nihil remittendum ratus, hoſtes Ale-
xiam perſugientes, oppido incluſit, ac in obſidione habuit. Vercingetorix
antequam munitiones Cæſaris omni ex parte abſoluerentur, equitatũ à ſe
dimiſit, quia pabulum equis non ſuppetebat, utq; in ſuas quiq; ciuitates
Alexiam Ceſar obſidet. profecti, commeatus ſuppetiasq; Alexiam adferrent. Cum ea res extrahere
tur, ac iam res frumentaria ipſos deficere inciperet, liberos atq; mulieres, at
que reliquos bello inutiles oppido expulit, fruſtrà ſperans alterutrum fore,
ut aut hæc multitudo à Romanis prædæ cauſa recepta ſeruaretur: aut ipſi
certè diutius uictum, unde uitam tolerarent, haberent. Cęſar enim, qui non
adeò re frumentaria affluebat, ut alijs quoque alendis ſufficeret, quod eam
multitudinem ad ſuos reuerſam haud dubiè receptam iri putabat, atque ita
hoſtes ad maiorem perventuros penuriam, omninò repulit. Itaq; ea turba
in medio urbis caſtrorumq;, neutris ipſam accipientibus, miſerrima morte
perijt. Cæterùm auxilia equitum, reliquaq; à barbaris non multo pòſt cum
aduenirent, equeſtri prælio à Romanis repulſi ſunt, maximè Germanis au-
xiliaribus tum quoque uictoriam adiuuantibus. Deinde conati noctu per
munitiones Romanorum in urbem peruenire, magnum detrimentũ paſſi
ſunt. In ijs enim locis, quæ equitatu accedi poterunt, occultas foſſas Roma-
ni duxerant: defixisq; in eas ſtipitibus, ſuperficietenus texerant, ut æquales
reliquo circumpoſito ſolo eſſent: in eas foſſas equi uiriq; imprudentes dela
pſi peribant. Neq; tamen antè Galli quicquã de inſtituto remiſerũt, q; ad i-
pſas munitiones cõmiſſo prælio, cũ & ipſi, & qui urbẽ tenebãt, Romanos
aggrederentur, ſuccubuerũt. Ea clade accepta, Vercingetorix cum integro
Vercingetorigem ſe dedentem Ceſar ut acceperit. etiamnum corpore effugere poſſet, ſperans quia aliquando Cæſaris amici-
tia uſus eſſet, poſſe ſe ueniam ab eo impetrare, ad eum non implorata antè
per ullum internuncium pace, ſe cõtulit, ſedentiq; pro tribunali repentè in
conſpectum uenit: quæ res animos quoq; nonnullorum terruit. Erat enim
Vercingetorix ſtaturæ proceræ, magnamq; armorum gloriam habebat. Fa
cto ſilentio, nihil locutus in genua concidit, manusq; tendens ſupplicis
geſtum exhibuit. Erant quibus ea res miſericordiã moueret, priſtinam ho-
minis fortunam cogitantibus, præſentemq; calamitatem ante oculos cer-
nentibus. At Cæſar id quod maximè ad ſuam ſalutem ille facturũ ſperaue-
rat, amicitiæ prioris coniunctionẽ cum bello illato contulit: oſtenſoq; qui-
bus eum meritis affeciſſet, quæq; ab eo accipere ipſum par fuiſſet, delicti
grauitatem auxit: eamq; cauſam habuit, cur neque miſericordia tum proſe-
quereť Vercingetorigẽ, & ſtatim in uincula conderet. quem pòſt in trium-
pho ductum necauit. Porrò reliquos Cæſar partim cõditionibus pacis im-
Comij Atrebatis & Belgarũ contra Ceſarẽ bellum. poſitis recepit, partim prælio ſuperatos ſubegit. Belgę enim finitimi ad Co
mium quendam Atrebatem ſumma rerum delata, diu reſtiterũt, duobusq;
equeſtribus prælijs cum Romanis incerta uictoria certauerunt. Tertiò pe
deſtri prælio congreſsi, cum incerto adhuc euentu pugnaretur, inuadenti-
bus ex improuiſo terga ipſorum equitibus, fuſi ſunt. Ita uicti, qui à pugna ſu
pererant noctu deſertis caſtris in ſyluam quandam ſe contulerunt: ea incen
ſa, carrisq; ſolis relictis, ſperauerũt ſe, dum hoſtibus ignis carriq; moram in-
ijcerent, in tuta loca poſſe euadere. uerùm hæc ſpes fruſtrà fuit. Nam Ro-
mani, ut primùm fugam hoſtium cõpererũt, inſecuti ſunt: cumq; ad ignem
perueniſſent, eo reſtincto, diſiectisq; carris, nonnullis etiam per medium
ignem currentibus, hoſtes inopinatos aſſecuti, ingenti cæde affecerũt. Hoc
factum deditio multorũ excepit. Comius autem elapſus, ne ſic quidẽ quie-
uit,

uit, quin Labienū per inſidias aggredi inſtitueret, atq; tum ſuperatus prælio, in colloquium ut ueniret, perſuaſus eſt. Ibi à quodam Romano uulneratus, priuſquam de ulla re cōueniret, quòd nunquam certam pacem initurus uidebatur, aufugit, iterumq; Romanis moleſtus fuit: tandem deſperatis rebus, his qui ipſum ſecuti erant, impunitatem actorum impetrauit: ſibiq;, ne in Romani ullius conſpectum unquam ueniret. ita enim quidam referunt. Hoc pacto & hi, & ſi qui reliqui erant, deinceps pars uolentes, pars bello uicti in Romanorum poteſtatem redacti ſunt. ac Cæſar præſidijs conditionibusq; impoſitis, pecuniaq; & tributis annuis imperatis, alios fregit, alios manſuetos reddidit. Atq; hæc eo modo conſummata ſunt L. Paulo, C. Marcello Conſulibus. Cæſari iam ex Gallia Romam redeūdum erat, quòd & eam omnem ſubegerat, & temporis ad quod ei imperium cōceſſum fuerat, ratio ſic poſtulabat. Etenim cum id exijſſet iam, bellumq; cōfectū eſſet, nullā preterea honeſtā cauſam cur exercitū nō dimitteret, priuatusq; depoſito imperio uiueret, habebat. Enimuerò quandoquidē & Romæ ſeditiones erant, & Craſſus interierat, Pōpeius aūt rurſus ad potentiā priſtinā peruenerat (quippe & Conſul tertiū fuerat, & in quinq; alios annos ut ſibi Hiſpania decerneretur, effecerat) animoq; iam à Cæſare alieniore (mortua præſertim iam filia, quæ ſola eorū amicitiam cōtinuerat) eſſe incipiebat: ea Cæſarē, ueritū ne legionibus nudatus in Pompeij, inimicorumq; poteſtate eſſet, mouerūt ut exercitū retineret. Proinde his ijſdē annis multi tumultus in urbe graſſati fuerant, potiſsimùm uerò in comitijs, ita ut Caluinus atq; Meſſala Conſules uix ſeptimo tandē menſe creati ſint. ac ne tum quidē id cōfectum fuiſſet, niſi Q. Pompeius Rufus Tribunuſplebis, Syllæq; ſororis filius, in carcerem à Senatu coniectus eſſet: quæ eadem pœna omnibus qui mali alicuius facinoris exiſtere autores uellent, conſtituta, poteſtasq; in eos animaduertendi Pompeio mandata eſt. Vſu ueniebat quidem aliquoties, ut quia aues interregibus non addixiſſent, comitia auſpiciorum cauſa impedirentur: ſed maximè omnium Tribuni plebis, ne magiſtratus crearentur, obſtabant: qui ita omnibus urbanis rebus ſeſe admiſcebant, ut ludos quoq; populi loco Prætorum ipſi peragerent: atq; hanc ob cauſam Rufus in carcerem abductus fuerat. Idem pòſt Fauonium Aedilem nō magnæ rei cauſa in eundem carcerem coniecit, ut ignominiæ nimirum conſortem aliquem haberet. Inijciebant autem Tribuni comitijs tum alia impedimenta, tum hoc agebant, ut in locum Conſulum Tribuni militum (quò per plures Reſpublica regeretur, quemadmodum olim inſtitutum fuerat) ſubrogarentur: cum nemini id perſuaderent, Pompeium utiq; Dictatorem dicendum eſſe contenderunt, in eaq; ſententia diu perſeuerauerunt. Nam & aberat Roma Pompeius, & nemo uel decernere ei hunc honorem (nam odio Syllanæ crudelitatis conſilium id omnibus inuiſum erat) uel metu potentiæ eius denegare ſatis audebat. Tandem ubi ipſe aduenit, Dictaturā, quæ non obſcurè iam ei offerebatur, repudiauit: atque ut Conſules crearentur, curauit. Conſules ob tumultus eorum qui cædes edebant, neq; ſucceſſores ſibi conſtituerunt, & tanquam in magno luctu, ſenatoria ueſte poſita, Senatum in ueſtitu equeſtri congregauerunt: tum Senatuſconſultum fecerunt, ne quiſquam ex his qui Conſulatum aut Præturam geſsiſſent, exteriorem aliquam prouinciam ante elapſum quintum annum acciperet: ſperantes uel hæc ratione certamina de occupandis magiſtratibus tolli poſſe, ſi patêret eum qui obtinuiſſet, non ſtatim cum potentia aliqua futurum. Nihil enim

Cæſar cur bello cōfecto exercitum dimittere noluerit.

Romæ tumultus.

An. V. C. 701.

Q. Pompeius Rufus Tribunuſplebis in carcerem poſitus.

Fauonius in carcerem coniectus.

Pompeium Dictatorem Tribuniplebis facere uolunt.

Senatuſconſultum de prouincijs.

ſani moderati'ue agebatur, ſed cùm lagitionibus acriter cōtendebant, tum plus etiam dimicationibus, ita ut Conſul quoq; Caluinus aliquādo uulnus acceperit. Ita factum eſt, ut neque Conſulibus, neque Prætoribus, neque urbanis alijs magiſtratibus ſuccederetur, ſed prima anni parte ſine omni magiſtratu Romæ uiueretur. Ea res cum alijs malis anſam præbuit, & nundinæ, quæ nono quouis die celebrabantur, ut ipſis Calendis Ianuarijs agerentur effecit.

Prodigia.

Cùm hoc, quaſi non forte fortuna ita accidiſſet, ſed prodigij rationem haberet, Romanos terruit, tùm quod bubo etiam uiſus erat, toto'que triduo ſimulacrum quoddam ſudauerat, fax'que à cœli parte quæ meridiem ſpectat ad orientem tranſcurrerat, multa quoque fulmina deciderant: ſæpius glebis, lapidibus'que & teſtis pluerat. Ac mihi quidem id

Decretū de Iſidis et Serapidis fanis.

quoque decretum quod prioris anni exitu de Serapi Iſideq; factum erat, inter prodigia non extremum uidetur locum obtinuiſſe. Eorum diuorum fana, quæ priuatim nonnulli extruxerant, ſenatus demoliri iuſſit, quòd eos non magnopere inter numina numerabat. ubi ea ſententia obtinuit, ut publicè iam coli inciperēt, extra pomœrium eos deos collocauerunt. Cum is Romæ ſtatus eſſet, ac ſummæ rerum nemo præeſſet, ſingulis fermè diebus cædes perpetrabantur. ac quanquā ad magiſtratus capiendos plurimi contenderent, eaq; de cauſa & largitiones & cædes fierent, tamen comitia non

Milo Clodium interficit.

perficiebantur. Milo cōſulatus candidatus, Clodium in uia Appia ſibi obuiam factū initiò leuiter uulnerauit. pòſt ueritus ne is eam rem uindicaret, interfecit: ſperans, ſi omnes ſeruos qui eam cædem feciſſent ſtatim manumitteret, facilius ſe de cæde, mortuo Clodio, quàm uulneris eodem ſuperſtite, abſolutum iri. Ea re ſub ueſperam Romam perlata, uehemens perturbatio coorta eſt, oblata factionibus anſa belli ac maleficiorum: atq; hi quoq; qui neutrarum erant partium, tamē humanæ ſortis memores, rem indignè ferebant: idq; eo amplius, quòd hac occaſione Milonē quoq; de medio tolli cupiebant.

Rufus. T.Munatius Plancus.

Populum ita affectum nacti Rufus, ac T.Munatius Plancus, qui tum Tribuni plebis erant, magis etiam accenderunt, cadauere prima luce in forum prolato, pro Roſtrisq; expoſito, & omnibus oſtētui exhibito, hiſq; lugubri geſtu additis uocibus, quæ ad rem præſentem competebant. Ita plebs ijs quæ uiderat, quæq; audiuerat perturbata eſt, ut ne religionis quidem iam rationē haberet: ſed omnibus ſepulturę ritibus temeratis, propemodum totam urbem incendio miſceret. Nam corpus Clodij ſublatum ad Curiam honeſto cum funere portauēte: idq; rogo ex ſubſellijs conſtru-

Curia cum Clodij cadauere cōflagrauit.

cto, cum ipſa curia combuſſerunt. quod non repentino quodam impetu, quales plebem multi ſolent inceſſere, ſed conſultò fecēre: ijdemq; hora demum nona in ipſo foro comeſſati ſunt, fumante etiamnum Curia. Milonis quoque domum ſuccendere conati, ab incepto multis eam propugnantibus repulſi ſunt. Milo eatenus propter cædem ſibi metuens, ſeſe abdiderat: ac non plebeiorum modò, ſed equitum quoq;, ſenatorumq; ſe quorundam præſidio ſepierat: tum uerò iram ſenatus in aduerſæ factionis homines ob hoc ab ipſis admiſſum flagitium conuerſum iri ſperans, eum ſenatus ſtatim

Seditio poſt cædem Clodij.

huius rei cauſa ueſperi in palatio cōueniſſet, interregemq; nominari, eiq; ac Tribunis quoq; plebis, Pompeioq; mandari ut curam urbis ſuſciperent, ne quid ea detrimenti pateretur, iuſſiſſent: ipſe quoq; in medium progreſſus, pari, aut maiori etiam quàm prius cōtentione magiſtratum petijt. Hinc iterum ad pugnam cædesq; res deuoluta eſt, ita ut ſenatus decretum id confirmârit, Pompeiumq; Romam euocauerit, ei nouorū ſcribēdorum militum poteſtatem

poteſtatem conceſſerit, ipſiq; ſordidam ueſtem ſumpſerint. Pompeius paulo pòſt ad urbem uenit: tum circumfuſo præſidio extra pomœrium ad theatrum ſenatus habitus eſt, decretumq; ut Clodij oſſa colligerẽtur, Curiamq; Fauſtus Syllæ F. reſtitueret. Curia enim quæ incendio perierat, Hoſtilia fuerat, ſed à Sylla aliter ædificata: itaque ſtatuerant ut is reficeret, nomenq; curiæ mutaretur.

Curia Hoſtilia à Fauſto Sylla reficitur.

Cum omniũ animi ſuſpenſi expectarent qui nam ipſis magiſtratus præficerent, rumoremq; alij ſpargerent, Pompeiũ eſſe Dictatorem creandum, alij Cæſari (qui tum in tanto erat ob res geſtas honore, ut ſupplicationes in ſexaginta dies earum cauſa indixerint) Conſulatũ deferendum: Senatus atq; Bibulus præcipuè, qui primus ſententiã erat dicturus, cum horum utrumq; metuerẽt, ſtudijs plebis anteuerterũt, Pompeio Conſulatũ ne Dictator fieret, tribuẽtes, eumq; ſoli ipſi, ne Cæſar collega eius fieret. Id inuſitatũ, neq; ulli antè Romanorũ cõtigerat, haud abſurdè alioquin factũ eſt.

Bibulo autore Pompeius fit III. Conſul, & ſolus.

Quia enim Pompeius minus plebi quàm Cæſar ſtudebat, omnino ab ea ipſum diuellere, ſuiq; iuris efficere ſe poſſe ſperabant. neq; falſi hac ſunt expectatione. Nouo enim & inopinato honore elatus, nihil iam amplius in plebis gratiam agebat, ſed omnia planè ex animo Senatus gerebat. Cæterùm ſolus magiſtratum gerere haud uoluit, ſatisq; gloriæ in eo ſibi obtigiſſe exiſtimans, quòd ita decretum eſſet, inuidiam eius rei declinandam duxit: quòd uerebatur, ne regione armis uacãte, Cæſar ſibi ſtudio militum atque multitudinis collega daretur: ne is omnino neglectus uideri, iuſtãq; iræ cauſam habere poſſet, per Tribunos effecit, ut Cæſari permitteretur legitimo tempore etiam abſenti Conſulatum petere.

Cæſaris ut abſentis ratio haberetur in petitione Conſulatus, decretũ.

Ipſe Q. Scipionem ſocerum ſuum, ambitusq; tum reum collegam ſibi aſſumpſit. Is Scipio cum Naſicæ eſſet filius, teſtamento in genus hæreditatemq; Metelli Pij adoptatus, atq; hinc cognomentum Metelli ferens, filiam Pompeio in matrimonium dederat, ab eo contrà Conſulatum, ac ne cauſam diceret, acceperat.

Q. Scipio Metellus Cõſul cũ Pompeio.

Erant omnino multi, quibus ambitus cauſa dies dictus eſſet, maximè quia Pompeij legibus effectũ erat, ut iudicia accuratius quàm antè haberentur. Nam is omnes ipſe delegerat eos, ex quib. iudices ſorte duci deberent, certumq; utriq; parti in iudicio certantium aduocatorum numerum finiuerat, ne à multitudine horum iudices confuſi perturbarentur: ad cauſam uerò dicendam actori duas, reo tres horas concedi iuſſerat: id quoq; quod plerunq; iudicia corrumpebat, correxerat, interdicto ne qui reorum laudatores haberentur, aut pro accuſatis deprecarentur.

Iudicia à Pompeio reformata.

Complures enim eorũ qui rei facti erant, eo modo, uiris fide atq; autoritate præclaris intercedentibus, iudicijs erepti fuerant. Hæc, aliaq; horum ſimilia de omnibus iudicijs conſtituta erant. Qui uerò largitiones magiſtratuum adipiſcendorum cauſa feciſſent, ad eos in iudicium pertrahendos cùm alios accuſatores conſtituit, tum hos quoq;, qui ſimili antè de cauſa damnati fuerant, magno propoſito ipſis delationis præmio. Nam quicunq; duos eadem de cauſa, aut minori etiã quàm cuius ipſe damnatus erat, reos peregiſſet, aut unum maioris criminis conuiciſſet, ei impunitas ſui peccati dabatur.

In largitionib. magiſtratum querẽtes ſtatutum.

Hinc factum eſt, ut multi rei fierent, ac Plautius quoque Hypſæus qui in petitione Conſulatus cum Milone & Scipione certauerat. Nam ex tribus his ambitus reis, ſolus Hypſæus damnatus eſt. Scipioni quidem dies dicta erat à duobus, ſed propter Pompeium iudicium effugit.

Plautius Hypſæus reus ambitus.

Milo in iudicium ob hoc crimen pertractus non eſt, quia cædis culpa, in qua erat, maior extabat. Cum de cæde Milonis iudicaretur, iudicum ſententijs damnatus eſt, neque enim uim ullam facere poterat: ſi-

Milo in iudicio de cæde Clodiana damnatus.

quidem Pompeius præſidijs per totam urbem diſpoſitis, armatis cum mili
tibus ad iudicium uenerat : ac cum Milonis cauſa nõnulli tumultuarentur,
militibus imperârat, ut eos foro depellerent, tranſuerſis planiciei gladio-
rum ictibus pulſatos:non ceſſantibus illis, ſed in percutientes tanquã in re
ludicra cõuicia conijcientibus,uulnerati etiã aliqui ſunt, ac nõ nulli cæſi. Ita
iudicũ ſine turba conſeſſu facto,alij alijs de cauſis, Milo autẽ cum quibuſdã
Ciceronis timiditas in defendendo Milone. alijs propter cædẽ Clodij damnatus eſt, quanquã Cicerone patrocinante.
Cum enim orator ille Pompeium armatis militibus prẹter conſuetudinem
in iudicio adeſſe uideret, animo collapſus, ac terrore perculſus ita eſt,ut ni-
hil eorũ quæ præmeditata erant ipſi, diceret,ſed breui ac languida oratione
cõtentus,finem dicendi fecit.Quæ enim nunc Ciceronis quaſi tum pro Mi
lone habita extat oratio, eam poſtea temporis Cicero animo collecto per
ocium ſcripſit. Ferturq; Milo in exilium actus miſſam hanc ſibi à Cicerone
Milonis in Ciceronẽ iocus. orationem cum legiſſet, Ciceroni reſcripſiſſe, bene ſibi eueniſſe,quòd eam
is non in iudicio pronunciaſſet : nunquam enim futurum fuiſſe,ſi hoc mo-
do pro ſe dictum fuiſſet,tantos ut mullos Maſsiliẹ(eò enim exul ſe contule
rat) ederet. quod Milo nòn eo animo ſcripſit,quaſi delectaretur præſenti
ſtatu (quippe multa reditus ſui cauſa impetrandi molitus eſt) ſed Cicero-
nem urbis exagitans, quòd cum defenſionis tempore nihil cauſæ condu-
cibile dixiſſet, deinde inutiles orationes componeret, ſibiq; mitteret, quaſi
Rufus & Plancus damnãtur. uerò tum aliquid ab his iuuari poſſet. Milo itaq; ita damnatus eſt,ac Rufus
quoque, Plancusq;,ut primùm magiſtratu perfuncti ſunt, multiq; prẹterea
alij propter incendium curiæ.Nec profuit Planco Pompeium habuiſſe ſui
ſtudioſum:neque liber ab eodem ad iudices miſſus, quo & laudatio, & de-
precatio Planci cauſa continebatur, M.Catone (is enim de cauſa cognitu-
rus erat) dicente,ſe laudatorem contra illius ipſius leges non admiſſurum.
Et quamuis Cato ſuffragium de ea cauſa non tulit (permittebatur enim le-
ge eiuſdem Pompeij cùm actori,tum reo, ut quinq; ex iudicũ numero exi-
meret,quos contra ſe apertè ſentẽtiam dicturos opinione præciperet, idq;
de Catone ſentiens Plancus,ex iudicibus eum exemerat) tamen reliquorũ
ſententijs Plancus damnatus eſt.Nam & iniquum uidebatur Rufo damna
to, Plancum,cuius eadem erat cauſa,abſolui.& quia Pompeius pro Planco
gratia certabat,opponere ſe ei uolebant, ne ſerui eius potius, quàm iudices
eſſe exiſtimarentur. Etenim Cicero tum quoq; nihilo dexterius Plancũ ac-
cuſauit, quàm defenderat Milonem:quia & iudicij eadem erat quẹ tum fue
rat facies, & in utraq; cauſa Pompeium habebat uoluntate atque reipſa ſibi
Lex de comitijs. reſiſtentem,eumq; non mediocriter tum iterum offendebat. Acceſsit his il
lius temporis actis Pompeij,ut legem quoq; de comitijs(hæc magiſtratum
aliquem ambientes, ad ipſa omnino comitia præſtò eſſe, neq; ullius abſen-
tis rationem haberi iubebat) quæ iam neglecta quodammodo erat, reno-
uaret:decretumq; paulo prius factũ, ut qui in urbe magiſtratus geſsiſſent,
Pompeij leuitas. exteras prouincias ante quinti anni exitum,ne ſortirentur,cõfirmaret. Nẹc
puduit Pompeium,qui tum ea promulgabat, ipſum Hiſpaniæ imperium in
aliud quinquennium accipere:Cæſari autem (cuius amici indigniſsimè le-
gem ferebant) abſenti quoq; Conſulatus petendi poteſtatẽ eodem decre-
to concedere. Adiecerat enim hoc legi, abſentibus petere ſolis his licere,
quibus nominatim atq; apertè id permitteretur.id nihil aliud erat,quàm ne
prohibitum quidem omnino eſſe,quòd hi qui potentiam obtinerent,haud
dubiè effecturi erant, ut ſibi hoc decreto indulgeretur. Atq; hæc tum Pom-
peij

peij erant actiones. Scipio neqꝫ legẽ ullã tulit, & ea, quę de Cenſoribus erãt à Clodio ſtatuta, abrogauit, ijsqꝫ priſtinã poteſtatẽ reddidit: quod cũ in eorum gratiã factũ uideretur, tamẽ in contrariã partẽ uertit. Cum enim & in equeſtri & in Senatorio ordine multi nullius precij homines eſſent, quandiu Cenſoribus nullũ ex his neqꝫ accuſatũ neqꝫ damnatũ loco mouere permiſſum erat, uitio quoqꝫ ipſis dari non potuit, ſi homines improbi ignominia nõ notarentur. At poſtꝙ Cenſores priſtinã ſuã potentiã (qua priuatim quoqꝫ in uniuſcuiuſqꝫ uitã inquirendi, meritoſqꝫ infamia notandi ius habebant) recuperauerunt, neqꝫ offendere multos, neqꝫ in repræhenſionem aliorum incurrere, quaſi immeritos ſua dignitate deſpoliaſſent, uolebãt. Itaque nemo prudens uir Cenſuram petijt. Cæterum Cato, quanuis nullum alioquin ipſe magiſtratum deſiderabat, quia tamen Cæſarem Pompeiumqꝫ auctos ſuprà quàm è Republica eſſet, uidebat, coniecturaqꝫ colligebat fore, ut aut ſimul ſummam rerum inuaderent, aut inter ſe diſsidentes, maximã ſeditionem excitarent, quiqꝫ ex ijs uiciſſet, ſolus rerum potiretur: ſtatuit potentiam eorũ, antè quàm ad certamen deuenirẽt, deſtruere: idqꝫ ut efficere poſſet, cum priuatum ſe nihil obtenturum uideret, Conſulatũ petijt. Quia à Cæſaris Pompeijqꝫ fautoribus animaduertebatur hoc eum moliri, Conſul factus non eſt: ſed M. Marcellus, & Sulpicius Rufus Coſs. creati ſunt, alter ob legum peritiam, alter ob eloquentiam: idqꝫ eò magis, quòd non largitionibus aut ui, ſed demulcendis omnibus cõpellandiſqꝫ eam dignitatem petierant. Cato neque ullum demereri uoluit, & in poſterum petitione Conſulatus abſtinuit, quòd diceret uiri boni eſſe, adminiſtrationem reipublicæ, ſi qui ipſo uti uellent, non ſubterfugere, neque tamen eam ultrà quàm conueniret, expetere. At Marcellus, qui Pompeij partes ſequebatur, confeſtim omnia ad deprimendum Cæſarem agitabat: ac cùm de alijs cõtra eum multis ad Senatum referebat, tum ut ante legitimum tempus ei ſucceſſor mitteretur. Marcello & Sulpicius, & tribuni nonnulli reſiſtebant: hi, quia Cæſari cupiebãt: ille tum hac ipſa de cauſa, tum quia pleriſqꝫ nõ probabatur, imperium cuiquam abrogari, antequam eius tempus exiſſet, nullo eius extante delicto. Hęc ubi Pompeius cognouit (qui Roma profectus erat, tanquam in Hiſpaniam cum exercitu iturus, necdum tamen Italia exceſſerat, ſed legatis omni re Hiſpanienſi commiſſa, ipſe his quæ Romæ agerentur intentus ſubſtiterat) ſimulauit ſibi quoque non probari, ut imperio Cæſar deſpoliaretur: hoc egit, ut Cæſar ſimul atque tempus ei conſtitutum exiuiſſet, (id ſtatim inſequenti futurum erat anno) depoſitis armis, priuatus domum redire iuberetur. Id ut efficeret, C. Marcellum ſobrinum, ſiue (utrunque enim fertur) fratrem M. Marcelli, Cęſaris (quanquam cum eo ipſi affinitas intercedebat) inimicum, ad Conſulatum euexit: itemqꝫ C. Curionem, qui iampridem Cæſarem oderat, ad Tribunatũ promouit. Cæſar alioquin difficulter paſſurus, ut ex tanto tamqꝫ diuturno imperio redigeretur ad priuatam uitam, cum præterea uereretur, ne eo facto, in inimicorum poteſtate eſſet futurus, ita ſe comparauit, ut uel inuitis illis imperium retineret. Itaque & nouos milites ſcripſit, & pecunias confecit, utqꝫ ſuum imperium omnibus ꝙ maximè acceptum eſſet curauit. Interea res urbanas quoque aliquo modo ſibi conſtituendas putans, ita ut ne ui omnia, ſed perſuadendo etiã agere uideri poſſet, cum Curione in gratiã redire ſtatuit, qui ex nobili Curionum genere ortus, animo perſpicaci, uiqꝫ dicendi præditus magna, atqꝫ ad perſuadendam multitudinem peridoneus, idemqꝫ ut uel ipſe primas in ali-

Cenſoris poteſtas à Q. Scipione reſtituta.

Cato Conſulatus repulſam patitur.

An. V. C. 703.

Catonis dictum. [illegible]

C. Marcellus Conſul.

C. Curio Tribunus plebis, ut à Cæſare corruptus, eius rem egerit.

qua re obtineret, uel alios in ſimili cauſa iuuaret, nullis pecuniarũ profuſio-
nibus pepercerat. Eum ad magnas ſpes erectum Cæſar, omniq; ære alieno,
quo ingenti ob magnam prodigalitatem obſtrictus erat, liberatum ſibi ad-
iunxit. Nulli omnino pecuniæ impenſæ, ut quod animo conceperat obti-
neret, Cæſar parcebat: quippe ex ea re cõfecta ſatis ad ſe argenti rediturum
ſciens, multisq; plurima pollicebatur, quorum ne minimã quidem partem
præſtare cogitabat. itaque non ingenuos tantum, ſed ſeruos quoq;, ſi quos
aliquid apud dominos ſuos poſſe intelligebat, demerebatur, eoq; modo
plurimos equeſtris Senatoriæq; dignitatis uiros ſibi conciliabat. Curio, et-
ſi Cæſaris iam rebus ſtudebat, non tamen confeſtim id præ ſe tulit, occaſio-
nem quandam probabilẽ quærens, ut non ultrò, ſed coactus ad eum tranſi
uiſſe uideretur. hoc quoque exiſtimabat, quanto diutius Cæſaris inimicis,
quorum ipſe amicus habebatur, adeſſet, tanto ſe & plura & maiora eorum
ſecreta poſſe perdiſcere. His de cauſis diutiſsimè ſua cõſilia texit: ac ne quã
de ſe ſuſpicionẽ animi immutati præberet, inter eos primas ſibi tum quo-
que uendicauit, qui omnia contra Cæſarem & ſentirent & dicerent: ac iam
inde ab initio ſui Tribunatus concionabatur in eum, multasq; iniquas ro-
gationes ferebat, nõnullas etiam cõtra Senatum, potẽtiſsimosq;, qui Pom
peio maximè ſtudebant: nõ quòd aut putaret, aut uellet aliquam harum ra-
tam futuram, ſed ut ipſis repudiatis, ne contra Cæſarem quidem decernere
tur quicquam (multa enim contra eum iam conſcripta erant) ipſeq; hanc
tranſeundi occaſionem haberet. Ab eo tempore cum multum temporis a-
lijs atque alijs obtentis cauſis, ne quid horum omniũ decerneretur, cõſum-
pſiſſet, indignè ſe id ferre ſimulans, petijt, ut alius menſis ad eas leges tan-
dem perferendas intercalaretur. Ea intercalatio uſurpabatur, quotieſcun-
que id res exigebat, tum uerò nõ cõpetebat: quod Curionem ipſum, quip-
Curio Põtifex. pe Pontificem, minimè fugiebat: ueruntamen opus eſſe intercalatione con
tendebat, collegasq; Pontificij clamoribus exagitans, cum ut aſſentirẽtur
ſibi perſuadere non poſſet (ac ne uolebat quidem) ne aliam quidem ullam
rem quoque decerni paſſus eſt: iamq; apertè Cæſaris cauſam defendens, q;
diu contra eum fruſtra contendiſſet, omnia ea quæ approbatum iri nequa-
quam putabat, obtẽdit: idq; præcipuè uoluit, ut aut omnes qui in armis eſ-
ſent, ijs poſitis exercitus dimitterẽt: aut ne Cęſar quidẽ ſuis copijs nudatus,
aduerſariorũ potentiæ obijceretur. Id nõ eo animo pronũciabat, quòd uel-
let Cæſarem ab armis diſcedere: ſed quòd ſatis compertum habebat, Pom-
peium huic ſententiæ non obtemperaturum, unde Cæſar quoque non di-
mittendi exercitus cauſam eſſet habiturus. Enimuerò Pompeius, cum alijs
rationibus nihil effeciſſet, apertè iam exaſperatus, omnia palàm contra Cæ
ſarem & dixit & fecit: neque tamen obtinuit quicquam, defendẽtibus Cæ-
ſarem cùm multis alijs, tum L. Paulo, qui Marcelli in Conſulatu collega e-
rat, Lucioq; Piſone Cæſaris ſocero, qui tum Cenſurã gerebat. Erant eo tem
pore Cenſores cõſtituti, Appius Claudius, atque Piſo: inuitus quidem hic,
quẽ affinitas Cæſari fauere iubebat. Appius Cæſari inimicus, ac Pompeio
cupiens, præter animi ſui ſententiã Cæſari multum profuit. Multos enim e-
quites ſenatoresq; cũ notaret, inuito collega, effecit ut hi omnes deinceps
Cæſarianas partes ſequerentur. Etenim Piſo cum alioquin quieti ſtuderet,
ac propter generi quoq; amicitiam multos obſeruaret, ipſe notandum ſibi
neminem duxit, collegæ tamen omnes libertinos, multos etiam nobilium,
atq; inter eos Criſpum etiam Salluſtium, eum qui hiſtoriam conſcripſit, Se-

natu

natu eijcienti non repugnauit: Curionem tamen, cui ipſi quoq; iam eadem fortuna impendebat, ipſe cum Paulo eius cognato deprecãdo eripuerunt. Cæterùm ſententiam de Curione Appius ne ſic quidem immutauit, ſed eam publicè in ſenatu edidit. cuius facti indignitate Paulus commotus, ueſtem ſuam proſcidit: Marcellus arrepto Curione, ſperans fore ut odio cùm ipſius, tum Cæſaris, Senatus graue quippiam in eum ſtatueret, ſententias rogauit de eo. Curio primò cõtendere cœpit, non eſſe de ſe ſentẽtias ferendas: mox cognito multos ex Senatoribus qui tum aderant, partim omnino Cæſaris rebus ſtudere, partim eum magnopere timere, ut de ſe cognoſceret Senatui permiſit: hoc præfatus, ita ſe ſibi conſcium, ea ſe egiſſe quæ optima atq; ex uſu patriæ eſſent. proinde uobis, inquit, corpus uitamq; meam dedo, de ijs ut uiſum fuerit, ita ſtatuite. Cum Marcellus ita eum accuſaſſet, ut damnatũ iri nihil dubitaret, poſtquam pluribus ſententijs abſolutum uidit, rem indignam iudicãs, Senatu exiluit: ad Pompeiumq; in ſuburbium procurrẽs, eiq; ipſe per ſe, nullo facto decreto, cuſtodiam urbis mandauit, utq; duas urbanas legiones haberet. Aderant iam tum milites iſti, incerti cuiuſdam negocij cauſa collecti. ea res ſic habebat. Pompeius cum adhuc amicitiam cum Cæſare ſeruaret, unam ei legionem ex ſuis utendam dederat, cum is militibus indigeret, ac Pompeius nullum bellum gereret. Poſtquam inter ſe diſſedere, Pompeius ut & ſuam legionem repeteret, & aliam inſuper Cæſari adimeret, Bibulo in Parthos militibus opus eſſe commentus eſt: ac ne noui delectus haberentur, quòd & celeritatem requiri in hac re, & magnam eſſe copiam exercituum dicebat, effecit ut decretum fieret, quod iuberet ab utroque, Pompeio & Cęſare, ſingulas legiones Bibulo mitti. Pompeius ex his quas tum ſecum habebat legionibus nullam dedit: ſed qui huic negocio erant præfecti, eos iuſsit legionem quam Cæſari ipſe dederat, à Cęſare petere. Ita cum uterq; uideretur unam legionẽ ſuppeditare, re ipſa Cæſar ambas præbuit. Quod tametſi Cęſar intellexerat, tamen ne locum crimini daret, quaſi non obtemperaſſet imperaris, paruit, præſertim quòd hac occaſione futurum uidebat, ut multo maiorem militum numerum contrà deligeret. Hæ igitur duæ legiones ut in Parthos mittendæ, adornabantur: quũ uerò nullus eorũ ad id bellum uſus eſſet, ueritus iam antè Marcellus ne Cæſari redderentur, in Italia retineri iuſsit: tunc autem Pompeio (quemadmodum dixi) eas tribuit. Et quia hæc exitu anni agebantur, futurumq; uidebat Marcellus, ut non diu rata haberentur, cum neque Senatus, neque populus iuſsiſſet, Cornelium Lentulum, Caiumq; Claudium Coſs. deſignatos ſecum ad Pompeium perduxit, ijsq; ut eadem mandarẽt effecit. Quia enim literæ deſignatis Conſulibus traduntur, atq; alia quædam ad magiſtratum eorum pertinentia, antequam eum ineant, agere licet, huius quoq; rei poteſtatẽ habere uidebantur. Pompeius, homo in omnibus alijs rebus diligens, legiones animo libenti accepit, nihil neq; à quibus neq; qua ratione eæ offerrentur, ſolicitus. Nihil tamen, quale quis tam audaci ex facto expectaſſet, ſubſecutum eſt: ſed inimicitia tantùm in Cæſarem manifeſtata, ipſi uim præterea nullam parauerunt, Cæſari autem non abſurdum prætextum repetendarum ſuarum legionum obtulerunt. Etenim Curio, cum multus apud populum in Conſulibus ac Pompeio accuſandis fuiſſet, poſtquam ſatis ſibi id feciſſe arbitratus eſt, rectà ad Cæſarem contendit.

Pompeius ut duas legiones Cæſari ademerit.

Conſulũ deſignatorum poteſtas.

Curio urbe ad Cæſarem profugit.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVADRAGESIMVSPRIMVS,
[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæſar in Italiam uenerit, utq́; Pompeius ea relicta in Macedoniam traiecerit.
Vt Cæſar Hiſpaniam ſubegerit.
Vt in Macedoniam aduerſum Pompeium traiecerit.
Conflictus Cæſaris cum Pompeio apud Dyrrhachium.
Quomodo Pompeium Cæſar ad Pharſalum uicerit.
Annis hæc duobus geſta ſunt, in quibus Conſules fuêre:

An. V. C. 705. L. Cornelius P.F. Lentulus.
C. Claudius M.F. Marcellus.
706. C. Iulius C.F. Cæſar II.
P. Seruilius P.F. Iſauricus.

An. V. C. 705.

Curio literas Cæſaris ad Senatum perfert.

SECVNDVM hæc Curio literis à Cæſare ad Senatum acceptis Romam uenit ad ipſas Calendas, quibus Cornelius Lentulus, & C. Claudius Conſulatum inibant. Eas ne foris acceptas ſupprimerent Conſules, non antè ipſis exhibuit, quàm in Senatum uentum eſt. Nihilominus diu cũctatos, demum Q. Caſsius Longinus, & M. Antonius Tribuni plebis, ut publicé recitarent eas, adegerunt. Antonius quidem pro beneficio hoc, quod tum Cæſari pręſtabat, poſtea temporis ab ipſo magnam gratiam reportauit, & ad ſummã dignitatẽ euectus eſt. In literis Cæſaris cùm enumeratio meritorũ eius in Rempublicam inerat, tum purgatio eorũ quæ obijciebantur criminũ: promittebatq; ſe exercitus dimiſſurum, à magiſtratuq; deceſſurũ, ſi quidem Pompeius idem feciſſet: qui dum in armis eſſet, iniquũ fore ſe cogi ut ea deponeret, quippe qui ſic hoſtibus traderetur. Cum ſententiæ eſſent ferendæ, eæ non à ſingulis pronunciatæ ſunt (metuebãt enim ne quis uerecũdia timoré ue cõpulſus ſecus ꝙ ſentiret, diceret) ſed in diuerſas Curiæ partes diſceſſum eſt: ibi qui Pompeiũ (is tum in ſuburbanis cũ exercitu erat) ab armis iuberet diſcedere, repertus eſt nemo: Cæſarẽ uerò uniuerſi, præter M. quendã Cæciliũ, & Curionẽ eum qui literas attulerat. De Tribunis enim plebis nihil dico, quòd nõ uel ui interceſſerunt, quippe eam poteſtatẽ obtinent, ſiue quid ſtatuere uelint, ſiue infirmare. His ita decretis, tamẽ per Longinum Antoniumq; effectum eſt, ut neque ea die, neque poſtridie eius diei quicquam ratum eſſe iuberetur. id reliquis indignè ferentibus, lugubremq; ueſtem ſumẽtibus, cum ne ſic quidem ratum fieret decretum, tamẽ ea ſententia perſcripta eſt. Confeſtim ad rem ipſam inde peruentũ eſt: quiq; eius decreti autores fuerant, ſtatim Curia egreſsi, mutataq; ueſte reuerſi, de ſupplicijs eorum qui ſe oppoſuerant, deliberauere. Qui cum re percepta primò reſtitiſſent, pòſt territi cùm alijs de cauſis, tum quòd Lentulus ſuaſiſſet ut urbe exirent prius quàm ſentẽtiæ perrferrentur, multis uerbis factis obteſtatiq;, cum Curione ac Cæcilio ad Cæſarem abiêre, non iam magni pendentes, quòd eſſent ex Senatorum albo ſublati. Secundum hoc decretũ, Conſulibus porrò reliquiſq; magiſtratibus urbis cuſtodia de more mandata eſt: deinde extra pomœriũ ad ipſum

Pompeium

Pompeium progreſsi, tumultum eſſe eam rem quæ tum agebatur, cenſuerunt, ipſiq́ pecunias & milites tribuerunt. Decreuerunt præterea, uti Cæſar imperium ſucceſſoribus traderet, & ante certam diem exercitus dimitteret: ſi nõ feciſſet, hoſtem habendum, ac contra patriam egiſſe iudicandum.

Decretum aduerſus Cæſarẽ factum.

Cæſar cum hæc cognouiſſet, Ariminum perrexit, tunc primùm ſuæ prouinciæ fines egreſſus: ibi conductis in unum locum militibus, Curionem, quiq́ cum eo aduenerant, iuſsit coram illis quæ acta eſſent narrare. Quo facto, ipſe inſuper quæ præſens negocium requirebat adijciens, adhuc magis ſuorum animos accendit: motisq́ caſtris rectà Romam uerſus exercitũ duxit, receptis citra pugnã omnibus in quę in itinere incidebat oppidis, præſidijs alijs quòd hoſti imparia eſſent diffugientibus, alijs Cæſari ſeſe coniungentibus. Ea percepta Pompeio terrorem incuſſerunt, iuxtà omnia quæ animo Cæſar agitârat ex Labieno diſcenti. Is enim à Cæſare perfugerat, omniaq́ eius arcana Pompeio enũciabat. Mirum uideri alicui poſsit, quid Labieno in mentem uenerit, ut à Cæſare deficeret, à quo in ſummo ſemper honore habitus, omnibusq́ quæ erant trans Alpes copijs ab eo dum in Italia ipſe moraretur, præfectus fuerat: ſed in cauſa fuit, quòd Labienus ipſe cum eſſet diuitijs ac gloria auctus, maiori cum faſtu quàm pro imperio ſeſe gerebat: cumq́ Cæſar ſibi exæquari uidens, minus iam diligebat. Eam mutationem uoluntatis Cæſaris Labienus nõ ferens, ſimulq́ ſibi metuẽs, defectionem fecerat.

Cæſar Ariminum, & inde ad Romã cum exercitu cõtendit.

Labienus à Cæſare ad Pompeiũ perfugit.

Pompeius his quæ de Cæſare perceperat adductus, præterea quòd haud pœnitendam manũ ille iam coegiſſet, adhæc qui in urbe erant, eosq́ in primis ꝗ partib. ſtudebãt, memoria Marij Syllæq́ facinorũ territos bellum reformidare, cupereq́ ab eo citra periculũ liberari uidebat, ſentẽtia mutata, legatos ad Cæſarem L. Cæſarem eius agnatum, & L. Roſcium Prętorem, qui ultrò eam prouinciã ceperãt, mittit, ſi qua eius imperiũ effugiens mediocribus cõditionibus pacem cõponere poſſet. Cum Cæſar eadẽ, quæ prius per literas ſignificauerat, reſpondiſſet, ac pręter ea uelle ſe ipſum cum Pompeio colloqui, etſi pleriſq́ hoc minimè acceptũ erat, quòd timerẽt, ne cõtra ſe aliquid illi cõponerẽt, tamẽ poſteaq́ legati multas laudes Cæſaris retulerũt, idq́ adeò, fore ut nemo quiſquã ab eo ullam acciperet iniuriã, utiq́ exercitus ſtatim dimitterẽtur polliciti ſunt, permulſi his promiſsis, eoſdem legatos ad Cæſarẽ remiſerunt, magnaq́ ſemper & ubiq́ locorum ab ijs uoce poſtulauerunt, efficerent ut uterq́ ſimul ab armis diſcederet. Metum ea res Pompeio iniecit, ſatis certo, ſe apud populum Cæſare longè inferiorem futurũ, quando utriq́ priuato uiuendum eſſet: itaq́ prius quàm legati redirent, in Campaniam abijt, ibi ſe facilius bellum adminiſtrare poſſe ratus: iuſsitq́ ut uniuerſus ſenatus, omnesq́ ſe magiſtratus ſequerentur, propoſito Senatuſconſulto, quo impunitatem eius demigrationis oſtendebat: prædictoq́, ſe eum qui ad urbem remanſiſſet, eodem cum hoſtibus habiturũ loco. Iuſsit etiam decerni, ut ſecum pecunias publicas, omniaq́ quæ ad urbem erant diuis dedicata dona auferrẽt, ſperans inde ſe magnam uim militum poſſe conducere. Tanta erat uniuerſis propemodum Italiæ urbibus beneuolẽtia in Pompeium, ut haud multo antè eum audiuiſſent eum periculoſo morbo cõflictari, pro incolumitate eius publica ſacra uouerint. Quod ſanè magnum fuiſſe ac ſplendidum munus nemo hominum negauerit, nimirum nulli unquam alij, præter eos qui poſt ea tempora ſummam in omnia poteſtatem obtinuêre, decretum: non tamen id ſatis firmum argumentum fuit, nunquam eos Pompeium metu potẽtioris derelicturos. Porrò etſi

Legati Põpeij ad Cæſarem.

Pompeius in Campaniam abit.

Pompeij decreta.

rò etſi de pecunijs donarijsq; factum fuit decretum, neutra tamen loco mota ſunt. Vbi enim acceperunt Cæſarem legatis iam nihil pacati reſpondiſſe, ſed inſuper uitio eis dediſſe, quòd de ſe mendacia retuliſſent, tum milites ei multos eſſe, eosq; audaces, & ad maleficium omnibus rebus inferendum animo paratos, quemadmodum ferè in id genus negocijs omnia magis terribilia referri ſolẽt, quàm res ipſa ferat: his nuncijs perterriti, prius quàm pecuniam donariáue attingerent, magna cum celeritate Romam reliquerunt.

Fugæ ex Romæ deſcriptio.

Fuit omnino ea fuga alioquin etiam turbarum ac tumultuum plena. Qui enim urbe exibant, (hi erant ordinis ſenatorij equeſtrisq; ferè primarij omnes, itemq; permulti de plebe) etſi uidebantur ad bellum proficiſci, tamen re uera ea patiebantur quæ captiuis uſu ueniunt. Summum ipſis afferebat dolorem, quòd patriam relinquere, uitamq; alibi locorum ducere, murosq; extraneos ſuis magis ſibi aptos habere cogebantur. Nam qui cum tota familia emigrabant, ita delubra, ædes ſuas, ſolumq; patriæ relinquebant, ut ea ſtatim aduerſariorum futura ſcirent: ſatisq; ipſis conſtabat, Macedoniam, Thraciamúe ſibi, ſi belli periculum euaſiſſent, habitandam fore, non ignaris ſententiæ Pompeij. Qui uerò ad urbem liberos uxoresq; ſuas & precioſiſsima quæq; reliquiſſent, uidebantur quidem illi ſpem redeundi in patriam habere aliquam: uerùm longè quàm cæteris difficilior ipſis diſceſſus erat, ab his quæ homines cariſsima habent, diuulſis, duplicíq;, & inter ſe quàm maximè contrariæ fortunæ expoſitis. Quia enim coniunctiſsimos ſuos in poteſtatem hoſtis dediſſent, uidebant ſe ſi in bello parum ſtrenuos ſeſe geſsiſſent, in periculo uitæ futuros: ſin ſtrenui fuiſſent, illis priuatum iri: adhæc neutrum ſe amicum, utrumq; infenſum habituros: Cæſarem, quòd non ipſi quoq; Romæ manſiſſent: Pompeium, quòd non omnia ſua ſecum abduxiſſent. Ita hi ſententijs uotisq; & ſpe alternantes, corporibus à ſuis ſummè neceſſarijs diuulſi, animis in duas partes diſtrahebantur. Qui Romæ remanebant, diuerſis ab his, ſed tamen & ipſis inuicem pugnantibus affectibus percellebantur: quippe à ſuis ſeiuncti, ac quaſi patronis orbati, cum ad ſeſe defendendos ſatis uirium nequaquam haberẽt, bello expoſiti, futuríq; in poteſtate eius, qui urbem obtinuiſſet, ipſi quoq; metu iniuriarũ ac cædium quas iam tum ante oculos ſuos repræſentabant, affligebantur: ijsq; hi qui diſcedebant, alij tanquam deſertoribus ea imprecabãtur, alij ueniam neceſsitati dantes, euentura tamen hæc uerebantur. Reliqua omnis multitudo, ut maximè diſcedentibus genere propinqui non eſſent, tamen eorũ cauſa dolebant, alius uicinos, alius ſocios procul à ſe profecturos, multaq; & facturos & perpeſſuros indigna exiſtimantes. Suam uerò ipſorum ſortem longè maximè lugebant. Cum enim uiderent à magiſtratibus, Senatuq;, & omnibus alijs quorum aliqua eſſet potentia (neq; uerò conſtabat, ullusńe eorum eſſet Romæ perſeueraturus) & patriam, & ſe deſeri, quos nequaquam exceſſuros urbe cenſerent, niſi multa ei horrendaq; mala imminerent, iam magiſtratibus ſocijsq; deſtituti, planè orborũ parentibus puerorum, uiduarumq; mulierum ſimiles erant. Iam cum iras, cupiditatesq; eorum qui Romam petebant, ſecum expendebant, memoriaq; repetẽbãt mala ſuperiorum temporum, quæ partim ipſi ſenſerant, partim ex alijs audiuerant, cogitantes quæ & quanta Marius ac Sylla edidiſſent facinora, nihil de Cæſare moderati ſibi pollicebantur: ſed longè plura atq; atrociora metuebant, quòd eius milites maiori ex parte barbari erant. Eo modo omnibus affectis, nemineq; rem hanc ſecuro animo accipiente, exceptis his qui Cæ-

ſari

ſari amicitia iuncti uidebantur (tametſi his quoq; ipſis nõ firma fiducia ad-
erat,ſed mutatione morum, quos pleriq; pro rerum ſtatu conuertunt, fide-
bant) ne cogitari quidem facilè poteſt, quãtum in profectione Conſulum
reliquorumq; qui eos comitabantur,turbæ atq; luctus extiterit. Totam no
ctem obambulantes, tumultum excitauere.ſub diluculum,cum circumeun
tes ad ſingula ſana, uota concepiſſent, deos inuocaſſent, ſolum exoſculati
eſſent,quibus & quot ex periculis erepti, nunc (quod nunquam antè tenta
tum ab ipſis eſſet) patriam relinquerent,deploraſſent, ingẽs omnium com
miſeratio coorta eſt. Iam ad portas urbis eiulatus plurimus extitit : ibi alius
alium, tanquam poſtremum hoc & ipſum, & urbem uiſurus, ſalutare, Iij ſuã
ipſorũ ſortem lugere,abeuntibus benè optare : plurimi tanq; à ſuis proditi,
eis imprecari:aderãt enim omnes quotquot in urbe remanere ſtatuerãt, cũ
omnibus liberis uxoribusq; ſuis. Poſt hęc illi quidẽ urbe exceſſerũt,hi uerò
eos deduxerũt,ac nõnulli dum à notis ſuis detinẽtur,moras fecerunt,alij in
mutuis cõplexibus diutius hæſerunt. Qui in urbe permanere decreuerant,
abeuntes q; longiſsimè comitãtes, clamore et commiſeratione proſequuti
ſunt:ac quaſi furore diuino cõciti,ut aut ſe unà abducerẽt, aut ipſi quoq; in
patria remanerẽt , obteſtati ſunt. Ad horũ unumquodq; ululatus magnus,
lacrymæq; adſtantium immenſæ erumpebant . In hoc enim ſtatu ſpes me-
lioris cõditionis menti minimè accidebat, ſed miſeriæ primò ad urbem ma
nentium , deinde etiam proficiſcẽtium animis obuerſabantur. Poterat tota
res haud iniuria ſi quis eam coràm inſpexiſſet, comparari duobus populis, *Comparatio.*
duabusq; ciuitatibus, quæ ex uno populo,unaq; ciuitate exiſterẽt, quarum
altera in exiliũ abiret,altera deſerta caperetur. Ad hunc igitur modum Pom
peius plurimis ſecum abductis Senatorum (nonnulli enim ibi permanſe-
runt,quorum alij Cæſaris rebus, alij neutri ſtudebant) urbe exceſsit, dele-
ctus militũ ex oppidis inſtituit, pecunias coegit, & præſidia in omnes par-
tes miſit. Cæſar poſtea quàm hoc comperit, Romam quidem non conten-
dit:nam eam in præmium uictori propoſitã nouerat, dicebatq; ſe bello non
Romam tanquã hoſtem,ſed propter eam aduerſarios impetere . Cæterùm
literas per totam Italiam circummiſit, quibus et Pompeium ad diſceptatio-
nem cauſæ prouocabat : & alios ut bono eſſent animo, ſeq; domi contine-
rent, multis annexis pollicitationibus cohortabatur. Ipſe Corfinium, quod *Corfiniũ à Ce*
oppidum à L. Domitio tenebatur, nec dum deditionem fecerat, profectus *ſare obſidetur.*
eſt: obuiaq; ſibi manu prælio ſuperata, reliquos obſidione cinxit. Igiť Pom-
peius, ubi eos obſideri, reliquorũ uerò complures ad Cæſarem tranſire ſen- *Pompeij de Ita*
ſit, quòd iam Italię obtinẽdæ nulla ſpes reſtaret, in Macedoniã, Græciamq; *lia relinquẽda*
& Aſiam traijcere ſtatuit. nam & in memoria rerum ibi à ſe geſtarum, & in *conſilium.*
populorum regumq; amicitia multum fiduciæ collocabat. Et quamuis om
nem Hiſpaniam ſub ſe habebat, tamen tutò proficiſci eò non poterat, Cæſa
re Gallias obtinente. Præterea reputabat ſi abnauigaſſet, neminem futurũ
qui ſe perſequeretur, cùm ob nauium defectum, tum ob anni tempus, iam
enim autumnus exierat: interim ſe ex regionibus populi Romani imperio
ſubditis , atq; è ſociorum ditionibus magnam & pecuniæ & militum uim
cogere poſſe. His conſilijs adductus, Brunduſiũ perrexit: Domitioq; man- *Põpeius Brun*
dauit, ut Corfinio relicto eòdem ſe conferret. Domitius etſi uirium nonni- *duſium ſe reci-*
hil habebat, ſpeq; bona utebatur (nam cùm alijs rebus milites, tum promiſ- *pit.*
ſione agrorum ſibi deuinxerat: ipſe enim Syllanas partes antè ſecutus, ad *Domitius à*
magna opes inde peruenerat) tamen Pompeio parendũ ratus, qua ratione *Ceſare captus*
dimittitur.

tutò Corfinio excedere poſſet, circumſpiciebat. Quod ubi qui cum eo erãt, animaduertere, diſceſsionem eam, quæ à fuga nihil differret, aſpernati, Cæſari ſe coniunxerunt, eiuſq; ſigna ſecuti ſunt. Domitius, cæteriq; Senatores à Cæſare uerbis increpati quòd ſeſe ei oppoſuiſſent, dimiſsiq;, ad Pompeiũ ſe receperunt. Magnoperè cupiebat Cæſar cum Pompeio congredi, antequam enauigaret, bellumq; in ipſa Italia cõficere, atq; ipſum Brunduſij adhuc morantem compræhendere. (quia enim ad tranſportandum exercitum naues nõ ſufficiebant, Pompeius Conſules cum alijs quibuſdam præmiſerat, ne in Italia ſubſiſtentes noui quid molirentur) uerùm locum expugnatu difficilem eſſe cernens, ad conditiones pacis Pompeium prouocauit, cum pace amicitiam offerens. Cum aliud nihil is reſponderet, quàm ſe ea de re cum Conſulibus communicaturum, hi uerò iam antè decreuiſſent neminem armatum ciuem in colloquium admittere, oppugnationem urbis Cæſar aggreſſus eſt, quam per aliquot dies Pompeius defendit, do-
Põpeius Brunduſio in Macedoniã traijcit. nec nauigia redirent. Quæ ſimul accepit, inædificata urbe quo tutius auehi poſſet, noctu naues ſoluit, incolumiſq; in Macedoniam tranſmiſit: Brunduſium, duæq; ibi naues uiris refertæ, in poteſtatem Cæſaris uenerunt. Hoc modo Pompeius patriam, omnemq; Italiam reliquit, omnibus & deliberatis & actis modo contrario ei, quem prius tenuerat, cum in
Pompeius mutatus. eam ex Aſia aduceheretur: itaq; & fortunam & exiſtimationem priori contrariam nactus eſt. Nam qui prius Brũduſij ſuos milites, ne quam ciuibus moleſtiam afferret, dimiſerat, tum aduerſum eos ſuis auſpicijs alios inde auexit: quiq; antè diuitias barbarorũ Romam aduexerat, tunc omnia quæcunque poterat inde aliò aſportauit: deq; rebus patriæ omni ſpe proiecta, auxilijs alienigenarum, eorumq; quos olim in ſeruitutem redegerat, cõtra patriam uti ſtatuit, maiuſq; in illis ſalutis ac potentiæ ſuæ præſidium, quàm in his de quibus erat bene meritus, poſuit. Itaque ita abijt, ut pro ſplendore quem bellis iſtis ſibi parauerat, puſillanimitatem ob metum Cæſaris, pro gloria auctæ patriæ, ſummam eius à ſe derelictæ ergò infamiam adeptus
Omina Pompeio cladem ſignificantia. fuerit. Enimuerò ut primùm Dyrrhachiũ appulit, ſtatim malo omine ſe patria exceſsiſſe didicit. nam in ipſa adnauigatione fulminibus aliquot milites exanimati ſunt, ſignaq; militaria araneæ inſederunt, ipſiuſq; Pompeij è naui egreſsi ueſtigium ſerpentes aduoluti confuderunt. Hæc portenta Pompeio euenerũt: cæterùm alia toti urbi eo anno, ac paulo antè data ſunt. nam in ciuilibus diſcordijs haud dubiè ab utraq; parte Reſpublica detrimentum
Prodigia. capit. Igitur in ipſa urbe lupi nocturæq; frequẽtes apparuêre, terræmotuſq; crebri cum mugitibus editi ſunt, ignis ab occidua cœli parte in orientalem perlatus eſt: alius ignis cùm alia ædificia, tum Quirini ædem exuſsit: Sol totus deliquium pertulit. ſceptrum Iouis, galeaq; Martis in Capitolio repoſita, itemq; columnæ in quibus leges extabãt, de cœlo tacta ſunt. Multa item animalia partus monſtroſos ediderunt, oraculaq; quaſi Sibyllina cecinêre, multi furore diuino correpti futura prædixerunt. Adhæc nullus præfectus urbis qui ferijs celebrandis præeſſet, eo anno conſtitutus (ut more erat receptum) fuit, ſed (quæ nonnullorum eſt ſententia) omnia quæ eius officij erant, Prætores adminiſtrauerũt: quod tamen inſequenti anno factum, alij memoriæ prodiderunt. Illud quidem denuò quoq; euenit: hoc uerò Per-
* penna quoq; fecit, qui Cenſor olim cum Philippo cum eſſet, diem ſuũ clauſit, quemadmodũ à me relatum antè eſt, nouiſsimus omnium eorum qui in Cenſura eius Senatores fuiſſent. quod ipſum quoq; nouũ ille feciſſe credi-

tus

tus eſt. Proinde quanquam his prodigijs perturbabanť (ceu par erat) Romani, tamen quod utraqꝫ factio ea quę ijs denunciabanť mala in aduerſariā partē decubitura ſperaret, omnis expiatio ab ijs omiſſa fuit. Cæterûm Cæſar ne conſiliū quidē in Macedoniā nauigandi eo tempore cepit, quum & nauibus deſtitueretur, & de Italia ſolicitus eſſet, ne eam Pompeiani legati ex Hiſpania ſuperuenientes occuparent. Itaque Brunduſio præſidium impoſuit, ne quis eorū qui abnauigaſſent, reuehi eò poſſet, ipſe Romam profectus, ad Senatū, qui extra pomœriū ab Antonio & Caſsio (ita qui prius Senatu eiecti fuerant, tunc eundem conuocabant) erat cōductus, concionem habuit longam, humanitatisqꝫ plenam, qua & eorum ſibi uoluntates ipſe conciliaret in præſentia, & bonam ſpem de futuris oſtenderet. Cum enim eos hæc quæ acta erant ægrè ferre, ſiniſtrasqꝫ de ſe opiniones ob militum multitudinem concipere intelligeret, conſolandos eos ſibi, demulcendosqꝫ aliquo modo duxit, ut donec debellaret, quietem agerent. Itaque neque culpauit quenquam, neque minas ulli propoſuit: quinimò in eos qui ciuibus ſuis bellum facere cuperent, non ſine imprecationibus inuectus eſt: denique autor fuit, ut confeſtim legati de pace & concordia ad Conſules et Pompeium mitterētur. In eandem ſententiam ad populum quoque, qui & ipſe extra urbem confluxerat locutus, frumentum ex inſulis aduehi iuſsit, et uiritim ſe CCC ſeſtercios nummos largiturum recepit, eo modo ſe eos illecturum ſperans.

Cæſar Romā aduenit, ac quæ egerit.

At uerò homines illi cum animis ſuis reputantes, diuerſas planè & ſententias eſſe & actiones eorum qui rem aliquam expetunt, eorumqꝫ qui ea potiti iam ſunt, quando initiò his qui reſiſtere inceptis eorum poſſunt, acceptiſsima quæqꝫ promittentes, re quam cōſequendam propoſuerant, perfecta, neque pollicitorū meminerunt, & ſuis uiribus contra eos ipſos, à quibus eas accepêre, utuntur: memoria quoqꝫ repetentes, ut quondam Marius Syllaqꝫ humaniſsima quæqꝫ polliciti fuiſſent, utqꝫ cōtraria omnia præſtaſſent: ad hæc quid affectaret Cæſar ſentientes, eiusqꝫ arma plurima per totam paſsim urbem conſpicientes, neqꝫ eius dictis fidem habere, neque animo ſecuro eſſe poterant, ſed obuerſante adhuc animis ſuis priſtino terrore, iam tum de impendēte malo coniecturam faciebant.

Alius cupientium aliquid, et alius adeptorum animus.

Augebat metum, quòd legati pacis componendæ cauſa delecti quidem, non autem profecti fuerant: ſed & ſocero Cæſaris Piſoni crimini dabať, quòd aliquando mentionē eorum feciſſet. Iam pecuniam promiſſam uti tum acciperent, tantum aberat, ut reliquæ inſuper omnes quæ in ærario habebantur pecuniæ ad ſuſtentandos milites, quorum ipſi metu urgebantur, dandæ fuerint. Inter hæc omnia, tanquam res lætæ obtigiſſent, ueſtem qua in pace uti ſolent, quamqꝫ eatenus poſuerant, reſumpſere. Cæterûm togationi de pecunijs L. Metellus Tribunuſplebis interceſsit: cumqꝫ nihil obtineret, ad ærarium ſe contulit, eiusqꝫ ianuas cuſtodiuit. Non pluris eius cuſtodiam, quàm in dicendo libertatem milites fecêre: ijqꝫ ſera effracta (claues enim ſecum Conſules abſtulerant, perinde ac ſi non earum loco ſecuri liceret uti) omnē pecuniam abſtulerunt.

L. Metellus ærarium contra Cæſarē defendit.

Ad eundem modum, quemadmodū ſæpius demonſtraui, decreta quoqꝫ alia multa facta ſunt, ſub titulo quidē æqualitatis (de pleriſqꝫ enim Antonius referebat) re ipſa autem dominationis firmandæ cauſa. Vtriqꝫ enim aduerſarios ſuos, patriæ hoſtes appellabāt, ſeqꝫ pro Republica bellum gerere dicebant: ſuas tantum uterqꝫ res priuatas augebat, remqꝫ ex æquo publicam corrumpebant. Prætereà Cæſar Sardiniam, Siciliamqꝫ inſulas, excedentibus præfectis earum, abſqꝫ pugna occupauit, Ari-

 ſtobulumqꝫ

Ariſtobulus.

ſtobulumq́; in patriã eius Palæſtinã dimiſit, ut cõtra Pompeiũ is aliquid moueret: filijs eorũ qui à Sylla fuerãt proſcripti, magiſtratuũ petendorũ poteſtatẽ fecit: deniq; omnia nõ Romæ modò, ſed per omnẽ Italiã ita cõſtituit, ut ſibi ad præſentẽ rem eſſent q́ maximè cõmoda. Quarum rerũ cura Antonio cõmiſſa, ipſe in Hiſpaniã ire intẽdit: quæ & impenſe Pompeio fauebat, & metum ei iniecerat, ne Galliã quoq; ad defectionẽ permoueret. Interim Cicero cum Cæſaris in cõſpectũ nequaq; ueniſſet, cumq; eo alij quidã Senatores, ad Pompeium profecti ſunt, quem & iuſtiorem ſe gerere, & bello

Cicero ad Pōpeiū ſe cōfert.

uicturum exiſtimabant. Iuſſerant enim & Coſs. ante ſuum diſceſſum & ipſe Cicero tum proconſul, ut omnes ſe Theſſalonicã ſequerẽtur, Roma ab hoſte occupata. Ipſi uerò Senatus facilè principes erant, ſecumq; quocunque deueniſſent, ſpeciem Reipublicæ perlaturi: itaq; eis ſeſe maior pars Senatorum equitumq; alij è ueſtigio, alij poſtmodò coniunxerunt, itemq; omnes eæ urbes quę Cæſaris armis non coercebantur. Enimuerò ſoli ex omnibus

Maſſilia Cæſarem non recipiens, obſidetur.

Galliæ incolis Maſſilienſes neq; Cæſaris partes ſequuti ſunt, neq; in urbem eum receperunt, & memorabile ei reſponſum dederunt: Eſſe ſe ſocios populi Romani, cæterùm in præſentiarum neq; curioſe inquirere, neq; ſufficere ad dignoſcendum utrius eorum cauſa ſit iniuſta: proinde ſi quis amici more ad ſe uenire uellet, utrumq; ſe abſq; armis uenientem accepturos: ſin bello ueniãt, neutrum. Iidem obſidione cincti à Cæſare, cùm uim eius propulſauerunt, tum Trebonium & D. Brutum obſidentes diu admodum ſuſtinuerunt. Etenim Cæſar aliquantum temporis in oppugnanda Maſſilia, quam captu facilem putârat, perſeuerauit, indignum ratus ſe qui Romam ipſam nullo cum certamine cepiſſet, à Maſſilienſibus excludi: poſteaquàm uerò eos reſiſtendo eſſe ſenſit, oppugnatione alijs mandata, ipſe in Hiſpaniam properauit. Eò C. Fabium præmiſerat: ſed ueritus ne is prælio pro-

Cæſaris in Hiſpania bellum contra Afraniū et Petreiū Pompeij legatos.

prijs auſpicijs commiſſo ſuperaretur, ipſe quoq; eò ſe contulit. Hiſpaniæ ea tempeſtate præerant Afranius ac Petreius, ijdemq; ſaltũ quoq; Pyrenæum præſidio firmauerant: omnes autem copias ſuas ad Ilerdam cõducentes, ibi hoſtium aduentum operiebantur. Fabium quoque qui deiecto Pyrenæi ſaltus præſidio Sicorim fluuium tranſibat, repentè adorti, multos eorum qui ponte in tranſitu rupto à ſuis relicti erant, occiderãt. Paucis pòſt diebus Cæſar ſuperuenit, alioq; ponte flumen tranſgreſſus ad pugnam eos prouocauit: ipſi per multos dies cum prælio congredi non auderent, caſtris contra Cæſaris caſtra poſitis quieuerũt. Qua re Cæſari animus ita auctus eſt, ut locum natura munitum, qui erat inter eorum caſtra atq; oppidum poſitus, occupare inſtitueret, ea ratione muris hoſtes intercluſurus. Cæterùm Afranius cum ſuis eo Cæſaris propoſito præuiſo, ipſe locum eum antecepit, congreſſosq; ſecum repulit: quos dum inſequitur fugiẽtes, ab ipſis ad caſtra hoſtium pertractus, eorum qui inde procurrebant impetum ſuſtinuit: conſultoq; prælium remittens, in loca ſibi idonea pertraxit. ibi cædem eorũ priore maiorem edidit. His factus audacior, pabulatores hoſtium aggreſſus eſt, palantesq; damnis affecit. Fortè Cæſariani quidam fluuium tranſgreſſi fuerant, interim tempeſtas uehemens coorta, pontem, quo utebantur, interruperat. Itaq; qui cum Afranio erant, per alterum pontem qui erat prope urbem tranſeuntes, hoſtes, quibus nemo ſuorum auxilio uenire poterat, uniuerſos deleuerunt. Hæres Cæſarem, cum præterea neq; ſociorũ quiſquam ſuppetias ferret (quippe Pompeiani ſi quos accedere ſentirent, eos ſtatim intercipiebant) & ipſe in aliena terra rebus aduerſis utens, difficultate com

meatuum

meatuum laboraret, in ſummam anxietatem cōiecerunt. Quibus auditis hi qui Romæ erant, deſperatis Cæſaris rebus, quem haud diutius ſuperſtitem futurum exiſtimabant, ad Pompeij ſeſe partes inclinauêre: multiq; ad eum tunc cùm alij, tum Senatores quoq; profecti ſunt. Eodem tempore D. Brutus magnitudine nauigiorum, claſsiariorumq; robore fretus, Maſsilienſes auxilio Domitij, uſuq; rei naualis pręſtantes, naualí prælio uictos in urbem penitus compulit: quod niſi eueniſſet, utiq; de rebus omnibus Cæſaris tum actum fuiſſet. Nunc id factum dedita opera inflatius quàm re uera contigerat Hiſpanis annunciatum, ita eorum nōnullos affecit, ut mutata ſententia Cæſaris partes ſequerentur * acceptosq; perdidit. Afranius cum hæc moleſtè ferret, Ilerdamq; ad diuturnū bellum ſibi neq; tutam neq; idoneam eſſe animaduerteret, ad Iberum fluuium, urbesq; propter eam ſitas diſcedere intendit, noctuq; ſiue latendi, ſiue anteuertēdi hoſtem cauſa, caſtris motis profectus eſt. Cæſar, quanquam ea profectio ipſum non fallebat, non tamē illicò inſecutus hoſtes eſt, quòd nō tutum cenſebat per tenebras cum regionum ignaris hoſtem locorum peritum conſectari. Vt uerò dies illuxit, magna celeritate uſus, in medio itineris Pompeianos dępręhendit, ijsq; exercitum è longinquo undiquaq; circunſudit: ad quam rem ei & multitudo, (qua hoſtibus longè anteibat) & locorum concauitas conducebat. Manum uerò cōferere minimè ſtatuerat, partim quòd timebat, ne ad inſaniam uerſi hoſtes, atrox aliquod ederent facinus, partim quod eos ſe ſine ui ſubacturum ſperabat. ea ſpes Cæſarem nequaquam decepit. Poſteaquàm enim ſæpius conati perrūpere, nuſquam id conſequi ualuerūt: iamq; & ea re, & uigilia inſuper, itinereq; defatigati, ad hæc neque cibum habuere (neq; enim ſecum quicquam tulerunt, quia unicis caſtris ſe quò ſtatuerant, peruenturos ſperauerant) neque potum (eſt autem ijs locis ſumma aquarum penuria) pacti, ut & uis omnis à ſe abſtineretur, neq; contra Pompeium cum Cæſare militare cogerentur, ei ſeſe dediderunt. Vtramque conditionem ſumma fide Cæſar præſtauit: nam & neminē ex his, quos eo bello cepit, occidit, (quanquam Afraniani aliquando induciarum tempore nonnullos de Cæſarianis incautos interemerant) neque ad militiam contra Pompeium quenquam adegit: ſed dimiſsis præcipuis ipſorum, reliqui lucri honorumq; cauſa ultrò eius ſigna ſunt ſecuti. Hoc factū Cæſari haud paruū cùm ad gloriam, tum ad rem gerendam momentū attulit. Omnes enim Hiſpaniæ ciuitates, omnesq; qui in ea erant milites, quorū præter eos qui in Bætica erant, magnū ſecum M. Terētius Varro Pompeij legatus numerum habebat, ſibi adiūxit. Quibus receptis, cōſtitutisq; rebus, ad Gades uſq; decurrit, nemine ulla alia re læſo, pręterq; imperata pecunia: eam enim plurimam exigebat undiquaq;. Honores quoq; priuatim publiceq; multis habuit, & Gaditanū populum ciuitate Romana donauit: quam donationē deinde populus ratam eſſe iuſsit. Ita eos inſomnij ergò remunerauit, quòd Quæſtor ibi per ſomnū uiſus erat cum matre ſua rem habuiſſe, atq; inde (ut ſuprà diximus) ſpem ſolus rerum potiūdi conceperat. His actis, ei genti Q. Caſsium Longinū præfecit, qui mores Hiſpaniæ ſub Pompeio Quæſtor didicerat. Ipſe nauibus Tarraconē uſq; ſubuectus, inde per Pyrenæos mōtes progreſſus, trophæū ibi nullum conſtituit: quoniam ob eam rem Pompeio iam antè obtrectatum fuiſſe nouerat: aram autem magnæ molis ex lapidibus politis conſtructam haud procul à trophæis Pompeianis poſuit. Quo tempore hæc geſta ſunt, eodem Maſsilienſes nauibus alijs à Pompeio acce-

Maſsiliēſes nauali prælio à D. Bruto uincuntur.

Afranius diſcedens à Cæſare circumuenitur, eiq; ſe dedit.

Omnis Hiſpania à Cæſare recipitur.

Gaditani ciuitate donantur.

Ara Cæſaris in Pyrenæo.

Maſsilienſes iterum uicti, Cæſari ſe dedunt.

ptis, denuò prælio contenderunt. Iterum ſuperati, quanquam Cæſarem Hi
ſpania iam potitum audirent, tamen perſeuerauere, oppugnanteſꝗ ui re-
pulerunt. Deinde inducias pacti, dum Cæſar ueniret, in cuius ſeſe poteſta-
tem dedituros ferebant, Domitium clàm ablegauerunt, militeſꝗ tempo-
re induciarum noctu ſe adorientes ita acceperunt, ut in poſterum nihil mo-
uere illi auderent. Ipſi uerò Cæſari ultrò ſe dediderunt. iſꝗ tum quidem ar-
ma, naueſꝗ, & pecuniam omnem eis ademit: pòſt uerò reliqua etiam om-
nia, ſolo relicto ipſis libertatis nomine: quia Pompeius Phocæam quoq;ue,
unde Maſsilienſes oriundi erant, liberam reliquerat. At Placentiæ Cæſaria-

Militum ſeditionem Placentiæ ut Cæſar compeſcuerit.

ni quidam milites tumultuabantur, imperiumꝗ detrectabant, obtendentes
tes ſe iam confectos laboribus eſſe: re autem uera indignè ferebant, quòd i-
pſis diripiendę regionis, cęterarumꝗ ſuarum cupiditatum exequendarum
poteſtatem Cæſar non faciebat. etenim nihil putabant fore, quod ab eo im
petrare non poſſent, adeò ipſorum opera indigente. At uerò Cæſar nequa-
quam conceſsit, ſed conuocatis eis in unum, adhibitiſꝗ etiam reliquis ſuis
militibus, partim quò à ſeditioſis tutior eſſet, partim ut hi quemadmodum
in iſtos animaduerteret, cernentes, diſcerent nihil ſeſe indignum admitte-

Oratio Cæſaris ad ſeditioſos milites.

re: Velim quidem, inquit, milites, me à uobis diligi, ſed eius amoris cauſa in
partem ueſtrorum peccatorum uenire nolim: etenim uos amo, quodꝗ pa-
ter liberis ſuis cupit, uelim uos & ſaluos eſſe, & ſecundis rebus affluere, glo
riaꝗ florere. Enimuerò exiſtimare non debetis, hoc eſſe amantis ſuos offi-
cium, ut hęc eos committere patiatur, unde neceſſariò pericula infamiamꝗ

Amor uerus.

conſequantur: ſed ut eos optima quæꝗ doceat, à malis admonendo caſti-
gandoꝗ coerceat. Vera autem me loqui ita cognoſcetis, ſi non id quod in
pręſentia iucundum eſt, ſed id quod in perpetuum prodeſt, utile iudicaueri
tis: neꝗ implere ſuas cupiditates potius, quàm moderari iiſdem, egregium
» cenſueritis. Turpe eſt enim modò ea uoluptate duci, cuius pòſt pœniteat:
» indignumꝗ eſt eos qui hoſtibus ſuis ſuperiores euaſerint, uoluptatibus ſuc
» cumbere. Quæ eò à me dicuntur, quia uos (dicam enim libero ore, neque
quicquam ſupprimam) rebus omnibus neceſſarijs abundantes, tamen con
tenti nõ eſtis: cùm & ſtipendia integra legitimo tempore accipiatis, ciboꝗ
ſemper & ubiꝗ locorum affatim ſaturemini, neꝗ laborem ullum inhone-
ſtum, neque periculum ullum inutile ſubeatis, præterea uirtutis ueſtræ fru-
ctus, multa & magna præmia feratis, pro delictis uix uerbis increpemini.
Atꝗ hæc mea oratio non ad uniuerſos pertinet (neꝗ enim omnes hoc ani
mo eſtis) ſed ad illos, qui ſua cupiditate reliquos etiam deprauant. nam ple
riꝗ uos accuratè admodum pulcreꝗ meis iuſsis obtemperatis, moreſꝗ pa
trios obſeruatis: quò effectũ eſt, ut in poſſeſsionẽ tot regionum, tãtarumꝗ
diuitiarũ & glorię perueneritis. Pauci quidam ingens dedecus infamiamꝗ
uniuerſis uobis conciliant: quos etſi iam antè quales eſſent cognoueram,
(nihil enim ueſtrûm meam curam effugit) tamen id diſsimulaui, fore pu-
tans ut qui peccaſſet, ſeꝗ id clam me fore arbitraretur, is in poſterum me-
lius ſeſe gereret, ne peccata augendo etiam eorum quæ condonata iam fue
rant, pœnam ſibi excitaret: nunc quoniam, perinde ac ſi ſuppliciorum re-
miſsione licentiam omnia pro libidine ſua agendi adepti eſſent, audacia ef-

Suppliciorum in cœtibus humanis neceſsitas.

feruntur, reliquoſꝗ etiam innocentes ad ſeditionem concitare conantur,
mederi huic malo, & animaduertere in autores opus utiꝗ habeo. Nimirum
alioquin cœtus hominum omnino conſiſtere atꝗ ſaluus eſſe poteſt nullus,
ubi non mali caſtigantur: quòd pars ægrota, niſi medicina conuenienti ſa-
netur,

netur, in reliqua etiam omnes morbum diffundat, ut in corporibus cernimus. Verùm id in exercitibus præſertim cõtingit. nam milites cum uirium aliquid habeant, eò magis fiunt audaces, atq; in corruptelam bonos etiam adducunt, mœſticia eorum animos implentes, dum ſe nullum iuſticiæ ſuæ præmium manere putant. Vbi enim audacia priores partes habet, ibi probitatem laborare neceſſe eſt: & apud quos iniuſticiam pœna non ſequitur, ibi modeſtia quoque ſuo honore ſpoliatur. Quid enim uos boni ſperetis, ſi nullum hi malum inueniant? aut quî conſentaneum ſit, uos honorem expectare, niſi hi meritas pœnas luant? An ignoratis, ubi metus ſuppliciorũ auſertur, ubi ſpes præmiorum præciditur, ibi nihil boni, mala autem innumera exiſtere? Proinde ſi uerè uirtutem colitis, hos iuxtà hoſtibus odiſſe debetis. Non enim natura inter amicũ & hoſtẽ diſtinxit, ſed mores, actionesq;: ea ſunt quæ hoc diſcrimen faciunt, ac ſi bona ſint, etiam peregrinos nobis omnes familiaritate iungunt: ſin mala, etiam cognatos à nobis abalienant. Reputate etiam hoc uobiſcum, quod ueſtra refert: omninò neceſſe eſt, ut qui de noſtra multitudine ac propoſito quicquam perceperit, is crimine paucorum uniuerſos nos oneret: ita quibus nihil cum horum libidine commune eſt, eandem cum ipſis culpam ſuſtinemus. Etenim quis non indignetur, ſi audiat nos nomen quidem Romanorum ferre, Gallos uerò actionibus noſtris repræſentare? aut quis non lamentetur, ſi uideat Italiam perinde ac Britanniam uaſtari? Non'ne indignum eſt, cum à Gallorum debellatorum bonis maleficia iam abſtineamus, nos eas quæ ſunt cis Alpes regiones, Epirotarum, Carthaginenſium'ue aut Cimbrorũ more populari? Iam illud quomodo tandem turpitudine uacet, iactantes uos, quòd primi Romanorum & Rhenum traieceritis, & Oceanum nauigaueritis, patriam ueſtram ab hoſtibus incolumem diripere? ac pro laude uituperium, pro honore ignominiam, pro lucris damna, pro præmijs ſupplicia reportare? Neque uerò præferre uos ciuibus qui domi ſunt debetis ob id, quia ſtipendia meretis: Romani enim utriq; eſtis, & leges (quæ maiorem ueſtra poteſtatem obtinent) ex æquo maleficijs uos prohibent. deinde tempus haud dubiè ueniet, cum uos quoq; arma deponatis. Iam ne multitudini quidem cõfidere uobis cõuenit. longè enim plures ſunt hi quos lædetis, ſi quidem coitionem facere uelint: quod facient, ſi in propoſito ueſtro perrexeritis. Nec quia babaros deuiciſtis, hos quoq; cõtemnendos putate, quibus & genus, & inſtitutio, & uictus ratio, & ſtudia uobiſcum ſunt eadem: Itaq;, ut nobis & conueniens eſt & conducibile, neq; uim neq; iniuriam in eos ullam facite, ſed à uolentibus ipſis res neceſſarias accipite, honoresq; à nõ inuitis expectate. Nam præter hæc, quæ à me cõmemorata ſunt, eaq; quæ ſi quis longam orationem inſtituere uelit, proponi poſſent, hoc uos etiam expendere oportet, in hunc nos modò finem huc adueniſſe, ut patriæ iniurias propulſaremus, in eosq; qui eam malè habuiſſent, uindicaremus. Etenim niſi ea in malis uerſaretur, neque nobis in Italiam cum armis proficiſcendum fuiſſet, cum id alioquin licitum non ſit, neque res Gallicas Britannicasq; imperfectas reliquiſſemus, cum eis extremam manum interim imponere licuiſſet. Quî ergo abſurdum non ſit, nos qui ad aliarum ulſciſcenda flagitia huc nos contulerimus, nihil illis lædendi ſtudio inferiores inueniri? quî non miſerandum ſit, qui ad opitulandũ patriæ uenerimus, ei hanc nos neceſsitatem imponere, ut alios auxiliarios contra nos deſideret? Equidem tanto meam Pompeij cauſa iuſtiorem eſſe cenſeo, ut ſæpenumero eum ad diſceptationẽ

iuris inuitauerim: ac quoniam is conſcientia ſua uictus pacatam tranſactio-
nem renuit, ſpero me cauſæ meæ bonitate totum populum Romanum, om
nesq; ſocios in partē meā pertracturū. At uerò ſi quid huiuſmodi nos com-
mittamus, neq; iuſtam ipſe excuſationem, neq; quòd iure aduerſarios cul-
pem, quicquam habuero. Proinde omnino ſumma nobis iuſticię eſt haben
da cura, cum qua etiam de armorum potentia ſpes bona propoſita eſt: ſine
ea nihil perpetuum extat, ut maxime in præſentiarum quis uictoriam obti
neat. Hæc uera eſſe, pleriq; compertum habetis: atq; ideo, nemine etiam iu-
bente, officio ueſtro ſatisfacitis: quæ mihi cauſa fuit, ut uos tanquam teſtes
coram his quæ à me dicuntur agunturq; adhiberē, uosq; probitatis ueſtræ
cauſa laudarem. Sed uideris, quemadmodum pauci quidam non contenti
ſæpius iam impunè deliquiſſe, inſuper nobis minentur. Ego ſanè neq; aliâs
rectum eſſe arbitror, ut qui magiſtratum gerit, ſubditis ſuis ſit inferior: neq;
ſalutare quicquam agi poſſe cenſeo, ubi hi quibus iniunctum eſt, ut dicto
ſint audientes, imperare ipſi uelint. Intelligitis enim quàm probè ornata ſit
futura ea domus, in qua natu minoribus ætate grādiores deſpectui ſint: aut
ludus literarius, ubi diſcipuli magiſtros contemnant: quæ ſpes ſanitatis æ-
grotis, ſi non per omnia medicis obtemperēt? quàm tuta nauigatio, ſi nau-
tæ gubernatoris iuſsis nō pareāt? Ita natura duas neceſſarias res, eaſdemq;
ſalutares cōparauit in humano genere, ut alij cum imperio eſſent, alij ei ſub-
ijcerentur: nihilq; eſt quod, abſq; hæc eſſent, ne minimo quidem perdura-
re ſpacio queat. Proinde decet eum qui alij præfectus eſt, excogitare quæ
uſui ſint, eaq; mandare: qui uerò ſubditus eſt, abſq; omni excuſatione ob-
temperare, inq; exequēdo mandato elaborare: qua in re præcipuè pruden-
tiam imprudentiæ, ſcientiamq; ignorantiæ præferri uidemus. Quæ cum ita
ſint, profectò neque neceſsitate eò unquam compellar, ut his tumultuanti-
bus quicquam condonem, neq; ui adigar, ut concedam. Quid enim attine-
bat ab Aenea & Iulo ortum eſſe? quid Pręturam geſsiſſe? quid Conſulatū?
quid uos partim domo mecum eduxiſſe, partim pòſt ſacramento rogaſſe?
quid tam longo iam tempore Proconſularem magiſtratum obtinuiſſe? ſi
cui ueſtrûm ſeruibo, ſuccumbamq; hîc in Italia prope Romam alicui eo-
rum, cum quibus Gallos ſubegi, Britannosq; uici? Quo uerò terrore, cu-
ius metu rei adductus id fecero? an'ne quis me ueſtrûm interficiat? Atqui
ſi una eſſet omnibus uobis ſententia, mortem oppetere malim, quàm ma-
ieſtatem imperij euertere: animiq; magnitudinem eam, qu m hæc præſtan
tia requirit, deperdere. Longè enim profectò, longè maius periculū immi-
net, quàm unius uiri iniuſta ſit cædes, ubi milites conſueuerint ſuis ducibus
imperare, iusq; legum in manibus ſuis ponere. Cæterùm nemo quidem eo
rum hoc minatus eſt. Nam ſatis noui, talem è ueſtigio uos reliqui necaſſe-
tis: at militiam, tanquam exhauſti iam laboribus, detrectant, armaq; ut defa
tigati, deponunt: omninoq; niſi miſsionem à me bona uenia impetrent, or-
dinibus deſertis ad Pompeium deſciſcent? id enim nonnulli præ ſe ferunt.
Enimuerò, quis'nam eſt, qui non peruelit huiuſmodi homines à ſe abeſſe?
aut quis non optet aduerſario ſuo tales milites, qui nec datis contenti, nec
iuſſo audientes ſunt, ſed ualidæ ætati ſenectutem, robori imbecillitatē præ-
texentes, dominium in magiſtratus, tyrannidemq; in duces ſuos ſibi poſtu
lant. Ego quidē infinitis modis malim uel cum Pompeio quibuſcunq; con-
ditionibus redire in gratiam, uel quæcunq; alia perpeti, quàm ut indignum
quicquam patria animi altitudine, meo'que inſtituto committam. An uos

latet,

latet,me neque dominationem, neque opes affectare? nec propoſitum mi
hi eſſe, quacunq; ratione ceptum meum conficere, ut & mentiendum mi-
hi & aſſentandum & adulandum eſſet? Agedum igitur uos, quos quo no-
mine compellem digno, non habeo: miſſos uos ab iſta mea militia facio:
non tamen eo quem uos decreuiſtis ac expoſuiſtis modo,ſed ut Reipubli-
cæ,mihiq; fore bono arbitror. Hæc locutus,ſorte eos ad mortẽ delegit,au-
daciſsimisq; (ita enim compoſuerat, ut illi ſorte notarentur) uita multatis,
reliquos, quòd ſibi nullo uſui eſſent futuri, dimiſit: uerùm hi poſtea pœni-
tentia delicti correpti, iterum ſub ſigna Cæſaris recepti ſunt. Dum Cæſar

Supplicium de ſeditioſis ſumit.

adhuc in itinere moratur, M. Aemilius Lepidus, is qui poſtmodò Triũuir
factus eſt, Prætor eo tempore, populo conſuluit, ut Cæſarem Dictatorẽ di
cerent: idq; more patrio ſtatim factum eſt. Cæſar ſimul atque Romam per-
uenit, Dictaturam iniuit: nihil tamen aſperũ in ea geſsit: ſed & exulibus om
nibus, Milone excepto, reditum liberum fecit, & ad ſequentem annum ma
giſtratus conſtituit (hactenus enim in locum eorum qui aberant nullos a-
lios ſubrogauerant: cumq; nullus Aedilis ad urbem eſſet, Tribuni plebis eo
rum munia obiuerãt) Pontificesq; defunctis ſuffecit, non quidem omnib.
eorũ legib. in ea re obſeruatis: Gallis qui cis Alpes trans Padum incolebãt,
quod ſub ſuo imperio fuiſſent, ciuitatis ius dedit. His peractis Cæſar Dicta
turæ nomẽ depoſuit, cum nihilo ſecius omnẽ eius poteſtatẽ ſemper in ma-
nibus teneret: nam & armis utebatur, et legitimã inſuper poteſtatem ab eo
qui tum Romæ erat Senatu accipiebat, concedente, ut quæcunq; uellet, li
berè agere poſſet. Hæc adeptus, ſtatim rem magnã neceſſariamq; eam per-

Cæſar Dictator à M. Aemilio Lepido factus.

fecit. Quũ enim creditores acerbiſsimè à debitorib. ſuis pecunias (quibus i-
pſi ob ſeditiones ac bellum multis opus habebant) exigerent, eorumq; ple
rique, etſi maximè uellent, ſoluendo non eſſent (quippe ea tempeſtate nec
reddere mutuò acceptum, nec mutuò ſumere procliue erat) itaq; multa ma
la fide inter eos, ac per fraudem agerentur, metusq; eſſet, ne ea res ad ſum-
mum malũ deueniret: quanquam rei fœnebri iam antè quoque Tribuni
plebis quidam modum poſuerant, tamen ne ſic quidem æris alieni diſſol-
uendi ratio conſtabat, cum debitores rebus oppignoratis cederent, credi-
tores nihilominus argento ſibi de ſumma ſatisfieri antiquo more poſtula-
rent. His utriſq; Cæſar pro uiribus ut ſuccurreret, pignorum precium æſti-
mari iuſsit, utq; iudices ſorte deligerentur ad huiuſmodi controuerſias ex-
plicandas. Ac quia complures multam uim pecuniæ habere, eamq; omnem
ſupprimere dicebantur, edixit ne quis uel in argento uel in auro etiam poſ-

Cæſaris de diſſolutione æris alieni ſtatutũ.

ſideret plus pecuniæ, quam LX. ſeſtertia: quam quidem ipſe legem non tu
lit, ſed iam antè latam tunc renouauit, ſiue ut creditoribus debitores aliquid
pendere opus haberent, indigentibusq; alij mutuò darent, ſiue ut locuple-
tes qui eſſent, manifeſtum eſſet, ne'ue quis immodicam pecuniam haberet,
ne ſe abſente noui motus aliqui exiſterent. Hac lege populo animis elato,
poſtulanteq; ut ſeruis quoq; dominos deferentibus indicij præmium pro-
poneretur, non modò legi nihil ea de re adiecit, ſed ſibi ipſi inſuper perni-
ciem imprecatus eſt, ſi quid unquam ſeruo contra dominum dicenti crede-
ret. His confectis Cæſar, & ornamentis omnibus cùm ex alijs locis, tum ex

Lex de pecuniæ poßidẽdæ modo.

Capitolio ſublatis, ſub exitum anni, ac priuſquam Conſulatum (erat enim
Conſul deſignatus) iniret, Brundiſium contendit. Expeditionem eo iam
moliente, miluus in foro frondem oleæ uni aſsiſtentium ei iniecit. deinde
cùm Fortunæ ſacra faceret, taurus, antè quàm feriretur, elapſus, urbe exiuit:

Cæſar Roma contra Pompeium exit.

cumq;

cumq́ ad paludem quandam perueniſſet, eam tranauit. Hæc Cæſarem mouerunt, ut magis etiam iter maturaret: idq́ in primis, quòd arioli dixiſſent, ipſi ſi domi maneret, interitum: ſin mare tranſmiſiſſet, ſalutem ac uictoriam obuenturam. Poſtea quàm Roma diſceſsit Cæſar, pueri urbani nemine id iubente in duas partes ſeſe diſtribuerunt, alteriq́ Pompeianorũ, alteri Cæſarianorũ nomen ſibi ſumpſere: tum abſq́ armis commiſſo in ſpeciem prælio, qui ſe Cæſarianos uocauerant, ſuperiores diſceſſerunt. Quo tempore hæc Romę ac in Hiſpania geſta ſunt, eodem M. Octauius & L. Scribonius Libo, P. Cornelium Dolobellam Cæſaris adminiſtrũ, ex Dalmatia, in qua tum fortè erat, profligauerunt, claſſe Pompeij uſi. Dehinc C. Antonium ſubuenire ei uolentem in inſulam quandam exiguam concluſerunt: ibi'que ab incolis deſertum, fame'que preſſum, paucis demptis cum omni manu quam ſecum habuerant, ceperunt. Nonnulli enim in continentem effugerunt, alij'que quidam ratibus mare traijcientes, cum interciperentur, ſibi ipſis mortem conſciuerunt. *Curio Sicilia potitur.* At Siciliam Curio ſine pugna recepit: cuius præfectus Cato, cum neque ad pugnam ſatis eſſet inſtructus, neque fruſtrà urbes obijcere periculo uellet, ante Curionis aduentum inſula relicta ad Pompeium contenderat. *Curio in Africa Varo uicto, à Iuba ſuperatus perit.* Curio in Africam traiecit, ad cuius aduentũ L. Cæſar Clupea urbe, quam tum fortè tenebat, exceſsit: ac P. Attius Varus, qui rebus in ijs locis præerat, multosq́ ſub ſe milites, multas urbes habebat, congreſſus cum Curione, prælioq́ uictus omnia amiſit. *Iuba cur infenſus Curioni.* Sed Iuba Hiempſalis filius, rex Numidiæ, qui cauſam Pompeij prætulerat, quam populi & Senatus eſſe cenſuerat, Curioniq́ cùm aliàs, tum quòd is Tribunuſ plebis regno ſe ſpoliare, regionemq́ publicam Romanis facere intẽderat, magna ui bellum Curioni fecit. Itaque non præſtolans eius in Numidiã aduentum, oppugnanti Vticam occurrit, non quidem omnibus cum copijs ſuis, ueritus ne Curio (quem non tam reijcere, quàm ſupplicium ab eo ſumere cupiebat) re maturè cognita ſe in tutum reciperet, ſed paucis præmiſſis, ſparſoq́ etiam rumore, quaſi ipſe in longinquas aliò regiones profectus eſſet, ſuos ſubſecutus eſt. Neque falſus ſua ſpe Iuba eſt. Etenim Curio audito eum aduentare, in caſtra ſe quæ mari propinqua habebat, receperat: decreuerarq́, ſi ab hoſtibus premeretur, nauibus conſcenſis tota Africa decedere. Sed poſtea quàm paucos quoſdam, eosq́ ſine Iuba aduenire accepit, animo collecto, ſtatim de nocte tanquam ad certam uictoriã, ne'ue ſibi hoſtes elaberentur, profectus, cum in itinere quoſdam qui agmen hoſtile pręceſſerant, ſomno captos interſeciſſet, longè alacrior factus eſt. Albente primùm cœlo cum in reliquos è caſtris progreſſos incidiſſet, quanquam itinere uigiliaq́ confectos milites habebat, tamen nulla interiecta mora ſtatim manus cum eis conſeruit: qui cum reſiſterent, incertoq́ etiamnum euentu certaretur, ſubitò Iuba uiſus eſt, isq́ Curionẽ cum ſuis inopinato ſuperuentu, multitudineq́ ſuorum perdidit, ipſum Curionem cum multis eo ipſo in loco concidit, reliquos ad caſtra uſq́ perſequutus eſt: eaq́ in trepidatione multis pecunijs potitus, multos interfecit. Complures ex his qui effugerãt, partim in contentione propter conſcenſionem nauium pulſati collapſiq́, partim in ipſis nauigijs nimio pondere deſidentibus, perierunt. Quibus ita euenientibus, uerití nonnulli ne eandem fortunam experirentur, ſpe ſalutis ſuæ Varo ſeſe dediderunt: ſed ne hi quidem humanitatem ullam experti, ferè omnes à Iuba, qui per ſe uictoriã ſtetiſſe obtendebat, occiſi ſunt. Sic Curio cum plurimis in rebus Cæſarem adiuuiſſet, maximaq́ ſibi de eo pollicer etur,

liceretur, perijt. Iuba autem à Pompeio, reliquisq; qui in Macedonia erant
Senatoribus, honoribus affectus, rexq; appellatus: à Cæſare uerò, ijsq; qui
Iuba rex uocatus.
ad urbem erant, incuſatus, hoſtisq; iudicatus eſt. Bocchus & Bogud, quòd
hoſtes Pompeij eſſent, reges dicti ſunt. Anno inſequenti Roma duplices
An. V.C. 706.
magiſtratus, contrà quàm leges ferrent, habuit: eodemq; anno prælium in-
gens commiſſum eſt. Romę duo Conſules, Cæſar & P. Seruilius, Prætores
quoq; & alij legitimi magiſtratus delecti erant. Qui uerò Theſſalonicæ de
gebant, nihil horum conſtituerunt: quamuis, ut quidā autores ſunt, ibi cum
Conſulibus cc. ſenatores agerent, & ad præſcriptū legis locum ad auſpicia
capienda publicū fecilſent, ut iam uniuerſus ibi & populus & urbs ipſa eſſe
uideri poſſet. In cauſa tamen fuit, quo minus nouos magiſtratus crearent,
quòd lex Curiata à Conſulibus lata non erat. Itaq; ijſdē quibus antè uſi ſunt
magiſtratibus, appellationibusq; tantùm mutatis, eos Procōſules, Proprę-
tores, Proquæſtores dixêre. Morum enim patriorum magnam adhuc curā
gerebāt, quamuis armis captis, patriaq; relicta, nō omnia quæ ad rem præ-
ſentem requirebantur, neq; omnino ſecundum inſtituta patriæ perficere
poſſent. Verùm enimuerò cum hi utraq; ex parte nomen magiſtratus ge-
rerent, ipſa tamē ſumma rerum uerè penes Pompeium & Cęſarem erat, qui
ut legum à ſe obſeruatarum famam reportarent, hic Conſulis, ille Proconſu
lis nomen ferebat: neq; tamen ex magiſtratuum pręſcripto, ſed ſuo arbitrio
cuncta adminiſtrabant. Ad hunc modum imperio in duas diſtracto partes,
Pompeius quidem Theſſalonicæ hyemabat, neq; oræ maritimæ cuſtodiæ
diligenter intentus erat, quòd neq; redijſſe adhuc ex Hiſpania Cæſarem pu
Pōpeij Theſſalonicæ hyemātis negligentia.
tabat: atq; ut maximè reuerſus eſſet, minimè tamē ſuſpicabatur eum hyeme
Ionium mare traijcere auſurum. At Cæſar Brundusij ueris aduentum præ-
ſtolabatur: cumq; Pompeium longè abeſſe, parum accuratè oppoſitam
continentem cuſtodiri percepiſſet, occaſione belli gerendi arrepta, curſum
ibi expectauit, mediaq; iam hyeme cum parte exercitus (neq; enim ſatis na
uium habebat ad uniuerſas copias ſimul traijciēdas) uela dedit: ac non ob-
ſeruatus à M. Bibulo, cui maris cuſtodia mādata fuerat, ad promontorium
appulit, quæ Ceraunia uocantur, & ab Epiri extremis partibus ad fauces
Ionij maris pertinent. Eò cum prius perueniſſet, quàm fama nauigaturum
Cæſar in Macedoniam tranſmittit, Oricū et Apolloniam capit.
eſſe afferretur, naues Brundusium ad reliquos etiam tranſuehendos remi-
ſit: quibus in altum prouectis, Bibulus damnum intulit, ac nonnullas ſub-
merſit, ut Cæſar ab euentu diſceret, fortunam magis quàm cōſilium ſuæ na
uigationi adfuiſſe. In hac mora Cæſar Oricum, Apolloniamq;, & alia item
eò loci oppida, à præſidijs Pompeij derelicta occupat. Apollonia Corin-
Apollonia.
thiorum colonia loco peropportuno ſita eſt, ſiue terram, ſiue mare, ſiue flu-
mina reſpicias: idq; præ reliquis maximam mihi admirationē mouit, quod
ad fluuium Auam ignis multus editur, qui tamen neque in adiacentem tel-
lurem ſeſe exerit, neque eam in qua exiſtit, inflāmat aut areſacit: ſed ea her-
bas, arboreſq; etiam ponè ignem germinantes edit, quæ imbribus ſuperfu-
ſis adoleſcunt, & in altitudinem excreſcunt, unde ei loco Nymphæum no-
men inditum. Ibi & oraculum editur, idq; hoc modo: Thure accepto, preci-
Oraculum ad Apolloniam.
busq; eius rei ergò quam uolunt, factis, ipſum thus ut ſecū eas preces deſe-
rat, ad ignem proijciūt: tum ſi ratum ſit futurū uotū, ab igni thus eueſtigiò
corripit: ac ſi thus extra ignē fortè deciderit, accurrēs ignis id abripit & con
ſumit: ſin irritū erit uotū, neque accipit ab igni thus: & ſi in ipſam flammam
conijciat, recedit ab ea, atq; effugit. ita in utramq; partē ignis futura prædi-
cit,

cit, morte, nuptijſq; exceptis: de his enim non licet cuiquã oraculũ id con-
ſulere. Atq; ea eſt iſtius oraculi ratio. Cæſar Antonio, qui reliquis militib. à
Brunduſio tranſuehẽdis præpoſitus erat, moras faciente, ac ne nuncio qui-
dem ab illis hyeme ac Bibulo prohibentibus, adueniẽte, ſuſpicatus eos me
dio inter utranq; partẽ ſeruato uelle euentũ rerum operiri, quod in bellis ci
uilibus ferè uſu uenit, ſtatuit unicus ipſe in Italiam nauigare: itaq; conſcenſo
Cæſar quãtum ſuæ fortunæ tribuerit.
lembo, ſeq; alium quendam à Cæſare miſſum prædicans, gubernatorem ut
proueheretur, quanquam uentus incumberet, coegit. Poſtquã à terra pro-
uectos uentus uehementer oppugnauit, procellaq; admodum conturba-
uit, ita ut ne coactus quidem nauis magiſter ulterius nauigare auderet, ſed
eo inuito retrò uertere curſum aggrederetur: ibi Cæſar ſe cognoſcendum
præbuit, quaſi ea re tempeſtatem ſedaturus, dixitq;: Bono animo es, Cæſa-
rem enim uehis: tanti ſpiritus illi, tantaq; ſpes erat, ſiue ea aliunde, ſiue ex o-
raculo concepta, ut certiſsimam ſibi ſalutis fiduciam etiam cum contraria
omnia apparerent, propoſitam teneret. Non tamen tranſmiſſum tunc ei
mare eſt: ſed multo incaſſum exhauſto labore, ad terram redijt. Secundum
Caſtra Pompeij et Cæſaris oppoſita ad Apſum fluuium.
id factum Cæſar ad Apſum fluuium contra Pompeium caſtra poſuit. Is e-
nim ubi primùm de aduentu Cæſaris certior eſt factus, nulla interpoſita cũ-
ctatione, quòd eo ſe facile ſuperiorem futurum, antequam is Antonianas
copias acciperet, ſperabat, magna feſtinatione cum exercitus parte ad A-
polloniam profectus eſt. Ei Cæſar, cum ſatis uirium ſibi eſſe aduerſum eos
qui tum adueniſſent putaret, uſq; ad fluuium obuiam iuit: ibiq; cum intelle-
xiſſet ſe multitudine hoſtibus longè imparem eſſe, ſubſtitit: ac ne uel timo-
re adductus id agere, uel belli ipſe initiũ uelle facere exiſtimari poſſet, de cõ
poſitione ad Pompeiũ qui loquerentur miſit, ipſe interim tempus ei rei in-
tentus extraxit. Quibus cognitis, Pompeius dimicandum quàm primùm
ſtatuens, fluuium trãſire inſtituit: ſed ponte ſub pondere interrupto, amiſ-
ſis aliquot ſuorum, qui præ cæteris cum tranſiuiſſent, à ſuis defecti occide-
bantur, dolens primum hunc ſibi belli conatum malè cecidiſſe, reſtitit: ter-
ritusq; interim aduentu Antonij, ad Dyrrhachium receſsit. Etenim quan-
Antonius ut copias Cæſari adduxerit.
diu Bibulus in uiuis fuit, ne Brunduſio quidem auehi Antonius auſus erat,
tantam ille in maritimo officio diligentiam adhibebat: poſteà uerò quàm
Bibulus tot laboribus miſerijsq; abſumptus obijt, reiq; naualis adminiſtra-
tio ad Libonẽ deuenit, eo deſpecto Antonius, uel ui nauigationis ſibi po-
teſtatem paraturus, prouectus eſt: cumq; terram attigiſſet, Libonem ſe ag-
greſſum ui repulit: eundemq; cum ex nauibus egredi deinde uellet, ea con-
tinente quam tenuerat, prohibuit. Ita Libo & portus, & aquæ egens (inſu-
la enim exigua, quæ ante portum ſita erat, & ad quam unicam ei naues ap-
pellere licebat, aqua, portuq; carebat) procul auectus eſt eò, ubi utrunq; ſe
habere poſſe nouerat. Poſt eum Antonius quoq; naues ſoluit, nihilq; à Li-
bone, quanquam is in alto eum adoriri inſtituerat, detrimenti accepit: nam
uehemens coorta tempeſtas & Libonis conatum impediuit, & utriq; dam
num intulit. Militibus incolumibus in terram aduectis, quemadmodum de
monſtratum eſt, Pompeius Dyrrhachium ſe recepit, eumq; Cęſar audacter
inſecutus eſt, quòd acceſsione ad ſuum exercitum tanta facta, multitudinẽ
Dyrrhachiũ.
Pompeium anteibat. Dyrrhachium in terra Illyriorum Parthinorum (ita
enim primùm uocabatur, nunc, ut iſto quoq; tempore, Macedoniæ annu-
meratur) poſitum eſt, admodũ opportuno ſitu, ſiue ea Epidamnus, urbſq;
Corcyrenſium ſit, ſiue alia quædam. qui enim Dyrrhachium ab Epidamno
diuerſam

diuerſam faciũt urbem, ij illam conditã, nomenq́ duxiſſe à Dyrracho quodam heroe aſſerũt. alij autores ſunt, mutato nomine hanc urbem à Romanis Dyrrhachium eſſe uocatã, quòd ibi difficilia ſint littora (Rhachia enim littus Græcis eſt) quia ipſis Epidamni uocabulũ, cum detrimentum, adeoq́ damnum ipſorum lingua ſignificet, eò traijcientibus ſiniſtro omini fore uiſum ſit. Ad eam igitur tum Pompeius urbem confugiens, caſtra extra urbẽ poſuit, caq́ actis foſsis altis, defixisq́ trabibus præſepijt. Cæſar caſtris ei oppoſitis: poſtquam à caſtrorum Pompeianorum oppugnatione, quæ ſe ob multitudinem militum facilè expugnaturum confiſus erat, reiectus eſt, ea operibus claudere inſtituit. Quo in opere dum uerſatur, interim Pompeius alias partes trabibus præfixis firmauit, alias munitionibus foſsisq́ cinxit, in locis editis turres & præſidia conſtituit, ita ut & circuitus operum infinitus eſſet, neq́ hoſtes etiãſi uiribus præualerent, irruere eò poſſent. Interim crebra prælia, ea tamen parua, fiebant, inſtabili ferè, ac modò in hanc, modò in illam partem inclinante uictoria, ita ut propemodum idem militum numerus utrinq́ deſideraretur. Verùm ubi Cæſar ipſum Dyrrhachium, quà inter paludes atq́ mare poſitum eſt, ſpei eius per proditionem eorũ qui ibi præſidio relicti erant occupandi, aggreſſus eſt, atq́ in anguſtias locorum deuenit, ibi multis ex aduerſo irruentibus hoſtibus, multis à tergo adoriẽtibus, qui nauibus in hunc uſum ſubuecti erant, permultis ſuorum amiſsis, ipſe quoq́ in ſummo periculo fuit. Quare Pompeius animo confirmato, munitiones Cæſarianas contra ſe ædificatas noctu aggreſſus, partem earum inopinato aduentu occupauit, multis excubitorum eo locò occiſis. Cæſar hoc euentu motus, quodq́ frumenti penuria laboraret (nam & mare uicinum, & terræ propinquæ à Cæſare alienæ erant) eiusq́ rei cauſa nonnulli tranſfugiſſent: metuens ne ſe Pompeium obſidẽte debellaretur, aut ipſe ab alijs deſereretur, omnibus caſtellis quæ exædificauerat, deiectis, omnibus munitionibus euerſis, ſubitò uaſis conclamatis in Theſſaliã contendit. Nam quo tempore Dyrrhachium obſeſſum eſt, eodem L. Caſsius Longinus, ac Cn. Domitius Caluinus, qui à Cæſare in Macedoniam & Theſſaliam miſsi fuerant, alter quidem à Scipione, & Sadalo Thrace magna clade affectus erat. Caluinus autem, cum eum Fauſtus Macedonia pepuliſſet, acceptis Locrẽſibus Aetolisq́, eorum auxilio in Theſſaliã profectus eſt: Scipioneq́ duobus prælijs profligato, quorum altero eum per inſidias adortus fuerat, altero eius inſidias ut uitaret, ipſe quoq́ occultè per dolum hoſtem petierat, urbes nõnullas in ſuam poteſtatem redegerat. Eò Cæſar properauit, quòd & commeatũ ſe facilius cum ijs parare poſſe, & bellum gerere ſperabat. Cum ob aduerſam fortunam, quam ad Dyrrhachium expertus erat, à nemine reciperetur, omiſsis reliquis urbibus etiã cõtra animi ſui ſententiã, Gomphos oppidũ Theſſaliæ oppugnauit: coq́ ui potitus, magna edita cæde, omnia diripuit, ut & eo facto alijs quoq́ terrorẽ inijceret. Itaq́ cõfeſtim Metropolis, oppidum & ipſum Theſſaliæ, antè quàm ad manus deueniretur, ſeſe ei dedidit: quibus cum nihil omnino nocuiſſet, utroq́ exẽplo plures ſibi adiunxit, uiresq́ ſuas reparauit. Pompeius Cæſarem, quia is & repentè de nocte diſceſſerat, & flumen Genuſum magna celeritate tranſiuerat, inſecutus nõ eſt: debellaſſe autẽ iam ſe perſuaſum habebat, Imperatorisq́ nomẽ ea ex re acceperat: quamuis neq́ orationẽ ullam inflatã habuit, neq́ faſces lauro inuoluit, de ciuibus uictis hoc ferre indignum iudicans. Eadem cauſa ipſi fuit, cur neque in Italiam ipſe nauigaret, neque alios eò mitteret, quamuis

Põpeij & Cæſaris ad Dyrrhachium caſtra.

Cæſar cladem apud Dyrrhachium accipit.

Cæſar in Theſſaliam abit.

L. Caſsius Longinus.

Cn. Domitij Caluini geſta in Macedonia.

Gomphos capit & diripit Cæſar. Metropolis.

Põpeij cõſilia, utq́ in Theſſaliam Cæſarem inſecutus fuerit.

perfacilè ei erat uniuerſam regionem occupare, cum ex omnibus locis eodem momento nauis eò appellere poſſet: cumq; alioquin is eſſet in Italia rerum ſtatus, ut animi hominum à Pompeio non eſſent alieni: atque ut maximè fuiſſent, tamen ad reſiſtendum uirium nequaquã ſatis habebant. Cæterùm Pompeius eò procul ab Italia abeſſe, ut pro ea bellum gerere uideretur, neque ullum metum ijs qui tum Romæ erant, obijcere uolebat: itaque Italiam tunc intẽtatam reliquit, ac ne literis quidem ad Rempublicam miſſis de rebus à ſe geſtis, Cæſarem in Theſſaliam inſecutus eſt. Cum caſtra caſtris oppoſita eſſent, ſpeciem ea res belli quandam exhibuit: uſus tamen armorum, perinde ac in pace, intermiſſus eſt. Vt cunctarentur, et magnitudo periculi expenſa faciebat, & uerecúndia mouebantur, quòd eiuſdem nationis, adeoq; cognati prælio dimicaturi eſſent: interim de componenda amicitia per internuncios utrinque actum eſt: nec defuerunt, qui poſſe rem ad compoſitionem perduci opinarẽtur, ſed ea ſpes ab re fuit. Quippe ſolus imperium obtinere ſummum uterque cupiebat: cumq; & cupiditate honorũ naturali, & ſtudio contendendi quod ſibi ipſi adſciuerant (ægerrimè enim homines tolerant, ſibi à ſuis æqualibus ac familiaribus anteiri) ambo ingenti flagrarent, neque concedere de ulla re alter alteri uolebat, cum uterq; uictoriam ſperaret: neque ſi inter eos conuentum fuiſſet, perſuadere ſibi alter de altero poterat, eum non & plus iuſto ſemper appetiturũ, & denuò propter ſummam *rerum diſsidium* eruptũrum. Hoc enim animorum inter eos diſcrimen extabat, ut neque poſterior ullo mortaliũ Pompeius, et omnium primus Cæſar eſſe uellet. Pompeius id quærebat, ut à uolentibus in honore haberetur, ultroq; parentibus præeſſet, atque à ſubditis diligeretur: Cæſar in nullo diſcrimine id ponebat, etiamſi inuitos regeret, infenſiſq; ſibi imperaret, ipſeq; ſibi honorũ ſuorum autor eſſet. Cæterùm facta, quibus ea quæ affectarent, conſecuturos ſe ſperabant, neceſſariò eadem apud utrunq; edebantur. Vt enim quæ propoſuerant ſibi, efficerent, contra ſuos bellum gerere, extraneorum arma in gentiles ſuos excitare, multas pecunias iniquis rationibus cogere, multos ſuorum neceſſariorum iniuſtè interficere opus habebant. Ita in ea cupiditatum diuerſitate, tamẽ actionibus quibus expleturi eas erant, inter ſe cõueniebant. Vnde factum eſt, ut quamuis multa inuicem poſtulata proponerent, neuter tamen neutri quicquam cõcederent, ac demum rem prælio committerent. Fuit ea pugna ita magna, cui comparari nulla alia poſſet. Primùm enim ipſi duces rei militaris uſu ac gloria longẽ non Romanis modò omnibus, ſed uniuerſis ea tempeſtate mortalibus pręſtabant: nimirum à puero in armis exercitatus uterque, omnem ætatem militiæ impenderat, res memorabiles geſſerat, magna uirtute, multaq; fortuna uſus, cùm imperio tum uictoria erat digniſsimus. Iam copias Cæſar habebat ex plurimis ijsq; optimis ciuibus conſtantes, tum ex reliqua Italia, ac ex Hiſpania, omniq; Gallia, inſulisq; uniuerſis quibus imperabat bellicoſiſsimum quemque. In Pompeij caſtris erant complures ſenatorij equeſtriſq; ordinis, quosq; habitis delectibus ſecum adduxerat: ad hæc magna multitudo ex his qui Romano populo parent conflata, itemq; ex confœderatis populis ac regibus magnum numerũ collegerat. Nam præter Pharnacen atq; Orodem (hunc quoq; etſi poſt Craſſorum cædem hoſtium in numero habitum, ad ſocietatem ſuam pertrahere tentauerat) omnes alij quos quocunq; antè modo amicos habuiſſet, tum pecuniam ei ſuppeditauerant, auxilia partim miſerant, partim ipſi adduxerant: Orodes ſi Syria ſibi

Põpeij & Cæſaris ingenia.

Copiæ Cæſaris.

Copiæ Pompeij.

bi concederetur, auxilium promiſerat, Syriam non adeptus, ſuppetias non tulit. Sed cum Pompeius multitudine longè ſuperior eſſet, Cæſariani ut pares ei eſſent, robore ſuo effecerunt. ita cum utrinq; eſſet quo altera pars alteram præſt: et, quaſi æquo libramento ad caſum dimicationis deſcendebatur. Hæc, & ipſa præterea cauſa belli, finiſq; ei deſtinatus, pugnam memoratu digniſsimam commiſerunt: nimirum ubi ipſa urbs Roma, cum ſuo univerſo imperio, eo iam tempore longè lateq; prorogato, uictoriæ præmium proponebatur, ſeruitura haud dubiè uictori. Id ambo duces tunc cum animis ſuis, ac præterea ſuas uterq; res antè præclarè geſtas, reputabant: Pompeius Africam, Sertorium, Mithridatem, Tigranem, mareq; pacatum memoria repetebat: Cæſar Gallias, Hiſpaniaſq;, Rhenumq; & Britanniã reuocabat. Hæc eorum animos excitabant, cogitante utroq; ſe et hæc omnia ſua in periculum adducturum, & per uictoriam alterius quoque gloriam ſuam effecturum. Nam cùm in aliorum uicti bonorum poſſeſsionem uictor uenit, tum uerò præſertim nominis eius ſplendorem in ſe transfert: quantoq; potentiorem quis aduerſarium deiecerit, tanto altius ipſe ad faſtigium extollitur. Itaq; ſuos uterq; milites multis uerbis cohortatus eſt, omnibus quę ad præſentis pugnæ ſortem, ex eaq; euentura attinebant, in medium adductis: ſimilis tamẽ utriuſq; fuit oratio: etenim idem uterque propoſitum ſibi habentes, ac de ijſdem rebus uerba facietes, quòd uterq; aduerſarium ſuum tyrannum, ſe uindicem libertatis nominabat, nullam diuerſa diſſerendi materiam habebant. Ergo ex altera parte mortem, captiuitatem, omnium rerum amiſsionem, ex altera ſalutem, dominium, omnium rerum poſſeſsionem proponebant: deniq; extrema mala aut inferenda hoſtibus, aut ab ijs accipienda eſſe docebant. His dictis animos ciuiũ cohortati, ſubditis quoque, & ſocijs ſpe melioris, ac metu deterioris conditionis oſtenſo, inter ſe prælio homines gentiles inuicem, cõtubernales, eodem uictu, ijſdemq; ſoderibus uſos commiſerunt. Quorſum uerò attinet ſortem reliquorum deplorare, cum ipſi duces antè ſumma inter ſe neceſsitudine deuincti, quiq; multa inter ſe arcana communicauerant, multas res communi conſilio confecerant, affinitatem olim contraxerant, eundemq; infantem alter ut pater, alter ut auus dilexerant, tum pugnam nihilominus cõſeruerunt: atq; id uinculum cõſanguinitatis, quo eos natura adſtrinxerat, inexatiabili dominandi cupiditate diſſoluere, diuulſere, dirupere: qua effectum eſt, ut Roma de ſeipſa, ac contra ſeipſam pugnare, ac uincendo uinci cogeretur. Poſtquam directæ ſunt acies, non extemplò concurſum eſt: ſed quia eadem ex patria, ijſdemq; à penatibus profecti eſſent, armaturaq; & ordinibus ſimilibus uterentur, initiũ pugnæ facere, mutuaſq; cædes edere uerebantur. erat utrinq; altum ſilentium, ingensq; mœſticia, neque aut progrediebatur quiſquã, aut ſeſe commouebat, ſed exanimorum inſtar oculis in terram defixis conſtiterant. Ibi duces ueriti, ne ſi diutius ea quies militum duraſſet, languidior eorum uis fieret, aut in gratiam copiæ inter ſe redirent, confeſtim claſsicum cani, clamoremq; militarem tolli iuſſerũt. Tantum abfuit, ut animos militum hoc accenderet, ut cum tubas eundem utrinque cantum ſonare, ſuoſq; clamorem lingua inter ſe conuenire audiſſent, eò magis ſe eiuſdem gentis generiſq; eſſe cognoſcerẽt: itaq; lacrymæ, luctuſq; eos occupauere. Tandem ab auxiliarijs initio pugnæ facto, ipſi quoque congreſsi ſunt. Qui eminus pugnabant, quia quos ſagittis, iaculis, fundiſq; ſuis peterent, ignorabant, minori malo cõflictabantur: at legionarij milites, equiteſq; pugnam acerbiſsimam

Pugnæ Pharſalicæ deſcriptio.

k 2

biſsimam depugnauere: quia comminus cõcurrentes, ita ut exaudiri etiam uoces mutuę poſſent, hoſtes agnitos uulnerare, nominatimq́ compellatos trucidare, interq́ recordationem communis patriæ ſpolia legere opus habebant. Hæc conditio Romanorum, reliquorumq́ Italorum erat, ſicubi in ſe mutuò incidiſſent, multiq́ eõrum ſuis percuſſoribus mandata domum perferenda iniungebant. Qui uerò aliàs Romanę reipublicæ ſubditi erant, ij magna contentione præliabantur, neque ſanguini parcebant: utq́ olim pro ſua libertate, ita tunc aduerſus ſeruitutem Romanam laborabant, id ſecum cogitantes, fore ut eandem cum uictis ſeruitutem ſubirent. Fuit ea pugna & maxima, & perquàm multiplex, cùm ob multitudinem, tum ob rei bellicæ apparatum uarium. Vniuerſus enim campus legionarijs militibus, equitibus, ſagittarijs, funditoribusq́ opplebatur: ijq́ paſsim diffuſi modò cum ſimilis, modò cum diuerſæ armaturæ hoſtibus promiſcuè confligebãt. Pompeiani equitatu, ſagittariorumq́ uſu priores erant: itaq́ ſi quibus ſe è longinquo circunfudiſſent, eos ſubitò inuadebant, perturbatisq́ ijs recedebant, mox iterum iterumq́ eoſdem adoriebantur, in aliam ſubinde aliamq́ partem conuerſi. Id ut cauerent Cæſariani, explicatis ordinibus hoſti irruẽti aduerſam aciem opponere, in congreſſu uiros equosq́ inuadere, acriter prælio contendere, pedites ſecum uelites habere, qui inter equitatum præliari conſueuerant. Hæc non uno, ſed multis ſimul in locis fiebant paſsim: ſic alijs eminus, comminus alijs pugnantibus, alijs ferientibus, alijs ictis, alijs fugientibus, alijs inſectantibus, multa & pedeſtria & equeſtria certamina cernere erat: multaq́ inſolita præter opinionem eueniebant. qui modò alium in fugam dederat, iam ipſe tergum uertebat: qui modò fugerat inſequentem, eundem cõuerſus impetebat: qui alij uulnus impoſuerat, ipſe ſauciabatur: alius collapſus ſtantẽ interficiebat, alij nullo uulnere accepto peribant, alij ſemimortui cædes edebant: hi gaudebant, lætumq́ clamorem tollebant, illi dolebant ac eiulabant: deniq́ omnia clamoris erant gemitusq́ plena. hocq́ ipſum plurimorum animis perturbationẽ afferebat, quòd externorum atq́ lingua peregrina utentium hominũ uoces ignotæ terrorem offerebant: ſi qui mutuò intelligerent, ijs malum multipliciter augebatur. nam præter ſuas miſerias, etiam proximorum ærumnas conſpiciebant, audiebantq́. Cum diu admodum ancipiti eſſet euentu dimicatum, multiq́ u-

Pompeius uincitur. trinq́ ex æquo cecidiſſent aut uulnerati eſſent, demum Pompeius, cuius exercitus maiori parte ex Aſianis, nullumq́ belli uſum habentibus conſtiterat, uictus eſt: quod ei iam antè quàm prelio decerneret, proditũ fuerat. Ful-

Signa Pompeio cladem denunciantia. mina enim in caſtra eius deciderant: ignis in aere ſupra uallum Cæſaris uiſus, in caſtra Pompeij decubuerat: ſignis eius militaribus apes inſederãt: uictimæ multæ, cum iam ad altaria adducerẽtur, aufugerãt. Adeò ſe huius pugnæ prædictiones ad reliquos quoq́ homines extulerãt, ut multis in locis eo ipſo die, qua ea cõmiſſa fuit, exercituum cõflictus, armorumq́ ſtrepitus exauditi ſint. Pergami tympanorũ cymbalorumq́ ſonitus à fano Bacchi ortus, totã urbem peragrauit. Trallibus in templo Victoriæ palma enata eſt, ipſaq́ dea ad ſimulacrũ Cæſaris, cui ex obliquo collocata fuerat, ſeſe obuertit. Syris duo iuuenes pugnæ huius exitũ annunciantes, nuſquã poſtea apparuere. Patauij, quę nunc Italię urbs eſt, eo tempore Gallię fuit, aues quædam nõ indicia modò huius euẽti exhibuerũt, ſed quodãmodo rem ipſam demonſtrauêre. Nam C. Cornelius quidam, omnia quę euenêre eo prælio, perfectè ab ijs notauit, ijsq́ qui cum ipſo erant expoſuit. Hæc, & his plura,

ipſo

ipſo adeò pugnæ die oſtenta acciderunt: cumq́ in præſentiarum fides eis
non haberetur, rei geſtę nuncio allato, admirationi fuerunt. Cæterùm Pom
peiani, pars in prælio occubuêre, pars fuga quò quiſq; ualebat, dilapſi ſunt:
reliqui in poteſtatem Cæſaris poſ[redacted]. Ex his Cæſar eos qui
ex delectu militârant, cõdonatis omnibus iniurijs, inter ſuos milites adſcri *Cæſaris in uictos lenitas.*
pſit. Ex Senatoribus uerò, equitibusq́, quos antè etiam captos miſericor-
dia proſecutus fuerat, omnes morte multauit, exceptis his, quos amici eius
(ſingulis enim unius ſalutem donauerat) à ſupplicio exemerũt. Reliquos,
qui tum primùm contra ipſum arma tuliſſent, dimiſit, nihil eos cõtra ſe de-
liquiſſe addens: qui nullo ſuo beneficio affecti, Pompeij, cuius amicitia uſi
eſſent, rebus ſtuduiſſent. Eundẽ ſe regulis etiam, populisq́, qui auxilia Pom
peio tulerant, exhibuit, omnibusq́ delicti gratiam fecit. Etenim cogitabat
apud animum ſuum, nullam ſibi aut certè exiguam cum his interceſsiſſe no
ticiam, cum Pompeij multa magnaq́ in eos conſtitiſſent merita. Itaque lon
gè plus laudis eis tribuebat, quàm illis, qui cum à Pompeio beneficijs eſ-
ſent affecti, in periculo eundem deſtituiſſent: atque alteros quidem illos ſi-
bi quoque fidos fore ſperabat, hos autem, ut maximam nunc ſibi beneuo-
lentiam oſtentarent, quia ſuum tum amicum proieciſſenr, ne ſui quidem o-
lim rationem habituros. Argumento autem huic quod diximus eſt, quòd *Venia data Sadalo, Deiotaro, Tarcondimoto.*
Sadalo Thraci, & Deiotaro Gallogręco, qui in ipſo prælio adfuerãt, ac Tar
cõdimoto, qui Ciliciæ partem ſub ſe habuerar, re autem nauali Pompeium
plurimum iuuerat, pepercit, ne cæteros colligam, qui cum Pompeio auxi-
lia miſiſſent, ijs tantum imperata pecunia, neque ullo alio ſupplicio impoſi-
to, aut ulla alia re mulctatis ueniam dedit: quamuis eorũ quidam multa ac
magna præmia à Pompeio partim iam antè, partim tunc accepiſſent. Partẽ
Armeniæ Cæſar quæ Deiotaro parebat, Ariobarzani Cappadocię regi at-
tribuit: qua in re non modò damnum nullum Deiotaro dedit, ſed beneficiũ
adiecit. Non enim ei partem regni ademit, ſed omnẽ Armeniam, quæ ſub
Pharnacis imperio reſtabat, occupatam partim Ariobarzani, partim Deio
taro donauit. Hac in eos clementia uſus, Pharnacem poſtmodò ſe purgan- *Cæſar Pharnaci Pompeium deſtitutum exprobrat.*
tem, quia Pompeio non eſſet opitulatus, ideoq́ ignoſci ſuis actionibus po
ſtulantem, non modò nulla humanitate proſecutus eſt, ſed id quoque uitio
ei dedit, quòd impius in benefactorem ſuum fuiſſet. Ea Cæſar manſuetudi-
ne atque uirtute in omnes qui contra ipſum in bello ſteterant, deinde quo-
que uſus eſt. Quin etiam cum ſecretę literæ in ſcrinijs Pompeij eſſent reper *Arcanas literas Põpeij Cæſar comburit.*
tæ, ex quibus multorũ animos quomodo fuiſſent & erga Pompeiũ, & con-
tra ſe affecti Cęſar depræhẽdere potuiſſet, neq; legit eas, neq; deſcripſit, ſed
extemplò cremauit, ne quid acerbius in quenq́ ſtatuere ex literis cogeret.
Itaque meritò quis odio eos habere poſsit, qui inſidias deinde uitę Cæſaris
ſtruxerunt. quod eò minus temerè à me dictum accipiendũ eſt, quando M. *M. Brutus Cæpio ſalute à Cæſare donatus.*
quoque Brutus Cæpio, qui eum poſtea interfecit, ab eo tum &
captus fuit, & ſalute donatus.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVADRAGESIMVS SECVNDVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

CAPITA HVIVS LIBRI HAEC SVNT:

Vt Pompeius in Theſſalia uictus fugerit, in Aegyptoq́; perierit.
Quomodo Cæſar Pompeium inſequendo in Aegyptum uenerit.
Quemadmodum Romæ res inter Cæſarem & Pompeium geſtæ, annunciatæ, ac quæ in honorem Cæſaris decreta ſint.
De ſeditione Romanorum per abſentiam Cæſaris.
Vt Cæſar Aegyptios bello ſubegerit, Cleopatræq́; gratificatus ſit.
Vt Pharnacem idem deuicerit.
De Cæſaris reditu ad urbem, ac quemadmodum res urbanas conſtituerit.
De euiſdem expeditione in Africam.
Hæc geſta ſunt partim reliqua eius anni parte, quo Conſules fuêrunt Iulius Cæſar II. & P. Seruilius Iſauricus: partim inſequenti anno, in quo Iulius C.F. Cæſar Dictaturã iterũ geſſit, magiſtro equitũ M. Antonio, M.F. Conſules aũt fuerũt Q. Fufius Q.F. Calenus, & P. Vatinius P. Filius.

An.V.C.707.

PRAELIO ad hunc, quem expoſui, modũ confecto, Pompeius neq; ſuæ uirtutis, neq; multitudinis eorũ qui pugnæ ſupererant, militum memor, neq; eo ſecum expenſo, quòd ſæpe leuiſsimo momento Fortuna eos, quorũ res ſunt afflictæ, in integrum reſtituit, omnem de rebus ſuis ſpem proiecit: cum prioribus temporibus ſummo animi robore cõſtanter uſus fuiſſet, ac bene ſemper in rebus aduerſis ſperare conſueſſet. Enimuerò in cauſa hoc fuit, quòd ſuperioribus illis temporibus æquo Marte ſibi cum aduerſæ partis hominibus contendendum exiſtimans, non præceperat certã animo uictoriam, ſed euentu in utramq; partem præuiſo, priuſquam uel fiducia efferretur, uel in terrorem perueniret, curam emendandorum aduerſorum (ſi qua accidiſſent) non omittebat: itaq; neq; cedere infortunijs opus habebat, et detrimentum acceptum ſarcire facilè poterat. Tunc uerò, quòd multis partibus ſe Cæſare ſuperiorem futurum perſuaſum haberet, nihil eiuſmodi præuidit. nam neq; idoneo loco caſtra poſuit, neq; refugium ſibi, ſi ſuperatus foret, ullũ cõparauit: cumq; rem extrahere, atq; ita uictoriã ſine prælio obtinere potuiſſet (nam & ſingulis diebus copię eius augebãtur, & rerũ neceſſariarũ cõmeatu, ut in amica ſibi ferè regione uerſans, ac claſſe præualens, abundabat) tamen ſiue ſponte ſua, quaſi haud dubia uictoria, ſiue à ſuis coactus, ſigna cõtulit. Vnde factũ eſt, ut ſimul atq; prælio uictus eſt, mirũ in modũ attonitus, neq; cõſilium cõmodum, neq; ſpẽ firmã fortunę denuò periclitandę capere potuerit. Quæ enim hominibus præter expectationem, ac quàm maximè inopinatò accidũt, ea & animos horum deijciunt, & rationem conturbant, ut ad ſerendám de eo quod agendum ſit ſententiam minimè omnium ualeant: neq; enim conſilijs iuxta metum locus eſt: ſed ubi animum conſilia anteceperunt, ſtrenuè admodum timores ea exturbant: ſin anteueniantur ab his, ſuccumbunt. Sic Pompeius eo tempore, quia euentum cum animo ſuo nõ iam antè conſiderauerat, nudus inermiſq; inuentus eſt: quòd ſi futura præuidiſſet, uidebatur facilè omnia potuiſſe recuperare nam & ex pugna permulti euaſerant, et alias non exiguas copias

Pompeij uicti deſperatio.

Subiti caſus.

Conſiliũ & timor ſimul locũ non habent.

copias etiamnum habebat: ac (quod præcipuum eſt) magnam uim pecuniæ poſsidebat, mareq́ uniuerſum obtinebat: prætereà urbes cùm in ea regione, tum Aſianæ quoq; ipſum etiam aduerſa paſſum diligebant. Nunc ubi id, quo maximè confiſus fuerat, malè ei cecidit, præſenti terrore ita perculſus, ut reliquis iſtis uti non cogitaret, extemplò caſtris relictis Lariſſam paucis comitantibus profugit: urbem ipſam, quanquam inuitantibus eiuſbus, ingreſſus non eſt, ne ſe recepto culpam Lariſſei ſuſtinendam haberent: ſed poſtquam eos ad uictoris amicitiam accedere iuſsit, ipſe rebus neceſſarijs acceptis, ad mare progreſſus, naui oneraria in Lesbum aduectus eſt; ubi uxorem ſuam Corneliam, Sextumq́ filium habebat. His ad ſe acceptis, ac ne Mitylenas quidem intrans, in Aegyptum nauigare inſtituit, ſpe auxilij à rege Ptolemæo impetrādi: erat enim is Ptolemæi eius filius, quem Pompeius per Gabinium in regnum reſtituerat: itaq; naues quoq; auxilio Pompeio miſerat. Accepi quidem habuiſſe in animo Pompeium, ut ad Parthos confugeret, ſed credere id nequeo. Tanto enim poſt Craſsi expeditionem Romanos odio Parthi habebant, Pompeiumq́ in primis, tanquam Craſsi neceſſarium, ut legatum quoq; eius ſuppetiarum petendarum cauſa miſſum iure gentium uiolato in uincula coniecerint: neq; uerò Pompeius ſuſtinuiſſet ſupplex rebus euerſis ad inimicisſimos ſibi homines confugere, à quibus ſaluis etiamnum rebus nihil impetrauerat. Cæterùm Pompeius ob eas quas demonſtraui cauſas in Aegyptum contendens, propter continentem ad Ciliciam uſq; uectus, inde ad Peluſium traiecit, ubi Ptolemæus bellum contra ſororem Cleopatram gerens caſtra habebat. Ibi nauium curſu inhibito, quia egredi in terram niſi tutò ſibi id licere comperiſſet, non audebat, ad regem aliquos de ſuis miſit, qui reuocato ei in memoriam ſuo in patrem eius beneficio, peterent, ut certis firmis'que conditionibus concederetur naues appellere. Ipſe rex (puer enim ætate adhuc erat) nihil reſpondit. Aſt Aegyptij quidam, ac L. Septimius, homo Romanus, qui aliquando ſub Pompeio ſtipendia fecerat, & cum Gabinio fuerat, ab eo'que Ptolemæi ſatelles relictus erat, tanquam amici ad Pompeium uenere, ſed impiè necem ei machinati ſunt, unde piaculo & ſeſe & Aegyptum obſtrinxerunt. nam & paulò pòſt ipſos pernicies conſecuta eſt, & Aegyptij primùm Cleopatræ (quod minimè expectauerāt) in ſeruitutem traditi, ac deinceps inter ſubditos Romanorum relati ſunt. Is igitur Septimius, atque Achillas præfectus militiæ regiæ, quiq; cum his alij erant, quò Pompeium deceptum minori labore interficerent, libenter ſe eum recipere dixerunt, legatosq́ eius bono animo ut eſſent monitos deduxerunt. Ipſi lembis exiguis conſcenſis ad Pompeium prouecti, multa comitate ei exhibita, ut ad ſe ſua ex naui tranſiret hortati ſunt: nam & nauem ipſius propter magnitudinem, quodq́ ibi uadoſum eſſet mare, ad terram eijci non poſſe, et cupere regē ipſum quàm primùm uidere. Pompeius ita perſuaſus, quamuis qui unà nauigabant, omnes contradicebant, ex naui ſua ad eos tranſijt, his tantùm uerbis recitatis:

Etenim tyranni ſi quis intrat in domum, "
Fit ſeruus eius, liber etſi uenerit. "

Poſtquam terræ appropinquatū eſt, Pompeium illi, ne cum Ptolemęo congreſſus, uel ab ipſo rege, uel à Romanis, uel ab Aegyptijs (horum enim magna in ipſum erat beneuolentia) incolumitati aſſereretur ueriti, antequam ad littus appellerent, interfecerunt, neque uerbum ullum, neque ciu-

Fuga Pompeij in Aegyptum, ubiq; ibi periit.

Ptolemæus rex Aegypti.

L. Septimius & Achillas Pōpeio perniciē machinantur.

Magni Pompeij interitus.

latum edentem, ſed ſimul atque inſidias eſſe, & ſe neque defendendi ſui, neque effugiendi facultatem habere uidit, toga capite uelato cædi ſe præbuit. Hic exitus uitæ Pompeio illi Magno fuit, euidenti argumento imbecillitatis atque incertorum caſuum humanæ ſortis. Qui enim prudentiæ nihil ſibi ante reliquũ fecerat, atque ab omnibus malis quæ inferri poſſe uidebantur, tutiſsimum ſe cauendo præſtiterat, tum fraude circumuentus eſt: qui à puero multis per Africam, Aſiamq́, & Europam fidem excedentibus terreſtribus, maritimisq́ uictorijs potitus fuerat, annum agens duodeſexageſimum inopinata clade fractus eſt: qui mare uniuerſum, quod Romanis parebat, pacauerat, in eo ipſo perijt: ac qui olim mille nauibus (tot enim feruntur) præfuerat, tunc in nauicula prope Aegyptũ occiſus eſt, idq́ ab eo Ptolemæo quodam modo, cuius patrem ipſe in eam regionem ac regnũ reduxerat. Qui enim etiamnum à militib. Romanis, quos per gratiam Pompeij Gabinius ei præſidij loco aduerſus odia Aegyptiorum in patrem iſtius reliquerat, cuſtodiebatur: is Pompeium uidebatur tam horum militum, quàm Aegyptiorum miniſterio uſus interfeciſſe. Sic Pompeius inter Romanos quondam potentia primus habitus, adeò ut Agamemnonis quoque cognomentum inde inuenerit, tunc quaſi unus de extremæ ſortis Aegyptijs, ad montem Caſsium interijt, ea ipſa die, qua quondam de Mithridate & piratis triumphũ duxerat: ut ne in his quidem extrema cum primis conuenerint. Quam enim diem olim ſummo cum ſplendore celebrauerat, ea tunc extremas miſerias pertulit: cum'que omnes ciues de gente Caſsia ex oraculo quodam ſuſpectos habuiſſet, à nemine Caſsio inſidijs petitus eſt, ſed ad montem Caſsium & cæſus eſt, & tumulatus. Qui cum Pompeio adnauigauerant, partim capti ſunt, partim fuga ſeſe eripuerunt, inter quos Pompeij quoque uxor, filiusq́ fuere. Cornelia poſtea temporis Romam propoſita impunitate incolumis redijt. Sextus autem in Africam ad fratrem Cneum (his enim prænominibus differebãt hi, cum ambob. Pompeij nomen eſſet cõmune) peruenit. Cæſar, compoſitis omnibus, quę poſt pugnã opus erant, ſuorũ nonnullis Græciæ recipiẽdæ cõſtituendæq́ cura iniuncta, ipſe Pompeiũ inſecutus eſt: cumq́ ad Aſiam uſq́ quæ'nam loca is petijſſet inquirendo perrexiſſet, quia nemo certò referre potuit, quorſum Pompeius curſum inſtituiſſet, ibi cõmoratus aliquandiu eſt. Tam proſpera Cæſar in omnibus rebus fortuna utebatˀ, ut cum lembo Helleſpontũ traijceret, inq́ claſſem ibi Pompeianã, cui C. Caſsius præerat, ibidẽ uela dantẽ incideret, non modò læſus ab his nõ fuerit, ſed inſuper territos in ſuã poteſtatem acceperit. A' quo facto, cum iam ſe ei nemo opponeret, ea quoque quæ reſtabant in Aſia, occupauit, atq́ conſtituit, tantùm pecunia, quod ſupra etiam à nobis eſt relatum, imperata, ac non modò nullo præterea maleficio iniuncto, ſed quantum eius fieri poterat, beneficijs in omnes collatis: Aſiam enim à publicanis, qui eam acerbiſsimè habuerant, liberauit, uectigaliaq́ in tributi formam redegit. Interim audito Pompeium Aegyptum petere, ueritus ne is eo regno præoccupato uires recolligeret, celeriter naues ſoluit: cumq́ Pompeium, quippe iam uita defunctum, non deprahendiſſet, reliquis ſuis à tergo relictis, cum paucis ipſe Alexandriam aduectus eſt, antequam à Peluſio Ptolemæus rediret. Ibi cum tumultuantes ob cædem Pompeij Alexandrinos reperiſſet, non auſus ſtatim in terram egredi, ad anchoras ſubſtitit aliquandiu, tandem miſſo ſibi à Ptolemæo Pompeij capite annuloq́, in continentem poſito metu exiuit. Cumq́ multitudo Aegyptiorum

Vitæ humanæ inconſtantia.

Mons Caſsius.

Oraculũ Pompeio datum.

Cornelia Romam redijt.

Fortuna Cæſaris, utq́ ei C. Caſsius claſſem tradiderit.

Cæſar Alexandriam uenit.

gyptiorum indignè ferens faſces ei præferri, non eum pœnituit in regiam confugiſſe, militibus autem eius aliquibus arma adempta ſunt: reliqui, dum omnes naues ad littus peruenirent, retrò aueƈti ſunt. Cæſar Pompeij capite uiſo, illacrymauit, lamentatusꝗ eſt, eum ciuem generumꝗ ſuum nominãs, & commemorans quot quantisꝗ in rebus mutuas quondam ſibi operas præſtitiſſent: percuſſoribus tantum abſuit ut ſe gratiam debere fateretur, ut & facinus culpauerit, & caput honeſtè funerandum humandumꝗ alijs dederit.

Cæſar qualem ſe uiſo Pōpeij capite exhibuerit.

Cuius faƈti cauſa ut laudatus eſt, ita ſimulatione ſua riſum meruit. Cum enim ſummopere dominationem affeƈtaſſet, Pompeiumꝗ aduerſarium ſuum propterea ſemper odio habuiſſet, contraꝗ eum cùm alia omnia machinatus, tum hoc ipſum bellum nulla alia de cauſa molitus fuiſſet, quàm ut eo de medio ſublato, ipſe principatum obtineret: cumꝗ aliam nullam ob rem in Aegyptum adueniſſet, quàm ut eum, ſi adhuc ſuperſtes eſſet, conficeret: tum ſe eum deſiderare, eiusꝗ interitum ægrè ferre uideri uolebat. Enimuerò Cæſar deleto Pompeio nihil iam hoſtile ſupereſſe exiſtimans, in Aegypto cogendis pecunijs, dijudicandaꝗ lite inter Ptolemæum & Cleopatram tempus trahebat: interim alia contra ipſum bella cõflabantur. nam & Aegyptus ad defeƈtionẽ conſurrexit: & Pharnaces, cum primùm inter Pompeium ac Cæſarem bellum coortum eſſe acceperat, ad regnum paternum recuperandum ſe contulerat.

Noua bella cõtra Cæſarẽ parata.

Spes eum cæperat, fore hoc ciuile bellũ diuturnum, ipſasꝗ inter ſe Romanorũ uires conſumptũ iri. igitur ubi ſemel id negocij occepit, quum prætereà procul abeſſe Cæſarem audiſſet, in incepto perrexit, multaꝗ loca antecepit. Interim Cato etiam, Scipioꝗ, & qui cum his alij cõſentiebant, cùm ciuile, tum extraneum bellum in Africa excitarũt, idꝗ hoc modo.

Bellum Africanum à Catone & Scipione excitatum.

Catonem Dyrrhachij Pompeius reliquerat, cùm ut traieƈtũ ex Italia cuſtodiret, tum ut Parthinos, ſi quid mouerent, coerceret, isꝗ primùm quidem bellum eis fecerat. Cæterûm Pompeio uiƈto, ex Epiro ſeſe cum ijs, quibus eadẽ ſententia placebat, Corcyrã cõtulerat: ibiꝗ reliquos quoꝗ qui ex prælio effugerãt, aut alioquin eaſdẽ partes ſequebãtur, ad ſe acceperat. Nam Cicero quidẽ, alijꝗ nõnulli Senatores reƈtà Romam cõtenderant: pleriꝗ uerò cum Labieno & Afranio (quorũ neuter ſpem ſalutis ſuæ ullam in Cæſare poſitã habebat, alter quòd ab eo perfugerat, alter quòd ſalute à Cæſare donatus, iterũ cõtra eum arma cæpiſſet) ad Catonem uenerant, coꝗ ſummæ rerũ præpoſito bellum gerebãt.

Cicero.

Paulo pòſt ſe Oƈtauius etiam his adiunxit. Is Ionium mare tenuerat, C. Antonium cæperat, multisꝗ oppidis potitus, tamen Salonas diu fruſtra oppugnauit, à ciuibus Gabinij auxilio adiutis ui repulſus. Iidem Salonenſes ad extremũ unà cum mulieribus erumpentes, magnum facinus ediderunt. Mulieres demiſsis capillis, ueſtitu nigro indutæ, acceptis facibus, denique quàm maximè terribili habitu compoſitæ, media noƈte ad caſtra oppugnantium acceſſerũt: metuꝗ exanimatis excubitoribus (quippe dæmonũ ſpeciem illis exhibebãt) omnibus ſimul locis caſtrorum ignem iniecerunt: eas ſubſequuti uiri, multos eo tumultu excitatos, multos etiam dormientes occiderũt: ita & caſtra, & ſtationem nauium, quam Oƈtauius tenebat, confeſtim occupauêre.

Salonæ fruſtrà ab Oƈtauio oppugnatæ.

Sed ne ſic quidem quieta ipſis omnia fuerũt. Elapſus enim Oƈtauius, nouis coaƈtis copijs, prælio uiƈtos denuò obſedit. Interea temporis Gabinio morbo abſumpto, omne ea regione pelagus cum obtinuiſſet, egreſſus in terrã, multa ipſis detrimenta intulit.

Gabinij mors.

Sed poſt commiſſam ad Pharſalũ pugnam, cum milites ipſius ad eos qui Brunduſio contra ipſos aduecti erant, ne tentato

quidem

quidem prælio defeciſſent : ibi tum deſtitutus à ſocijs, Corcyram ſe cõtulit.
At Cn. Pompeius prius quidem claſſe Aegyptia circumuectus in Epirum
incurſiones fecerat: nec multum abfuit, quin Oricum caperet. Id oppidum
M. Acilius præſidio tenebat, introitumq́; portus nauibus lapidibus refertis
obſtruxerat, turresq́; ex utraq; faucium parte in continenti, ac ſuper naues
onerarias exædificauerat. Cneus urinatores immiſit, qui lapides ſcaphis
impoſitos diſijcerent: tum nauibus exoneratis abductis, portus introitũ a-
peruit: deinde expoſitis in utrunq; littus legionarijs militibus, ipſe intrò na
uigauit: ſicq́; & naues omnes, & magnam urbis partem incendio conſum-
pſit. Quòd niſi uulnus accepiſſet, ac Aegyptijs metum ne ex eo decederet
intuliſſet, reliquam etiam urbis partem cepiſſet. Poſtquàm uulnus ſanatum
eſt, oppugnatione Orici in poſterum abſtinẽs, reliquas regionis partes cir-
cumuagando uaſtauit : ipſum quoq; Brunduſium aliquando aggreſſus eſt,
ſed fruſtra is ei, ſicut & alijs quibuſdã, conatus fuit. His rebus intentus, poſt-
quàm pater eius pugna ſuperatus eſt, Aegyptijq́; re cõperta domũ auecti
ſunt, ad Catonem ipſe conceſsit. Huius factum C. quoque Caſsius imitatus
eſt, qui multas Siciliæ Italiæq́; partes uexârat, multa mari ac terra ſecunda
prælia fecerat: complures præterea alij ad Catonẽ perfugerunt, quem uirtu
te cæteris præſtare animaduertebant. His Cato belli conſiliorumq́; ſocijs
ubiq; uſus, in Peloponneſum, ſpe eius occupandæ regionis, traiecit, quia
de morte Pompeij nondum reſciuerat. Ibi Patris receptis, multos alios ſibi

Q. Fuſius Calenus in Greciam à Ceſare miſſus.

adiunxerunt, atq; inter eos Petreium, Fauſtumq́; Cn. Pompeij generũ. Cæ-
terùm pòſt Q. Fuſio Caleno exercitum aduerſus eos ducente, naues ſolue-
runt: Cyrenenq́; delati, ubi de Pompeij morte certiores facti ſunt, ſentẽtijs
uariatũ inter ipſos eſt: Catonẽ, qui Cæſaris dominationẽ ferre nullo modo
poterat, alij quidam quibus ſpes ueniæ conſequendę nulla ſupererat, in A-
fricam cum exercitu ſecuti, ibi' que aduerſus Cæſarem omnia conati ſunt.
Reliqui aut, diſsipati pleriq;, alij quò quenq; caſus deferebat, diſceſsione fa

C. Caßius ueniam à Ceſare conſequitur.

Q. Fuſius Calenus Athenas & Megara capit.

Ceſaris in Athenienſes dictum.

cta ſe contulerunt: alij rectà ad Cęſarem profecti, impunitatem adepti ſunt,
atq; inter hos C. quoq; Caſsius. Calenus ante pugnam Pharſalicã à Cæſare
in Græciam miſſus fuerat, cumq́; Piræeum, nullo eum muro munitum, ce-
piſſet, Athenis tamen, quanquam omnis generis maleficijs eorum agros
infeſtaſſet, ante cladem Pompeij potiri non potuit, ea audita, ultrò ea ciui-
tas in deditionem uenit, eiq́; Cæſar nulla mulcta impoſita, omnes iniurias
remiſit, id modò dicens, ipſos qui magnoperè deliquiſſent, à mortuis ſerua
ri. id uerò hac oratione innuebat, parcere ſe ipſis propter maiorum gloriam
uirtutemq́;. Ad eundem modum pleraque Græciæ oppida cum Cæſare in
gratiam redierunt, Megarenſes autem etiamnum reſtiterũt, ac multò pòſt
partim ui, partim proditione in poteſtatem Cæſaris uenerunt, eorum Fu-
fius, quò meritum de eis ſupplicium ſumpſiſſe exiſtimaretur, magna cæde
edita, reliquos uendidit : ueritus tamen, ne id interitu totius urbis ſtaret, ci-
ues cùm neceſſarijs eorum, tum minimo precio uendidit, ut libertati reſti-
tuerentur. His cõfectis, Patras bellum conuertit, eam' que urbem ſine præ-
lio, terrore iam antè Catoni, hisq́; qui cum eo erant incuſſo, recepit. Dum
hæc ſingula gerũtur, interim in Hiſpania, quæ tum pacata fuerat, motus co

Seditio in Hiſpania contra Q. Caßiũ Longinũ excitata.

orti ſunt. Nam cum in ipſa pace Q. Caſsius Longinus prouinciam diuexa-
ret, primò pauci quidam coitionem eius interficiendi cauſa fecerunt: ſed
cum ſaucius eorum manus effugiſſet, atq; exinde longè maiores iniurias e-
xerceret, permulti Cordubenſes, compluresq́; milites, qui antè ſub Pom-
peio

peio militauerant, duce ſibi electo M. Marcello Aeſernino, Quæſtore, contra eum ſeditionem mouerunt. Marcellus, inſtabilitate rerum conſiderata, & ad euentum in utramq; partem ſeſe accommodare ſtudens, non toto animo id munus in ſe recipiebat, ſed in utramq; partẽ inclinabat, atq; in omnibus dictis factisq; medium obſeruabat, ut ſiue Cæſar, ſiue Pompeius uiciſſet, uictori ſuam operam nauaſſe uideri poſſet. Pompeij quidem gratiam eo captabat, quòd milites ad eum deficientes ſuſcipiebat, quodq; Longino, qui Cæſaris partes ſe tueri dicebat, bellum faciebat. Contrà Cæſari inſeruiebat, quòd Caſsio nouas res affectante, ipſe milites acceptos Cæſari cõſeruabat, nec eum bello peti permittebat, quodq; nomen Pompeij ſcutis ſuis cum inſcriberent milites, id ipſe delebat. Ita cum alteri uſum armorum, alteri nomen obtenderet, cumq; ea quæ pro uictore geſta eſſent, ſibi aſsignaret, contraria uerò neceſsitati, alijsq; adſcriberet, tutum ſe fore ſperabat. Igitur quanquam propter ſuorum multitudinem Longinum facilè poterat ſuperare, tamen ſatius ei uiſum eſt, rem eò deducere, ut quemadmodum animo agitârat, talem ſe oſtenderet, atq; ad eum quem dixi modũ ſeſe compararet, remq; dubiam certas ob cauſas relinqueret: ita & ſicubi ſuccubuiſſet, & ſicubi ſuperior factus fuiſſet, facultatem uel ad ſe, uel ad alios ea quæ acta fuerant referendi habebat. Hac ratione rem uſq; ad uictoriæ tempus extraxit: cumq; Cæſar ei ſuccenſuiſſet, eumq; relegaſſet, pòſt reuocatum honoribus affecit.

M. Marcellus Aeſerninus.

Longinus autem à legatis Hiſpanorum delatus, magiſtratu excidit, domumq; reuertens in oſtijs Iberi fluuij perijt.

Q. Caßij interitus.

Hæc extra Italiam geſta ſunt. Romæ autem, quandiu res Cæſaris Pompeijq; ambiguę erant, incertoq; euentu pendebant, nemo erat qui nõ palàm Cæſaris rebus cuperet, metu copiarum quas is Romæ habebat, collegæq; eius Seruilij impendente. Proinde ſiue is uiciſſe nunciabatur, gaudebant: ſiue aduerſam fortunam ſenſiſſe, dolebant: idq; alij ex animo faciebant, alij ſimulabant: (multi enim oberrabant inſpectores, auſcultatoresq;, quorum erat omnia quæ de his rebus uel dicebantur, uel agebantur, obſeruare) contrà qui Cęſari infenſi, Pompeianas partes potiores habebant, diuerſiſsima ab his quæ palàm fiebant, & loquebantur, & agebant. Itaq; prout noui nuncij acciderant, utriq; eos ſuis commodis metientes, uel concidebant animis, uel efferebantur: cumq;, ut fieri aſſolet, multi ac uarij rumores ſæpius una die, ac nõ raròunius horæ ſpacio afferrentur, animi eorum maxima affectuum uiciſsitudine laborabant, minimo momento ex lætitia in mœſticiam, ex ſpe in metum coniecti. Vbi de Pharſalica pugna fama aduenit, diu ei fides habita non eſt: nam neq; Cæſar de eo (quòd lætari de huiuſmodi uictoria uideri nolebat, quapropter triumphum quoq; eius omiſit) ad Rempublicã literas dederat, & incredibilem admodum rem eam apparatus utriuſq;, ſpesq; de eis conceptæ, efficiebant. Poſteaquam tandem creditum eſt, id tantum egerunt, quòd imagines Pompeij Syllæq;, quæ pro roſtris ſtabant, deiecere: nam erant complures, qui ne hoc quidem faciendum putarent: nec deerant, qui ne Pompeius acceptam cladem ſarciret, uerentes, ſatis factum eo modo Cæſari putarent, Pompeium uerò implacabilem ſibi fore metuerent.

Mutatio animorũ Romæ, poſt nuncium uictoriæ Pharſalicæ.

Ne mortem quidem eius crediderunt antè, quàm miſſum Romam annulum eius (in quo tria erant trophæa inſculpta, quod Sylla quoq; uſurpauerat) uiderent: tum uerò iam apertè Pompeio conuicijs exagitato, Cæſarem laudârunt, ac quæcunq; excogitare ad honorem eius potuere, decreuerunt. Qua in re magnum erat inter primos urbis homines certamen, inuicem

Quot, et quanti honores Cæſari uictori decreti.

cem ſe adulando Cæſare ſuperare laborantium: magnaq; à populo ſuffragia contentione ferebantur, cum ſinguli tanquã præſente atq; inſpiciente Cæſare acclamationes & geſtus omnes magno ſtudio compoſuiſſent, ſperantes pro his (quaſi uerò aliquid ipſi largirentur, ac nõ neceſſariò id agerent) ſe alij magiſtratum, alij ſacerdotium, alij pecuniam ab eo recepturos. Atq; ego ſanè eos honores Cæſari tum decretos, qui uel alijs quoq; iam antè cõceſsi fuerant, ut ſtatuas, coronas, primum in conſeſsibus locum, quæq; id genus ſunt alia, tum hos quoque, quos nouos, ac tum primùm delatos, ipſe Cæſar repudiauit, omittere ſtatui, ne negocium mihi ab alijs exhibeatur, nõ ſingulos percenſenti: quod idem in ſequentibus etiam faciam, idq; tanto magis, quanto & plures ſubinde & abſurdiores ſunt honores cõſtituti: eos tantùm cõmemorabo, qui cum peculiare atq; eximiũ quiddã haberent, ab ipſo Cæſare ſunt approbati. Tunc igitr̃ poteſtatẽ Cæſari dederũt (non q; is eam nõ ſibi ipſe paraſſet, ſed ut iamnunc ſecundũ leges agere uideri poſſet) de Pompeianis ſuo arbitratu ſtatuendi: deinde, ut belli paciſq; dominus in omnes homines eſſet, etſi neque ad Senatum, neque ad populum de ijs retuliſſet, cuius rei ſpecies erat bellum quod aduerſus ipſum in Africa parabatur. Hoc ipſum quoq; iam antè Cæſari aderat, tantis copijs inſtructo, quiq; bella quidem quę geſſerat omnia, ferè ſuo iudicio cõfecerat. Enimuerò Romani, ut adhuc ciues, ſuiq; iuris eſſe uiderent, hæc Cæſari decernebãt, quæ uel inuitis ipſis omnia obtinere poterat. Quippe hoc etiã accepit, ut quinque continuis annis Conſulatum gereret: ut Dictator non ad ſemeſtre tantùm ſpacium, ſed in integrum annum diceretur: ad hæc Tribuniciam poteſtatem per omnem ſuam uitam haberet. Inter eos enim aſsidere, atque omnia eorũ officia gerere reperiebatur, quod permiſſum aliàs erat nemini. Itaque omnibus comitijs (præter ea quæ plebis ſunt) ipſe præfuit, atque ob hanc cauſam in aduentum eius dilata comitia ſub finem anni habita ſunt. Iidem cum prouincias ſorte Conſulibus tradidiſſent, decretum fecerunt, ut extra ſortem Cæſar eas Prætoribus aſsignaret. (ita contrà quàm ſtatutum ab ipſis fuerat, iterum ad Conſules ac Prætores redierãt) Aliud quoq; fuit, quod Cæſari decernerent, uſu quidem illud receptum, ſed ob temporis anticipationem inuidię reprehenſionibusq; obnoxiũ. Triumphare enim eum de Iuba, Romaniſq; qui cum eo militabant, iuſſerunt, quaſi iam parta uictoria: cum ne futurum quidem tunc id bellum ſciret Cæſar. His ita decretis, approbatiſq;, Cæſar, quamuis extra Italiam erat, ſtatim Dictaturam occepit, Magiſtro equitum aſſumpto Antonio, qui Prætor nondum fuerat: iſq; ab hoc magiſtratu Conſul deinde factus eſt, ſummopere reclamãtibus Auguribus, non licere Magiſtro equitũ ultra ſextum menſem magiſtratũ tenere. Verùm hi multo riſu excepti ſunt, quòd cum cõtra omnia maiorum inſtituta Dictatori annuum imperium ſtatuiſſent, de Magiſtro equitum accuratam rationem inire uellent. At M. Cæcilius auſus ea quę de creditis pecunijs Cæſar cõſtituerat, tanquam eo uicto atque mortuo reſcindere, huiuſq; rei ergò Roma Campaniaq; concitata, perijt. Is primus Cæſaris actionibus reſiſtere auſus eſt, eratq; ob id Prætor creatus. Indignè autem ferens Præturam urbanam ſibi non obtigiſſe, ſed collegam Trebonium (qui non electus de more, ſed à Cæſare conſtitutus erat) ſibi prælatum eſſe, omnibus ei ſe in rebus oppoſuit: & cùm alia eius officia impediuit, tum non paſſus eſt, ut ſecundũ Cæſaris leges ius diceret. Ipſe præterea auxilia debitoribus aduerſum creditores, mercedeſq; habitationum annuas ſe conductoribus do-

Triumphus, antequam bellum gereretur.

Cæſar Dictator II.

M. Antonius Magiſter equitum.

M. Cecilij Prætoris cõtra Cæſaris acta ſeditio, fuga et interitus.

naturum

naturum pollicebatur. Ita magna ſibi multitudine adiuncta, impetũ in Trebonium fecit: ſed is mutata ueſte inter turbam elapſus, uitæ periculum euitauit. Vbi is conatus irritus fuit, legem per ſe promulgauit, qua merces habitationum omnis conductoribus remittebatur, tabulæꝗ nouæ proponebantur. Fortè tum milites in Galliam ibant, eos Seruilius Conſul ad ſe uocauit, Senatumꝗ hoc præſidio circumfuſo habens, de re pręſenti retulit. Cum Tribuniſplebis intercedentib. Senatuſconſultũ non fieret, tamen autoritas Senatus perſcripta eſt: iuſsitꝗ lictores, ut legis tabulas tollerent. Eos Cæcilius cum repuliſſet, ac contra ipſum Conſulem tumultũ concitaſſet, iterum Senatus militibus ſeptus conuenit, Seruilioꝗ cuſtodiam urbis (quod qua ratione fieret, ſuprà non ſemel demõſtrauimus) mandauit. Itaque Conſul ſecundum hoc mandatum omni Prætoria adminiſtratione Cæcilium prohibuit, eiusꝗ munus alij Prætori attribuit, ipſum Senatu excluſit, concionariꝗ intendentem de roſtris detraxit, eiusꝗ ſellam confregit. Quæ ſingula etſi magnam Cæcilio iram mouebant, tamẽ quòd ſatis uirium in urbe non habebat, ueritus ne pœnas inſuper daret, in Campaniam ad Milonem proficiſci inſtituit, ipſum quoque nouas res conantem. Cum enim Milo ſolus *Milo ſeditio-*
exulum à Cæſare in patriam reductus non eſſet, in Italiam aduenit: ibi ma- *nes mouet.*
gna hominum ui coacta, qui uel egeſtate, uel metu ſupplicij tenebantur, regionẽ maleficijs urgebat, urbesꝗ cùm alias, tum Capuam ipſam tentabat. Cum eo ſe coniungendi conſilium, eiusꝗ auxilio Cæſarem quibuſcunque poſſet modis lædendi Cæcilius ubi cepit, cum nec palàm ab urbe proficiſci poſſet (obſeruabatur enim) & conſilium non uideretur ut clàm profugeret, præſertim quia ſub habitu & nomine Prætoris longè plura quàm ſine his conſequi ſe poſſe ſperabat, ad Conſulem acceſsit, ab eoꝗ commeatum ad Cæſarem proficiſcendi orauit. Seruilius, etſi ſuſpicabatur quid ei in animo eſſet, tamen uehementius inſtanti, nomenꝗ Cæſaris inuocanti, & ad *Cæcilius ut Ro-*
purgationem ſui properare ſimulanti, profectionis facultatem dedit, adiun- *ma profuge-*
cto Tribuno plebis, qui eum, ſi quid noui moliri uellet, coerceret. Cæcilius *rit.*
poſtquam in Campaniã adueniens, offendit Milonem re infeliciter ad Capuam geſta in Tiſata (montis id Capuæ imminentis nomẽ eſt) confugiſſe, ſubſtitit. Itaꝗ ueritus Tribunuſplebis ne quid mali agitaret, domũ eum reducere uoluit. At Seruilius re maturè cognita, contra Milonem bello in Senatu decreto, Cæcilium in ſuburbio manere iuſsit, ne quid turbæ daret, accurata tamen cuſtodia, ut qui Prætor eſſet, non obſeruauit. Qua occaſione uſus Cæcilius aufugit, ad Milonemꝗ magnis itinerib. contendit: quem ſi ſuperſtitem inueniſſet, haud dubiè aliquos tumultus cõcitaſſet. nunc Milone Campania eiecto, atꝗ in Apulia perẽpto, in Brutios ſe cõtulit, quòd *Milonis & Cæ-*
uel in ijs locis ſe conſequi quicquã poſſe ſperaret. Cæterûm ab his qui Cæ- *cilij interitus.*
ſarianis rebus ſtudebant, coitione facta prius quàm ullam rem commemoratu dignam conficeret, cæſus eſt. Hic Miloni ac Cæcilio fuit uitæ finis. Cæterùm ne ſic quidem Roma quieta fuit, ſed multa ac magna mala ei euenerunt, quemadmodum id prodigia portenderant. Circumacto enim iam eo anno, inter alia oſtenta, apes quoꝗ in Capitolio iuxta Herculis ſtatuam ſedem occupauêre, cum Iſidi ſacra fierent. Itaque aruſpices omnia templa Iſidis, Serapidisꝗ demoliri iuſserunt: quod dum fit, Bellonæ quoꝗ ædes inſcientibus illis deiecta eſt, in eaꝗ uaſa figulina carnibus humanis plena reperta ſunt. Anno inſequẽti terræmotus ingens accidit, buboꝗ uiſus eſt, fulminibusꝗ Capitolium & fanum Fortunę publicæ, hortiꝗ Cæſaris tacti, e-

quus inter precioſos habitus ijs examinatus, delubrum Fortunę ſponte ſua apertum eſt. Præterea ſanguis ex piſtrino effuſus, ad alterius Fortunæ templum profluxit, quam (quod omnia quæ ante oculos ac poſt ſe poſita ſint, cernat, atque expendat, moneatque debere unumquemque meminiſſe à quibus maioribus ortus, qualiſque ipſe ſit) nomine Græcis explicatu difficili Primigeniam Latini uocāt: infantes etiā nōnulli, ſiniſtras capitibus impoſitas habentes nati ſunt. Cùm alia prodigia metum rerum parum fauſtarum obtuliſſent, tum præſertim poſtremo hoc ſignificari inferioris gradus homines contra nobiliores inſurrecturos, & uates prędixerunt, & populus opinatus eſt. Ita animos Romanorum cum dij his oſtentis conturbaſſent, auxit metum ipſa forma urbis, quæ miſera ac inſolens cùm ipſis Calendis Ianuarijs, tum multo pòſt etiam tempore uidebatur. Neque enim uel Conſul ullus, uel Prætor aderat. Antonius quidem ueſte (eam purpura prætextam habebat) & lictoribus (quibus ſex tantum utebatur) & quia Senatum cōuocabat, ſpeciem quandam popularis rei publicæ ſtatus exhibebat: gladio autem, quo accingebatur, multitudineque ſtipantium ipſum militum, ipſisque præcipuè actionibus penes unum eſſe totam ſummā rerum demonſtrabat: ac nō præſens modò conditio Romanis erat moleſtiſsima, ſed longè plura atque atrociora à Cæſare ipſo expectabant. Cùm enim magiſter equitum ne ludis quidem (quos pleroſque ipſe Cæſaris ſumptibus curabat, paucos uerò nonnullos Tribuniplebis adminiſtrabant) gladium deponeret, quid facturum ipſum Dictatorem exiſtimarent? Atque ſi quibus in mentem de eius clementia ueniebat, qua multis qui contra ipſum arma tulerāt, pepercerat: tamen quòd diuerſos eſſe animi ſenſus eorum qui imperium affectant, & eorum qui eo iam potiti ſunt, ipſum quoque immutatum iri cenſebant. Itaque ægrè rem ferentes, uarios inter ſeſe, ſi qui tutò id poterant, ſermones conferebant. Neque uerò tutum erat, cum omnibus communicare. nam qui uel amiciſsimi eſſe uidebantur, aut etiam genere propinqui, ij ſuos deferebant, uel malè detortis eorum dictis, uel mendacijs omnino in eos confictis. Quod pleriſque mœſticiam augebat, cùm neque luctum ſuum, neque ſenſum animi ſui alijs communicandi facultatem habentes, ea liberari nullo modo poſſent. Nam ipſa conuerſatio cum his, qui in ijſdem erant malis, alleuationem quandam afferebat: cumque quis tutò & quæ ipſe pateretur retuliſſet, & alterius miſerias uiciſsim exaudiſſet, ſui oneris partem abieciſſe ſibi uidebatur: contrà infidelitas eorum quibus cum erat uiuendum, ut mœror in pectore concluſus teneretur, id que magis magiſque ureret, efficiebat, ubi nec arcanum proferre, neque ullam eius requiem inuenire dabatur. Huc accedebat, quòd non affectus tantùm ſuos occultos in corde ſuo quiſque ſeruare cogebatur, ſed præſentem inſuper conditionem laudare, admirationi ducere, dies feſtos agere, ſacra facere, hilaremque ſeſe oſtendere opus habebat. Ac perinde uerò atque ſi non ſatis malorum ab Antonio haberēt, L. præterea Trebellius, & P. Cornelius Dolobella, Tribuniplebis, ſeditione urbem agitārūt: hic debitoribus opitulabatur, nam ipſe quoque in eorum numero erat, ac ea de cauſa ut poſſet Tribunuſplebis fieri, à patricijs ad plebem tranſiuerat: Trebellius auxilio ſe nobilitati fore præ ſe ferebat: cæterùm leges promulgare, cædeſque exercere, ambobus erat conmmune. Hinc tumultus ingens exiſtebat, armaque omnibus locis frequētia conſpiciebantur: quanquam Senatus conſultum factum fuerat, ne quis nouam ullam rem ante Cæſaris aduentum tentaret, Antoniuſque priuatis geſtatione armorum

Antonius & democratico & monarchico habitu uſus.

L. Trebellij et Dolobellæ ſeditio.

armorum in urbe interdixerat. Cum nemo obtemperaret, ſed ſeditioſi omnia & aduerſum ſe mutuò, & contra Senatũ, Antoniúmq́ molirentur, tertia factio contra utrumque Antonij ac Senatus fuit, cùm Antonio, ut arma poteſtatemq́ eam, qua iam antè occupata utebatur, à Senatu uideretur accepiſſe, Patres permitterent, ut intra urbem exercitum haberet, ipſeq́ cum reliquis Tribuniſplebis cuſtodiam urbis ſuſciperet. Itaq́ Antonius ex lege omnia quæ uellet agebat. Dolobella autem, Trebelliusq́, cum per uim agere dicerentur, freti tamen audacia ſua, apparatuq́, & ſe inuicem, & Antonium oppugnabant, tanquam ipſi quoq́ imperium aliquod à Senatu accepiſſent. Interim Antonius, cum audiuiſſet milites, quos à pugna Pharſalica Cæſar in Italiã præmiſerat, ipſe ſtatim ſubſequi in animo habens, mala conſilia agitare, uererturq́ ne quos nouos motus hi excitarent, urbis cura L. Cæſari mandata, eoq́ (quam poteſtatem nemo unquam magiſter equitum habuerat) præfecto urbis relicto, ipſe ad exercitum eum contendit. Tribuni plebis qui factionum duces erant, contempto ob ſenectutem L. Cæſare, multa atrocia facinora & contra ſe inuicem, & in alios perpetrauerunt: idq́ tantiſper, dum Cæſarem rebus in Aegypto confectis Romam aduentare fama attulit. Antè enim eum nunquam rediturum, ſed in Aegypto (is enim rumor fuerat) perijſſe credentes, factionibus urbem agitârant: aduentus eius fama audita, aliquandiu ſeſe continuere. Sed cum Cæſar antequam Romam rediret, in Pharnacem expeditionẽ ſuſciperet, ſeditiones renouarunt. Antonius cum neq́ compeſcere eos ualeret, & in Dolobella plebem offendiſſet, primùm Dolobellæ ſe adiunxit, Trebelliumq́ cùm alijs nominibus, tum quòd milites ad ſe pertraheret, criminatus eſt. Sed cùm deinde ſe apud multitudinem nullo eximio honore affici, eamq́ ſoli Dolobellæ intentam eſſe ſentiret, ægrè id ferens, ſententiam mutauit. quò accedebat, quòd fauorem populi ſibi cum Dolobella communem eſſe uidebat, culpam uerò à ſenatu maiori ex parte ſibi attribui. Itaque pòſt cum neutri ſe cupere uideri uellet, clàm Trebellium fouit: eumq́ cùm alijs rebus iuuit, tum militem ad ſe accipiẽdi copiam fecit: atq́ ita quaſi inſpector certaminis huius, iudexq́ ſedit: illi uerò pugnauere, ac loca urbis opportuniſsima alter alterius profligandi cauſa occupauerunt: inde cædibus ac incendijs eo modo graſſatum eſt, ut ſacra aliquando à Veſtalibus templo efferrentur. Quibus incommodis permotus Senatus, iterum Antonio cuſtodiam urbis, idq́ accuratius quàm antè, mandauerunt. Cum iam tota ferè urbs militibus eſſet referta, non tamen hi motus conciderunt. Dolobella enim, deſperatione ueniæ à Cæſare impetrandæ adductus, id iam agebat, ut magno quodam facinore exhibito periret, ex quo ſempiternam ſui memoriam relinqueret: quippe reperti ſunt nonnulli, qui famæ cupiditate peſsimas res agere animũ inducerent. Is igitur, quemadmodum nominis ſui illuſtrandi cauſa omnia antè egerat, ita tunc quoq́ diem conſtituit, qua die pollicitus eſt ſe leges de nouis tabulis, mercedeq́ quæ cõductionis nomine ſolui ſolebat, abroganda, perlaturũ. Quæ cum recepiſſet, plebsq́ aditibus fori obſtructis, nõnullisq́ in locis ligneis turribus erectis, parata eſſet ad profligãdos eos, qui ijs legibus reſiſtere uellẽt: Antonius ut primùm illuxit, magna militũ manu de Capitolio deducta, tabulas legũ diſcidit, nõnullosq́ ne ſic quidẽ tumultuandi finẽ faciẽtes, de Capitolio præcipitauit. Neq́ tamẽ ita ſeditionibus modus factus eſt, ſed quo plures ex ſeditioſis perierũ, tanto maiori cõtentione reliqui tumultuati ſunt, Cæſarẽ maximo difficilimoq́ bello diſtineri arbitrantes,

L. Cæſar urbi præfectus.

tes:neq; antè deſtiterunt, q̃ is ex improuiſo Romã peruenit:tum demũ uel
inuiti conquieuerũt,ita quidẽ, ut extrema ſupplicia ſibi ab eo impẽdére pu
tarent,deq; ipſis per totam urbem plurimus ſermo haberetur, alijs aliter de
cauſa eorum ſtatuentibus. Verùm Cæſar hic quoque ſuũ morem obtinuit,
contentuſq; in præſentiarum omnia eſſe ſedata, nullam de præteritis inqui
ſitionem inſtituit:ſed omnibus pepercit, aliquoſq; ex ijs honorib. inſuper
Cæſaris clemẽtia in ſeditioſos. affecit,Dolobellam in primis. Quoniam enim erat eius merito obſtrictus,
eius memoriam ſibi abijciendam, aut quia læſus ab eodem eſſet,ideo acce-
ptum quoque beneficium paruipendendum eſſe non exiſtimauit:ſed eius
habita ratione,peccati gratiam Dolobellæ fecit, eumq; cùm aliàs in hono-
re habuit,tum paulo pòſt Conſulem creauit,quamuis Præturã is nunquam
geſsiſſet.Atque hæc Romæ acta ſunt per abſentiam Cæſaris,inter cuius ad
urbem reditũ, mortemq; Pompeij ut aliquantũ temporis intercederet, hæ
cauſæ fuerunt . Aegyptij exactionem pecuniæ moleſtè ferentes,idq; adeò
indignum ducentes, quòd ne à ſacris Cæſar abſtineret (ipſi enim multitu-
dine eorum quæ uenerantur numinum, omnibus mortalibus præpollent:
ac quia non una eſt ipſis religio uniuerſis,ſed inter ſe diuerſiſsimi cultus,bel
lis quoque eius rei cauſa mutuis ſe impetũt) ad hæc metuentes,ne Cleopa-
træ,quæ plurimum apud Cæſarem poterat,traderentur, tumultum concita
uere.Nam Cleopatra,cum hactenus per alios cauſam ſuam contra fratrem
apud Cæſarem egiſſet, ſimul atq; naturam eius cognouit (erat autem Cæ-
ſar amoribus quàm maximè obnoxius, remq; cum multis alijs fœminis, ut
ei fortuitò eæ oblatæ fuerãt, habuerat) per internuncios Cæſari queſta eſt,
ſe proiectam ab amicis, cupereq; ipſam per ſe apud eum litem ſuam proſe-
Cleopatræ forma & mores. qui.Ipſa uerò aliàs omnibus mulieribus formæ elegãtia præſtabat, tum flo-
re ætatis admodum erat conſpicua:ineratq; ei in uoce ſummus lepos, ita ut
cum quocunq; homine colloqueretur, gratia eum demulceret: deniq; tan-
ta eius aſpectum orationem que uis comitabatur,ut allicere etiam ab amo-
re uel natura uel ætate alieniſsimum quemq; hominem ad ſui amorem uale
ret. quibus rebus inſtructa,in rem ſuam exiſtimabat fore, ſi ad Cæſaris col-
loquium admitteretur, inq; ſua uenuſtate præſidium cauſæ omne repone-
Cleopatræ cũ Cæſare colloquium. bat.Impetrato à Cæſare,ut ſub eius aſpectum ueniret, ita ſeſe exornauit ac
compoſuit,ut ſimul quàm maximam dignitatem præ ſe ferret,ſimul miſeri-
cordiã Cæſari moueret. his adornatis,noctu in urbẽ (degebat enim tum fo
ris) atq; in regiam Ptolemæi clàm peruenit. Quam ubi Cęſar uidit,loquen
temq; nonnihil audiuit, ita confeſtim mancipium eius factus eſt, ut ſtatim
ſub auroram Ptolemæum acceſſierit,pacificationemq; tentauerit. Cleopa-
træ enim,cuius antè iudex eſſe uoluerat, tunc aduocatum agebat. Quæ res,
quodq; improuiſo ſuã ſororẽ intus eſſe uidebat, ita pueri animũ ira inflam-
mauit,ut proſiliẽs ad populũ,proditũ ſe clamaret,ac deniq; diadema capite
detractũ abijceret. Magno inde tumultu coorto,Ptolemæũ Cæſariani mili
Seditio Aegyptiorum cõtra Cæſarem, utq; eam ſedauerit. tes intrò abripuerũt, Aegyptij autẽ cõmoti ſunt:ac niſi Cæſar metu percul
ſus ad eos ꝓdijſſet,deq; loco tuto omnia ſe quę uellent facturũ promiſiſſet,
ipſo primo impetu regiã, quã terra mariq; iam inuadebãt, occupaſſent . ne-
que enim Romanis,qui ſe apud amicos uerſari credebãt,ullæ ad reſiſtendã
aderãt uires. Poſt hęc Cæſar in concionẽ cum Ptolemęo & Cleopatra pro-
greſſus,patris eorũ teſtamẽtum de ſcripto recitauit, quo præcipiebatur, ut
more maiorum apud Aegyptios , Ptolemæo coniux Cleopatra eſſet: re-
gnumq; tenerent , eiuſq; teſtamenti procuratio populo Romano ibidem
aſsignabatur.

aſsignabatur. His addens Cæſar, ſuum qui Dictaturã gereret, omnemq; populi poteſtatem obtineret, eſſe, ut & liberos curaret, & patris uoluntatem exequeretur: Ptolemæo & Cleopatræ regnum Aegypti dedit, Arſinoæ autem, Ptolemæoq; iuniori, germanis horum, Cyprum conceſsit. in eum enim tunc terrorem peruenerat, ut his quoq; de ſuo aliquid concederet, nedum ipſe ex rebus Aegypti quicquã adipiſceretur. Ad hunc modum is tumultus ſedatus eſt: ſed haud multo pòſt nouus motus coortus eſt, adeò ut ad bellũ quoq; res deueniret. Photinus enim Eunuchus, cui Ptolemæi pecuniarum procuratio commiſſa fuerat, quòd ſeditionem Aegyptiorũ præcipuè concitauerat, ueritus ne eius rei cauſa ad ſupplicium depoſceretur, clàm ad Achillam, qui etiamnum apud Peluſium morabatur, miſit, cumq; terroribus ac ſpe propoſitis in ſocietatem ſuorum conſiliorum pertraxit: deinde reliquos quoq; qui in armis erant, ſibi conciliauit, iniecta ſuſpicione, Cæſarem quidem componendæ turbæ cauſa regnum utriſq; ſimul dediſſe, ſed progreſſu temporis ſoli Cleopatræ id attributurum: uidebatur autem ex æquo omnibus res indigna, ſub imperio eſſe fœminæ. Erant tum Achilla eæ copiæ, quibus ſe Cæſarianis parem eſſe confidebat, cum his rectà Alexandriã contendit. Cæſar re cognita, hoſtiumq; multitudine ac audacia territus, ad Achillam miſit, qui ei Ptolemæi nomine, ut quieſceret, dicerent: Achillas, quia non regis, ſed Cæſaris mandatum ferri intelligebat, non modò non paruit, ſed inſuper eum tanquam ſibi timentem, contemptui habens, cõuocatis militibus, poſtquam multa pro Ptolemæo, ac contra Cæſarem & Cleopatram uerba fecit, tandem eos ad cædem internunciorum, etſi ij Aegyptij erant, incitauit, ut ſanguine eorum repleri, bellum nullius pacificationis capax gerere opus haberent. Quibus perceptis Cæſar milites ex Syria euocat, regiam, uicinaq; ædificia uſq; ad mare foſſa muroq; communit. Interim Achillas cum Romanis, reliquiſq;, quos cũ Septimio Gabinius Ptolemæo præſidij loco reliquerat (ij ex mora quã in Aegypto fecerant, mores quoq; incolarum iam aſſumpſerant) Alexandriam aduenit, ciuium maximam partem confeſtim ad ſe pertrahit, loca commodiſsima occupat. Exinde multa prælia interdiu noctuq; committuntur, multa incendia fiunt, inter quæ nauale etiam, penuſq; frumentaria, Bibliothecaq; plurimis (ut fertur) optimiſq; referta libris conflagrauit. Continentẽ omnem terram, his locis demptis, quę Cæſar munitionibus clauſerat, Achillas tenebat: Cæſar mari omni potiebatur, excepto portu. Cumq; nauali certamine uiciſſet, Aegyptijq; metuentes, ne iam in portum quoque nauigare intenderet, introitum eius paruo relicto ſpacio aggere iniecto obſtruxiſſent, ipſe illud quoq; ſpaciũ, onerarijs nauibus lapidum plenis eò demerſis, obturauit, omnemq; è portu exeundi facultatem nauibus hoſtium interclufit. Vnde effectum eſt, ut minori negocio res neceſſarias, aquamq; (nam aquationem ex continenti Achillas interciſis aquæ ductibus ei ademerat) petere poſſet. Dum hæc geruntur, Ganymedes quidam Eunuchus Arſinoen negligẽtius cuſtoditam, furtim ad Aegyptios traduxit: eaq; illi regina conſtituta, iam eo maiori ſtudio bello incubuerunt, quòd ducem ex Ptolemæorũ proſapia nacti eſſent. Ea propter Cæſar Photinum, ueritus ne is Ptolemæum quoq; furtim auferret, interfecit, ac palàm deinceps regem diligenti cuſtodia aſſeruauit. Quo facto magis etiam animis Aegyptiorum exaſperatis, cum eorum ſubinde numerus augeretur, Romani uerò milites ex Syria nondum adueniſſent, Cæſar ad amicitiam hoſtes perducendi conſilium cepit: Ptolemæumq; in

Photinus Eunuchus, & Achillas, bellum contra Cæſarẽ mouent.

Internuncij occiſi.

Ganymedis Eunuchi acta.

eo loco, unde ab illis exaudiri poſſet, conſtituto, Aegyptijs dicere iuſsit, neque ſe quicquam aduerſi pati, neq; bello opus eſſe: proinde pacem componerent, ſe curaturum ut conditiones conuenirent. Quę ſi ipſe ſua ſponte ita pronunciaſſet, utiq; ut bellum pace mutaretur, effeciſſet: nunc ſuſpicati ad hoc eum à Cæſare ſubornatum eſſe, nihil à propoſito deflexêre. Progreſſu temporis diſsidium ijs qui cum Arſinoa erant, incidit: interimendiq; Achillæ, quaſi uerò rem naualem is prodidiſſet, autor ei Ganymedes fuit. Quo facto, ipſe dux militum conſtitutus, naues omnes quotquot in flumine ac palude erant, in unum locum conduxit: alijsq; præterea ædificatis, uniuerſas per foſſas ad mare deduxit: Romanosq; inopinatò adortus, onerarias eorũ naues partim cõbuſsit, partim remulco alligatas abduxit: apertoq; portus introitu, ibi nauib. ſuis in ſtatiõe locatis, multũ Romanis negocij exhibuit.

Præliũ ad Pharũ, & periculum Cæſaris, utq; enauerit.

Cæſar, ubi eos animaduertit aliquando negligentiores, quòd mari potirentur, ſubitò in portum aduectus, compluribus nauigijs exuſtis, in Pharũ naues ſuas eiecit, incolasq; eius loci occidit. id uidentes Aegyptij, qui in continenti uerſabantur, per pontes auxilio Pharijs uenerunt: uiciſsimq; multis Romanorum cæſis, reliquos in naues compulerunt. Hi cum confertim in eas urgentibus hoſtibus præcipitarent, euenit ut multi in mare exciderent, inter quos Cæſar ipſe fuit. isq; in ſummo uitæ diſcrimine conſtitutus, cum & ueſte grauaretur, & ab Aegyptijs, imperatorem eſſe ex purpura colligentibus, iaculis peteretur, proiecta ueſte ad ſcapham enatauit, atq; ita præſens periculum effugit, ne madefactis quidem inter natandum, quos ſiniſtra manu tenuerat, libellis. at paludamento potiti Aegyptij, trophæo id quod de fugatis tum hoſtibus ſtatuerent, appenderunt, tanquam ipſum ducem cępiſſent. Iidem, quia euocati ex Syria milites Cęſaris iam appropinquabant, omnia littora ad quæ appellere naues poſſent, cuſtodierunt, multumq; ijs copijs detrimenti attulerunt. Atque his quidem, qui ipſi Africæ naues aduertebant, aliquam Cæſar opem tulit: ſed apud oſtia Nili multos Aegyptij ignibus editis, perinde ac ſi Romani ea loca obtinerent, deceptos compræhenderunt, ita ut reliqui eò naues obuertere non auderent, do-

Tiberij Claudij Neronis uictoria.

nec Tiberius Claudius Nero in ipſum fluuium ſubuectus, hoſtibus prælio uictis, ut ſui tutò terræ adnauigare poſſent, effecit. Eodem tempore Mithridates Pergamenus conatus per exitus Nili Peluſiũ peruenire, cum nauigijs introitum Aegyptij obſtruxiſſent, noctu ad foſſam aduectus eſt: in eamq;

Mithridates Pergamenus Peluſiũ capit, Dioſcoridem uincit.

nauibus tranſportatis (neque enim pertinet in mare) in Nilum nauib. ſucceſsit: deinde eos qui oſtia Nili cuſtodiebãt, ſubitò è mari fluuioq; adortus, oſtia ipſa liberauit: Peluſiumq; claſſe terreſtribusq; copijs aggreſſus, in poteſtatem ſuam redegit. inde ad Alexandriam procedẽs, cum Dioſcoridem quendã obuiam ſibi ire audiſſet, eum poſitis inſidijs interfecit. Ne hæc quidem damna Aegyptios, ut à bello deſiſterẽt, permouere: quia tamen eunuchi, mulierisq; imperium moleſtè ferebant, arbitrabanturq;, ſi Ptolemęum ſibi ducẽ cepiſſent, Romanis ſe ſuperiores fieri poſſe, cum eum nulla ratione poſſent eripere (attentiſsimè enim cuſtodiebatur) fractos ſe calamitatibus,

Ptolemæũ Aegyptij fraude pacificatiõisq; prætextu à Cæſare impetrãt.

pacemq; concupiſcere ſimulauerunt: miſeruntq; ad Cęſarem, qui & de pace agerent, & Ptolemæum peterent, ut cum eo de cõditionibus componendæ pacis conſilia inire poſſent. Cæſar re uera eos ſententiam mutaſſe, (quippe audierat homines eſſe timidos, leuiq; momento mutabiles) acceptis cladibus conſternatos cenſebat: ac ſi uel dolo agerent, tamen aſſentiendum ſibi eſſe, ne pacem impedire uiderẽtur, ducebat: itaque poſtulatis ap-

probatis,

probatis, Ptolemæum ipſis miſit. Nam nihil in eo prẹſidij cùm ob ætatem, tum ob ſiniſtram inſtitutionem collocandum uidebat: ita uerò fore, ut aut quibus ſibi probaretur conditionib. pacem cum Aegyptijs faceret, aut eos debellandi ſubigendiꝗ iuſtiorē utiꝗ cauſam, regniꝗ Cleopatræ tradendi probabiliorē rationē haberet. Neꝗ uerò ne ab ipſis uinceretur ipſe, uerebatur, præſertim iam auctus exercitu. Aegyptij allato ſibi puero, nulla iam pacis habita ratione, ſtatim in Mithridatem ſe conuerterunt, quaſi magnam quandam propter nomen ac genus Ptolemæi uictoriam reportaturi: eoꝗ rege apud paludem inter fluuium ac lacus accepto, denuò tumultuati ſunt. Quos Cęſar, metuens ne exercitus ſuus diuideretur, tum inſecutus non eſt: noctu autem nauibus ſolutis, tanquā ad exitum Nili properaret, accenſiſꝗ per omnes naues facibus, quo magis eò contendere uideretur, initiò nauibus prouectus, pòſt luminibus extinctis retrò nauigauit: circunuectusꝗ urbem ad Cherrhoneſum, qui locus ad Africam pertinet, peruenit. ibi expoſitis militibus, paludē circũiuit: ſummoꝗ manè Aegyptios inopinãtes adortus, tantum eis confeſtim incuſsit terrorem, ut ſtatim legatos de impetranda pace miſerint. Eorum ſupplicationem Cæſar nō admiſit, ſed acri deinde prælio ſuperauit, edita maxima hoſtium cæde. à qua nonnulli magna celeritate per fluuium fugam facientes, perierunt: inter quos ipſe etiam Ptolemæus obijt. Ita Cæſar Aegyptum ſubegit, neꝗ tamē eam Romanorum dominio ſubiecit, ſed Cleopatræ cōceſsit, cuius gratia totum bellum geſſerat.

Cæſar Alexandrinum bellum uictoria prælij conficit.

Ptolemæi obitus.

Metuens tamen ne Aegptij mulieris imperio addicti, denuò tumultuarentur, ne'ue Romanorum in ſe animos cùm huius rei, tum ſuæ cum Cleopatra conſuetudinis cauſa commoueret, coniugem eam fratris ſuperſtitis eſſe iuſsit, regnumꝗ utriſque commune fecit. Id quidem in ſpeciem agebat, re ipſa totum Cleopatræ regnum deferebatur: quippe eius maritus puer ętate erat, ipſa autem apud Cæſarem gratia nihil non poterat. Itaꝗ ſub prætextu coniugij quo fratri iungebatur, regniꝗ cum eo ex æquo obtinendi, ipſa ſola rerum potiebatur, ac Cæſaris conſuetudine utebatur: eumꝗ uel diutius in Aegypto detinuiſſet, uel Romam proficiſcentē comitata fuiſſet, niſi Pharnaces & Aegypto Cæſarem inuitum detraxiſſet, & in Italiam properare uetuiſſet. Is Pharnaces Mithridatis filius, rex Boſpori Cimmerij erat, uti ſuprà oſtenſum eſt: cæterùm cupiditate regni paterni recuperandi impulſus, quo tempore Pompeius & Cæſar armis contendebant, rebellionem fecerat, Romaniſꝗ primùm ciuili bello, deinde Aegyptio occupatis, Colchidem nullo certamine, itemꝗ omnem Armeniam Deiotaro abſente, ad hæc urbes aliquot Cappadociæ, Pontiꝗ, quę Bithynię iuriſdictioni ſubiacebant, in ſuam poteſtatem redegerat. Hæc eo agente, Cæſar, rebus in Aegypto nondum compoſitis, cum per alios eum ſe debellare poſſe ſperaret, Cn. Domitium Caluinum ad id bellum miſit, iuſſum ut Aſiam, quiꝗ ibi erant exercitus, ad ſeſe reciperet. Caluinus Deiotaro, ac Ariobarzane ſibi adiuncto, rectà aduerſum Pharnacen, qui tum Nicopoli iam antè occupata à ſe degebat, profectus eſt. cumꝗ Pharnaces aduentu eius territus inducias peteret, ut per legatos res componeretur, Caluinus hoſte contempto, negatis inducijs conflixit prælio, ſuperatusꝗ eſt: quodꝗ ſatis uirium non haberet, appetente iam hyeme, in Aſiam redijt. Pharnaces iam animo elatus, reliquas Ponti partes recepit: Amiſumꝗ urbem, cum diu reſtitiſſet, ui expugnatam diripuit, omnibus puberibus interfectis: ac in Bithyniam Aſiamꝗ cum ſpe eiuſdem ſucceſſus, quo pater eius uſus fuerat, contendit:

Ptolemæo iuniori, & Cleopatræ regnum Aegypti conceſſum.

Bellum Cæſaris cōtra Pharnacem.

Cn. Domitius Caluinus contra Pharnacem miſſus, ab eo uincitur.

Amiſus.

uerùm audito Aſandrum, cui tutelam Boſpori crediderat, nouas res moli-
Aſander contra Pharnacē inſurgit.
tum, ſubſtitit. Is enim, ſimul atq; annunciatum ei fuit, Pharnacē longè iam
progreſſum, eumq; cenſeret ſi uel maximè in præſentiarum Romanos latê-
ret, tamen in poſterum id haud impunè laturum, bonæ gratiæ à Romanis
ineundæ cauſa, ſpeq; Boſporani regni ab eis accipiendi, contra dominum
ſuũ inſurrexit. Cuius rei allato nuncio Pharnaces in eum ire inſtituit, quan-
quam id fruſtrà fuit. Cæſaris enim aduentu in Armeniam cognito, conuer-
Zela.
ſo itinere ei ad Zelam occurrit. Etenim Cæſar Ptolemæo mortuo, ſupera-
Victoria Cæſaris de Pharnace ad Zelam.
toq; Domitio, neq; honeſtam ſibi, neq; ex uſu futuram moram in Aegypto
iudicans, magnis inde itineribus in Armeniam peruenit. Barbarus perterri
tus, magisq; ab impetu quàm exercitu eius ſibi timens, multos ad eum ante
quàm propius accederet, legatos de pace miſit, ſi quacunq; tandem ratione
præſens diſcrimen euitare poſſet: idq; in primis obtendebat, ſe Pompeium
nullo auxilio iuuiſſe, ſperabatq; ſe Cæſarem in Italiam Africamq; properan
tem ad pacificationem adducturum, à cuius diſceſſu bellum renouare facilè
poſſet. Sed Cæſar idipſum ſuſpicatus, comiter acceptis primis ac ſecundis
eius legatis, ut ſpe pacis quàm maximè incautum inuadere poſſet, tertijs le
gatis cum alia crimina obiecit, tum deſertum ab eo Pompeium benefacto-
rem: ipſe omni mora præciſa, eadem die qua ad hoſtem peruenerat, ex itine
re ad dimicationem deſcendit: aliquandiuq; ab equitatu, curribusq; falca-
tis hoſtium conturbatus, tandem legionarijs militibus uictoriam obtinuit.
Pharnacis interitus.
Pharnacem ad mare confugientem, atq; inde in Boſporum ui intrare cona-
tum Aſander repulit, atq; interemit. Ea uictoria, quamuis non ſplendidiſsi-
ma, Cæſar magnopere ſeſe iactauit, ut nulla alia magis, quòd ea die & per-
ueniſſet ad hoſtem, & uidiſſet eum, & uiciſſet. Manubias omnes, quamuis
plurimæ erant, militibus donauit: cumq; trophæum eo in loco Mithrida-
tes de Triario ſtatuiſſet, quia id cõſecratum Belli Deis euertere fas nõ erat,
ipſe de Pharnace ſuum oppoſuit, atq; ita Mithridaticum obſcurauit, quo-
damq; modo deiecit. Poſteà receptis omnibus, quæ uel Romanis, uel eo-
rum ſocijs Pharnaces ademerat, ſingula his qui amiſerant reſtituit, parte
quadam Armeniæ, quam Ariobarzani dono dedit, excepta. Amiſenorum
calamitatem libertate eis data compenſauit: Mithridati Pergameno tetrar-
chiam Galatiæ cum regio nomine tribuit, eí que bellum contra Aſandrum
mandauit, quo & eius in amicum perfidia plecteretur, & Mithridates Bo-
ſpori dominus fieret. His actis, reliquis rebus conſtituendis Domitio præ-
Cæſar magnā undiq; uim pecuniæ corradit, eiusq; facti excuſatio.
fecto, in Bithyniam uenit: hinc in Græciam, Italiamq; deinde nauigauit,
magna ui pecuniæ undiq; quibuſcunq; titulis confecta, ueluti antè ab ipſo
quoq; factum fuerat. Partim enim eam pecuniã, quæ Pompeio prius pro-
miſſa fuerat, exigebat, partim alijs obtentis cauſis alias imperabat. Tyri om-
nia Herculis donaria ſuſtulit, quòd coniugem & filium Pompeij in fuga re-
cepiſſent. multas quoque à principibus regibusq; aureas coronas accepit,
partarum uictoriarum ergò. Quæ omnia non improbitate quadam Cæſar
fecit, ſed quia ingẽtes ſumptus faciebat, longeq; maiores in exercitus, triũ-
Cæſaris dictũ, de pecunia & militibus, quibus potentia et quæritur, & retinetur.
phumq;, cæterasq; res quibus ſuam magnificentiam oſtentaret, collaturus
erat: utq; ſummatim dicam, ideò pecunijs conficiendis intentus erat, quòd
duas res eſſe prædicaret, quibus & quæreretur, & conſeruaretur, & augere
tur potentia, milites nimirum, ac pecuniam. nam & ſuppeditatione rerum
neceſſariarum exercitus contineri, & eam armis parari, atq; alterutro defi-
ciente, reliquum ſimul concidere: hac de re ita & ſentire & loqui ſubinde.

ſolebat

ſolebat. Proinde Africa omiſſa, quamuis ea ad bellum cõtra ipſum erat ex-
citata, in Italiam Cæſar properauit, quòd res ad urbem ſeditionibus agita-
tas accepiſſet, timebatq; ne eæ ad extrema mala ſtatum ciuitatis adducerẽt.
Sed ne Romæ quidem ſeuerius in quenquam quicquam ſtatuit, tantùm i-
bi quoq; magna coacta pecunia, quam partim ſub ratione muneris (quod
genus erant coronæ, imagines, reliquaq; eiuſmodi quæ offerebantur) par-
tim etiam mutuo, idq; non à priuatis tantùm, ſed ab ipſis adeò urbibus, acci
piebat. Mutui enim nomen ei pecuniæ, cuius exigendæ probabilis alia ra-
tio nulla extabat, prætexebat: quanquam alioquin ui eas quoq; non ſecus
atq; debitas ſibi, poſcebat, neq; redditurus unquam erat. Dicere autem ſole
bat, ſuas ſe facultates reipublicæ impendiſſe, ideoq; nunc nomina facere o-
pus habere: unde cum plebs nouas tabulas poſtularet, renuit, ſe quoq; ob-
æratum eſſe dicens. Palàm uerò potentia ſua alienas res ſibi uendicabat, ut
non modò reliquos, ſed ſuos etiam ſocios offenderet. Ea enim bona, quæ
publicauerat ipſe, permulta ab ipſis nimio etiam precio empta erant, ſperã-
tibus precium ſibi perſoluendũ non fore: quod tamen omne pendere coa-
cti ab eo ſunt. Quorum indignationem etſi Cæſar nihili faciebat, tamen i-
pſos quoque certa ratione ſingulos demeruit, dum in gratiam multitudi-
nis, uſuram quæ ab eo tempore quo in Pompeium expeditionem fecerat,
debebatur, omnem remiſit: nec non & mercedem conductarum habita-
tionũ, cuius ſumma duo millia nummûm attingeret, cõdonauit: ad hęc æſti
mationes poſſeſſionũ, ſecundum quas iuxta leges debitoribus creditores
ſatisfacere iubebantur, ad inſtantis temporis rationem accommodauit: ac
propter multitudinem eorum quæ publicata erant, magnam omnium uili-
tatem parauit. Hoc modo multitudine ſibi cõciliata, ſocios quoq; ſuos, ad-
iutoresq;, qui Senatorij ordinis erant, ſacrificijs & magiſtratibus partim in
reliquam anni partẽ, partim in ſequẽtem annum collatis ſibi deuinxit. Vt
enim pluribus gratiam poſſet referre, decem Prætores ad inſequentem an-
num deſignauit: & numerum eorum qui rebus ſacris præeſſent, ſupra præ-
ſcriptum à legibus auxit. Nam & Pontificũ & Augurum & Quindecimui
rorum collegiũ uno addito in ſingula collegia ampliauit: quamuis ipſe, ut
decretum erat, omnia ſacerdotia habere ſtatuerat. Equites autem ſui exerci
tus, Centurionesq;, & qui his qui minores magiſtratus obibant, cûm alijs
præmijs affecit, tum nonnullos eorum in Senatum in locum defunctorum
ſubrogauit. Cæterùm milites non mediocriter eum perturbauerunt. Hi e-
nim ſperauerãt plurima ſe adepturos. ac tameſi meritis ſuis nequaquam in-
feriora præmia acceperant: tamen quod expectationi ſuæ ea non ſatisface-
rent, tumultus concitauêre. Erat eorũ maior pars in Campania, quos in A-
fricam præmiſſurus Cęſar fuerat: ab his Salluſtius (qui ut Senatoriam digni
tatem recuperaret, tum Prætor factus erat) propemodũ occiſus, cum Ro-
mam ad Cæſarem contenderet, ut eum hac de re certiorem faceret, inſecuti
eum complures militum, à nemine manus cohibentes, obuios quoſque, at-
que inter hos duos Senatores occiderunt. Cæſar ſimul atque id cognouit,
immittere eis ſuas Prætorias cohortes ſtatuit: mox ueritus ne hi quoque in
ſeditionis ſocietatẽ concederent, conquieuit tantiſper, dum milites in ſub-
urbana aduenirẽt. Ibi cum eſſent, miſit ad eos qui percontarent, quid nam
peterent, aut cuius rei gratia adeſſent. Cum ipſi Cæſari ſe id exponere uelle
reſpondiſſent, ut ſine armis, ſolosq; gladios geſtantes (eos enim aliàs in ur
be geſtare conſueuerant, neque tunc eos deponere ſuſtinuiſſent) in urbem
uenirent,

Cæſar Romam uenit, utq; tumultus ſedauerit, & pecuniã exegerit, & magiſtratus ac honores diuiſerit ſuis.

Aes alienum Cęſaris.

Seditio militũ Cęſarianorũ, & quemadmodum Cęſar eã compoſuerit.

Salluſtius Prętor.

uenirent, Cæſar eis liberum fecit. Cum milites Romæ apud Cæſarem mul-
tis uerbis cōmemorarēt, quot labores pertuliſſent, quæ pericula ſubijſſent,
quæ præmia cùm ſperaſſent, tum meruiſſent, proinde in poſterum miſsio-
nem ſibi militiæ fieri peterent, eamꝗ uehementius urgerent, (non quòd
cupiditate uitæ in pace agendæ id facerēt, homines iandiu belli lucris aſſue
ti, ſed quòd Cæſarem ita ſe perterrituros exiſtimabant, bello Africano ſubi
tò occupatum) Cæſar hæc tantùm uerba locutus: Enimuerò, ô Quirites, re
ctè dicitis: nam & laboribus & uulneribus exhauſti eſtis. nullo alio reſpon-
ſo dato, confeſtim omnibus ſacramentum militare remiſit, quaſi ad nullam
ijs rem indigeret, pollicitus ſe eis qui legitimum tempus meruiſſent, & ſti-
pendia & præmia perſoluturū. Quibus eis dictis illi in magnum terrorem
peruenerunt, cùm ob reliquam eius ſententiā, tum eo maximè, quod Qui-
rites eos, non milites appellaſſet. Itaꝗ animis collapſi, ueritiꝗ ne quid gra-
uius de ſe conſuleretur, mutato propoſito, multis ſupplices precibus, mul-
tisꝗ promiſsionibus contenderunt, ut ſe & lubentiſsimo animo eius ſigna
ſecuturos, bellumꝗ hoc ſolos confecturos reciperet. Hæc illis agentibus,
intercedenteꝗ etiam Tribuno quodam militū precib. pro eis: (incertū eo
rum'ne mandato, an demerēdi Cæſaris cauſa id ſua ſponte fecerit) Miſſos,
inquit Cæſar, facio & uos qui adeſtis coràm, & reliquos omnes, quorū mili
tiæ tempus exactū iam eſt. neꝗ enim uobis mihi quicquam opus eſt. Cæte
rùm præmia nihilominus uobis perſoluam, ne quis ueſtrûm dixerit, me uo
bis uſum in periculis, ingratum deinde me præſtitiſſe: quantumuis ad reli-
quias quoꝗ belli conficiendas neꝗ corporis uiribus, neꝗ alia ulla re deſti-
tuti, militiam meam recuſaueritis. Hæc aſtutè ſimulata Cæſar (etenim ma-
gnoperè ijs indigebat) locutus, uniuerſis agros partim publicos, partim
ſuos aſsignauit, alijs aliò collocatis, longiſsimeꝗ à ſe inuicem diſtractis, ne
ſi unum locum occupaſſent, uel finitimis terrori, uel ad nouas denuò res co-
nandas parati eſſe poſſent: debitas uerò pecunias quas ferè ad ſingula egre
gia facta daturum ſe promiſerat, ſe partim iam nunc numeraturum, partim
paulo pòſt cum fœnore perſoluturū recepit. Poſtquam his uerbis animos
eorum ita obnoxios fecit, ut non modò non fremerent iam, ſed gratias ipſi
inſuper haberent. Accepiſtis, inquit, iam à me omnia, neꝗ ego quenquam
ueſtrûm ad militiam poſthac compellam. Si quibus tamen me in his quę re
ſtant, abſoluendis adiuuare uolentibus eſt. eos ego lubens recepero. Ea uo
ce audita, ſumma omnes uoluptate ſunt affecti, neque fuit quiſquā, qui non
daret nomen. Cæſar ſelectis ijs qui miſcendis intra alios ſeditionibus apti
erant, nō quidem omnibus, ſed ijs qui ex agricultura uitam mediocriter ſu-
ſtinere ualebant, reliquis militibus uſus eſt: ad eundemꝗ modum reliquo-
rum etiam militum delectum fecit. Ferociores enim & malis facinoribus e-
dendis idoneos, ex Italia ſecum, ne quid ibi tumultuum concitare poſſent,
abduxit, eosꝗ in Africa alios alijs occaſionibus haud iniquo animo paſſus
eſt perire. nam & hoſtibus per eos cladem inſerebat, & malis ipſe homini-
bus leuabatur: utꝗ erat māſuetiſsimo animo, militibusꝗ præ cæteris mor-
talium gratificandi ſtudioſus, ita ſeditioſos tamen ex his maximè oderat, ſe-
An. V.C. 707. ueriſsimisꝗ pœnis coercebat. Hæc à Cęſare eo anno geſta ſunt, quo re ipſa
Dictaturam iterum geſsit, cum Conſulum nomē Calenus & Vatinius ex-
Cæſar in Africam traijcit. tremo anno conſtituti ferrent. Idem Cæſar media hyeme in Africam tranſ-
miſit, quo ipſo effectum eſt, ut hoſtibus inſperatò ſuperueniēs, ſæpius rem
prælcarè geſſerit. Nā in omnibus negocijs celeritate atꝗ improuiſis expe-
ditionibus

ditionibus conſecutus eſt: neꝗ ulla aliā cauſa fuit, cur omnes ea tempeſtate duces tantum rei bellicæ gloriæ præcelleret. Cæterùm Africa ne prioribus quidem temporibus Cæſar amicauſus, ſecundum Curionis interitum, planè eam hoſtilem habuit: quippe & Varus, Iubaꝗ; rerum ibi potiebantur: & Cato, Scipioꝗ; cum ijs qui ipſos ſequebantur, eodem (quemadmodum ſupra dictum eſt) confugerant: communicatoꝗ; inter ſe bello, non continentem modò terram ad id accõmodauerant, ſed Siciliam quoꝗ;, Sardiniamꝗ; claſſe infeſtabant, naues abducebant, ita & arma, & ferrum (quo maximè indigebant) inde parabãt. Deniꝗ; cum neꝗ; exercitus illis oppoſitus ullus eſſet, & Cæſar in Aegypto Romæꝗ; moras traheret, tantum apparatũ contraxerant, eoꝗ; cõſilijs progreſsi erant, ut cum Hiſpaniam ſeditionibus agitari audiuiſſent, eò Cn. Pompeium probè inſtructũ amandârint. Fore enim iudicabant, ut is propter patrem ſuum, nimirũ Magnum Pompeium ab Hiſpanis promptè acciperetur, rebusꝗ; breui temporis ſpacio ibi compoſitis, inde Romam peteret, ipſi uerò unà in Italiam claſſe adueherentur. Iniecerat eorum conſilijs morã ab initio Vari cum Scipione de imperio diſceptatio: cum Varus propterea quòd diutius ijs regionibus præfuiſſet, Iubæ inſuper uictoria elatus, ſummam ſibi rerum uendicaret. Sed Catonis ac Scipionis eadem erat ſententia: quorum hic dignitate, ille ſapientia reliquis longè anteibant: quorum autoritatem reliqui etiam ſecuti, Scipioni imperium detulerunt. Cato enim cum poſſet aut æquata cum Scipione poteſtate, aut etiam ſolus rem adminiſtrare, utrunꝗ; recuſauit: quia & illud ſummo in bellis incommodo cedere exiſtimabat, & ad hoc id plurimum in re militari ualere nouerat, ut dux reliquis legum quoꝗ; autoritate præſtaret: ipſe uerò in Republica ad tantam, quantam Scipio, dignitatem nunquam peruenerat. Igitur Cato ſponte ſua de ſumma rerum Scipioni ceſsit, & ei exercitum quem ſecũ adduxerat, attribuit. deinde cum Vtica in ſuſpicionẽ ueniſſet, quòd Cæſaris rebus cuperet, parumꝗ; abeſſet, quin reliqui eam ob id euerterent, Cato urbem precibus ſuis ab interitu liberauit, eiusꝗ;, ac præterea omnis circùm regionis, marisꝗ; cuſtodiam, ſibi iniunctam ſuſcepit. Reliquorũ dux fuit Scipio, ipſumꝗ; Scipionis nomẽ animos eorũ qui in eadem erant cauſa, magnoperè confirmabat, abſurda quadam perſuaſione nullum Scipionem in Africa infeliciter rem gerere poſſe opinantium. Eo animaduerſo Cæſar, cum ſuos etiam milites id pro certo habere, ob idꝗ; ſibi metuere intelligeret, quendam ex Scipionum genere ortum, idꝗ; nomen ferentem (cognomentum uerò Salattonis habebat) ſecum accepit, atque ita ignorantibus hoſtibus (neꝗ; enim eius aduentum hyeme expectabant) ad Adrumetum mari tranſmiſſo peruenit, cum Vticam (quæ firmo præſidio aſſeruabatur) appellere naues non liceret. E naui egredienti Cæſari, huiuſmodi caſus obtigit, ut quamuis aduerſam fortunam dij portenderent, tamen ipſe id omen lætum reddiderit. Cum enim ſimul atꝗ; pedibus terram attigit, corruiſſet, cumꝗ; in faciem prolapſum uidentes milites mœrore ac ſolicitudine caperentur, ipſe nihil hæſitans, manu extenſa terram, quaſi dedita opera ad eam concidiſſet, attrectauit, exoſculatusꝗ; eſt, inclamans: Teneo te Africa. Inde Adrumetum oppugnatione tentauit, repulſusꝗ;, & caſtris exutus per uim hoſtium, ad oppidum aliud, Ruſpina dictum, ſe contulit. Hic intromiſſus, hyberna parauit, ex eaꝗ; urbe ad bellum deinde exiuit.

Bellum Africum.

Pompeius in Hiſpaniã miſſus.

Scipio dux belli Africi.

Catonis moderatio animi.

Vticæ cuſtodiam Cato ſuſcipit.

Scipionum in Africa nomen.

Scipio Salatto.

Omen Cæſar ut ex triſti lætum effecerit.

Ruſpina.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVADRAGESIMVSTERTIVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

HOC LIBRO HAEC TRACTANTVR:

Quomodo Cæſar Scipionem & Iubam uicerit.
Vt Numidiam Romani occupauerint.
Quemadmodum Cato mortem ſibi conſciuerit.
De Cæſaris reditu ad urbem, triumphoq; : & quomodo reliquas res compoſuerit.
De dedicatione fori Cæſaris, ac templi Veneris.
Vt Cæſar annum ad hunc modum, quo nunc utimur, conſtituerit.
De uictoria Cæſaris in Hiſpania aduerſus Cn. Pompeium, Magni F.
Quomodo primùm Conſules non ad integrum annum creati ſint.
De colonijs Carthaginem, Corinthumq; deductis.
Quemadmodum Aediles Cereales inſtituti ſint.
Hæc geſta ſunt triennio, quo magiſtratus hi fuerunt:

An.V.C.708. Iulius C.F. Cæſar, Dictator, Aemilio Lepido magiſtro equitum. Idemq; Conſul III. cum eodem.
709. C. Iulius Cæſar Dictator IIII, Aemilio Lepido magiſtro equitum, & Conſul IIII. ſolus.
710. Iulius Cæſar Dictator V. Aemilio Lepido magiſtro equitum, & Conſul V. cum Antonio.

Lepidi triumphus, & Magiſterium equitum, ac Conſulatus.

QVAE priori anno Cæſar geſſerit, expoſuimus. Sequenti anno Dictaturam Conſulatumq;, tertio utrumq; magiſtratum, collegaq; Lepido geſsit. Vt enim primùm ab eo Dictator proditus fuit, ſtatim eum ex Prætura in Hiſpaniam citeriorem miſit: reuerſoq; triumphum, cum neq; uiciſſet quenquam, neque omnino ſignis collatis dimicaſſet, conceſsit, ea præſcriptione uſus, quòd is Longini & Marcelli actionibus interfuiſſet. Cæterùm in triumpho ſuo nihil intulit, præter eas pecunias quibus ſocios deſpoliauerat. His rebus Lepido cum gratiam retuliſſet, collegam eundem ſibi utriuſq; magiſtratus adſciuit. Qui cum iam iniuiſſent magiſtra-

Prodigia.

tum, hæc prodigia Romanos perturbauerunt: Lupus in urbe uiſus: ſus fœtum elephanti, præterquam pedes, cætera ſimilem edidit. In Africa Petre-

Cæſar cladem à Petreio & Labieno accipit.

ius & Labienus, cum Cæſarem frumentariæ rei explicandæ cauſa in pagos digreſſum animaduertiſſent, equitatumq; eius nondum à iactatione maris ſatis reualuiſſe, Numidis peditatum eius aggreſsi ſunt: ordinibusq; legionū conturbatis, multos eorum in prælio interfecerunt: ac reliquos etiam qui in orbem ſe recipientes in locum editum euaſerant, expugnaſſent, niſi uulneribus quæ plurima acceperant, impediti fuiſſent. Cum tamen nihilominus in obſidendis ijs perſeuerarent, Cæſar in magnum metum deuenit, qui cogitans, quia à paucis incommodum accepiſſet, cum annunciatum eſſet, Scipionem etiam ac Iubam cum omnibus copijs appropinquare, in magna conſilij inopia hærebat, nec quid ageret, penſi quicquam habebat. Videbat enim ſe neq; diutius bellum id trahere poſſe, omnemq; eius moram, ut ab hoſtibus etiam nō inuaderetur, tamen ob penuriam uictus difficilem

P. Sittius Numidiam inuadit, Iubæq; domum auertit.

fore: porrò autem diſcedere ſe nullo modo poſſe, hoſtibus terra mariq; ſibi imminentibus. In hac anxietate conſtituto Cæſari P. quidam Sittius (ſi modò ei id, non Fortunę potiùs adſcribendum eſt) & ſalutem & uictoriam attulit. Is Italia pulſus, exulibus quibuſdam ſibi adiunctis cum in Mauritaniā

traieciſſet,

traiecisſet, manu militum à Boccho rege impetrata, Cæſarem in hoc bello conficiendo adiuuare ſtatuit, cum neq; beneficio eius antè affectus, neq; ei notus fuiſſet. Quia uerò Cæſarem longè abeſſe à ſe audiuerat, neq; magnoperè ſuis copijs (quas non magnas habebat) iuuari poſſe exiſtimabat, obſeruato tempore, quo Iuba regno ſuo exercitum eduxiſſet, in Numidiam irrupit, eam que & Gætuliam, quæ pars regni Iubæ eſt, uaſtauit: qua te Iuba, ut inſtituto ſuo omiſſo, medio ex itinere cum maiori parte exercitus reuerteretur, motus eſt. Nam partem ſuarum copiarum Iuba Scipioni aliquando miſerat, ut ſatis uel hinc cōſtaret, ſi ſe ei coniunxiſſet, Cæſarem eos ſuſtinere nequaquā potuiſſe. Quanquam ne ſolum Scipionē quidem Cæſar aggredi auſus fuit, in primis metu elephantorum, quos non tam pugnæ cauſa, quàm quòd ab ijs equitatus ſuus conturbabat, ſummopere timebat. Itaque milites, quantum eius fieri poterat, caſtris cōtinens, ex Italia milites elephantosq; euocabat, non quòd his magnoperè in prælio fideret (erat enim non magnus eorum numerus) ſed ut equi ſui eorum uiſui atque uoci aſſuefacti, hoſtium quoq; elephantos timere deſinerent. Interea & Gætuli ad Cæſaris amicitiam acceſſerunt, & nonnulli alij finitimi populi, partim propter Gætulos, quos magnis honorib. ab eo affectos audierant, partim Marij memoria adducti, cui Cæſar genere propinquus erat. Iam & ex Italia euocati, quamuis tardè, multaq; pericula à tempeſtatibus ac hoſtibus paſsi, aduenerant. Itaque Cæſar non amplius ceſſandum ratus, in Scipionem exercitum duxit, ut eum ante aduentum Iubę prælio opprimeret. Vbi ad Vzita oppidum peruenit, in colle, qui oppido, hoſtiumq; caſtris imminebat, deiecto eius præſidio caſtra poſuit, Scipionemq; oppugnandi ſui cauſa uenientem ab alto repulit, immiſsisq; equitibus damnum ei intulit. Vzita. Eum collem Cæſar poſtquam communiuit, alium quoq; ex altera oppidi parte, pulſo inde Labieno, occupauit: atq; ita totam urbem munitionibus clauſit. Etenim Scipio in prælium aduerſus Cæſarem nō educebat, ueritus ne ante Iubæ aduentum cladem acciperet: qui euocatus cum tamen nō paréret, omnem Africam, quæ Romanis ſubdita eſſet, ſe ei dono daturū Scipio pollicitus eſt. Ea pollicitatione adductus Iuba, alios Sittio oppoſuit, ipſe rectà aduerſus Cæſarem contendit. Interim Cæſar ut ad pugnā Scipionem eliceret, nihil intentatū reliquerat: quod cum non ſuccederet, amicos ſermones inter milites eius uulgauit, literasq; ſparſit, quibus promittebat Afro, qui ad ſe tranſiuiſſet, omnem rem familiarem integram ſe conſeruaturum, ſeq; ipſos libertati confirmaturum: Romanis autem impunitatē, præmiaq;, & alia quæ ſuis debebat, ſtipulabatur: eaq; ratione multos ad ſe pertrahebat. Idem Scipio etiam conatus efficere, etſi non deerant qui res eius Cæſaris rebus prætuliſſent (ſiquidem ſimilia promiſſa eius fuiſſent) tamen quia præmium nullum pollicebatur, libertatem tantùm S.P.Q. Romani ut defenderent eos hortabatur, dum honeſtiora quàm præſenti negocio commodiora proponit, neminem Cæſarianorum ſibi adiecit. Hæc Scipio tantiſper dum Iuba ueniret, agebat: eius aduentu inſtitutū mutauit. Nam tum coniunctis uiribus Cæſarem ad pugnam prouocabant, detrectantemq; dimicationem lædebant, equitatuq; ſuo palantes ab eius exercitu intercipiebant. Cæſar neq; in aciem exire decreuerat, & munitiones omittens, commeatus ſi rapere poſſet, ſatis habebat, aliumq; exercitū ex Italia euocabat. Qui cum ægrè tandem adueniſſet, (quippe non confertim, ſed paulatim conſcriptus erat, neque ſatis nauium erat, ut ſimul omnes traijcerent) rece-

m pto

pro eò animum cõfirmauit, extraꝗ uallum copiis eductis, aciem inſtruxit.
Hoſtes eo perſpecto, ipſi quoque in acie ſuos locârunt, neque tamen ſigna
contulerunt, idꝗ aliquot diebus factitatum eſt, ita ut poſt leue equitũ prę-
lium, utriꝗ nulla re magna tentata in caſtra reducerẽt. Cæſar ubi intellexit,
non poſſe ſe eò hoſtem adigere, ut relictis locis munitis manus conſereret,
ad Thapſum ſe conuertit, ut uel cum hoſte, urbi ei auxilio ueniente, faculta

Thapſus, & uictoria Cæſaris ibi de Scipione & Iuba.

tem confligendi adipiſceretur, uel eam deſtitutam caperet. Thapſus ſita eſt
in eo loco, qui ab altera parte mari, ab altera palude alluitur, peninſulæꝗ ſi-
milis eſt. Cæterùm inter mare ac paludem arctus admodum Iſthmius ad ur-
bem pertinet, in eoꝗ lacus eſt, ita ut ex utraque eius lacus parte propter i-
pſum littus anguſtus omnino tranſitus pateat. Ad eam urbẽ Cæſar intra an
guſtias progreſſus, foſſam ac munitiones circũduxit, non obſtantibus Tha-
pſitanis: neꝗ enim ad dimicationem ſatis erat eis roboris. Scipio autem, ac
Iuba conati ſunt fauces eius Iſthmi, qua is in cõtinentem terram deſinit, con
trà uallo foſſaꝗ clauſas communire. In eo opere cum uerſarentur, ac ſingu-
lis diebus magnã eius partem abſoluerent, quoꝗ celerius munitiones per-
ficerent, iis in locis qui nondum obſtructi erant, quaꝗ hoſtibus aditus pa-
tebat, elephantos conſtituerent, reliqui omnes labori intenti eſſent, Cæſar
ſubitò eos qui ſub Scipione erant, adortus eſt, cum eminus fundis ac ſagit-
tis elephantos conturbaſſet: eos cedentes inſecutus, ex improuiſo operan-
tibus ſuperuenit, inꝗ fugam eos dedit, & cum fugientibus in caſtra incidit,
eaꝗ confeſtim cepit. Qua re conſpecta Iuba in tantum terrorem metumꝗ

Iubæ & Petreii interitus.

peruenit, ut neꝗ congredi prælio, neꝗ cuſtodire caſtra curaret: Itaꝗ fuga
domum properatò cum perueniſſet, & à nemine ſuorum reciperetur, idꝗ
eò magis, quòd Sittius iam ſibi obiectos prælio uicerat, deſperata ſalute, cũ
Petreio, qui ipſe quoꝗ ueniæ nullã ſpem habebat, ſingulari certamine con
greſſus, cumꝗ eo uita functus eſt. Cæſar extemplò munitionibus Iuba fu-
giente potitus, maxima omníum in quos incidiſſet cædem fecit, ne his qui-
dem, qui ſeſe dedebant, parcens: deinde receptis nemine reſiſtente cæteris

Salluſtius Numidiæ præfectus, ut eã expilauerit.

urbibus, Numidas quoꝗ in ſuam poteſtatem accepit, iisꝗ Salluſtium, uer-
bo quidam regendæ, re autem ipſa diripiendæ regionis cauſa præfecit. E-
nimuerò Salluſtius, & pecuniæ captæ, & compilatæ Prouinciæ accuſatus,
ſummam infamiam reportauit, quòd cum eiuſmodi libros compoſuiſſet, in
quibus multis, acerbisꝗ uerbis eos qui ex prouinciis quæſtum facerent, no
taſſet, nequaquam ſuis ſcriptis in agendo ſtetiſſet: Itaꝗ etſi à Cæſare abſolu
tus fuit, tamen ſuis ipſius uerbis proprium crimen abundè quaſi in tabula
propoſitum diuulgauit. His ita peractis, ea pars Libyæ, quæ circa Carthagi

Africa uetus & noua.

nem ſita, à Romanis Africa dicebatur, uetus prouincia dicta eſt, quòd iam
olim ſubacta eſſet: Numidię aũt, quia recens debellata fuit, nouę prouincię

Scipionis interitus.

nomẽ inditũ eſt. Scipio ex pugna profugus, nauim nactus, ea conſcenſa in
Hiſpaniã ad Pompeiũ curſum inſtituit: ſed eiectus in Mauritaniã, Sittium

Cato Vticenſis ut ſibi ipſi manum intulerit.

metuẽs, necẽ ſibi propria manu attulit. Cato, cum multi ad ipſum confugiſ-
ſent, initiò rem gerere, & ſe à Cæſare defendere aliqua ratione intendebat:
ſed cùm Vticenſes ei nõ obtemperarẽt, qui neꝗ antè animis à Cæſare alie-
nis fuerãt, & iam de uictoria inſuper eius cognouerãt, cumꝗ Senatores, e-
quitesꝗ qui aderant de fuga cogitarent, quòd uerebantur, ne ab Vticenſi-
bus compræhenderentur, ipſe cum reſiſtere Cæſari non poſſet, ne dedere
quidem ſe ei ſtatuit: non quòd periculum aliquod metueret, (id enim ſum-
mo ſtudio agere Cæſarem ſatis pro certo ſciebat, ut, quò clementiæ opinio-
nem

nem ſuæ conſeruaret, ſibi parceret) ſed quia libertatis uehementi amore tenebatur, neque cuiquam quicquam concedere uolebat, miſericordiamq; Cæſaris morte ſibi longè grauiorem exiſtimabat eſſe. Itaq; ciuibus ſuis, qui tum Vticæ aderant, conuocatis, percontatus quorſum unuſquiſq; eorum iter inſtituiſſet, uiatico ſingulos inſtructos dimiſit, filium ad Cæſarem proficiſci iuſsit, eiq; ecquid non ipſe idem hoc faceret, interroganti ita reſpondit: Ego quidem in libertate uitæ dicendiq; educatus, non poſſum nunc immutata uitæ ratione ſenex ſeruituti me adſuefacere: te uerò qui in huiuſmodi rerum ſtatu & natus es, & educatus, eam fortunam quæ tibi obtigit, amplecti decet. His actis, rationes Vticenſibus ſuę adminiſtrationis exhibuit, reliquoq; pecuniæ eorum, quod apud ſe habebat, reſtituto, moriẽdum ſibi ante Cæſaris aduentum decreuit. Id quo minus interdiu conaretur, filius, alijq;, qui eum obſeruabant, effecerunt: cùm aduesperaſſet, pugione furtim ſub puluinari repoſito, Platonis librũ de Animo (cui Phædoni titulus eſt) popoſcit, ſiue eo conſilio, ut præſentes quàm longiſsimè à ſuſpicione inferendæ ſibi mortis abduceret, ac quàm minimè ab eis obſeruaretur, ſiue ut eius libri lectione nonnihil conſolationis ad mortem obeundam quæreret. Libro lecto, media iam nocte, pugione arrepto uulnus ſibi in uterũ ingeſſit: ex eoq; ictu exanguis factus, animam ſtatim egiſſet, niſi à grabato delapſus, ſtrepitu edito eos qui ante id conclaue dormiebant, excitaſſet. Tum intrò ſe conijcientes filius, cæteriq;, repoſitis in uentrem inteſtinis, medicinaq; adhibita, ſublato pugione, ianuas clauſerũt, ut ſomnum Cato caperet: neq; enim ex hoc uulnere deceſſurum putabant. Sed Cato iniectis uulneri manibus, diruptiſq; ſuturis, expirauit. Ita Cato inter omnes ſuę ætatis uiros popularis ſtatus ſtudioſiſsimus, animoq; firmiſsimus, conſtantiſsimuſq;, etiam morte ſua magnam gloriam obtinuit, Vticenſiſq; cognomentum tulit, quòd & Vticæ mortem eam oppetijſſet, & publicis eius ciuitatis ſumptibus ſepultus eſſet. Cæſar cùm ſe Catoni iraſci dixiſſet, quòd gloriam ſalutis ſuæ ſibi inuidiſſet, filium eius more ſuo, ſicut reliquos etiam complures qui ſe ei pars ſtatim, pars interpoſita mora (quòd eum de ira interim remiſſurum aliquid ſperabant) ultrò dediderunt, incolumes dimiſit. Afranius autem, & Fauſtus Sylla fuga in Mauritaniam perlati (etenim Cæſaris ſe poteſtati permittere nolebant, ſatis certi id ſibi ſuo exitio ſtaturum) ibi à Sittio compræhenſi ſunt, eoſq; indicta cauſa Cæſar tanquam captiuos occidit. L. autem Cæſarem, cognatum ſuum, ultroq; ſibi ſupplicem factum, tamen quòd toto bello contra ſe ſtetiſſet, primùm cauſam ſuam dicere iuſſit, eo conſilio, ut iudicio uictum condemnaſſe uideretur: uerùm cum eum ſua uoce morti addicere uereretur, iudicio ſuſpenſo, pòſt paulò per inſidias hominẽ interemit. Si quos enim Cæſar ſecum habebat, quorum conſuetudine non capiebatur, eos partim ab aduerſarijs interfici haud ægrè paſſus eſt, partim per ſuæ ipſorum partis homines inter præliandum occidi iuſsit. Neque enim apertè de omnibus, qui ipſum læſiſſent, uindictam exigebat: ſed ſi qui erant, quibus nullum ſatis magnum crimen obijcere, ut pœnas de ijs ſumeret, poterat, eos latẽter è medio tollebat. Nihilominus tamen ſecundum eam uictoriam omnes literas, quæ in ſecretis Scipionis ſcrinijs continebantur, non lectas combuſsit: multis quoq; eorũ qui contra ipſum arma tulerant, alijs ſui ipſorum cauſa, alijs in gratiam amicorũ ſalutem conceſsit. Nam ut ſuprà quoq; diximus, unicuique commilitonum atque ſociorum ſuorum unum ut pœnæ eximeret, poteſtatem fecit. Ipſum

Cato filium ſuum ad Cæſarem ire iubet.

Catonis laus.

Afranius, Fauſtus Sylla, & L. Cæſar à Cæſare necantur.

Literæ Scipionis ſecretæ à Cæſare cremantur.

m a quoq;

quoque Catonem quin incolumitate fuerit donaturus, non dubiū mihi uidetur. In tanta enim admiratione eum habuerat, ut cum poſtmodum Cicero de Catonis laude librum compoſuiſſet, id ægrè nō tulerit: quanquā ipſe etiam libri autor in bello contra ſe fuiſſet, ſed librum tantùm condiderit, cui Anticato nomen fuit. Cæſar his confectis rebus, dimiſsíſque à ſe confeſtim ætate confectis militibus, antequàm in Italiam traijceret, ne denuò ſeditionem mouerent, rebusq; in Africa quàm potuit breuiſsimo temporis ſpacio conſtitutis, ad Sardiniam uſque tota claſſe prouectus, inde copijs in Hiſpaniam aduerſus Pompeium cum C. Didio miſsis, ipſe Romam petijt, animo cùm ob rerum geſtarum ſplendorem, tum nonnihil etiam ob Senatuſconſulta de ſe facta elato. Decreuerat enim Senatus, ut propter uictoriā eius quadraginta diebus ſacrificaretur, utq; in triumpho iam antè cōceſſo, equis albis, apparitoribusq; cùm his quos ſecum habebat, tum ijs quos in prima, quosq; in ſecunda Dictatura habuerat, uteretur. Præterea morum eum magiſtrum (ita enim uocabant, quaſi non ſatis digno Cenſoris nomine) ad tres annos, Dictatorem in decennium deinceps conſtituerunt, utq; ſemper Conſulibus in ſella Curuli in conſilio aſsideret, ſemper primus omnium ſententiam diceret, in omnibus equeſtribus certaminibus præmia diuideret: magiſtratus, reliquosq; honores, quos aliàs populus tribuere conſueuerat, ipſe conferret, currusq; ipſi aduerſum Iouem ſpectans in Capitolio collocaretur. Ipſe quoq; ſuper imaginem orbis terrarum poſitus, ſtatueretur, cum ea inſcriptione, Semideus eſt: utq; deleto Catuli nomine, Cæſaris Capitolio inſcriberetur: quaſi uerò Cæſar id templū, de cuius perfectione Catulum ad diſquiſitionem uocare intenderat, perfeciſſet. Hæc ego ſola recenſui, quamuis multa alia & decreta & approbata fuerūt, quia hæc tantùm reliquis repudiatis admiſit. Cæſar poſtquam Romam aduenit, ſuamq; potētiam Romanis & animi altitudinem ſuſpectam eſſe, eosq; ſibi de ipſo nō minora quàm olim perpeſsi fuerant, mala polliceri, itaque non beneuolentia erga ipſum motos, ſed adulandi cauſa immodicos iſtos honores decreuiſſe: cōſolandi eos, inq; ſpem adducendi gratia, hæc in ſenatu uerba fecit: Nemo ueſtrûm, P. C. exiſtimare debet, me propterea quòd uictoria potitus, loquendi quæ uolo, agendi'que liberam, ac nulli iudicio obnoxiam poteſtatem habeo, uel uerbis idcircò uel actionibus grauem uobis futurum. Nec, quoniam Marius, Cinna, Sylla'que, & reliqui ferè omnes, qui aduerſarios ſuos ſuperauerunt, dum rem aggrederentur, plurimà in dicendo agendoq; humanitate uſi (qua re præſertim multos ſibi conciliauêre, ut uel adiutores ſe ipſis præberent, uel certè non repugnarent) poſteà quàm uictoria parta id quod concupiuerant, adepti ſunt, longè à prioribus diuerſum & ſermone & re ipſa oſtenderunt, ideo me quoq; horum ſimilem futurum quiſquam ſuſpicetur. Neq; enim aut diſsimulata mea natura ſuperioribus temporibus fictis apud uos moribus uſus ſum, ut nunc licētiam adeptus, audacter meo ingenio efferar: neq; rurſus rerum ſecundarum copia ita elatus, faſtu'ue inflatus ſum, ut tyrannidem in uos affectem: quorum alterutrum, ut mihi uidetur, ſi non utrumq;, his quos cōmemoraui uiris inerat. Ego uerò & ea ſum natura, qua me eſſe experti ipſi eſtis (quid enim refert ſingula recenſentē, me ipſo laudando uobis moleſtū eſſe?) neq; fortunam cōtumelia afficiendam mihi exiſtimo: ſed quanto ea ſe mihi benigniorem præſtitit, tanto minus ea abuti in omnibus rebus decreui. Quippe cur tantam obtinere potentiam, ad tantumq; peruenire faſtigium contenderem,

C. Didius in Hiſpaniā contra Cn. Pompeiū mittitur.

Cæſari decreti honores.

Cæſar Romam aduenit.

Cæſaris ad Senatum oratio.

derem, ut & pœnas ſumere de omnibus qui bello ſe mihi oppoſuiſſent, & ad ſanam mentem omnes conſiliorum meorum impugnatores reducere poſſem, nulla mihi alia cauſa fuit, quàm ut tutò meam uirtutem mihi exercere, meaq; fortuna cum gloria uti liceret. Quanquam aliàs mihi iniquus is uideatur, qui quæ aduerſarijs ſuis uitia obiecerit, eorundem ipſe coargui poteſt: neq; uelim ſanè quibus actionum ſimilitudine componi merear, ijs ſolius uictoriæ gloria præſtare. Iam cuius partes potiùs ſunt, ut plurimùm cæteris proſit, quàm eius qui plurimum poteſt? Quis contra minorem delinquendi cauſam habet? Cuius uerò eſt, prudentiſsimè muneribus Deorum uti, potiùs quàm eius in quem illi ſumma contulerunt? Quis præſentia bona rectius adminiſtrāda curabit, atq; is qui plurima poſsidet, præq; reliquis ne ea amittat, timet? Etenim res ſecundæ, ubi animus continens ijs moderatur, perdurant, potentiaq; mediocriter uſurpata, omnia bona conſeruat, ac (quod potiſsimum eſt, minimeq; ijs obtingit, qui ſine uirtute uiuunt) & uiuentes ſincero amore diligi, & defunctos ueris laudib. ornari facit. Contrà qui immodicè ſuam in omnibus rebus poteſtatem abutitur, is neq; beneuolentiam ueram, neq; ſecuritatem certam inuenit, quantumuis palàm ficto eum ſtudio homines adulentur: ab omnibus enim is, qui in eos ſummam potentiam obtinet, ijsq; prǽſertim quibus cum eo negocium eſt, in ſuſpicione habetur, timeturq;. Quæ ego uos à me non oſtentationis gratia, aut quòd caſu ad mentem meam accidiſſent, tractata exiſtimare uelim, ſed ita intelligere, me iam inde ab initio, quoniam & conuenire mihi ea, & conducere iudicabam, ita ſenſiſſe, locutumq; fuiſſe. Proinde non in præſentiarum tantùm bono uos eſſe animo hortor, ſed de futuris quoq; benè ſperare: id cogitantes, quòd ſi quid hactenus ſimulaſſem, iam nunc tamen hac ipſa die quid ſeriò uellem omni ſublata mora me declaraturum fuiſſe. Sed neque aliter unquam antè ſenſi (quod ipſa mea acta oſtendere poſſunt) & nunc multo maiori cura id agam, non profectò ut dominium in uos, ſed ut tutelam ueſtrûm geram, neque tyrannus, ſed dux ut ſim: ita ut in omnibus his, quę ueſtra cauſa ſunt agenda, & Conſul, Dictatorq;, in lædendo autem quopiam, (nihil enim grauius dicēdum cenſeo) priuati loco ſim. Quî enim aliquem ex uobis morte afficiam, qui me nulla iniuria læſiſtis? cum neminē eorum qui in acie contra me ſteterunt, etiam horum qui in me oppugnando alios ſummo ſtudio adiuuerunt, occiderim, ſed miſericordia omnes qui ſemel arma contra me tuliſſent, proſecutus, nonnullis etiam qui denuò contra me dimicaſſent, ſalutem conceſſerim. Qui uerò iniuriarum acceptarum meminerim? cum arcanas Pompeij Scipioniſq; literas neq; lectas neq; deſcriptas extemplò combuſſerim. Proinde confirmatis animis, P. C. in gratiam redeamus, omniumq; quæ neceſsitas quædam diuinitùs impoſita attulit, recordatione proiecta, agedum omni ſuſpicione omiſſa mutuo amore nos inuicem, tanquam nouos ciues, complectamur, ut & uos me tanquam patris loco accipientes, metu triſtiorum pulſo, meæ prudentiæ procurationiſque ueſtrûm fructus capiatis, egoq; uos liberorum inſtar paterna cura tuear: id quidem in uotis habens, ut omnia ſemper quàm rectiſsimè à uobis agantur, ſi quid tamen ſecus accidat, ferendam eſſe neceſſariò humanā ſortem ſciens. Cæterùm milites ne uobis timorem offerant, neq; enim aliter, quàm mei ueſtriq; imperij cuſtodes eos eſſe, exiſtimare debetis: quos quidem alì neceſſe eſt propter multitudinem, alentur tamen non contra uos, ſed uobis uti præſidio ſint, contentiq; his quæ ſuppeditantur, eos à quibus

Res ſecundæ quomodo ferendæ.

accipiunt, amabunt. Atque hanc ob cauſam pecuniæ etiam plus ſolito exa-
ctum eſt, ut & ſeditioſi placarentur, & uictores ne ob rerum neceſſariarum
defectum materiam ſeditiones mouendi haberent. Ego quidem de his pe-
cunijs nihil in meam rem uerti: quinimò omnes meas facultates, contracto
inſuper magno ære alieno, ueſtris rebus impendi. Ipſi uerò cernitis pecu-
niæ exactę partem in bella inſumptam, reliquum uobis adſeruatum eſſe. ita
ipſe quidem inuidiam imperatæ pecuniæ in me ſolum recepi: eius autē fru-
ctus, ſicut & omnis meæ militiæ, in uos publicè redundat. ſemper enim uo-
bis armis opus eſt, ſine quibus tantam urbem, tantumq; imperium tenenti-
bus tutò uiuere non licet: ad ea autem plurimùm conducit pecuniæ abun-
dantia. Quod reliquum eſt, nemo ſuſpicetur me uel diuiti ulli iniuriā factu-
rum, uel noua uectigalia conſtituturū. nam & præſentibus contentus ero,
& maiorem curam geram rem uniuſcuiuſq; ueſtrûm augendi, quàm contra
quenquā pecuniæ cauſa iniuſtè agere. Hęc Cęſar in Senatu primùm, dein-
de apud populum locutus, aliqua eos timoris parte leuauit. ut uerò omni-
no confiderent, id perſuadere priuſquam promiſſa repræſentaret, non po-
tuit. Poſt hæc cæteris omnibus rebus magnificè, ſicuti par erat, tot tantisq;
Quatuor Cæ- ſimul partis uictorijs, adornatis, quatuor continuis diebus de Gallis, Aegy
ſaris triumphi. pto, Pharnace, & Iuba triumphos ſingulos duxit. Reliquus triumphi appa
ratus ſpectatores delectabat: ſed Arſinoe Aegyptia, quæ ipſa quoque inter
captiuos ducebatur, lictorum multitudo, de ciuibus qui in Africa perierāt,
pompa inſtituta, magnum ipſis dolorem afferebant. Nam & lictorum tan-
tum numerum, quantum prius uiderant nunquam, moleſtè ferebant: & Ar
ſinoe quondā regina dicta, cum tunc (quòd Romæ antè conſpectū fuerat
nunquā) in turba captiuorū cerneretur, multā cōmiſeratione mouebat: fa-
ciebatq; ut cum eius in ſpeciē lugerēt uicē, quiſq; proprias calamitates de-
ploraret. Cæterùm Arſinoe in germanorū gratiā dimiſſa, Vercingentorix
cum alijs necatus eſt. Porrò quamuis Romanis ea quæ retuli, indignationē
mouerant, tamen iudicabant ne conferenda quidem hæc cum captiuorum
multitudine, rerumq; geſtarū magnitudine eſſe: itaque in ſumma apud eos
Cæſar admiratione. Eam augebat maxima eius in militum dicacitate feren
da lenitas: qui & allectos ab eo in Senatum dictis mordebant, & ipſi Cæſa-
ri inter alia conuicia Cleopatrę præſertim amorem, cōſuetudinemq; quam
is adoleſcentulus cum Bithyniæ rege Nicomede habuerat exprobrabant,
adeò ut dicerent Gallos à Cæſare, Cæſarem uerò à Nicomede ſubactum:
quibus deniq; ſingulis una uoce acclamabant: Si rectè egeris, plectêre: ſin
malè, regnabis. Iis uerò uerbis hoc ſignificabant, ſi (quod æquum eſſe arbi-
trabantur) Cęſar populo liberum ſuarum legum uſum redderet, fore ut eo-
rum quæ præter leges egiſſet, iudicium ſuſtinendum haberet: ſin (quòd in-
iuſtè eum facturum cenſebant) ſuam potentiam retineret, regem eum futu
rum. His ita iactatis, tantum ab indignatione abfuit Cæſar, ut gauiſus etiam
ſit, ea ſuos dicendi libertate uti, quòd ipſum nunquam ſuccenſurum certò
crederent. Conſuetudinē autem cum Nicomede uitio ſibi uerti ægrius tu-
lit, palamq; ſe moleſtia hinc affici oſtendit: ſed excuſare auſus, atq; iuramen
Omen ſiniſtrū to adhibito ſe purgare, riſu exceptus eſt. Cęterùm prima triumphi die omē
in triumpho. ei aduerſum obtigit, axe currus triumphalis apud fanum Fortunæ à Lucul-
lo ædificatum ita confracto, ut ad reliquam partem triumphi perficiendam
alio curru opus fuerit. Cæſar uerò gradus in Capitolio genib. ingreſſus con
ſcendit, nulla neque currus qui ei ex aduerſo Iouis poſitus fuerat, neq; ima-
ginis

ginis orbis terrarum pedibus ſuis ſubiectæ, neque inſcriptionis eius habita ratione, poſt ſemidei quoque nomẽ de illo titulo ſuſtulit. Ad hunc modum peracto triumpho, magnificum populo epulum dedit, addito extra ordinem frumẽto, oleoq;. Diſtributo frumẽto in populũ, uiritim inſuper trecentenos numos diſtribuit quos promiſerat, adiectis alijs centenis: militib. autem bina in ſingulos ſeſtertia diuiſit. Nec ſola munificentia contentus, cætera quoq; accuratè inſpexit: cumq; numerus eorum, qui ex publico frumentum accipiebant, nõ legitimè, ſed eo modo quo in ſeditionibus fieri aſſolet, excreuiſſet, inſtituta recenſione, dimidiam circiter partem eius amputauit. Cæteris triumphi diebus è more trãſactis, ultima poſt cœnã ſoleis indutus, omniuarijsq; floribus coronatus in forũ ſuũ prodijt, atq; inde domũ uectus eſt, comitãte ipſum toto ferè populo, multisq; elephantis faces præferentibus. Forum enim Cęſar extruxerat, quod ab ipſo nomẽ obtinuit, Romano pulchrius, ſed tamen Romani ex eo dignitas aucta eſt, ut forum magnũ diceretur. Forum uerò & templum Veneris (quam ſui generis autorem ferebat) à ſe condita Cæſar ſtatim tunc conſecrauit, multa'que ibidem & uaria ſpectacula edidit. Theatrum quoque ad uenationes aptum ædificauit: quod, quia undiquaque habet ſedes, ſcena'que caret, Amphiteatrum cognominatum eſt. Deinde in honorem filiæ ſuæ uenationes, ludosq; gladiatorios exhibuit: quæ ſi ſingula enumerare intendam, fortaſſe non probabili aceruo opus inſtitutũ confundeẽ, cum id genus res inflatius ſoleant referri. Itaque hîc & in ſequentibus ea omittam, niſi quid omnino dictu neceſſarium occurrerit. Id nũc cõmemorabo, animal id, quod Camelopardalis nominatur, tunc primùm à Cæſare Romam adductum, publiceq; oſtenſum fuiſſe. Eſt autem cameli omninò ſimile animal, niſi quòd membrorum non eandem ubiq; proportionem ſeruat. Nam partes eius poſteriores humiliores ſunt, à clunibus paulatim erigitur, uideturq; quaſi aſcendere: cumq; diu iam altius ſubinde factum eſt, reliquam corporis partem prioribus pedibus eleuat. collo uerò ſua peculiaris altitudo adeſt: colore, ut pardalis, uariegato eſt, unde nomen ex Camelo & Pardali compoſitum habet. Viros alios ſingularibus certaminibus, ut Romanæ erat conſuetudinis, commiſit: alios plures ſimul in Circo, equites equitibus, peditibusq; pedites, aliosq; promiſcuè, æquali utrinq; numero. erant etiam XL uiri, qui ab elephantis pugnarent. Deniq; prelium nauale non in mari, neq; in palude, ſed in terra exhibuit, effoſſo ad id loco in Cãpo Martio, eoq; aqua repleto, inductisq; nauibus. In omnibus his certaminibus depugnabant captiui, quiq; erant capitis damnati: quidam etiam equitum filij, adeoq; cuiuſdam qui Præturam geſſerat, filius, ſingularia certamina obibant. quin etiam Senator quidam Fuluius Setinus in armis pugnare uolebat, ſed Cæſar nunquam ſe id cõceſſurum aſſeuerans, hominem prohibuit: equitibus uerò id conceſsit. Etiam Troiam antiquo more patriciorum filij luſerunt: iuuenesq;, qui dignitate æquales erãt, curribus certauerũt. Etenim cædes in ijs ſpectaculis Cæſari uitio uerſæ ſunt, quòd nondum ipſis ſatiatus eſſet, quodq; populo malorum ſuorum imagines ante oculos repræſentaret: hoc uerò longè maiorem ei inuidiam conflauit, quòd in hæc ſumptus immenſos feciſſet, itaq; ad ſingula ſpectacula acclamabant, eum iniuſta de cauſa maiorem pecuniarum partem exegiſſe, quibus in huiuſmodi res abuteretur. Vnum commemorabo ſumptuoſitatis, quæ tunc à Cæſare adhibita eſt, exemplum, ex quo reliqua omnia depræhendi poſſunt: Ne quis enim ſpectantium à ſole moleſtaretur,

Epulum populo datum. *Recenſio populi.* *Forũ Cęſaris.* *Romanum.* *Magnum.* *Amphiteatrũ.* *Camelopardalis.* *Ludi & certamina.* *Nauale prælium.*

Sericæ cortinæ. tur, ſericas cortinas, ut quidam autores ſunt, ſuper eos extendit. Eſt autem ſericum textura barbaricæ luxuriæ, ab iisq; ad luxum mulierum nobilium inuecta. Hæc cum alij neceſſariò ſilentio tranſmitterent, tumultus à militibus coortus eſt, quos non tam inutiles ſumptus mouebant, quàm quòd ea pecunia nō in ipſos erat collata: neq; prius finem turbarum fecerunt, quàm Cæſar unum ex iis ſubitò ſuperueniens ſua ipſe manu correptum ad ſupplicium tradidit. *Homines immolati.* Sed præter hunc, alij quoq; duo uiri ſub ſacrificij præſcriptione iugulati ſunt. neq; mihi conſtat, qua id de cauſa factum fuerit. certè, cum neq; Sibylla hoc præcepiſſet, nec aliud in hanc ſententiā oraculum extaret, tamen in campo Martio à Pontificibus & Salio immolati ſunt. Leges præterea nonnullæ ſancitæ ſunt, ex quibus paucas commemoratu maximè dignas, omiſsis reliquis recitabo: *Leges à Cæſare latæ, de iudicijs.* Iudicia ſolis Senatoribus equitibusq; mandauit, ut ea quàm iuſtiſsimè fierent, cum antè his quoq; in dicendo iure nōnulli plebeij affuiſſent. *Sumptibus.* Cum locupletiores nullum ſumptibus ſuis modum ſtatuerent, eos non legibus tantùm temperauit, ſed re ipſa attentè obſeruauit. Et quoniam exhauſta uehemēter erat urbis frequentia, propter eorum qui deceſſerant multitudinem, quod ex recenſione (eam autem, & reliqua ei affinia munera, tanquam Cenſor peragebat) ipſoq; etiam cōſpectu liquebat, *Liberorū multitudine.* iis qui multos liberos procreaſſent, præmia propoſuit. Et quoniam ſe ipſum nouerat, propterea quòd multis continenter annis contra Gallos *Prouincijs.* cum imperio fuiſſet, inde ad dominādi cupiditatem prouectum fuiſſe, ſeq; ad confirmandam ſuam poteſtatem parauiſſe, lege cauit, ne quis omnino Prætor anno, aut Conſul biennio amplius à ſuo magiſtratu continuò imperaret. *Anni emendatio.* Iam cum annorum dies inuicem ſibi non ſatis congruerent, (eo enim tempore etiamnū Lunæ reuolutionibus menſes æſtimabant) annum Cæſar ad eum qui hodieq; obſeruatur modum conſtituit, intercalatis ſeptem ac ſexaginta (quamuis alij falſo plures perhibuerint) qui ad ſummam exactam requirebantur, diebus. Eam rationem ipſe dum Alexandriæ uerſaretur addidicerat: quamuis hoc uariat, quòd Alexandrinis unuſquiſq; menſis triginta diebus cōſtat, deinde in ſingulos annos quinq; dies adduntur. Cæſar uerò & eos quinq; dies, & duos inſuper alios, quos uni menſium detraxerat, reliquis menſibus coaptauit: diem quoq; illam, quæ ex dierum quadrantibus cōficitur, ad quartū quenq; annum (tribus in medio annis omiſſis) appoſuit, ut iam ne in horis quidem annorū error, niſi perquā exiguus, incidere poſsit, q tantus eſt, ut intercalatione unius diei MCCCCLXI quoque anno indigeat. Hæc omnia Cæſar, quæq; alia de Republicæ ſtatuit, nō proprio conſilio, ſed ſemper communicata prius re cum primoribus Senatus, aut toto aliquando ordine, decreuit: quo fiebat, ut quanuis nonnullas leges aſperiores aliquantum promulgaſſet, tamen Senatui ſe probauerit, laudatusq; fuerit. Enimuerò quòd eorum, qui exilio iudicum uocibus damnati fuerant, multis per Tribunos plebis reditum cōficiebat, quodq; iis qui ambitus condemnati fuerant, in Italia uerſari permittebat, nonnullosq; parùm dignos in Senatum adſcribebat, multis ac uarijs de ſe rumorib occaſionem præbuit. Cleopatræ uerò amor, neque is iam, cui in Aegypto ſeruierat, (quippe eius fama tantùm Romam uenerat) ſed cui in ipſa urbe deditus erat, magnoperè ei ab omnibus uitio uerſus fuit. Venerat enim Romam *Cleopatra Romam uenit.* cum marito ſuo Cleopatra, domiciliumq; ei in ædibus ipſius Cæſaris deſignatum fuerat, ut iam utriuſq; rei nomine malè audiret: ipſe infamiam eam nihil curans, inter amicos sociosq; Romanorum reges adſcripſit. Iam quæ in

in Hiſpania Pompeius agitaret, omnia Cęſar percipiebat. & quamuis eum hoſtem ſuperatu haud facilem eſſe cenſeret, tamen primò claſſem à Sardinia aduerſum eum emiſit: deinde exercitum quoq; habito delectu, ſperans ſe horum opera id belli patraturum. Sed poſteaquam Pompeij uires augeri, ſuos ad bellum ei faciendum non ſufficere animaduertit, ipſe Romæ cuſtodia Lepido, octoq; ut nonnullis uidetur, uel, quod magis creditum eſt, ſex urbis præfectis iniuncta, in Hiſpaniam expeditionem ſuſcepit. Enimuerò exercitus in Hiſpania ſub Longino & Marcello tumultuati fuerāt, nonnullæq; urbes ad nouas res cōſurrexerant: uerùm hi motus Longino mortuo, ſuccedenteq; ei Trebonio, cōquieuerant. pòſt paulò ijdem animaduerſum in ſe à Cæſare iri timentes, clanculū ad Scipionē legatis miſsis, ei ſe dediderāt; isq; cùm alios, tum Cn. Pompeiū ad eos miſerat. Pompeius inſulas Baleares aggreſſus, reliquas ſine prælio, Ebuſum ui cepit: ibiq; morbo correptus, cum militibus ſuis aliquandiu remanſit. Cum tempus tereretur, milites qui in Hiſpania erāt audito Scipionē perijſſe, Didium aduerſum ſe cum claſſe proficiſci, ueriti ne ſi Pompeiū præſtolarent, ante eius aduentū opprimerent, ducibus electis T. Scapula, ac Q. Aponio, equeſtris dignitatis uiris, Trebonio eiecto omnē Bæticā ad defectionis ſocietatē perduxerāt. Interim Pompeius alleuato corpore in oppoſitā Hiſpaniā traijcit: nōnullisq; urbibus (quæ ſe ultrò ei dediderāt, præfectorum imperijs grauati, ſpemq; in Pompeio patris eius memoria renouata haud exiguam habentes) receptis, Carthaginem, quia pacificationē repudiauerat, oppugnat. Quod ubi Scapula cum ſuis cognouit, ad Pompeium ſe contulerunt, eum Imperatorem ſibi delegerunt, omni cura ſtudioq; eius iuſsibus paruerunt, commoda periculaq; cum eo ſua communicàrūt, unanimiterq; ſe & ad uitanda mala, & ad conſectandum feliciorem ſtatum confirmauerūt, Pompeio nihil non ad gratiam ab ijs bonam ineundam (quem morē in eiuſmodi imperijs, rerumq; ſtatu ſeruare omnes homines ſolent) & loquente & faciente: idq; eo magis, quòd à ſe nonnulli Allobroges, quos in bello contra Curionem Iuba captos dono ipſi dederat, transfugerant. Ita Pompeius effecit, ut non hos modò iam longè alacriores haberet, ſed multi etiam contrariæ partis, præſertimq; hi qui ſub Afranio militauerant, accederent: ex Africa etiam præter alios Sextus frater, Varusq; & Labienus cum claſſe ad Pompeiū uenerunt. Itaque multitudine ſtudioq; militum elatus, regionem peruagatus, urbes partim deditione, partim ui in ſuam poteſtatem redegit, ut iam plus ipſo Cæſare poſſe uideretur. Qui enim Cæſaris in Hiſpania erant legati Q. Fabius Maximus, & Q. Pedius, cum ſe ſatis inſtructos ad confligendū cum Pompeió nō putarent, nihil aliud agebant, quàm quòd Cęſarem, ut aduentum ſuum maturaret, hortabantur. Cum is rerum iam in Hiſpania ſtatus eſſet, præmiſsiq; Roma à Cæſare nonnulli adueniſſent, ipſiusq; iam Cæſaris aduentus expectaret, territus Pompeius, cogitansq; ad totam Hiſpaniam obtinendam ſibi non eſſe ſatis uirium, ne accepto damno demum conſiliū capere opus haberet, maturè, ante quàm cum hoſte manum conſeruiſſet, in Bæticā ſe recepit, eiusq; diſceſſu ſtatim omnis ora maritima defecit. Varus uerò à Didio apud Crantiam nauali prælio ſuperatus, in terram euaſit: coniectisq; in introitum portus ancoris, ita ut una ab alia teneretur, cùm ad eas tanquā ad ſeptum quoddā primæ inſequētium naues offendiſſent, periculū totius claſsis amittēdæ declinauit. Mediterranea uerò Hiſpania omnis iſta Pōpeio ſe coniunxerat, excepta Vlla urbe: eam quòd noluerat ad amicitiam

Bellum Hiſpanienſe. Cæſaris cōtra Cn. Pompeium.

Scapula.
Aponius.

Pompeius ſumma rerum contra Cæſarem præfectus.

Allobroges à Pompeio deficiunt.

Q. Fabius Maximus.
Q. Pedius.

Varus à Didio nauali prælio uincitur.

Pompeius Vllam oppugnat.

micitiam ſuam accedere, oppugnabat. Interim Cæſar cum paucis Hiſpaniã attigit, præter expectationẽ non Pompeianorũ modò, ſed ſuorum quoq; militum. Tanta enim itineris uſus erat celeritate, ut antè quàm audiretur ipſum in Hiſpaniam adueniſſe, à ſuis, hoſtibusq; ibi conſpiceretur. Proinde (maximam enim militũ partem in itinere poſt ſe reliquerat) ſperabat ſe ea celeritate, ſoloq; ſuo aduentu tantum Pompeio terrorẽ iniecturũ, ut & ab urbis obſidione deſiſteret, & de tota re trepidaret. Pompeius uerò uirũ uiro longè præſtantiorem eſſe exiſtimans, fretusq; ſuis uiribus, nihil eius aduentu conſternatus, in oppugnatione urbis haud ſecus quàm antè pergebat. Cæſar paucis ibi locorum militibus, qui cæteros præuenerant, relictis, ad Cordubam ſe conuertit, cùm ſpe eius per proditionẽ potiundæ, tum uerò in primis, ut ei metuentẽ Pompeium ab Vlla auerteret: reſpondit q; huic

Cn. Pompeius Vlla omiſſa ad Cordubam ſe confert.

cõſilio euentus. Initiò enim Cneus relicta ad Vllam parte exercitus, Cordubam uenit: eamq; occupatam, Cæſare cedente, Sexto fratri cuſtodiendam tradidit. deinde cum ad Vllam nihil proficeret, cumq; urbis turri ob multitudinem propugnatorum collapſa, eà milites irrumpẽtes, malè accepti eſſent, interim Cæſar noctu ſuppetijs in urbem miſsis, ad Cordubam iterum caſtra poſuiſſet, obſidioneq; eam cinxiſſet, ibi demum Cneus Vlla omnino relicta, omniq; exercitu ad Cordubã conuerſus, tantum profecit, ut Cæſar, qui tunc morbo conflictabatur, eius aduentu audito receſſerit. Verùm Cæſar recepta ſanitate, militibusq; qui ſubſecuti erant, ad ſe acceptis, coactus eſt hyeme bellum gerere: nam & tabernaculis exercitus incommodis uſus laborabat, & cibaria deerant: quibus rebus Cæſar (eo autem tempore Dictaturam gerebat, & ſub exitum demum anni Conſul creatus fuit, conuoca

Lepidus Conſul et magiſter equitum.

to eius rei gratia populo per Lepidum, qui tum magiſter equitum erat, eumq; titulum ſibi Conſul contra maiorum inſtituta ſumpſerat) ad bellum hyberna tempeſtate exequendũ adactus, Cordubæ oppugnatione, quòd

Attegua urbs ut in poteſtatẽ Cæſaris uenerit.

eam ualido præſidio teneri norat, abſtinens, ad Atteguam urbem, ubi magnam uim frumenti repoſitam eſſe audierat, ſe conuertit, ſperans ſe multitudine militum ſuorum, repentinoq; aduentu perterritis hoſtibus, facilè eam in ſuam poteſtatem redacturũ, eamq; munitionibus clauſit. Pompeius naturæ loci fidens, ratusq; Cæſarem propter anni tempus obſidionem trahere nõ poſſe, ſimul quòd milites ſuos frigore affligere nolebat, urbem defendendam ſibi primùm nõ arbitratus eſt: poſtquàm uerò ea uallo circumcluſa à Cæſare, & circumſeſſa eſt, ad propugnandum eam timore adductus, nactus nubilam noctem, repentè excubitores inuaſit: compluribusq; horum cæſis, cum eos qui in oppido erant, duce carere intelligeret, Munatiũ Flac

Munatius Flaccus ut Atteguã peruenerit.

cum ad eos intromiſit. Cæterùm is hoc artificio in oppidum peruenit. Noctu ſolus cuſtodes aliquot adijt, tanquam ad inſpiciendas excubias à Cæſare miſſus, teſſeramq; eos ſibi dicere iuſsit, qua percepta (neque enim quis eſſet, illi norant: ſolusq; cum eſſet, non aliunde uidebatur ad eos quàm ab amicis ueniſſe) digreſſus, extra munitiones circumiuit: cumq; ueniſſet ad alios excubitores, teſſeram eis nominauit, ſimulansq; ſe ad recipiendum per proditionẽ oppidum à Cæſare uenire, ab ijs deductus introijt: quanquam ſpes quidem retinendi oppidi eum decepit. Nam & alia incommoda nonnulla euenerunt, & cum operibus Romanorum aliquando ignem oppidani iniecißent, non modò nullum ijs memorabile detrimentũ attulerunt, ſed ipſi maximum damnum inde reportârunt. Coortus enim uehemens ex aduerſo oppidi uentus, ædificia oppidi incẽdio miſcuit, multiq; inter fumum

proſpectu

proſpectu omni adempto, lapidibus ac iaculis percuſsi periere͂t. Eo incom
modo accepto, cum agri uaſtarentur, muriq; pars cuniculis actis corruiſſet,
diſſentire ceperunt, ac prior Flaccus ad Cæſarem pacis, impunitatisq; ſibi
& ſuis impetrandæ cauſa miſit: cum eam non obtinuiſſet, quòd arma tra-
dere nolebat, oppidani à Cæſare pacem acceperunt, cum imperata fecif-
ſent. Attegua capta, reliquæ etiam urbes aut ad Cæſarem legatis miſsis ad *Attegua Cæſa-*
eum deſciuerunt, aut ipſum, legatos'ue eius aduenientes receperunt. Itaq; *ri deditur.*
Pompeius conſilij inops, cum aliquandiu hinc inde paſsim uagatus eſſet,
ueritus ne ea re moti cæteri quoq; à ſe deficerent, in diſcrimen ſummæ re-
rum pugnare ſtatuit, quanquam cladem ei haud dubiè dij portendebant.
Nam ſimulacrorum quidem ſudores, ſonitus in aere exercituum, multi ani- *Prodigia Mun-*
malium monſtroſi partus, faces à cœli facie in occiduam partem percurren- *denſem pugnā*
tes, quæ eo tempore per Hiſpaniam prodigia edebantur, non apertè utri *præcedentia.*
minarentur perniciem ſciri poterat: uerùm aquilæ exercitus Pompeiani, a-
las ſuas concutientes, fulminaq;, quæ aurea nonnullæ pedibus geſtabant,
proijcientes, Pompeio exitium palàm obnunciabant, ipſæq; ad Cæſarem
auolabant. Sed Pompeius ea oſtenta nihil curabat, iamq; bellum eo dedu-
ctum erat, ut ſignis collatis decernendum eſſet. In utriuſque ducis exercitu
præter Romanos, ſociosq;, multi Hiſpani, Mauriq; erant, nam Bocchus fi-
lios ſuos Pompeio auxilio miſerat, Bogud uerò ipſe cum Cæſare militabat,
ipſum nihilominus prælium non per alios, ſed ſolos Romanos factum eſt. *Prælium à Cæ-*
Milites enim Cæſariani cùm multitudine & uſu rei bellicæ, tum uerò præci *ſare & Pom-*
puè præſentia Cæſaris freti, hoc omni ſtudio agebant, ut iam nunc militiæ, *peio apud Mū-*
miſeriarumq; quas in ea diu iam tuliſſent, finem imponerent: Pompeiani *dam cōmiſſum.*
his quidem rebus inferiores, tamen quia ſpem ſalutis nullam niſi in uicto-
ria ſibi reſtare uidebant, (pleriq; enim eorum antè cum Afranio & Varro-
ne à Cæſare ſuperati, uitaq; donati fuerant, eosq; deſperatio ueniæ ad furo-
rem quendam incitârat, ut uel fortiter uincendum, uel pereundum omni-
no ſibi ſtatuerent) animis ad pugnam parati erant. Itaque ad conſerendum
manus nulla ipſis adhortatione opus fuit, cum toties iam bello congreſsi,
omnem uerecundiam proieciſſent. Primo conflictu ſociorum auxilia utra-
que ex parte terga oſtenderunt, fugæq; ſe commiſerunt: ipſæ uerò Roma-
norum acies comminus congreſſæ, diuturnum ſumma contentione præ-
lium fecerunt: nam neq; loco ſuo excedebat quiſquam, ſed aut cædens, aut
cadens eum tegebat, & quiſq; in ſe totius uictoriæ aut cladis ſummam col-
locatam ducebat. Itaq; nullam pugnæ ſuorum auxiliariorum rationem ha-
bere, ipſi in prælium totis animi uiribus incumbere, neq; clamor militaris,
neq; gemitus exaudiri, id tantùm uociferari, feri, cæde, ipſi manibus linguæ
officium longè anteuenire. Cæſar & Pompeius, eques uterq; ab edito loco
pugnam conſpiciebant, neque quid ſtatuerent habebant, ſed ambiguis ſen
tentijs alternantes, metu fiduciaq; ex æquo conflictabantur: erat enim aſpe
ctu res difficilis, cum æquo Marte depugnantes uidentes, uterq; ſuos ſupe-
riores cernere cuperet, metueretq; ne pellerentur, & ſimul uota mente, ſi-
mul deprecationem agitaret, ſimul confirmaret animum, ſimul trepidaret.
Neque uerò continere ſeſe diutius uterque potuit, quin equo deſiliens, in
prælium ad ſuos deſcenderet: adeò corporis ſui labore ac periculo potius,
quàm animi anxietate ſuis adeſſe, & uel momentum pugnæ ſuis militibus
præſentia ſua afferre, uel certè amiſſa uictoria unà occumbere decreuerant,
eamq; ob cauſam ipſi quoq; pugnam obibant. Neutris ſui ducis præſentia
uictoriam

uictoriam attulit, ſed cum eos unà periculum ſubire uiderent, ad longè maiorem mortis contemptum, inferendæq; aduerſæ parti cædis cupiditatem excitati utrique ſunt: itaq; neutri fugere, ſed quia idem animus utriſq; erat, pugnam quoque æquis uiribus ſuſtinebant. Quòd niſi Bogud, qui extra aciem cum ſuis conſtiterat, ſe ad caſtra Pompeij capienda conuertiſſet, profectò aut uniuerſi in acie cecidiſſent, aut nox incerta uictoria prælium direміſſet. Nunc, cum Labienus animaduerſo Bogudis inſtituto, ordine relicto aduerſum eum cõtenderet, Pompeiani eum fugere opinati, animis ceciderunt. Et quanquam eius conſilium poſteà cognouerunt, tamen rem in integrum reſtituere non ualuere, ſed partim in urbem Mundam, partim in caſtra fuga ſe proripuerunt. Qui in caſtra confugerãt, hoſtem inuadentem fortiter repulerunt: nec prius occubuerunt, quàm parem hoſtibus cladem repoſuiſſent: qui uerò in oppidum ſe receperãt, diu id aduerſus hoſtem obtinuerunt, nec niſi ipſis omnibus inter excurſiones, quas crebras faciebant, oppreſsis, id in hoſtium poteſtatem uenit. Enimuerò tanta utrinq; Romanorum cædes eo prælio facta eſt, ut Cæſariani cum dubitarent, quánam ratione urbem circumuallarent, ne quis noctu euaderet, ex ipſis cadaueribus aggerem cõportârint. Cæſar uictoria ad hunc modum potitus, Cordubam confeſtim, quia urbe Sextus ante eius aduentum exceſſerat, oppidanis deditionem facientibus cepit: quanquam ſerui manumiſsi reſiſterent, quorum Cæſar ijs qui armati fuêre interfectis, reliquos uendidit. eodemq; modo Hiſpali egit. Qui eam urbem tenebant, cum non ægrè paſsi eſſent præſidium ſibi à Cæſare imponi, pòſt eo occiſo bellum ſuſceperunt. Cæſar cum exercitu eò profectus, remiſsiorem aliquanto obſidionem inſtituit, ita ut effugiendi ſpem oppidanis oſtentaret: cumq; urbe eos egredi paſſus eſſet, per inſidias interceptos occidit, atq; ita urbem quoq; ſenſim uiris nudatam cepit. Poſt hæc Mundam quoq;, & cætera oppida, partim ui & ingenti reſiſtentium cæde, partim deditione recepit: pecunijsq; conficiendis ita intentum ſe præbuit, ut ne à monumentis Herculi Gadibus conſecratis abſtineret: agros etiam quibuſdam ademit, ſtipendiaq; imperata auxit. Hæc in eos ſtatuebat, qui rebellaſſent: quorum uerò beneuolentia uſus erat, eos agris alios, alios immunitate, ciuitate nõnullos, aut iure municipali donauit, quãuis hæc ipſa etiam non gratuitò. Cæterùm Pompeius fuga cladi elapſus, ad mare peruenit, ſpe claſsis, quæ Carteiæ ſtabat, utendæ: Sed cûm eam ad uictorem defeciſſe offenderet, conſcendit ſcapham, ut ea profugeret. Sed ex uulnere ibi fortè accepto æger, iterum ad continentem appulit: quoſdamq; qui eò confluxerant, ad ſe recipiens, ad loca mediterranea contendit. ibi cũ in Ceſennium Lentonem incidiſſet, ſuperatus: cum in ſyluã confugiſſet, ibi perijt. Didius autem eius rei ignarus, cum hinc inde uagaretur, ut Pompeiũ alicubi depræhenderet, in alios quoſdã incidit, ab ijsq; occiſus eſt. Ac profectò Cæſar ſi quis ei optionẽ dediſſet, maluiſſet ibi ab hoſtibus ſuis in bello cum gloria uitam ſuam amittere, quàm in patria, atq; in Curia ab amiciſſimis ſuis occidi: id quod ei non multò pòſt euenit. Id poſtren[illegible]ellũ ab eo confectũ eſt, hancq; ultimã uictoriã reportauit: quanquã qu[illegible]is res maximas ſe perfecturũ ſperaret, cùm alijs de cauſis, tum q; ex eo loco, in quo pugnatũ fuerat, ſtatim à uictoria germẽ palmæ enatũ eſſet. Id uerò non Cæſari quidẽ, ſed Octauio, ſororis Cæſaris nepoti, fauſtum oſtentum fuit, qui tunc cum Cæſare militabat: eratq; futurũ, ut ex ſuis laborib. periculiſq; magnum ſplendorẽ conſequereť. Quod neſciẽs Cæſar, ſibi de ſeipſo multa ac præclara

Labienus ordinẽ relinquens, cauſa cladis eſt ſuis.

Põpeiani uincuntur.

Vallum cadaueribus ſtructum.

Cæſar Cordubam, Hiſpalim, Mundamq; occupat.

Cn. Pompeij interitus.

Didij interitus.

Palma.

Octauius.

ra pollicitus eſt: ac tametſi quaſi immortalis ſi eſſet, ita animo efferebatũ, nihil tamen eorũ quæ ſibi propoſuerat, peregit. Proinde triumphũ (cum non modò de extraneo hoſte nullo uictoriam reportaſſet, ſed tantum etiam ciuium numerum perdidiſſet) non ipſe tantum duxit, exhibito iterum populo prandio, tanquam in communi quadam felicitate, ſed Fabio etiam, Pedioq; legatis ſuis, quiq; nihil proprijs auſpicijs geſſerant, triumphandi poteſtatem fecit: qua in re id riſum multum excitauit, quòd ij imaginibus, ferculisq; nonnullis non eburneis, ſed ligneis utebantur.

Triũphus Cæſaris, Fabij, Pedijq; de Pompeio uicto.

Nihilominus tamen aperte triplex triumphus, triplexq; pompa Romæ de uictoria Hiſpanienſi habita eſt, feriæq; inſuper quinquaginta dierum actæ. præterea inſtitutũ, ut Parilibus, (quo feſto die equorum certamen celebrabatur) dijs immortalibus ſacra fierent, non eam ob cauſam, quòd is dies natalis urbis erat, ſed quòd nuncius de uictoria Cæſaris pridie eius diei ſub ueſperam allatus fuerat.

Parilia.

Hæc urbi Cæſar cum dediſſet, ipſe ex decreto ueſtem triumphalem omnibus ludis geſtauit, ſemperq; & ubique laurea corona uſus eſt: cuius quidẽ præſcriptione hac utebatur, quia recaluaſter eſſet. Sed occaſionem de ſe obtrectatoribus eo præbebat, quòd etiam maiore iam natu formæ ſtuderet: quippe ſemper laxiori ueſte delicatè utebatur, & cinctura fluxiore, aliquando etiam ueſte ſublimiori ac rubea utebatur more regum, qui Albæ quondam imperauerant, cum à Iulo id ad ipſos pertinuiſſet.

Cæſaris in ueſtitu mollicies.

omnino uerò Venerem colebat, à qua ſe etiam formæ quandam uenuſtatem habere, perſuadere omnibus nitebatur. Igitur Venerem armatam annulo inſculptam geſtabat, eaq; teſſera in rebus ſummis plerunq; utebatur.

Cæſar Veneri conſecratus.

Certè laxam eius cincturam Sylla quoque notauit, qui cum neci Cæſarem deſtinaſſet, deprecantibus pro eo reſpondit, ſe quidem eum ipſis cõcedere, uerùm ab iſto malo præcincto ſibi cauerent.

Syllæ iocus in Cæſaris cincturam.

Quod cum Cicero non intellexiſſet, pòſt accepta clade, Nunquã, inquit, putabam fore, ut ab hoc ita malè cincto Pompeius uinceretur.

Ciceronis dictum.

Id obiter commemorandum duxi, ne quid eorum quæ de Cæſare feruntur, ignoraretur. Porrò Senatus nõ hæc modò quæ recenſui, propter uictoriam Cæſaris decreta fecit, ſed nomen ei præterea Liberatoris tribuit, atq; ita in faſtos retulit. præterea decreuit, ut Libertati ædes publicè extrueretur. Imperatoris quoq; nomen, non antiqua tantum pro conſuetudine, qua id cùm alij, tum ipſe quoq; ſæpius ex bello reportauerãt, neq; ea ratione, quòd ei merum imperium, abſolutamq; poteſtatem deferrent, Cæſari tribuerunt, ſed eo modo, quo nunc his qui ſummũ imperium obtinẽt, tum primo Cæſari primùm impoſuerunt, tanquam ipſi proprium: eò etiam adulationis progreſsi ſunt, ut filios quoq; eius, nepoteſq; ita nominari iuberent, cum neq; filium ipſe ullum haberet, & iam ſenex eſſet.

Imperatoris nomen, idq; duplici ratiõe geſtum.

Id uerò nomen Imperatoris à Iulio, quemadmodum etiam Cæſaris nomen, tanquam peculiare ſummi Imperij cognomentum, ad omnes deinceps Imperatores dimanauit, nõ tamen ſublata antiqua huius nominis ratione, ſed utraq; integra. Itaque denuò imperatoris nomen adſciſcit, qui uictoriam eo dignam obtinuit. Imperatoris igitur nomen, ut & reliqua, omnibus ex æquo Imperatoribus primum tribuitur: qui uerò in bello rem eo cognomento dignã geſſit, is antiqua conſuetudine Imperator denuò ſalutatur: unde fit, ut quis ſecundò, tertiò, ac toties omnino, quoties id mereatur, Imperator nuncupetur. Aedes præterea publicæ Cæſari ex decreto conceſſæ ſunt, utq; dies quibus uiciſſet, feſti eſſent, ſacrificareturq; ijs: ac ne quis militiæ imperium cum Cæſare habere, aut rei confectæ partem ſibi uendicare auderet. Enim-

uerò hæc omnia, etſi nimia ac inſolentia eſſe uidebantur, tamen à ſtatu populari Reipublicæ non abhorrebant: alia autem decreta ſunt ei, quę regem ipſum palàm facerent. Quippe omnes magiſtratus eius poteſtati, etiam plebeios, permiſerunt, ipſumq́ Conſulem ad decennium continuum, ſicut antè Dictatorem, conſtituerunt: utq́ ſolus milites baberet, ſolus publicas pecunias curaret, iuſſerunt: ac ne cui alterutro horum ipſius iniuſſu uti liceret. Statuam quoque tunc eburneam Cæſaris, ac pôſt thenſam in Circenſibus pompis cum deorum ſimulacris uehi iuſſerunt, aliamq́ imaginem cum inſcriptione Dei inuicti in fano Quirini poſuerunt: aliamq́ iterum in Capito-

Cæſari ſtatua inter regũ Romanorum ſtatuas poſita.

lio iuxta reges, qui quondam Romæ regnauerãt. Ac mihi fortuitum iſtum caſum admirari ſubit, quòd cum eſſent octo ſtatuæ, ſeptem poſitæ regibus, & una Bruto ei qui Tarquinios euertit, iuxta Bruti huius ſtatuam Cæſaris tunc repoſita eſt: nimirum hæc quoq́ res in primis M. Brutum ad inſidias Cæſari faciendas incitauit. Hæc igitur (neque tamen omnia, ſed quę digna relatu uidebant, enumeraui) ob uictoriã Cæſaris decreta facta, & alijs alia diebus cõprobata ſunt: Cæſar alijs ſtatim uti cepit, alijs in poſterum uſurus

An. V. C. 709.
Cæſar IIII. Conſul.

erat, quantumuis tum ea omitteret. Conſulatum cõtinuò, antè etiam quàm urbem intraret, occepit: non autem toto anno geſsit, ſed poſtquã in urbem uenit, eo ſe abdicauit, Conſulesq́ fecit Q. Fabium, ac C. Treboniũ: Fabioq́ extrema magiſtratus ſui die mortuo, ſtatim in reſiduas horas C. Caninium

Q. Fabius. C. Trebonius. C. Caninius. Coſſ.

ſubſtituit. Hac in re dupliciter præuaricatum eſt à Cæſare contra inſtituta maiorum: quòd Conſulatus non toto anno, neque omni reliquo anni tempore geſtus eſt, ſed ipſe uiuus, ac neq́ legibus patriæ, neq́ edicto quodam iuſſus eo ſe abdicauit, aliumq́ ſubrogauit: deinde quòd is Caninius ſimul

Ciceronis iocus in Caninij Conſulatum.

& Conſul creatus eſt, & geſsit magiſtratum, & depoſuit: quod Cicero cauillatus, tanta fortitudine ac cura Conſulẽ eum in ſuo magiſtratu uſum dixit, ut ne breuiſsimum quidem in eo ſomnum admiſerit. Verùm ab eo tempore ceptum eſt, ut perpauci toto anno Conſulatum gererent, ſed alij pauciores, alij plures menſes dieſq́, prout caſus tuliſſet, eo magiſtratu fungerentur: ac noſtro quidem tempore nemo neque ad integrum annum, neq́ amplius duobus menſib. ferè cum collega aliquo Conſul eſt: in cæteris ab antiquo more nihil diſcrepamus. annorũ autem numerus, his qui initio eius Conſules fuerunt, adſcribit. Ego itaque in ſingularum rerum geſtarũ expoſitione ordinis cauſa eos Conſules ponam, qui initio anni magiſtratũ geſſerunt, etſi nihil hi egerint: reliquorum autem Conſulum, quoties id res ipſæ exigent, mentionem faciam. De Conſulibus dictum iam eſt: reliqui magiſtrátus in ſpeciem quidem à plebe & populo ſecundum inſtituta maiorum deligebantur, recuſante Cæſare id muneris, ut ipſe eos conſtitueret: attamen re uera per ipſum creabantur, ac ſine ſorte in prouincias exibãt. Numerus autem magiſtratuũ in reliquis idem qui antè obſeruabatur, ſed Prætores XIIII, quadraginta quæſtores facti ſunt. Aliam enim Cæſar rationem præſtãdi ea quæ multis multa promiſerat, nullam habebat: adſcripſit etiam complures in Senatum, nullo in diſcrimine ponens ſiue quis miles eſſet, ſiue libertinus, adeò ut ſumma Senatorum DCCCC fuerit. Multos quoq́ in patriciorum, Conſularium, eorumq́ qui alios magiſtratus geſsiſſent, numerum retulit: quin etiam quoſdam in ius uocatos ob donis corrupta iudicia, conuictoſq́ abſoluit, non ſine ſuſpicione acceptæ ob rem iudicandam pecuniæ. quam ſuſpicionem auxit, quòd loca publica nec profana modò, ſed ſacra etiam ſub haſta propoſuit, ac pleraq́ uendidit. Porrò autẽ amicis ſuis

partium

partim pecunia donanda, partim uendendis prædijs multa largitus eſt: L. Lucidam Bacilo Præturam tum gerenti nullam prouinciam conceſsit, ma- gnam autem pecuniã eius loco donauit: Baciluſq́ & eo nomine, & quòd ea contumelia, qua prætor à Cęſare affectus eſſet, permotus, uitam reliquiſ- ſet, in ore omnium habitus eſt. Erant huiuſmodi Cæſaris actiones his qui uel accipiebant, uel expectabant munera, quiq́ Reipublicæ ſuam utilitatẽ anteferebant, admodùm gratę: cæteri ęgrè ferebant, uarioſq́ inter ſe ſermo nes conferebant, &, quibus id tutò licebat, libera uoce, libellisq́ ſine auto- re diuulgatis reprænhendebant. Hæc eo anno geſta, ærarijq́ procuratio à duobus ædilibus adminiſtrata eſt, quia nullus Quæſtor creatus fuerat: eo enim tempore, ſicut & antè per abſentiam Cæſaris factum, præfecti urbis cum Lepido magiſtro equitum omnium rerum curam geſſerũt, accuſatiq́, quòd lictoribus, ueſteq́ ac ſede Curuli, haud aliter atq́ Magiſter equitum, uſi eſſent, lege ſe defenderũt, qua uſus earum rerũ his permittit̃, quibus Ma giſtratus à Dictatore eſt commiſſus, atq́ ita abſoluti ſunt. Cæterùm publi- cæ pecuniæ adminiſtratio à Quæſtoribus tunc ad ædiles translata, poſt mo dò ad Quæſtores non redijt, ſed tandem Prætorijs uiris mandata eſt. Sed, ut dixi, eo anno duo ædiles theſauris publicis præfuerunt, alterq́ horum Cæſaris ſumptibus ludos Apollini fecit, atq́ ex Senatuſconſulto Megalen- ſes ludi ab ædilibus plebis celebrati ſunt. Præterea ædilis ferijs conſtitutus, alium in ſuum locum poſtridiè ſubrogauit, isq́ rurſus alium: quod neq́ an- te, neq́ poſt id tempus unquam factum eſt. Anno ſequenti Cæſar Dictator quintùm fuit, collega aſſumpto M. Antonio: eo anno ſedecim Prętores fue runt, idq́ in multos annos, Tribunal quoq́ cùm antè medio in foro conſti- tiſſet, in eum locum, quo nunc eſt, translatum fuit, reſtitutæq́ ſunt iuxta il- lud Syllæ ac Pompeij ſtatuæ, qua re laudem Cęſar inuenit, ſicut & eo, quòd gloriam huius operis, inſcriptionemq́ Antonio cõceſsit. Theatrum quoq́ exemplo Pompeij ædificare inſtituit, ſed id ne abſolueret, morte præuen- tus eſt, idq́ Auguſtus poſteà perfecit, ac M. Marcelli ſororis ſuæ filij nomi- ne inſcripſit. Cæſari autem hoc uitio datum eſt, quòd demolitus domos, templaq́ quæ in eo loco erant, ſimulacra, quæ ferè omnia lignea fuerant, cõ buſsiſſet, magnoſq́ pecunię theſauros repertos ſibi reſeruaſſet. Leges præ- tereà Cæſar tulit, pomœriũq́ amplius ex[illegible] & alijs id genus actio- nibus Syllam uidebatur imitari: ſed quòd omnem culpam his, qui contra ſe in bello ſtetiſſent, remittebat, impunitatemq́ ex æquo omnibus propone- bat, filijsq́ partem facultatum donabat, magnopere Syllæ crudelitatem re- darguebat, ac non fortitudinis tantùm, ſed clementiæ ſummam gloriam re- portabat, quanuis arduum omninò ſit, poſſe eundem apud populum et bel li & pacis laudibus clarere. Addidit hoc etiã ſuis præclaris factis, quòd Car- thaginem, Corinthumq́ inſtaurauit. Quòd enim multas alias urbes per I- taliam, atque extra eam partim refecit, partim nouas condidit, id cum alijs quibuſdam ei fuit commune: Corinthum uerò, Carthaginèmq́ urbes anti- quas, ſplendidas, illuſtres, quæ iam perierant, colonias Romanorum dedu- xit, quod ex uſu fore cenſebat, easq́ priſtinis ſuis nominibus decorauit, re- ſtituitq́ eas memoriæ eorũ, qui olim eas habitauerant, ut oſtenderet, ſe nul- lum aduerſus loca nihil de ſe malè merita ob inimicitias habitatorum odiũ exercere. Ita Carthago & Corinthus, quæ urbes priùs uno tempore deletæ fuerant, tunc ſimul quaſi reuiuiſcere ceperunt, olim claræ rurſus futuræ. Hæc Cæſare peragente, magna populum Romanum cupiditas inceſsit,

L. Bacili caſus.

Magiſtratibus à Dictatore creatis, quæ permiſſa.

An. V. C. 710.

Corinthus & Carthago inſtauratæ et coloniæ factæ.

Craſſum, amiſſumq́ cum eo exercitum ulciſcendi, ſpesq́ Parthos debellan di: *Parthicum bellum Cæſari mãdatum.* id igitur bellũ Cæſari unanimi conſenſu decreuerunt, ſummoq́ ad id ſtudio ſcie comparauerunt. Ac præter cætera quæ eius belli cauſa agebant, ut & adminiſtrorum copia Cæſari eſſet, & eo abſente neq́ ſine magiſtratibus *Magiſtratus in trienniũ inſequens conſtituti.* urbs eſſet, neq́ ſi ipſa eos delegiſſet ciuitas, res ad motus inteſtinos rediret, magiſtratus iam antè ad totum triennium (tantum enim temporis Parthicæ expeditioni impendendum exiſtimabant) conſtituere intenderũt, qui tamen non omnes tum ordinati ſunt. Horum dimidiã partem Cæſar, quod lege quadam ei cõceſſum fuerat, re ipſa autem omnes deſignabat. Eodem anno primùm ſex Aediles ſunt conſtituti, duo Patricij, qui Cereris Aediles uocarentur, quatuor plebeij. isq́ mos ad noſtram uſq́ ætatẽ exinde perductus eſt. Prætores autem creati ſunt ſedecim: ne hi quidem ſecundum inſti- *P. Ventidius.* tuta maiorum. Inter hos Prætura P. Ventidio etiam obtigit. Is Ventidius, ut ſuprà demonſtraui, ex agro Piceno oriundus erat, in belloq́ quod à ſocijs contra Romanos geſtum eſt, ipſe quoq́ aduerſus urbem arma tulerat, eumq́ captum Pompeius Strabo in triumpho uinctum duxerat. Pòſt dimiſſus, ſucceſſu temporis in Senatum allectus, ac tum à Cæſare Pretor creatus fuit: ac tantos progreſſus fecit, ut Parthos deinde ſuperauerit, ac de ijs triumphauerit. Ac magiſtratus quidem, qui primo proximo anno Rempublicã adminiſtrarent, omnes tum deſignati ſunt, in ſecundum autem annũ Conſules tantùm & Tribuni plebis, tantum abfuit, ut tertij quoq́ anni magiſtratus ordinarentur. Cæſar autem his ijſdem duobus annis Dictator futurus, Magiſtros equitum ſibi alios, atq́ horum alterum Octauium, adoleſcentulum etiamnum, delegit: ipſe Dolobellam pro ſe Conſulem eſſe iuſſit, Antonio Conſulatum ad finem uſq́ eius anni gerente. Lepido Galliam Narbonenſem, Hiſpaniamq́ finitimam ei prouinciæ mandauit. Ita in Antonij, Lepidiq́ locum duos alios Magiſtros equitum ſuffecit. cum enim plurimis beneficia deberet, his magiſtratibus, ac ſacerdotijs collatis eis ſatisfecit: itaq́ XV ſacerdotibus unum, collegio ſeptenario tres addidit.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVADRAGESIMVSQVARTVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De decretis in honorem Cæſaris factis.
De conſpiratione in mortem Cæſaris inita.
Vt Cæſar interfectus ſit.
Vt Senatuſconſulto mutuarum iniuriarum memoria ſit prohibita.
Quomodo Cæſar ſepultus fuerit, oratioq; in eius funere habita.

Continentur autem hæc omnia eo adhuc anno, quo Cæſar Dictator V. fuit, M. Antonio magiſtro (equitum.

ITAQVE Cæſar ad bellum aduerſus Perthos ſe hoc modo parabat. Enimuerò ſceleratus furor certos quoſdam homines inuaſit, qui & ſuos Cæſari honores inuidebãt, & eum ſibi prælatum ægrè ferebant, ut eum iniuſta cæde perimerent: idq́ facinus & nouum nomẽ peruerſa hominum opinione inuenit, & decreta populi Romani inuertit, iterumq́ ex concordia ſeditiones, ciuiliaq́ bella Romæ intulit: quippe etſi ea illi præſcriptione uſi ſint, ſe Cæſare ſublato populum

pulum in libertatem aſſeruiſſe, re uera tamen & impiè ei perniciem machinati ſunt, & urbem rectà iam Reipublicæ adminiſtratione uti incipientem in ſeditiones coniecerunt. Equidem populi in Reipub. principatus nomen ſpecioſum habet, uideturq́ ex legum æqualitate non plus uni quàm alteri tribuere: uerùm ipſa re comprobatur nihil ei cum ſua appellatione cõuenire. Contrà monarchiæ nomen auditu difficile, penes unum tamẽ ſummam eſſe Reipublicæ, cõducibile omnium maximè eſt. Facilius enim unus quiſpiam uir bonus, quàm multi, reperiẽ: ac ſi hunc inueniri difficulter quidam exiſtimant, omnino fateri illi coguntur impoſsibile eſſe, ut multi boni inueniantur, quando uirtuoſos eſſe multos conſentaneum non eſt. Quo fit, ut ſi quis ſummæ rerum uitioſus præſit, tamẽ ſatius id ſit, quàm à ſui ſimiliũ multitudine Rempublicam adminiſtrari. Cuius rei fidem facere poſſunt res geſtæ Græcorum, barbarorumq́, & ipſorum etiam Romanorum: nimirum cum ſemper & præſtantiora longè, & plura ſub regibus quàm ſub populari gubernatione urbes ac priuati ciues beneficia adepti fuerint, longeq́ minus rerum aduerſarum ſub unius, quàm multitudinis ſub imperio ſuſtinuerint. Ac ſi qua aliquando Reſpublica ſub populari adminiſtratione floruit, id tantiſper durauit, dum neque ad magnitudinem, neque ad uires altiores perueniſſent: tum enim ex rebus ſecundis libido, inuidia ex cõtentionib. apud eas exortæ ſunt. Proinde in urbe Roma, quæ eo tempore tanta erat, præſtantiſsimas partes orbis terrarũ, quæ quidem notæ eſſent, ferè omnes poſsidebat, multis, uarijsq́ inter ſe diuerſis moribus, gentibus imperabat, diuitias immenſas habebat, omnis generis rerum geſtarum ſucceſſu publicè priuatimq́ uſa fuerat, in populari Reipublicæ ſtatu impoſsibile erat ciues animis ſuis moderari: atqui continentia ſublata ut concordes permanerent, id adhuc minus fieri poterat. Quæ ſi cum animis ſuis M. Brutus, & C. Caſsius reputaſſent, nunquam præſidem procuratoremq́ Reipublicæ necaſſent, neq́ ſibi, alijsq́ qui ea tempeſtate uiuebant, hominibus ita infinitorum malorũ autores fuiſſent. Cæterùm res ita acta eſt. Quanquam Cæſarem in inuidiam (quæ ei cauſa mortis fuit) ipſi præſertim Senatores adduxerunt, primò nouis immodicisq́ honoribus hominẽ erigentes, inflantesq́, deinde eorundem cauſa reprehendentes obtrectãtesq́, quòd promptius æquo eos accepiſſet, maioriq́ ab ijs faſtu uteretur: tamen ipſe etiã inuidię eius cauſam aliquã præbuit, quòd nonnullos admiſiſſet, dignumq́ ſe ijs re uera iudicari credidiſſet. Maior tamen Senatorum culpa fuit, qui dum eos honores Cæſari tanquam digno deferũt, decretis ſuis crimini eum obiecerunt: cum nec renuere omnia auderet, ne contemptui habere ea uideretur, nec ſi admiſiſſet, tutus eſſe poſſet. Nam immoderati honores laudesq́, leuitatem animi etiam modeſtiſsimo cuiq́ afferunt, ut ſe iam tales eſſe, quales prædicantur, exiſtiment. Porrò autem decretos Cæſari honores, præter eos quos ſuprà recenſuimus, hoc loco ſimul cõmemorabo, quanquam non omnes eodem tempore neque decreti, neq́ approbati fuerint. Primùm ei datum eſt, ut ſemper uteretur ueſte triumphali, etiam intra urbem: deinde ut ſemper Curuli ſella ſederet, exceptis ludis: tum enim ſeſsio ei in Tribunicio ſubſellio cum ijs qui quoq́ tempore Tribunatũ plebis gererẽt, cõcedebatẽ: præterea, ut opima ſpolia in templo Iouis Feretrij ſuſpenderet, quaſi ſua manu imperatorẽ hoſtium aliquem occidiſſet: ut eius lictores ſemper laureas coronas geſtarent: ut ipſe ferijs Latinis peractis, ex Albano in urbẽ curru inueherẽt. Ad hæc nomẽ Patris patrię ei impoſuerũt: ipſius imagine

Democratia Monarchiã potiorem eſſe.

Cauſa odiorũ in Cæſarem.

Nimiæ laudes.

Honores Cæſari decreti.

ne pecuniam ſignauerunt: ſacra publicè fieri natali eius die iuſſerunt: utq; in omnibus urbibus, omnibusq; Romę templis eius ſtatua poneretur: in ipſis roſtris duas ei ſtatuas collocarunt, ciuica unam, alteram obſidionali corona inſignem, quaſi & ciues ab interitu, & urbem ab obſidione liberaſſet: inſuper nouæ Concordiæ templum ædificari, annuumq; ibi feſtum celebrari iuſſerunt, quòd Cæſar ipſis pacem reſtituiſſet. Eos honores cum Cæſar acceepiſſet, ut Pontinas paludes iniecto aggere complanaret, Iſthmumq; Peloponneſiacum perſoderet ei mandatum eſt, utq; nouam Curiam extrueret. Erat enim Curia Hoſtilia cùm reſecta fuiſſet, denuò deſtructa, eo uerbo, quod ibi templum Felicitatis ponere inſtituiſſent: quod Lepidus cum magiſter equitū eſſet, abſoluit: ſed re ipſa ob hanc cauſam, ut ne in eo quidem loco Syllæ nomen ſupereſſet, ac noua Curia, Iulia uocaretur: ſicut et menſem, in quem Cæſaris natalis competebat, Iulium, unamq; tribum ſorte ad hoc ipſum delectam, Iuliam cognominauerūt: quinetiam decretum, ut Cenſor ſolus, idq; quandiu uiueret, eſſet: utq; eodem quo Tribuniplebis, beneficio uteretur, nimirum ut qui ei uel uerbo uel re iniuriam intuliſſet, is ut ſacrilegio ac piaculo ſeſe obligaſſe exiſtimaretur: ut ſi filius Cæſari naſceretur, is ſummus Pontifex conſtitueretur. His, cum ea Cæſar læto animo acceepiſſet, additum eſt, ut ſella aurata uteretur: ſtatuaq; ei poſita eſt, qualis regibus quondam: additum quoq; ex equitibus & Senatoribus ſatellitium: item ut quotannis uota pro ſalute eius publicè fierent, ut per fortunam eius iuſiurandū cōciperetur, ut omnia quæ acturus foret, rata haberent, ut quinquēnalia ei tanquam Heroi, feſta agerentur. tertium item quoddam collegium ſacerdotum, qui Lupercalia celebrarent, inſtitutum, ijq; Iulij uocati ſunt, unusq; ei ludorum gladiatoriorum ſingulorum, ſiue ij Romæ, ſiue alibi in Italia ederentur, dies conſecratus eſt. Cum hæc etiam Cæſari placuiſſent, iam in theatra etiam ſellam eius auream, coronamq; gemmis auroq; præſignem, (qui honor aliàs Dijs tribui ſolebat) inferri, atq; in Circum etiam introduci à multitudine iuſſerunt: deniq; Iouis ipſi cognomentum palàm impoſuerunt, Templumq; ei Clementiæ dedicari iuſſerunt, ſacerdotioq; eius Antonium, quaſi Flaminem Dialem aliquem, præfecerunt. Enimuerò hoc potiſſimùm animi eorum ſententiam declarauit, quòd dum hæc decernerent, interim ſepulcrum ei intra mœnia uti fieret permiſerunt, decreta hæc in argenteis columnis, literis aureis perſcripſerunt, easq; ſub pedibus Iouis Capitolini collocauerunt, quo ſatis ipſum apertè admonebant, ut ſe hominem eſſe intelligeret. Initiò enim honores ei detulerant, cum animo moderato ijs uſurum exiſtimarent: pòſt cum his eum gaudere, (perpaucos enim non admiſerat) ſentirent, identidem alios aliosq; ultra modū accumulauerunt, alij ſtudio adulandi eum nimio, alij ut eum obtrectationibus exponerent. Quippe inuenti ſunt, qui poteſtatem ipſi cum quibuſcunq; uellet fœminis rem habendi permitterent. nam plurimis etiam tum quinquagenario maior utebatur. Maior tamen pars hæc eò agebant, ut ipſi in maiorem inuidiā repræhenſionemq; adducto, perniciem maturarent, idq; conſilium euentus probauit. Quanquam ipſe Cæſar inſidiarum ſecurum ſeſe exiſtimabat, quod nec ab his eas qui hos ipſi honores decreuiſſent, neq; ab alijs etiam, hos nimirū metuentibus, ſtructū iri putabat: quæ cauſa ei fuit, cur ſatellitio Senatorū ac Equitū recuſato, etiam corporis ſui ſtipatores à ſe remoueret.

Antonius Flamen Dialis Cæſaris.

* * *

Cæſar Senatui non aſſurgit.

Cum enim quadam die in Senatu de ſummis ac multis Cæſari deferēdis honoribus

honoribus ſententiæ latæ eſſent, eosq; unanimi conſenſu præter Caſsium, quoſdamq; alios (de quibus iam tum quod ei minus cuperent, fama increbruerat, idq;, euidentiſsimo Cæſaris clementiæ argumento, impunè faciebant) omnes decreuiſſent, ad eumq; in ueſtibulo Veneris templi ſedētem, ut decreta hæc ei annunciarent (abſente enim ipſo huiuſmodi res agebantur, ut non à coactis, ſed ultrò uolentibus agi uiderentur) acceſsiſſent, non aſſurrexit, ſed ſedens Senatum ad ſe uenire paſſus eſt. Id ſiue fatali quodam errore, ſiue nimio gaudio correptus admiſerit, non conſtat: certè tantam ea res non Senatorum modò, ſed reliquorum etiam iram aduerſus ipſum excitauit, ut excuſationē percuſſoribus eius uel præcipuam præbuerit. Quod enim nonnulli purgandi Cæſaris cauſa poſteà attulerunt, profluuio eum uentris laboraſſe, ueritumq; ne inter aſſurgendum aluum deijceret, conſediſſe, id propterea creditum nō eſt, quòd paulo pòſt pedibus ipſe domum redierit: ſed faſtu elatum hoc feciſſe ſuſpicabantur: eumq; ſuperbiæ nomine odio proſequebantur, quem immodicos honores deferendo ipſi ſuperbum reddiderant. Acceſsit hoc etiam ad augendam ſuſpicionem, quòd deinde Dictatorem ſe perpetuum creari paſſus erat. Itaq; Cęſare talem ſeſe gerente, iam ei ab inimicis haud dubiè inſidiæ parabantur, qui ut etiā amiciſsimorum ei hominum odia aduerſus eum excitarēt, cùm alijs calumnijs eum petiuerunt, tum regem quoq; uocauerunt, idq; nomen diuulgârunt. Id nomen cum Cæſar recuſaret, ac qui ita ſe ſalutaſſent aliquādo increpuiſſet, neque tamen quicquam ageret quo ſe id nomen uerè ægrè ferre probaret, illi clàm imagini ipſius quæ pro roſtris ſtabat, diadema impoſuerūt: id à C. Epidio, & L. Ceſitio Flacco Tribuniſplebis detractū cum eſſet, quamuis ij neq; ignominioſum quicquā dixiſſent, & ipſum apud plebem laudaſſent, quòd huiuſmodi honores non deſideraret, moleſtiſsimè tulit, ægreq; ſe quin in eos aliquid ſtatueret, cōtinuit. Sed pòſt, cum ab Albano in urbem equo aduehentem, nonnulli regem ſalutaſſent, atq; ipſe quidem non regem ſe, ſed Cæſarem eſſe reſpondiſſet, ijdē uerò Tribuniplebis ei qui primus regis nomine Cęſarem appellaſſet, diem dixiſſent, iam ab ira ſuperatus, ac tanquam ab illis aduerſum ſe tumultus excitarentur, ingenti indignatione eā ob rem commotus, tamen ultionem aliquādiu diſtulit. Cùm uerò Tribuni illi pòſt paulò promulgationem ederent, neq; licere ſibi, neq; tutum eſſe de Republica liberè agere querentes, ſummo dolore affectus, in Curiam eos adduxit, accuſauitq;, & ſententias de eorū pœna rogauit. Ac tametſi nō deerant, qui capite plectendos eos cenſebant, tamen uitæ eorū parcens, opera Heluij Cinnæ collegæ ſui, Tribunatu ſpoliatos Senatu mouit. Idq; ij gratum habuerunt, aut certè ſimulauerunt gratum ſibi eueniſſe, quòd iam nihil opus habentes ſubeundorum libertatis in Republica curanda retinendæ cauſa periculorum, tutò quæ agerētur inſpicere poſſent: Cæſari uerò uitio datum eſt, quòd cum odio proſequi deberet eos, qui ipſi regis nomen obtuliſſent, ijs omiſsis Tribunos plebis accuſaſſet. Hæc cum ad hunc modū eueniſſent, alia inſuper res incidit, quæ euidentius argueret, ipſum regium nomen uerbis reſpuere, re uerò ipſa affectare. Lupercalibus enim cum pro roſtris aurea in ſella cōſediſſet, regia ueſte, aureaq; corona exornatus, Antonius eum cum collegis ſacerdotibus, regem ſalutauit, diademaq; imponens: Hoc, inquit, populus tibi per me exhibet: Cæſar reſponſo dato, ſolum Iouem Romanorum regem eſſe, miſſoq; in Capitolium diademate, nihil omnino ſuccenſuit, quinetiam in acta publica referri iuſsit, regnum ſe à populo ſibi per

Cæſar rex nominatur.

C. Epidius. L. Ceſitius Flaccus.

Tribuniplebis à Cæſare magiſtratu depoſiti.

Antonius Lupercalibus Cæſarem regē ſalutat.

Conſulem oblatum, nō accepiſſe. Hinc ſuſpicio inſinuauit, id ita ex compoſito actum eſſe, ac Cæſarem regis nomen expetentē, ut id ſuſciperet coactũ uideri uelle. Itaq; odijs aduerſum Cæſarem iam multorum flagrantibus, magnanimus quiſq; * *

Brutus ad Cæſarem necandũ inſtigatur.

Brutumq; & priuatim accedentes hortabanť, & publicè incitabãt. Quia enim idem cum nobili illo Bruto, qui Tarquinios quondam deiecerat, nomen gerebat (quanquam hic quidem Brutus nullam progeniem reliquerat, ſed quos ſolos habebat duos filios adoleſcentulos etiamnũ ipſe interfecerat) ea nominis communitate abuſi, M. Brutum ab illo Bruto ortum ferebant, ut ad ſimile facinus, quaſi id generi ſuo conueniens, hominem excitarent, ſubiectis eius rei cauſa crebris literis, ſubindeq; acclamãtes: O' Brute, Brute, dictitãtesq; Bruto aliquo ſibi opus eſſe: ipſiusq; adeò priſci illius Bruti ſtatuæ ſubſcripſerunt: Vtinam uiueres. Tribunali etiam M. Bruti (præturam enim gerebat) inſcripſerunt: Dormis Brute, ac non es Brutus. Hæc igitur Brutum ad inſidias Cæſari faciendas incitauerunt: quò faciebat, quòd iam antè ab initio contra Cæſarem arma tulerat, quanquam pòſt ab eo beneficijs affectus: quodq; Catonis eius qui Vticenſis (uti ſuprà oſtendi) cognomentum inuenit, & ſororis filius, & gener erat. Atque

Porciæ fortitudo.

coniugem eius Porciam, ſolam ex omnibus mulieribus perhibent conſciã inſidiarum fuiſſe. Ea cum maritum hac ipſa de re cum animo ſuo deliberantem offendiſſet, percontata ecquid ſolicitus eſſet, poſteaquã nullũ reſponſum tulit, ſuſpicata à Bruto ſibi fidem non haberi propter infirmitatem corporis, ne quid fortè quæſtioni ſubiecta, eiq; perferendæ impar, enunciaret, magnam rem auſa eſt. Vt enim periculum ſui ipſius faceret, poſſet'ne aduerſum tormenta perdurare, uulnus clàm femori ſuo ipſa inflixit: cumq; dolori non ſuccumberet, cõtempto uulnere, ad Brutum progreſſa: Tu quidē, inquit, mi uir, quamuis animum meum arcani ſatis fidum cuſtodem credebas, tamen communem hominum opinionem ſecutus, diffidebas corpori meo: ego autem hoc quoque taciturnitatem ſeruare poſſe depræhendi. His dictis, femur ei oſtendit, cauſamq; uulneris expoſuit: Proinde, inquit, audacter mihi occulta tua conſilia aperi. neq; enim adeò muliebri ſum natura, ut me ad efferendum arcanum uel flamma, uel flagra, uel ſtimuli adigere poſſint. Quòd ſi fidem mihi nō habueris, nemo iam me uel Catonis eſſe filiam, uel tuam uxorem exiſtimare debet, niſi mortem uitæ prætulero. Quibus auditis Brutus, uirtutē mulieris admiratus, ipſe quoq; animo inde magis con-

C. Caſsium.

firmatus, totam rem coniugi enarrauit, Caiumq; poſteà Caſsium ſororis ſuæ maritum, quem ipſum quoq; Cæſar ſalute donatum Prætura inſuper ornauerat, alioſq; nonnullos idem ſentientes ſibi adiunxit, ut iam eorum qui in Cæſaris necem conſpiraſſent, haud exiguus eſſet numerus. Ego autē cur cæterorum nominibus recenſendis moleſtus eſſe debeam, non uideo: Tre-

Trebonius, & D. Brutus, inſidiarum contra Cæſarem ſocij.

bonium tamen, ac D. Brutum, quem Iunium quoq;, & Albinũ uocauerunt, ſilentio præterire non poſſum, qui ſummis à Cæſare affecti beneficijs, ac D. quidem Brutus Conſul etiam in ſecundum annum conſtitutus, tamen ei uitæ periculum creârunt. Parum abfuit quin ipſorum conſilia manifeſta fierent, cùm ob multitudinem conſciorum (quanquam Cæſar nullum de huiuſmodi re indicium admittebat, deferentesq; ad ſe id genus ſermones magnis pœnis coercebat) tum ob cunctationem, quippe reuerebantur adhuc tamen Cæſarem, ac tametſi nullis ſtipatoribus utebatur, tamen metuentes ſibi ab his, qui Cæſari ſemper aderant, rem extrahebant, ut iam diſcrimen i-

pſis

pſis impenderet, ne manifeſti inſidiarum facti perirent: neq; id effugiſſent, niſi præter animi ſui ſentẽtiam coacti fuiſſent inſtitutũ accelerare. Enimuerò ſparſus fuerat rumor, ſiue is uerus fuit, ſiue (uti fieri plerunq; ſolet) confictus, ſacerdotes, quos Quindecimuiros uocabãt, perhibere, ita Sibyllæ uaticinio prædictum eſſe, Parthos niſi à rege ſubigi non poſſe: eos igitur XV uiros de appellatione regis Cæſari tribuenda relaturos, quoniam id oraculum uerum eſſe iudicarent: atq; etiam magiſtratibus dicendam fore ſententiã in tanta rei deliberatione. Itaque Brutus & Caſsius (quia ipſi quoq; magiſtratũ gerebãt) cum neq; cõtradicere, neq; tacere ſibi integrũ fore cernerent, inſidias anteq; de eo negocio quidq; ſtatueref, maturare decreuerũt. Proinde Curiã ad eam rẽ peragendã delegerũt. nam & Cæſarẽ, q in eo quidem loco minimè aduerſi quicq; metueret, inſidijs opportuniorẽ futurũ, & gladios ſe facilè habituros, q in ſcrinijs loco libellorũ collocati importarentur, tum cæteros inermes nõ poſſe ſuccurrere Cæſari ſperabãt: ac ſi quis omnino id conaturus eſſet, habituros ſe auxilium gladiarorũ, quos multos in Pompeij theatro, à quo nõ procul Curia aberat, tanq; ad ſpectaculum exhibendũ adornauerãt. His cõſtitutis, poſtq; dies rei deſtinata appetijt, in Curiam conuenerunt, Cæſaremq; ad ſe uocauerũt. Cæſari inſidias & uates denunciauerant, & inſomnia. Ea enim nocte, quæ cædis eius diem præceſsit, uxor eius domum ſuam corruiſſe, uirumq; à quibuſdam cõfoſſum in ſinum ſuum confugere ſecundum quietem putauit. Cæſar in ſomnis ſibi ſupra nubes ſublimis ferri, ac Iouis dextram tangere uiſus eſt: prętérea arma Martis, quæ ſecundum inſtituta maiorum apud ipſum, ſummum Pontificem, aſſeruabantur, noctu ſonitum magnum ediderũt, foresq; cubiculi ſponte patuerunt: hoſtijs quæ eorum cauſa fiebant, litatũ non eſt: aues etiam domo eum exire prohibuerunt. Id quoq; poſt peractam cædem in omen tractum eſt, quòd ſellam eius auream, cum uenire cunctaretur ipſe, famulus Curia extulit, exiſtimans ea poſthac opus non futurum. His de cauſis moras faciente Cæſare, ueriti conſpiratores ne dilato negocio (iam enim domi eam diem manſurus Cæſar ferebatur) inſidiæ patefierent, ipſiq; compræhenderẽtur, D. Brutum, qui Cæſaris ſummus amicus habebatur, mittũt, qui eum in Curiam adduceret. Is eleuatis omnibus quas Cæſar prætendebat cauſis, Senatumq; dicens magnopere eum cupere uidere, Cæſarem ut prodiret permouit. Domo exeũte eo, ſtatua quædam ipſius in ueſtibulo poſita, ſpontè decidit, ac comminuta eſt. Etenim erat omnino Cæſari ea die moriendũ. Igitur neque hoc omine motus eſt, neque inſidias ſibi has indicanti animũ aduertit, oblatumq; ſibi libellum, in quo omnia quæ in ipſius perniciẽ erant præparata, accuratè conſignata erant, non legit, rem non neceſſariam eo contineri putans. Erat omnino tanta animi fiducia, ut uati quoque, qui iam antè ipſum, ut hanc diem caueret, monuerat, per iocũ diceret: Vbi ergo tuæ prædictiones, an non diem hanc, quam tu metuebas, me uiuo adeſſe uides? isq; aliud nihil reſpondit, quàm adeſſe quidem eam diem, non tamen præterijſſe. Vbi in Curiam Cæſar uenit, Antoniũ Trebonius extra Curiam detinuit (etſi enim ſtatuerant Antonium quoq;, Lepidumq; ſimul occidere, tamen ne multitudine cæſorum calumniæ de ſe locum præberent, quaſi non liberandæ urbis, quod præ ſe ferebant, ſed dominationis parandæ cauſa negocium ſuſcepiſſent, conſiliũ ſolius Cæſaris necandi prætulerũt, Antoniumq; ei neci intereſſe noluerunt, Lepidus enim apud exercitũ in ſuburbio erat) reliqui Cæſari confertim circunfuſi, quippe is homo ad congreſſus collo-

Occaſio maturandarum inſidiarum.

Cæſari interitum prædicentia ſigna.

Cur Antonius & Lepidus nõ ſimul cum Cæſare necati.

Cæſar in Senatu occiditur.

quiaq; facilis, ut quiſquam alius, natura erat, omnis ſuſpicionis tollẽdæ cauſa alij cõfabulari, alij deprecari ceperunt. Poſtquàm uerò tempus rei agendæ uenit, tanquam quidam gratiarum agendarũ cauſa accedẽs, togam Cæſari ab humero detraxit: id enim ſignum cõuenerat inter eos ut daretur, cæteri undiq; impetu facto multis uulneribus confecerũt, propter inſtantem multitudinm neque loqui, neq; agere quicquam ualentem, ſed ueſte capiti obducta ictibus ſe prębentem. Ita enim rei ueritas habet: quanquam non deſint, qui Bruto uiolentam plagam inferenti dixiſſe ferant: Tu' ne etiam fili?

Tumultus à cæde Cæſaris.

Ingẽti autem tumultu eorum qui in Curia erant, eorumq; qui extra eam ſtabant, quòd ea cædes ſubitò nemine expectante edita erat, & neque de percuſſoribus, neque de eorum numero, conſilioq; conſtabat, omnes quaſi in periculo futuros trepidatio inceſsit, obuiosq; ſibi ijdem perterruerunt, nihil certi dicentes, atq; hoc tantum clamantes: Fuge, claude, fuge, claude. Eum clamorem alij ab alijs acceptum propagarũt, urbeq; luctu repleta, ipſi in officinas domosq; confugientes ſeſe abdiderũt: quanquam Cæſaris percuſſores rectà in forum contenderant, & ſatis cùm habitu, tum uociferando oſtendebant nihil eſſe timendum, ſubindeq; Ciceronem nomine uocabant. Cæterùm plebs, quę neq; credebat uera eos loqui, neque ſedari facilè poterat, uix tandem, idq; ægrè admodum, cum neminem cædi, nemini manus injici uideret, animo recepto trepidandi tumultuandiq; fine facto conquieuit. Populo in concionem congregato, cædis autores multis contra Cęſarem, ac pro ſtatu Reipublicę populari uerbis factis, bono animo ciues eſſe iuſſerunt, nihilq; mali metuere, non enim Cęſarem à ſe idcò occiſum, ut uel dominationem, uel commodum aliquod aliud proprium inde haberẽt, ſed ut libertate, legumq; uſu reſtituto Reſpublica rectè adminiſtrari poſſet. His uerbis, eoq; in primis, quòd neminem quenquam læ debant, multitudinem pacauerunt, ipſi ne uiciſsim aliorum inſidijs impeterentur, in Capito-

Cæſaris percuſſores in Capitolium concedunt.

lium, tanquã deos comprecaturi, conceſſerunt, ibiq; diem iſtam, noctemq; exegerunt. Sub ueſperam alij quidem etiam primarij uiri eodem ſe contulerunt, qui etſi negocij huius participes minimè fuerant, quia tamen laudari id factum uidebant, in partem gloriæ, & præmiorum quæ ſperabantur, uenire cupiebant: Sed iuſtiſsimè euenit, ut in contrarium eis hoc conſiliũ uerteret, nam neq; nomen huius facinoris, à cuius communicatione omnino abſuerant, adepti ſunt, & in eadem pericula quæ percuſſores Cæſaris pòſt

Dolobella Conſulatum inuadit.

ſuſtinuerunt, ipſi quoq; ut inſidiarum ſocij, peruenerunt. Hæc cernens Dolabella, ipſe quoq; ceſſandum ſibi minimè ratus, Conſulatum, quanquam is nondum ad ipſum pertinebat, inuaſit, habitaq; oratione quadam de re

Lepidus militibus forum occupat.

præſenti, in Capitolium ipſe quoq; adſcendit. Interim Lepidus his quæ acta eſſent, cognitis, noctu forum militibus occupauit, concionemq; contra

Senatus in æde Telluris habitus.

percuſſores Cæſaris ſub auroram habuit. Antonius autem, quanquam ſtatim Cæſare occiſo fugerat, proiectaq;, quò facilius lateret, ueſte Conſulari, ſeſe occuluerat ea nocte, tamen ubi percuſſores in Capitolio, Lepidum in

Ciceronis oratio in Senatu, qua mutuò abolendas obliuione perpetua præteritas iniurias ſuadet.

foro eſſe intellexit, Senatu in Telluris templum conuocato, de ſtatu rerum præſenti retulit. Ibi cùm uariæ uariè affectorum ſententiæ dicerentur, Cicero, cuius autoritati obtemperatum etiam eſt, in hæc uerba diſſeruit:

Omnibus ego, P. C. in conſultationibus neq; gratiam ſpectandam, neq; odia eſſe exiſtimo, ſed eam unumquenq; ſententiam debere dicere, quam ipſe optimam eſſe cenſeat. Quippe iniquum fuerit, cum Prætores Conſulesq; noſtros omnia ex præſcripto rectę rationis agere iubeamus, ijsq; etiã

fortuna

fortun: præſtanda ſit, ſi quid minus rectè geſſerint, nos in deliberando, ubi ſua cuiquilibet ſententiam in ſua poteſtate omnino habet, priuatarum cupiditatum cauſa commodum Reipublicæ prodere. His ego de cauſis cum arbitrer ſemper nobis in conſilio capiendo æquitatis rationem habendam eſſe, id eo magis in præſenti negocio nobis faciendum cenſeo, quòd uideo nos, ſi omiſsis non neceſſarijs rebus concordiã ſeruemus, ſaluti noſtræ conſulere, aliosqꝫ etiam nolentes nobis coniungere poſſe.

Vereor autem, ne malè, ſed initio orationis nolo quicquã durius dicere. Superioribus quidem temporibus aliquãdiu is fuit Reipublicæ ſtatus, ut eam hi qui plurimum armis poſſent, obtinerent: ipſi nobis quid decernendum eſſet præſcriberent, nõ nos quid ipſis agendum eſſet, proſpiceremus. Nunc eò res redierunt, ut in noſtra ſint omnia poteſtate, penesqꝫ nos ſit poteſtas aut concordiam, cumqꝫ ea libertatem, aut diſſenſiones iterum ac ciuilia bella, dominumqꝫ exinde deligendi. Id enim Senatuſconſultum, quod hodie facietis, omnes etiam alij ſequentur. Quæ cum, ut quidem mea fert ſententia, ita ſeſe habeant, cenſeo nobis omnibus inuicem inimicitijs, ac contentionibus, aut quicquid id tandem mali eſt, omiſsis, ad priſtinam illam pacẽ, amicitiam, concordiamqꝫ redeundum eſſe, id certè, ſi nihil aliud præterea, expendentibus, quòd quandiu his uſi ſumus in Republica procuranda, regiones, diuitias, gloriã, ſociosqꝫ nobis parauimus: poſtquam ad inteſtinas clades deuenimus, non modò nihil noſtris rebus acceſsiſſe, ſed longè omnia deteriora facta. Tantum uerò abeſt, ut ego aliquid aliud eſſe exiſtimem, quod in præſentiarum ſalutem urbi afferre poſsit, ut niſi nos concordiæ autores citò, adeoqꝫ iamiam fiamus, reſtitui urbem in integrum non poſſe iudicem. Vera autem eſſe quæ dico, ita cognoſcetis, ſi & præſentem conditionem inſpexeritis, & antiqua memoria repetieritis. Nonne enim uidetis, populum iterum diuidi, diuelliqꝫ, aliosqꝫ hæc, alios diuerſa ſentientes, in duas iam diuiſos partes, bina caſtra habere? atqꝫ hos quidem Capitolium occupaſſe, quaſi terrore à Gallis impendẽte: alios in foro ſe ad oppugnandũ Capitolium parare, quaſi Carthaginenſes ipſi, ac non etiam Romani eſſent? Non'ne audiſtis, ut prius quoqꝫ ſæpius diſſenſionibus coortis, alij Auentinum ac Capitolium, alij Sacrum montem tenuerint? Atqui hi, quoties æquis conditionibus, aut alteri alteris modicum quicquam de ſuo iure concedentes, in gratiam redijſſent, ſtatim odiorum fine facto reliquum temporis in pace & concordia exegerunt, ita ut multa magnaqꝫ bella communi opera feliciter cõfecerint: quoties autem ad cædes perueniſſent, alteri acceptas iniurias ulciſcendi cupiditate, alteri ne qua in re inferiores fuiſſe uiderentur, contendendi ſtudio decepti, nihil unquam commmodum ipſis euenit. Quorſum enim attinet Valerium, Horatium, Saturninum, Glauciam, Gracchosqꝫ uobis ex æquo hæc mecum cognoſcentibus, pluribus uerbis commemorare? Quæ cum exempla non peregrina, ſed domeſtica habeatis, ne cunctemini iſta quidem imitari, hæc uerò uitare: ſed cum res ipſa euentum conſiliorum ueſtrorum comprobatum uobis exhibeat, nõ iam orationem meam, quaſi nuda uerba, conſiderate, ſed ita accipite, ut quæ Reipublicæ ex uſu ſint, ac ipſa iam re ſe probent; neque enim ſpem incertam cogitatione quadam dubia conſectandam, ſed certitudinem conſiliorum fidei quodam quaſi uadimonio confirmatam animo præcipiendam habetis. Ac quanquã quid uobis in deliberãdo ſit ſequendum, à domeſticis maiorum noſtrorum (quemadmodum dixi) exemplis petere poteſtis, ut mihi extraneis documentis

Athenienſes quemadmodũ obliuione iniuriarum abolita Rempublicam reſtituerint.

mentis utendũ eſſe non ducam: tamen cum infinita in mediũ poſsim adducere, unum cõmemorabo optimę antiquiſsimæq; urbis, à qua etiã p etere leges certas maiores noſtri nõ dedignati ſunt, quòd turpe utiq; ſit futurũ, nos qui tantũ uiribus atq; iudicio Athenienſes prębtamus, in capiendo conſilio ab ijs ſuperari. Hi uerò (de re nota loquor) olim diſsidijs ciuilibus agitati, atq; hinc bello à Lacedæmonijs attriti, ſubq; ciuiũ potentiorẽ tyrannidem redacti, non antè exitum ſuis calamitatibus inuenerũt, quàm pacificatione cõpoſita, memoriã omniũ malorũ, quæ paſsi erant plurima à ſe inuicem ac grauiſsima, abolerẽt, ita ut iniuriã acceptam nõ modò iure perſequi, ſed nè reminiſci quidẽ ulli liceret. Poſtquam ita reſipuerũt, nõ à tyrannide modò & diſcordijs liberati ſunt, ſed cæteris etiam rebus ſecundis uſi, urbem ſuam recuperârunt, deniq; ſæpenumero ſalutem perniciemq; ipſorum Lacedæmoniorũ, Thebanorumq; in ſua manu poſitam habuerunt. Quòd ſi hi, qui cuſtodibus captis ex Piræo in urbem uenerunt, de urbis habitatoribus uindictam ſumere uoluiſſent ob acceptas iniurias, facinus fortaſsis cauſam ſatis honeſtam habens perpetraſſent, mala tamen & intuliſſent multa, & accepiſſent. Nam quemadmodum ijs præter ſuam ſpem ſuperiores facti fuerãt, ita fieri poterat ut rurſus inopinatò ſuccumberent. Nam in id quidem ge-

Incerta fortuna in ciuilibus motibus.

nus reb. nulla ineſt conſtantia, nec qui ſemel præualuit, uictoria omnino potitus eſt: ſed multi cum ſuis rebus confiderent, in calamitatẽ inciderunt, multi ulciſci alios cupientes, ipſi unà perierunt. Neque enim qui rebus aduerſis premuntur, quantumuis iniurijs aliorum ſint expoſiti, ſemper eam ſortem perferunt, neque potentia, utcunq; aliquandiu perduret, ſemper proſpero ſucceſſu utitur: ſed utrunq; inopinatę humanarum rerum uiciſsitudini, fortunæq; inconſtantiæ obnoxium, ſæpenumero non pro ſua ſpe, ſed improuiſa horum mutatione momenta accipit. His igitur de cauſis quidam, atq; ex ſtudio contendendi (uehemens enim eſt omnis homo, cum uel affectus eſt iniuria, uel affectum ſe eſſe putat) ſupra uires ſuas audacia efferuntur, & ultrà quàm robore ſuo poſsint, decertandi ſtudio flagrant, aut ſuperaturos ſe ſperantes, aut certè non ſine clade inimici perituros. Hi quidem modò uincentes, modò uicti, alternisq; clades accipiẽtes edẽtesq;, partim penitus pereunt, partim miſera, atq; (ut prouerbio dicitur) Cadmea uictoria potiunt: tuncq; demum ſentiunt ſe malè de rebus ſuis ſtatuiſſe, cum id nihil iam prodeſt. Quod ita ſe habere, res ipſa uos docuit, atq; agedum conſiderate. Ali-

Exẽpla domeſtica proponit.

Marius.

Sylla.

quandiu in ciuilibus ſeditionibus Marius præualuit: deinde profligatus, copijs iterũ coactis quid egerit, ſatis uobis liquet. Similiter Sylla (ut Cinnam, Carbonemq;, & reliquos qui in medio fuerunt, prætercam) cum primò potentia præſtaret, pòſt ſuperatus, iterum dominatione potitus, nihil crudelitatis ſibi reliquum fecit: ne quid iam de Mario iuniore, Cinna, Carbonéue

Lepidus.

dicam. Poſt hos Lepidus, quaſi uindictam de his ſumpturus, peculiarẽ ipſe ſeditionem excitauit, uniuerſamq; propemodum Italiam cõturbauit. Poſtquam hoc quoq; exonerati ſumus, noſtis quot quantisq; nos incommodis

Sertorius.

Sertorius, reliquiq; exules cum eo affecerint. Iam ut Catilinam, Clodiumq; taceam, non'ne Pompeius, ipſeq; Cæſar primò bellum alter alteri fecerunt,

Cladium acceptarum bello Põpeij & Cęſaris enumeratio.

ne affinitate quidem eos inhibente: deinde innumeris miſerijs non urbem modò, aut Italiam, ſed totum ferè orbem terrarum impleuerunt? Mortémne igitur Pompeij, ingẽtemq; ciuium iſtam cladem, quies excepit? minimè uerò, cum & Africa & Hiſpania conſciæ ſint multitudinis eorum, qui ibi occubuerunt. Quid quòd ne ſic quidem pacatæ ſunt res? Iacet enim Cæſar

ita

ita interfectus, occupatũ eſt Capitolium, forum armis repletum eſt, terror urbem occupauit. Ita ubi ciues ſeditiones mouere inceperunt, uimq́ʒ ui ulciſci ſtudent, neque æquitate humanitate'ue uindictam, ſed cupiditate armorumq́ʒ licentia metiuntur, neceſſariò calamitates quaſi orbe quodam ſemper reuoluuntur, cõtinentiq́ʒ ſucceſsione mala malis redduntur. Res enim ſecũdę in libidinem mortalibus exundãt, ut nullum cupiditatibus modum ſtatuant: contrà calamitatibus preſſos, ira malorũ exagitat, ut cum non confeſtim perierint, ulciſci eos à quibus afflicti ſunt, cõcupiſcant, donec animũ ſuum exatient. Reliqua multitudo, etiam ſi nullam rerum ſocietatem cum his cõtraxerit, tamen oppreſſorũ miſericordia, metuq́ʒ eiuſdẽ ſortis, odioq́ʒ eius quæ præualuit, ac ſpe eiuſdem licentiæ adipiſcẽdæ, miſeris opitulatur. Ita fit, ut hi quoq́ʒ ciues, qui neutram partem antè ſequebãtur, in ſeditionis partem ipſi quoq́ʒ alliciantur, alijq́ʒ ſubinde alijs ſub ſpecie ultionis (quam ſemper hi qui oppreſsi ſunt, exigunt) in uindicandis iniurijs ſuccedãt, idq́ʒ malum quaſi legitimũ iam in orbem recurrat, quibus uicibus cum alij alias priuati pereant, ipſam interim Rempublicam omnes ex æquo peſſũdant. An non uidetis, quanto temporis ſpacio nos inuicem bello ciuili attriuerimus, quot & quanta mala exhauſerimus, aut quod tandem indignum facinus à nobis prætermiſſum eſt? Quis enim numerum inire poſsit eius pecuniarum multitudinis, quam cum ſocijs ademiſſemus, deos deſpoliaſſemus, ipſi ſuprà quàm facultates noſtræ ferrent, contuliſſemus, contra nos inuicẽ impendimus? Quis rationem ſubducere queat eius uirorum multitudinis, quæ perijt, non quidem reliquorum iſtorum, quorum ſumma inueſtigabilis eſt, ſed equitum, ſenatorumq́ʒ, quorũ unuſquiſq́ʒ bellis exteris uel uiuẽs, uel moriẽs uniuerſam ciuitatẽ ſeruare potuiſſet? Quot enim Curtij, Decij, Fabij, Marcelli, Scipiones, occubuerunt, non profectò ut Samnites, Latinos, Hiſpanos, Carthaginenſes'ue profligarent, ſed ut ipſi, pariterq́ʒ uictores interirent. Ac quamuis uel maximè lugendi ſunt nobis hi qui in armis ceciderunt, tamen eſt cur æquiore animo eorum ſit ferendus interitus: uolentes enim (ſiquidem is uelle dici debet, qui metu cogitur) in pugnã progreſsi ſunt, mortemq́ʒ indignam quidem, ſed uiro certè dignã oppetierunt, interq́ʒ ſpem uictoriæ ſine ſenſu mortis occubuerũt. Qui uerò in domibus, in uijs, in foro, in ipſa Curia, Capitolioq́ʒ, nec uiri tantùm, ſed mulieres, neq́ʒ ualida ætate ſolùm, ſed ſenes etiam, puerique miſerè ſunt trucidati, eorũ quis ſatis exitium deplorare poſsit? Quæ cum eiuſmodi ſint, ut neq́ʒ nos prioribus temporibus unquam ab uniuerſis hoſtibus noſtris tantam perniciem acceperimus, neq́ʒ illis intulerimus, quanta nos inuicem affecimus, tamen ab ægrè ferendo hęc, curaq́ʒ finem ijs nobis dignum ſtatuendi ita abſumus, ut gaudeamus inſuper, ac dies feſtos ducamus, horumq́ʒ malorũ autoribus benefactorum nomen tribuamus? Ego quidem non hominum nos uitam hanc, ſed ferarum quarundam quibus ſe inuicem perdere natura eſt uixiſſe arbitror. Verùm enimuerò quid præterita luctu proſequi attinet, quæ infecta quidẽ nunq́ʒ reddemus? Quin præſentibus potius rebus proſpicimus, quarũ ego cauſa præteritorũ mentionem feci, nõ ut cõmunes calamitates (quæ utinã nobis nõ accidiſſent) cõmemorẽ, ſed ut uobis earũ ratione habita perſuadeã, ut ſaltẽ quod reliquũ eſt adhuc, cõſeruetis: ad id enim ſolum recordatio acceptorũ malorũ cõducit, ut nos ad cauenda ſimilia incõmoda adhortet. In præſenti aũt re id uobis facere maximè licet initio adhuc huius mali, ac à paucis etiamnũ facta coitione, priuſquam alteri ſperantes ſe ſupe-

Circulus malorum in ſeditionibus.

Malorũ præteritorum recordatio ad quid proſit.

riores futuros, alteri indignè ferētes ſe abiectos eſſe, incōſideratè ad rem ar-
mis decernendā cōtra ſuū ipſorū cōmodum efferant. Ei malo occurrere po
teſtis ſine labore, ſine periculo, ſine impenſa, ſine cædibus, ſi hoc unū decre
tū feceritis, ut iniuriarū mutuò omnis aboleat memoria. Non enim id nunc
eſt tempus, ut ſi quid à certis hominib. peccatū eſt, id in diſquiſitionē uoca
re, arguere, uindicareq́ expediat. Neque enim de cauſa nunc aliqua cogno
ſcitis, ut exquiſitè ius dicendū ſit, ſed deliberatis qua'nam ratione præſens
rerum ſtatus tutiſsimè componi poſsit, quod fieri non poteſt, niſi ad non-

Cōparatio puerorum caſtigationis.

nulla conniueatis. Quemadmodum etiam in puerorum uitam non exactè
inquirimus, ſed multa diſsimulare opus habemus, quippe cum mediocria
delicta non extremis ſint plectēda ſupplicijs, ſed leniter caſtiganda: ita nos
etiā qui patres populi nō tantùm nomine, ſed re uera ſumus omnes, nō ex-
pedit in omnia curioſe inquirere, ne id noſtra ſtet omnium pernicie. Multa
quidem ſunt, quæ Cæſari uitio uerti poſſunt, ita ut iure cæſus uideri poſsit,
multa etiam crimina obijci eius interfectoribus poſſunt, ut pœna digni exi
ſtimari queant: uerùm hoc agere, hominum eſt nouas ſeditiones expeten-
tium: qui autem rectè cōſultum rebus uolunt, non ſummum ius perſequen-
do incommodare urbi, ſed eam æquitate adhibita conſeruare decet. Itaque

Summum ius, aliquādo ſumma eſt iniuria.

quę iam antè euenerūt, eo modo quo grandines diluuiaq́ accidere ſolent,
nobis obtigiſſe rati, obliuioni mandate, & iam nunc agnoſcentes uos inui-
cem gentiles eſſe ac ciues, ad concordiam redite. Neq́ uerò ſuſpicari quiſ-
quam ueſtûm debet, me propterea Cæſaris percuſſoribus gratificari, quòd
ipſe quoq́ Pompeij partes ſecutus fuerim: quid enim uerbis opus eſt? cum
cenſeā perſuaſum uobis eſſe omnibus, me neq́ amicitiam, neq́ inimicitiā
ullam mei ipſius cauſa ſuſcepiſſe, ſed ſemper in amore odioq́ ueſtrûm om-
nium commodum, publicamq́ libertatem cōcordiamq́ ſpectauiſſe. Igitur
de mea quidem uoluntate dicere ſuperſedebo, pauca quædam in rem ue-
ſtram loquar. Ego tantum abeſt ut priuatę beneuolentię cauſa, ac non cura
communis ſalutis hanc ſententiam tulerim, ut etiam reliquis omnibus qui
Cæſare adhuc rerum potiente contra leges ac conſuetudinem patriæ deli-
querunt, pœnam omnem remittendam cenſeam: neque id ſolùm, ſed ut ho
nores, magiſtratus, donaq́ ab eo ſibi data retineant, quanquam in his ſunt,
cum quibus mihi non conueniat. Nam ut autor uobis ego nequaquam eſ-
ſe uelim huiuſmodi aliquid agendi, huiuſmodiq́ magiſtratus deligendi: ita
cum acta hæc iam ſint, nihil mouēdum uobis ſtatuo. Neq́ enim tantum ad
uos redire detrimentum poteſt, ſi certi quidam contra leges indigniq́ ipſi
ea habeant, quantum profuerit, quòd potētioribus nullum metum contur-
bationem'ue offertis. Hæc mihi in præſentiarum dicta ſint, quę res ipſa po-
ſtulauit: poſtmodò rebus conſtitutis, etiam de reliquis cōſilium capiemus.

Senatuſconſultum factum de obliuione præteritorum malorum.

Hac oratione Cicero Senatum permouit, ut Senatuſconſultum facerent,
ne quis acceptæ ab alio iniuriæ in poſterum meminiſſet. Interim percuſſo-
res Cæſaris militibus etiam promiſerant, nihil ſe eorum quæ Cæſar egiſſet,
reſciſſuros. Cum enim eos uehementer indignari animaduertiſſent, ue-
rentes ne his quæ ipſis largitus fuerat Cæſar, ſpoliarentur, præoccupan-
dos ſibi eos antequàm Senatus quicquam decerneret, ſtatuerunt: euoca-
tisq́ ijs qui ſubter Capitolium aderant, in locum unde exaudiri ipſi poſ-
ſent, quæ ad inſtitutum ſuum faciebant, apud eos locuti, literis in forum
miſsis, polliciti ſunt, ſe neq́ adempturos quicquam cuiquam, neque alia ul-
la re læſuros, uniuerſasq́ Cæſaris actiones ratas eſſe iuſſuros, ſummisq́ ſeſe

iuramentis

iuramentis obſtringentes, uerè ſe hæc præſtaturos, ad aſſenſum eorum animos impulerunt. Ita poſtquam etiam Senatuſconſultum annunciatum eſt, cum milites iam Lepido dediti amplius non eſſent, eumq; exinde percuſſores non metuerent, ad pacificationem utrinq; conceſſum eſt, maximè Antonij opera: quanquam is longè aliud animo ſuo cõceptum habebat. Nam Lepidus ulciſci uelle Cæſarem præ ſe ferens, nouas res affectabat. ac quoniam exercitum habebat, ſuccedere in Cæſaris poſſe potentiam ſperabat, eiusq; rei cauſa bellum adornabat. Sed Antonius cum hoc eius propoſitum perſpiceret, ipſe autem nullis ſuffultus uiribus ad nouas res cõſurgere auderet, Lepido, ne is præualeret, perſuaſit ut maiori parti concederet. Itaq; pacificatum eſt ijs quæ decretæ fuerant conditionibus: neq; tamen antè hi qui in Capitolio erant, deſcenderunt, quàm Lepidi Antonijq; filios obſides acceperunt. Ita Brutus ad Lepidum, propinquum ſuum deſcendit, Caſsius ad Antonium, propoſita ſecuritate. Inter cœnandum cum (ut ſolet fieri) uarij ſermones incidiſſent, Caſsium Antonius ecquem adhuc pugionem ſub ala geſtaret percontatus eſt: Nimirum (inquit ille) magnum admodum, ſi tu quoq; tyrannidem occupare cupiueris. His ita tum peractis, neque actum quicquam grauius præterea eſt, neq; expectatum: gaudebat populus à dominatione Cæſaris liberatus. nec defuerunt qui eius cadauer inhumatum proijcere in animo haberent. Percuſſores ocioſo animo, nulli præterea rei intenti, libertatis reſtitutores, tyrannicidæq; cognominabantur. Cæterùm pòſt recitato Cæſaris teſtamento, cum populus cognouiſſet Octauium à Cæſare adoptatum, Antonium uerò, D. Brutum, aliosq; percuſſorũ quoſdam ſecundos hæredes inſtitutos, munera alia alijs, populo autem hortos ad Tiberim, ac uiritim centenos uicenos, ut Octauius ipſe autor eſt, ut alij, trecentenos ſeſtertios legatos, animi eorum cõmoti ſunt, eosq; Antonius uehementius adhuc irritauit, corpore in forum (cõſilio profectò perquàm uæcordi) illato, propoſitoq; ſicut erat à cæde ſanguinolentũ, uulneribusq; extantibus, habita inſuper oratione, (eleganti ſanè ea, ſplendidaq;, ſed præſenti rerum ſtatui minimè conducibili) in hanc ſententiam.

Lepidi & Antonij inſtitutũ.

Obſides.

Caſsij dictum.

Teſtamentum Cæſaris recitatum.

M. Antonij oratio funebris in Cæſarem.

Si me priuato Cæſar, Quirites, priuatus ipſe etiam diem clauſiſſet, longo ſermone mihi uſus non fuiſſet, neque ſingulas eius res geſtas enumerandas habuiſſem, ſed paucis de genere, educatione, moribusq; eius dictis, mentione q; aliqua eorũ quæ Reipublicæ cauſa geſsiſſet, facta, peroraſſem, ne moleſtiam his aliquã, qui Cæſari neceſsitate nulla iuncti eſſent, afferrem. Nunc cum is ſummum gerens apud nos magiſtratum perierit, ego autem proximum ab eo magiſtratum adminiſtrem, neceſſariò duplici mihi ſermone, qui & hæres ab eo ſum dictus, & cum magiſtratu ſum, utendum eſt, nihilq; eorum quæ dici par eſt, omittendum: ſed quę uniuerſus populus, ſi uno ore loqui poſſet, in laudem eius uiri prædicaturus erat, ea omnia ediſſerere. Equidem non me fugit, quàm difficile ſit eam orationem inſtituere, quæ animis ueſtris ſatisfaciat, cum alioquin non procliue ſit huiuſmodi rem tentare, quoniam nulla omnino oratio magnas res adæquare poteſt, & uos ob conſcientiam uitę Cæſaris inexatiabili uoluntate erga eum affectos, grauiſſimos ego iudices orationis meæ ſum habiturus. Quòd ſi apud ignaros uerba eſſent facienda, facilè erat eos magnitudine rerum perterritos adducere: nunc loquenti mihi apud eos, quibus res eæ notæ ſunt, omnino quæcunque dicentur, rebus ipſis inferiora uidebuntur. Nam ſicubi apud extraneos inuidia obſtat, quo minus fidem uerba inueniant, attamen ea ipſa effi-

cit,ut ſuffeciſſe hæc quæ dicta ſunt,uideantur: uobis autem neceſſe eſt ſatiſ fieri nullo modo poſſe, propter beneuolentiam qua erga Cæſarem eſtis affecti, cuius ipſi uirtutum uſi fructibus præcipuè, laudes eius non cum inuidia,tanquam nihil ad uos pertinentes,ſed ſummo cum ſtudio, tanquam uobis proprias,audire uultis. Itaq; ueſtræ uoluntati ſatisfacere omni ego ui conabor: id perſuaſum mihi habens,uos non uoluntatem meam orationis facultate æſtimaturos, ſed ſtudij mei habita ratione id quoque in quo oratio mea deficiet, ſuppleturos. Dicam autem primùm de genere Cæſaris, non quidem id propterea,quod id ſplendidiſsimum eſt: quanquam id quoque

Genus.

ad uirtutem haud parum facit,non fortè fortuna,ſed cognata quadam præparatione bonum fieri. Qui enim obſcuro loco nati ſunt,poſſunt quidem ij hoc ſibi adſciſcere, ut boni uiri ſint,attamen eorundem ignobilitatem innata quædam uitia aliquando arguunt. Quibus uerò ſemina uirtutis à maioribus per multum tempus ducta adſunt, fieri non poteſt quin & ingenita & perpetua uirtute ſint præditi. Ego autem non id nunc potiſsimum in Cæſare laudo, quòd ſi quis nouiſsimam progeniei eius partem ſpectet, à multis

Cæſaris genus.

nobilibus uiris, ſi antiquiſsimam, à regibus & dijs immortalibus prognatus eſt: ſed primùm quòd totius urbis noſtræ cognatus eſt: (quos enim ille generis ſui autores, eos Roma conditores habet) deinde quòd eùm primi eius patres propter uirtutes ſuas deorum progenies exiſtimati ſint,hic non modò cõfirmauit eam famã,ſed auxit etiam: ut ſi quis antè in dubium uocauerit,filius'ne Veneris fuerit Aeneas, nũc certè credere cogatũ. Sanè deorũ filij quidam immeritò nominati ſunt: Cæſarem uerò nemo indignum diuina origine iudicauerit. Aeneas quidem, eiusq; aliquot nepotes poſterieq; reges fuerunt ipſi quoque: Cæſar uerò in tantum ipſos excelluit, ut cum illi Lauinij Albæq; regnaſſent, ipſe regnum Romæ aſpernatus ſit: cumq; illi fundamenta urbis noſtrę iecerint, ipſe tantum ad faſtigium eam erexerit, ut præter reliqua ſua facta, colonias etiam maiores his urbibus quarum illi reges fuerant, deduxerit. Dixi de genere Cæſaris: conſequens eſt, ut de educatione inſtitutioneq; dicam, quam nobilitatis magnitudini conſentaneam

Educatio Cæſaris, animiq; & corporis bona.

fuiſſe,non aliunde melius,quàm ex actis ipſius demonſtrari poteſt. Non enim fieri poteſt,ut non optimè educatus fuerit is, cuius & corpus et animus ad omnia pacis bellíq; opera abundè ſuffecerunt. Equidem difficile eſt eundem uirũ & pulcritudine corporis, & tolerãtia cæteris praſtarę, eundemq; & corpore eſſe ualidiſsimo, & animo prudentiſsimo: difficilius etiam, eundem & ſermone & actionibus pollere. At uerò Cæſar noſter (loquor autẽ apud conſcios, ut neq; mentiendum mihi ſit, quippe confeſtim coargutum iri cum ſciam: neq; inflatius quicquam prædicandum, ita enim in contrariã propoſito meo partem deferrer: nam & optimo iure loquacitatis inſimularer, uirtutemq; eius minorem ea quam uos de ea habetis opinione, efficere uelle iudicarer. Omnis enim, quæ de huiuſmodi re inſtituitur oratio, ſi uel exiguam mendacij partem aſſumpſerit, non laudi, ſed culpæ oratori datur. cum enim auditoribus res ipſa de qua dicitur, nota ſit, ea noticia cum mendacio non conueniens, ad ueritatem fertur: eaq; contenta, qualis oratio fuiſſe debuerit intelligit, eaq; collatione uitium depræhendit.) Enimuerò Cæſar, quod uerè poſſum affirmare, & corpore firmiſsimo fuit, & animo promptiſsimo. Erat in ipſo uis quædam naturæ admirabilis: ſed

Vis ingenij Cæſaris.

eam exercitatione omnis generis ita confirmauerat, ut non immeritò omnes res & cognoſcere celerrimè, & exponere ſumma cum fide, & admini-

ſtrare

ſtrare prudentiſsimè poſſet, nunquam ipſum aut repentinum temporis momentum præuertit, aut occultata dilatio fefellit: ita omnia prius quàm acciderent, iam antè cognita habebat, atque ad ea ſe comparauerat: in indagandis occultis, diſsimulandisꝗ his quæ cognita habebat, plurimum ualebat: arcana ſe cognoſcere, cognita ſibi ignorare ſimulandi, his occaſiones temporis accommodandi, rationesq́ue de his ineundi, ſingulaꝗ ad finem perducendi artem mirè callebat. Cuius rei certum eſt ſignum *

In re familiari curanda attẽtus, iuxtaꝗ liberalis fuit. Nam & facultates ſuas ut ſibi ſufficerent, conſeruare ſtudebat, & ſumptus ubi res id exigebat, amplos faciebat. Propinquos ſuos, niſi qui eſſent ſceleribus extremis polluti, ſummopere dilexit, neque aut ullum ex his afflictum aduerſis rebus neglexit, aut felicitatem inuidit, ſed & his ſua bona auxit, & illis quę deerant, ſuffecit, alijs pecunias, alijs prædia, magiſtratusꝗ, & ſacerdotia alijs largiens. Amicis etiam familiaribusꝗ ſuis mirificè uſus eſt, ita ut neminẽ horum contemneret, neminem contumelia afficeret, omnibus ſe in colloquijs facilem præberet, quorum in ipſum extarẽt officia, eos multipliciter remuneraret, reliquos beneficijs ſibi deuinciret: neꝗ uerò ſplendori ullius inuidit, augeſcentemq́ue depreſsit, ſed gauiſus eſt, ſi quàm plurimos ſibi æquaret, quòd eorum dignitatem, potentiã, decusꝗ etiam ad ſe aliqua ex parte redire exiſtimabat. Iam inimicis quoque nõ crudelem ſe, non inexorabilem prębuit, ſed multis priuatarũ offenſarum uindictam remiſit, multos qui bellum ipſi intuliſſent, indemnes dimiſit, honores etiam magiſtratusꝗ quibuſdam detulit. Adeò totus ad uirtutem natus fuerat, ut non modò ipſe uitio nullo laboraret, ſed ne alijs quidem ea ineſſe crederet. Sed quia hactenus dicendo progreſſus ſum, incipiam iam nunc de eius in Republicã actionibus uerba facere. Nam ſi in ocio uixiſſet, ſuam quidem uirtutẽ minus manifeſtam habuiſſet: nunc adeò euectus, ut non ſui modò temporis homines, ſed omnes qui potentia aliquid unquam ualuiſſent, ſuperauerit, longè clariorem uirtutem ſuam effecit: utꝗ illos ferè omnes potentia declarauit quales eſſent, ita Cæſarem eadem iam antè notum, illuſtriorem fecit. Cum enim eas res agendas ſuſcepiſſet, quæ uirtutem ipſius adæquarent, parem ſe eſſe ijs oſtendit: ſolusꝗ inter homines cum tantam fortunam ſua ſibi uirtute paraſſet, eam neque calumnijs aliorum expoſuit, neque contumelia affecit. Ego autem quæ Cæſar in militia ſua, muneribusꝗ inferioribus ordinatim ſuſceptis geſsit, ſilentio prætereo, quanquam ea tanta ſunt, ut alij cuidam ad laudem abundè ſatis futura ſint: ſed minuta quædam conſectari uideri poſsim ea enumerans, ſi quis ad ſplendorem ſubſequẽtium eius actorum reſpiciat, quæ ipſa tamẽ quoꝗ non ſingulatim accurata narratione proſequar, quòd & exponere omnia non poſſum, & uobis omnium conſcijs moleſtus potius ſim futurus. Itaque primò omnium Cæſar ex Prætura in Hiſpaniam profectus, cum eam non ſatis fidam offendiſſet, minimè concedendum putauit, ut ſub nomine pacis ij aduerſarios ſegererent, maluitꝗ ea agere quæ ex uſu Reipublicæ forent, quàm per ocium tempus magiſtratus ſui exigere. Igitur cum ultrò reſipiſcere Hiſpani nollent, ui eos caſtigauit, tantumꝗ ea re eos qui gloriã prius ab Hiſpania reportaſſent, ſuperauit, quanto difficilius eſt conſeruare res, quàm parare, aut id efficere, uti ne quos nouos motus ſubditi excitent, quàm eos ab initio integris adhuc rebus utentes ſubigere. Ea propter & triumphum Cæſari uos decreuiſtis, & ſtatim Conſulatum commiſiſtis. Vnde liquidò conſtat, eum non ſuæ cupiditatis,

Cæſaris in neceſſarios, amicos, inimicos, & hoſtes animus.

Quæ Reipublicæ cauſa Cæſar egerit.

A' Prætura in Hiſpania acta.

 gloriæꝗ

gloriæꝗ ſtudij cauſa id bellum geſsiſſe, ſed ad reliqua ſe comparaſſe, cum triumpho omiſſo, ita rebus urgentibus, actisꝗ uobis pro eo honore, quem ſatis ad gloriam ſibi eſſe ducebat, gratijs, Conſulatum occepit: in quo quæ in urbe geſſerit, infinita commemorari poterant. Sed poſtquam Conſulatū

Res in Gallia geſtæ.

perfunctus, ad bellum Gallicum miſſus fuit, quot quantasꝗ res geſſerit, mihi conſiderate. Socijs non modò oneri non fuit: ſed cum eos infidelitatis nullius ſuſpectos haberet, uideretꝗ ab hoſtibus detrimenta accipere, auxilio etiam iuuit. Hoſtes igitur, neque eos tantùm qui ſociorum erant uicini, ſed alios omnes Galliam incolentes ſubegit: regionemꝗ permagnam, urbesꝗ innumeras, antè ne nomine quidem nobis notas, ditioni noſtrę adiecit. Hęc omnia, quamuis neꝗ iuſtis copijs, neꝗ ſufficienti pecunia à nobis inſtructus, tanta celeritate confecit, ut prius eum uiciſſe, quàm bellum gerere compererimus: tam uerò tuta omnia conſtituit, ut in poſterum in Germaniam, adeoꝗ Britanniam, per Galliam tranſitus patuerit. Itaꝗ nunc Gallia iſta, quæ quondam Ambrones Cimbrosꝗ nobis immiſit, in ſeruitutem redacta agriculturam, ſicut ipſa Italia, exercet: nauigatur non Rhodanus tantū, Ararisꝗ, ſed & Moſa, & Ligeris, & ipſe Rhenus, ipſeꝗ adeò Oceanus. quorū enim prius uix nomina ad nos peruenerant, quæꝗ an eſſent dubitabamus, hæc illa nobis ex ignotis acceſſa, ex inexploratis nauigabilia, ſua altitudine animi magnificentiaꝗ effecit. Ac niſi quidem ei, aut uobis ue

Bellum contra Pompeium.

rius, hunc ſucceſſum inuidentes, ſeditionibus motis eum ante conſtitutum tempus huc redire coegiſſent, utique totam Britanniam cum omnibus circùm iacentibus inſulis, omnemꝗ Germaniā ad Oceanum uſꝗ ſeptentrionalem ſubegiſſet: ut Imperij noſtri limites nō amplius populi, terræ ue, ſed aer & mare exterius ambiens fuiſſent. Cuius rei cauſa uos, cum magnanimitatem eius, resꝗ geſtas, ac fortunam animaduerteretis, eum quàm diutiſsimè cum imperio eſſe iuſsiſtis, octo nimirum continuis annis: quod ab eo tempore, quo per populum reſpublica geri cœpit, nulli unquam cōceſſum fuit. Sed non dubitabatis, quin omnia ea uobis pararet: neꝗ ſuſpicabimini fore unquam, uti is aduerſum uos creſceret. Cum igitur cuperetis, ut plurimo temporis ſpacio in ijs regionibus abeſſet, ij qui ſibi ſolis reipublicæ adminiſtrationem, quaſi nō amplius communem, uendicabant, neꝗ eum reliqua conficere, neꝗ ueſtrum ſub dominium ea omnia uenire paſsi, ſed multa nefaria, abuſi eius occupationibus, auſi ſunt, ita ut Cæſaris uobis auxilio opus eſſet. Itaꝗ Cæſar inſtitutis negocijs intermiſsis, celeriter uobis auxiliū tulit, uniuerſamꝗ Italiam ab impendentibus periculis liberauit, Hiſpaniam abalienatam recuperauit. Cumꝗ uideret Pompeium relicta patria propriū ſibi in Macedonia regnum parare, eò ueſtra bona transferre, ſubditos ueſtros contra uos armare, ueſtrisꝗ uos pecunijs oppugnare: primùm priuatim publiceꝗ ad eum legatis miſsis conatus eſt perſuadere, ut ab incepto deſiſteret, ſententiamꝗ mutaret: ſummaꝗ ei ſe fide obſtrinxit, uelle ſe cum eo iterum pari conditione uti. poſtquàm nullo modo Pompeium à propoſito deducere potuit, isꝗ non reliquo modò iure, ſed affinitate etiam, quæ ipſi cum Cæſare intercedebat, uiolata, bellum contra uos ſuſcepit, tum demum Cæſar coactus eſt bellum ciuile attingere. In quo qua audacia aduerſus Pompeium hyberno tempore nauibus prouectus ſit, quàm cōfidenter cum eo uniuerſam quantumuis regionem obtinente congreſſus ſit, quàm fortiter eum militum numero longe ſuperiorem uicerit, quid dicam? quæ ſi quis ſingulatim exponere uelit, Pompeium illum, cuius tanta fuit admira

tio,

tio, puerum fuiſſe oſtendet, adeò artibus imperatorijs omnibus à Cæſare ſuperatum. Verùm hæc quidem miſſa facio, de quibus neq; Cæſar ipſe gloriari ſolebat, odioq; neceſsitatem iſtam proſequebatur. Poſtquàm iuſtiſsimo arbitrio belli controuerſia à Dijs immortalibus eſt dijudicata, quem'nam ille tum, qui quidem tunc primùm in poteſtatem eius hoſtis ueniſſet, occidit? quem Senatorē, aut equitem, aut deniq; ciuem, quinimò quem etiam ſociorum, ſubditorum'ue P.R. non honore affecit? Certè horum nemo necatus eſt, neq; culpatus ab eo, neq; priuatus, neq; rex, neq; populus, neque urbs: ſed alij eius ſunt deinde caſtra ſecuti, alij honeſtam impunitatem adepti, ita ut ab omnibus hi qui perierant, deplorati ſint. Tantum enim Cæſaris clementia abundauit, ut non modò eos qui Pompeium adiuuiſſent, laudauerit, omniaq; ijs ab eo tributa cōſeruauerit: ſed Pharnacē etiā, Orodemq; odio habuerit, quòd amico ipſorū Pompeio opem non tuliſſent: quorum alteri paulo pòſt bellum intulit, in alterum uerò expeditionem cogitabat. Ipſum quidem Pompeium, ſiquidem uoluiſſet, uiuum capere facile potuiſſet. quod ex eo conſtat, quia eum non ſtatim inſecutus eſt, ſed aufugiendi liberū tempus cōceſsit, mortemq; eius non ſine dolore cognouit: tantumq; à laudando eius occiſores abfuit, ut eorū paulo pòſt cæde hanc necem compenſarit. ipſum quoq; Ptolemæum, quòd ad benefactoris ſui interitū conniuere ſuſtinuiſſet, quamuis puerum adhuc, interemit. Quemadmodū autem ſecundum has res geſtas Aegyptum cōſtituerit, quantamq; uim pecuniæ inde attulerit, ſuperfluum fuerit dicere. Pharnacem bello inuadens, qui iam haud exiguam Ponti Armeniæq; partem occupauerat, ſimul & annunciatus eſt uenire, & uiſus eſt adeſſe, & collatis ſignis uicit, una omnia die: quod non minimo eſſe potuit argumento, nihilo ipſum Alexandriæ deteriorem redditum, neq; luxuriæ cauſa ibi commoratum fuiſſe: nunquā enim eam rem niſi multa prouidentia, multoq; robore uſus peregiſſet. Pharnace fugiente, cum ſe ad conuertenda conſeſtim in Parthos arma comparaſſet, iterum in urbe ſeditionibus coortis, contra animi ſui ſententiam huc aduenit: resq; ita omnes pacauit, ut nunquam cōturbatæ fuiſſe uideri potuerint. Nemo enim horum motuum cauſa, aut morte, aut exilio, aut ignominia ulla affectus fuit: non quòd non optimo iure multis pœnæ luendæ fuerint, ſed quòd hoſtes affatim delendos, ciues autem, etiam ſi qui improbi ſint, ſeruandos Cæſar exiſtimabat. Ita fortitudine extraneos debellauit, humanitate autem ſalutem ciuibus tumultuantibus, quamuis ſæpenumerò indignis ea, conſeruauit. Idem hoc in Africa quoq;, Hiſpaniaq; egit, dimiſsis omnibus quos non antè quoq; captos miſericordia proſequutus fuerat, aduerſarijs. Sic enim ſtatuebat, ſtulticiæ eſſe, nō manſuetudinis, eos qui ſæpius ipſi inſidias ſtruxiſſent, conſeruare: primi uerò delicti gratiam facere, neq; iram implacabilem gerere, honoribusq; etiam huiuſmodi homines afficere: ſin autem in malicia ſua perſeueraſſent, è medio eos tollere, id ſui officij eſſe. Quanquam hoc quoque cur ego dixi? cum multos etiam ex his ſalute donauerit, amicis ſuis, uictoriæq; ſocijs ſingulis unius horum captiuorum ſupplicio eximendi poteſtate conceſſa. Quæ eum innata quadam bonitate, non ſimulata, aut ſpe emolumenti alicuius aſſumpta (qua complures alij in alios uſi ſunt) feciſſe, hoc ipſum ſatis teſtatur, quòd perpetuò talis fuit, neque eum uel ira exaſperauit, neque res ſecundæ corruperunt, neque alium potentia fecit, neque licentia mutauit: cum tamen difficilimum ſit, hominem in tot tantiſq;, atque ijs continentibus negocijs occupatum,

Clementia in uictos.

Aegyptus. *Pharnaces.*

Seditio compoſita.

Quatenus ignoſcendū.

cupatum, quorum partem confecerit, partem præ manibus habeat, quædam adhuc expectet, eandem ſemper bonitatem retinere, ac non aliquando durius grauiusq; aliquid ſtatuere, ſi non ulciſcendorum præteritorum, at certè ſibi in poſterum cauẽdi cauſa. Hæc nimirum ad bonitatem eius demonſtrandam ſufficiunt. Enimuerò uerè à dijs prognatus fuit, qui unũ hoc norat, ſalutem ijs, qui quidem ſalui eſſe poſſent, donare. Huc accedunt hæc quoque, quòd neque de ijs qui contra ipſum arma tuliſſent, ſupplicia aliorum miniſterio uſus ſumpſit, & eos quorum antè res corruerãt, reſtituit. Effecit enim ut omnibus his qui cum Lepido Sertorioq; fuerant, impunitas daretur: omnibus qui à Sylla proſcripti ſupererant, incolumitatem parauit, eosq; poſtea reduxit: omnium eorum filios, qui à Sylla uocati eſſent, honoribus & magiſtratibus dignatus eſt, & (quod uel ſummum eſt) omnes in uniuerſum literas arcanas Pompeij Scipioniſq; repertas, non lectas à ſe combuſsit, ne adſeruandas quidem ratus, ne qua alijs maleficiorũ exercendorum inde occaſio ſuppeteret. Quod eum ſic egiſſe etiam, ac non tantùm uerbis præ ſe tuliſſe, res ipſa declarauit: nemo enim his ex literis non modò in periculũ, ſed ne in metũ quidem peruenit: ac nemo cognouit, quid'nam ijs in literis contineretur, præter hos ipſos qui ſcripſiſſent. Id uerò ita admirabile hac in re eſt, ut magis eſſe nullo modo poſsit, quod quicunque erant conſiliorũ iſtorum literarumq; conſcij, & dimiſsi prius quàm accuſati ſunt, & ſalutem prius quàm periclitarentur acceperunt: ipſeq; qui eos ſaluos fecit, ignorauit quorum miſereretur. Has ob eius res geſtas, ac cætera etiam, quæ legibus ferendis emendandoq; Reipublicæ ſtatu præſtauit: quę ſingula commemorare opus non eſt, magna quidem per ſe, ſed prædictorum reſpectu non multi ponderis, uos eum tanquam patrem amauiſtis, dilexiſtis ut benefactorem, ijsq; honoribus exornaſtis, quos alij nulli unquam obtuleratis: præfectum eum urbis imperijq; habere perpetuum cupiuiſtis, nihil de nominibus anxij, quę omnia ueluti ipſo inferiora, ei attribuiſtis, ut quod unicuiq; eorum ſecundum inſtituta maiorum uſurpato ad perfectionẽ honoris potentiæq; exprimendam deficeret, id reliquorum additione ſuppleretur. Ea de cauſa Pontifex maximus deorũ reſpectu, noſtrûm Conſul, militum Imperator, hoſtium Dictator eſt creatus: quanquã hæc ipſa cur enumero? cum paulo pòſt eum patrem patriæ appellaueritis, ut reliqua cognomenta reticeam. Cæterùm is Pater, is Pontifex maximus, is ſacroſanctus, is Heros, is Deus, mortẽ obijt, obijt (proh dolor) non morbo confectus, non ſenio abſumptus, nõ foris in bello uulneratus, non cœlitùs immiſſo aliquo caſu abreptus, ſed hîc intra mœnia dolo circumuentus perijt: qui tutò in Britanniam exercitũ duxerat, in urbe ea per inſidias extinctus eſt, cuius urbis ipſe pomœriũ protulerat: in Curia, cũ ipſe aliam ædificaſſet, occiſus eſt: uir bello clarus, inermis: nudus, qui pacem cõſtituerat: ad tribunalia, qui iudex fuerat: à magiſtratib. ipſe magiſtratũ gerens: à ciuibus, quem etiam in mare excidentẽ hoſtium nemo interficere auſus fuerat: à ſocijs, quos nõ ſemel miſericordia proſecutus fuerat, necatus eſt. Quid tibi tandẽ, ô Cæſar, profuerunt clemẽtia, ſacra & inuiolabilis poteſtates, legesq;? At tu, qui lege etiam ſæpius caueras, ne quis ab hoſtibus trucidaret̃, miſerè ab amicis tuis cæſus es, nuncq; iugulatus iaces in eo foro, per quod ſæpenumero coronatus põpam duxeras: uulneribus conciſus pro roſtris poſitus es, unde ad populum ſæpe concionẽ habueras. Eheu mihi, canos tuos ſanguine fœdatos: heu ueſtem tuam laniatam, quam, ut uidetur, in hoc ſolum acceperas, uti in ea confodereris.

Bonitas eius in damnatos ab alijs.

Honores Cæſari decreti.

Amplificat indignitatem cædis, Cæſari illatæ.

fodereris. Hæc Antonio perorante, populus irritatus primò eſt: deinde commotus, tandem ita exarſit, ut percuſſores Cæſaris quæſitum irent: Senatoresq́; etiam reliquos incuſarent, quòd paſsi eſſent eum uirum interfici; pro quo uti quotannis publicè uota conciperentur, decreuerãt: per q́; cuius ualetudinem, fortunamq́; iurabant, quem iuxtà Tribunis inuiolabilem eſſe iuſſerant. Pòſt corpus Cæſaris acceptum alij in eam Curiam in qua occiſus fuerat, alij in Capitolium ferre, ut ibi comburerent, intenderunt: ſed à militibus prohibiti, metuentibus ne ſimul Theatrum quoq; & templa conflagrarent, in foro rogum extruxerunt, eiq́; cadauer impoſuerunt. Verùm ſic quoque multa uicina foro ædificia incendio abſumpta fuiſſent, niſi milites obſtitiſſent, nonnulliq́; audaciorum Conſulum iuſſu de rupe Tarpeia præcipitati eſſent. Quanquam ne ſic quidem reliqui tumultuandi finem fecerunt, ſed ad ædes percuſſorum tetenderũt: obuiosq́; cùm alios, tum Eluium Cinnam Tribunum plebis obtruncauerunt, idq́; immeritò. neque enim ex inſidiatoribus, ſed ijs qui maximè Cæſarem diligebant, unus is fuit: uerùm errore nominis ea cædes facta eſt, quòd Cornelius Cinna Prætor Cæſarianæ necis ſocius fuerat. Conſules armorum geſtatiõe cùm omnibus, præter milites, interdixiſſent, à cædibus ceſſatum eſt: aram autem multitudo eo in loco, quo rogus fuerat, extruxit, (nam cremati reliquias liberti eius ſublatas, in monimento eius repoſuerant) ſacrificareq́; apud eam, & immolare Cæſari, tanquã Deo, inſtituit. Conſules aram eam ſubuerterũt, quoſdamq́; indignè ferentes ſupplicio affecerunt: legem etiam tulerunt, ne quis in poſterum Dictator crearetur: execrationesq́; addiderunt, ac mortem ei qui mentionem Dictaturæ feciſſet, aut eum magiſtratum in ſe recepiſſet: pœnam, pecuniamq́; ei qui talem occidiſſet, conſtituerunt. Hæc tum ut ſecutu ris temporibus conſulerent, decreuerunt: quaſi uerò in uocabulis uis rei, ac non in armis poſita eſſet, quæ unuſquiſq; ſuo more & ſumit & uſurpat: ijsq́; eum magiſtratum in quo ijs utitur, utcunq; is nominetur, polluit. Eos etiam tum, quibus ager à Cæſare adſignatus fuerat, ſtatim in colonias emiſerunt, ne quid nouarum rerum molirentur. Percuſſores, quibus prouinciæ ſorte contigerant, in eas amandârunt, reliquos diuerſa in loca alia alium ſub præſcriptione ablegauerunt, multiq́; eos benefactorum ſuorum numero cenſentes honorauerunt. Ita Cæſar uitam ſuam clauſit. ac quoniam in Curia à Pompeio ædificata, ac ponè ſtatuam eius ibi poſitam occiſus fuit, uiſus eſt ei pœnas aliquomodo perſoluiſſe: quò acceſsit etiam, quòd ingentia tonitrua, & effuſus imber id facinus ſubſecutus eſt. Porrò in eo tumultu res commemoratu nõ indigna accidit. C. quidam Caſca cum Heluio Cinnę cauſam interitus fuiſſe animaduertiſſet, quod idem cũ Cornelio Cinna Prætore nomen geſſerat, ueritus ne ipſe quoq; periret, cum P. Seruilius Caſca unus ex Tribunis & percuſſoribus Cæſaris fuiſſet, literas publicè propoſuit, quibus & nominis communionem, & diuerſitatem ſententiarum utriuſq; exponebat: ac neuter quidem in periculum uenit, quòd Seruilius cuſtodia ualida utebatur, C. tamen Caſcæ factum id memorabile eſſe iudicatum fuit. Huiuſmodi erant, quæ eo tempore ab alijs, & ab ipſis Coſs. agebantur. Nam Dolobellam Antonius, etſi initiò ſtatuerat ad Conſulatum non admittere, nondum ad eum pertinentem, tamen collegam ſibi eſſe, ne ſeditionem moueret, paſſus fuit. Porrò ſedato tumultu Antonius, poſtquam ei acta Cæſaris inſpicere, exequiq́; quæ is fieri iuſsiſſet, mandatum fuit, continentiam animi exuit, atq; ut primùm tabulas in ſuam poteſtatem accepit, multa deleuit,

Corpus Cæſaris crematũ in foro.

Eluij Cinnæ interitus.

Cornelius Cinna Prætor.

Ara.

Lex de Dictaturæ abolitione in perpetuum.

Percuſſores Cæſaris emiſſi.

C. Caſca ut uitæ ſuæ conſuluerit.

P. Seruilius Caſca.

Dolobellæ conſulatus.

Antonius mala fide mandata Cæſaris exequitur.

tim imperiũ uaticinatus eſt, qui ea tempeſtate omnem cœli deſcriptionem, ſiderumq; differentias, & eorum proprias, quasq; coituũ interuallorum'ue ſuorum ratione effectiones ea edunt, præ cæteris adeò callebat, ut prohibitis quibuſdam ſtudijs eum uti crederetur. Is Figulus Octauium, qui ob filij natiuitatẽ in Senatum tum fortè conuocatum tardius ueniebat, obuiam factus interrogauit, cur cunctatus fuiſſet, cognitaq; cauſa exclamauit: Dominum nobis genuiſti. Eo ſermone conturbatum Octauium, ac necare infantem uolentem, inhibuit, quòd ei infanti tale quid euenire impoſsibile foret. Hæc ea die qua in lucem natus eſt C. Octauius, acta ſunt. Cum in agro is educaretur, aquila panẽ ei è manibus eripuit, ac in ſublime euolauit, pòſt ſe iterum demiſit, panemq; ei reddidit. Puer adhuc cum Romæ ageret, in ſomnis Cicero uidit eum aurea catena è cœlo in Capitolium demitti, flagellaq; à Ioue accepiſſe: cumq; ignoraret, quem nam eum uidiſſet, poſtridie in eum fortè fortuna in ipſo Capitolio incidit, agnouitq;, & ijs qui aderãt quę ſibi apparuiſſent expoſuit. Catulus autem qui ipſe quoque Octauium nunquam uiderat, per quietem putauit omnes nobiles pueros ad Iouem in Capitolio accedere, eumq; imaginem Romę in Octauij ſinum inieciſſe: eo inſomnio territus, in Capitolium adorandi Iouis cauſa aſcẽdit: cumq; ibi Octauium, qui ipſe quoque fortè eodem ſe contulerat, offendiſſet, formam eius cum ea quæ in ſomnis oblata ſibi fuerat, contulit, ueritatemq; inſomnij apud ſeſe cõfirmauit. Poſtquam Octauius ætate adultior factus uirilem togam aſſumpſit, toga ea utrinq; ab humeris rupta ad pedes ei decidit: id per ſe non in præſagium bonæ alicuius rei tractum eſt, ſed dolorẽ præſentibus attulit, quòd in aſſumptione ueſtis uirilis accidiſſet: ſed Octauius, Dignitatem, inquit, Senatoriam omnem ſub meis pedibus habebo, idq; ab eo tum temerè, ut in buccam uenerat, prolatum, euentus comprobauit. Hæc Cæſarem in magnam de Octauio ſpem adduxerant, ideoq; eum ad Patricios reduxerat, adq; gerendum magiſtratum erudiebat, in omnibusq; ijs, quæ in eo requiruntur, qui tanto imperio rectè, ac ut dignum eſt præeſſe debet, accurate inſtituebat. Oratoria etiam arte non in Latina tantùm, ſed Græca quoque lingua inſtruebatur, in militiæ laboribus magnopere exercebatur, omnes Reipublicæ gerendæ, magiſtratuumq; adminiſtrandorum artes diſcebat. Proinde is Octauius, quo tempore Cæſar occiſus fuit, Apolloniæ (quæ urbs eſt ad Ionium mare) diſciplinæ capiendæ ergò morabatur, miſſus eò à Cæſare Parthicam expeditionem parante. Cæſaris morte audita, quanquam, ut par erat, ægrè eam ferret, tamen noui quicquam conari non audebat, cùm quòd nondũ audierat ſe filium, hæredemq; ab eo inſtitutum fuiſſe, tum quòd initio populi conſenſu ea cædes approbata nunciaretur. Cum uerò Brundusium tranſmiſiſſet, ibiq; de teſtamẽto Cæſaris, poſterioreq; populi ſentẽtia certior factus eſſet, omni mora præciſa, idq; eo magis, quòd ſecum magnam uim pecuniæ militumq; à Cæſare præmiſſam habebat, ſtatim nomẽ Cæſaris aſſumpſit, hæreditatemq; inijt, & ad negociũ exequendum ſe contulit. Videbatur eo tempore temerariè nonnullis, nimiſq; audacter agere: ſed pòſt quia fortuna proſpera uſus, rem præclarè geſſerat, fortitudinis titulum inuenit. Iam enim uſu receptũ eſt, ut qui rem aliquam non rectè aggreſsi, tamen feliciter perficiunt, optimo conſilio uſi exiſtimentur: alij contrà ſtulticiæ culpẽtur, cum re optimè deliberata, uoti compotes facti non ſunt. Quemadmodum Octauius quoque rem periculoſiſsimam conatus eſt, quòd cum iam primùm ex pueris exceſsiſſet, annum agens decimum.

Ciceronis ſomnium de Octauio.

Catuli inſomnium de codẽ.

Inſtitutio Octauij.

Octauius quẽadmodum hæreditatẽ ſuam adierit.

Conſilia ferè euentu ponderantur.

cimum.

cimumoctauum,cumq; uideret ſucceſsionem in hæreditatem ac genus ple
nam inuidiæ criminumq; eſſe,tamen ea auſus fuit ſuſcipere, quæ Cæſari in-
ultæ cædis cauſam attuliſſenr, idq; neq; percuſſores eius, neque Lepidum,
neque Antonium metuens, iudicatus tamen eſt, non mala conſilia ſecutus
fuiſſe,poſtquam rem feliciter cõfecit.Cæterùm diuinitùs quoque haud ob-
ſcurè ſignificatum eſt, qui tumultus eam rem eſſent comitaturi. Ingredien-
Iris circum Solem. te enim Romã Octauio,iris ingens,eaq; uaria ſolem ambiuit.Proinde Cæ-
ſar,qui antè Octauius, poſt Auguſtus dictus fuit, ſic rem aggreſſus eſt: ita
uerò confecit,ut uiros omnes audacia, iuuenes omnes prudentia ſuperaſſe
Cæſaris Octauij moderatio in petenda hæreditate. uideatur.Primùm in urbem tanquam ſolius hæreditatis adeundæ cauſa pri
uatorum habitu cum paucis,abſq; omni apparatu,intrauit,neque aut mina
tus eſt ulli, aut ſe ea quæ acta eſſent moleſtè ferre, pœnas'ue exacturum o-
ſtendit: deinde tantum à repetendis ab Antonio,quas ille interceperat,pe-
cunijs abſtinuit, ut eum demereri contrà, quanquam contumelijs ab eo iniu-
Antonij in Cæſarem iniuriæ. rijsq; affectus, inſtituerit. Antonius enim præter quàm quòd re uerbisq;
Octauium aliàs lædere ſolebat,promulgationẽ legis Curiatæ, (ſecundum
quam eum in familiam Cæſaris adoptari oportebat) quanquam ſe eam fer-
re ſimulabat, per Tribunoſplebis quoſdam extraxit, ut Octauius cum nõ-
dum ſecundum leges filius Cæſaris eſſet, neque de facultatibus eius inqui-
rendi poteſtatem haberet, & in reliquis quoque rebus infirmior eſſet. Quæ
etſi erant Cæſari moleſta, tamẽ quòd tutò ſibi liberè agere non licebat, tan-
tiſper tolerauit, dum multitudinem, cuius opera patrem ſuum eò incremen
ti perueniſſe nouerat, ſibi cõciliaret: eam cum iratam propter huius cædem
animaduerteret, ſibiq; ut eius filio cupituram ſperaret, eſſeq; eam Antonio
propterea quòd magiſter equitum fuiſſet, quodq; in percuſſores Iulij Cæſa
Cæſar Tribunatum plebis affectat. ris non uindicaſſet, infenſam cerneret, Tribunatum plebis affectauit, ut &
populum demulcendi, & Tribunicia poteſtate utendi facultatem haberet.
Itaque Cinnę in locum, cui ſucceſſum nondum erat, ut ſubſtitueretur cõten
dit: cumq; id ne fieret, Antonius effeciſſet, ne ſic quidem quieuit, quin Tibe
Tib. Cannutius Tribunus plebis. rio Cannutio Tribuno plebis perſuaderet, ut ſe ad populũ produceret, eius
muneris nomine, quod populo Cæſar legauerat. Itaque Octauius ad popu
lum habita oratione, quæ inſtituto ſuo negocio conueniret, numeraturum
ſe ſtatim eam quam Cæſar iuſsiſſet, pecuniam, pollicitus eſt, iniecta etiam
multorum aliorum donorum ſpe. Deinde ludos inſtitutos ob perfectio-
Ludi ob perfectam Veneris ædem acti. nem fani Veneris, quos uiuo adhuc Cæſare quidam ſeſe celebraturos rece-
perant, ſed tum ſicut & equeſtre certamen Parilibus, negligebant, ipſe ſuis
ſumptibus, tanquam ad ſe ratione generis pertinens, ad captandam po-
puli gratiam fecit: ſellam tamen Cæſaris auream, coronamq; gemmis orna-
tam in theatris (quamuis ita fuerat cõſtitutum) Antonij metu non intulit.
Cæterùm ſtella quædam quotidie inter Septentrionem & Occaſum appa-
Cometes. ruit, eamq; Cometen uocantes nonnulli, ea portendere dicebant, quę aliàs
huiuſmodi ſignum ſequi cõſueuiſſent: creditum quidem hoc à plebe eſt, ſed
tamen Cæſari eam, immortalitatẽ nimirũ iam adepto, inq; ſiderũ numerum
allecto, ſacram eſſe dixerunt. Ea re Cæſar animo cõfirmato, ſtatuam patris
æream, cum ſtella ſupra caput, in Veneris templo poſuit. Cum id metu ple-
bis nemo prohiberet, reliqua etiam quæ iam antè in honorem Cæſaris de-
creta fuerant. facta ſunt: quippe & menſis Iulius nominatus, & propter ui-
ctorias eius feriæ inſtitutæ, ſacrificatumq; eſt. Has ob cauſas milites etiam
promptè Cæſari ſeſe adiunxerunt, præſertim nonnullis pecunia cõciliatis,
iamq;

iamqꝫ murmura ſuboriebantur, uidebanturqꝫ nouæ res impendêre. Quam opinionem uel maximè confirmabat, quod Cæſarem in Prætorio conantē de ſublimi conſpicuoqꝫ loco, ut patre ſuperſtite conſueuerat, uerba facere Antonius prohibuerat, detractumqꝫ per lictores exturbârat: id magnam apud omnes indignationem mouebat, ac præcipuè, quia exinde Cæſar foro ſe omnino abſtinebat, ut Antonij inuidiam augeret, animosqꝫ multitudinis ad ſe pertraheret. Quapropter metu perfuſus Antonius, ijs qui ſibi aderant dixit, ſe neque iratum Cæſari eſſe, & beneuolentiam ei ſe debere fateri, paratumqꝫ eſſe ad omnem ſimultatem abolendam. quæ cum Cæſari eſſent annunciata, congreſſus eſt cum Antonio, uiſiqꝫ ſunt in gratiam mutuò rediſſe. Vterqꝫ enim etſi ſatis certus ſuæ ſententiæ erat, tamē tunc eam exponere, intempeſtiuum exiſtimabat: itaqꝫ alter alteri nonnihil concedebāt. Cum aliquot deinde dies quieuiſſent, pòſt nouæ ſuſpiciones inſinuauerūt, inimicitiasqꝫ inſtaurauerūt, ſiue illæ metu uerarum inſidiarum, ſiue falſis ex calumnijs (uti fieri in huiuſmodi rebus aſſolet) obortæ. Qui enim poſt uehementes inimicitias in gratiam redeunt, multa leuiuſcula, ae temerè accidentia in ſuſpicionem rapiunt, atqꝫ in uniuerſum omnia tanquam conſultò & malam in partem ſacta, ad cōceptum antè odium apponūt. Hanc ad rem illi, qui inter hos obuerſantur, haud parum conferunt, qui beneuolentiæ prætextu ſubinde aliquid annunciantes, animos iam antè irritatos magis exaſperant: plurimi enim ſunt, qui potentiorum inimicitijs gaudeant, quorum animi cum ſint etiam antè ſimultatibus inuicem correpti, facilè eorum in hoc ipſum paratis ſermonibus decipiuntur: qui odio ipſorum delectati, inſidias ipſis ſub amicitiæ nullius doli ſuſpectæ ſpecie ſtruūt. Quo ſanè modo Cæſar quoqꝫ & Antonius, cum neuter alteri crederet, magis etiam animis à ſe inuicem abalienati ſunt. Antonius ergo, cum augeri potentiam Cæſaris perſpiceret, ad ineſcandam plebem, ſi qua eam ratione à Cæſare auellere, ſibiqꝫ adiungere poſſet, animum adiecit. igitur per L. Antonium fratrem ſuum, Tribunumplebis, promulgationem tulit de multis agris, ijsqꝫ etiam qui eſſent in paludibus Pontinis (cum tamē eæ nondum complanatæ, nedum agriculturæ aptæ eſſent) populo diuidendis. Erāt eo tempore tres fratres Antonij, gerebatqꝫ quilibet eorum aliquem magiſtratum, M. Conſulatum, L. Tribunatumplebis, C. Præturam: itaqꝫ facilè etiā poterant eos qui ſocijs ſubditisqꝫ P. R. præerant, percuſſoribus tantum Cæſarisqꝫ, hisqꝫ qui ijs fidi erāt, exceptis, præfectura deponere, aliosqꝫ in eorū locū ſubſtituere, alijsqꝫ contrà imperium ultrà ꝙ Iulius Cæſar cōſtituiſſet, prorogare. Proinde hoc agebāt, ut Macedoniā, quæ M. Bruto ſorte obtigerat prouincia, C. Antonius ſibi uēdicaret: Galliā uerò Ciſalpinā D. Bruto aſsignatā, quòd & militibus & pecunijs inſtructiſsima eſſet, ipſe M. Antonius cum eo exercitu, qui Apolloniā fuerat præmiſſus. Hęc igitur decernebāt. Præterea Sexto Pompeio, qui iam magnas copias contraxerat, impunitas, quæ ei à Cæſare cum multis alijs data fuerat, confirmata eſt: decretumqꝫ ut pecuniæ, quæ in argento auro'ue ex paternis eius bonis in ærarium eſſent repoſitæ, reſtituerentur: prædiorum autem maiorem partem Antonius habebat, neqꝫ quicquam reddebat. Sed iam res ipſius quoqꝫ Sexti exponendæ ſunt. Is cum à Corduba profugiſſet, primùm in Lacetanis ſe abdens, perſecutores latuit, quòd patris memoria eum is populus beneuolentia proſequebatur: pòſt cum Cæſar in Italiam ſe recepiſſet, in Bætica exercitu non magno relicto, Lacetani, atqꝫ hi qui ex pręlio ſuperfuerant, Sexto ſeſe coniunxerunt. Cum

Antonij & Cæſaris offenſæ, ac reditus in gratiam.

Eorum qui in gratiam redierunt, mutuæ ſuſpiciones.

Antonius quæ in populi gratiam, & ſuum ipſius uſum, decreta fieri curauerit.

L. Antonius Tribunusplebis.

C. Antonius Prætor.

Macedoniā & Galliam Antonij ſibi uendicant.

Sextus Pompeius in integrū reſtitui iuſſus.

Sexti Pompeij res in Hiſpania geſtæ, & diſceſſus ex ea.

his Pompeius in Bæticam, quòd eam ſuis rebus commodiorem iudicabat eſſe, regreſſus, multis urbibus, alijs deditiõe, alijs ui receptis, idꝗ eo facilius, quòd iam Cæſar mortem oppetierat, nihilꝗ uirium præfectus eius C. Aſi-

C. Aſinius Pollio.

Error hoſtium uictoriam Sexto parit.

nius Pollio habebat, ad Carthaginẽ, eam quæ in Hiſpania ſita eſt, arma conuertit. Cumꝗ Aſinius per abſentiam eius ſocijs ipſius maleficium inferret, reuerſus ualida cum manu Sextus, prælio congreſſus cum Pollione, in fugã eum conuertit: reliquos fortiter pugnantes caſu quodam huiuſmodi accidente terruit, ac uicit: Aſinius quo facilius in fuga latêret, paludamentum abiecerat, alius quidam inter equites præcipuus, cognominis Pollioni, ceciderat: ita cum alterius paludamentum in hoſtium poteſtatem ueniſſet, alter occubuiſſet, militesꝗ alterum uidiſſent, alterum audijſſent, in eum errorem delapſi ſunt, ut ducem ſuum cęſum crederent, itaꝗ ceſſerunt. Sextus ea uictoria potitus, totam ferè eam regionem obtinuit. Cum iam potentia i-

Lepidus Pompeio reſtitutionem conficit.

pſius aucta eſſet, Lepidus finitimæ Hiſpaniæ præfuturus aduenit, perſuaſitꝗ ei, ut redditis ſibi bonis paternis pacificationem admitteret, idꝗ Antonius amicitia Lepidi, odioꝗ Cæſaris ita uti decerneretur, perfecit: quibus conditionibus acceptis Sextus Hiſpania exceſsit. Interim Cæſar & Antonius, quanquam apertè inter ſe bellum non commiſerant, tamen ita contra ſe mutuò omnia agebant, ut quantumuis id occultarent, tamen res ipſæ om-

Romæ res in ſtatu incerto.

nia hoſtilia arguerent. Erant eo tempore omnia Romæ incompoſita atque confuſa: in pace enim bellum gerebatur, imago quædam libertatis proponebatur, atqui ex potentia omnia agebantur: palàm Antonius, nimirũ Cõſul, præualebat, cæterùm fauor populi ad Cæſarem inclinabat, partim propter patrem, partim ob ſpem ſibi ab hoc promiſſorum: uerùm pręcipuè hac de cauſa, quòd Antonij magnam iam potentiam, moleſtè ferebant, Cæſarẽ

Romanorum cõſuetudo in euertẽdis potentibus, & abiectis ad potentiam euehẽdis.

uerò minus ualidum adhuc, adiuuabant. Nam neutrum quidem diligebãt, ſed homines ſemper nouarum rerum appetentes, quorumꝗ ita ferret natura, ut demoliri potentiſsimũ quenꝗ oppreſſum autem adiuuare ſtuderent, Antonio Cæſareꝗ ad ſuas cupiditates explendas utebãtur: itaꝗ cum tunc per Cæſarem Antonium deieciſſent, pòſt Cæſarem quoꝗ euertere conati ſunt. Quippe ſemper infenſi potentioribus, infirmioribus opem præſtare, ijsꝗ in ſuperioribus deprimendis uſi, ipſos quoꝗ deinde odio habere conſueuerant, cum ad ſtatum inuidiæ expoſitum euexiſſent: quo fiebat, ut eoſdem amore odioꝗ proſequerentur, eoſdem exaltarent atꝗ humiliarent. Ita Romanis erga Cæſarem Antoniumꝗ affectis, bellum tali ex principio

Belli cõtra Antonium occaſiones.

Cæſar exercitũ parat.

coortum eſt. Antonio Brunduſium ad milites, qui eò ex Macedonia tranſmiſerant, profecto, Cæſar eodẽ ſuos cum pecunia, qui ſibi illos milites conducerent, præmiſit, ipſe in Campaniam uſꝗ progreſſus, magnam manum, ex Capua præſertim contraxit, quòd hi à patre ipſius eam urbem agrosꝗ acceepiſſent: ijs multa pollicitus eſt, deditꝗ confeſtim ſingulis duo millia nũmûm. Hæc legio Euocatorum appellata fuit, quòd miſſi facti à militia, rurſus ad eam conuocarentur. His ad ſe receptis, Cæſar antequàm Romam re-

Oratio Cæſaris ad populũ.

diret Antonius, in urbem reuerſus, ad plebem ſibi in hoc à Cannutio paratam progreſſus, memoriam patris ſui, multis apud eos uerbis renouauit, eis res egregiè geſtas recenſuit, de ſe quoque multa modeſtè dixit, Antonium accuſauit: milites qui ſe eſſent ſecuti laudauit, quòd ad auxilium urbi ferendum adeſſent, ſeꝗ ad id delegiſſent, ac per ſe id populo exponerẽt. Ob hæc uerba laude, ut compoſitum fuerat, plebis, multitudinisꝗ quam ſecum habebat, exceptus, in Hetruriam profectus eſt, ibi quoꝗ militum cogendo-

rum

rum cauſa. Antonium autem milites qui Brunduſij erant, primò amicè acce
perũt, ſperantes ſe plura his quę à Cæſare promiſſa fuerãt accepturos: nam
& longè locupletiorem eo eſſe credebant: poſtquam CCCC tantum ſingu-
lis ſeſtertios pollicitus eſt, ortoꝗ tumultu eam ob rem, ante oculos ſuos u-
xoriſꝗ cædi centuriones quoſdam iuſsit, eo quidem tempore quieuerunt:
ſed euntes in Galliam, cum non procul ab urbe abeſſent, tumultuati ſunt:
ſpretiſꝗ tribunis militum ſibi præfectis, complures ad Cæſarem tranſiue-
runt: legioꝗ Martia tota, & legio quarta ei ſe adiunxerunt. His Cæſar acce
ptis cum ſicut prioribus argentum diuiſiſſet, multos etiam reliquorũ ad ſe
pertraxit, elephantiſꝗ Antonij ſubitò omnib. potitus eſt, cum in eos præ-
teruehentes incidiſſet. Poſtquam uerò Antonius Romam reuerſus, conſti-
tutiſꝗ ibi rebus, & militibus reliquis, Senatoribuſꝗ qui cum ijs erant ſacra
mento adactis in Galliam, ne in hac quoꝗ motus aliqui exiſterent, prope-
rauit, Cæſar nulla mora interpoſita eum inſecutus eſt. Præerat eo tempore
Galliæ D. Brutus: in quo, quia Cæſaris cædis particeps fuiſſet, haud parum
ſpei ſibi Antonius ponebat. Verùm Brutus cum neꝗ Cęſarem ulla in ſuſpi
cione haberet (nihil enim is patris ſui percuſſoribus minatus fuerat) & An
tonium non minus ſuum aliorumꝗ omnium qui poteſtatem aliquam ha-
berent, quàm Cæſaris hoſtẽ ex inſita hominis cupiditate cognoſceret, An-
tonio non ceſsit. Cæſarem ea res diu ſuſpenſum tenuit. nam utrumque ode-
rat, neꝗ tamen utrumꝗ ſimul oppugnandi facultatem habebat, quòd uix
dum aduerſus alterutrum ſatis uirium haberet. Verebatur etiam, ne ſi hoc
conaretur, ipſos inter ſe coniungeret, bellumꝗ aduerſus ambos gerendum
haberet: itaꝗ id cogitans, in præſentiarum ſibi aduerſus Antonium certan
dum eſſe, ultionis autem cædis paternæ tempus nondum adeſſe, cum Deci
mo ſibi ſocietatem iungendam ſtatuit: haud ignarus ſe eum, ſi nunc eius au
xilio præſens negociũ obtinuiſſet, in poſterum facilè debellare poſſe: fore
autem ut hoc pacto Antonij ſummum hoſtem nunc ſecum haberet. nam
inter Brutum ac Antoniũ ſumma erat diſſenſio. Itaꝗ ad Brutum miſit, qui
ei ſuam amicitiam, belliꝗ ſocietatem offerrent, ſi quidem Antonium non
recepiſſet: eoꝗ effectũ eſt, ut oppidani etiam Cæſaris rebus ſtuderẽt. Tunc
igitur in Senatu (iam enim in exitu annus erat, ac neuter Conſulũ ad urbẽ
erat, Dolobella etiam in Syriam ab Antonio præmiſſo) decretæ ſunt lau-
des Mutinenſibus (eam enim D. Brutus urbem tenebat) militibuſꝗ, qui
Antonium dereliquerant: Tribunis etiam plebis ſuffragãtibus. Vtꝗ initio
noui anni tutius poſſent in rem præſentem conſulere, militum præſidio Cu
riam munire ſtatuerunt: idꝗ cùm reliquis qui tum Romæ erant pleriſque,
magno Antonij odio flagrantibus, placuit: tum uerò in primis Ciceroni,
qui cum infenſiſsimus eſſet Antonio, Cæſari ſtudebat, omnique & ora-
tione & actione, pro uiribus Cæſarem iuuabat, Antonioque incommo-
dabat: eiuſꝗ rei cauſa, cum eſſet urbe profectus, filium ſuum, quem Athe-
nas diſciplinæ capiendæ gratia mittebat, comitaturus, poſtquam bel-
lum inter eos coortum audiuit, Romam ſe recepit. Hæc eo anno acta ſunt.
prætereà Seruilius Iſauricus extrema ſenectute diem clauſit. Cuius hac de
cauſa mentionem feci, ut oſtenderem quanta eo tempore Romani reueren
tia erga eos qui dignitate aliqua præſtarẽt, uſi, quantoꝗ odio impudentes,
etiam minimis in rebus, proſecuti fuerint. Is enim Iſauricus, cum ſibi pedi-
bus ingredienti quidam equo uehens obuiam factus equo non deſiliſſet,
ſed rectà præteruectus eſſet, ubi eum fortè in iudicio uadimonium haben-

Antonium milites cur dereliquerint.

Quo conſilio Cæſar D. Brutum ſibi cõtra Antonium adſciuerit ſociũ.

Militibus, & Mutinenſibus gratiæ actæ.

Seruilij Iſaurici mors.

rem agnouiſ, rem eam iudicibus narrauit: ijq́ tanta indignatione correpti
An.V.C.711. ſunt, ut indicta cauſa hominem condemnârint. A.Hirtio, C.Panſa (nam is quoq; tum erat Conſul creatus, quanquã pater ipſius in tabula proſcriptionis Syllanæ ſignatus fuerat) Conſulibus, Cal. Ianuarijs Senatus eſt conuocatus, perq; dies continuos tres deliberatum: ita enim perturbati erant inſtante bello, prodigijsq́ quæ multa & terribilia acciderant, ut ne religioſis
Prodigia. quidem diebus cõſultationem de ſua ſalute intermitterent. Fulmina nanq; permulta deciderant, quibuſdamq́ cella Iouis Capitolini quæ erat in templo Victoriæ, tacta fuerat: uentus uehemens coortus, columnas quæ poſitæ erant circã fanum Saturni et Fidei euulſerat ac diſsipauerat, ſtatuã quoq;
Mineruæ Ciceronis. Mineruę cuſtodis, quam ante exilium ſuum Cicero in Capitolio collocauerat, deiecerat ac confregerat, quo Ciceroni pernicies portendebatur. Ad terrorem autem reliquis inijciendum acceſſerant terræmotus ingens, & quòd taurus in templo Veſtæ mactatus poſt rem ſacram exiluerat: fax per cœlum ab ortu ad occaſum percurrerat, ſtella quædã antè non uiſa per multas dies apparuerat: ſolis lumen aliquando diminui, extinguiq́, aliquando intra tres circulos effulgere, quorum unum corona ſpicarum ignita circundaret, uiſum fuerat: quo id quod futurũ erat, euidentiſsimè fuit demonſtratum, nempe, triumuirorum, Cæſaris, Lepidi, Antonijq́ poteſtas, è quibus Cæſar deinde rerum potitus eſt. Quinetiam uaticinia quæ ſtatus Reipublicæ popularis euerſionem prædicerent, euenerunt. Nam corui in Caſtoris templum inuolauerunt, nominaq́ Coſſ. Antonij & Dolabellæ in tabella quadam ſcripta roſtris exciderunt. Canes multi noctu urbem totam peruagati, ac maximè ad Lepidi pontificis Max. ædes concurſu facto ululauerũt. Padus cum in adiacentes terras admodum exundaſſet, repentè retroceſsit, magnamq́ ſerpentium multitudinem in ſicco deſtituit. piſces innumerabiles ex mari per oſtia Tiberis in continentem eiecti ſunt. Hæc omnia peſtis uehemens excepit per totam ferè Italiam: atque eius cauſa decretum eſt, ut Curia Hoſtilia reficeretur, isq́ locus in quo naualis prælij ſpecimen exhibitum fuerat, terra iniecta compleretur. Neque tamen hic finis malorum fuit: quinetiam altero Conſulum ſacra Calend. Ianuarijs faciente, quia tum magiſtratum inibat, ſubitò lictor concidit, atq; expirauit. Igitur iſtis diebus conſultatum eſt, multisq́ in utranque partem ſententijs dictis, hanc Cicero orationem habuit:

Oratio Ciceronis in Senatu contra Antonium. Cur profectionẽ ab urbe, P.C. quaſi diu abſuturus inſtituerim, curq́ celeriter in urbem redierim, ſpe plurimum uobis commodi adferendi, antè uobis expoſui: quòd nimirum neque in dominatione tyrannideq́ uiuere poſſem, ubi neq; rem publicã curare, neq; liberè ſine periculo ſententiã dicere, neque mortem adeò meam cum utilitate ueſtra coniungere poſſem, quodq́ uiciſsim nullum mihi periculum ſubterfugiendum eſſe exiſtimarẽ, ſi quid in rem ueſtram efficere poſſem. Tam enim uiri boni officium eſſe iudico, ſe ipſum patriæ uſibus cõſeruare, cauereq́ ne temerè pereat, quàm officio ſuo neq; dicendo deeſſe, neq; agendo, neq; mortem etiam pro ſalute eius detrectare. Quæ cum ſic ſe habeant, etſi Cæſaris opera effectũ uidebatur, ut ſatis tutò poſſemus conſilium de rebus urgentibus inire: tamen quoniam decreuiſtis, ut præſidio adhibito Senatus coiret, omninò in hoc nobis
De difficultate propoſitæ deliberationis. incumbendum eſt, ut & in præſentiarum ita rem conſtituamus, & futuris ita proſpiciamus, ne pari ratione deinde de iiſdem deliberandi nobis neceſſitas imponatur. Enimuerò rem difficilem atq; arduam eſſe, ac quæ diligen-

tia

tia curaq; magna indigeat, uos ipſi ſi nulla alia re, certè præſidio Curiæ cir-
cumfuſo declarauiſtis, quod nunquàm inſtituiſſetis, ſi quidem ſolito orna-
tu atq; ſecuritate conſultare uos poſſe iudicaſſetis. Quare etiam propter mi
lites qui ad ſunt, neceſſe habemus aliquid operæprecium ſtatuere, ne dede-
cus aliquod nobis contrahamus, qui tanquam aliorum metu militibus ad-
ſcitis, ita deinde negligenter rem agamus, quaſi nullo impendente terrore.

* * *

Quaſi uerò opus ſit eum ultra reliquos exercitus, quos contra patriam
cõtrahit, hos etiam accipere, ne quid uel hodie aduerſus ipſum decernatis.
Quanquam eò impudentiæ quidam progreſsi ſunt, ut dicere auſi ſint, eum
non aduerſus urbem bellum parare, adeoq; ſtultos nos eſſe exiſtimant, ut
putent ipſorum nos uocibus potiùs, quàm Antonij actionibus fidem habi-
turos. Quis igitur eſt, qui potiùs quàm conſideret actiones eius, exercitus
quos contra ſocios noſtros ſenatus populiq; iniuſſu conduxit, incurſiones
in agros, obſidiones urbium, minas quas contra nos omnes iacit, ſpes, qui-
bus fretus hæc omnia agit, horum uerbis, commentis & uanis prætextibus
animum cum ſua pernicie aduertere malit? Ego certè tantum abeſt ut hæc
eum legitimè ac rectè facere cenſeã, ut propter hæc eius facta, ac quòd Ma-
cedoniam ſibi ſorte traditam reliquit, quòd loco eius Galliã nihil ad ſe perti
nentem inuaſit, quòd exercitus, quos Cæſar aduerſum Parthos præmiſerat,
aſſumptos ſecum habet nullo belli terrore in Italia extante, quòd tempore
ſui Conſulatus urbe exceſsit, populationibus ac maleficijs hinc inde uaga-
tur, iam dudum hoſtem eum omnium noſtrum eſſe pronunciem. Quod ſi
uos non ſtatim initio ſenſiſtis, neq; ſingula hæc facinora indignatione pro-
ſecuti eſtis, tanto is maiori odio dignus eſt, quòd uos homines tanta bonita
te iniurijs lædere non deſinit, ſed cùm primorum ſuorum peccatorum ue-
niam fortaſsis impetrare poſſet, eò nõ intermiſſa ſua improbitate perrexit,
ut primorum etiam delictorum pœnas luere opus habeat. Quo magis lon-
gè maximam curam huic negocio impendere uos expedit, cum perſpicia-
tis eum qui tantis in rebus toties uos contemptui habuerit, nullo modo ue-
ſtra æquanimitate ac clementia poſſe ad uoluntariam reſipiſcentiam addu-
ci, ſed neceſſe eſſe, ut armis, quoniam quidem id antè omiſſum eſt, uel inui-
tus coerceatur. Neq; uerò quòd partim perſuadendo, partim cogendo uo-
bis decreta pro ſe quædam extorſit, ideò minus iniuſtè eum egiſſe, aut mi-
nori ſupplicio dignum eſſe, iudicare debetis: quinimò hoc ipſum uel maxi-
mè in eo plectendum eſt, quòd cùm ſtatuiſſet multa ac grauia facinora ede
re, etiam à uobis traditis occaſionibus (cum uos nihil de ipſius animo com
pertum habentes, aut prouidentes, ad certa decreta facienda cõpulit.) con-
tra uos ipſos uſus eſt. Qui enim uos, niſi inuiti, præfecturas à Cæſare uel ſor
te certis hominibus aſsignatas immutauiſſetis? Antonioq; eam poteſtatem
conceſsiſſetis, ut reliquas ſocijs amiciſq; ſuis conferret, C. fratrem ſuum in
Macedoniam mitteret, ipſe Galliam cum exercitibus, quibus pro uobis uti
opus nõ habebat, obtineret? An non meminiſtis, quemadmodum uos ob
necem Cæſaris turbatos aggreſſus, omnia ex animi ſua ſententia conſecu-
tus ſit, cum de quibuſdam ſubdolè & ex tempore uobiſcum cõmunicaret,
quædam ipſe per ſe mala fide adderet, omnia autẽ ui ageret, militibus, ijſq;
adeo Barbaris aduerſus nos uſus? Neq; uerò mirari quiſquã debet, aliquid
eo tempore ſecus quàm conueniebat decretum fuiſſe, quandoquidem ne
nunc quidem liberè quicquam loqui aut agere quod res flagitaret, potuiſ-

Oſtendere incipit, Antonium arma cõtra urbem cepiſſe.

Antonius lenitate Senatus abuſus.

De his que Antonio decreta fuerant, diſputat.

ſemus,niſi præſidio firmati:quo ſi tunc muniti fuiſſemus,neq; ea is,quę obtinuiſſe dici poteſt,tunc obtinuiſſet:neq; ex his auctus, ea egiſſet quæ egit. Proinde nemo uobis ea quæ iuſsi,coacti,cũ luctuq; ei dare uiſi ſumus, tanquam legitimè ac iure conceſſa ei quiſquã obijciat, cum ne in priuatis quidem rebus ea rata ſint, quæ quis ui ab alio adactus fecit. Quanquam hæc ipſa ueſtra decreta ſi expendatis,neq; magni momenti,neque magnopere à conſuetudine noſtra aliena inuenietis. Quid enim tandem mali eſt, ſi alij in alius locum Macedonia aut Gallia habenda data eſt? aut ſi Conſul milites aſſumpſit? Verùm hæc demum grauia ac miſera ſunt, regionem noſtram infeſtari,ſocias urbes oppugnari,noſtros milites contra nos armari,noſtris nos ſumptibus peti:quorum à uobis nihil unquam decretum, nihil cogitatum eſt. Non itaq; propterea quod nonnulla ei conceſsiſtis, ideo etiam ut incõceſſa agat ei permittere,ſed contrà odiſſe eum, ac ſupplicio afficere debetis, quòd honoribus clementiaq; ueſtra nõ in his quidem tantùm,ſed reliquis etiam omnibus in rebus contra uos abuti auſus fuit. Quod ut intelligatis,conſiderate ipſius omnes actiones. Pacem ac concordiam me autore mutuam decreuiſtis:cui gubernandæ cum Antonium præfeciſſetis, talem ſe is arrepta orationis in Cæſarem funebris occaſione geſsit, ut tota propemodum urbs incẽdijs mixta,cædes ingens hominum edita ſit. Omnia quæ Cæſar uel dederat quibuſdã,uel legibus ſanxerat,cõfirmauiſtis:(non quaſi ea probaretis,à quo lõgiſsimè abeſtis:ſed quòd uidebatis expedire ne quicquam eorum immutaretur, quò facilius ſine ſuſpicionibus & offenſis unà degere poſſemus) ei negocio Antonius exequendo præfectus,multa Cæſaris acta euertit,multa in eius commentarios uiciſsim intulit, agros,ciuitatem,immunitates:aliosq; id genus honores ijs quibus Cæſar ea dederat priuatis,regibus,urbibus ademit,alijs ea tribuit,corruptis ob hanc rem Cæſaris commentarijs:his qui eius poſtulatis non ſatisfaciebant ea eripiens,alijs qui quod petijſſet dabãt,ea atq; alia uendens. Quod ipſum cum uos prouidiſſetis futurum, edicto cauiſtis,ne poſt Cæſaris exitum columna aliqua figeretur ullius eius beneficij:tamen is poſt hoc edictũ ſæpius eas fixit, quòd diceret neceſſarium eſſe, ut quædam in libellis Cæſaris extantia & ederentur,& agerentur. Vos ut hæc cum principibus ciuitatis conferret,iuſsiſtis: is uerò adeò ſcilicet ueſtram autoritatem ſequi inſtituit, ut nihilominus ſolus omnia quæ ad leges, exules, cæteraq; quæ modò recenſui,ſpectarent, peregerit. At uerò in his tãtum rebus talis fuit,reliqua rectè adminiſtrauit? non ita eſt P. C. Non'ne enim pecunias publicas à Cæſare relictas conquirere & proferre iuſſus, ad ſe rapuit? earumq; partem creditoribus ſuis reddidit, partem luxu conſumpſit, ut nulla iam earum portio ſuperet? Cum nomen Dictaturæ odio Cæſaris potentiæ protinus ex Republica ſuſtuliſſetis, non'ne eo quidem is nomine (quaſi ipſa per ſeſe uocabula nocerent) abſtinuit, ſub Conſulari autem nomine Dictaturæ actiones & poteſtatem exercuit? Non'ne uos eum concordiæ præfectum eſſe uoluiſtis: is uerò ſuo arbitrio tantum bellum neque iuſtum, neque à uobis decretum contra Cæſarem ac D. Brutũ,quos uos laudauiſtis, ſuſcepit? Deniq; ſi quis ſingula perſequi uelit, innumera proferri poſſunt, quæ ſibi ut Conſuli ille à uobis iniuncta,nullo modo ut par erat geſsit:ſed in omnibus diuerſum ſecutus, potẽtiam ſibi à uobis conceſſam, aduerſum uos cõuertit. Num'nam igitur hæc quoq; malè ab ipſo acta in uos recipietis, uobisq; cauſam eorũ omnium adſcribetis, propterea quòd adminiſtrationẽ executionemq; earum rerum

Antonium omnia ſecus,quàm Senatus iuſsiſſet,egiſſe.

Non eſſe Senatui adſcribenda, quæ præter eius ſententiam Antonius geſſit.

rerum ipſi commiſiſtis: id uerò abſurdum fuerit. Neqꝫ uerò ſi quis dux aut
legatus conſtitutus à uobis nihil rectè gerat, eam culpam uobis ſuſtinendā
uos exiſtimabitis. Indignū enim fuerit ab ijs qui rebus gerendis præficiun-
tur, emolumēta honoresqꝫ capi, crimina & culpam uobis impingi. Quam-
obrem ne Antonius quidem audiendus eſt, ſi dicat: Vos tamē Galliam mi-
hi cōceſsiſtis, uos pecuniæ publicæ procurationem mihi mandauiſtis, uos
mihi exercitum qui ex Macedonia ueniebat, dediſtis: nam hæc quidem ita
decreta ſunt (ſi quidem ita loquendum eſt, ac non potius ab ipſo pœna exi
genda, quòd uos ea decernere coegerit) non tamen hæc etiam, ut exules re
ſtitueret, ut alias leges ſubrogaret, ut ciuitatis ius, remiſsionesqꝫ uectigaliū
diuenderet, ut publicam pecuniam pecularetur, ut res ſociorum diriperet,
ut urbes maleficijs infeſtaret, ut tyrannidē in patriam affectaret. Eam enim
poteſtatem neque Antonio, neque ulli alij, quantumuis ei multa decreuiſ-
ſetis, unquam dediſtis, ut pro ſua libidine omnia ageret: ſed ſupplicia ijs qui
hoc conarent̄, impoſuiſtis potius: quo hūnc etiam modo tractabitis, ſi quid
mea oratio apud uos ualebit. Quippe is nō in his modò rebus talem ſe præ
buit, qualem uos eum noſtis & experti eſtis, ſed in omnibus omnino ſuis a-
ctionibus quandiu ipſe in Republica uerſatus eſt. Nam de ea quidem eius *Totam uitam*
uita, quam priuatus egit, eiusqꝫ libidinibus ac cupiditatib. data opera nihil *Antonij conui-*
dicam, non quòd non multa poſsint eius grauia flagitia referri, ſed quòd pu *cijs exagitat.*
deat me herclè apud uos, quibus mecum hæc nota ſunt, cōmemorare, quo-
modo puericiā ſuam inſtituerit, quomodo adoleſcentiā proſtituerit, quo-
modo clàm meretrix, palàm ſcortator fuerit, quomodo pro uiribus ſuis om
nia & paſſus ſit & fecerit turpia: quomodo luſtris ac temulentia, alijsqꝫ ho-
rum uitiorū comitibus uitijs deditus uixerit: quippe impoſsibile eſt, homi-
nem in ea libidine atque impudentia educatum, non omnem ſuam uitam
contaminare, ita ut ille à rebus priuatis obſcœnas uoluptates & auariciam
ad publicas attulit. Hæc igitur omittam, eiusqꝫ etiam in Aegyptum ad Ga- *Antonij in Ae-*
binium profectionem, & in Galliam ad Cæſarem fugam, ne, ſi ſingula accu *gyptum et Gal*
ratè perſequar, pudorem uobis inijcere uelle uidear, qui eum cum talem eſ- *liam profectio*
ſe cognitum haberetis, tamen Tribunumplebis, magiſtrum equitum, Con- *nes.*
ſulemqꝫ etiam creauiſtis: hæc tantùm in medium adducam, quibus his ipſis
in magiſtratibus per temulentiam et petulantiam flagitijs debacchatus eſt.
Tribunuſplebis primò omnium obſtitit nobis, quo minus res inſtantes bo *Tribunatuſple*
no in ſtatu collocaremus, clamitans uociferansqꝫ, & ſolus omnium commu *bis Antonij.*
ni urbis paci ſeſe opponens. Poſtquam uos indignè id ferentes, decretum
propter ipſum iſtud feciſtis, non tantùm relicto ſuo magiſtratu, urbe profu
git, à qua ei unam noctem abeſſe per leges non licebat: ſed ad Cæſaris arma
confugiens, eum contra patriam adduxit: nosqꝫ Roma, & tota ex Italia ex-
turbauit, ac ferè omnium eorum malum, quæ poſtea in bellis ciuilibus per-
tulimus, cauſa pręcipua fuit. Niſi enim ſe is noſtris cōſilijs oppoſuiſſet, nun- *Omnium malo*
quam Cæſar belli cauſam aliquā inuenire potuiſſet: aut ſi uel ad extremam *rum quæ bellis*
impudentiam progreſſus, præter noſtra decreta copias iuſtas contraxiſſet, *ciuilib. inuecta*
tamen aut ultro, aut ui coactus, ab armis ad ſanam mentem redijſſet. At ue- *ſunt, cauſam*
rò Antonius occaſiones ei ſuppeditauit, Senatus dignitatem euertit, mili- *Antonio im-*
tum audaciam auxit: is ſemina eorum quæ pòſt pullulauerunt malorum ie- *putat.*
citis communis non noſtrûm modò, ſed totius propè orbis terrarū peſtis
fuit. Quod ipſum etiam diuinitùs euidentiſsimè demōſtratum eſt. Cum e-
nim admirabiles illas ſuas rogationes ferret, omnia tonitrib. ac fulguribus

repleta ſunt, quæ ſceleratus ille, quamuis ſe Augurem eſſe diceret, pro nihilo habens, multis, ut dixi, ac magnis malis non urbem ſolam, ſed omnes terras repleuit. Quid dicam, quemadmodū poſtea toto anno fuerit magiſter

Magiſterium equitum.

Vomitus pro roſtris.

equitum? quod ante ipſum fecit nemo. Quid, quòd uobis per ebrietatem deinceps illuſit, inꝗ concionibus pro ipſis roſtris inter concionandum crapulam euomuit? quid, quòd exoletos ac ſcorta, & ioculatores, mimasꝗ cum lictoribus laurum geſtantibus ſecum ducens, Italiam circumiuit? quid quòd ſolus omnium hominum Pompeij bona emere auſus eſt, neꝗ ſuam dignitatem, neque illius memoriam reueritus? eaꝗ cum uoluptate rapuit, quæ nobis etiam num luctum mouebant? Quippe & in ea bona, & in multa alia inuaſit, ſperans ſibi precium nunquam fore perſoluendū: quanquam id non ſine ſumma contumelia ab eo Cæſar ui exegit, tanti ſcilicet ipſum fa-

Antonius Charybdis.

ciebat. Cæterùm Antonius tot tantasꝗ poſſeſsiones, pecuniamꝗ omni ratione compilatam, Charybdis cuiuſdam in morem alea, ſcortis, helluando, compotandoꝗ abſorbuit. Verùm hæc quoꝗ mitto. Contumelias autem eius in Rempublicā, cædesꝗ per uniuerſam urbem ab eo editas quis ſilentio prætereat? Meminiſtis uerò, ut aſpectu uobis grauis, longè moleſtiſsi-

Antonius armatus iuxtà et togatus.

Seditionibus urbs ab Antonio agitata.

mus actis ſuis fuerit? Qui, proh deos, proh terram, primùm auſus fuit hoc in loco, intra mœnia, in foro, in Curia, in Capitolio, ueſtem purpura prætextam geſtare, ac ſimul gladio ſe accingere, idem lictoribus iuxtà & militum præſidio uti. Deinde cum poſſet etiam reliquos tumultuantes ſedare, non modò id omiſit: ſed partim ſua ipſius, partim aliorū opera nos concordes ad diſsidia concitauit. Ipſe quidem alteri ſeſe factioni adiungēs, eamꝗ adiuuans, unica cauſa fuit ut ex ea complures occiderentur. Ne autem Ponti reliquæ partes, Parthiꝗ ſtatim poſt obtentam de Pharnace uictoriam in noſtram redigerentur poteſtatem, per ſolum Antoniū ſtetit. Nam propter res ab eo cōmotas coactus Cæſar huc celeriter aduenire, à perfectione iſtarum rerū prohibitus fuit. Sed ne hæc quidem Antonio reſipiſcendi cauſam

Conſulatus Antonij, & turpiter in eo acta.

attulerunt. Conſul enimuerò, P.C. nudus, unguentisꝗ delibutus in forum uenit ſub ſpecie Lupercalium peragendorū: progreſsusꝗ cum lictoribus ad roſtra, inde cōcionem habuit, quod poſt urbem cōditam à nemine non modò Conſule, ſed ne Prætore quidem, aut Tribuno plebis aut Aedili factum eſt. Nimirum agenda ei erant Lupercalia, uni ex collegio Iulio. (ſic enim eum loqui Sextus Clodius docuit, accepta mercede duobus milib. iugerū agri Leōtini) At uerò Conſulatū gerebas, uir bone (loquar enim tanquam ad præſentē) & cum minimè decebat, aut licebat tibi ea in conditione cōſtituto, uoluiſti in foro apud roſtra omnib. nobis præſentib. perorare, nimirū uti corpus tuū admirabile, obeſum illud & delicatū uideremus, unctamꝗ tuam impurā uocem grauib. iſtis in uerbis audiremus. (hæc enim de tuo ore dicere, quàm alterum illud, malo) Nimirū Lupercalia debita ſua cerimonia caruiſſent, niſi tu totam urbem eo geſtu, ne quid dicā de oratione, dedecoraſſes. Quis enim ignorat, Conſulatum totius populi publicum eſſe, cuius maieſtatem ubiꝗ conſeruare, nullo modo autem denudare, turpitudinéue afficere oporteat? Sed fortaſsis Horatium illum priſcum Anto-

Iocoſe exemplis maiorum adductis eum exagitat.

nius imitatus eſt, aut antiquam illam Clœliam? quorum hæc omni ueſtitu induta fluuium tranauit, ille etiam armatus ſe in flumen abiecit. Dignum profectò Antonium, cui ipſi quoꝗ ſtatua ponatur, ut Horatius cum armatus in Tiberi conſpiciatur, hic nudus in foro cernatur: quippe iſti nos ſeruarunt, ac in libertatem aſſeruerunt, hic uerò, quantum in ipſo fuit, libertate

nos

noſ ſpoliauit, popularem reipublicæ ſtatum diſſoluit, dominum pro Conſule, tyrannum pro Dictatore nobis dedit. Etenim memoria tenetis, quæ progreſſus ad roſtra dixerit, quæ conſcenſis roſtris egerit. Quî uerò is, qui cum eſſet Romanus ac præterea Conſul, auſus eſt aliquem in foro Romano, apud roſtra Libertati ſacra, omni populo, uniuerſo Senatu præſente regem nominare, diademaq́ capiti eius rectà imponere, adderéq́ hoc nobis omnibus exaudientibus mendacium, à nobis ſibi iniunctum eſſe, ut hæc diceret faceretq́: quî inquam is non extrema quęuis auſit? à qua re, etiam difficilima, ſe cõtinere poſsit. Nos'ne igitur tibi M. Antoni, nos hæc mandauimus, qui Tarquinios eiecimus, Brutum amplexi ſumus, Manlium de ſaxo deiecimus, Spurium occidimus? nos te regem aliquem ſalutare iuſsimus, qui illud nomen, atq́ huius cauſa etiam Dictatoris appellationem diris execrationibus deuouimus? nos tibi tyranni alicuius conſtituendi poteſtatem dedimus, qui Pyrrhum ex Italia profligauimus, Antiochum ultra Taurum montem repulimus? non ita, non per faſces Valerij, per legem Porcij, per crus Horatij, per manum Mutij, per haſtam Decij, per gladium Bruti. Tu autem, hominum ſceleratiſsime, ſupplex factus orauiſti, uti ſeruires, ſcilicet exemplo Poſthumij, ut Saumitibus dederere, Reguli'ue, ut Carthaginenſibus redderêris, aut Curtij, ut in hiatum pręcipitare tibi liceret? Vbi uerò id ſcriptum inueniſti? Quemadmodum hoc quoq́, ut Cretenſes à Bruti præfectura liberi forent, quibus nos uti imperaremus poſt Cæſaris mortẽ, decreuimus? Proinde cum in tot tantisq́ rebus ſceleratam eius ſententiam depręhenderitis, agite, pœnas ab eo non exigite, ſed expectate, dum re ipſa quoque experiamini, quid'nam hic armatus ſit acturus, qui nudus hæc edidit. Niſi creditis hunc ad tyrannidem non aſpirare, ſed eam cupiditatem ex animo ſuo electurum, quæ ſemel inſedit: aut eum ſpem regni depoſiturum, cuius cauſa cùm tot dictis factisq́ Rempublicæ uiolaſſet, impunè id tulerit? Aut quis'nam hominum eſt, qui cum in regno obtinendo alium uoce adeò ſua (quam ſolam in ſua poteſtate habuiſſet) adiuuerit, non idem ſibi ipſi, ſi eius facultas offerretur, paraturus ſit? Quis, cum alium quendam tyrannum patriæ, ſibiq́ ipſi imponere auſus fuerit, non ipſe eandem expetat? Quare, ſi tum ei pepercistis, at nunc certè ob iſta facinora odio ipſum habere debetis, neq́ expectare quid obtenta uictoria conaturus ſit: uerùm conſideratis his, quæ iam antè auſus eſt, prouidere ne quid in poſterũ damni accipiatis. Equidem ne id quidem Cęſaris factum laudem meretur, quòd neq́ nomen Regis, neq́ diadema accepit, (quanquam ijs Antonium offerendis malè egiſſe ſatis patet, cum ne Cæſari quidem probata fuerint) ſed culpari debet, quod initio huiuſmodi aliquid audiens ac uidens ſuſtinuiſſet. Quòd ſi id Cæſari iuſtam necis cauſam attulit, quid eſt, cur Antonio, qui confeſſus quodammodo eſt ſe tyrannidem expetere, non optimo iure pereundum ſit? Tentatam uerò ab Antonio eſſe tyrannidem, ſatis quidem ex his quæ commemoraui, liquet, ſed euidentiſsimè ex ſequentibus eius actionibus arguit. Cuius enim rei cauſa, cum tutò poſſet quieſcere, turbas mouere, adq́ res nouas conſurgere aggreſſus eſt? Cur exercitum educere ac bellum gerere ſtatuit, cum citra periculũ domi poſſet manere? Cur cùm multi ne in ſuas quidem prouincias exire uoluerint, ipſe non modò Galliam nullo iure ad ſe pertinentem inuadit, ſed inuitam etiam armis cogit? Cur D. Bruto, ſe, militesq́, & urbes nobis dedente, ipſe non modò hoc eius factum non imitatur, ſed eum obſidione cinctum oppugnat? quæ om-

Antonium Cæſari regnũ tradidiſſe ſuo ſolius arbitrio.

Demõſtrat Antonium tyrannidem affectaſſe.

Alia argumenta, tyrannidem affectari ab Antonio oſtendentia.

nia

nia alio conſilio nullo quàm contra nos ille molitur. Hæc nos cernentes, tamen cunctamur, & ignauia noſtra tantum aduerſus nos tyrannum armamus? Id uerò cum ſumma turpitudine coniunctum eſt, cùm maiores noſtri in ſeruitute educati, libertatē affectauerint: nos qui in libera hactenus Republica uiximus, ſpontaneā ſeruitutem ſubire. Cumq; magno noſtro cum gaudio regno Cæſaris liberati fuerimus, cuius tamen in nos multa conſtabant beneficia, nunc Antonium ultrò dominum nobis adſciſcere: qui quanto deterior Cæſare ſit, ſatis uel ex hoc uno conſtat, quôd Cæſar multis à ſe bello uictis pepercit: Antonius cum nihil etiamnum potentiæ adeptus eſſet, trecentos milites, inq; his Centuriones aliquot, inſontes omnes domi ſuæ trucidauit, pręſente uxore ſua, ita ut illa cruore oppleta fuerit. Qui cum tanta in hos crudelitate uſus ſit, eoq; ipſo tempore, quo demerendi ipſi potius fuerant, quid ſæuiciæ putatis eum in nos ſibi reliquum, ſi quidem uicerit, facturum? aut cum hactenus ſummam per laſciuiam ſuam uitam traxerit, quam tandem libidinem tantam eſſe iudicatis, à qua is poteſtate armis parta temperaturus ſibi ſit? Quare ſatius eſt, ut antequam aduerſi quid patiamini, uobis caueatis, quàm re ipſa hæc mala expertos ſententiam mutare: miſerum enim eſt, cum anteuertere incommodum poſsitis, admittere ut id uobis eueniat, ac deinde pœnitentia corripi. Neq; uerò rem eò deduci ſinite, ut Caſsijs demum Brutiſq; ea indigeat. ridiculum enim fuerit, cum liceat iam uobis ipſis maturè Reipublicæ opem ferre, uelle poſtmodò eos quærere, qui libertatem nobis reſtituant: quanquam periculum eſt, ne ij inueniri nequeant, præſertim ubi nos eo modo de re præſenti ſtatuerimus. Quis enim pro populari ciuitatis ſtatu ſuam ſibi ſalutem in diſcrimen conijciendam exiſtimet, cum publicè animos noſtros ad ſeruiendum propenſos uideat? Verùm enimuerò Antonium nullum poſthac ſuis ceptis finem facturum eſſe, ſed in remotis locis, ac minoribus in rebus ſibi aduerſum nos uires parare, ſatis in promptu omnibus eſt. Non enim aliam ob rem D. Bruto bellum facit, Mutinamq; oppugnat, quàm ut eo uicto, acceptiſq; ijs copijs cōtra nos parare ſe poſsit: neq; enim ulla à Decimo eſt affectus iniuria, ut eam ulciſci uideri poſsit: neq; adeò iſtorum bona appetit, ut cum eorum cauſa pericula laboreſq; perferat, à noſtris facultatibus, quibus & iſtorum res, & aliæ plurimæ continentur, ultrò ſibi abſtinendum putet. Id'ne igitur operiemur, dum his alijſq; ſuam in poteſtatē redactis, grauis nobis hoſtis euadat? Fidemq; ei habebimus decipienti nos, ac ſe non contra urbem bellum gerere dictitanti? Quanquam quis eò ſtulticiæ peruenit, qui ex uerbis potiùs, quàm actis eius iudicandū putet, an id bellū cōtra nos geratur? Ego ſanè nō nūc primùm ex eo, quod ex urbe profugit, bellū ſocijs intulit, Brutum oppugnat, urbeſq; obſidet, mala eum conſilia agitare ſtatui, ſed ex his etiam, quæ prius nō modò poſt exitum Cæſaris, ſed uiuo etiam tum eo, improbè ac flagitioſe egit, hoſtē inſidiatoremq; Reipublicę, libertatiſq; noſtræ eum eſſe definio. Quis enim unquam patriæ amans, aut tyrānidi infenſus, horum quicquam egit, quæ hic multa ac uaria perpetrauit? Porrò, quoniam iandudum omni ex parte Antonius hoſtis noſter eſſe conuincitur, ita res habet, ut ſi ſtatim in eum uindicemus, etiam eorum quæ prius amiſimus recuperandorum locum ſimus habituri: ſin hanc occaſionē neglexerimus, idq; præſtolati fuerimus, dum is inſidias ſe nobis facere palàm fateatur, omnia perdemus. Nam ne ſi ad ipſam quidem urbem exercitū adducat, hoſtiliter ſe agere confitebitur: ſicut neque Marius id confeſſus fuit, neq; Cinna,

Antonius quanto deterior Cæſare.

Antonium non ceſſaturum uicta Gallia.

neq; re

neque Sylla. ſed ubi omnia in ſua poteſtate habuerit, omnia eorũ crudelia facta aut æquabit, aut ſuperabit. Nam à uerbis eorum qui rem aliquam peragere cupiunt, hæc quę ea re confecta ab ipſis agunt̃, diſcrepare ſolent. Eius enim rei conſequendæ cauſa nihil non ſimulant, conſecuti nihil quod libido ſua ſuaſerit omittũt. Accedit huc, quod ſemper poſteriores priorum conatus excedere cupiunt, ac ſimilia priorum facinoribus facinora uilia iam, propterea quòd iam antè uiſa ſint, eſſe cenſent, inaudita autem, tanquam ſola ipſis digna, propter nouitatem ſibi proponunt. Quæ cum perſpiciamus, P.C. agedum cunctandi finem faciamus, nec tranquillitate præſenti inducamur potius, quàm uitæ in poſterum quoq; tutò agendę proſpiciamus. Quî enim turpe non ſit Cæſarem, qui nuper admodũ ex pueris exceſsit, interq; puberes adſcriptus eſt, tantam Reipublicæ curam gerere, ut & ſaluti eius pecunias impenderit, & milites cõtraxerit, nos neq; agere quicquam quod ex uſu ſit, neq; eum adiuuandũ nobis ducere, cuius ſtudium noſtri res ipſa teſtatum iam fecit: qui niſi cum militibus ex Campania collectis huc aduenijſſet, proculdubiò Antonius rectà cum omnibus copijs à Brunduſio torrentis inſtar in urbem irruiſſet. Iam id quoque indignum eſt, ueteranos milites, neque ætatis ſuæ, neque uulnerum ob patriam antè acceptorum, ratione habita, ultrò ſeſe nobis ad præſentẽ rem gerẽdam obtuliſſe, nos bellum, iam nunc ipſorum ſuffragijs decretum, nolle comprobare. Tanto enim inferiores ijs, quorum periculo id bellum agetur, ſumus uirtute, ut cum milites collaudauerimus, quod flagitijs Antonij cognitis, ab eo quantumuis Conſulatum gerente, ad Cæſarem, id eſt ad nos per eum ſigna tranſtulerint, tamen ea quæ rectè ab ipſis facta dicimus, decreto confirmare trepidemus. Bruto gratias habemus, quòd Antonium neque admiſit initiò in Galliam, & nunc bellum inferentem repellit: cur igitur non idem nos agimus? cur non quos tanq; rectè de rebus ſtatuentes laudamus, eos imitamur? Quanquam alterutrum horum faciamus oportet: aut Cæſarem, Brutum, ueteranos, legioneſq; malè egiſſe dicamus, ſupplicioq; afficiendos, quòd iniuſſu noſtro populiq; auſi ſunt, hi quidem à Conſule deſciſcere, illi uerò ad ſigna confluentes bellum contra ipſum gerere: aut fateamur, Antonium iandudum à uobis re ipſa hoſtem eſſe iudicatum, ac de communi ſententia eſſe in ipſum exemplum ſtatuendum. Quod poſterius cùm iuſtius, tum magis è re ueſtra fore, nemo eſt qui ignoret. At enim Antonius neq; ipſe rebus gerendis idoneus eſt (qua enim ratione poſsit, homo per ebrietatem aleaſq; omnem uitam ducens) neque ullum ſecum habet, qui in aliquo ſit numero habendus. Sui enim ſimiles is tantum diligit, ſocioſq; omnium manifeſtorum occultorumq; conſiliorum habet. In magnis autem periculis timidiſsimus eſt, idemq; anguſtiſsimę fidei in ſummos ſuos amicos, quorũ neutrum imperatori, belloq; cõuenit. Quis autem ignorat ipſum, cum omnia ciuilia mala nobis conflaſſet, in minimam periculi partem ueniſſe? qui Brunduſij tanto temporis ſpacio ob timiditatem ſubſtitit, ut parum abfuerit, quin Cæſar deſertus ab eo perijſſet: qui ab omnib. deinde bellis, Alexandrino, Pharnacio, Africo, Hiſpano abfuit. Quis neſcit eum cum Clodio familiaritatem contraxiſſe, eiuſq; Tribunicia poteſtate in rebus peſsimis abuſum, ſua tamen eum uoluiſſe manu occidere: idq; tranſegiſſet, ſiquidẽ ego cum id mihi deferret, promiſsionem eam approbaſſem? Cæſarem uerò, cui & Quæſtor Proprętori in Hiſpania adfuerat, & Tribunuſplebis ei contra omnium ſententiam adſtipulatus, immenſam pecuniæ uim honoreſq; immodera-

Promiſſa, & acta potentiã affectantiũ, & obtinentium.

Cæſaris, & ueteranorum exemplo Senatũ ſtimulat.

Dilemma, quo oſtẽdit bellum contra Antonium eſſe decernendum.

Antoniũ rei gerẽdæ ineptum eſſe.

Antonij in Cæſarem & Clodium infidelitas.

Antonium causam Cæſari interitus attuliſſe, eoq́; gaudere.

tos acceperat, de affectato regno ſuſpectum reddere, calumniisq́; exponere auſus eſt, quæ necis cauſa Cæſari potiſsimùm fuit. Tamen ei interfectores à me eſſe ſubornatos aliquando dixit: adeò nimirum ſtupidus eſt, ut falſo mihi tribuere tantam laudem non ucreatur. Ego uerò ipſum Cæſaris parricidam eſſe haudquaquam dixerim, non quòd uoluntas, ſed quia audacia defuerit, cæteris re ipſa Cæſari ab Antonio perniciem eſſe paratã affirmo. Hic enim eum eo crimine grauauit, ut iure inſidiis abſumptus uideatẽ, dum regẽ eum nominauit, dum diadema obtulit, dum eum ſuis amicis inuiſum reddidit. Ego'ne aũt gaudeo morte Cæſaris, ad quem præter libertatem nihil inde rediit? Antonius autem eam dolet, qui omnes eius fortunas diripuit, multa ex eius commentariis mala fide egit, deniq; qui ſuccedere ei in potentia contendit? Sed, ut eò redeam unde digreſſus ſum, Antonius neq; ipſe in ſe imperatoriã ullam laudem aut uictoriæ iuſtam ſpem poſitam, neq; copias magnas aut prælio ſuffecturas habet. Militũ enim maior ac melior pars eum deſeruit, elefantis profectò ſpoliatus eſt: reliqui ad maleficia, adq; ſociorum res prædãdas quàm ad bellum gerendũ ſunt exercitatiores. quorum mores ac ſenſus uel ex eo ſatis intelligi poſſunt quales ſint, quòd etiãnum Antonii ſigna ſequuntur: ignauiæ autem, quòd Mutinam tanto tempore iam à ſe oppugnatam nondum ceperunt. Huiuſmodi ſtatus eſt Antonii, ac eorum quos ille ſecum habet. Cæſar autem, D. Brutus, quiq; his adſunt, ea ſunt cõditione, ut per ſe quidem uinci haud facilè poſsint, cum Antonianos complures milites Cæſar ſibi adiunxerit, Brutus uerò Antonium Gallia arceat. quòd ſi uerò uos etiam auxilium iis tuleritis, primùm ea collandando, quæ priuatis ipſi conſiliis egerunt, deinde acta eorum cõfirmando, ac in poſterum legitimam poteſtatem eis tribuẽdo, præterea ad bellum utrumq; Conſulem emittendo, nemo iam poſthac eorum qui cum Antonio ſunt, eum defendet: aut ſi quis omnino cum eo permaneat, cæterorum tamen omnium uim ſuſtinere non poterit Antonius: ſed uel ſponte ſua, ubi primùm de ueſtro hoc decreto certior fiet, armis depoſitis poteſtati ſeſe ueſtræ permittet, uel unico prælio in poteſtatem ueſtram ueniet. Hæc ego uobis ſuadeo: quòd ſi Conſulatum hoc tempore gererem, utiq; ipſe ea tranſigerem, ſicut antè etiam cum in Catilinam ac Lentulum, Antonii huius neceſſarium, uindicatum à me eſt. Quòd ſi quis ueſtrûm rectè hæc dici exiſtimat, legatos tamen prius à nobis ad eum mittẽdos cenſet, ac deinde cognita eius ſentẽtia, uel quieſcendum, ſi is quidem ſponte ſua ab armis diſcedat, ac ſe ueſtræ poteſtati permittat: ſin in incepto perſeueret, tum bellum contra eum decernendum eſſe (audio autem eſſe quoſdam, qui uos ad hoc cohortari uelint) is oppidò ſpecioſam uerbis, re autem & turpem & periculoſam urbi actionem ſuadet. Eſt enim omnino turpe, præconibus nos & legatis uti ad ciues: nam cum extraneis quidem rectum ac neceſſarium eſt prius per internũcios, & legatione quàm ui agi: ciuibus autem iniuſtis ſupplicia infligenda ſunt confeſtim: iudicio quidem, ſi ſententias de eis ferre liceat: ſin ad arma confugerint, bello perſequendi ſunt. Huiuſmodi enim homines omnes ſerui ſunt ueſtri & populi, & legum, ſiue uelint, ſiue nolint. neque blandiri eis, aut ita ut cum hominibus ſumma in libertate conſtitutis agere decet, ſed in eos, tanquam in fugitiuos ſeruos inquirendum, animaduertendumq; in eorum inſolentiam eſt. Quomodo autem inique comparatum non ſit, eum in exercendis contra nos iniuriis haud cunctari, nos autem ultionem morari? ipſum arma in manibus iamdudum habẽtem, hoſtiliter

Facile eſſe bellum contra Antoniũ probat.

Legatos de pace ad Antoniũ nequaquam eſſe mittendos arguit.

hoſtiliter omnia agere, nos decretis faciendis ac legatis mittendis tempus conſumere: cuiuſq; iniurias longè antè re ipſa comperimus, cum ſolis uoculis ac uerbis à nobis tractari? Qua'nam ſpe:num fore putamus, ut aliquando uerecundia correptus nobis obtemperet? Equidem fieri id nullo modo poteſt, cum eò iam progreſſus ſit, ut ne ſi uelit quidẽ, populari in ſtatu Reipublicæ nobiſcum degere poſsit: qui ſi unquam æquo ſibi iure nobiſcum uiuendum ſtatuiſſet, ne initiò quidem eas res conatus fuiſſet: quas ſi errore quodã animi, aut temeritate tentaſſet, certè ab ijſdem ultrò ſtatim deſtitiſſet. Nunc poſtquam ſemel ſua ſponte legum & Reipublicæ limites egreſſus eſt, potentiamq; inde & licentiam ſibi aliquam parauit, næ is nunquam uolẽs inſtitutum mutabit, decretaq; noſtra obſeruabit: ſed neceſſe eſt eum his ipſis armis puniri, quibus nos lædere auſus fuit. Ac nunc mihi hoc eius dictum cum primis uelim memoria repetatis, cum aliquando dixit, ſaluos uos eſſe niſi uictoria obtenta non poſſe. Ideò qui legatos mitti iubent, nihil aliud hi uolunt, niſi ut uobis moras nectentibus, ſociorum ueſtrorum res remiſsiores ac languidiores fiant: iſte autem per quietem omnia quæ inſtituit, cõficere, Decimum capere, Mutinam expugnare, Galliam uniuerſam occupare poſsit: ut nos cum rationem nullam ei reſiſtendi inuenire poſsimus, fracti animis demereri eum ac adorare cogamur. Vnum hoc de legatis mittendis addam, pòſt dicendi finem faciam. Antonius nihil de his quæ acturus fuerat, ad uos retulit, itaq; ne uobis quidem id faciendum eſt. His, alijſq; omnibus de cauſis conſulo uobis ego, ne cunctemini, aut rem extrahatis, ſed bellum ei quàm primùm inferatis: id cogitãtes, plura negocia opportunitate occaſionum, quàm uiribus eſſe rectè confecta. Qua occaſione uobis utendum eſſe, uel maximè ex hoc ipſo intelligere poteſtis, quod nunquam ego belli uobis ſuſcipiendi autor fuiſſem, pace (ſi tamen hic rerum ſtatus pacis nomen meretur) neglecta, in qua & plurimum ualeo, & honores diuitiaſq; ſum adeptus, niſi id uobis ex uſu futurum cenſuiſſem. Tibi uerò, Q. Fufi Calene, reliquiſq; qui idem quod tu ſentiunt, ſuaſerim, ut quieti ea, quæ oportet, decreta faciendi facultatem Senatui cõcedatis: neq; ueſtræ priuatæ gratiæ, qua Antonium proſequimini, cauſa, communem omnium noſtrum utilitatem prodatis. Ego quidem, P. C. ita ſum animo affectus, ut ſi meam ſententiam ſecuti fueritis, fructus libertatis incolumitatiſq; uobiſcũ libentiſsimè percepturus: ſin diuerſum ſtatueritis, uitæ mortem ſim prælaturus. Cumq; in libertate dicendi ſeruanda nunquam mortem reformidauerim, quod mihi cauſa fuit, ut res præclariſsimas gererẽ (quàm uerò egregia ſint mea facta, inde patet, quod ob acta Cõſulatus mei ſacrificia ac ferias decreuiſtis, id quod ante me cõtigit, qui quidem togatus rem geſsiſſet, nemini) iam minimè eam extimeſco, non immaturam mihi qui ante tot annos Conſul fui, futuram. (quanquã memoria tenetis, me hoc uobis in ipſo meo Conſulatu dixiſſe, ut mihi mortẽ cõtemnẽti eo facilius in omnib. obſequemini) nulla uerò mihi grauior accidere res poſsit, q̃ ſi hoſtes ueſtri mihi timendi, ſeruiendumq; uobiſcũ alicui ſit. Quorũ ego hoc quidẽ calamitatem eſſe, perniciemq; non corporis tantùm, ſed animi quoq;, gloriæq;, quę ſola nos aliquo modo ſempiternos effecit, eſſe iudico: illud uerò, mori inquã pro uobis omnia & dicẽtem & loquentẽ, immortalitati cõparo. Quæ ſi Antonius ſentiret, nunquam huiuſmodi ad res ſeſe contuliſſet, ſed mori quemadmodũ auus ipſius maluiſſet, quàm quicquam facinoribus Cinnæ, à quo is eſt interfectus, ſimile perpetrare. cum quidem Cinna paulo pòſt

Antoniũ ab incepto non deſtiturum.

Occaſio.

Cicero gloriatur ſe mori pro libertate æquo animo uelle.

ab alijs ipſe quoque huius aliorumq́ flagitiorum cauſa occiſus fuerit. Quare hoc quoque in Antonio demiror, quòd eius acta imitans, non eundem metuit exitum, præſertim cum exiſtimationẽ aliquam hæreditariò ab auo ſuo acceperit: ſed enim iam indignus eſt qui propter cognatos ſuos conſeruetur, cum neque auum imitatus fuerit, neque patris ſui hæreditatem adiuerit. Id uerò neminem latet, quòd cum multos in exilium miſſos non Cæſare modò ſuperſtite, ſed defuncto etiam, ex libellis ſcilicet eius in urbem reduxerit, patruo ſuo non ſubuenerit, ſed Lenticulum, qui cum aleam ludere ſolebat, propter uitæ nequiciam patria exterminatum reſtituerit: Bambalionem, etiam ipſius cognomenti ratione infamem, diligit: ſibi autem genere proximis ita utitur, quaſi illis ſi ſuccenſeat, quòd talibus natalibus ſit ortus. Itaque eorum facultatũ quidem hæres factus nõ eſt, in aliorum autem permultorum bona, quorum partim nec uiderat faciem, neque nomen audierat, partim uerò adhuc uiuũt, hæres ſucceſsit. Hos enim ita omnibus rebus exuit ac deprædatus eſt, ut à mortuis nihil differant.

Lenticulus. *Bambalio.*

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVADRAGESIMVSSEXTVS,
[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quæ pro Antonio Ciceroni Q. Fufius Calenus reſponderit.
Vt Antonium Cæſar & Conſules apud Mutinam uicerint.
Quomodo Cæſar Romam uenerit, ac Conſul creatus fuerit.
De coniuratione Cæſaris, Antonij, & Lepidi.

Vnico anno hæc geſta ſunt, quo Conſules fuêre
An.V.C.711. *C. Vibius Panſa Caproníanus.*
Aulus Hirtius A.F.

Oratio Q. Fufij Caleni in Ciceronẽ pro Antonio.

POSTQVA'M finem orationi ſuæ Cicerò impoſuit, Q. Fufius Calenus ſurrexit, & in hæc uerba locutus eſt: Quanquam neque Antonium defendere, neque contra Ciceronem dicere ſtatueram, ut qui in huiuſmodi, qualis præſens eſt, deliberationibus ſimpliciter ſuam unicuiq; ſententiam dicendam, non diſputandum iudicarẽ, quorum alterum in conſultatione, alterum in iudicio requiritur: tamẽ quoniam Antonium Cicero mutua inimicitia impulſus maledictis inceſsit, (quem ſi quid is deliquiſſet, in ius potius poſtulare debuiſſet) ac præterea me quoque perſtrinxit, quaſi ſuam in dicendo uim aliter quàm impudenter alijs traducendis oſtendere non poſſet, mearum eſſe partium exiſtimo, ut partim ab eo obiecta crimina refutem, partim ſua ipſi obijciam, ne audacia ei ſua uerbis à nemine inhibita, ſilentiumq́ meum cum aliqua malæ conſcientiæ ſuſpicione coniuncta proſint, ne'ue uos eius oratione inducti, odium eius in Antonium pro communi utilitate accipientes, deterius quicquam ſtatuatis. Neque uerò aliud hac oratione ei quæritur, quàm ut nos omiſſa cura de incolumitate Reipublicæ proſpiciendi, iterum ſeditionibus agitemur: neque id nunc primùm agit, ſed ab eo tempore, quo Rempublicam attigit, omnia ſurſum deorſumq́ conturbare non deſtitit. Non'ne enim ita

Ciceronem miſcendis ſeditionib. ſtudere aſſerit.

eſt,

eſt, qui Cæſarem Pompeio inimicum reddidit? qui ne in gratiam redirent,
impediuit? qui uobis perſuaſit, ut hæc in Antonium ſtatueretis, quibus irri
tatus Cæſar fuit? qui Pompeio Italia excedendi, ac in Macedoniam commi
grandi (quæ omnium eorum malorum, quibus deinceps afflicti ſumus, u-
nica cauſa fuit) conſilium dedit? Qui Milonis opera Clodium occidit, Bru-
ti manu Cæſarem interfecit? qui Catilinam ad bellum cõtra nos gerendum
impulit? Lentulum indemnatum necauit? Quare magnoperè mirum mihi
uidebitur, ſi quem antè pœnitẽtia quòd ei obtemperauiſſetis, correpti ſup-
plicio affeciſtis, ei nunc eadem dicẽti agentiꝗ parebitis. Videtis'ne ut poſt
Cæſaris obitum, rebus ab Antonio (quod ne ipſe quidem negare poteſt)
potiſsimùm conſtitutis, alienum ac periculoſum ſibi fore exiſtimans, ut in- *Abitum & reditum Ciceroni exprobrat.*
ter nos qui ad concordiam redieramus, uiueret, peregrè abiuerit? mox ubi
conturbatas iterum res intellexit, multa ſalute filio Athenisꝗ dicta, redie-
rit? Atꝗ is Antonium, quem amauiſſe hactenus dicit, contumelijs oppro-
brijsꝗ inceſsit: Cæſaris uerò, cuius patrem interemit, ipſi quoꝗ per occáſio
nem paulo pòſt inſidiaturus, partes fouet: homo natura infidelis ac turbu-
lentus, cuiusꝗ animus nullis repagulis continetur, qui omnia miſcet ac con
turbat, pluribus ipſe uicibus quàm id ad quod confugit fretum agitatus, ut
rectè nomen transfugæ inde inuenerit: isꝗ ſuo ex arbitrio uos amicos ho-
ſtesꝗ iudicare poſcit. Eum hominem uobis cauendum has ob cauſas exiſti *Ciceronis quæstus.*
mo. eſt enim impoſtor, ac præſtigiator, qui ex malis aliorum diuitias remꝗ
ſuam auget, calumniando, diripiendo, ac more canum lacerando innoxios:
idemꝗ communi in concordia diffluit ac tabeſcit. neꝗ enim huiuſmodi o-
rator amicitia beneuolẽtiaꝗ noſtrûm mutua alere ſe poteſt: nam quib. alijs
artibus eum ad diuitias, præſtantiamꝗ eam perueniſſe cenſetis? Neꝗ enim
pater ei genus opes'ue reliquit, fullo, operasꝗ in colendis uineis ac oleis lo
cans, eoꝗ quæſtu, & eluendis pannis abundè contentus uitam ſuſtentare,
ſordidiſsimo uictu interdiu noctuꝗ ſe explens. Inter quæ noſter hic educa-
tus, haud abſurdè ad meliores conculcandos & eluendos accedit, conuicijs
ex officinis ſedentarijs, triuijsꝗ depromptis inſtructus. Ergò talis cum ſis,
qui nudus inter nudos adoleueris, ſordes lanarum, fimumꝗ & merdas col-
ligens, auſus es homo impuriſsime, primûm Antonij adoleſcentiam obtre-
ctare, qui, ut ſuo genere dignum erat, pędagogis præceptoribusꝗ uſus eſt:
deinde id uitio uertere, quod Lupercalia, feſtum à maioribus ad nos dedu- *Lupercalis Antonij excuſat.*
ctum, faciens, nudus in forum uenit? Quid autem, (ô ſemper ſecundum pa
ternum artificium ueſtibus alienis uſe, atꝗ ab obuijs easꝗ cognoſcẽtibus,
ijs exute,) feciſſet aliud homo non modo ſacerdos, ſed & collegij eius prin
ceps? non'ne ducenda ea pompa, peragendum id feſtum, ſacrificandum ri-
tu à maioribus inſtituto fuit? non'ne denudandum corpus? non'ne inun-
gendum? Non hæc, inquies, criminor, ſed quòd nudus in foro conſpectus
eſt, quòd concionem talem habuit? quippe in fullonia taberna ita accuratè
quid quenꝗ deceret didicit, ut quid peccatum eſſet, uerè intelligere, eiusꝗ
cauſa obiurgare alios poſſet. Verùm ego pro his omnia quæ ad rem perti-
nent, commemorabo, nunc percontari ab eo quædam libet: Non'ne tu in-
ter aliorũ damna educatus, inter uicinorũ calamitates inſtitutus es, ideoꝗ
liberalem diſciplinam tenes nullam, hoc uero loco collegium parauiſti, ubi
meretricis in morem ſemper eum qui daret aliquis, expectas? ac quaſi leno
nes tuorum emolumentorum certos ſemper habes? ideò curioſè inquiris
quis quem iniuria affecerit, aut affeciſſe uideatur, quis quem odio habeat,

quis tui inſidias ſtruat. His ades, hinc te alis, his ſpem fortunæ obnoxiam uenditas, his in ſuffragijs iudicum obtinendis mercede conductus operam nauas. Amicum hunc ſolum quouis tempore habes, qui plurimum dat: inimicos uerò omnes quibus nihil eſt negociorum, aut qui alium quàm te patronum deligunt: quos iam in manibus tuis habes, quaſi ignorans negligis: qui uerò iam primùm ad te accedunt, eis abblādiris ac arrides, quemadmodum mulierculæ tabernarum meritoriarum ſolent. Quanto autem melius fuerat tecum actum, ſi Bambalio ipſe fuiſſes (ſi quis omninò eſt Bambalio) quàm id uitæ genus aſſumpſiſſe, in quo neceſſarium omnino eſt aut ſermonem pro iuſta cauſa uenalem habere, aut malos conſeruare: quanquam ne hæc quidem rectè præſtas, etſi triennium totum Athenis commoratus. Ita enim tremebundus ad tribunal accedere ſoles, ac ſi de uita dimicaturus: locutusq́ humile quid & exanimum, diſcedis, neq́ eorum memor quæ domi præmeditatus fueras, neq́ quod ex tempore diceres inueniens quicquam.

Timiditatem in cauſis agendis exprobrat.

Audacia enim in affirmando & promittendo omnes homines excedis: in ipſis autem certaminibus conuicijs ac maledictis exceptis, infirmiſsimus timidiſsimusq́. Putas'ue eſſe quenquam, qui ignoret nullam admirabilium earum orationum tuarum quas edidiſti, à te dictam eſſe, ſed omnes deinde conſcriptas, quemadmodum alij duces ac magiſtros equitum ex luto fingunt? Quod ſi negas, recordare quomodo Verrem accuſaueris, quanquā ex arte paterna ei aliquid adhibebas, tamen minxiſſe te. Enimuerò metuo ne dum de te accuratè ita ut mereris loquor, uidear orationem meipſo parū dignam habere. Itaq́ ea miſſa faciam, ac Gabinij quoq́ mehercle cauſam, cui cum accuſatores ſubornaſſes, deinde ita pro eo dixiſti, ut damnatus fuerit. omittam etiam libros quos contra amicos conſcribis, in quibus adeò tibi ipſi improbitatis conſcius es, ut in publicum emittere eos non audeas: certè miſerrimum eſt, ea nō poſſe negare, quæ fateri ſit turpiſsimum. ſed his miſsis, ad reliqua pergo. Nos ſanè, qui bis mille iugera agri Leontini, quod tu dicis, magiſtro dedimus, nihil ijs dignum didicimus: tuas uerò artes quis non miretur? Quæ ſunt autem eæ? Semper meliori inuidere, excellentioribus æmulari, calumniari eos qui honore præſtant, obtrectare potentibus, omnes ex æquo bonos odiſſe, ſimulare ſe amicum ijs tantum per quos malum aliquod facinus editurum te ſperes, eiusq́ rei cauſa ſubinde minores natu aduerſus ſeniores concitare: fidem tibi habentes, poſtquam in periculum adduxeris, deſerere. Quod ita eſſe, ſatis ex hoc conſtat, quòd nullam illuſtri uiro dignam rem neq́ in pace neq́ in bello confeciſti. Quo enim in bello uicimus te duce, aut quam regionē Conſule te populus Romanus acquiſiuit? Verùm tu primores ſemper fraude circumueniens, ac tibi adiungens, priuata tua negocia per eos conſequeris ex animi tui omnia ſentētia, publicè autem magna uoce proclamas impuros iſtos tuos ſermones: Ego ſolus uos amo, & (ſi res ita ferat) is, atq́ iſte: reliqui omnes uos odio habent: ego ſolus bene uobis cupio, reliqui omnes inſidiātur: his & huiuſmodi alijs uerbis nōnullos inflatos ac elatos ꝓijcis, alios territos tibi adiungis. Tum ſi quid boni eorum aliquis peregit, id tibi ſumis, tibiq́ adſcribis, dictitans te dicente, referēteq́ iſta acta eſſe: ſin aliquid ſecus cecidit, teipſum eximis, reliquos omnes culpas: num'nam ergo, dicis, ego Prætor, aut legatus, aut Conſul fui? Ita ubique omnibus conuicia facere ſoles, audaciſq́ in dicendo libertatis opinioni magis ſtudes, quàm ijs dicēdis, quæ ex uſu ſint, nihilq́ Oratoris nomine dignum oſtendis. Quæ enim res à te publica

Artes Ciceronis.

blica conſeruata aut in meliorem ſtatum poſita eſt? quem in patriam iniurium in ius pertraxiſti? quem re uera nobis inſidiantē indicauiſti? Nam, ut reliqua prætereā, ita nunc Antonium accuſas, ut nulla quidem ei iuſta pœna propterea irrogari poſsit. Quid enim cauſæ fuit, cur cùm ab initio uideres nos ab eo iniurijs premi (id enim tu affirmas) non ſtatim in eum uindicandum duceres? aut eum accuſares? Nunc nobis recenſes, quæ is Tribunus plebis contra leges feccrit, quæ magiſter equitū peccata admiſerit, quæ Conſul deliquerit, cum in prōptu fuerit tibi ſtatim de ſingulis pœnā meritā ab eo iure exigere, atque ita & tu amore ciuitatis egiſſe uideri poteras, & nos citra damnum ac periculum in eius facinora animaduertere potuiſſemus. Profectò alterutrum horum neceſſariò conſtat, aut te tum Antonij acta pro ſceleratis habuiſſe, tamē certamina pro nobis ſuſcipere noluiſſe, aut cum ſcias te nullius eum maleficij conuincere potuiſſe, nunc fruſtra cauillari: quod ſic eſſe, per ſingula Antonij facta uobis, P.C. iam nunc oſtendam.

Obijcit Ciceroni, quòd non initiò ſtatim Antonium accuſauerit.

Dixit in Tribunatu ſuo quædam pro Cæſare Antonius? nimirum dicentibus Cicerone & alijs pro Pompeio. quorſum ergo huic uitio dat, quòd Cæſaris amicitiam obſeruauit, ac ſe & alios qui contrariæ parti fauerunt, nō attingit? Obſtitit tum Antonius quibuſdam decretis, quæ contra Cæſarem parabantur: nempe Cicero omnia quæ pro eo decernebantur, impediebat. Atqui communi, inquit, ſententiæ Senatus repugnauit: qui uerò potuit id unus uir, aut ſi eius rei cauſa damnatus fuit deinde, ut hic refert, cur non ſupplicium ei impoſitum eſt? Quia fugit, aufugit ad Cæſarem. Atqui tu Cicero nuper non peregrè abieras: ſed, ſicut prius quoque, profugeras. Quare noli tua ipſius crimina ita temerè omnibus nobis impingere. Fuga enim ea eſt, qualem tu feciſti, cum iudiciū metueres, ac ipſe te ſupplicio dignum eſſe præiudicauiſſes. At uerò reditus decretus tibi eſt: quo modo, aut cuius opera, omitto quidem id dicere, ſit ſanè decretū de reditu tuo factum, neq; tu prius quàm id conſecutus es, pedē in Italia poſuiſti: Antonius autem & abijt ad Cæſarem, quæ acta eſſent annunciaturus, ac, nullo ad id opus habens decreto, redijt, deniq; totam etiam pacem amicitiamq; omnib. quos in Italia tum offendiſſet, cum Cæſare ipſe compoſuit, cuius reliqui quoque participes facti eſſent, niſi te autore profugiſſent. Quæ cum ita ſint, tamē audes dicere, Cæſarem ab Antonio contra patriam adductum, ab eo bellum ciuile excitatum, eum unicam omnium quæ ſubſecuta ſunt, nobis cauſam malorum fuiſſe? Nequaquā ille quidem, ſed tu, qui Pompeio alienas legiones & imperium tribuiſti, Cæſari ea, quæ ipſi fuerant conceſſa, adimere aggreſſus es, conſilium Pompeio & Conſulibus dediſti, ne conditiones à Cæſare latas acciperent, urbem, Italiamq; uti relinquerent: qui Cæſarem Romam aduenientem non aſpexiſti, ſed in Macedoniam ad Pompeium tranſfugiſti: neque ei quidem auxilium attuliſti, ſed ad ea quæ agebantur conniuens, pòſt infortunio afflictum deſeruiſti. Itaque ne initio quidem ei tanq; iuſtiorem cauſam agenti opitulatus es, ſed ſeditione concitata, rebusque cōturbatis, ex ſecuro loco eorum certamē ſpectauiſti: ab eo qui ſuccubuit, quaſi iniquè is quicquam egiſſet, ſtatim diſceſsiſti, ad uictorē tanquam iuſtiorem inclinauiſti. Accedit ad reliqua tua uitia tanta ingratitudo, ut non cōtentus ſalute ab eo donata, indignè etiam feras te non eſſe magiſtrum equitum factum. Horum tibi conſcius, tamē audes dicere, Non fuiſſe Antonio magiſterium equitum toto anno gerendum, neq; enim Cæſarem toto anno Dictaturam geſsiſſe. Sed hæc ſiue rectè, ſiue neceſſariò ita acta ſunt,

Acta ab Antonio in Tribunatu excuſat.

Fuga.

Ciceronē fuiſſe malorū inteſtinorum cauſam.

Acta ab Antonio Equitum Magiſtro defendit.

certè utrumq; ita decretum fuit, placuitq; uobis, placuit populo: hi tibi accuſandi ſunt Cicero, non ij quibus is honor habitus eſt, quiq; ſe tales geſſerunt, ut eo digni eſſent. Quapropter ſi is tum rerũ ſtatus fuit, ut etiam contrà quàm aliàs deceret ea fierent, cur nunc in Antoniũ ea confers, cur non tum potius (ſi quidem potueras) contradixiſti? Quia mehercle metuebas. Ergo tuæ timiditati ignoſcendum eſt, quòd tum tacuiſti: Antonio, qui tibi prælatus fuit, crimini ſua uirtus dãda eſt? Quo' nam loco hoc ius, & has leges didiciſti? At uerò abuſus eſt magiſterio equitum: quid ita? Quia, inquit, bona Pompeij emit. Quot præter eum ſunt, qui aliorũ facultates emerint, neq; ulli horum uitio id uertitur? In hunc enim finem proſcribũtur ea, & ſub haſta ponuntur, publiciq; præconis uoce proclamantur, ut ab alio emantur. Atqui Pompeij bona uenire nõ debuerũt: nos igitur peccauimus, & malè egimus, qui ea proſtituimus, aut (ut nos ac te culpa leuemus) Cæſar utique deliquit, qui id fieri iuſsit, quem tamẽ tu non incuſauiſti. Sed ſtul-

Cõtraria in Ciceronis oratione eſſe.

ticię in hac re palàm coargui poteſt Cicero, qui duo inter ſe diuerſiſsima crimina Antonio obiecerit: unum, quòd cum Cæſarem in pleriſq; rebus adiuuiſſet, multaq; idcirco ab eo recepiſſet, tamẽ deinde precium bonorũ Pompeij ab ipſo Cæſar ui exegit: alterũ, quod cum ne in paternas quidẽ poſſeſſiones ſucceſſerit Antonius, omniaq; bona pro ſua libidine dilapidauerit Charybdis inſtar, (ſemper enim aliquid Siciliẽſe nobis Cicero profert, quaſi memoria nobis exciderit, exulẽ ipſum eò profugiſſe) nihilominus id preciũ omne perſoluit. Neq; hîc tantùm egregius ille orator ꝙ maximè contraria inuicem locutus depræhendit, ſed, per Iouẽ, in hoc etiam, ꝙ modò eum omnes Cęſaris actiones adiuuiſſe, ideoq; omniũ inteſtinorũ malorũ potiſsimam cauſam fuiſſe dicit: modò timiditatem exprobat, qui nulli rei, præter quæ in Theſſalia geſta eſt, adfuerit. Id quoque inter crimina Antonio obiecta eſt, reductos eſſe ab eo exules, culpaturq;, quòd non auunculum etiam ſuum reſtituerit. Quaſi uerò quiſpiam credat, ſi is ullius reſtituendi poteſtatem habuiſſet, non primò omnium hunc fuiſſe reſtituturum, cum nullæ inter ipſos unquam interceſſerint lites, quod ipſe nouit Cicero: qui quanquã ſæpius turpiſsimis mendacijs eum traduxerit, tamen hoc dicere non eſt auſus. Adeò in nullo diſcrimine hic ponit, omne id quod in buccam uenerit, tanquam ſpiritum effundere: quæ quis tandem poſsit omnia perſequi? Iam quòd obambulans rem uerbis exaggerat, perhibetq; Antonium Magiſtrũ equitum, cum magiſtratum moleſtiſsimum omnibus reddidiſſe, ubiq; & ſemper cum gladio ſimul ac purpura, lictoribuſq; iuxtà & militibus obuerſatum: reſpõdeat mihi diſertè uelim, quid nam ad nos inde damni redierit: certè nullum dicere poterit, ac ſi potuiſſet, nihil prius ſibi dicendum putaſſet. Secus habent omnia. Trebellius erat & Dolabella, qui ſeditiones excitarent, ac omnia mala perpetrarent: Antonius neq; mali quicquam facinoris exhibuit, & omnia pro nobis egit, adeò ut cuſtodia quoq; urbis ei contra facinoroſos mandata fuerit, non modò non contradicente hoc mirabili oratore (aderat enim) ſed aſtipulante etiam. Nullum enim poteſt uerbum commemorare à ſe tum editum, cum uideret impurũ iſtum ac flagitioſum (ſic enim contumelioſè eum nominat) ad id quòd nihil rectè ageret, hanc etiam poteſtatem à uobis accipere. Sic magnus ille orator, ac ciuitatis amator, qui nunquam non id in ore ſuo habet: Ego ſolus pro libertate certo, me neq; amicorum gratia, neq; inimicorum terror à commodis ueſtris proſpiciendis depellit, ego ſi mihi pro uobis uerba facienti moriendum ſit, eum ſe-

pſum

pſum uitę exitum gratiſsimum habuero. is ergo tùm nihil horum quę nunc
magna uoce iactat, muſſare auſus eſt. Neq; id iniuria. Reputabat enim ſecũ,
adeſſe ex inſtituto maiorum Magiſtro equitum Antonio lictores & purpu
ram, uſum autem eſſe eidem gladij ac militum coutra ſeditioſos, qui nullum
certè ne extremorum quidem facinorum ſibi reliquum facturi erant, niſi is
munitus iſtis fuiſſet, quando ſic quoq; nonnulli eum contemptui habue-
runt. Hæc omnia, ac reliqua quoq; rectè, ac omnino ex ſententia Cæſaris a-
cta eſſe, res ipſæ oſtendunt: nam neq; ſeditio ulterius progreſſa eſt, & Anto
nius non modò eorum cauſa mulctatus non eſt, ſed Conſul quoq; deinde
creatus: quem magiſtratum ut geſſerit, agedum mecum conſiderate. inue-
nietis enim, ſi attentè inſpexeritis, eum urbi magnoperè utilẽ fuiſſe. Quod
cum ipſe Cicero perſpectum haberet, liuore uictus, auſusq; eſt ea repręhen
dere in Antonio, quæ uellet à ſeipſo acta fuiſſe, itaq; denudationem, unctio
nem, ac ueteres illas fabulas protulit, non quòd nunc eorum uſum eſſe ali-
quem putaret, ſed ut externarũ rerũ uituperatione luminib. ipſius Conſula
tus ſciẽter ac præclarè geſti obſtrueret, eius uiri, qui, proh Deûm atq; homi
nũ fidẽ, (altius enim q̃ tu exclamabo, ac iuſtiori de cauſa eos obteſtabor)
cum tyrannide captam urbem re ipſa eſſe uideret, quòd & exercitus Cæſa-
ri parebant, & S.P.q;.R. eidem cõcedebant, ita ut ei quandiu in uiuis eſſet,
Dictaturam darent, utq; apparatu regio uti poſſet permitterent, ipſe & ma
nifeſtiſsimè eam tyrannidẽ detexit, & tutiſsima ratione inhibuit, ita ut Cæ-
ſar uerecundia correptus, ac territus neq; nomen regis, neq; diadema (quæ
erat ſibi ipſi nobis inuitis daturus) acciperet. Si quis alius id feciſſet, quod
tum Antonius fecit, iuſſum ſe à Cæſare hoc feciſſe diceret, neceſsitatemq;
prætenderet, & ueniam haud dubiè cõſequeretur, factis iam tot noſtris de-
cretis, & in tanta militum potẽtia: ſed Antonius, cui animus Cæſaris explo-
ratus penitus erat, quiq; omnia quę is parabat, cognita exactè habebat, pru
dentiſsimè eum auertit ab inſtituto, & retinuit. cuius ſignum euidens eſt,
quòd Cæſar prorſus nihil deinde pro potẽtia egit, ſed promiſcuè præterea
ac ſine ſatellitio inter nos uerſatus eſt, quo factum eſt præcipuè, ut ea quæ
pertulit, accidere ipſi poſſent. Hæc ita egit, ô Cicero, ſiue tu Cicerculus, aut
Ciceracius, aut Cicerithus, aut Græculus, aut quocunq; tandẽ nomine gau
des, ille malè inſtitutus, nudus, & unctus, quorum nihil tu præſtitiſti, qui di-
ſertus, qui ſapiens es, qui plus olei quàm uini uſurpas, ueſtemq; uſque ad ta
los dependentem trahis, nõ quidem hiſtrionum more, qui ſuis perſonis te
uarietatẽ motuum animi docent, ſed ut turpitudinẽ tuorum crurum tegas.
Neque enim id ſtudio modeſtię à te fit, qui tam multa impudicè de uita An
tonij dixeris. Quis enim non uidet tenues iſtas tuas lænulas? Quis non ca-
norum tuorũ pectinibus comptorũ odorem percipit? Quis neſcit, quem-
admodum priore tua coniuge, quæ duos tibi natos pepererat, eiecta, aliam
uirginem duxeris, ipſe ætate decrepita, ut ex eius facultatibus æs alienũ diſ-
ſoluere poſſes? Sed ne eam quidem retinuiſti, nimirum ut liberè Cerelliam
habere poſſes, quam tanto te ætate ſuperiorem, quanto inferior ea puella
fuit quam duxeras, ſtuprauiſti, ad quam ipſam ciuſmodi literas ſcribis, qua-
les ſcribi par eſt à ſcurra, linguæq; incontinẽtis uiro, cum muliere ſeptuage
naria decertante. Hæc ut dicerem P.C., euagatus ſum obiter, ne non hac e-
tiam in parte æquũ auferret. Conuiuium etiam quoddam exprobrare An-
tonio auſus fuit, ipſe aquam, ut quidem refert, bibens, ut ſermones contra
nos elucubrare poſsit: filium uerò in tanta temulẽtia educat, ut ſobrius ne-

Conſulatus Antonij acta defendit.

Molliciem Ciceroni obijcit.

Cerelliæ cũ Cicerone adulterium.

Cicero filius temulentus.

que interdiu ſit,neq; noctu. Os etiam Antonij turpitudinis inſimulare inſtituit,ipſe per omnem uitam tanta libidine ac impuritate uſus,ut ne à propinquiſsimis ſibi abſtinuerit,uxorem proſtituerit, cum filia inceſtum commiſerit. Sed his miſsis,ad inſtitutum reuertar. Antonius, quem iſte inſectatus eſt,cum uideret Cæſarem ſeſe ſupra Rempublicã efferre, ea re, qua maximè gratiam Cæſaris captare uiſus eſt,effecit ne is ea quæ animo iam deſtinauerat,re perageret. Qui enim rem aliquam ſemel haud rectè expetitam conſequi omnino cupiunt,eos nihil magis ab inſtituto reuocat,quàm ſi hi, qui aliquid mali ab ijs expectant, præ ſe ferunt, ſibi id uolentibus euenturum: quod etſi illi conſcientia ſuæ iniuſticiæ nequaquam credunt, tamen propoſitum ſuum innotuiſſe opinantes, uerecundia metuq; corripiuntur, cumq; alioquin ſermonem,tanquam adulationem quandam, non niſi cum inquiſitione accipiant,tamen ea quæ euentura ſint cum pudore conijciunt. Quæ cum eſſent perſpecta Antonio, primùm Lupercalia ſibi delegit, ut Cæſar inter hilaritatem ac ludicram actionem abſque periculo poſſet caſtigari,deinde forum,roſtraq;, ut ipſa loca pudorem Cæſari obijceret: affinxit etiam populi mandatum, ut Cæſar eo audito reputaret non quid dixiſſet Antonius, ſed quid populus Romanus eum dicere iuſſurus fuiſſet: quis enim crederet populi hoc eſſe mãdatum, cum ſciret neq; decretum ſibi eſſe tale quicquam,& non acclamare populum ſentiret? Enimuerò debuit hæc audire Cæſar in foro Romano,quo loco ſæpenumerò pro libertate à nobis deliberatum eſt: apud roſtra, propter quæ infinitæ pro ſtatu populari ſunt conſultationes peractæ: Lupercalibus, ut Romuli recordaretur: è Conſule, ut in memoriam priſcorum Conſulum acta reuocaret: ſub nomine populi, ut ei in mentem ueniret,non in Afros ipſum,neque Gallos, Aegyptios'ue, ſed in Romanos tyrannidem moliri. Hæ illum uoces conuerterunt, hæ deiecerunt. Hæc eſt,ò Cicero, Antonij actio, cum neq; crus in fuga fregiſſet, ut ipſe effugere poſſet,neq; manum exuſsiſſet,ut Porſenam terreret,ſed Cæſaris tyrannidem ſapientia atque calliditate compeſceret, artificio ſupra haſtam Decij,& gladium Bruti laudando. Tu uerò,Cicero,quid in tuo Conſulatu, non dico ſapienter aut bene: ſed quid egiſti, quod non extremum meruerit ſupplicium? Non'ne tu urbem quietam ac unanimem perturbauiſti, ac ſeditionibus agitauiſti? forum & Capitolium cùm alijs hominibus, tum ſeruis etiam euocatis repleuiſti? non'ne Catilinam magiſtratum tantùm ambientẽ,nihil præterea mali agentem, impiè perdidiſti? non'ne Lentulum eiuſq; ſocios nullo ipſorum facinore extante, neq; accuſatos in iudicio,neq; conuictos miſeranda morte affeciſti? quanquam tam frequens ubique à te fiat legum ac iudiciorum mentio, ut ſi quis eam orationibus tuis ſubtrahat, reliquum nihil ſit futurum. Tu quidem Pompeio uitio dediſti, quòd Milonis iudicium præter inſtituta maiorum feciſſet, ipſe autem nihil ne minimum quidem eorum quæ legibus conſtituta ſunt in cauſa Lentuli adhibuiſti,ſed citra defenſionem ac iudiciũ uirum bonum, a ſenem in uincula condidiſti, qui à maioribus ſuis multa amoris in patriam pignora habebat, neque ei uel per ætatem, uel per mores licebat quicquam noui moliri. Quod enim ei adfuit incommodum, quod rerum mutatione ſanare cuperet? quæ autem ei non adfuerunt bona? de quibus omnibus ſi quid noui aggredi uoluiſſet, in periculum ei erat ueniendum. Quæ arma parauit, quos ſocios collegit? ut ita miſerè ac impiè homo Conſulatis, Prætor, nullo neq; dicto, neq; audito quod eſſet contra patriam, in carcerem poneretur, ibiq; tanquam

Antonij factũ, quòd Cæſari diadema obtulerit, laudat.

Conſulatum Ciceronis inuadit.

tanquã flagitioſiſsimus aliquis capite plecteretur? Hoc enim potiſsimùm
egregius iſte Tullius expetijt, ut in Tulliano, loco ſibi cognomini, Lentuli
illius, q quondã princeps Senatus fuerat, nepotẽ occideret. Quid uerò a-
cturũ fuiſſe eum cenſemus, ſi armatã poteſtatẽ adeptus fuiſſet, qui hæc tan-
ta atq; huiuſmodi ſolo ſermone perfecit? ſcilicet hæc tua ſunt ſplendida iſta
facinora, hæ magnæ illæ tuæ artes ac cõſilia imperatoria, ꝓpter quę non ab
alijs tantũ damnatus es, ſed ipſe proprio ſuffragio ita iudiciũ de ijs feciſti, ut
antè q̃ de re cognoſcereẽ, profugeris. Quę uerò alia maior tui paricidij po-
teſt adduci demõſtratio, q̃ quòd ferè ab his ipſis pereundũ tibi fuit, quorũ
te cauſa ea feciſſe præ te tuleras: metuiſtiq; iſtos, quos beneficio ea re affe-
ctos dicebas: neq; uel audire aliquid ex ijs, uel aliqd ipſis dicere ſuſtinuiſti,
qui diſertus, q animi bonis abundans, qui aliorũ adiutor haberi uis, ſed fuga
ſalutẽ tanquã ex prælio quęſiuiſti? Tamẽ eò impudentię proceſsiſti, ut hæc
talia cõſcribere inſtitueris, quæ ne ab ullo alio memoriæ traderentur, in uo-
tis tibi habendũ fuit, quò hoc ſaltem cõmodi ad te rediret, ut tecum res tuæ
geſtæ perirent, ne'ue ulla eorum ad poſteritatem mentio tranſmitteretur.

Tullianum.

Fuga Ciceronis.

Hiſtoriam à Cicerone conditam ſubſannat.

Sed ut ridere poſsitis, attendite hominis ſapientiam: Cum propoſuiſſet ſi-
bi omniũ huius urbis rerum hiſtoriam ſcribendam (nam & diſputatorem,
& Poetam, & Philoſophum, & Oratorem, & Hiſtoricũ ſe profitetur) non
ab urbe condita initium duxit, quod alij fecerunt, ſed à Conſulatu ſuo, ut re-
tro procedendo, initium Commẽtarij ſui Conſulatum eum, finem uerò, re-
gnum Romuli faciat. Agedũ reſponde mihi, qui ea ſcribis ac præcipis, quæ
uiro bono & dicenda ſunt, & facienda (facilius enim alijs quæ recta ſunt,
conſulere, quàm ipſe ea agere potes: faciliusq; alios culpas, quàm teipſum
emendas) quanto præſtabat te tui animi corporisq; molliciem deponere,
quàm Antonio timiditatem obijcere: te neque infidum quid facere, neque
transfugam eſſe, quàm ei infidelitatem exprobrare: te benefactores tuos
non afficere iniuria, potius quàm eum ingratitudinis accuſare. Eſt enim in
hoc homine inſitorum uitiorum id quoq; in numero, quod omnium maxi-
mè eos odit, à quibus beneficiũ accepit: cumq; cæterorum ſemper aliquos
demereatur, his nunquam non inſidias ſtruit. Nam, ut cætera tranſiliam, mi-
ſericordia ſaluteq; à Cæſare affectus, atq; in patriciorum numerum relatus,
eum occidit, nõ quidem ſua manu (qui enim id faceret homo meticuloſus
& effœminatus?) ſed ſubornatis qui id facerent: id autem me uerè loqui, i-
pſi percuſſores Cæſaris declarauerũt, cum in forum cum nudis gladijs pro-
currentes, Ciceronem uobis audientibus nominatim ſubinde uocauerunt.

Ciceronis in benefactores ſuos Cæſarẽ et Antonium ingratitudo.

Eum igitur ſuum benefactorem necauit, ac præterea Antonio, à quo & ſa-
cerdos eſt factus. & Brunduſij, cum ei periculum uitæ à militibus impendé-
ret, conſeruatus, eam gratiam refert, ut hæc quæ neq; ipſe, neque alius quiſ-
quam ullo tempore culpauit, tanquã crimina ei obtrectet, eaq; exprobret,
quæ in alijs laudare ſolet. Etenim Cæſarem, qui neq; per ætatem adhuc ad
magiſtratum capeſſendum, gerendam'ue rem aliquam publicam aptus eſt,
neque ad id à nobis delectus, cum uideat copias contraxiſſe, bellum neque
decretum à nobis, neque mandatum ſibi ſuſcepiſſe, non modò nõ accuſat,
uerùm etiam laudat: adeò neque iuſticiam ad leges, neq; utilitatem ad com-
modum Reipublicæ exigit, ſed ſua pro uoluntate omnia iudicat: & quæ in
alijs prædicat, in alijs eadem reprehendit, idq; et mendacia de uobis confin-
gendo, & uos præterea quoq; calumniando. Quæ enim poſt obitum Cæ-
ſaris acta ſunt ab Antonio, omnia iuſſu ueſtro acta eſſe repetietis. Ac de pe-

cuniæ quidem adminiſtratione, deq́ his quæ ex libellis Cæſaris acta ſunt,
dicere ſuperuacaneum exiſtimo. Nam de priori eum potius inquirere con-
uenit, qui hæres eſt Cæſaris: in poſteriori autem ſi quid omnino fuit, mala
fide actum, tunc ſtatim fuit impediendum. Non enim ſub axilla, Cicero,
furtim quicquam actum eſt: ſed te ipſo teſte, in tabulis omnia edita fuêre.
Quòd ſi Antonius adeò palàm ac impudenter, quod tu dicis, dolo malo
egit, ut præter reliqua Cretam totam Reipublicæ eripuerit, ac poſt exi-
tum Bruti præfecturæ liberam eſſe iuſſerit, tanquam ex Cæſaris literis, cum
tamen Bruto ea prouincia poſt mortẽ demum Cæſaris fuerit mandata: hęc
ſi ſunt inquam, quî fiebat ut tu taceres, ac reliqui etiam id admitterẽt? Sed,
ut dixi, hæc relinquam, quòd minor pars eorum nominatim eſt commemo
rata, quodq́ Antonius abeſt, qui accuratè uos ſingillatim de ſuis actis doce
re poterit. Verùm de Macedonia, Gallia, reliquisq́ gentibus & exercitibus
Galliã et exercitus rectè Antonio eſſe commiſſa. ueſtra extant, P.C. Senatuſcõſulta, quibus cùm alia alijs mandaueritis, Gal-
liam cum exercitibus Antonio dediſtis, idq́ Cicero etiam nouit: inter fuit
enim cum hæc decernerentur, ſuamq́ uobiſcum ſententiam dixit. At quan
to melius fuiſſet, tunc ipſum ſi quid non rectè ageretur, contradixiſſe, eaq́
quæ nunc obtendit, uos docuiſſe, quàm tum quidem ſilentem ad erratum
ueſtrum cõniuere, nunc autem uerbis quidem Antonium accuſare, re ipſa
Senatum? Neq́ enim ſanæ mentis quiſquam dicere poteſt, Antonium uos
ut hæc ſtatueretis ui adegiſſe. nam neq́ militib. tum erat inſtructus, ut uos
contra ſententiam animi ueſtri decernere quicquam cogere poſſet, & ipſa
res pro Republica acta eſt. Quippe cum Cæſar legiones præmiſiſſet, eæq́
iam conueniſſent, metus autem erat, ne audita Cæſaris nece tumultuaren-
tur, hominemq́ aliquem nequam ſibi ducem conſtituentes, bellum moue-
rent, rectè & præclarè à uobis decretũ eſt, ut Antonius ijs legionibus præfi-
ceretur, qui & Conſul eſſet, & concordiæ cõſtituendæ præfuiſſet, & Dicta
turam prorſus de Republica ſuſtuliſſet: ei igitur pro Macedonia Galliã tri-
buiſtis, ut in Italia manens neq́ mala quid fide agere poſſet, & continuò ea
quæ uos iuſsiſſetis exequeretur. Hæc eò ad uos uerba feci, ut intelligeretis
rectè uos tum rebus conſuluiſſe. Ad Ciceronem autem hoc quoq́ ſatis fue-
rat dixiſſe, quòd & adfuerit his omnibus, & uobiſcum ea decreuerit, cum
neq́ ullos haberet Antonius milites, neq́ ullum nobis terrorẽ offerre poſ-
ſet, quo ad publicam utilitatem negligendam cõpelleremur. At uerò, quan
do tum ſilentiũ tenuiſti, uel nunc expone, quid faciẽdum nobis eo tempo-
re, eoq́ rerum ſtatu fuit? Exercitus' ne ſine duce dimittẽdi? quî uerò nõ in-
numerabilib. malis Macedoniã, Italiamq́ repleturi fuiſſent? Atqui alij cui-
dam cõmittendi fuerũt. Quem autem uel oportuit potius ijs præficere, uel
quis fuit ad eam rem magis idoneus, ꝙ Antonius? qui Conſul erat, qui om-
nes res urbis adminiſtrabat, qui tanta cõcordiã in cuſtodia habuerat, qui in
finita ſuæ in Rempublicã uoluntatis documẽta dederat. Quem percuſſorũ
Cæſaris huic negocio prępoſuiſſemus, cum eſſe eis ad urbẽ alioquin tutum
nõ eſſet? Quem aduerſariorũ? cum omnib. ij eſſent ſuſpecti? Quis præter
Antoniũ autoritate tum, quis peritia excellebat? Sed nimirũ indignè fers,
ꝙ non te delegimus. Quem uerò tu magiſtratũ gerebas? Quid uerò nõ e-
giſſes, armis militibusq́ aſſumptis, qui in Conſulatu tuo, ſola dicendi arte,
ſtudijsq́ tuis (quæ ſola in tua erant poteſtate) fretus, tantos motus conci-
taueris? Sed eò reuertor, unde digreſſus ſum. Adfuiſti igitur, cum hæc An-
tonio decernerentur, neq́ contra quicquam dixiſti, ſed tanquam optimis
ac ne-

ac neceſſarijs conſilijs aſſenſiſti:neq; uerò libertas dicendi tibi deerat,ſolito ſæpius ab re oblatrare : neq; metuebas etiam quenquam . tu enim eum nudum ut exhorruiſſes, quem armatum nõ times? aut ſolum,quem nunc non reformidas tot militibus cinctum? quanquam hoc ipſo te iactas,quòd mortem(ita enim refers)cõtemnas. Quę cum ad hunc modum ſe habeant,uter tandem horum uobis,P.C,iniuſtè agere uidetur? Antonius,qui copijs à uobis ſibi creditis præeſt? aut Cæſar, qui priuatim tantas copias ſecum habet? Iterumq;, Antonius'ne, qui ad prouinciam ſibi à uobis mandatam profectus eſt,aut D.Brutus,qui eum iſta regione prohibet? Antonius'ne,qui ſocios ueſtros cogere uult,ut decretis ueſtris obtemperent,aut illi,qui præfectum à uobis miſſum non recipiunt , eum uerò cui abrogatus eſt magiſtratus,adiuuant? Antonius'ne, qui milites ueſtros retinet,aut milites,qui ducem ſuum reliquerunt ? Antonius'ne , qui nullum ex his militibus , quos ei uos dediſtis,in urbẽ adduxit : aut Cæſar,qui pecunia allectis ueteranis,huc ut uenirent perſuaſit? Ego quidem ne uerbis quidem rem opus habere exiſtimo,quin ita iudicetis, Antonium omnia ſibi à uobis impoſita rectè adminiſtrare:illis uerò alijs ſupplicium eſſe ſubeundum eorum nomine,quæ ſuo iudicio aggreſsi ſunt . Qua de cauſa etiam præſidium militum accepiſtis,ut tutò de impendentibus negocijs conſultare poſsitis, non quidem Antonij cauſa , qui neq; priuato conſilio egit quicquam , neq; ullum urbis terrorem oſtendit, ſed propter eum, qui contra Antonium exercitum conduxit, qui aliquoties intra mœnia ipſa ſuos milites habuit. Hæc propter Ciceronem à me dicta ſunt, qui iniquis nos ſermonibus prior inuaſit, cùm aliâs neq; litigator ſim,quemadmodum iſte , neque curioſus de alienis rebus, quo ſe iſte ſtudio uſquequaq; iactat:nunc quod uobis conſilium dem,idq; neq; Antonij gratia, neq; Cæſaris aut Bruti obtrectandi,ſed (ſicuti conuenit) publici commodi ſtudio motus,exponam . Ego ita iudico, neminem eorum qui in armis nunc ſunt,hoſtem à uobis eſſe iudicãdum, neq; accuratè de eorum actis inquirendum : (nam neq; præſens tempus id fert, & cum ciues noſtri illi omnes ex æquo ſint,ſiue quis eorum ſuccumbet, is nobis peribit:ſiue ſuperior euadet , aduerſum nos uires acquiret) ſed eſſe eos ciuiliter ac manſuetè tractandos,mittendosq; ad unumquenq; eorum,qui ab armis eum diſcedere,ac ſeſe militesq; in noſtra poteſtate eſſe iubeat : bellum autem nondum ulli eorum inferendum,ſed reſponſa expectanda.tùm demum eos qui paruerint iuſsis noſtris,laudandos,non obedientes autem, bello perſequẽdos nobis eſſe.Id enim & iuſtum, & conducibile uobis eſt,ne feſtinetis, aut temerè quicquam agatis : ſed pauliſper expectantes tempus mutandi propoſiti ipſis , militibusq; concedatis : deinde bellum, ſi eo opus ſit futurum, Conſulibus mandetis. Te autem,ô Cicero,adhortor, ne mulierũ more exaſpereris,ne'ue Bambalionem imiteris,neu bellum excites, ac priuati in Antonium odij cauſa publicè totam ciuitatem denuò in periculum adducas. Benè egeris, ſi cum eo in gratiam redeas, cum quo multa amicè ſæpius egiſti:ſin cum eo reconciliari nullo modo uis,at nobis tamen parce:neque concordiam eam,cuius nobis autor fuiſti, conturba,ſed reminiſcere iſtius diei, orationisq; à te in Telluris templo habitæ:aliquidq; concordię etiam huic, de qua nunc deliberamus, gratificare , ne iſtius quoque prioris tuæ orationis exiſtimationi detrahas,tanquam non ex recta ratione,ſed alio quodam ab affectu profectæ:id & ciuitati utile, & tibi glorioſum eſt futurum . Neq; exiſtimare debes,ferociam iſtam aut laudabilem eſſe, aut tutam : neq; mortem à

Oſtendit, non Antonium, ſed aduerſarios eius,in Rempublicam peccare.

Fuſij ſententia de mittendis ad utroſq; legatis.

Contemptus mortis non omnis laudabilis.

tem à te contemni gloriari debes, aut laudem inde aliquam ſperare: qui enim uitam ſuam proijciũt, eos tanꝗ ex insania quadã rem aliquã magnam tentaturos, reliqui omnes ſupectos, odioꝗ habent: quos autem plurimam ſalutis propriæ rationem habere uident, eos laudant, & prædicãt, tanquam nihil morte dignum commiſſuros. Proinde tu etiam ſi uerè incolumitatem patriæ curas, ea dic, eaꝗ age, quibus tuam ipſius quoꝗ ſalutem tuearis, nõ ea quæ nobis unà tecum exitium afferant.

Hæc poſtquam Calenus dixit, Cicero (qui ut libertate dicendi in omnes intemperanti ac nimia uti conſueuerat, ita eandem aliorum aduerſum ſe minimè ferre poterat) ſe non continuit, quin omiſſa conſultatione de Republica, ad conuicia Fuſio facienda prorueret, quæ non minima cauſa fuit, cur ea dies fruſtrà conſumeretur. Poſtridie eorum, qui Cæſaris cauſam agebãt, factio obtinuit: itaꝗ decretũ eſt, ut Cæſari ſtatua poneretur, ut inter Quæſtorios eſſet Senator, ut petendi reliquos magiſtratus maturius quàm legibus pręcipiebatur petendi ius haberet: ut pecunias quas militibus dederat, ex ærario (quia pro republica eos, priuato licet conſilio, conduxiſſet) reciperet. Prętereà decretum, ut militibus qui à Cæſare conducti fuerant, ac his qui ab Antonio diſceſſerant, perfecto hoc bello uacatio militiæ daretur, ſtatimꝗ agri diuiderentur.

Honores Cæſari & eius militibus decreti.

Legati ad Antonium miſsi.

Ad Antonium autem miſsi legati ſunt, qui eum iuberẽt Gallia, exercitibusꝗ dimiſsis in Macedoniam proficiſci: militibus eius dicerent, ut ante certam diem domũ diſcederent: ni feciſſent, hoſtium loco futuros. Senatores etiam, quibus Antonius prouincias aſsignârat, depoſuerunt, reliquosꝗ eorum loco amandandos ſtatuerũt. Hæc tum decreta ſunt: paulò poſt, priuſquam de Antonij ſententia fierent certiores, tumultum urbi impendere cenſuerunt, ueſtem Senatoriam exuerunt, bellum cõtra Antonium Conſulibus, & Cæſari, cui Prætoriam poteſtatem tribuerãt, iniunxerunt, ijsꝗ Lepidum, & L. Munacium Plancum, qui parti alicui Galliæ tranſalpinę præerat, auxilio eſſe iuſſerunt.

Lepidus. L. Munacius Plancus.

Ea ratione Antonio, iam tum bellum expetenti, ab ipſo Senatu occaſio hoſtiliter agendi præbita fuit. Is enim læto animo ea quæ decreta eſſent arripuit: ſtatimꝗ legatis exprobrauit, quòd ſecum reſpectu adoleſcentis (Cæſarem notabat) neꝗ rectè, neꝗ æquo iure egiſſent, miſsisꝗ ipſe alijs uiciſsim legatis, quò cauſam belli in Senatum reijceret, eas conditiones obtulit, quę ipſi honeſtã aliquã ſpeciem afferebãt: fieri tamẽ nullo modo poterat, ut à Cæſare eiusꝗ adiutorib. ijs ſtaretur.

Antonij reſpõſum, & conditiones ab eo latæ.

Cum enim in animo haberet, nihil eorũ quæ ei Senatus præcipiebat facere, ſatis compertum habens ne illos poſtulatorum ipſius ulli ſatisfacturos, pollicitus eſt ſe omnia quæ decreuiſſent, facturum, ut excuſationẽ quaſi eorum autoritati paruiſſet haberet: utꝗ illi cum conditiones ab ipſo latas reſpuerent, uiderentur cauſam bello præbuiſſe. Igitur pollicitus eſt, Gallia ſe diſceſſurum, exercitumꝗ dimiſſurũ, ſi Senatus ſuis militibus eadem quæ Cæſarianis eſſent decreta, præmia conferret: ac ſi Caſsius & Brutus Conſules (id enim eò petebat, ut uiros ſibi iſtos conciliaret, ne ſuccenſerent ipſi propter ea, quæ contra D. Brutum coniuratũ cum ipſis egerat) crearentur. Hæc duo Antonius petebat, quorum neutrum nouerat futurum. Neque enim Cæſar paſſurus erat, ut uel patris ſui paricidæ Conſules fierent, uel milites Antoniani eadem cum ſuis præmia accipientes, Antonium adhuc magis diligerent. Igitur neutra conditio approbata eſt, ſed bellum potius iterum Antonio indictum, militesꝗ iuſsi eum deſerere, aliaꝗ dies conſtituta: ſaga autem omnes Romani, etiam hi qui non proficiſcebantur in bellum,

ſumpſerũt: Conſulibusq́; cuſtodia urbis mandata, ac Senatuſconſultũ pro conſuetudine additum, darent operam, ne quid Reſpuplica detrimenti caperet.

Apparatus belli contra Antonium.

Ac quoniam multa ad bellum gerendum pecunia opus habebant, unuſquiſq; uigeſimam quintam ſuorum bonorum partem in commune contulit: Senatores præterea quaternos obolos in ſingulas tegulas earum ædium quas in urbe uel ſuas, uel cõducticias habebant, perſoluerunt: ad hæc multa alia locupletiſsimus quiſq; ſuppeditauerũt, arma & alia ad uſum belli neceſſaria. multæ urbes, multi etiam priuati homines ultrò donauerũt (tanta enim tum ærarium laborabat inopia, ut ne ludi quidem qui eo tempore fieri debebãt, peragerentur, paucis quibuſdam exceptis, qui ad ſoluendam religione urbem celebrabantur)

Antonianorũ actiones.

Hæc ij qui ſtudebant Cæſari, quiq́; Antonium odio habebant, promptè agebant: cæterùm pleriq; bellis iuxtà, penſionibusq́; iam defatigati, id bellum ægrè ferebant: tantoq; magis, quòd incerta partium uictoria, certum erat ei qui uiciſſet, ſeruiẽdum eſſe. Itaq; complures qui Antonio cupiebant, partim ad eum profecti ſunt: quo in numero etiam Tribuniplebis quidam, Prætoresq́; fuere: partim Romæ manentes, omnia quæ poterant, uel clàm uel apertè ea defendentes, pro Antonio agebant. inter quos Fufius etiam Calenus unus fuit.

Fufius.

Hi ueſtem non ſtatim mutauerunt, ſed Senatui perſuaſerunt, ut denuò ad Antonium legatos mitteret, atque inter eos Ciceronem, uerbo quidem, ut eum ad pacificationem impelleret, re ipſa, ut eo liberarentur.

Cicero legatus ad Antonium delectus.

ſed Cicero re intellecta, ac ueritus ſe Antonij armis permittere, legationem eam non obijt: quo factum eſt ut ne reliqui etiam proficiſcerẽtur. Interim prodigia non uilia urbi, ipſiq́; Conſuli Vibio Panſæ euenerunt.

Prodigia Panſæ et publicè oblata.

In ultima enim concione, à qua in bellum profectus eſt, uir quidam morbo comitiali laborans cõcidit, orante ad populum Conſule, eaq; die, eaq; ipſa hora qua is ad bellum profectus eſt, ſtatua ærea in ueſtibulo domus collocata, ſpõte ſua euerſa eſt: ac in ſacris quæ initio belli haberi conſueuerant, exta ab aruſpicibus propter multitudinem ſanguinis dijudicari nequiuere: interimq́; puniceam ei quidam ueſtem afferens, in effuſo cruore lapſus, caſu ſuo ueſtem contaminauit. Hæc ei oſtenta acciderunt, quę ſi priuato oblata fuiſſent, ad ſolum ipſum pertinuiſſent: quia uerò Conſulatum eo tempore gerebat, ad omnes ex æquo pertinebant. Iam matris etiam deûm ſimulacrum in Palatio, cum antè ſolis ad ortum ſpectaſſet, tunc ſponte ſua in occaſum conuerſum fuit. et Dianæ ſimulacrum, quod Mutinæ (apud quam urbem præcipuè bellatum eſt) colebatur, multũ ſanguinis, ac deinde lactis effudit. Conſules quoque ante ferias Latinas urbe profecti ſunt. quod quotieſcunq; factum fuit, pernicie ipſorum ſtetit: ſicut tum quoque ambo Conſules, ac magna multitudo de plebe, ac pòſt paulo multi equeſtris Senatoriæq́; dignitatis uiri, potiſsimumq́; pręſtantiſsimi interierũt: ac partim prælijs, partim cædibus Syllano exemplo iterum editis, omnis flos populi Romani, qui ad ea tempora ſuperſtes manſerat, ijs qui eas peregerunt cædes exceptis, abſumptus eſt.

Senatus ſibi ſuæ calamitatis autor.

Eius ſibi ipſis calamitatis autores ipſi Senatores fuerunt, qui cum unum aliquem qui optimè de Republica ſentiret, præficere rebus, eumq́; per omnia adiuuare deberent, contrà certos homines quoſdam ad opprimendos alios inſtruxerunt, ac deinde hos quoq; euertere aggreſsi ſunt: quo factum eſt, ut amicum neminem, inimicos omnes haberent.

Beneficiorum minor, quàm iniuriarum ratio à pleriſque habetur.

Diuerſo enim modo à pleriſq; mortalium iniuriæ atque beneficia accipiũtur. nam iræ quidem uel inuiti memoriam retinent, memoriam autem beneficiorũ ultrò proijciunt, hoc quòd ij uideri nolunt,

» qui tanquam imbecilliores ab alijs ſint adiuti: illud, quia nolũt ſuſpicionem » timiditatis de ſe præbere, ſi quidem iniurias ſibi illatas nõ ulciſcantur. Quæ cauſa Senatui Romano fuit, ut cum neminem unum fouerent, ſed modò hunc, modò alterum certis in negocijs adiuuarẽt, ac modò pro eo, mox aduerſus eum ſtatuta facerent, multa mala propter eos toleranda haberent, multa quoq; ab ijs ipſis paterentur. Erat enim iſtis omnibus unus belli hic ſcopus, ut populi poteſtate deleta, regnũ ſtabilirent. Ita dum utraq; pars armis de domino cui ſeruiat, diſceptaret, utriq; ſuam incolumitatem perdebant, & pro fortuna belli diuerſam exiſtimationem adipiſcebãtur. Quibus enim proſperæ erant res, ij bene conſuluiſſe, ac ciuitatis amatores eſſe dicebantur: quibus aduerſa eueniebant, ij patriæ hoſtes, & ſcelerati nominabantur. Ad eum ſtatum res tum Romanæ deuenerant, ſed iam ſingula uti acta fuerint, explicabo: id enim ad inſtituendam uitam apprimè conducere iudico, ut actiones cum conſilijs conferantur: & cùm quales eæ ſint, ex his depræhendatur, tum conſilia ipſa ex euentu cuiuſmodi fuerint exiſtimetur.

D. Brutus Mutinæ ab Antonio obſeſſus. Antonius Mutinæ D. Brutũ obſidebat, quòd is unus ex percuſſoribus Cæſaris eſſet: hoc enim prætexebat. uera autem cauſa erat, quod Gallia Brutus ſibi cedere nolebat: ſed quia eam cauſam parum honeſtã eſſe intelligebat, uidebatq; in oculis populi eſſe Cæſarem, quia eum ulturum cædem patris ſui ſperabat, eum belli, quem dixi, prætextum obtendebat, cùm obtinendæ Galliæ cauſa id ſe egiſſe ſatis ipſe oſtenderit, cùm peteret, uti Caſsius & M. Brutus Conſules deſignarentur, ſui commodi cauſa res inter ſe duas diuerſiſsimas ſimulans. Cæſar antè etiam, quàm ei id bellum Senatus mandato iniunctum eſſet, in armis fuerat, neque tamen ullam rem memoratu dignam geſſerat. Vbi quæ decreta eſſent, comperit, gauiſus eſt: id'que eo magis, quòd cum habitum ac poteſtatem prætoriam acciperet, ſacrificanti, omnium hoſtiarum (erant autem duodecim) iocinora gemina inueniebantur. Id uerò ægrè ferebat, quòd & legati & mandata ad Antonium mittebantur, ac non potius rectà ei bellum nulla per internuncios tentata pacificatione indicebatur: idq; adhuc magis, quòd animaduerterat Conſules ſeorſim ad Antonium de cõcordia ſcripſiſſe, literasq; eius ad ſenatores quoſdã ſcriptas, interceptasq;, à Conſulib. clam ſe illis redditas eſſe, quòdq; hyemis prætextu bellum neque ſeriò, neq; ſtatim à Conſulibus gerebatur. Quæ proferendi cum nullam rationem haberent, quia neq; alienos eorum à ſe animos reddere uolebat, nec perſuadere eos aut ui adigere ad rem gerendam poterat, ipſe quoq; Foro Cornelij in ocio hyematus eſt, donec Decimo metuens, ad ſubueniendum ei proficiſceretur. Is Brutus cum priùs Antonium ui repuliſſet, pòſt in ſuſpicionem uenit nõnullos in urbem ſub-

D. Bruti acta Mutinæ. miſſos eſſe ad corrumpendos milites: eos ut deprehenderet, conuocauit omnes qui intra muros aderant: paucisq; uerbis factis, locum commonſtrauit: ad eius alteram partem milites, ad alteram oppidanos ſecedere iuſsit, eaq; ratione eos qui ab Antonio uenerant, dubios utram in partem ſe reciperent, ſolosq; in medio relictos deprædendit, ac in uinculis habuit. ſecundum hoc factum undiquaq; munitionibus circundatus ab Antonio fuit. Itaq; metuens Cæſar, ne aut ui expugnaretur, aut penuria ad deditionem cõpelleretur, Hirtium ut ſecum expeditionem ad liberandũ eum faceret, com-

Cæſar & Hirtius D. Bruto ſuccurrunt. pulit. (Nam Vibius adhuc Romæ delectus habebat, & leges Antonij antiquabat.) Itaq; profecti coniunctis copijs Cæſar & Hirtius, Bononiam à præſidio deſtitutam, citra certamen receperunt, equitesq; obuiam factos

in

in fugam dederunt: ſed à fluuio, qui Mutinam præterfluit, cuſtodiamꝗ ad eum poſitam, progredi ulterius prohibiti ſunt: ut tamẽ de præſentia ſua Decimum certiorem redderẽt, ne is pactionem aliquam faceret, primùm à celſiſsimis arboribus ignes ediderunt. poſtquam id Brutus nõ intellexit, in tenuem ex plumbo ductam laminam quædam uerba inſcripſerunt, eam chartæ inſtar conuolutam urinatori cuidam noctu ad Decimum perferendam tradiderunt. Ita Brutus præſentia eorum, auxilijꝗ promiſsione cognita, ad eundem modum reſcripſit: ac deinde continenter mutuis literis quæ ex uſu eſſent, ſignificabant.

Brutus quo artificio de eorũ aduẽtu certior factus.

Antonius cum deditionem à Bruto iam non amplius ſperaret, relicto in obſidione urbis curanda L. Antonio fratre ſuo, in Cæſarem & Hirtiũ profectus eſt. Cum caſtra caſtris eſſent oppoſita, per aliquot dies equeſtria prælia leuia & dubia uictoria commiſſa ſunt: deinde Germani equites, quos cum elefantis Cæſar adeptus fuerat, iterum ad Antonium defecerũt: egreſsiꝗ caſtris cum reliquis Cæſarianis, progreſsiꝗ ante reliquos, tanquam ſoli cum hoſtibus occurrentibus conflicturi, mox conuerſi in Cæſarianos, qui nihil ſiniſtri ſuſpicantes ſubſequebantur eos, magnam ſtragem ediderunt:

Germani equites ad Antoniũ deſciſcunt.

poſt hæc cum utriuſꝗ partis pabulatores cõgreſſi eſſent, ac auxilia ſuis utrinꝗ uenirent, acri coorto prælio Antonius ſuperior diſceſsit.

Antonij uictoria.

Quib. rebus elatus, cũ appropinquare Panſam ſentiret, hoſtiũ caſtra oppugnare aggreſſus eſt, ſperãs ſe ijs captis facilius dein bellum poſſe ducere. Cum Cæſar Hirtiusꝗ partim memoria acceptę cladis, partim ſpe auxilij à Panſa, caſtris ſuos continerent, eaꝗ cuſtodirent, Antonius relicta ibi parte ſuarum copiarum, qui caſtra oppugnarent, ut & ipſe adeſſe omnino crederetur, & nemo eum à tergo adoriri poſſet, clã de nocte in Panſam Bononia tum procedentem profectus eſt, eumꝗ inſidijs exceptum uulnerauit, milites eius occidit, reliquos intra uallum incluſit: cepiſſetꝗ, ſi obſidionem uel minimo temporis ſpacio ducendam putaſſet:

Panſa ab Antonio uictus.

nunc poſtquam prima oppugnatio fruſtrà fuit, ueritus, ne tẽpus traheret, atꝗ interim à Cæſare & reliquis aliquid detrimenti acciperet, aduerſum eos contendit. Quã rem cùm Cæſar Hirtiusꝗ intellexiſſent, Hirtius ex itinere utroꝗ, pugnaꝗ defatigato Antonio occurrit, Cæſare ad caſtra defendenda relicto, eumꝗ inſigni uictoria ſuperauit.

Antonius clade ab Hirtio afficitur.

Antonio uicto, non Hirtius tantùm, ſed Panſa quoꝗ, qui aduerſum prælium fecerat, & Cæſar, qui pugnæ non interfuerat, à militibus Senatuꝗ Imperatores nominati ſunt: decretumꝗ ut ij qui eo in prælio ex Conſulum parte cecidiſſent, publicè ſepelirentur: liberisꝗ & parentibus eorum ea præmia darentur, quæ ipſi ſi uixiſſent, accepturi fuerant.

Præmia uictoriæ.

Eodem ferè tempore T. Munatium Plancum Pontius Aquila, legatus D. Bruti, atꝗ ipſe quoꝗ unus ex occiſoribus Cæſaris, prę lijs aliquot uicit:

Pontius Aquila T. Munatiũ Plancũ uincit.

Brutus Senatoris cuiuſdam qui ad Antonium transfugerat non modò non eſt ira proſecutus facinus, ſed omnem etiam ei ſupellectilem quam Mutinæ reliquerat, emiſit: quo facto animi militum Antonianorũ à duce ſuo abalienati ſunt: quidamꝗ è populo, qui cum Antonio prius ſenſerãt, ab eo diſſentire ceperunt. His ſucceſsibus acceſsit animus Cæſari, Hirtioꝗ, ita ut ad caſtra Antonij progreſsi eum ad pugnam prouocarẽt: Antonius aliquandiu metu perculſus quieuit, ſed copijs à Lepido ſibi auxilio miſsis, auctus, animum recollegit. Nam is quidem Lepidus Antonium neceſſariũ ſuum amabat, à Senatu autem contra eum euocatus erat, itaꝗ ut receptũ ad utramꝗ partem ſibi pararet, M. Silano tribuno militum exercitum ſuum ducendum dederat, ita ut expreſſe ei nõ mandaret, utri parti eum adiungeret, neꝗ ma-

Lepidi ambigua fides, eiusꝗ exercitus cum Antonio coniunctus.

M. Silanus.

niſeſtum fecerat, utri auxilium id mitteret: ſed is Silanus ſententiam Lepidi ſatis exploratam habens, ad Antonium ſua ſponte ſeſe adiunxerat. His ſup-

Antonius iterũ uictus.

perijs confiſus Antonius, cum ſubitò eruptionem feciſſet, magna utrinque edita cæde, ſuis fuſis aufugit. Hactenus Cæſar à populo Senatuꝗ auctus

Conſulum obitus.

fuit, ita ut cùm alios ſibi honores, tum Conſulatum ſperaret. nam Hirtius in capiendis Antonij caſtris, Panſa non multo pòſt ex uulneribus perierat, ita ut eorũ mortis culpa Cæſari tanquã ſucceſsionis cupido impingeretur. Senatus cum nondũ cõſtaret, ad utrã partẽ uictoria eſſet inclinatura, omnẽ poteſtatẽ, quæ ſuperioribus temporibus certis quibuſdã hominibus erat præter maiorũ inſtitutã cõceſſa, antiquârat: quæ etſi aduerſus utroſꝗ ſtatuebantur, ut uictoris cupiditas ea ratione anteuerteret, tamen in cauſa ut hæc de-

Senatuſconſultum.

cernerẽt, is erat futurus, qui ſuccubuiſſet. Itaꝗ edictum fecerãt, ne quis diutius anno cum imperio eſſet: itemꝗ ne quis ſolus annonę procurator, reiue frumentariæ præfectus eſſet. Sed poſtquam quæ res geſta eſſet acceperũt, Antonij clade læti, ueſtẽ mutauerũt, ſupplicationesꝗ dierũ LX habuerũt: omnes qui cum eo militaſſent, hoſtes iudicarunt: ijsꝗ, ſicut ipſi quoꝗ Antonio, facultates ipſorum ademerunt. Vt uerò Cæſari magnum aliquid iam præterea tribuerẽt, tantùm abfuit, ut conati ſint etiam detrahere de eius di-

D. Bruto tributa à Senatu.

gnitate, omniaꝗ quę is ſe accepturũ ſperauerat, Decimo tribuerint: cui nõ ſacrificia tantum pro re bene geſta, ſed triumphum etiam decreuerunt, eiꝗ belli reliquias mandauerunt: militib. Decimi, qui cum eo in obſidione habiti fuerant, cùm alias, tum Panſæ legiones addiderunt: ijſdemꝗ Bruti militibus collaudationes, & ea præmia, quæ antè Cæſaris militibus promiſſa fuerant, tribuerunt: cum tamen ij ad uictoriam nihil contuliſſent, ſed prælium

Pontij Aquilæ obitus, & honor.

de muro ſpectauiſſent. Aquilã qui in pugna perierat, ſtatua honorauerunt, pecuniamꝗ quam is ex ſuis bonis D. Bruti militibus impenderat cõducendis, hæredibus eius reddiderunt. Deniꝗ omnia quæ prius contra Antoniũ

Senatus in Cæſarem iniuria.

Cæſari dederant, tunc aduerſus hunc ipſum decreuerunt: ac ne is ulla ratione ad aliquam poſſet peruenire potentiam, omnes eius inimicos inſtruxe-

Sex. Pompeius rei nauali præfectus.

runt, re nauali Sexto Pompeio commiſſa, M. Bruto Macedonia, Caſsio Syria, & bello contra Dolobellam. Quòd niſi militum erga Cæſarem beneuolentiam cognitam habuiſſent, haud dubiè eos quoque ipſi ademiſſent: quia

M. Bruto Macedonia. Caſsio Syria, et bellum contra Dolobellã decretum.

tamen palàm hoc decernere non audebant, id tamẽ conati ſunt efficere, ut & inter ſeipſos diſſentirent ij, & à Cæſare. Neque enim omnes laudibus honoribusꝗ affecerunt, ueriti ne animis magis adhuc erigerentur: neque rurſus omnes præterire, ac inhonoratos relinquere uoluêre, ne eos à ſe abalienatos ad mutuam interſeſe concordiam compellerent. Itaꝗ mediam uiam ingreſsi, quoſdam collaudârunt, quoſdam prætericrunt, quibuſdam oleaginam coronam coronam ludis geſtandam dederunt, quibuſdam negauerũt: alijs bis mille quingentos denarios, alijs ne æreolum quidem dare decreuerunt: ea ratione ipſos inter ſe commiſſum iri, utimꝗ ſuam amiſſuros ſperantes. Hæc qui militibus annunciarent, non ad Cæſarem, ſed ad ipſos milites miſerunt. Cæſar magno dolore ea ex re affectus, permiſit quidem legatis, ut ſe abſente cum exercitu loquerentur: prædixit tamen eos nullum prius reſpõſum accepturos, prius quàm ipſe quoꝗ acceerſitus eſſet: ita poſtquam ad exercitum uenit, ac unà percepit quæ Roma ad ipſos mandata miſſa erant, longè adhuc arctius ſibi ex ijs militum ſuorum animos deuinxit. Nam quibus præ reliquis honor habebatũ, ij non tam prærogatiua ea gaudebãt, quàm ſuſpicabantur quorſum id ageretur, Cæſaris præſertim inſtinctu: qui-

bus

bus nullus honor deferebatur, ij non ſuis ſibi prælatis ſuccenſebant, ſed decreti ſententiam calumniati, ignominiam eam ad uniuerſos pertinere oſtendebant, omnesq́ ad iram concitabant. Quod ubi Romæ intellectum eſt, territus Senatus, ne ſic quidem Conſulem Cæſarem deſignauit (id uerò potiſsimùm expetebat) honorib. tamē Conſularibus ornauit, ut ſententiæ etiam inter Conſulares dicendæ ius haberet: quæ cum is parui admodū faceret, decreuerunt, ut proximè Prætor, ac deinde Conſul crearetur, exiſtimantes ſe ad hunc modum cum Cæſare adoleſcēte, aut puero etiam (ita enim uulgò uocabant) ſapienter planè egiſſe. Cæterùm is cùm alia indignè ferens, tum id indigniſsimè, quòd puer uocaretur, omni dilatione amputata, ad arma & uim animū adiecit, clàm cum Antonio per internuncios egit, eos qui ex prælio profugiſſent, uictos à ſe, ac à Senatu hoſtes iudicatos, collegit, apud eos frequenter Senatum populumq́ accuſauit. Quæ Romæ audita etſi aliquandiu negligebantur, tamen poſtquam Antonium cum Lepido ſocietatem coiiſſe ſenatus ſenſit, Cęſarem demereri iterū inſtituerunt, eiq́ bellum contra illos mandauerunt, ignari eorum, quæ is cum Antonio egerat. Id bellum Cæſar ſuſcepit, ſpe Conſulatus obtinendi: idq́ omni ſtudio cùm per alios agebat ut Conſul deſignaretur, tum per Ciceronē, quem ſibi collegam aſſumpturū pollicebatur: ſed cum ne ſic quidem Conſul crearetur, ſe ad bellum, quod ei Senatus iniunxerat, gerendum parare ſimulans, interim effecit, ut milites inuicem ſeſe iuramento obſtringerent, contra nullum ſe exercitum qui Cæſaris fuiſſet, pugnaturum: id uerò ad Lepidi Antoniiq́ exercitus pertinebat, qui maiori parte ex Cæſarianis militibus conſtabant. Huius ſacramenti inter milites ſuos dati cauſa Cæſar ſuſpenſo interim negocio legatos Romam quadringentos ex his ipſis militibus miſit. Verùm ea quidem ſpecies erat legationis, re autem pecuniā promiſſam, Conſulatumq́ Cæſari ut poſcerent, aduenie bant. Cum reſponſum dare, ut in re deliberatione opus habente, Senatus differret, legati iuſſu Cæſaris impunitatem iis qui Antonii partes ſecuti eſſent, petiuerunt, quemadmodum conſentaneum erat: (quod faciebant, non quòd eam impetrare cuperent, ſed ut Senatorum animos explorarent, ac iraſcendi occaſionem, ſi negaretur, eam haberent) cum non impetraſſent, nemine quidem contradicente, ſed ita multis hoc idem aliis quoq́ poſtulantibus, ut negandi honeſtam excuſationem Senatus haberet, ibi apertè iratis legatis, unus eorum curia egreſſus, gladioq́ reſumpto (inermes enim ad Senatū introiuerant) manu eum tangens: Si uos, inquit, Cæſari Conſulatū non datis, at qui hic dabit. reſponditq́ ad ea uerba Cicero, Si adhunc modū petierint, fore ut Conſulatū Cæſar obtineat: ſed ea quidem petitio Ciceroni ipſi exitiū attulit. Id militis dictum Cæſar nō reprehendit. quòd autem legati ſui in Curiam introeuntes arma deponere iuſſi ſunt, interrogatiq́ à quodam, ab exercitú ne an à Cæſare miſsi eſſent, in eo ſibi à Senatu factam iniuriam duxit, celeriterq́ iuſsis ad ſe propius accedere Antonio, ac Lepido, quē ipſum quoq́ pro eius cum Antonio neceſsitudine ſibi adiunxerat, ipſe coactus à ſuis militibus Romā cum iis contendit. eodem tempore equitem quendam, quem exploratum res ipſorum ueniſſe ſuſpicabant, interfecerunt: agros eorum, quorum diuerſa erat ſententia, infeſtauerūt, multaq́ alia maleficia eo prætextu ediderūt. Senatores aduentu eorum intellecto, pecunias ipſis antequam urbi appropinquarent, miſerunt, iis acceptis eos receſſuros ſperantes: cum uerò ii nihilominus pergerent, Cæſarem Conſulem deſignauerūt. Sed ne hoc quidem

Honores Conſulares Cæſari decreti.

Cæſaris cū Antonio & Lepido cōſpiratio.

Cicero.

Militum Cæſaris coniuratio.

Cæſaris legatio Romā miſſa, & poſtulata.

Militis dictum.

Cæſar cum armatis Romam contendit.

profuit, quòd quæ nõ ultrò, ſed ui coacti faciebant, pro ijs gratias agendas milites non putarent: ſed aſperos inde magis ſe aduerſum hos, quibus terrorem ſe inieciſſe uidebant, exhiberent. Senatus igitur eo animaduerſo, ſententiam mutauit: ijsq; interdixit, ne ad urbem accederẽt, ſed ut ultra XCIII milia paſſuũ ab ea abeſſent: ipſi ueſtẽ denuò mutauerũt, Prætorib. cuſtodiã urbis pro more impoſuerũt, cuſtodias certis locis urbis collocauerũt: Ianiculũ militũ præſidio, quos ad urbẽ habebãt, ijsq; qui ex Africa aduenerant,

Cæſar Romam occupat.

occupauerũt. Hæc agebanᵗ, dum adhuc in itinere Cæſar erat, unoq; animo omnes quotquot Romæ erant, ijs intenti erant: quemadmodum ſolent pleriq; antequam in conſpectum atq; experientiam periculi perueniant, audaces eſſe. Poſtquam autem in ſuburbana Cæſar aduenit, animos timori ſubmiſerunt: ac primò Senatorum nonnulli, deinde etiam complures ex populo ad eum tranſierunt. Itaq; Prætores etiam à Ianiculo deſcenderũt, ſeq; & milites Cæſari dediderunt. Ita Cæſar Romam nullo certamine occupauit:

Comitia Conſularia à Proconſulibus habita.

ac quia comitijs habendis interrex in tanta temporis anguſtia, pleriſque etiam qui patricios magiſtratus gerebant abſentibus, prodi nõ poterat, duo Proconſules (conſultius autem ipſis uiſum, ut de his deligendis Prætor urbanus decretũ faceret, quàm ut ipſe Conſules crearet, quòd hi duo tantùm comitia peracturi, ac nihilo potentiorem deinde magiſtratum habituri uidebantur) qui comitijs præeſſent, delecti ſunt, Cæſarq; à populo Conſul factus. Quod etſi metu armorum fiebat, tamen Cæſar, ne uim intuliſſe populo exiſtimaretur, comitijs non interfuit: quaſi uerò præſentia eius, ac nõ po-

Cæſar & Q. Pedius Conſules deſignati.

tentia reliquis terrori eſſet: ita Conſul creatus eſt, collega (ſi quidem is collega, ac non potius legatus dicendus eſt) addito Q. Pedio. Magnos id ſpiritus Cæſari addidit, quòd ea ætate, qua nemo unquã ante ſe mortaliũ, Conſulatum eſſet geſturus: præterea quòd prima comitiorum die in Campum

Augurium.

Martium progreſſus, ſex uultures, ac pòſt concionem ad milites habens, alios duodecim uidiſſet. id enim ad Romulum, auguriumq; eidem oblatum referens, regnum quoq; eius ſibi ſperabat. Ac tametſi iam antè Conſularibus ornamentis decoratus fuerat, non tamen hunc ſuum Conſulatum, ſecundum nuncupauit: idq; in ſimili re ab omnibus deinceps uſque ad noſtra tempora obſeruatum eſt. Primus enim omnium Seuerus Imperator cum

Plautianus.

Plautiano honores Conſulares tribuiſſet, cumq; deinde in Senatum adſcriptum, cum Conſulem poſtea faceret, iterũ Conſulem eſſe dixit: idq; exemplum alij deinde ſunt ſecuti. Cęſar rebus urbanis ſuo arbitrio conſtitutis, militibus pecunias diuiſit, non ijs tantùm quibus Senatus decreuerat, ſed reliquis etiam ſingulis, ut ipſe quidem præ ſe ferebat, ſuis ex facultatibus, re au-

Pecuniæ militibus ſemel datæ, in conſuetudinem à poſteris rapiuntur.

tem ipſa ex publicis. Quam pecuniæ diſtributionem alij deinde ita interpretati ſunt, ut omnibus urbanis exercitibus quæ cum armis Romam adueniſſent, neceſſariò uiritim dena iſta ſeſtertia diuidenda iudicarent. Igitur hi quoq; milites, qui ad euertẽdum Iulianum cum Seuero in urbem uenerũt, eas poſtulantes, ingentem ei nobiſq; terrorem incuſſerunt: eoſq; Seuerus,

Seueri largitio.

ignorantibus reliquis quid peterent, millenis nummis placauit. Enimuerò Cæſar militibus eo dato congiario gratias egit, idq; ex animo, quippe cum ſine eorũ præſidio ne in Curiã ire auderet: Senatui autem gratiam ſe habere ſimulauit, ac quæ ijs ui adactis adeptus fuerat, ea quaſi ab ipſis ultrò ſibi

Senatus quæ Cæſari dederit.

oblata, beneficium ſe putare fingebat. Senatores uerò gloriabantur, quòd ea ipſi ſua ſponte contuliſſent: ac præterea ipſi, quem paulo antè Conſulatu non dignabantur, id dederunt, ut peracto Conſulatu, quotieſcunque apud

exercitum

exercitum eſſet, Conſulibus quoq; tempore honore anteiret: ac cui iudicia & pœnam minati fuerant, quòd priuato conſilio copias contraxiſſet, eum alios etiam iam exercitus parare iuſſerunt: & cuius ignominia afficiendi, opprimendiq; cauſa bellum D. Bruto contra Antonium mandauerant, ei Bruti quoq; legiones adiecerunt: deniq; urbis ei cuſtodia commiſſa eſt, ut agere pro ſuo arbitrio etiam præter legum præſcripta poſſet omnia. Deinde ſecundum inſtituta maiorũ in Cæſaris familiam adoptatus eſt, nomenq; mutauit, (quanquã enim iam antè, ut fert quorundam ſentẽtia, Cæſaris nomen ſibi cum hęreditate aſſumpſerat: tamen neq; id nomen cõſtanter, neq; apud omnes gerebat, priuſquam more Romano id confirmaſſet) ac C. Iulius Cęſar Octauianus dictus eſt. Sic enim inſtitutum eſt, ut qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen eorum quę priùs geſſit aliquod, aliter paulò formatum ſeruet. Ego autem non Octauianũ eum, ſed Cæſarem nominabo, quòd ita uſus obtinuit, ut nomen id omnibus Romanorum ſummis Imperatoribus tribuatur. Cognomentum etiam Auguſti adeptus eſt idem, quo ipſo etiam poſteriores Imperatores utuntur. ſed de eo cognomine ſuo loco dicam: interim Cæſaris nomen ſatis ſit de Octauiano hoc intellexiſſe.

Cęſar adoptatus in familiã & nomen Iulij Cęſaris.

Is igitur Cæſar, ut primùm milites ſibi deuinctos, Senatum ſeruitute quadam oppreſſum habuit, ſtatim ad ulciſcendam patris cædem ſe contulit: ueritusq; ne populi aliquis inde tumultus exiſteret, non antè ſuum conſiliũ patefecit, quàm legata à patre ijs reddidiſſet: ita demum plebe etiam pecunia (quanquam ea publica fuerat, ac belli nomine cõgeſta) ſibi cõciliata, patris ſui interfectores aggreſſus eſt.

Cęſar uindicãdam patris cædem inſtituit.

Qua in re ne ui, ſed iure agere exiſtimaretur, legem tulit de quæſtionibus in eos habendis, iudiciaq; de abſentibus conſtituit: (aberant enim plerique, eorumq; nonnulli prouincijs præerant: qui uerò tùm Romæ erant, ij metu iudicij furtim urbe diſcedebant) damnatiq; ſunt abſentes non hi modò qui Cæſari manus attuliſſent, aut cum his cõiuraſſent, ſed multi alij, Cæſari non modò nõ inſidiati, ſed ne eo quidem tempore Romæ uerſati. id autem præſertim in Sextum Pompeium parabatur, qui facinoris iſtius minimè omniũ particeps, tamen, quòd hoſtis eius erat, damnabatur. Damnatis autem aqua & igne interdicebatur, eorumq; bona publicabantur: omnes autem præfecturæ, non eæ modò quæ tum ab iſtis tenebantur, ſed reliquæ etiam cunctæ amicis Cæſaris tradebant.

Percuſſoribus Cęſaris aqua & igne interdictum.

Sextus Pompeius.

Fuit inter iſtos reos etiã P. Seruilius Caſca Tribunuſplebis: isq; coniecturam de Cæſaris animo maturè faciens, ante aduentũ eius Roma diſceſſerat. aduerſus eum P. Titius collega populo in unum congregato, magiſtratu eum, quòd contra leges urbe exceſsiſſet, depoſuit, reumq; peregit.

P. Seruilius Caſca.

P. Titius Tribunuſplebis.

Verùm is Titius haud multo pòſt diem ſuum obijt, idq; quòd antiquitus iam notatũ fuerat, ſuo exemplo firmauit. Animaduerſum enim eſt neminem ab initio urbis ad ea uſq; tempora, qui collegam ſuum magiſtratu deieciſſet, ipſum annũ ſuperuixiſſe. ſic Brutus cum Collatino Conſulatũ abrogaſſet, ſtatim óccidit. Gracchus cum Octauium depoſuiſſet, cæſus eſt. Cinna Heluius cum Marullum Flauiumq; magiſtratu exturbaſſet, mox ipſe interijt.

Qui collegam ſuũ deieciſſet, annum nunquã ſuperuixit.

Porrò qui Cæſaris percuſſores poſtularent multi fuerunt, partim Cæſaris filij ſtudio adducti, partim ab alijs eò permoti: præmium enim accuſationis accipiebant, pecuniam ex bonis, & honorem magiſtratum'ue (ſi quẽ is gerebat) accuſati, uacationemq; à militia ꝑ ſe, filijsq; & nepotib. ſuis. Iudicũ aũt pleriq; reos fauore ac metu Cæſaris impulſi damnauerunt, iure ſe id facere aliqua ratione oſtendentes. eorũ alij ſecundũ legẽ de ſup-

plicio hoc latam iudicabant, alij armis Cæſaris ſuam ſententiã adſcribebãt.
Sicilius Coronãs M. Brutũ abſoluit. Inuentus eſt etiam Sicilius Coronãs Senator, qui M. Brutum aperte abſoluit, eoq; iudicio tum gloriatus eſt, occulteq; ab alijs laudatus, ac de Cæſare opinioni clementiæ occaſionem præbuit, quòd non ſtatim morte plectere tur: ſed is pòſt inter proſcriptos necatus eſt. His ita actis, Cæſar expeditionem tanquam contra Lepidum Antoniumq; fecit. Nam Antonius cum è pugna profugiſſet, eumq; neque Cæſar, quippe Decimo bellum erat mandatum, neque D. Brutus inſequeretur, quòd inimicum Cæſaris delere nollet, collectis ijs qui ex pugna ſupererant, ad Lepidum aduenerat, qui ipſe quoq; cum ſe parauiſſet tanquã in Italiam exercitus ducturus, iuſſus id Senatuſconſulto iterum mandatum acceperat, ut eo in loco, in quo tum erat, maneret. Senatores enim cum audiuiſſent Silanum Antonij rebus fauere, Lepidum, ac L. Plancum timentes, ne hi quoq; ſe Antonio adiungerẽt, miſerunt ad eos qui dicerẽt, nihil iam eorum Rempublicam opus habere. Ac ne quid ſiniſtri ſuſpicarentur, facinuſq; aliquod perpetraret, iuſſi ſunt à Se-
Vienna. natu, ijs qui quondam Vienna, quod eſt prouinciæ Narbonẽſis oppidum, ab Allobrogibus expulſi, ad cõfluentes Rhodani Ararisq; fluuiorum con-
Lugdunum ædificatum. ſederant, urbem condere. Itaque illi ſubſiſtentes, Lugdunũ (quod olim Lugudunum uocatum fuit) ædificauerunt, non quòd, ſi quidem uoluiſſent, non poſſent cum exercitibus in Italiam proficiſci, cum eo tempore nihil Senatuſconſultis ij tribuerent, qui exercitus habebant: ſed exitum belli Antoniani expectantes, interim Senatui obtemperãtes uideri, ſuaſq; res confirmare uolebant. Certè Silanum Lepidus ob initam cum Antonio ſocietatem culpauit, neq; eum ad ſe uenientem continuò ad colloquium admiſit, quinimò apud Senatum quoq; per literas eum accuſauit, ita ut laudatus ob hæc, bellumq; ei contra Silanum iniunctũ ſit. Reliquo tempore, iiſdem de cauſis neq; recepit Antonium, neque repulit: ſed paſſus in uicinia agere, ac cum militibus ſuis eum conuerſari, ipſe tamen cum eo collocutus non eſt: ubi uerò eum cum Cæſare pactionem feciſſe percepit, ipſe quoque utriſq;
M. Iuuentij interitus. ſeſe adiunxit. M. Iuuentius autem, legatus Lepidi, primò eum conatus ab hoc conſilio auertere, cum nihil efficeret, in conſpectu militum ſeipſum interfecit. Itaq; huic Senatus laudationem, ſtatuamq; & publicum funus decreuit: Lepidi autem ſtatuam in roſtris poſitam remouerũt, hoſtem eum iudicauerũt, bellumq; ijs qui cum eo erant, minati ſunt, niſi intra dictã diem ab eo diſceſsiſſent: propterea ueſtem (nam Conſulatu Cæſaris eam quam
Brutus, Caßius & Pompeius euocantur à Senatu. læto rerum ſtatu gerunt, reſumpſerant) mutauerunt, ac M. Brutum & Caſſium, Sextumq; Pompeium accerſierunt, qui bellum ijs facerent: hiſq; cunctantibus, Cæſari (quem coniuraſſe cum ijs neſciebant) id bellum commiſerunt. Proinde Cæſar id bellum, quanquam ea, quæ ſuprà demonſtraui, ut inter ſe ſibi ſacramẽto cõfirmarent milites effecerat, cùm gerendũ recepiſſet, nihil quod ad id pertineret egit: neque id eò, quòd pactionem cum Antonio, Lepidoq; per eundem factam, magni faceret, ſed quòd potentiã Antonij Lepidiq; uidebat, eoſq; ob propinquitatem generis cõſentire, nec uí à ſe poſſe ſuperari, quodq; ſperabat ſe eorũ auxilio Caſsium Brutumq;, qui iam ad magnam potentiam peruenerant, confecturum, ipſoſq; deinde unum alterius opera poſſe ſe opprimere. His cauſis etiam inuitus conuentibus ſtabat, Antonioq; & Lepido ueniam à Senatu populoq; impetrare intendebat. Ne uerò ſuſpicioni alicui de his quæ inter ipſos compoſita erant, locum daret, ipſe de uenia non retulit, ſed cum exercitu profectus urbe eſt,

tanquam

tanquam bellum ipſis facturus. Q. autem Pedius quaſi propria ex ſententia — *Antonio & Lepido uenia & reditus datur.*
retulit, ut impunitas ijs reditusq́ concederetur: neque tamen antè ea ijs data ſunt, quàm Senatus cum Cæſare eam rem, tanquam inſcio, communicauit, isq́ inuitus, militumq́ (ut ferebat) ui adactus aſſenſit. Dum hæc aguntur, interim D. Brutus initiò ut bellum contra Antonium Lepidumq́ gereret profectus, L. Plancum, qui cum Conſul ad ſequentem annum deſignatus fuerat, ſocium ſibi adſciuerat: ſed ubi ſe damnatum, eos inter ſe coniunctos reſciuit, cum aduerſus Cæſarem uellet exertitum ducere, à Planco, qui Lepidi & Antonij partes prætulerat, deſtitutus, relicta Gallia, per Illyricũ pedeſtri itinere in Macedoniã proficiſci ad M. Brutum inſtituit: præmiſitq́ milites quoſdam, dum cæteras res quas præ manibus habebat, cõſtitueret. Iis ad Cæſarem deficiẽtibus, cum reliquos etiam Antonius Lepidusq́ per ſuos cõſectati ad ſe pertraxiſſent, deſertus à ſuis, in manus inimici cuiuſdam peruenit: cumq́ iam iugulandus iniquo animo ſuum caſum ferret, ac deploraret, ſuo eum exemplo Heluius Blaſio quidam, qui propter cõmunem militiam eum amore proſequebatur, ſeipſum eo inſpiciente interficiens, ad tolerandam necem animauit. Ad hunc modũ ſublato D. Bruto, Antonius ac Lepidus, relictis in Gallia legatis, in Italiam ad Cæſarem contenderunt, ſecum maxima atque optima exercitus parte abducta: nam neque ſatis fidebant Cæſari, nque eius beneficio ſuam impunitatem ac reditum debere, ſed ea per ſe, ſuisq́ uiribus ſibi parauiſſe uideri uolebant. ad hæc ſperabant propter ſuorũ militum præſentiam Cæſarem reliquosq́ Romanos omnia quæ ipſi uoluiſſent facturos. Eo animo per prouinciam tanquã amicam ſibi profecti ſunt: quanquam ob multitudinem ac ferociam militum ei non minus quàm in bello damni iniunctum fuit. His Cæſar cum ualida militum manu prope Bononiam occurrit, ſatis paratus ad uim propulſandã, ſi quam ij inferre uoluiſſent. Sed armis contra ſe inuicẽ tum quidem opus ipſis non fuit. Etſi enim ſummis mutuò ſe odijs proſequebantur, tamen quòd æquis uiribus erant inſtructi, quodq́ mutuis priùs operis ulciſci ſuos alios inimicos uolebant, pacem ac concordiam fictam compoſuerunt. Congreſsi ſunt autem ad colloquium in inſula quadam eius fluuij, qui præter Bononiam labitur, cum æquo numero militum, nemine præterea præſente: proculq́ ab ijs quos ſecum eò adduxerant digreſsi, poſtquam unus alterum excuſsiſſet, ne quam ſub ala ſicam portaret, ſummiſſa quædam uoce collocuti ſunt, quorũ ſumma erat, de dominatione ſibi confirmanda, ac inimicis delendis, coniuratio. Ne uerò palàm rerum ſummam ad paucos ſe omnem reducere uelle uiderentur, ideoq́ aliorum inuidiæ, ac ſuorum ceptorum impugnationi locum darent, ita inter eos conuenit, ut publicè quidem ipſi tres conſtituendis adminiſtrandisq́ rebus præficerentur, idq́ nõ in perpetuũ, ſed in quinquennium: ita ut omnia ex animi ſui ſententia, etſi neq́ ad Senatum, neque ad populum de his retuliſſent, agere, magiſtratus, aliosq́ honores, quibus ipſi uellent, tribuere poſſent: priuatim autem, ne ue uiderentur omnes prouincias ſibi ipſis arrogare uelle, Cæſari Africa utraq́, Sardinia & Sicilia: Lepido Hiſpania omnis, ac Gallia Narbonenſis: Antonio reliqua omnis Gallia quæ cis ac trans Alpes iacet, tribueretur. Vocatur autem, uti ſuprà oſtendi, altera quidẽ togata Gallia, quòd reliquis uideatur eſſe pacatior, quodq́ urbanum Romanorum ueſtitum uſurpet: altera comata, quòd Galli iſti comam gerunt promiſsiſsimam, eoq́ à reliquis dignoſcuntur. Hæc ita inter ſe ſortiebantur, ut & ipſi prouincias ualidiſsimas haberẽt, & alijs opinionem

D. Bruti interitus.

Heluius Blaſio.

Antonij, Lepidiq́ cum Cæſare apud Bononiam congreſſus, & coniuratio.

Conuentus & pacta ipſorũ. Triumuiratus.

Gallia Togata & Comata.

de

digijs etiam impenderet. Signa enim eius qui urbē cuſtodiebat exercitus, araneis ſunt repleta: arma è terra cœlum uerſus adſcendere uiſa: eorum multus ſonitus auditus: in culmen ædis Aeſculapij multæ apes confluxerant: uultures complures in templo Genij P.R. ac Concordię inſederant. quibus adhuc eodem in loco commorantibus, cædes illę, quales olim Sylla proſcriptione uſus feceerat, editæ ſunt, ac tota urbs cadaueribus impleta. Nam multi intra domos, multi in compitis, in foris, in locis ſacris promiſcuè necati ſunt, eorumq́ capita pro roſtris tum quoq́ poſita: trunci abiecti, & à canibus uolucribusq́ uorati, aut in fluuiū proiecti ſunt, omniaq́ exemplo Syllanæ calamitatis acta, niſi quòd duæ tabulæ peculiares, una Senatorum, alia reliquorum hominum propoſitæ ſunt. Quod qua de cauſa ſit factum, neq́ ex alio diſcere, neq́ ipſe excogitare potui. falſum enim fuerit, ſi quis ex eo, quod numerus occiſorum quàm ſub Sylla minor fuit, conijcere uelit, unicā tantùm tabulam proſcriptionis editam fuiſſe: longè enim plures, quippe à multis, inſcripti ſunt, quanquam numerus cæſorum priorem tamen nō exceſsit, quòd nomina optimatium non promiſcuè inter uulgares, ſed ſeorſim relata, multum erroris circa eos, qui ob ſimilitudinem nominis occidendi fuiſſent, attulerant: uerùm in locum multitudinis peremptorū, alia non pauca acerbiſsima tum ſucceſſerunt mala, quantumuis Syllana tanta fuiſſe uiderentur, ut addi poſſet nihil. Verùm qui ſub Sylla eas cædes peragebant, excuſare ſe aliquo modo prætextu audaciæ, quam in nouo, ac nō antè aut perpetrato, aut præmeditato facinore adhibebant, poterant: ac pleraq́ minus malitioſè ab his fiebant, nimirum non tam conſultò, quàm fortuitò agentibus: qui uerò interficiebantur, ij repentinis ac inauditis miſerijs obruti, tolerabiliorem aliquomodo calamitatem eam habebant, quòd ex inſperato incidiſſet. Hoc autē tempore, cum Syllanæ tempeſtatis facinora alij ipſi peregiſſent, alij uidiſſent, alij recens audita memoria repeterent, ac expectatione ſimilium rerum eo quod interceſſerat tempore alij quæ additurі eſſent prioribus illis excogitaſſent, alij nouorum malorū in metum deueniſſent, illi quidem æmulatione ſuperioris ætatis facinorum, ſtudioq́ eadem nouitate quadam ſuperandi, plurima fœda opera exercebant: hi autem cum reputaſſent omnia quæ ſibi euenire poſſent, maximos animo dolores, illæſis etiamnum corporibus, tanquam iam in ijs malis conſtituti, percipiebant.

Syllanæ & Triumuiralis proſcriptionis collatio.

Prodigia.

Iam id quoque præſentia mala augebat, quòd ſub Sylla nemo, niſi eo iubente, cædebatur, ſolis ijs exceptis, qui maximas diuitias poſsidebant, (ijs enim in huiuſmodi caſu nihil contra uim potentiorum tuti eſt) tum uero non inimici modò, aut diuites, ſed etiam amiciſsimi præter opinionem peribant. Quippe etſi perpauci priuatis de cauſis Triumuiris inuiſi erant, ut ijs ea res necem afferret, tamen publicæ res, & dominationum permutationes in. cauſa uehementibus iſtis cùm amicitijs, tum odijs erant: quicunque enim unum ex his uel ſtudio, uel facto ſuo adiuuiſſet, ſtatim inimici loco reliquis habebatur, ita idem homo alicui ipſorum amicus erat, & inimicus omniū: effectumq́, ut dum quis ſuos inimicos ulciſceretur, iuxtà illis quoq́ ſummos ſuos amicos peſſundaret. Etenim cum propter ea, quæ ipſi contra ſe inuicem egerant, cùm eorum qui ſuis rebus fauiſſent, tum qui repugnaſſent, unuſquiſq́ rationem aliquam haberet, nullus tamē ipſorum aut pœnas de inimico ſuo, qui alij amicitia erat iunctus, ſumere poterat, niſi de alio contrà ei conceſsiſſet, ſed id facilè fiebat, cum ira præteritorum, ac ſuſpicio futurorum efficeret, ut præ ulciſcendi cupiditate ſalus ſociorum pror

Amici etiam Triumuirorū quare proſcripti ſint.

ſus

ſus negligeretur. Itaq; inter ſe amiciſsimos ſuos pro ijs quorum odio flagrabant, & ſummos inimicos pro ſocijs coniunctiſsimis, modò æquali numero, modo plures pro uno, uiciſsimq́; permutauerunt, uendentes, auctionanteſq́; tanquam ſub haſta poſitos: ſicubi unus alij precio par eſſe exiſtimaretur, ſimplex fiebat permutatio: qui uerò ob uirtutem aliquam, aut dignitatem, aut propinquitatem maioris precij cenſebantur, eorum interitus plurium nece compenſabatur. id enim quoq;, nimirum in bellis ciuilibus, quæ longo tempore per uarias actiones ſe extendiſſent, euenerat, ut complures etiã inter genere proximos inuicem offenſæ in factionibus incidiſſent. Sic

L. Ceſar.

Antonij L. Cæſar auunculus eius, Lepidi frater L. Paulus hoſtis fuerat. Verùm hi quidem incolumes euaſerũt: reliquorum multi ab amicis ſuis, ac neceſſarijs necati ſunt, à quibus uel maximè ſeruari eos oportuerat * de præmijs metuens, quòd M. Cato Quæſtor cum eſſet, à nõnullis qui Syllæ cædes executi fuerant, omnia bona eorum repetijſſet. * cur eum occiderent, prædixerunt, ſe nullum eorum in publicas tabulas inſcripſiſſe. Propterea cùm in alijs necandis fuerunt promptiores, tum uerò in locupletibus, etſi nequaquam eos odiſſent. Quia enim multæ ipſis admodum pecuniæ opus erant, neq; aliter militum deſideria explere ualebãt, communiter omnibus diuitibus inimicitiam indixerunt. Ea ratione inter multa alia contra legum præſcripta acta, puerum etiam quendam togam ſumere uirilem

Puer uirili toga ſumpta occiditur.

iuſſerunt, ut quaſi uir iam eſſet, interfici ab ipſis poſſet. Hæc præcipuè agebantur ab Antonio & Lepido, qui diutiſsimè à ſuperiori Cæſare in honore habiti, ac in multis magiſtratibus prouincijſq; uerſati, inimicos habebant multos. Videbantur tamen pro communione dominationis etiam à Cæſare agi, qui ipſe quidem ſui cauſa multos occidendos nõ exiſtimabat, homo natura nequaquã crudeli, ac patrios mores à puero edoctus, iuueniſq; adhuc, ac recens ad res gerẽdas progreſſus, neq; opus habebat ut odiſſet multos, & amari ipſe cupiebat. Id hinc conſtat etiam, quòd poſtquam eos collegas habere dominationis deſijt, ac ſolus rerum ſummã obtinuit, nihil in poſterum huiuſmodi egit: quinimò eo ipſo tempore non modò paucos interfecit, ſed plurimos potius conſeruauit: grauiſsimè in eos ſtatuens, qui dominos aut amicos prodidiſſent ſuos: ſumma autem benignitate utens in hos, qui eoſdem adiuuiſſent. Cuius exemplum euidens eſt, quod adducam.

Cæſaris in proſcriptione moderatio & clementia.

Tanuſia mulier illuſtris T. Vinium proſcriptum, maritum ſuum, primò in arca quadam apud Philopœmenẽ libertum depoſuit occultatum, ita ut fidem fecerit, eum mortẽ obijſſe: pòſt obſeruato tempore, quo ludi publici à quodam ſuo cognato erant faciendi, opera Octauiæ ſororis Cæſaris effecit, ut ex triumuiris ſolus Cæſar in theatrum iret, eò ipſa inſiliens, rem eam Cæſari inſcio eius aperuit, arcam inferri iuſsit, uirumq́; extraxit: itaque Cæſar miraculo rem habens, omnibus ijs ueniã dedit (nam his quoq; qui occultaſſent aliquem proſcriptũ, mors propoſita erat) Philopœmenẽ uerò etiam inter equites retulit. Neq; tantùm Cæſar quàm potuit multos cõſeruauit, ſed Lepidus quoq; fratri ſuo Paulo conceſsit, ut Miletum aufugeret, & de reliquis non inexorabilem ſeſe præbuit. Sed Antonius crudeliter, ac citra omnẽ miſericordiam non proſcriptos modò, ſed eos quoq;, qui opem ferre alicui horum auſi fuiſſent, trucidauit: eorumq́; inter cibum capiendum etiam capita inſpexit, ac ſe diutiſsimè nefario iſto ac miſerrimo ſpectaculo exatiauit. Fuluia uerò multos ipſa quoq; morte affecit, inimicitia alios impulſa, alios propter pecunias, nõnullos etiam uiro ſuo nunquam cognitos: qui cum unius

T. Vinius à Tanuſia coniuge ſua ſeruatus.

Lepidi humanitas.

Antonij & Fuluiæ in proſcriptos crudelitas.

aliquando

aliquando eorum caput uidiſſet, Hunc quidem, inquit, ego non noueram. Cum tandem Ciceronis quoq; allatũ caput eſſet, is enim in fuga depræhenſus ac iugulatus fuerat, Antonius multis in eum atrocibus conuicijs inuectus, caput pro roſtris poni iuſsit, magis conſpicuo quàm cætera loco, ut quo de loco contra ipſum concionans Cicero auditus fuiſſet, ibi caput eius cum dextra (nam hæc quoque amputata fuit) conſpiceretur. Fuluia autem id caput arreptum, priuſquam auferretur, inſultans'que amarulentis uerbis, & conſpuens, genibus ſuis impoſuit: oriq; eius aperto, linguã extractam, acubus (quales ſecũ comendi capitis cauſa mulieres ferunt) compunxit, additis crebris ac turpibus opprobrijs. Ea tamen, maritusq; eius, ſalutem nõnullis dederunt, accepta maiori ab ipſis pecunia, quàm quantam cæſis ipſis reperturos ſe ſperauerãt, in eorumq; locum, ne uacua nominum horum ſpacia eſſent, alios proſcripſerũt. Hoc unicum ab Antonio eſt bene actum, quod auunculum ſuum, matre ſua Iulia ſummis id precibus efflagitante, dimiſit. Interim uarijs modis & iugulati ſunt multi, & ſeruati: multi ab amicis cæſi, multi ab inimicis erepti: multi ſeipſos occiderunt, multos percuſſores immiſsi tanq; occiſos, incolumes dimiſerunt: qui prodidiſſent dominos aut amicos ſuos, alij ſupplicio, alij honoribus affecti, itemq; qui ſalutis ijſdem autores fuiſſent: uidelicet cum non unus aliquis, ſed tres uiri omnia, ſua propria quilibet ex cupiditate, proq; ſuo commodo agerent, ac nec amicos, nec inimicos hi eoſdem haberent, ac ſæpenumerò eum ſaluum eſſe, quem alij perire uellent, ſæpe eum perdere, quem ſuperſtitem eſſe reliqui cupiebant, ſicut uariè illi uel benè, uel malè certis hominibus uolebant, ita uarios quoq; caſus eorum euenire neceſſe fuit: quorum ego ſingulos accuratè ſcribendo perſequi omittam, rem & operoſam, & nihil magnoperè huic hiſtoriæ conducentem: quæ uerò memoratu potiſsimum digna arbitror, ea recenſebo. Herum quidam ſuam in cauernam abſtruſerat, quem cum indicio alieno iamiam periturum animaduerteret, ueſtem cum eo ſuam permutauit, heriliq; cum habitu percuſſoribus occurrit, ac pro ſuo ipſe hero occiſus eſt: herus autem diuerſis ijs, cum ſe eum quem uoluiſſent, interfeciſſe crederent, aliò effugit. Alius quidam ſimiliter omni habitu cum domino ſuo permutato, ipſe in lecticam opertam ſe coniecit, in eaq; ab ſuo domino uectus eſt: in hos cum emiſſarij incidiſſent, ſeruus ne uiſus quidem ab ijs iugulatus eſt: dominus autem tanquam famulus aliquis eſſet, dimiſſus. Hi duo benefactoribus ſuis gratiam retulerunt. Cæterùm quidã ſeruus ſtigmaticus, tantùm à domino ſuo prodendo, qui eum notis compũxerat, abfuit, ut eum paratiſsimo potiùs animo periculo eripuerit. Cum enim eũ aliquò euehens eſſet depræhenſus, perſequerenturq; eum ſicarij, quendam obuium ſibi fortè factum obtrũcauit, amictuq; huius domino ſuo tradito, cadauer rogo impoſuit: ipſe indutus ueſtem annulumq; herilẽ, perſecutoribus obuiam dedit, commentusq; eſt herum fugientem à ſe occiſum: creditumq; id ei ob exuuias & ſtigmata eſt, itaq; & hero uitam, & ſibi honores confecit. Sed horum quidem nomina non extant. Hoſiæum autem Getam filius, funere eius tanquam defuncti parato, neci ſubtraxit. Q. Ciceronem Marci fratrem filius occuluit: ac quantum in ipſo fuit, ſeruauit: nam & occultauit patrem, ne inueniri is poſſet: & cum in quæſtionem adductus omnibus tormentis interrogaretur, nihil enunciauit: ſed pater re cognita, miratus ſimul ac miſeratus filium, ultrò in publicum prodijt, ac ſe occiſoribus exhibuit. Hæc ſunt uirtutis & pietatis illuſtria opera. Popilius contrà Læ-

Ciceronis capiti ab Antonio & Fuluia inſultatũ, idq; cum dextra pro roſtris poſitum.

Fides ſeruorũ in dominos.

Filiorum in parentes pietas.

Geta Hoſiæus.

Q. Ciceronis obitus.

M. Cicero à Popilio Lenate cæſus.

nas M. Tullium Ciceronem occidit, quanquam eius beneficio cauſam pro ſe dicentis uſus: isq; ut Ciceronem occidiſſe nō ex ſermone tantùm, ſed uiſili etiam aliqua re crederetur, ſuam ipſius imaginem prope caput Ciceronis coronatā collocauit, inſcripto ſuo nomine ac facinore. quod adeò gratiam Antonij ei conciliauit, ut maiorem ab eo promiſſa pecuniam acceperit. M. Terentius Varro, tribunus plebis tum temporis, eandem cum quodam proſcripto appellationem gerens, uno excepto cognomento, cùm alioquin nihil contra triumuiros deliquiſſet, ueritus ne idem ſibi quod Cinnæ accideret, edito ſcripto eam rem declarauit, hocq; eo nactus eſt facto, ut iocis riſuq; agitaretur. Incertitudinem autem uitæ humanæ L. Philuſcius demonſtrauit, qui antè à Sylla proſcriptus, cùm periculum euaſiſſet, tum de nuò proſcriptus, & occiſus eſt. At M. Valerius Meſſala cum morti ipſum Antonius deſtinaſſet, non modò tutò ſuperuixit, ſed etiam in ipſius locum poſtmodum Conſul eſt creatus. Adeò multi ex ſummis periculis euadunt incolumes, & nō pauciores, cum maximè ſuo ſtatui fidant, intereūt: quamobrem conſentaneum eſt neq; ita ad ſubitas nos calamitates animo corruere, ut omnem ſpem proijciamus: neq; lætis inpræſentiarum rebus uſq; adeò efferri, ut prouidentiam etiam perdamus: ſed ſpem futuri in medio utriuſq; fortunæ collocatam habere, & tutò in utramque partem conſilium capere. Præterea uerò multi eorum, qui proſcripti nō fuerunt, propter diuitias ſuas inimicitias'ue perierunt: multi ex proſcriptis non modò necem euitauere, ſed pòſt etiam in patriam reuerſi ſunt, ac nonnulli magiſtratus quoq; geſſerunt. Hi autem ſe ferè ad Brutum, Caſsiumq; aut ad Sextum Pompeium recipiebant, ad Sextum uerò pleriq;: ei enim priùs claſsis imperiū fuerat commiſſum. cùmq; aliquandiu mare obtinuiſſet, etſi pòſt à Cæſare erat ea præfectura ſpoliatus, tamen proprias ſibi uires parauerat: Siciliaq; occupata, cum proſcriptus ipſe quoque inter reliquos eſſet, cædesq; iſtæ fierent, multùm hominib. eiuſdem fortunæ profuit: quippe haud procul ab Italia claſſem tenens in ſtatione, Romam, aliasq; ad ciuitates mittebat, qui duplum eius mercedis, quæ erat occiſoribus propoſita, ei qui aliquem proſcriptorum ſaluti aſſeruiſſet, ſuo nomine pollicerentur, hoſpitiumq; proſcriptis, auxilium, pecuniam, & honores à ſe promitterent. Itaq; multi ad eum omnino peruenerunt, quorum ego numerum omiſi, ſicut & proſcriptorum, & occiſorum, & elapſorum: nam multi primò in iſto albo propoſiti, deinde delcti ſunt: reliquorum complures mortem effugerunt, multi autem alij etiam occiderunt. Occiſos ne lugere quidem cuiquam licebat, ſed multi ob eam rem quoq; perierunt. Deniq; cum iam calamitatibus omnis ſimulatio eſſet uicta, ac ne fortiſsimi quidem iam ijs reſiſtere poſſent, ſed mœſticiam in omnibus ſermonibus actionibusq; præferrēt, initio anni, cum eſſet feſtum de more celebrandum, edictū eſt, ut læto eſſent omnes animo: quiq; id non feciſſet, ei mors ſupplicium eſt conſtitutum: itaq; hi coacti ſunt communibus malis, quaſi rebus in lætis, gaudere. Quanquam quid hoc referre oportuit? cum Triumuiris iſtis alios honores decreuerint, qui benefactoribus ac ſeruatoribus urbis tribui ſolebant, & coronas etiam ciuicas: neq; enim ij culpandi, quòd interfeciſſent aliquos, ſed laudandi, quod non plures occidiſſent, ſibi uidebantur: aperteq; tum ad populum dicebant, ſe neq; Marij Syllæq; crudelitatem imitari uoluiſſe, ne odio haberentur, neque Cæſaris clementiam, ne in contemplum adducti, exinde inſidijs peterentur. Hunc ad modum peractis cædibus, multa etiam circa reliquorum facultates turpiter

L. Philuſcij caſus.

M. Valerius Meſſala.

Humanæ uitæ inconſtantia.

Perfugiū proſcriptorum.

Triumuiris honores decreti.

acta ſunt. Nam quamuis uxoribus interfectorum dotem, liberis autem eorum maſculis decimam, uiceſimam fœmellis partem bonorum reddituros promiſerant, ut & iuſti & clementes uideri poſſent, tamen neque hoc niſi paucis quibuſdam repræſentatum eſt, & in reliquorum etiam bona impetus impunè factus.

Facultates ut à Triumuiris direptæ, pecuniaq́; coacta ſit.

Primùm eam mercedem domorum, quæ inhabitationis nomine annua pendebatur, ab ijs qui cõducticias ædes habitarent, totam: ab ijs qui proprias poſsiderent, dimidiam, non Romę modò, ſed per totam Italiam exegerunt. Deinde alteram partem redituum ijs, quibus prædia eſſent, ademerunt: prætereà milites, ac alimenta ab ijs urbibus, in quibus hyemabatur, ſine precio ſibi ſuppeditari iuſſerunt. Iam dimiſsis ſuis per uniuerſam regionem, qui bona aduerſariorum (qui etiamnum ſupererãt, ac quòd intra prædictum diem non deſtitiſſent ab incepto, hoſtes iudicati fuerant) inuaderent, etiam reliqua direpta ſunt ab ijs omnia.

Militibus diripiendi facultas data.

Suis enim, quò paratiores ad omnia eos haberent, ſi mercedem ante labores accepiſſent, hæc agere permittebant: ijſdemq́; urbes & agros ſe daturos recepiebãt: quiq́; agris diuidendis & condendis urbibus præeſſent uiros conſtituebant, ea ratione uulgus militum ij ſibi deuinciebant. Cæterùm primores partim poſſeſſionibus occiſorũ ineſcabant, eas uel uili precio, uel gratis omnino tribuentes, partim magiſtratibus, ſacerdotijſq́; honorabant. Vt autem tutò præſtãtiſsima prædia atq́; ædificia ipſi occupare, ac quibus uellent, dare poſſent, edixerunt ne quis eorum qui nihil empturus eſſet, in forum ueniret: qui ſecus feciſſet, morte mulctatum iri: qui uerò ueniſſent, eos ita tractauerũt, ut cum ea quæ licitati eſſent, plurimi emere cogerentur, nemo deinde emendum ſibi quicquam ſtatueret. Proinde interfectorum magiſtratus ac ſacerdotia, non ex præſcripto legum, ſed ſuo arbitrio alijs tribuerunt:

Magiſtratuum collatio.

Cæſar conſulatu (quem adeò appetitum, ut bellum eius adipiſcendi cauſa ſuſciperet, ultrò deponebat) ſeſe cum abdicaſſet, eiuſq́; collega deceſsiſſet, P. Ventidium Prætorem, cum alio quodam Conſulem creauerũt, Præturamq́; eius Aedili cuidam tradiderunt: omnibuſq́; pòſt Prætoribus, magiſtratũ, quem quinq́; adhuc dies geſſerãt, abrogauerunt: ijſq́; in prouincias emiſsis, alios in eorum locum ſubſtituerunt: leges alias antiquârunt, alias pro ijs ſtatuerunt: utq́; uno uerbo dicam, omnia ex ſui animi ſententia egerunt, adeoq́; omnia ſuo pro arbitrio ac cupiditate adminiſtrârunt, ut regnũ Cæſaris (cuius regni nomen inuidiæ obnoxium, ac propter eam deletum non accipiebant) aureum fuiſſe oſtenderint.

Cæſar Conſulatu ſe abdicat.

P. Ventidius Conſul.

Hæc igitur eo anno geſſerunt, ac prætereà templum Serapidi Iſidiq́; decreuerunt.

An. V. C. 712.

M. Lepido iterum, L. Planco Coſs. iterum tabulæ proſcriptionis propoſitæ ſunt, nemini mortem imponentes, ſed uiuis facultates adimentes.

Proſcriptio noua, qua bona adimebantur proſcriptis.

Cùm enim opus haberent pecunijs, nimirum multum militibus debentes, magnoſq́; ſumptus ipſi in ijs rebus quas agebant facientes, maioreſq́; adhuc impenſas bella quæ erant præ manibus requiſitura exiſtimantes, hac eas ratione cogebant. Enimuero uectigalia, quæ partim prius abrogata, tum renouabantur, partim noua conſtituebantur: penſioneſq́;, quas multas de agris, mancipijſq́; exigebant, mediocrem tantûm hominibus moleſtiam afferebant. Id uerò uehementer omnes dolebant, eos qui diuites utcunq́; eſſent, non Senatores tantûm equiteſ'ue, ſed libertos etiam, ac tam mulieres quàm uiros proſcribi, ac nouas quaſdam decimas ijs imperari: nam uerbo quidem decima pars bonorum ab unoquoq́; eorũ exigebatur, cum re ipſa nemini ne decima quidem pars ſuorum relinqueretur, cum non certa quædam pecuniæ ſumma pro ratio-

ne facultatum pendi iuberetur, ſed cuiuis ſuarum ipſi æſtimandarum neceſſitas incumberet, ac deinde quaſi non uerè ſuum cenſum profeſsi eſſent, delati, etiam reliquum perderent. Quod malum ſi qui effugiſſent, tamen tributis his in arctum redacti, cùm argenti magna eſſet apud eos penuria, ſic etiam quodammodo omnibus ſuis rebus ſpoliabantur. Erat & aliud quoddam, auditu difficile, difficilimum re ipſa inuentum: Concedebatur ei, qui ultrò bonis ſuis omnibus ceſsiſſet, ut deinde eorum trientem repetere poſſet, id uerò erat, neq; accipere quicquam, & inane negociũ ſuſcipere: Qui enim ui apertè beſſe ſuorum bonorũ ſpoliati erant, quo nam modo ij trientem recepiſſent, præſertim tam uili precio cum ea uenderentur? quod fiebat partim ea ex cauſa, quia multorum facultatibus ſimul uenum propoſitis, ac pleriſq; auro argentoq; carentibus, cæteris emere nihil audentibus, ne ſi quid poſsidere adhuc uiderentur, id quoq; amitterent, precia omnium rerum imminuta erant: partim quòd milites omnia quàm maximo uendebant. Itaq; nemo ciuis, qui à militia uacabat, quicquã alicuius precij ex ſuis bonis retinere poterat, cum ad onera cætera hoc quoq; accederet, quòd ſeruos ad claſſem, etiam emptos ſua pecunia, ſi cui mancipia non eſſent, dare, ac Senatores uias ſuis ſumptib. curare cogebant. Soli aũt ij, qui arma gerebant, diuitijs abũdabãt. Hi neq; ſtipendio ſuo, quãtumuis plus q̃ ſufficiẽti, neq; auctarijs plurimis quanquã illis, cõtenti, neq; cædiũ præmijs amplisſimis, neq; prædijs, quorũ ipſis poſſeſsiones gratuitò propè modum obtigerant: inſuper alij bona defunctorũ omnia petierũt atq; impetrârũt, alij ui in ſenum, quibusq; liberi non eſſent, genera ſeſe intulerũt, adeoq; auariciæ impudentiæq; progreſsi iam erant, ut quidem Attiæ, quæ Cæſaris mater tum diem clauſerat, publicaq; ſepultura honorata fuerat, ab ipſo Cæſare bona poſceret. Præter has actiones Triũuiri Cæſarẽ quoq; ſuperiorẽ ſummis honoribus affecerunt. Nam ipſi quoque ad regnum aſpirantes, percuſſores eius (ut impunitatem ſibi ipſis quoque pararent) reliquos ulciſcebantur, & quæ ad eius honorem ſpectarent, promptè admodum agebant, ſpe ijſdem quoq; olim ſe dignos iudicatum iri: itaque non modò decretis honoribus eum adornauerunt, ſed alia ipſi quoque adiecerunt. Igitur Calendis Ianuarijs iuramento ſeſe, aliosq; obſtrinxerunt, omnes eius actiones ſe ratas habituros (noſtro tempore fit pro omnibus ſummis Imperatorib. ſiue uiuis, ſiue iam defunctis, ac non per ignominiam eo faſtigio deturbatis) ſacellũ ei in foro, eo in loco, ubi crematus fuit, erexerunt: ſtatuam eius in equeſtribus certaminibus quandam cum alia Veneris ſtatua inuexerunt: Si qua eſſet uictoria annũciata, ſupplicationes ſeorſim pro uictore, ſeorſim ipſi iam mortuo decreuerunt: imperauerunt, ut natalis ab omnibus animo læto, lauroq; coronatis celebraretur: qui id neglexiſſent, ij execrationibus Iouis Cæſarisq; ipſius haberẽtur obnoxij, ac ſi Senator, aut filius Senatoris in eo deliquiſſet, is multam decies ſeſtertiûm penderet. Ac quoniã die Cæſaris natali Apollinares ludi fiebant, pridie eius diei Natalicia Cæſaris peragi iuſſerunt, quòd Sibyllino oraculo interdictum eſſet, ne ea dies alij cuidam deo præter Apollinẽ feſta eſſet. His ei honoribus tributis, diem cædis eius, qua ſtatutum erat ut ſemper Senatus ageretur, atram eſſe pronunciarunt, domumq; in qua cæſus fuerat, ſtatim obſtruxerunt: Curiam Iuliam ab eo dictam, ex decreto prius facto ædificauerunt propter Comitium. Edixerunt porrò ne in funeribus eorum qui Cæſari ſanguine iuncti fuiſſent, Cæſaris, nimirum qui uerè deus eſſet, ulla imago (ſicut tum adhuc pro antiquiſsima conſuetudine

Militum auaricia, et impudentia.

Attia mater Cæſaris.

Triũuiri quos honores Cæſari ſuperiori detulerint.

Natalicia Cæſaris.

Curia Iulia.

conſuetudine fiebat) geſtaretur: ac ne quis impunitatis cauſa in eius ſacellum confugiens, inde eijceretur aut abriperetur, quod nemini ne deo quidem tribuerant anteà, ijs quæ ſub Romulo acta ſunt, exceptis. quanquam id Romuli Aſylum etiam, poſtquam is multitudinem uirorum eius nomi- *Aſylum.* ne collegit, deinde titulum tantùm loci ſancti inuiolatiꝗ habuit, non rem, ita obſeptum, ut nemo omnino in id poſſet intrare. Virginibus porrò Ve- *Veſtalium lictores.* ſtalibus dederunt, ut ſingulis lictoribus uterentur, eò quod quædam ex ijs à cœna ſub ueſperam domũ reuertens, cum quæ eſſet ignoraretur, uim paſſa fuerat. Magiſtratus autem urbanos in multos annos iam tum antè deſignauerunt, ut ijs & neceſſarios ſuos honorarẽt, & ſucceſsione magiſtratuũ eorum adiuti, rerum ipſi quàm diutiſsimè potirentur. His ita confectis, Lepidus Romæ permanſit, urbem (ſicuti ſuprà demonſtrauimus) Italiamꝗ omnem gubernaturus, Cæſar autem & Antonius ad bellum profecti ſunt. Brutus enim & Caſsius, primò ſecundum pactionem cum Antonio ac reli- *Bruti & Caſsij res geſtæ ſecundum necem Cæſaris.* quis compoſitam, in forum prodierant, eodemꝗ quo prius ordine Præturas ſuas geſſerant. Poſtquam uerò nonnulli mortem Cæſaris indignè ferre cepiſſent, profecti urbe, in prouincias ſibi mandatas properãtes, (erat quidem tum Prætor urbanus Caſsius, nec dum Apollinares ludos curauerat, uerùm eos per collegam Antonium abſens etiam ſplendidiſsimè peregit) ac non ſtatim Italia relicta in Campania ſubſiſtentes, obſeruarant quæ agerentur, Romam interim aliquoties ad populum tanquam Præturam adhuc adminiſtrantes miſsis literis. Cæterùm ubi Cæſar Octauianus ad res gerendas acceſsit, plebemꝗ ſibi deuincire inſtitit, ibi ſimul ſpe popularis Reipublicæ ſtatus tenendi abiecta, ſimul Cæſarem metuẽtes, ex Italia ſoluerant: Athenasꝗ delati, magnificè accepti, ac cum eſſent etiam ferè ubique locorum propter factum ſuum honorati, ab Athenienſibus etiam æreæ ſtatuæ *Athenienſes Bruto & Caſsio ſtatuas ponunt.* eis iuxta Harmodium ac Ariſtogitonẽ, tanquam horum imitatoribus, poni iuſſæ fuerant. Interim Brutus ac Caſsius, cum audirent Cæſarem augeri, Creta ac Bithynia (eò enim miſsi erant) neglecta, quòd eas ſibi prouincias non magnoperè profuturas iudicarent, ad occupandas Syriam ac Macedoniam animum adiecerũt, nihil quidem ad eos pertinentes eas, ſed quòd eo tempore pecunia copijsꝗ florebant. Itaque Caſsius ad Syros, notos ſibi, & amicos à Craſsi expeditione, contendit: Brutus Græciam, Macedoniamꝗ ſibi adiunxit. Id quo facilius poſſet, eò fiebat, quòd alioquin ob gloriam rei *Brutus quẽadmodum Græciam & Macedoniam in ſuã poteſtatem redegerit.* geſtæ, ſpemꝗ ſimilis facti ab ijs populis colebatur, quodꝗ multos ſecũ milites habebat, quos partim etiam tunc à Pharſalica pugna ibi uagantes, partim cum Dolobella ex Italia profectos, ac uel ob morbũ relictos, uel ab ordinibus dilapſos, ad ſe receperat, accepta etiam ex Aſia à Trebonio pecunia. His inſtructus, nullo omnino labore Græciam, in qua nihil admodum militum erat, occupauit. In Macedoniã autem uenit eo ipſo tempore, quo C. Antonius eòdem peruenerat, ac Q. Hortenſius, qui antè præfuerat ei re- *C. Antonius.* gioni, diſceſſum parabat: neꝗ tamẽ laboris quicquam ibi ſuſtinuit, cùm & *Q. Hortenſius.* Hortenſius ſtatim ſe cum eo coniungeret, & Antonius prohibitus, Romæ tum rerũ potiente Cæſare, quicꝗ eorũ quæ ſummi eſſent magiſtratus agere, nihil uirium habebat. Vatinius autem, qui Illyrijs finitimis præerat, inde *Vatinius.* profectus, Dyrrhachiũ occupauit, Bruto in tota diſſenſione ciuili aduerſarius: ueruntamen ei nihil detrimenti ualuit iniungere, cum à militibus in odio haberetur, ac propter morbum contemptus, ad Brutum ijs tranſeuntibus deſereretur. His quoꝗ aſſumptis, Brutus ad Dyrrhachiũ aduerſus An-

toniũ profectus, obuiã ſibi euntes milites ad ſe ut transferrent ſigna effecit, eumq́ intra muros confugientẽ obſedit, per proditionẽ aũt in ſuã poteſtatem redacto pepercit. His rebus geſtis cum totam Macedoniam Epirumq́ cepiſſet, literis ad Senatum datis, ei quæ geſsiſſet expoſuit, ſeq́ & milites ac

Bruto Macedoniæ & Graciæ præfectura à Senatu mandatur.

prouincias in eius poteſtatẽ tradidit. Senatus, quòd iam tum ſuſpectũ habebat Cæſarẽ, ſummoperè eum laudatũ, omnibus illis regionibus præeſſe iuſsit. Quo Senatuſconſulto confirmato ſibi imperio Brutus maiora iam conari cepit, ſubditis ſibi ad hoc per omnia iam obtemperantibus: ac Cæſari per epiſtolas, ut Antonio (adhuc enim eum à Cæſare oppugnari putabat) reſiſteret, ac ſecum in gratiam rediret, ſuaſit: ipſe autem ſe ita comparabat, ut ſi Senatus euocaret, in Italiam traijceret. Sed poſteaquam Cæſar rerum Romæ protinus potitus, apertè de ſui patris interſectoribus ſupplicium ſtatuit: Brutus ſuo loco remanens, id conſideratè intendit, quomodo aduenientem eum profligare poſſet. His intentus, cùm alia per Macedoniam negocia optimè curauit, tum exercitum ad ſeditionem à C. Antonio concita-

C Antonius inter milites Bruti ſeditionem miſcet.

tum pacauit. Is Antonius, quanquam prætorijs quidem etiam ornamentis à Bruto ipſi relictis, tamen non contentus ocio cum incolumitate, adeoq́ honore frui, ad defectionem Bruti milites ſolicitabat: ſed maturè depræhenſus, priuſquam aliquod malum dare poſſet, inſignibus prætorijs priuatus: ac in liberam cuſtodiam, ne quid noui mouere poſſet, traditus, ne ſic quidem quieuit, ſed magis etiam quàm antè nouas res molitus eſt: ita ut milites inter ſe quoq́ ad dimicationem uenirent, ac nonnulli ad eripiendum i-

Brutus ut tumultum militũ compoſuerit.

pſum Apolloniam contenderent. Brutus re per interceptas quaſdam eorũ literas præcognita, eorum conatum irritum fecit, Antonio tanquam ægroto in currum opertum coniecto, atq́ ex urbe elato: igitur milites cum neq́ inuenire Antonium poſſent, & Brutum metuerent, collem quendam urbi imminentem occupauerũt. Eos Brutus ad deditionem perduxit: paucosq́ audacisſimorum uel interficiens, uel ab exercitu remouens, ita animos militum mouit, ut relegatos tanquam cauſam præcipuam ſeditionis appræhenderint, necauerintq́: Quæſtorem autẽ, & legatos Antonij dedi ſibi ad ne-

Bruti clementia.

cem poſtulârint. Sed Brutus neque eos dedidit ipſis, ſed iniectos in naues, tanquam ſubmerſurus, in tuta loca amandauit: & ueritus ne ſi ea quæ Romæ acta fuiſſent, terribilius quàm res ferret annunciata audiuiſſent, iterum à ſe defectionem cogitarent: relicto Apolloniæ Antonio, eiusq́ cuſtodia C. cuidã Clodio mandata, ipſe cum maxima ac ualidisſima exercitus parte

Bruti in Aſiam profectio.

in ſuperiorem Macedoniã abijt: ac deinde hinc in Aſiam tranſmiſit, ut ſuos milites quàm longisſimè ab Italia ſeductos, ibi ex ſubditorum opibus ale-

Deiotarus.

ret. In Aſia cùm alios auxiliarios ſibi parauit, tum Deiotarum, quanquã & extrema ſenectute uirum, & qui priùs auxilium Caſsio denegauerat. Dum in Aſia Brutus agit, Gellius ei Poplicola inſidiatur: Antonium autem M.

C Antonius necatur.

frater miſsis ad hoc negociũ nonnullis eripere conatur. Itaq́ C. Antonium Clodius cum ſaluum retinere nequiret, necauit, ſiue proprio uſus conſilio,

Gellius Poplicola inſidias Bruto & Caſſio ſtruit, dimiſſusq́; cum eorũ hoſtibus ſe coniungit.

ſiue Bruti iuſſu: fertur enim Brutum, cum prius ſummam ſalutis C. Antonij curam habuiſſet, pòſt intellecta D. Bruti nece, eam abieciſſe. Gellius autem inſidiarum cõuictus, nullo ſupplicio eſt affectus: nam eum cum ſemper inter primos amicum ſibi Brutus duxiſſet, ac M. Meſſalam fratrem eius Caſſio coniunctisſimum uideret, miſſum fecit. Sed idem Gellius pòſt Caſsio quoq́ perniciem machinatus eſt, iterum quidem impunè; cum mater eius

Palla.

Palla maturè cognitis inſidijs, Caſsio metuens ne ijs opprimeretur (uehe-

menter autem eum diligebat) filio uerò, ne depræhenderetur, ipſa ultrò inſidias Caſsio detexiſſet: ac filij ſalutem præmium habuit, ne ſic quidem meliorem factum, quin à ſuis benefactorib. ad Cæſarem & Antoniũ tranſfugeret. Brutus ubi primùm M. Antonij conatũ, ac mortem C. Antonij cognouit, ueritus ne qui etiam alij ſe abſente noui motus in Macedonia exiſterent, in Europam feſtinatò ſe recepit: regioneꝗ Sadali, qui ſine liberis decedens, eam P. R. reliquerat, recepta, in Beſiorum ingreſſus regionem, eo animo, ut & in eorum maleficia uindicaret, & nomen ſibi Imperatoris (quò facilius contra Cæſarem & Antonium bellum gerere poſſet) adipiſceretur, utrunꝗ Rhaſcypolide regulo magnoperè adiuuante perfecit. Hinc in Macedoniam progreſſus, omnibusꝗ ſuam in poteſtatem redactis, in Aſiam reuectus eſt. Hæc Brutus egit: qui etiam numiſmati quod faciebat, ſuam imaginem cum pileo ac duobus pugionibus incidit, eo, & inſcriptione declarans, Patriam à ſe & Caſsio eſſe in libertatem uindicatam. Eodem tempore Caſsius in Aſiam anteuerſo Dolobella ad Trebonium traiecit: acceptaꝗ ab eo pecunia, permultos ſibi equites, ex his qui à Dolobella in Syriã præmiſsi fuerant, multosꝗ item alios Syrios ac Cilices adiunxit: tum Tarcondinotum, ac Tarſenſes ad ſocietatem ſecum ineundam compulit: hos quidem inuitos. nam adeò Cæſari priori, ac eius gratia etiam poſteriori fauebant, ut urbem ſuam pro Tarſo Iuliopolin uocauerint. his actis in Syriam uenit, ibiꝗ & populum & exercitus omnes nullo certamine ſuos fecit. Erat tum is ſtatus Syriæ. Cæcilius Baſſus equeſtris ordinis uir, cum ſub Pompeio militaſſet, Tyrum deinde ſe receperat: ibiꝗ in eo loco, ubi mercatorum negociationes exerceri ſolent, latitârat. Nam tũ Syriæ Sextus Iulius præerat, quem Quæſtorem ac propinquum ſuum Cæſar in ſua ex Aegypto contra Pharnacem expeditione omnibus ijs regionibus præfecerat. Baſſus igitur primùm uitæ uſuram admodum ſatis habens quieuerat: pòſt ſui ſimilibus nõnullis ad ſe receptis, ſibiꝗ militibus Sexti diuerſis temporibus, aliquib. ad cuſtodiã urbis uenientibus, cõciliatis, cum multæ res aduerſæ Cæſaris ex Africa nunciarentur. non contentus iam priori ſorte, ſiue ut Scipionem, Catonemꝗ & Pompeios adiuuaret, ſiue ut ſibijpſi potentiam aliquam pararet, ad nouas res conſurrexit: depræhenſusꝗ in hoc à Sexto, antequam ſeſe parauiſſet, auxilium ſe Mithridati Pergameno ad occupandum Boſporum parare dixit, habitaꝗ ſibi fide dimiſſus eſt. Deinde ex literis, quas à Scipione ſibi miſſas fingebat, retulit, Cæſarem in Africa uictum interijſſe, ſibiꝗ imperium Syriæ mandatũ. itaꝗ cum ijs quos ad hoc inſtruxerat militibus Tyrum occupauit: hincꝗ ad Sexti copias procedens, ab obuio ſibi facto eo uictus, uulnus accepit. Secundum id acceptum incommodũ, ui quidem agere quicꝗ in poſterũ nõ conatus eſt: ſed miſsis ſuis ad milites, qui certas ſpes ipſis proponerẽt, adeò eorũ quoſdã ſibi adſociauit, ut Sextũ ipſi trucidarẽt. Sexto mortuo, Baſſus omnẽ exercitũ, præter paucos qui Apameæ hyemauerãt, quos inde ante ſuũ aduentũ egreſſos in Ciliciã uſꝗ inſecutus fruſtrà fuit, ad ſe pertraxit: reuerſusꝗ in Syriã, Prætor nominatus eſt, Apameamꝗ occupauit, ut eam domicilium quaſi belli haberet: omnes qui ualida eſſent ætate, nõ liberos tantũ, ſed ſeruos etiã, ad militiã delegit, pecuniã cõfecit, arma fabricauit. Hæc eum agentem, C. Antiſtius quidam obſidione circũcluſit: ac cùm aliquandiu æquis uiribus certaſſent, neuterꝗ præualere alteri poſſet, inducijs nullo pacto firmatis, ad auxilia paranda bellum ſuſpenderunt. Antiſtio finitimi qui Cæſaris rebus ſtudebant, miſsiꝗ Roma milites à

Brutus in Europam redit, Beſſos uincit, Imperator dicitur.

Bruti numiſma.

Caßij res in Aſia geſtæ.

Cæcilij Baßi in Syria acta.

Sextus Iulius.

Sexti Iulij interitus.

Apamea.

C. Antiſtij contra Baſſum acta.

Cæſare acceſſerũt, Baſſo autem Alchaudonius Arabs. Is cum (ut ſuprà retuli) antè cum Lucullo pactum iciſſet, deinde uerò Parthis contra Craſſum ſuppetias tuliſſet, tum ab utroq; aduocatus, cum in medium intra urbem ac caſtra locum adueniſſet, ac prius quàm alterutri quicquam reſponderet, auxilium ſuum uenale propoſuiſſet, Baſſo plura danti ſe coniunxit, ac in pugna ſagittis longè ſuperior hoſtib. fuit. Parthi quoq; à Baſſo euocati, aduenerant, ſed ob hyemem non diu adfuerunt, neq; memorabile quicquam egerunt.

M. Criſpus.
L. Statius Murcus.

Baſſus uerò cum aliquandiu præualuiſſet, poſtea à M. Criſpo, & L. Statio Murco iterũ eſt in obſidione habitus. Ad hunc ſtatum rebus Syriæ perductis, Caſsius ſuperuenit, ac cõtinuò omnes urbes gloria rerũ in Quæſtura à ſe geſtarũ, reliquoq; eius nomine adductas in ſuam poteſtatẽ, exercitusq; item Baſsi ac cæterorũ ſine ullo labore redegit.

Caßius Syriã, & omnes in ea exercitus, in ſuam poteſtatem accipit, itemq; Iudæã.
Prodigium.

Cùm uno loco cum his omnibus caſtra Caſsius locaſſet, repentè magna uis aquæ de cœlo decidit, apriq; omnibus portis ſimul in caſtra irruẽtes, omnia quæ in ipſis erant, confuderunt ac conturbârunt, adeò ut quidam ex ijs potentiã eius mox futuram, ac paulo pòſt interitum aduenturum præſagierint. Syria occupata Caſsius in Iudæam contendit, quòd eò progredi Cæſarianos milites in Aegypto relictos audiret: eos, Iudæosq; nullo cum negocio ſui iuris fecit: ſecundum hæc Baſſum, & Criſpum, reliquosq; qui ſub ſe militare nollẽt, nulla iniuria affectos dimiſit.

Statius Murcus Caßij claſſis præfectus.

Statio autem & eam dignitatẽ cum qua ad ſe uenerat, integram reliquit, & claſſem præterea commiſit. Sic uires paruo temporis ſpacio Caſsius nactus, Cæſari de reditu in gratiam, Senatui de præſenti ſtatu rerum eadem quę Brutus ſcripſit, eiq; his de cauſis Senatus imperiũ Syriæ confirmauit, ac bellum contra Dolobellam decreuit.

Dolobella Trebonio Smyrnæ per fraudẽ necato, hoſtis iudicatur.

Dolobellæ Syria prouincia fuerat decreta, Conſulq; Roma ad eam capeſſendam profectus, in itinere per Macedoniam ac Thraciam anno ferè circumacto in Aſiam uenit. Ibi commoratus, ut de Senatuſconſulto ei annunciatũ eſt, in Syriam progrediendũ non exiſtimans, in Aſia remanſit: ac Trebonio ita uſus eſt, ut is ſummam ſibi Dolobellæ beneuolentiã polliceretur, eius militibus alimenta ultrò daret, ac cum eo citra omnem metum conuictum haberet. Quam ad confidentiã poſtquam Trebonius deuenit, ac nulla ſui ipſius cuſtodia uſus eſt, Smyrnã (ibi enim degebant) repentè noctu Dolobella occupauit, Trebonium interfecit, eiusq; caput ad Cæſaris ſtatuam proiecit, omni ipſe Aſia deinde potitus eſt.

Trebonij interitus.

Hæc cum Romani in urbe audiuiſſent, Dolobellã hoſtem iudicauerũt (nondum enim Cæſar neque Antonium uicerat, neq; res urbis ſuæ poteſtatis fecerat) ijs qui cum eo erant, diem nominauerunt, ante quam diem ab eius amicitia diſcederent, aut ipſi quoque hoſtium loco eſſent: bellum contra eum Conſulibus omnino, ſi præſentia negocia confeciſſent, mandauerunt, (neque enim ſciebant iam à Caſsio Syriam obtineri) ac ne interim Dolobellæ uires augerentur, finitimarum nationum præfectis negocium dederunt: pòſt de Caſsij rebus certiores facti, ei bellum id mandauerunt, cum nihildum à præfectis iſtis actum eſſet.

Dolobellæ acta in Cilicia.

Proinde Dolobella ad hunc modum Aſia occupata, in Ciliciã uenit, (erat tum in Palæſtina Caſsius) Tarſoq; per ſpontaneã deditionem recepta, quædam præſidia Caſsij quæ Aegis erant, uicit, ac in Syriam inuaſit, reiectusq; ab Antiochia, præſidio urbem defendente, Laodiceam abſq; omni oppugnatione cepit, oppidanis ſe ob fauorem quo priorem Cæſarem proſecuti fuerant dedẽtibus. Ibi locorũ cum aliquot dies potentia obtinuiſſet, præſertim claſſe cum ſua celeriter ex Aſia ſubſecuta, ad Aradum traiecit, ab his quoq;

pecuniam

pecuniam & naues accepturus: quo in loco depræhenſus cum paucis, ac in periculo cõſtitutus, fuga elapſus, Caſsio iam exercitum adducenti obuiam dedit, uictusq́ ab eo pugna, ac Laodiceæ circumſeſſus, oppugnatusq́ eſt. A terra quidem omnino excludebatur, cum Caſsius & alij, & Parthorum auxilijs uteref, nauibus tamẽ Aſianis, Aegyptijsq́, à Cleopatra, pecuniaq́ quam eadem miſerat, ualebat. Verùm poſtquam Statius claſſe collecta, in Laodicenſem portum nauibus ingreſſus, occurrentes ſibi prælio nauali ſuperauit, ac mare etiam ei obſtruxit, ibi tandem utraq; ex parte ſubuectione neceſſariarum rerum interclusus, cum ob penuriam excurſione tentata, in urbem ſtatim compulſus eſſet, uidens ſe deſtitutum, metuensq́ ne uiuus in hoſtium manus perueniret, ſeipſum interfecit, idemq́ M. Octauius Legatus eius fecit. Eos, quanquam Trebonium inhumatum proieciſſent, tamen ſepultura dignatus eſt Caſsius: quiq; eorum caſtra ſecuti ſupererant, quanquam erant ab ijs qui Romæ erant, hoſtes iudicati, nihilominus ſalute eos donauit, impunitateq́. neq; Laodicenſes præter impoſitam penſionem ulla mulcta affecit, atq; idem compluribus poſtea ipſi perniciem ſtruentibus etiam ſupplicia remiſit.

Caßius Dolobellam uictum Laodiceæ obſidet, & ad mortem adigit.

Statij naualis uictoria.

M. Octauij interitus.

Interim Tarſenſes Tullium Cimbrum, qui Bithyniç præſidebat, ipſe quoq; unus ex Cæſaris percuſſoribus, ad opem Caſsio ferendam properantem conati tranſitu Tauri prohibere ſunt, mox eius clauſtra metu correpti deſerentes, quòd multas cum Cimbro eſſe copias putabant, pactionem cum eo fecerũt: pòſt intellecta militũ eius paucitate, neq; urbe eum receperunt, neq; commeatum ei ſuppeditarunt. Itaq; Cimber auxilium Caſsio ferre, quàm Tarſum expugnare potius exiſtimans, caſtello ipſis obiecto in Syriam abijt. Tarſenſes eò cum armatis profecti, caſtello eo occupato, aduerſum urbem Adana (quæ urbs uicina ipſis, ſemper controuerſiam cum ipſis habuerat) quam Caſsij partibus fauere dicebant, arma uerterunt. Caſsius de hoc certior factus, dum adhuc uiueret Dolobella, L. Rufum cõtra Tarſenſes miſit: deinde uerò ipſe quoq; aduenit, ac cum Tarſenſes iam Rufo deditionem feciſſent, omni eos publica priuataq́ pecunia mulctatos, ſupplicio nullo alio affecit. Tarſenſes autem à Triumuiris (qui iam Romæ rerum potiebantur) laudati ſunt, ſpesq́ eis facta, fore ut pro ijs quç amiſerant, aliquid reciperent:

Tullius Cimber.

Tarſenſes Caſsio infidi, ideq; mulctati ab eo.

Adana.

L. Rufus.

Iidem Triumuiri Cleopatræ propter auxilium Dolobellæ ſubminiſtratum dederunt, ut eius filius Ptolemæus, cui tanquam ex Cæſare nato Cæſarionis cognomentum dederat, rex Aegypti diceretur. Caſsius rebus in Syria ac Cilicia conſtitutis, in Aſiam ad Brutum profectus eſt. Eò enim conueniebant, cum iam de coniuratione triumuirorum comperiſſent, ac de his quæ contra ſe ab ijs acta eſſent, arctioremq́ adhuc rerum omnium ſocietatem inibant: itaq; eandem cauſam belli habentes, idemq́ periculum timentes, ſententiamq́ de tuenda populi Rom. libertate adhuc in animis ſuis retinentes, iſtosq́ Triumuiros, quorum huiusmodi eſſent facta, tollere, ſicut antè Cæſarem, cupientes, ſumma cum alacritate in medium conſulebant, eandemq́ cauſam agebant. Conuenit autem inter eos, ut in Macedoniam ſe conferrent, ac uel eò tranſire hoſtem prohiberẽt, uel ipſi in Italiam traijcere occuparent. Verùm poſteà quàm eos adhuc rebus Romæ componendis intentos eſſe acceperunt, Sexto etiam in propinquo aduerſum eos ſtationem ſeruante, occupatos fore iudicantes, id quidem ſuum propoſitum diſtulerũt: ipſi uerò circumeuntes, aut legatos ſuos emittentes, eos qui nondum ſecum amicitiam iunxiſſent, ſui iuris fecerunt, pecuniam & milites cõtraxerunt. Hoc agentibus alij omnes qui in iſtis par-

Cleopatræ filius à Triumuiris rex Aegypti factus.

Cæſario.

Caßij & Bruti in Aſia cõgreſſus, ac deliberatio.

tibus terræ agebant, ac prius de ſocietate compellati non fuerant, ſtatim acceſſerunt. Ariobarzanes tantùm, & Rhodij, Lycijq́; etſi non reſiſtebant, ſocietatem tamen detrectauere. Eos Brutus ac Caſsius ſuſpicati aduerſæ parti cupere, quòd eſſent beneficijs à ſuperiore Cæſare affecti, ueritiq́; ne quid ſe abſentibus mouerent, ac reliquos etiam ad mutandam fidem concitarẽt, primò omnium ſibi aggrediendos eſſe ſtatuerunt: ſperantes ſe eos, quibus & armis longè eſſent ſuperiores, & beneficia liberaliter conferrent, facilè aut ſuadendo, aut ui ad ſuam amicitiam perducturos.

Caßius Rhodũ capit.

Caſsius igitur Rhodios nauali pugna (quanquam ij tantum re nautica fidebãt, ut ad Caſsium in continentem quoq́; adnauigauerint, eiq́; compedes oſtenderint, quas ſecum attulerant, tanquam multos hoſtium uiuos capturi) primò apud Myndum, deinde Statij opera ad ipſam inſulam Rhodum ſuperauit, magnitudine ac numero nauium, ipſorum peritiam uincẽs: ab his pugnis ipſe in Rhodum aduectus, cum neq́; reſiſterent iam, & ipſe inſulam, in ea disciplinę cauſa aliquando uerſatus, diligeret, nauibus Rhodios, & pecunia ſpoliatos, ſacra etiam, & donarijs omnibus præter currum Solis, cætera indemnes reliquit.

Ariobarzanis interitus.

Ariobarzanem deinde compręhenſum occidit.

Brutus Xantho, Pataris, et Myris captis, Lycios ſubigit.

Brutus autem Lyciorum exercitum in finibus eius regionis ſibi oblatum prælio uicit, ac cum fugientibus in caſtra irrumpens, eodem momento ijs potitus eſt: urbes pleraſq́; deditione accepit. Xanthum oppugnans, oppidanis repentè excurſionem facientibus, ignemq́; in machinas inijcientibus, ſimulq́; tela & ſagittas iaculantibus, in ſummum diſcrimen adductus eſt: actumq́; omninò de ipſo fuiſſet, niſi milites per ipſum ignem impetum in hoſtem feciſſent. Hi Xanthios nudos de improuiſo adorti, in urbem repulerunt: unaq́; irruentes intrò, ignem domibus nõnullis immiſerunt. id incendium & perterruit proximos, & eis qui longius aberant, captæ prorſus urbis opinionem præbuit. itaq́; uicini ſuis quoq́; ultrò reliquis domibus inflammatis, maior pars ſe inuicem interfecerunt. Xantho ad hunc modum capta, Brutus ad Patara uenit: ciuibusq́; ad amicitiam uocatis, cùm non parêrent (ſerui enim libertatem, pauperes liberi nouas tabulas nuper conſecuti, pacificationi obſtabant) captiuos Xanthios, quòd pleriſq́; horum cum Patarenſibus affinitas intercedebat, ijs miſit, ſperans horum opera ſe eos ad amicitiam adducturos: cum nihilo magis à propoſito deducerentur, quamuis unicuiq́; eorum ſuos neceſſarios dono dediſſet, cataſtam ſub ipſo muro, in tuto loco conſtituit, primoresq́; ſingillatim productos uendidit, ſi fortè hoc Patarẽſes permouere poſſet. cum ne ſic ſe dederent, paucis uenditis, cæteros miſſos fecit. Eo uiſo oppidani, miratiq́; hominis uirtutem, deditionem tandem fecerũt, ac præter pecuniam exactam nihil damni paſsi ſunt. Idem Myrij fecerunt, cum eorum Prætorem in nauali captum Brutus dimiſiſſet. eodemq́; modo reliqua etiam paruo temporis ſpacio confecit.

Bruti & Caßij per Aſiã in Europam iter.

Hæc poſtquam Brutus, & Caſsius peregerunt, in Aſiam reuerſi ſunt: omnibusq́; ſuſpicionibus quas ex aliorum calumnijs alter contra alterum conceperat (quod in huiuſmodi rebus fieri frequens eſt) priuato colloquio propoſitis, ac ſublatis, in Macedoniã feſtinauêre.

C. Norbanus. Decidius Saxa. Legati Antonij.

Iam C. Norbanus, ac Decidius Saxa antè quàm Statius cum claſſe adueniſſet, Ionium mare tranſmiſerãt, ac ante Bruti Caſsijq́; aduentum in Macedoniam, omni regione ea uſq́; ad Pangæum occupata, apud Philippos caſtra poſuerant.

Philipporum ſitus.

Philippi oppidum eſt Pangæo & Symbolo adiacens: Symbolum autem uocatur iſte locus à Græcis, quia is mons alij in mediam terram ſe extendenti committitur: eſtq́; is locus intra Neapolim

lim & Philippos, quorum oppidorũ illud quidem ad mare e regionẽ Tha-
ſi ſitum eſt, hoc uerò in campo inter montes. Quamobrem, cum compen-
dioſiſsimos eorum montiũ ſaltus Saxa & Norbanus antecepiſſent, ea tran-
ſire ne conati quidem Brutus & Caſsius, ad alium tranſitum iuxta Creni-
das longiorem circumierunt: ibiq́ etiam præſidio inuento, pulſo eo, intra
montes peruenerunt: ac locis editis ad urbẽ accedentes, caſtrametati ſunt:
ſeorſim quidem, ut uidebatur, uterq́, ſed reipſa coniunctim. Erant enim ca-
ſtra, quo facilius in officio retineri milites poſſent, inter ſe diuiſa, ſed inter-
uallum foſſo erat ualloq́ munitũ, ac utraq́ caſtra uno ambitu compræhen-
debantur, cuius munitionibus ex æquo utraq́ defendebãtur. Erant autem
à copijs longè quàm hi qui tum aderant hoſtes, paratiores: ideoq́ eis Sym-
bolo deiectis, ipſi locum occupauerunt: iamq́ & facilius à mari commea-
tus ipſis ſubuehebantur, & ex campis, facta decurſione, petebantur. Nor-
banus autem, & Saxa, non auſi in diſcrimen pugnę rem adducere, ſed emiſ-
ſis quoties uidebatur commodum equitibus, cùm nihil proficerent, ac cu-
ſtodiæ magis, quàm pugnæ milites adhiberent, Cæſarem, Antoniumq́ ut
celeriter uenirẽt, hortabantur. Hi enim, quandiu Brutum & Caſsium Rho-
dijs Lycijsq́ ſubigendis occupatos audiebant, fore ut bellum id extrahere-
tur in multum tempus crediderant: ideoq́ nihil feſtinantes, Norbanũ cum
Saxa in Macedoniam præmiſerant. Cæterùm audito Rhodios ac Lycios
in poteſtatem hoſtium ueniſſe, ijs collaudatis, muneribusq́ promiſsis, ipſi
ſtatim urbe egreſsi ſunt: iterumq́ Antonius Brũduſij à Statio incluſus, Cæ
ſar autẽ Rhegij à Sexto Pompeio impeditus, q Siciliã obtinens, Italiã quoq́
attentabat, moras traxerũt. Sed cùm Sextus haud facilè uinci poſſe uidere-
tur, Caſſij autem & Bruti bellũ magis eos urgeret, parte exercitus ad cuſto-
diendã Italiã relicta, maiori parte Ioniũ traiecerũt: Cęſareq́ ægrotante Dyr
rhachij Antoniꝰ relicto, ad Philippos acceſsit. Ibi cũ ſtatim ſuorũ animos au
xiſſet, hoſtiũ quoſdã frumẽtatores ex inſidijs ꝗdortꝰ, re infeliciter geſta, ipſe
quoq́ animũ demiſit. Cæſar hoc audito, ac utrumq́ ueritus, ne ſe abſente
aut uincerẽ Antonius, aut uinceret: quorũ alterũ ſi eueniſſet, Caſsiũ & Bru
tum contra ſe uiribus auctũ iri; ſin alterũ, Antoniũ cõtra ſe inualiturũ certò
putabat: etſi nondum alleuato corpore, tamen feſtinatò ad Antonium per-
rexit, Antonianisq́ animum reddidit. Ac quoniam diuerſis locis habere ca
ſtra parum uidebaẽ tutum, uno in loco, ac intra unas munitiones tres exer-
citus cõduxerunt. Cum caſtra caſtris iam eſſent oppoſita, quanquã excur-
ſiones utrinq́ & leuia certamina promiſcuè fiebant, tamẽ nonnihil tempo-
ris conſumptum eſt ita, ut nunquam collatis ſignis acie decertaretur: quan-
quam Cæſar pugnam, Antoniusq́ magnopere expetebant, copijs quàm
hoſtes robuſtioribus inſtructi, ac nõ tam explicatis commeatibus utentes,
quòd claſſe ipſorum Sextum oppugnante, mare in ſua poteſtate non habe-
bant. His de cauſis, ac quia Sextus Siciliam tenẽs, Italiam affectabat, metus
erat ne ſe cunctantibus Italia ille occupata in Macedoniam adueniret, præ-
lium committere quàm primùm cupiebant. Contrà Caſsius ac Brutus, etſi
ne ipſi quidem dimicationem reformidabant, ut qui uirtutem hoſtilis exer
citus ſuorum militum multitudine æquarent: tamen & hoſtium, & ſuis oc-
caſionibus conſideratis, cum auxilia ſibi ſingulis diebus affluerent, ac à na-
uibus alimenta abundè ſupportarentur, id agebant, ut ſine periculo & inte-
ritu hominum uictoriam cõſequerentur. Quippe uiri ſummo populi amo-
re affecti, ac contra ciues bellum gerentes, nõ minus pro aduerſarijs, quàm
pro

Caſtra Caſsij et Bruti ad Philippos.

Cæſar Dyrrhachij ægrotat. Antonius & Cæſar ad exercitum ueniunt.

pro ſuis ſolliciti erant, ac utrorumq; & ſalutem, & libertatem pariter quære bant. Igitur aliquantũ hi temporis, ne manum conſererent, ſe cõtinuerunt.

Brutus & Caſſius ad committendum prœliũ minis ſuorum adacti.

Verùm ubi exercitus, cuius maior pars ex Romanorum ſubditis cõſtabat, & moram ægrè ferre, & hoſtem contemnere, quòd luſtrationem exercitus (quæ antè quàm prælium committatur, fieri ſolet) intra caſtra, metu uideli cet adducti, feciſſent, & pugnam poſcere, ac ſi res diutius extraheretur, ſe ex caſtris alium aliò diſceſſuros minitari cepit: inuiti etiam ad tentandã pugnæ fortunam Caſsius Brutusq; compulſi ſunt. Omnium quæ ciuilibus bel lis depugnata ſint, præliorum, id prælium decertatum fuiſſe maximũ, haud iniuria dicere quiſpiam poterit: non quòd omnia alia uel multitudine, uel

Exaggerat prœliũ Philippenſe à fine.

uirtute etiam pugnantium exceſſerit, (ſæpe enim & à pluribus, & à melioribus conflictũ fuit) ſed quòd non ullo magis prẹlio, quàm iſto, de libertate & ſtatu Reip. populari actũ eſt. Nam etſi ante, & poſt hanc pugnã, ciuilibus bellis etiã in acie dimicatũ eſt: tamen ijs pugnis quæſitum eſt, cuí nam Populus Romanus paréret, hîc uerò alteri populũ Romanũ ſubijcere ſuæ dominationi, alteri libertati eum aſſerere conabantur. Itaq; ab hoc prælio nunquam ad libertatem P. R. oculos ſuſtulit, quanquã à nullo extero hoſte ſuperatus (quippe ſubditorũ, ac ſociorũ quæ aderãt manus, quaſi auctaria tantum Romanorum exercituum erant) ſed ipſe & ſui ipſius uictor, & à ſe ipſo ſuperatus, ſibi ipſi & cladem attulit, & accepit: extinctoq; populi principatu, regia poteſtas uires aſſumpſit. Neq; ego hoc dico, non fuiſſe tum in rem ipſorum, ut ſuccumberent, (quid enim aliud dici poteſt de his qui ex utraque parte tum bello congreſsi ſunt, quàm uictos eſſe Romanos, uiciſſe Cæſarem?) cum in eo Reipublicẹ ſtatu, qui tum Romæ erat, diutius ipſos

Oſtendit, Monarchiã ex uſu Romæ fuiſſe.

in concordia perſiſtere fuerit impoſsibile. Neque enim fieri poteſt, ut in eo Reipublicæ ſtatu, ubi penes populum eſt imperium, ſi is ad ſummum faſtigium, ac tantam, quanta fuit tum Romanorum, potentiam, erectus fuerit, animis ſuis ciues moderari queant: ita euenturum erat, ut multa multis de cauſis alia huiuſmodi bella contra ſe inuicem ineuntes, omninò aut in ſeruitutem ad extremum redigerentur, aut penitus excinderentur. Etiam ex oſtentis, quæ tum temporis uiſa ab eis ſunt, colligere licet ad maximũ proculdubiò id certamen ipſos deſcendiſſe, cum diuinitùs (quemadmodum res maximè omnium admirandas dij prædicere ferè ſolent) omnia quæ id certamen ſecutura eſſent, diligentiſsimè ſint & Romæ, & in Macedonia

Prodigia pugnã Philippenſem præcedentia.

prædicta. Romæ enim ſol aliquando diminutus, & minimus uiſu apparuit, aliquando maximus, cum duobus alijs conſpectus eſt, aliquando etiam noctu effulſit: fulminibus cùm alia multa hinc inde loca, tum ara Iouis Victoris tacta eſt: faces multis locis accenſæ, clangor tubarum, ſtrepitus armorum, clamores exercituum ſub noctem ex Cæſaris Antonij'que hortis, qui ad Tiberim ſiti, inter'que ſe uicini erant, exauditi ſunt: canis caninum cadauer ad Cereris proripuit, terraq; pedibus effoſſa, ibi ſepelijt: infans denos in utraq; manu digitos habens, natus eſt: mula monſtrum biforme peperit, anteriori parte equi, poſteriori mulo ſimile: currus Mineruæ ad Capitolium ex equeſtri quodam certamine reuectus, confractus eſt: ſimulacrum Iouis quod Albæ fuit, ipſis ferijs ex dextro humero, & dextra manu ſanguinem ſtillauit: quidam fluuij in agro Romano aut planè defecerũt, aut retrò fluere ceperunt. His deorum oſtentis uidentur hæc quoq; adiungenda, quæ fortuitò homines prodigij uim habentia fecerunt. Nam cum eſſent Feriæ, præfectus urbis Ioui Latiali ſolenne ſacrum fecit, cum neque ſui mu-

neris

neris id eſſet, neque eo tempore fieri conſueuerit: Aediles plebis Cereri lo-
co ludorum equeſtriũ, gladiatorios exhibuerunt. Hæc & alia nõnulla, tum,
& antè euenerunt, quæ ſtatum Reipublicæ popularem euerſum iri ſignifi-
carent. In Macedonia uerò (Macedoniæ enim Pangæum etiam cum circũ-
iacente regione adſcribitur) apes multæ Caſsij caſtra circundederunt: in lu
ſtralibus eius ſacrificijs coronam ei quidam inuerſam impoſuit: puer uicto-
riam in pompa, quales à militibus ducuntur, geſtans concidit: & (quod ma
ximè perniciẽ eis ſignificauit, ita ut hoſtes quoꝗ id animaduerterent) mul
ti uultures aliæꝗ aues quæ cadaueribus paſcuntur, ſuper ſolos ipſos uolauê
re: in eos intuiti ſunt, terribilemꝗ clangorem & ſtridorem ediderunt. Ab al
tera parte prodigia nulla euenerũt, quod quidem nos ſciamus: inſomnia au
tem huiuſmodi. Vir quidã Theſſalus uiſus eſt in ſomnis iubere ſibi Iulium
Cæſarem, diceret Cæſari Octauiano, fore eam pugnã omnino ipſi proſpe-
ram, iuberetꝗ aliquid eorum ad ſe accipere, quæ ipſe Dictator geſtaſſet:
igitur ſtatim annulum patris Cæſar induit, ac pòſt etiam frequenter ge-
ſtauit. Medicus autem Cæſaris imaginatus eſt per quietem ſibi à Minerua
mandari, ut Cæſarem quantumuis afflicta adhuc ualetudine, educeret ten-
torio, ac in acie collocaret, attulitꝗ ea res Cæſari ſalutem. Quòd enim alij in
caſtris ac intra munitiones remanentes ſeruantur, ad arma & prælium eun-
tes in periculum ſalutis ueniunt, id in Cæſare permutatum eſt, qui euiden-
tiſsimè eo incolumis euaſit, quòd uallo egreſſus, cum pugnantibus quan-
quam difficulter, idꝗ inermis, propter imbecillitatem, in acie tamen ſtetit.
Res ita geſta eſt. Diem prælij inter ſe nullam certam dixerant, nihilominus
tanquam ex compoſito omnes ſub auroram ſuos armatos in aciem eduxe-
runt. Ordinibus inſtructis, ad exercitũ utriuſꝗ partis cohortationes, aliæꝗ
ad ſingulos milites habitæ ſunt ab ipſis imperatoribus, à legatis, à centurio-
nibus, quales de inſtanti pugnæ diſcrimine, deꝗ pugnam ſubſecuturis re-
bus dici ab ijs par eſt, qui iam caſum dimicationis ſubituri ſunt, quiꝗ de fu-
turis laborant. Erant pleraꝗ apud utramꝗ ſimilima quæ dicebantur, quo-
niam utrorumꝗ copiæ ex Romanis, & ſocijs Romanorum erant conflatæ:
uerumtamẽ hoc inter eas orationes intererat, quòd Brutus ſuis libertatem,
Reipublicæ adminiſtrationem popularem, uitam tyranno dominoꝗ nulli
addictam proponebat, cõmemoratisꝗ ijs quæ in æqualitate bona, in ty-
rannide mala contingerent, quæ uel ipſi experti eſſent, uel ex alijs audiuiſ-
ſent, ſingulisꝗ his expoſitis, ad appetenda bona, declinanda autem fugien
daꝗ mala eos ſumma cum obteſtatione hortabantur. Diuerſæ partis duces
milites ſuos ad exigendum de paricidis ſupplicium, ad occupanda aduer-
ſariorum bona, ad imperium in omnes ſuos gentiles parandum, uerbis exci
tabant: & (quod maximè militibus animũ addebat) uiritim uicena ſeſter-
tia daturos ſe promittebant. Teſſera deinde militaris (ea Bruto erat liber-
tas. nam de alterius partis ſigno non conſtat) data eſt. Secundum hæc unus
utrinꝗ buccinator claſsicum intonuit, deinde reliqui etiam concinuerunt:
priores quidem ij qui loco in rotundo quodam conſtituti, certũ genus mo
dulationis tuba canebant, quo ut in ordine ſtarent, & arma expedirent mili
tes monebantur: deinde autem reliqui, qui animos militum concitarent, &
ad congreſſum inſtigarent. Deinde ſubitò altum eſt coortum ſilentiũ, pau-
liſperꝗ eo ſeruato, ipſi mox alta uoce cecinerunt ſimul claſsicum, ac clamor
utriuſꝗ exercitus eſt ſublatus. Tum uerò legionarij milites pila ſcutis colli
dere, eademꝗ in hoſtem conijcere, funditores, ac ſagittarij, lapides ac tela

Inſomnia.

Medici Cæſaris ſomnium, quod ſalutem Cæſari attulit.

Deſcriptio Philippenſis prælij inter Brutũ Caßiumꝗ, & Cæſarẽ ac Antonium.

Cohortationes.

Claßici canendi apud Romanos mos.

emittere, tum equites cõfligere, ac loricati milites eos ſubſecuti manus con
ſerere. Primò res multa corporum iactatione, multa gladiorum dimicatio-
ne agi, dum unus quilibet alterum uulnerandi, ſibi uerò ab ictu cauendi, ac
iuxta hoſtem feriendi, & ſui protegendi curam gereret: deinde ubi feruor
animorum creuit, ac ira exarſit, inconſideratè iam cum hoſte hoſtis con-
gredi, nullam ſibi cauendi rationem habere, ſed cupiditate ſternendi ho-
ſtis uſque ad ſui quoque corporis neglectum efferri. Ibi alij ſcutis proie-
ctis eum quî cum congreſsi fuiſſent arripere, & uel galea tracti tergum feri-
re, uel armis nudatum pectus percutere: alij gladijs aduerſariorũ compræ-
henſis, eos tanquam inermes confodere, alij partem corporis uulneri hoſtis
exponere, ut reliquo in eum expeditius uti poſſent: nec deerant qui ſe mu-
tuo complexi, inferendi uulneris adempta facultate, gladiorũ ac corporum
ſuorum cõfractu perirent: alij unico uulnere, alij multis cõcidebant: ac nec
ſenſum uulnerum, nec lamentandi ſui interitus ſpacium erat, morte utrinq;
præueniente: quiq; alios cædebant, gaudio elati ſimilem perniciem nõ pro-
uidebant: & qui cadebant, ſenſu priuati miſeriam ſuam non intelligebant.
Vtraq; autem acies ſuum locum omnino tuebatur, & ex eo neq; pedem re-
ferendo, neq; hoſtem inſequendo excedebat: uerùm ubi quiſq; conſtiterat,
ibi aut uulnerabat hoſtem, aut ſauciabatur, aut ſternebat, aut cadebat, pu-
gnamq; in multam diem hoc modo protrahebant. Quòd ſi aut omnes u-
trinq; copiæ ſimul conflixiſſent, quemadmodum in huiuſmodi caſu eueni-
re ſolet, aut Brutus Antonio, Caſsius Cæſari oppoſitus fuiſſet, æquo Marte
à pugna diſceſſum profectò ea die fuiſſet. Nunc & Brutus Cæſarem infir-
Victoria, & clades utriuſq; partis. mum loco expulit, & Caſsium Antonius re bellica ſibi nequaquam parem
uicit, ac eo factum eſt, ut nõ tota alterutra pars uel uinceret, uel uinceretur,
ſed propemodum eadem utrinque fortuna eſſet, utriſq; & ſuperioribus fa-
ctis, & ſuperatis, pulſo utrinq; hoſte, utrinq; fuga, utrinq; inſecutione facta,
utrorunque caſtris captis. Campus enim pugnantium multitudine maiore
ſui parte repletus, proſpectum utriſq; adimebat, niſi quantũ in prælio quiſ-
que circa ſe cernebat: igitur fuga inita, utriq; contrario curſu ad ſua caſtra cõ
tinenter contenderunt: atq; hanc ob cauſam, tum propter immenſum pul-
uerem exitum pugnæ non cognouerũt, ſed qui uiciſſent ſibi oppoſitos, to-
tam ſuorum eſſe uictoriam, qui fugiſſent, omnes ſuos uictos putauêre. Ne-
que prius res ipſa ut haberet cognitum eſt, quàm caſtra direpta, uictoresq;
in ſua utriq; caſtra redeuntes, obuiam ſibi inuicem facti ſunt. Itaq; quod ad
pugnam attinet, utraque pars & uicit, & uicta eſt. neq; enim prætereà tum
ad manus uenerunt, ſed cum in diſceſſu ſe mutuò uidiſſent, ac quid actum
eſſet, ſenſiſſent, nihil amplius conati inuicem ſibi uia exceſſerunt. Quod au
tem dixi, utrinq; & uictoriam partam fuiſſe, & cladem acceptam, ſic patet.
Caſtra Cæſaris, Antonijq; prorſus cum omnibus quæ in ijs erant, capta fue
runt, quo maximè ſomnium uerum eſſe comprobatum fuit. Si enim in ca-
ſtris Cæſar manſiſſet, haud dubiè cum reliquis perierat. Caſsius autem præ-
lio ſuperſtes, caſtris ſuis exutus, cum aliò diffugiſſet, Brutum quoq; ſuccu-
buiſſe, uictoresq; iam ad ſe tendere ſuſpicatus, Centurionem quendam ſuũ
emiſit, qui exploraret rem, ac nunciaret, ubi nam Brutus eſſet, quidq; is age
Caſsius ſua clade deceptus, mortẽ ſibi conſciſcit. ret: is Centurio in equites à Bruto, ut Caſsium quærerent, emiſſos incidit,
proinde quaſi nemine urgente, ac nullo periculo impendente, cum ijs len-
to greſſu redijt: eosq; Caſsius procul conſpectos cùm hoſtes eſſe opinare-
tur, Pindaro liberto ſuo interficiendum ſe præbuit. Centurio, cum ſe ei ſua

tarditate

tarditate cauſam mortis dediſſe intelligeret, ipſe quoq; ſibi m[illegible] conſci-
uit. Brutus Caſsij corpus ſtatim clam in Thaſum miſit, ueritus [illegible] eo in loco
ſepelire, ne ea res militibus luctum afferret, animosq; deijceret. Reliquis au
tem militum ad ſe receptis, eos uerbis conſolatus eſt: donataq; pecunia lo- *Brutus ut bel-*
co eorum quæ amiſerant refecit: ac in caſtra Caſsiana, quòd opportuniora *lũ deinceps ad-*
ſuis eſſent, commigrauit. Ex ijs caſtris educta ſuorũ manu, hoſtibus & alia *miniſtrandum*
damna intulit, & ad eorum caſtra noctu acceſsit, pugnę committere rem in *ſumpſerit.*
poſterum nolens: magnaq; ſpe ductus, poſſe eo tempore ipſo citra pericu-
lum à ſe confici. Itaq; eos cùm alijs, tum nocturnis terroribus agitare cona-
tus, aliquando etiam flumine extra alueum ſuum auerſo, magnam partem
caſtrorum hoſtilium inundatione perdidit. Cæſar & Antonius non modò
uictus ac pecuniæ defectu laborabant, ideoq; ſuis militibus nihil pro amiſ-
ſis rebus reddiderant: ſed copias etiam eorum à Brunduſio traijcientes na-
uibus onerarijs, Statius deleuerat. neq; tamen tutò aut alium locum quem- *Statius hoſtiũ*
piam petere, aut in Italiam reuehi poterant: ſed in ſolis armis ſpem non ui- *copias transfre*
ctoriæ tantùm, ſed ſalutis etiam ſuæ collocabant: cupiebantq; prælio decer *tantes perdit.*
tare, priuſquam incommodum quoq; mari acceptum ſui, hoſtesq; reſcirẽt.
Cum Brutus prælium detrectaret, libellos in caſtra eius furtim iniecerunt,
quibus milites hortabanẽ ut aut ad ſe tranſirent (erant enim adiunctæ pol-
licitationes) aut ſecum ad certamen deuenirent, ſi uel minimum haberent
uirium. In hac mora nonnulli Germanorum ad Brutum ab ijs perfugerunt,
uiciſsimq; ad eos tranſijt à Bruto Amyntas Deiotari dux, & Rhaſcipolis: *Amyntas.*
quanquam eum domum abijſſe quidam autores ſunt. Hæc pauorem maio-
ris defectionis Bruto obiecerunt, itaq; committere prælium cum ipſis ſta-
tuit. Cum autem in ſuis caſtris multos captiuos haberet, ac neque quo'nam
modo eos prælij tempore cuſtodiret, neq; qua ratione fidem ipſis adhibe-
ret, nullum eos maleficium eſſe perpetraturos, inueniret, maiori eos ex par-
te interemit, neceſsitati etiam præter animi ſententiã ſeruiens: eoq; id faci-
lius, quia captiui ex ſuo exercitu ab hoſtibus erant occiſi. His ſublatis, in a-
ciem ſuos eduxit: iamq; ordinibus inſtructis, aquilæ duæ, ex utraq; parte u- *Bruti infelix*
na, ſuperuolantes, inter ſe certauêre: ac prælij quæ eſſet finis futura, oſten- *prælium.*
dêre. Quemadmodum enim aquila quæ à parte Bruti erat, uicta fugit: ita le
giones eius cum diu admodum ancipiti euentu pugnaſſent, tandem ſupe
ratæ ſunt: multisq; occiſis, equitatus etiam, quanquam fortiter eò uſq; pu-
gnans, conceſsit. Eos fugientes in diuerſas partes uictores inſecuti, neq; oc-
ciderunt quenquam, neq; ceperunt: ſed tantùm circumſeſsis, ut ſinguli ſe fu
ga in alia atq; alia loca proripuerant, iterum coeundi inter ſe facultatem eis
ademerunt. Brutus in locum quendam natura tutum effugerat: conatusq;
in caſtra peruenire, cum nulla ratione id efficere ualeret, audito etiam mili-
tum nonnullos uictoribus ſe dedidiſſe, rebus omnibus ſaluteq; deſperata,
uiuum autem in hoſtium peruenire poteſtatem ſe indignum iudicans, ipſe
etiam ad mortem confugit. altaq; uoce recitato Herculis iſto dicto, O'infe- *Herculis de uir*
lix uirtus, ita'ne, cum nihil quàm nomẽ eſſes, ego te tanquã rem aliquã exer *tute dictum.*
cui, cum tu fortunæ ſeruieris: ſuorum quendam ſibi manus afferre iuſsit. E-
ius corpus Antonius humandum tradidit: caput autem Romam miſſum, *Bruti mors.*
in tranſmiſsione à Dyrrhachio tempeſtate coorta, in mare abiectum eſt.
Mortuo Bruto, exercitus impunitate ſibi propoſita, ſigna ad uictores tran-
ſtulit. Porcia autem, pruna ardenti deglutita mortem ſibi conſciuit. Viro- *Porcia obitus.*
rum autem primariorum, qui uel aliquem magiſtratũ geſſiſſent, uel ex per-

 cuſſoribus

cuſſoru[illegible]aris, aut proſcriptorum in numero erant, plerique confeſtim manus ſib[illegible]is attulerunt: aut capti (inter quos Fauonius fuit) perierunt: reliqui ad mare profugerunt, ac deinde Sexto ſe Pompeio coniunxerunt.

Fauonij interitus.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVADRAGESIMVS OCTAVVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Bellum, quod contra Fuluiam & L. Antonium Cæſar geſſit.
Vt Sextus Pompeius Siciliam occupauerit.
Quemadmodum Parthi omnem regionem ad Helleſpontum uſque obtinuerint.
De pace, quam cum Sexto Pompeio Cæſar & Antonius fecerunt.
Quomodo P. Ventidius Parthis uictis Aſiam receperauerit.
Vt Cæſar bellum contra Sextum Pompeium moliri inceperit.
De Baijs.
Annis hæc acta ſunt quinque, quibus Conſules hi fuerunt:

An. V. C. 713. *L. Antonius M. F.*
P. Seruilus P. F. Iſauricus
714. *Cn. Domitius M. F. Caluinus II.*
C. Aſinius Pollio.
715. *L. Marcius.*
C. Sabinus.
716. *Ap. Claudius C. F. Pulcher.*
C. Norbanus C. F. Flaccus.
717. *M. Vipſanius L. F. Agrippa.*
L. Caninius L. F. Gallus.

AD hunc igitur modum Brutus & Caſsius oppetierunt, ijs quibus Cæſarem interfecerant gladijs confoſsi: qui uerò alij earum inſidiarum participes fuerunt, aut antè, aut tum, aut poſtea temporis, paucis quibuſdam exceptis perierunt. Ita nimirum & iuſticia poſtulabat, & Deus uolebat eos interire, qui uirum ad id uirtutis ac fortunæ progreſſum, ac inſuper benefactorem ſuum occidiſſent. Cæſar autem & Antonius ſtatim à uictoria Lepidum, qui eius uictoriæ ſocius non fuerat, antecelluerunt, ipſi quoque paulo pòſt ſeſe inuicē aggreſſuri. Difficile enim erat tres, aut etiā duos uiros æquali dignitate ſublimes, cùm bello tantas res adepti fuiſſent, concordiam ſeruare. Itaque quæ hactenus in aduerſarijs euertendis unanimi conſilio cōſecuti fuerant, ea tum præmia ſuarum inuicem cōtentionum facere ceperunt. Statim enim imperium Cæſar Antoniusque inter ſe partiti ſunt: ac Cæſari quidē Hiſpania & Numidia, Antonio Gallia atque Africa adſignatæ ſunt: ea conditione, ut ſi id animo iniquo Lepidus ferret, Africa ei cōcederet. Has tantùm regiones ſortiti ſunt, quòd Sardiniam Siciliamque Sextus adhuc tenebat: reliquæ extra Italiā prouinciæ pacatæ nondum erant. Italiam autem eximiam ſemper in huiuſmodi rerum ſtatu fuiſſe, dicere nihil attinet, cum non de ea, ſed pro eius ſalute certare ſe ij præ ſe tulerint. Ea igitur in medio relicta, Antonius id ſibi nego

Cæſaris et Antonij pactio.

cij ſumpſit,ut rebellia omnia pacaret,& pecuniam, quæ militibus promiſſa fuerat,conficeret. Cæſar uerò,ut Lepidum,ſi quid is moueret, opprimeret, contra Sextum Pompeium bellum gereret,ueteranis qui ſua ſigna eſſent ſecuti, agros quos polliciti fuerant, diuideret, qui & ſtatim dimiſsi ſunt. Ad hæc conuenit, ut duas legiones Cæſar Antonio ſecum abducendas daret, ipſe uiciſsim ab eo duas alias tũ in Italia morantes acciperet.Hęc ita inter ſe compoſita, cõſcriptaq; & conſignata alter ab altero accepit, ut uter eorum conuentis non ſtetiſſet, is ex ſyngrapha conuinci poſſet:hiſq; actis,Antonius in Aſiam, Cæſar in Italiam curſum conuertit. In itinere ac nauigatione Cæſarem morbus tanta ui afflixit,ut ijs qui Romę erant, mortis quoq; ſuæ opinionem præberet: ſed exiſtimantes ij, non tam infirmitate detentum, quàm mali aliquid molientem moras nectere,ſibi omnia quæ poſſent accidere mala, præſagiebant: quamuis ei cùm alios,qui ſolent uictoribus, honores decreuiſſent (eſt enim in huiuſmodi rebus receptum uſu,ut ij qui pereunt,in repræhenſionibus omnium ſint: qui uicerunt, honoribus afficiantur) tum ut quotannis ſupplicationes eius nomine haberentur:atque hoc quidem uel inuiti. Ipſe enim Cæſar apertè iuſſerat, ut id ſupplicio de parricidis exacto fieret. Aduentum igitur ſuum proferente Cæſare, uarij ſermones uulgò iactati, uarieq; homines inde affecti ſunt. Inter alios rumores is quoq; ſpargebaŧ,diem eum ſuum obijſſe,eratq; id multis uoluptati: alij malum aliquid ipſum machinari ferebant, multiſq; metum inijciebant, ita ut alij res ſuas abſconderēt, ſuiq; cuſtodiam agerent:alij de loco in quem profugerent,ſibi proſpiciebant: plerīq; in tantum pauorem deuenerāt,ut cum nullas inire ſuę ſalutis rationes poſſent, interitui ſeſe omnino pararent: pauciſsimi erant,qui animo eſſent bono. Nam cum prius tanta & tam uaria facultatũ iactura eſſet facta, tot homines perijſſent:iam,ut qui prorſus in poteſtatem Cæſaris ueniſſent,nihil ſibi leuius,omnia grauiora pollicebantur. Quare Cæſar metuens ne qui noui tumultus concitarentur, Lepido præcipuè præſente, literis ad Senatum datis bono eum eſſe animo hortatus eſt, pollicituſq;,ſe omnia in præſentiarum clementer humaniterq; acturum.

Anno ſequenti P. Seruilius & L. Antonius nomē Conſulum, Conſulatum autem hic & Fuluia geſſerunt. Hæc Cæſaris ſocrus,ac M. Antonij uxor, Lepido propter ignauiam contempto, ipſa Rempublicam adminiſtrauit: ita ut neq; Senatus,neq; populus quicquam præter eius ſententiam ſtatueret. *An. V. C. 713.* *Fuluia uirilis animi mulier.*

Ipſe L. Antonius cum de quibuſdam Inalpinis à ſe uictis triumphare uellet, quandiu Fuluia contradixit,ei is triumphus à nemine conceſſus: ubi ea demulſa conceſsit, ab omnibus decretus eſt. ita uerbo quidem L. Antonius de his quos uiciſſe aiebat (neque enim aut triumpho aliquid dignum egerat, aut omnino cum magiſtratu ullo ibi locorum fuerat) triumphauit: re autem,& triumphus iſte,& honor Fuluiæ fuit. Proinde & magis eo, & uerius illa ſuperbijt:eſt enim maius,triumphandi poteſtatē alicui cõ cedere,q̃ eum conceſſum ab alio ducere:ac cum habitũ triumphalē induiſſet Lucius, currum conſcendiſſet, reliqua pro more feciſſet, ipſa Fuluia eos ludos hoc uſa adminiſtro uiſa eſt exhibere. Triumphauit autem Calendis Ianuarijs:ac ſe in eo Mario parem iactabat, quòd qua die magiſtratum initurus eſſet, triumphaſſet.imò & præferebat ſe Mario,ſe uolentem triumphi ornamentis depoſitis,ac togatum, Senatum cõuocaſſe dictans: Marium id coactum feciſſe. præterea Mario aut nullam,aut unicam omnino coronam datam:ſibi uerò & alias,& tributim à populo (quod ante ipſum obtigiſſet nemini) *De L. Antonij triumpho.*

Cæſaris Romã reditus, & origo belli eius contra L. Antonium & Fuluiam.

oblatas:id uerò factum erat propter Fuluiam, & pecunias clàm certis hominibus diuiſas. Eo anno Cæſar Romam uenit: peractiſq; ijs, quę ex inſtituto maiorum pro uictoria fieri ſolent, ad res conſtituendas expediendaſq; ſe contulit. Nam Lepidus quidem partim metu Cæſaris, partim animi infirmitate à nouis rebus agitandis detentus fuit. Cæterum L. Antonius & Fuluia, quia & propinqui erant eius, & conſortes principatus, etſi primò quieuerant, tamen pòſt progreſſu temporis diſsidium inter eos coortum eſt, Antonio & Fuluia id prætẽdentibus, quòd in partem diuiſionis agrorum eam quæ ad Antonium pertinebat, recepti non fuiſſent, Cæſare, quòd legiones ſibi ab ijs redditæ nõ eſſent. Hoc diſsidio & affinitas dirempta eſt, & ad bellum apertum res producta.

Cęſar Fuluiæ filiã repudiat.

Cæſar enim cum inſolentiam ſocrus ſuæ nõ ferret (malebat autem uideri cum hac, quàm cum Antonio ſibi non conuenire) cum filia eius, quam adhuc uirginem eſſe ſacramento contendebat, diuortium fecit, nihil curans fides'ne ſibi non haberetur, tanto'cum hanc tempore ſecum illibatam habuiſſe: an uerò exiſtimaretur hoc diu antè ſecum ita ſtatuiſſe, cum ſe ad futura præpararet. Secundum hoc repudium nihil inter eos amicè actum eſt: ſed L. Antonius cauſæ ſocietate cum Fuluia contracta, ac ſi id fratris ſui Marci cauſa faceret, (nam Pij quoque cognomen ſibi propter ſuam in fratrem pietatem ſumpſerat) ſtrenuè eam agebat. Cęſar M. Antonium nihil culpans, ne eum populos Aſianos ſub ſe habentem, hoſtẽ ſibi redderet, Lucium & Fuluiam incuſabat, ac repugnabat ijs, non ea ex Marci eos ſententia agere, ſed peculiarẽ ſibi dominationẽ quærere iactans. Erat autem utriq; parti magna potentiæ ſpes in diuiſione agrorum poſita, ideoq; de ea primum inter ſe contenderunt. Cæſar ſecundum id, quod cum Antonio poſt uictoriam fecerat, pactum, omnibus ſuis Antonijq; militib. agros diuidere uolebat, ut eorum ſibi animos beneuolentia obſtringeret: Antonius & Fuluia ſuis militibus cõpetentem partem ipſi aſsignare, ipſiq; colonias deducere uolebant, ut eorum uires ſui iuris efficerent: uidebatur enim utriſque expeditiſsima ea ratio, bona inermium ſuis militibus largiri. Poſtquam igitur præter ipſorum opinionem magnus tumultus extitit, & res ad bellum ſpectauit, ac Cæſar, cum initiò omnes per totã Italiam agros (niſi ſi quem miles aliquis dono acceperat, aut ex publicis agris partem emerat,) unà cum mancipijs & inſtrumento reliquo, dominis adimere, & militibus dare ſtatuerat, eorum qui ſuis bonis ſpoliabantur, uehementia in ſe cõcitauiſſet odia, mutare ſententiã Fuluia & Antonius ceperũt. Exiſtimabant enim plus ſibi præſidij in ijs, quos Cæſar ea iniuria læſiſſet, q̃ in ijs qui agros eſſent accepturi, futurũ. igit͂ his omiſsis, ad illos, quorũ & numerus erat maior, & iuſtã irã ꝓpter res ademptas ſibi cõceperant, ſe cõuerterũt: eos ſibi ſingillatim coniunxerunt, eos adiuuerunt, ac inter ſe ſocietate copulauerunt, ita ut qui antè Cæſarem metuiſſent, iam patronos adepti animũ reſumerent, ac de ſuis facultatibus nemini cederent, cum M. etiam Antonio hoc ita uideri iudicarent. Hos igitur Conſul & Fuluia ad ſuam cauſam ità adiunxerunt, ut interim in nullam Cæſarianorum militum offenſam incurrerent. Oſtendebant enim ijs agrorũ diuiſione nulla opus eſſe, ſed hoſtium ſuperatorum bona ſuffectura'eis indicabant, præſertim cum prædia, ac ſupellex extarent, uendita partim, partim non uendita: ea igitur, aut precium pro ijs ſolutum dari eis iubebant, ac ſi ne hæc ſatis forẽt, ad ſpem prædæ Aſianæ animos eorum erigebant. Ita mox factum eſt, ut Cæſar, qui poſſeſſoribus ſua ui adimebat, laboremq; & pericula omnibus ex æquo de ijs pa-

rabat

rabat, & dominis bonorum, & militibus in offenſa eſſet. Iſti uerò, quia neque quenquam ſuo ſpoliabant, & promiſſa ſe repræſentaturos ſine ullo certamine ex partis bonis oſtendebant, utroſque ſuos habuerunt. His rebus, a fame (qua ſumma premebãtur, mare Siculum Sexto Pompeio, Ionium Cn. Domitio Aẽnobarbo obtinẽte, qui & ipſe unus ex Cæſaris interſectoribus ex Philippenſi pugna effugerat, parataque claſſe aliqua, Ionium mare aliquandiu iam tenebat, ac multa rebus hoſtium damna inferebat) effectum eſt, ut Cæſar in ſummis difficultatibus hæreret. Accedebat ad eas, quòd in cõtentionibus quæ militibus cum Senatoribus, aut reliquos qui agros poſsiderent, intercedebant, (cuiuſmodi in certamine de re maximi momenti accidebant plurimæ) neutris tutò poterat aſtipulari: nam utriſque iuxtà gratificari, erat quidem id impoſsibile, cum alteri iniuriam inferre, alteri eam defendere, alteri aliorum res inuadere, alteri ſuas retinere cuperent. Quoties igitur modò huic, modò illi parti, quemadmodũ id neceſsitas poſtulabat, accederet, in odia alterius ſtatim incurrebat: neque tantùm gratiæ ab his, quibus officium ſuum exhibuiſſet, quantũ odij ab his quibus negaſſet aliquid, conſequebatur. Alteri enim ita accipientes quæ deſiderauerant, tanquam debitum ſibi ſi exolutũ eſſet, nullum id beneficium putabant: alteri ſuis ſe ſpoliari ægrè ferebant. Sic Cæſar identidem alterutram partem offendens, ac modò ob populi ſtudium, modò ob militum malè audiẽs, nihil proficiebat, experiebaturque ipſa re, armis eorum beneuolentiam, quos iniuria affeciſſet, parare ſe ſibi non poſſe: ſed poſſe quidem omnes qui non obtemperaſſent ipſi, armis ad interitum adigi, cogi uerò armis, ut eum quem nollet, amaret, neminem poſſe. Igitur inuitus etiam ſe ſubduxit, ac neque iam Senatoribus abſtulit quicquam (primò enim horum quoque agros omnes militibus diuidere decreuerat, interrogans eos: Vnde enim alias militibus præmia perſoluemus? Quaſi uerò aut belligerari eum quiſquam, aut tanta ipſis promittere iuſsiſſet) & ijs quoque agris abſtinuit, qui uel à mulieribus dotis nomine, uel ab alijs poſsidebantur, minores quàm ut promiſſæ in ſingulos milites quantitati ſatisfacerẽt. Hoc facto & Senatus, ac quibus præterea nihil eripiebatur, melius de Cæſare iam ſentire cœperũt. Milites autem, quantum iſtis Cæſar pepercisſet, aut honorem habuiſſet, tantum ſibi ignominiæ ac detrimenti accidiſſe, ſeque minus ſpe ſibi facta accepturos putantes, indignabantur, multoſque centuriones, alioſque Cæſaris familiares, qui eos ne tumultuarent inhibebãt, complures interficiebãt: parumque abfuit quin ipſum quoque necarent: ac quamcunque arreptam occaſionem, iuſtam ſuæ iræ cauſam faciebant. Nec antè finem indignandi fecerunt, quàm impetrauerunt, ut cognatis ſuis, & eorum qui in prælijs cecidiſſent parẽtibus ac liberis omnes agri quos nonnulli ad eos pertinentes poſsidebant, permitterent. Hoc rurſum milites Cæſari coniunxit, plebis autem iram cõcitauit, ita ut ad manus quoque deuentum ſit, conflictumque continenter, ita ut utrinque multi ſauciarentur, perirentque, militibus armorum genere, ac bellorum uſu, plebe numero ac iaculatione de tectis præualente. Itaque & domus permultæ combuſtæ ſunt, & annua habitatio, ijs qui Romæ erant, ad mille nũmos uſque in continuum, qui uerò alibi in Italia habitarent, quarto quolibet anno remiſſa eſt. Pugnabatur enim in omnibus urbibus ſimiliter, ubicunque milites in plebem incidiſſent. His malis, ac eo præterea quòd milites à Cæſare in Hiſpaniam præmiſsi, tumultum Placentiæ quendam ediidiſſent, ac non antè, quàm ab incolis eius regionis pecunias acciperẽt, conquieſſent, eoſdemque

Conflictus plebis cum militibus.

Calenus & Ventidius, qui Galliæ tranſalpinę præerant, Alpium tranſitum
prohibuiſſent, territus Cæſar ne quid grauius pateretur, cum Cõſule & Ful
uia pacem componere ſtatuit: & quia ipſe per ſe priuatim nihil efficiebat,
ad ueteranos confugit, ac per eos de pacificatione egit. At Lucio Fuluiæꝗ
animus auctus his euentis erat, adiunxerantꝗ ad ſuam cauſam eos quibus
agri adimebantur: eos Lucius undiquaꝗ circumiens, à Cæſare abalienatos
in unum cogebat. Fuluia autem Præneſte occupato, ac ad ſuam ſocietatem
pertracto, Senatores & equites à ſua parte ſtantes habebat, cum ijs de om-
nibus negocijs cõſilia inibat: identidemꝗ edicta, ut ex uſu uidebatur, pro-
Fuluia gladio ponebat. Id quidem mirandum adeò non eſt, cum gladio etiam ſe accinxe-
ſe accingit. rit ipſa, teſſeram militibus dederit, ſæpenumerò concionẽ apud eos habue-
rit. Cæſar, hoc ſibi uidens ad cætera mali accedere, neꝗ opprimere eos ua-
lens, non modò à potẽtia, ſed à ſtudijs etiam hominum longè ipſis inferior
(multos enim lædebat ipſe, illi uerò bonam omnibus ſpem faciebant) cum
aliquoties per amicos priuatim compoſitionem apud eos fruſtra tentaſſet,
tandem legatos ex ueteranis ad eos miſit, in eum præcipuè finẽ, ut pace im
petrata res cõſtituere, ac deinde ipſis reſiſtere poſſet: quòd ſi eam nõ eſſet
conſecutus, at certè cauſam diſcordiæ nõ ſibi, ſed ipſis imputatum iri exiſti-
mans: neꝗ falſus eſt ſua opinione. Cum enim ne militũ quidem actione in-
terpoſita res ſuccederet, ſenatores ad L. & Fuluiam miſit, qui & pacta ſibi
cum Antonio facta eis exponerent, & de controuerſia cognoſcerent. ubi
ne ſic quidem effectum quicquã eſt (nam & multas conditiones ferebant,
quibus ſtaturus Cæſar nõ eſſet, & omnia ſe iuſſu Marci Antonij agere per-
Veterani con- hibebãt) ibi demũ Cæſar ad ueteranos ſe iterũ cõtulit. Veterani Romã fre
trouerſiæ inter quẽtes, tanꝗ cum populo ac Senatu aliquid acturi, aduenere: ac in Capito-
Cæſarem & L. lium cõgregati, omiſsis iſtis, cõuentus Antonij ac Cæſaris recitari ſibi iuſſe
Antonium ar- rũt: eos approbauêre, ſeꝗ arbitros litis eorũ cõſtituêre, eaꝗ acta in tabulas
bitri. relata obſignataꝗ Veſtalibus uirginibus adſeruãda dederũt: Cæſariꝗ prę-
ſenti, L. autẽ Antonio & Fuluiæ per legatos diẽ dixerũt, ad quã diſceptãdę
rei cauſa Gabios uenirẽt. Cæſare ſe promptũ ad iudicandã litẽ exhibẽte, ijs
autem pollicitis quidem ſe adfuturos, nõ tamen uenientibus (incertũ me-
tu'ne, aut contemptu potius id ab ipſis factum, certè enim iudicium uerbis
exagitabant, ac inter alia Senatum Caligam ab uſu militaris ueſtimenti no-
minabant) iniuriarum Lucium & Fuluiam ueterani damnauêre, Cæſaris
cauſam ſuſcepere: ac ſæpius deinde conſultatione habita, bellum contra L.
& Fuluiam inſtituerunt, atꝗ ad id gnauiter ſe parauerunt, pecunia undiꝗ
contracta, atꝗ etiam ex ſacris rebus conflata, (omnia enim ornamenta per
totam Italiam, quà in ſua eam poteſtate habebãt: ac Romæ etiam, quæ qui-
dem pecunia commmutari poſſent, ex templis abſtulerãt) ex Gallia etiam
Togata, quæ tum Italiæ legibus ac inſtitutis formata fuerat, ne in ciſalpina
regione eius gubernandæ cauſa eſſent exercitus alendi, pecunia ipſis, mili-
tesꝗ adducebantur. Dum Cæſar hæc adornat, Fuluia etiam ac Lucius ijs
quæ in ſuam rem eſſent, parandis, exercituiꝗ cogendo intenti erant: utriꝗ
autem legatos ſuos, ac milites, Tribunosꝗ, hac illac circummittebant: & ci-
uitates alias ſibi adiungebant, ab alijs non recipiebantur. quorum ego ple-
raꝗ, ubi nihil memoratu magnopere dignum actum fuit, præteribo: quæ
Nurſia. autem referre operæpretium eſſe exiſtimo, ea breuiter recenſebo. Nurſia
Sabinorum oppidum eſt, eò Cęſar primùm cum exercitu acceſsit: fugatoꝗ
quod ibi stationes agebat præſidio, ab oppido à Titiſieno Gallo repulſus,
in

in Vmbriam digreſſus, Sentinates oppugnauit. Interim Antonius miſsis
occultè Romam ad amicos militibus, alios alio ſub prætextu, ipſe repentè
ſuperuenit: equitatuꝗ qui ſibi occurrerat, uicto, peditibusꝗ intra muros
compulſis, cum præmiſsi intro milites Antonij urbis defenſores adoriren-
tur, urbem cepit: neꝗ Lepido, cui eius erat mandata cuſtodia, quicquã reſi-
ſtente (erat enim homo natura ignauus) neꝗ Seruilio Conſule, ipſo quo-
que nimis quietis ſtudioſo. Eo cognito Cæſar, relicto ad oppugnationem
Sentinatium Q. Saluidieno Ruſo, Romam ipſe cõtendit. Antonius autem
ante eius aduentum urbe exiuit, cum effeciſſet, ut decreto tanquam ad bel-
lum proficiſci iuberetur, concionatusꝗ eſſet militari habitu indutus. quod
factum ab alio nemine unquam fuerat. Ita Cæſar in urbem citra omne certa
men receptus, Antoniumꝗ fruſtra inſecutus, reuerſus Romam accuratiori
cuſtodia firmauit. Cæſare a Sentinatibus diſcedente, ut dixi, ac C. Furnio,
(qui ei oppido præerat) eius inſequẽdi cauſa ab oppido longius progreſ-
ſo, Saluidienus ex improuiſo oppidum aggreſſus cepit, diripuit, incẽditꝗ.
Cæterùm Nurſinis ſeſe dedentibus nullum eſt damnum iniunctũ: poſt au-
tem cum eos qui in prælio (conflixerant enim cum Cæſare) ceciderant ſe-
pelientes, eorum monumentis inſcriberent, pugnãtes eos pro libertate oc-
cubuiſſe, tanta ab eis mulctæ nomine exacta eſt pecunia, ut urbe agroꝗ om
ni ceſſerint. L. Antonius Roma profectus, in Galliam ire intendit: ſed itine-
re prohibitus, Peruſiam (urbs eſt Hetruriæ) ſe conuertit: ibi eum depræ-
henſum primùm legati Cæſaris, deinde ipſe Cæſar oppugnauerunt. Duran
te obſidione (nam & natura munitus eſt is locus, & ſatis inſtructus erat o-
mnibus rebus ad defendendum neceſſarijs, & emiſsi ab Antonio, antequam
operibus urbs omnino clauderetur, equites, multum Cæſarianis damni in-
ferebant, ac multi alij diuerſis ex locis uenientes enixè Antonium defende-
bant) multa utrinꝗ acta ſunt, in quibus cum plerunꝗ Antonius priores tu *L. Antonij de-*
liſſet, tamen fames tandem ei deditionem extorſit: uenia ipſi, alijsꝗ nonnul *ditio.*
lis data, pleriꝗ Senatores, equitesꝗ, qui cum Antonio fuerant, necati ſunt,
neꝗ id communi more (ſiquidem uerum eſt, quod fertur) ſed CCCC. equi-
tes, Senatoresꝗ cùm alij, tum T. etiam Cannutius, qui olim Tribunus ple-
bis multitudinem Cæſari Octauiano conuocauerat, ad aram Cæſari ſupe-
riori ſacratam adducti, ibiꝗ mactati ſunt: Peruſini, alijꝗ ibi tum capti, ple-
riꝗ trucidati, urbs ipſa tota combuſta, fano ſolùm Vulcani ſeruato: ſimula-
crum Iunonis caſu ab incendio ſuperſtes, Romam aduectum eſt propter
ſomnium Cæſaris quoddam, cõceſſumꝗ ab eo, ut qui uellent, eam urbem
reficerent, ac habitarent, ager tamen urbi datus nõ totum milliare explens.
Peruſia capta (quod fuit Cn. Domitio Caluino iterum, Aſinio Pollione *An. V.C. 714.*
Coſs.) reliqua etiam Italiæ oppida partim ui, partim deditione recepit Cæ
ſar. Itaꝗ Fuluia cum liberis ad uirum auſugit, ac ex primoribus etiam com- *Fuga ex Italia*
plures partim ad Antonium, partim ad Sextum Pompeium in Siciliam a- *Fuluiæ.*
bierũt, inter quos Iulia etiam Antoniorum mater ad Sextum uenit, ab eoꝗ *Iuliæ.*
amiciſsimè excepta, & ad filium Marcum miſſa eſt, ut de amicitia cum eo a-
geret. Inter eos qui ex Italia tunc ad Antoniũ profecti ſunt, Tiberius etiam *Tib. Claudij*
Claudius Nero, præſidio in Campaniæ quodã oppido præfectus, cùm Cæ *Neronis.*
ſaris res obtinerent, cum uxore ſua Liuia Druſilla, & filio Tiberio Claudio *Liuiæ Dru-*
Nerone, eodem abijt: ſed poſteà temporis res quàm maximè admirabilis, *ſillæ.*
ac præter omnium opinionem euenit, ut Liuia, quæ tum Cæſarem fugiè-
bat, ei nuberet, atꝗ is Tiberius, qui cum parentibus tunc ſuis ſolum uerte-
bat,

bat, Imperator poſt Cæſarē fieret. Eodem tempore in urbe togæ (eas enim, etſi decretum factum non fuerat, à plebe coacti poſuerant) reſumptæ, feſtiq; dies acti ſunt. Cæſar habitu triumphali in urbem adductus, fertoq; laureo honoratus: & decretum, ut quoties triumphans aliquis eo uteretur, Cæſar quoq; eodem decoraretur. Cæſar Italico negocio confecto, cum mare Ionium etiam liberatum iam eſſet (nam Domitius ſuis uiribus ad id tenendum diffidens, ad Antonium auectus erat) ad bellum Sexto Pompeio inferendū ſe parauit: ſed cum de potentia eius eſſet factus certior, eumq; cum Antonio per matrē legatosq; agere audiſſet, ueritus ne contra utrunq; ſibi bellum ſimul eſſet gerendum, Sextum & fidei & uirium plus quàm Antonium habentem ut ſibi conciliaret, matrem ei Mutiam miſit: ſororemq; L. Scribonij Libonis (ſocer is Sexti erat) ipſe duxit, ſperans & beneficio & affinitate ſe amicum ſibi Pompeium redditurum. Is Pompeius cum ſecundum pacta cum Lepido inita ex Hiſpania diſceſsiſſet, ac nō multo pôſt claſſi eſſet præfectus, cum Cæſar ei eam præfecturam ademiſſet, nihilominus naues retinens, auſus fuerat in Italiam nauigare: mox cum eam iam Cæſar occupaſſet, ſe autem inter ſuperioris Cæſaris occiſores damnatum eſſe audiret, à continenti abſtinens, & circum inſulas nauigans, euentum expectârat, uictumq; citra ullius iniuriam ſibi parârat: fore ſperans, ut quoniam cædis particeps non fuiſſet, ab eius filio ipſo reduceretur: uerùm cum ſe quoque proſcriptum eſſe intellexiſſet, deſperato in patriam reditu, ad bellum ſe inſtruxit, triremes fabricatus eſt, profugos ad ſe recepit, prædones maritimos ſocios ſibi adſciuit, eiectosq; patria ſuſcepit. Ita paruo tempore uiribus acquiſitis, mariq; Italiæ uicino potitus, in portus eius ſubuectus, naues abripuit, ac prædas exercuit: rebus ſuccedentibus, ita ut iam & milites & pecuniam haberet, in Siciliam nauigauit, Mylasq; & Tyndaridem citra etiam pugnam cepit: à Meſſana autem eum Pompeius Bithynicus, Siciliæ ea tempeſtate præfectus, repulit. quanquam ne ſic quidem Sextus omnino eam miſſam fecit: ſed in agrū eius incurſiones faciendo, commeatus intercludendo, ſubuenieñtes Meſſanæ partim metu eiuſdem incommodi obiecto, partim per inſidias damno dato, prohibendo, Quæſtorem cum pecunijs, ac tandem & Meſſanam, & Bithynicum, cum conueniſſet, ut inſulam æquata poteſtate regerēt, in ſuam poteſtatem redegit. ac tum quidem Bithynico nihil mali exhibuit: Meſſanenſibus autem arma & pecuniā ademit. dein Syracuſas, & alias nonnullas urbes ſubegit, ac milites ab ijs accepit, mittente etiam ei milites ex Africa Q. Cornificio. Pompeij ita augeſcentis aliquandiu Cæſar nullam curam habuerat, quòd & cōtemnebat hominem, & alijs negocijs diſtinebatur: ſed cum fame multi in urbe perirent, ac Italiam quoque Sextus attentaret, ita demum claſſe parata Saluidienum cum magnis copijs Rhegium præmiſit. Is Pompeiū ab Italia reiecit: regreſſosq; eo in Siciliam, naues ex pellibus ad imitationē eorum qui Oceanū nauigant facere inſtituit, intus baculis leuibus conſerens, foris autem pellem bouis crudam in formam rotundi clypei obducens. Verùm riſui habitus, ac periculum, ſi is transfretare conaretur, ueritus, pelliceis nauigijs iſtis omiſsis, claſſe, quę iam inſtructa aduenerat, trajcere aggreſſus eſt: fruſtrà id quidem, cum & multitudo & magnitudo nauium eius multum peritiæ & audaciæ hoſtium concederet. Hæc gerebantur eo tempore, quo in Macedoniam Cæſar expeditionem faciebat: isq; inſpector huius naualis prælij, ægrè admodum tulit ſe primo hoc cōgreſſu uinci, ac non auſus ui tranſmiſſionem

Cæſar de conciliando Sexto Pompeio agit.

Mutia mater Sexti Pompeij.

Sextus Pompeius ut Siciliæ compos ſit factus.

Pompeius Bithynicus.

Saluidienus à Sexto Pompeio uictus.

ſionem poſthac tentare, quamuis pleriſque nauibus ſuis ſaluis, ſed ſæpenumerò clanculum facto periculo, quòd utique ſi in inſulam perueniſſet, pedeſtribus copijs uicturũ ſe facilè ſperaret, cum nihil proficeret, ualida ubiꝗ inſulam cuſtodia obſeruante, conſtitutis alijs quibuſdam, qui Siciliæ intenti eſſent, ipſe Brunduſium ad Antonium perrexit, auxilioꝗ nauiũ, Ionium mare traiecit. His actis, totam inſulã Pompeius occupauit, Bithynicũ inſidiari ſibi prætendens, occidit: ſpectacula, qualia uictores ſolent, edidit: captiuorũ naualem in freto, prope Rhegiũ, ita ut hoſtium in cõſpectu eſſet, pugnã exhibuit, commiſsis inter ſe ligneis, & pelliceis ad deridendũ Saluidienũ nauiculis: deinde naues plures extruxit, mare circũ inſulã obtinuit, auctus ea etiam gloria atque faſtu, quaſi Neptuni filius eſſet: nam & pater quondam eius imperiũ mari uniuerſo habuerat. Hæc à Sexto Pompeio geſta ſunt, Caſsij adhuc Brutiꝗ rebus ſaluis. Secundũ eorũ interitum, cùm alij ad eum, [tum Statius etiam Murcus ſeſe receperũt: Statiũ Pompeius] libenter accepit (nimirũ ut copias, quib. ille præerat, ad ſe traduceret) deinde aũt ſtrenuum & magnanimum eſſe uidens, interfecit, proditionis eum inſimulans. Deinde eius claſſem, ac multitudinem ſeruorum qui ex Italia aduenerant, ad ſe recipiens, magnoperé creuit: tantus enim fuit fugitiuorũ numerus, ut Veſtales etiam cum rem ſacram facerent, uota conceperint ſi finis au fugiendi factus fuiſſet. His de cauſis, ac potiſsimum quòd exules recipiebat, & cum Antonio de iungenda amicitia agebat, Cęſar cum eo pacem inire cupiens, ubi id non ſucceſsit, M. Vipſanio Agrippæ bellum contra eum gerendũ iniunxit, ipſe uerò in Galliam profectus eſt. Qua re cognita Pompeius, obſeruato eo tempore, quo Apollinaribus ludis exhibendis occupatus Agrippa erat, (Præturam enim tum gerens, ac præcipuus amicus Cæſaris ſplendidè omnia agebat, ludoſꝗ inter cætera equeſtres biduo præbebat, & Troiam uocatum ludum per nobiles pueros magnificè exercebat) in Italiam tranſmiſit, ac tandiu in ea prędas agendo commoratus eſt, donec Agrippa adueniret: ſub eius aduentũ relicto in quibuſdam locis præſidio, in Siciliam reuectus eſt. Cæſar primò per alios Galliam occupare conatus, cum Fuſius hactenus, & alij Antonij rebus fauentes id impediuiſſent, eo tempore obtinuit, cùm morbo abſumptum Fuſium inueniſſet, eiuſꝗ exercitum nullo labore ad ſe tranſtuliſſet: Lepidum moleſtè ferentem ſe ſua imperij parte ſpoliari, in Africam miſit, ut ſibi eum eo amiciorẽ haberet, quòd à ſe ſolo, ac non etiam Antonio eam prouinciam accepiſſet. Erant in Africa duæ Romanorum, uti ſuprà demonſtratum eſt, prouincię: præerant autem ante Triumuiratum, Numidiæ T. Seſtius, alteri Cornificius ac D. Lælius, ille quidem Antonij, hi Cæſaris rebus ſtudentes. Seſtius primò cùm eos (longè enim paratiores à copijs erant) in ſuam prouinciam irrupturos putaret, ad propulſandam eorum uim ſe parauerat: pòſt eos ob cunctationem deſpiciens, elatus præſertim prodigio, quòd bos humana uoce (ut fertur) ei ut ageret quæ inſtituiſſet, iuſſerat, inſomnioꝗ, quo taurum quendam in oppido Tuca ſepultum, imaginatus fuerat ſibi dicere, ut caput eius effoſum, perticæꝗ impoſitum circumferret, ita enim fore ut uinceret. his animo confirmato, præcipuè cum taurum eo in loco quem ei ſomnium demonſtrauerat, inueniſſet, omni mora præciſa, in Africam profectus, Adrumetum & alias quaſdã urbes inopinantes aggreſſus cepit. Poſteà hoc ſucceſſu elatus, cùm minus accurata uteretur cuſtodia, à Quęſtore inſidijs petitus, magna parte exercitus amiſſa in Numidiam abijt: eamꝗ cladem eò referens, quòd tauri

Bithynici interitus.

Agrippæ prætura.

Cæſar Galliam occupat.

Vt Seſtius Africa omni potitus ſit, Cornificio & Lelio ſublatis.

caput

caput ſecum non habuiſſet, denuò ſe ad expeditionem parauit. Interim ad-
uerſarij occupauerant in Numidiam intrare, ac alijs Cirtam oppugnanti-
bus, Quæſtor cum equitatu aduerſus ipſum Seſtium tendens, cum equeſtri
bus aliquot prælijs uicit, ac collegã Quæſturæ ſibi adiunxit. Seſtius autem
nouis ſubſidijs auctus, denuò rem in periculũ pugnæ adduxit: ſuperatoq;
uiciſsim Quæſtore, Lælium agros populantem in caſtra cõpulit, obſeditq;:

Lelij & Cornificij interitus.

Cornificium autem ei ſubuenientem opinione Lælij iam capti deceptũ, a-
nimoq; conſternatum, uicit, & in prælio occidit: ac Lælium quoq;, qui ut à
tergo adoriretur hoſtes, caſtris exiuerat. His actis, tutò deinceps utriq; pro-
uinciæ præfuit, donec Cæſare ex pacto cum Antonio Lepidoq; inito, impe
rium in eas nacto, ac C. Fuficium Phangonem eis præficiente, ultrò ceſsit.
Poſt pugnam Philippenſem, cum Cæſar & Antonius inter alia Africã quo-

Seſtius ut Africam omiſerit, iterumq; receperit.

que diuiſiſſent, ita ut Numidiam Cæſar, Antonius Africam acciperet (Le-
pidus enim nomine tantùm imperabat, ac id ipſum quoq; ſæpe in literis o-
mittebatur) Fuluia Seſtio ſuaſit, ut Africam occuparet: (commorabatur
enim adhuc in Africa Seſtius: uerbo quidem, propter hyemem: re autem,
quod fore ſperabat, ut aliqui noui motus ibi exiſterent) is cum Phangoni

Phango, eius acta & interitus.

non perſuaderet, ut ſibi prouincia cederet, prouinciales, qui Phangonis im
perium iniquo animo ferebant (nanq; is Phango ex milite mercenario Se-
nator factus, quod multis eius ſimilibus obtigiſſe ſuprà demonſtraui, malè
regebat prouinciã) ſocios ſibi adſciuit. Igitur Phango in Numidiam abijt:
Cirtenſibusq; ipſum ſpernẽtibus, damno graui impoſito, Arabionem, qui

Arabio ditione ſua pulſus perit.

in barbaros uicinos imperiũ habebat, ac prius Lælio, deinde Seſtio opem
tulerat, propterea quòd ſibi opitulari nollet, ditione eiecit, isq; ad Seſtium
confugit. Phango à Seſtio Arabionem poſtulauit: cumq; nõ dederetur, ira-
tus in Africam irruit, ac nonnihil maleficij regioni intulit: ſed à Seſtio obuiã
ſibi cum exercitu profecto prælijs aliquot non magnis ſuperatus, in Numi-
diam receſsit, inſequente Seſtio, qui equitatu potiſsimum Arabionis confi-
dens, ſperabat ſe breuiter uictoriam ab aduerſario reportaturum. Sed poſt-
quam Arabionem ſuſpicionis cuiuſdam cauſa Seſtius per fraudem interfe-
cit, indignè eam necem equitibus ferentibus, eumq; deſerentibus, ac pleriſ-
que Phangoni ſe adiungentibus, nihil efficere potuit. Proinde quaſi cauſa
belli è medio ſublata, Phango & Seſtius amicitiam iniuêre, qua fretum Se-
ſtium cum animaduerteret Phango ſecurè agere, in Africã inuaſit: prælioq;
commiſſo, uterq; & uictus & uictor diſceſsit. nam Phango equitatu Numi
dico, legionibus Romanis Seſtius præualebat: igitur ita utrinq; caſtra ab ho
ſtibus direpta ſunt, ut neutri quid ſocijs ſuis factum eſſet, ſcirent. Cum ſeſe
recepiſſent à pugna, & quid eueniſſet, reſciuiſſent, denuò cõgreſsi ſunt. ibi
fuſis Numidis Phango in montes confugit. noctu aũt cum bubali ibi tranſ-
currerẽt, equitatum hoſtium adeſſe opinatus, ſeipſum interfecit. Ita Seſtius
reliquam prouinciam abſq; labore ullo recepit, Zonam autem diu admo-
dum reſiſtẽtem, fame ſubegit, iterumq; utriq; prouinciæ præfuit, uſq; ad Le

Lepidus Africam occupat.

pidi aduentum: huic, ſiue quòd ex ſentẽtia Antonij aduenire eum putaret,
ſiue quòd longè maiores ſecum is copias habebat, non repugnauit Seſtius:
ſed id quod neceſſariò faciebat, gratificari ſe Lepido ſimulans, quieuit. Le-

Antonij in Aſia acta, & amor Cleopatræ.

pidus utramq; prouinciam in ſuam poteſtatem accepit. Eodem fermè tem-
pore, M. Antonius à pugna Philippenſi in continentẽ Aſiam uenit: ibi par-
tim ipſe circumiens, partim alios emittens, pecunias ab urbibus exegit, ac
ditiones uendidit: interim Cleopatræ in Cilicia uiſæ amore correptus, nul-
lam

Iam deinde honeſtatis curā gerens, Aegyptiæ mulieri ſeruiuit, eiusq; amo-
ri uacans cum alia turpia multa feciſſet, ac fratres eius Epheſi à templo Dia
næ abreptos necaſſet, tandē Planco in Aſia, Saxa in Syria relicto in Aegy-
ptum profectus eſt. Præbuit ea res multis motibus occaſionē. Nam & qui
Aradum inſulam incolebant, eis qui ad ſe pecuniæ exigēdæ cauſa miſsi eſ- *Aradiorum re*
ſent, non obtemperabant, nonnullis etiam eorū occiſis, & Parthi cùm iam *bellio.*
ante ſe cōmouiſſent, tum magis adhuc cōtra Romanos inſurrexerūt, duci-
bus Labieno & Pacoro: quorū hic Orodis regis Parthorū filius erat, ille T. *Pacorus.*
Labieni, qui qua ratione ad Parthos uenerit, ac cum Pacoro rem iſtam geſ- *Parthicum bel*
ſerit, iam explicabo. Caſsij & Bruti commilito fuerat Labienus hic, de quo *lum.*
nobis ſermo eſt: miſſusq; ad petēdum auxilium ad Orodem, ante pugnam *Labienus quo-*
Philippenſem, aliquandiu apud eum commoratus eſt, cum nulla ſui habe- *modo dux Par*
retur ratio, quòd & adiuuare eos Regi in animo non erat, & negare auxi- *thorū factus.*
lium uerebatur. Pòſt clade annunciata Labienus, cum aduerſariorū nemi-
ni ueniam daturos uictores putaret, potius ſibi cum barbaris uiuendum ra-
tus, quàm in patria percūdum, apud Parthos remanſit: ac ubi primùm An-
tonij deſidiam, amoremq;, & profectionē in Aegyptum intellexit, Parthis
inferendi Romanis belli autor fuit, quorum exercitus partim perijſſent,
partim damnum accepiſſent, reliqui autem inter ſe diſsiderent, ac denuò ad
bellum deuenturi inteſtinum eſſent: quare Regi ſuaſit, ut dum in Italia Cæ
ſar Sexti Pompeij cauſa detineret, Antonius autem in Aegypto amori in-
dulgeret, ipſe Syriam & uicinas ei regiones ſubigeret: ſe autem ducem bel-
li futurum, ac ita multos populos, qui Romanis propter damna quibus ab
ijs continuis affligebantur, infenſi erant, ad defectionem permoturum pol
licitus eſt. Hoc ſermone cum Regem ad bellum gerēdum adduxiſſet, acce-
ptis ab eo magnis copijs, filioq; regis Pacoro, in Phœnicem irruit, ac Apa-
meam aggreſſus, à muro reiectus, deditione uoluntaria præſidia quæ erant *Phœnicen La-*
in ea regione poſita accepit. Ea ex militibus Caſsianis ac Brutianis conſta- *bienus ſubigit,*
bant, quos Antonius in ſuum exercitum allectos, Syriæ tum, regionis nimi *Saxam uincit,*
rum eius peritos, cuſtodiendæ reliquerat. Igitur Labienus eos facilè, tan- *& interficit.*
quam familiariter ſibi notos, ſui iuris fecit, Saxa qui tum ijs præerat, exce-
pto, qui frater præfecti exercitus, ac Quæſtor, ſolus Labieno ſe non adiun-
xit. Hunc Saxam Labienus prælio congreſſum, multitudine ac uirtute ſuo- *Saxa uincitur,*
rum equitum uicit, ac noctu ex caſtris aufugientem inſecutus eſt, iaculatus *& perit.*
etiam antè libellos in eius caſtra, ad perducendos ad ſuam ſocietatem eius
milites: quod ne fieret ueritus Saxa, fugæ ſe dedit, aſſecutusq; eum Labie-
nus, plerosq; qui cum eo erant, interfecit. Saxa autem Antiochiā cum perfu
giſſet, ipſe Apameam, iam non amplius repugnantē, quòd opinio de mor-
te Saxæ inſinuauerat, accepit, ac pòſt Antiochiam etiam, à Saxa deſertam:
denique ipſum etiam Saxam in Ciliciam fugientem cōſectatus, occidit. Sa-
xa mortuo, Syriā Pacorus ſubegit uniuerſam, Tyro excepta: quam urbem
Romani reliqui, ac qui cum his ſentiebant Syri anteceperant, ac neque ſua- *Tyrus Parthis*
ſionibus, neque ui (nam claſſem Parthi nullam ſecum habebant) in poteſta *reſiſtit.*
tem eius redigi potuerunt. Syria reliqua omni Pacorus accepta, in Palæſti-
nam profectus, Hyrcanum, qui tum prępoſitus à Romanis ei regioni impe *Hyrcanus.*
rabat, depoſuit, fratremq; eius Ariſtobulum præfecit. Eodem tempore La- *Ariſtobulus.*
bienus Ciliciam, & Aſiæ urbes in continenti ſitas (eius enim metu in inſu-
las traiecerat Plancus) præter Stratoniceam omnes, pleraſque ſine bello: *Stratonicea.*
Mylaſſa autem & Alabanda ui occupauit. Hæ urbes cum præſidium à La-

u bieno

bieno accepiſſent, ijs die feſto quodam necatis defecerunt. Igitur Labienus Alabandis captis, ciues ſupplicio affecit, Mylaſſa autem relicta ab incolis diruit: Stratoniceam cum diu obſediſſet, nullo tamen modo potiri urbe ea potuit. Proinde pecunia confecta, ac ſpoliatis fanis, Parthicum ſeſe imperatorē nominauit, ratione à more Romano diuerſiſsima. Quos enim aduerſum Romanos ducebat, ab ijs nomen ſibi ſumebat, quaſi uerò eos, ac non ciues ſuos uiciſſet. Antonius cum & hæc, & quæ in Italia agebantur, audiret (nihil enim omninò ignorabat) neutris rebus in tempore conſuluit: ſed amore, temulentiaq; detentus, neq; ſociorum neque hoſtium ullam curam geſsit. Etenim quantiſper humili loco conſtitutus, ſummum gradum affectaret, ſummo ſtudio rebus intentus fuerat: poſtquam autem potitus et faſtigio eſſet, nihil iam diligenter curabat, ſed cum Cleopatra & Aegyptijs luxuriæ deditus uſq; ad perniciem extremam ſuam deſidebat. Vix iandem coactus conſurgere, ad Tyrum nauigauit, tanquam auxilium urbi laturus: ſed occupatam iam ab hoſte omnem circum regionem cernens, prætendēs Pompeij bellum, eam deſeruit: contrà quòd eam rem non maturaſſet, Parthos ſibi in mora fuiſſe cauſabatur. ita euenit, ut neq; ſocijs auxilio ueniret, propter Pompeium, (hoc enim prætexebat) neque Italiæ, propter ſocios. Proinde continentem prætervectus ad Aſiam uſq;, in Græciam tranſmiſit: ibi cum matre & coniuge ſua congreſſus, Cæſarem hoſtem ſuum fecit, & cum Pompeio amicitiam iunxit: deinde in Italiam tranſuectus, Sipuntem cepit: Brundusium, quia dedere ſe nolebat, oppugnauit. Iam ex Gallia Cæſar redierat: is audito quæ ageret Antonius, contractis copijs, P. Seruilium Rullum Brunduſio tuendo, Agrippam Sipunti recipiendo miſit. Agrippa Sipuntem ui recepit. Seruilium autem Antonius ſubitò adortus, multos eius milites interfecit, multos ad ſe ꝑtraxit. Ad hunc modum commiſſo inter Cæſarem ac Antonium bello, cum uterq; urbes, ueteranosq;, unde ſibi aliquid auxilij ſperabat, circummiſsis ſuis adminiſtris ſolicitaret, alijq; iam tum alterutri accederent, alij differrent, noui per Italiam, ac Romæ potiſsimum, coorti ſunt tumultus. Suſpenſis & ducum & auxiliariorum animis, Fuluia Sicyone, ubi morbo correpta decumbebat, moritur: effecit autem et amor Cleopatræ, & petulantia ipſius Fuluiæ, ut Antonius cauſam ei mortis attuliſſe uideretur. Enimuerò Fuluia mortua, ſtatim uterq; armis poſitis, in gratiam redierunt, ſiue quòd reuera ad bellum ipſos Fuluia incitaſſet, ſiue hac præſcriptione utentes, cum alter alterum metueret, & uterq; æquis uiribus & ſpe uteretur. Tum Cæſari Sardinia & Dalmatia, Hiſpaniaq; & Gallia, Antonio reliquæ omnes trans Ionium mare regiones adſcriptæ ſunt. nam Africas prouincias Lepidus habebat, Siciliam Sextus. hęc tum denuò imperij diuiſio facta, bellíq; cōtra Sextū Pompeiū ſocietas inter Cæſarē & Antonium inita, quanquam Antonius per internuncios ſacramento ſe obſtrinxerat Pompeio ad conſortium belli contra Cæſarem. Quæ cauſa præcipuè fuerat Cæſari, cur impunitate propoſita omnes ad ſe reciperet eos, qui bello Peruſino contra ſe ſtetiſſent, ac nonnullos etiam ex patris percuſſoribus, interq; eos Domitium, omnes item proſcriptos, ac qui Caſsij Brutiq; caſtra ſecuti fuiſſent, uel Antonium poſtmodò adiuuiſſent. Adeò in ſeditionibus & bellis omnia præter rationem eueniunt, ubi non iure, ſed utilitate ſua ac neceſsitate amicos inimicosq; ſuos hi qui rerum potiuntur æſtimant, ac pro opportunitate temporis eoſdem & hoſtes, & neceſſarios ſuos iudicant. His ita in caſtris ad Brunduſium compoſitis, conuiuio ſe mutuò

acceperunt

Labienus Imperator Parthicus.

Antonij luxuria & deſidia.

Antonius cum Sexto Pompeio amicitiā fecit, & in Italia Cæſarē aggreditur.

P. Seruilius Rullus.

Agrippa.

Fuluiæ mors.

Pax inter Cæſarem & Antonium.

Antonij perfidia in Pompeium.

Domitio Cæſar ignoſcit.

acceperunt, quòd Cæſar more militari ac Romano, Antonius Aſiatico Aegyptioq́; inſtruxit. Cum in gratiam rediĳſſent (ut quidem ſibi uidebantur) milites qui tum cum Cæſare erant, Antoniũ circumſtetêre, poſtulãtes pecuniã, quã ipſis de pugna Philippenſi ꝓmiſerat, cuiusq́; cumulatè cõficiendæ cauſa in Aſiam miſſus fuerat, ac uim ei intuliſſent, niſi eos ſpe iniecta Cæſar inhibuiſſet. Poſtea emeritis in colonias dimiſsis ne ulterius tumultibus excitandis progrederẽtur, Cæſar & Antonius ad bellum contra Pompeium ferendum ſe contulerunt. Pompeius enim ſecundum fœdus cum Antonio patratũ in Italiam uenerat, eius auxſlio contra Cæſarem belligeraturus: ſed certior factus de eorum pactione, in Siciliam reuerſus, Menæ liberto ſuo, quem plurimi faciebat, imperauit, ut cum claſsis parte circumuectus hoſtium ditionẽ infeſtaret. Menas Hetruria haud leuiter uexata, M. Titium, Titĳ filium eius, qui proſcriptus, ad Sextum Pompeium cõfugerat, ac cum eo erat, claſſem ſibi peculiaris potentiæ obtinendę cauſa parantẽ, & in Narbonenſi prouincia ſtationem habentem, uiuum cepit. Huic Titio propter patrem ſuum, ac quòd nomẽ Pompeĳ milites eius ſuis ſcutis inſcriptum ferebant, uenia data eſt: ſed is malam ſuo benefactori gratiam retulit, quem & debellauit, & occidit: quæ res inter ſimilia exempla maximè commemoratur.

Menas Sexti Pompeĳ libertus quę egerit.

M. Titĳ i. gratitudo.

Menas his actis in Sardiniam nauigauit, ibiq́; cum cum M. Lurio inſulæ præfecto confligens, primò pulſus eſt: deinde inopinatò conuerſus in hoſtem inconſiderate inſequentem, uictoriam recuperauit, inſulamq́; Lurio cedẽte occupauit, deditione cætera, Aradin autem (quò ex pugna complures cõfugerant) expugnatione. Captiuos cùm alios, tum Helenum Cæſaris libertum, eiq́; maximè charum, ſine precio redemptionis dimiſit, beneficium hoc multò antè apud Cæſarem deponẽs, & perfugium ſibi, ſi res ita ferret, apud eum præparans.

Sardinia à Mena capitur.

M. Lurius.

Helenus.

Romę, Sardinia amiſſa, cum ora maritima populationibus uexaretur, annonæ commeatus interclusſus eſſet, fames, uectigalia multa & omnis generis, penſionesq́; ĳs qui mancipia haberent impoſitæ, cum moleſta hæc omnia admodum eſſent, ciues non amplius ſe continuerunt, ſed quantum læticię Cæſaris ac Antonĳ pacificatione acceperant (ſibi enim pacem ex eorum concordia ſperabant) tantum, aut plus etiam indignationis inter eos proptẽr bellum eorum contra Pompeium eſt coortum. Itaque qui modò Cæſarem Antoniumq́; equitãtes tanquam in triumpho quodam in urbem adduxerant, ueſteq́; triumphali eos exornauerãt, ludos ut ſellis curulibus ſedentes ſpectarent, iuſſerant, Octauiam Cæſaris ſororem, marito eius defuncto, prægnantem tum, Antonio coniugem conciliauerant, ĳ adeò mutati ſunt, ut uel coitionibus factis, uel ad ſpectaculum congregati, eos ad pacem cum Pompeio componendam hortati ſint, multo eam rem clamore agentes.

Cæſar & Antonius ad faciendam cum Pompeio pacem adiguntur.

Octauia Antonio nuptũ data.

Cum nihil efficerẽt, abalienati animis ab ipſis ad Pompeium inclinauerunt, ac cùm alios ſtudio eius ſermones ſparſerunt, tum ludis equeſtribus illatum Neptuni ſimulacrum multo plauſu honorauerunt, eoq́; magnoperè delectati ſunt: cumq́; id per aliquot dies non inferretur, lapidatione in magiſtratus facta, eos foro eiecerunt, Cæſaris & Antonĳ ſtatuas deiecerunt, ac tandem cum nihil conſequerentur, impetũ in eos necis inferendæ cauſa fecerunt. Ibi Cæſar, ſuorum nonnullis uulneratis, ueſte laniata ſe ad deprecandum multitudinem conuertit: Antonio autem aſperius cum ipſis agente, magisq́; adhuc ira plebis aucta, ita ut graue aliquod ab ea facinus expectandum eſſet, ita demum ad Pompeium de pace ineunda mittere coacti ſunt. Interea temporis, etſi iam in exitu erat annus,

Magiſtratus præter conſuetudinem P. R. collati. abrogato Prætoribus & Conſulibus magiſtratu, alios ijs ſuffecerũt, nihil curantes, quòd ij paucos dies eſſent cum ea dignitate futuri. Fuit inter eos qui tum Conſules facti ſunt, L. Cornelius Balbus, Gadibus natus, tantũ ſuę ætatis homines diuitijs & magnificẽtia ſuperãs, ut moriẽs populo Romano in

L. Cornelius Balbus Conſul. ſingula capita uicenoſquinos denarios legauerit. Aedili quodam extrema anni die mortuo, alius quidã in reliquas horas ſuffectus eſt. Eodẽ tempore

Aquæ Iuliæ. aquæ, quas Iulias nominãt, in urbẽ canalibus ductæ ſunt, ludosq; quos prò bello contra Cæſaris percuſſores uouerãt, Conſules exhibuerũt: ac quia ſeptem uiri nõ aderãt, eorũ munus Pontifices obierũt, quòd aliàs etiã ſæpe fa

Sphærus. ctum eſt. Hæc eo anno acta. Sphærũ etiã Cæſar, pædagogũ & libertũ ſuũ, publicè ſepelijt, ac Saluidienũ, quòd ab eo inſidijs peteret, necauit. Ei Salui

Saluidieni fortuna, & interitus. dieno, obſcuriſsimo genere nato, paſcẽti gregem flamma è capite emicuit, eumq; Cæſar ad id dignitatis euexerat, ut Conſul, cum Senator nunquam fuiſſet, deſignaretur, utq; frater eius, qui prior uita abierat, ponte in Tiberi facto, ſuper eum efferretur. Sed, ut nihil eſt in rebus humanis perpetuum, idem in Senatu ab ipſo Cæſare accuſatus, ac tanquam Cæſaris, & populi totius hoſtis, iugulatus eſt, ſupplicationesq; eius rei ergò decretæ, ac Triumuiris cuſtodia urbis mandata, addito pro more, Curarent, ne quid ea detrimẽti caperet. Priore anno uiri equeſtris ordinis feras equeſtri ludorum A

Intercalatio. pollinarium certamine confecerunt, diesq; una intercalata præter conſue

Nundinæ. tudinem, ne Calendis Ianuarij inſequentis anni nundinæ eſſent (id enim antiquitus diligentiſsimè curatum eſt) ac deinde alia exempta dies, ut tempus ad Iulij Cæſaris ordinationem competeret. Caſtori etiam cuidam Atta

Lex Falcidia. li & Deiotari in Gallogræcia defunctorum ditio tradita eſt, & lex Falcidia à P. Falcidio Tribuno plebis lata, quæ nunc quoq; plurimùm ualet in hæreditatibus adeundis: ea autem permittit, ut hæres, ſi adire hæreditatem grauetur, quadrante accepto, reliquum dimittat. Hæc eo biennio acta. Qui

An. V. C. 715. proximus fuit poſt id annus, L. Marcio, C. Sabino Coſſ. eo Triumuiri quæ

Triumuirorũ acta rata eſſe iubentur. ab inito eo Magiſtratu egiſſent, omnia rata eſſe Senatus iuſsit, cum uectigalia noua iam antè inſtituiſſent, quod longè maiores ſumptus quàm quos Cæſar ſuperior ſtatuerat, fiebant: cum enim immodicam pecuniam impenderent militibus, turpe ſibi putabant, ſi præſtitutum ſumptibus modum ipſi ſeruárent. Etenim Cæſar tum primum barbam radens, ipſe ſplendidè diem eum feſtum egit, & publicum epulum dedit: ab eo tempore genas læues ſerua

Cæſar Scriboniam repudiat. uit, ſicut alij ſolebant, iàm enim Liuiam amare cęperat, ideoq; Scriboniam, cum filiòlam ſibi peperiſſet, eadem die repudiauerat. Enimuerò quia ſumptus longè fiebant quàm antè maiores, ac reditus alioquin nõ ſufficientes, minores etiam tum eſſent propter ciuilia bella, noua uectigalia quædã excogitata ab ijs ſunt: in Senatum etiam adſcripti permulti nõ modo è ſocijs,

Serui in Senatum allecti. militibus'ue & libertinis: ſed ſerui etiã. Sanè Maximum quendam Quæſturam ambientem dominus ſuus cognouit, & abduxit, idq; impunè factũ ei, qui auſus eſſet magiſtratum petere: alius quidam ſeruus inter milites depręhenſus, de rupe Capitolina deiectus eſt, prius manumiſſus, ut cum dignitate ſupplicium in eum ſtatueretur. Anſam autem multitudini eorum, qui in Senatum allegerentur, expeditio Antonij, quam in Parthos parabat, præbuit, unde & magiſtratus alij in aliquot annos, & Conſules in octo totos annos tum ordinauerũt, partim gratiam ijs referentes, quibus uſi erant ad

Conſulatus nõ annuus. iutoribus, partim alios ijs honoribus demerentes. Conſules autem electi ſunt, non, ut moris erat, duo, qui annuum eum magiſtratum gererent, ſed

ipſis

ipſis Comitijs tum primùm plures deſignati ſimul ſunt. Equidem iam antè quoq; nonnulli alijs in Conſulatu ſubſtituti fuerant, neq; mortuis, neq; per ignominiam aut aliàs eo depoſitis, uerùm hi tamen ipſi ex arbitrio eorum, quibus Conſulatus in totum annum mandatus fuerat, conſtituti: tum uerò annuus Conſul nullus eſt creatus, ſed alij ad alias partes temporis eius deſignati, quorum primi nomen Conſulum per totum annum gerebant, ut nunc quoq; fit, reliquos ij qui Romæ aut in Italia erant, ſui quemque magiſtratus tempore Conſulem nominabant, (quod ipſum hodie etiam obſeruatur) reliqui aut omnes iſtos, aut pleroſq; ignorabant, iccircoq; eos Conſules minores appellabant. Cæterum cum Sexto Pompeio primùm de conditionibus pacis futuræ per ſocios actum eſt: deinde uero apud Miſenum Cæſar & Antonius cum eo ad colloquium uenerunt, cum ipſi in continenti ſtarent, Pompeius autem in aggere quodam circumfluo in mari ad hoc ipſum congeſto, quò tutior eſſet. aderat autem ipſi uniuerſa ſua claſsis, illis autem pedeſtres omnes copię: ita quidem, ut hę in terra, Pompeiani autem in nauibus armati aſtarēt: ut uel ex hoc perſpicuum omnibus eſſet, eos metu aduerſæ partis uirium, ac coactos illos quidem à populo, Pompeium uerò ab his quos ſecum habebat, pacem compoſuiſſe. Eius uerò pacis hæ fuerunt conditiones: fugitiuis dari libertatem, exulibus omnibus, Cæſaris percuſſoribus exceptis, reditum (hi autem excipiebantur, quamuis horũ etiam quidam reſtituti ſunt, ac ipſe etiam Sextus inter eos numeratus fuerat) cum impunitate, & quadrante bonorum ſuorum, quæ publicata fuerant, atq; horum quibuſdam Tribunatus plebis, Præturas, & ſacerdotia tribui: ipſum uerò Pompeium Conſulem creari, & augurem, ac ex facultatibus paternis ei reddi ſeptingenties ſeſtertiûm: quinquennale ei eſſe imperium in Siciliam, Sardiniam, & Achaiam, ita ut neque fugitiuos reciperet, neque naues alias pararet, neq; caſtella in Italia obtineret, ſed pacem eius in mari ipſe tueret, ac certam ſummam frumenti ad urbem mitteret (id uerò tempus ei præſcriptum fuit, quòd ipſi etiam uolebant uideri, non perpetuã, ſed certo tempore definitam potentiam habere.) His cõpoſitis, ac conſcriptis, literas huius pactionis apud Veſtales uirgines depoſuerunt, ac deinde dextras mutuò iunxerunt, ſeq; oſculati inuicē ſunt. Quo facto, immenſus clamor & in terra, & in mari ſublatus eſt. Nam multi milites, multi inermes aderãt frequentes, qui bellum exoſi, ac magnoperè pacem expetentes, cum repentè ſe malis bellorum liberatos uiderent, adeò exclamauerunt, ut ſonitũ montes reddiderint, horrorq; & terror ingens coortus ſit, quo ipſo multi ſtatim exanimati ſunt, multi cõculcati & ſuffocati perierunt. Qui in nauibus erant, non expectato dum terræ naues appellerent, in mare proſiluerunt, uiciſsimq; alteri à terra in mare decurrerunt: ibi ſimul natantes, ſeſe mutuò ſaturabant, amplectebanturq;: eratq; ea res & uiſu & auditu mirabilis. Nam alij ſuos cognatos aut amicos ſuperſtites uidentes, ac præſentes, expleri uoluptate, quam inde capiebãt, non poterãt: alij quos perijſſe exiſtimauerãt, eos tum præter ſuã opinionē ſaluos cernētes, dubij ſecũ, ambigentesq; hærebãt, neque fidē oculis ſuis habentes, & id maximè optãtes, ne ij fallerēt: neq; prius ſuos agnoſcebãt, quàm eos nominatim uocaſſent, ac uocem eorũ exaudiſſent. ibi uerò tantũ erat gaudiũ, quantũ fieri par erat, ſi ij mortui iam antè tũ ab inferis extitiſſent: cumq; cumulatiſsimã delectationem ex eo caperēt, ea abſq; lachrymis frui nequibãt. Contrà alij cum de eorum, quos chariſsimos habuerãt, interitu nõ cognouiſſent, eoſq; in uiuis etiamnũ extare ac adeſſe putarent,

Pax apud Miſenum cum Sexto Pompeio facta.

Conditiones.

Varij affectus hominum pace cõpoſita moti.

putarent, circuibãt eos quærẽtes, ac unumquemlibet, in quẽ incidiſſent, de ijs percontabantur: & quandiu nihil certi cognoſcerent, mente captorum ſimiles dubij hærebant, & inuenturos ſe ipſos ſperantes, et mortuos eſſe uerentes, neq; eos uel deſperare cupiditas, uel ſecurę animo eſſe ſpes ſinebat. Vbi uerò rem ipſam comperiſſent, tum crines ſuos laniabant, ueſtem rumpebant, nominatim eos inuocabant, perinde ac ſi exaudire illi poſſent, & quaſi eo in loco mortuos ac iacentes complorabant. Quòd ſi quis ſui ipſius cauſa nihil huiuſmodi patiebatur, attamen aliorum eum affectus perturbabant, & uel ſocius alicui lætitię, uel lugenti doloris fiebat. Itaq; etſi maximè per ſe animo non commouebatur, tamen propter aliorum præſentiã quieſcere nequibat. Ita & dies et noctis pars maior ab eis exacta eſt, cum neque ſatietate, neque pudore, nimirum inter ſui ſimiles uerſantes, afficerẽtur. Secundum hæc conuiuijs ſeſe mutuò & alij, & ipſi principes exceperunt. Sextus Pompeius copijs erat inſtructior: is itaq; nõ antè in terram egreſſus eſt, quàm Cæſar & Antonius in nauem ad ipſum ueniſſent: ac poterat ſanè utrumq; in naui cum paucis quibuſdam habens interficere, quod ei conſilium Menas tum dedit, ſed id quidem noluit: ac quamuis Antoniũ ſcitiſsimo dicto ſalſe notauit, tamẽ nihil præterea egit, quo ſe memorem acceptarum iniuriarum oſtenderet. Cæterûm id dictum tale fuit: Carinæ loci nomen eſt Romæ, quo in loco Pompeius Magnus ædes habuerat, quas tum temporis Antonius poſsidebat: porrò autem nauis quoque aliqua pars, carina dicitur: ea ambiguitate ludens Sextus, conuiuium aiebat ſe ipſis in Carinis ſuis præbere. Poſtridie ipſe cõuiuio exceptus, filiam ſuam M. Marcello, cuius auunculus erat Cæſar, deſpondit. Id igitur bellũ ad hunc modum in aliud tempus reiectum eſt; bellum uerò Labieni ac Parthorum, in hunc modum confectum. Antonius in Græciam ex Italia reuerſus, permultũ ibi temporis exegit, ſimul ut ſuæ cupiditati ſatisfaceret, ſimul ut quàm maximè debilis prouincia Pompeio traderetur, urbes affligens. ibi inter alia quę contra patrium morem agebat, Bacchum ſe alterum nominauit, idq; nominis ſibi tribui ab alijs uoluit. cumq; Athenięſes inter reliquos honores ei etiam Mineruam deſpondiſſent, probare ſe id matrimonium dixit: dotisq; nomine quadragies ſeſtertiûm exegit. his rebus ipſe occupatus, P. Ventidium in Aſiam præmiſit. Ventidius antè ad Labienũ peruenit, quàm is id futurum cognoſceret, territumq; repentino aduentu, exercituq; ſuo (ſolus enim tum cum collectis ex Aſia militibus Labienus ibi agebat, abſque Parthis) inde ne auſum quidem congredi profligauit, fugientemq; in Syriam inſecutus eſt cum expeditiſsimis ſui exercitus militibus: deprehenſumq; apud Taurum montẽ, ulterius progredi prohibuit. Eo loco complures dies oppoſitis inuicem caſtris quieuerunt, Labieno Parthos, Ventidio legiones expectante. Cum ijſdem diebus utrique id quod operiebatur aduenisset, Ventidius, quia equitatum Parthorũ metuebat, in ſublimi loco (ibi enim caſtra poſuerat) perſtitit: Parthi uerò ſua multitudine freti, hoſtemq; olim à ſe ſuperatum contemnentes, ante quàm ſe Labieno coniungerent, ſummo manè ad tumulum acceſſerunt: ac nemine contrà exeũte, ſubire ad ipſum collem intenderunt. Cum iam in ſublime euaſiſſent, Romani decurrentes, haud magno labore eos per decliue præcipites egerunt: ita Parthi pars à Romanis trucidati, maior pars in receptu ſe inuicẽ perdiderũt, cum alteri iam fugerent, alteri tum primùm colli ſuccederẽt. Ventidius Parthos non ad Labienum, ſed in Ciliciam fugam conuertentes uſque ad caſtra inſecutus,

Sexti Pompeij fides, & ſcommain Antonium.

Carinæ Pompeij.

Affinitas Sexti Pompeij cum Cæſare.

Antonius Bacchum ſe uocat.

P. Ventidij de Parthis & Labieno uictoria.

ſecutus, uiſo ibi Labieno ſubſtitit. Nam Labienus cum ſe ad pugnam compoſuiſſet, uidens militum ſuorum animos fuga barbarorum conſternatos, non auſus confligere, ſub noctem aufugere aliquò inſtituit. Ventidius re è profugis præcognita, multos in ipſo diſceſſu per inſidias interfecit, reliquos omnes à Labieno deſertos ſibi adiunxit. Labienus ueſte mutata effugit, ac aliquandiu in Cilicia cum latuiſſet, à Demetrio (fuerat hic ſuperioris Cæſaris libertus, ac tum Cyprum, ab Antonio præpoſitus ei inſulæ, regebat) poſtmodò, qui ubi deliteſceret cognouerat, indagatus ac captus eſt. His ita geſtis, Ventidius Ciliciam recepit, ac conſtituit: Vpedium autem Silonem cum equitibus ad Amanū præmiſit. Amanus mons eſt in cōfinio Cilicię & Syriæ: tantæq; ſunt in eius tranſitu anguſtiæ, ut quondā portæ fuerint in ijs cum muro extructæ, ac loco nomē inde inditum. Eas Silo obtinere non ualuit: quinimò à Pharnapate Pacori legato, qui eum tranſitū cuſtodiebat, in ſummum diſcrimen cōiectus perijſſet, niſi fortè fortuna Ventidius pugnātibus ſuperueniens, ſuos conſeruaſſet: is Parthos & ex improuiſo, & numero ſibi impares adortus, Pharnapate cum multis alijs cæſo, Syriam à Parthis relictā, iam citra præliū recepit, Arado tantùm excepta, ac deinde Palæſtinam etiam, Antigono eius rege perterrefacto. Quibus perfectis, pecuniā multam à ſingulis alijs, multam uerò in primis ab Antigono, Antiochoq;, & Malcho Nabatæo exegit, quòd ij Pacorum auxilio iuuiſſent. Hæc ob facta nullum ei à Senatu præmium datum eſt, quia non imperator ipſe, ſed alienis auſpicijs rem geſsiſſet: Antonius autem laudatus, ſupplicationesq; eius nomine decretæ ſunt. Aradij autem metuentes ne eorum quæ contra Antonium auſi fuerant, pœnas dare cogerentur, Ventidio ſe non dediderunt, quanquam aliquādiu ab eo oppugnati, ac uix tandem poſtea temporis ab alijs expugnati ſunt. Eodem tempore etiam apud Epidaurios (Parthinorum urbs eſt Epidaurus) tumultum coortū Pollio factis aliquot prælijs compeſcuit. Ceretani quoque in Hiſpania rebellionem fecerunt, cosq; Domitius Caluinus ſubegit, non antè tamen, quàm legatus eius rem & bene geſsiſſet contra eos, & infeliciter, à barbaris inſidijs circūuentus, & à militibus deſertus. Itaque Domitius hoſtem non niſi ſumpto prius de militibus ſupplicio aggreſſurus, conuocatis quaſi aliam ob cauſam ſontibus, reliquum eis exercitum circumfudit, ac è duabus centurijs decimū quemq; ſupplicio ſorte delegit, in Centuriones etiam complures, & primi pili quoque Cēturionem exemplo ſtatuto. His actis, ita ut propter punitum exercitum etiam M. Craſsi nomen inuenerit, in hoſtem duxit, eumq; haud difficulter debellauit. Triumpho autem ſibi cōceſſo (quamuis enim Hiſpania Cæſaris imperio ſuberat, tamen honores legatis tribui ſolebant ex ſententia eorum qui ſummam imperij tenerent) aurum, quod in triumphum conferri ab urbibus ſolet, à ſolis Hiſpaniæ ciuitatib. accepit, atq; eius aliquam partem in triumphi apparatum inſumpſit, maiorem uerò in Palatium reficiendum: id enim incendio abſumptum inſtaurauit, ac dedicauit, cùm alijs rebus ſplendidè ornatum, tum imaginibus quas à Cæſare mutuò acceptas cum deinde repoſceretur, nō reddidit, facetè eluſo Cæſare: nam perinde ac ſi ipſe famulorum non haberet ſatis, mitte (reſpondit Cæſari) qui eas è Palatio domum tuam deferant: Cæſar autem, locum ſacrū deſpoliare ueritus, eas reliquit. Hæc eo tempore geſta ſunt. Appio Claudio, C. Norbano Conſulibus, qui primi binos Quæſtores habuerunt, plebs ſeditionem contra publicanos, qui eam grauiſsimè urgebant, mouit, ita ut cum ijs, ac miniſtris

Demetrius.

Vpedius Silo.

Amani portæ.

Pharnapates à Ventidio cū exercitu fuſus.

Aradiorū pertinacia.

Pollionis res geſta.

Ceretanos rebellātes Domitius Caluinus coercet.

Milites ſupplicio afficit Domitius.

Domitij triumphus.

Palatium refectum & ornatum.

An. V. C. 716.

Motus plebis contra publicanos.

militibusq́ quos iȷ́ ſecum in exigenda pecunia habebant, manus conſeruerint: eodem anno LXVII. Prætores fuerunt, aliȷ́s ſubinde in aliorum locum ſubrogatis. quidam puer Quæſtor factus, poſtridie uirilem togam ſumpſit: alius in Senatum adſcriptus, gladiatoris loco dimicare uoluit, ſed is quidem hoc facere prohibitus eſt: edictoq́ præterea cautum fuit, ne quis Senator dimicaret ludis gladiatoriȷ́s, ne'ue quis ſeruus lictor eſſet, ac ne mortui intra duo millia paſſuum ab urbe cremarentur.

Prodigia.

Multa ante id tempus euenerant prodigia, idq́ inter alia, quòd oleum apud Tiberim flumen ſcaturierat, multa tunc quoq́ uiſa ſunt. Cella enim Romuli, cum in ea Pontifices ſacrum feciſſent, incendio inde abſumpta eſt. ſtatua Virtutis quę ante portam quandam ſtabat, in faciem decidit: ac quidam furore matris deûm correpti, iraſci populo diuam dixerunt. Eius rei cauſa libri Sibyllini ſunt inſpecti. ac ex iȷ́s reſpondêre XV. uiri, ſuccêſſere deam populo, ſimulacrumq́ eius eſſe ad mare deportandum, ibiq́ aqua luſtrandum. id cum fieret, dea cum adhuc longè à mari abeſſet, à terra in id progreſſa eſt: ac aliquandiu ibi morata, uix tandem rediȷ́t. Id prodigium Romanis metum haud exiguum iniecit, neq́ antè animum receperunt, quàm palmæ quatuor ad delubrum eius deæ, ac in foro enatæ ſunt.

Cæſaris & Liuiæ nuptiæ.

Eodem tempore Cæſar Liuiam duxit. Filia erat hæc Liuiȷ́ Druſi (qui ex proſcriptis unus, ſeipſum poſt pugnam in Macedonia uita exuerat) coniux uerò Neronis, cum quo, ſicuti ſupra oſtenſum eſt, aufugerat, ac tum fortè ſextum iam menſem ex eo grauida uterum ferebat. Ambigenti autem Cæſari, ac ſciſcitanti à Pontificibus, faſ'ne eſſet ſibi eam prægnantem ducere: reſponſum eſt, ſi quidem ex quo mulier concepiſſet, dubitaretur, opus eſſe ut nuptiæ differrentur. quia uerò de eo conſtaret, nihil impedire, quin ſtatim fierent. id quidem ut in iure à maioribus tradito inuenerint, fortaſsis fieri potuit: ſed profectò ſic reſponſuri fuere, ut maximè non ita inueniſſent. Elocabat autem Liuiam ipſe maritus, patris loco. In cõuiuio fortè puellus quidam, quales garrulitate amabiles matronæ nudos delectationis cauſa aliquos alere ſolent, cum diuerſo loco Liuiam cum Cæſare, diuerſo autem Neronem cum alio quodam accumbentem uideret, accedẽs: Quid hîc, inquit, agis domina? maritus tuus (monſtrabat Neronem) iſthic accumbit.

Cl. Druſus Nero.

Liuia cum Cæſare agens, Claudium Druſum Neronem peperit: eumq́ Cæſar tollens, patri ſuo miſit, ac id ipſum in ſua commentaria ſic inſcripſit: Cæſar filiolum, quem ſua coniunx Liuia peperit, Neroni patri reddidit. Qui Nero paulo pòſt moriens, Cæſarem tutorem huic ſuo filio, & Tiberio reliquit. De hac re uulgô multa dicta ferebantur, idq́ etiam, fortunatis etiam trimeſtres naſci liberos, quod deinde in prouerbium abiȷ́t. Hæc Romæ acta.

Bogud regno ſuo excidit, eiq́; Bocchus ſubſtituitur.

Sub idem tempus Bogud Mauritaniæ rex in Hiſpaniam, ſiue Antoniȷ́ iuſſu, ſiue ſuapte uoluntate, nauigauit, ei'que & dedit multum mali, & uiciſsim accepit: interim'que deficientibus ab eo Tingitanis, & ex Hiſpania receſsit, neq́ ſuum regnũ recepit. Quippe qui in Hiſpania Cæſari fauebant, iȷ́ Bocchi auxilio Bogudem uicerunt, Bogud ad Antoniũ ſe contulit, Bocchus regnum eius occupauit, idq́ Cæſar ei confirmauit, ac

Tingitanis ciuitas data.

Tingitanis ciuitas data eſt.

Occaſiones belli inter Cæſarẽ & Pompeium.

Hoc ipſo tempore, ac paulo ſuperius, bellum inter Cæſarem & Pompeium exortum eſt. Quia enim nõ ſponte ſua, ſed coacti pacem iniuerant, haud diu eius conditiones ſeruauere, ſed ſtatim iȷ́s neglectis ad diſsidium redierunt, haud dubiè bellum moturi, etiamſi prætextum eius nullum inueniſſent.

Menas ad Cæſarem transfugit.

Cauſæ autem belli ipſis hæ fuerunt. Menas cum adhuc in Sardinia Prætoris loco eſſet, in ſuſpicionem Pompeio uenerat,

rat, propterea quòd Helenum dimiſiſſet, ac cum Cæſare colloquutus fuiſ-
ſet: huc accedebant eiuſdem conditionis hominum calumniæ, qui Menæ
potentiam inuidebant. Is igitur cum eum Pompeius, ut de adminiſtratione
frumenti ac pecuniç ſibi rationes redderet, euocaret, dicto audiens nō fuit:
ſed miſſos ad ſe necauit, præmiſsisq; ad Cæſarem qui de pace agerent, ſe &
inſulam, cum claſſe & exercitu ei tradidit. Cæſar Menam libentiſsimè acce-
pit (nam Sextum quoq; neglectis pacis conditionibus fugitiuos recipere,
triremes ſtruere, caſtella in Italia obtinere dicebat) neq; dedidit Pompeio
poſtulanti, & magno inſuper in honore habuit, annulisq; aureis decorauit,
& in equeſtrem ordinem adſcripſit. Nam apud antiquos Romanos nō mo-
dò liberto, ſed ne ingenuo quidem ulli aureo annulo (ſicuti ſuprà oſtendi)
Annuli geſtandi honor.
licebat uti, niſi Senator eſſet, aut equeſtris ordinis. Proinde is qui ſummæ
rerum præerat, libertis quibus uolebat, etſi aurum alioquin geſtarent ij, ta-
men honoris cauſa, ut libertis præſtantiores uiderentur, & equeſtris digni-
tatis, annulorum uſum largiebatur. Sextus Pompeius non hoc modò nomi-
ne Cæſarem accuſabat, ſed Achaiam quoq; uexatam, ac non repræſentatas
ijs qui reſtituti erant promiſsiones: igitur Menecratem, libertū hunc quo-
que, in Italiam miſit, eiusq; opera cùm alia Campaniæ oppida, tum Vultur-
num infeſtauit. Hoc cognito Cæſar, pactorum literas à Veſtalibus repetijt,
Menacrates Campaniam uexat.
Antonium ac Lepidum acceerſijt: quorum hic quidē non ſtatim paruit, An-
tonius autem cum Brunduſiū uſq; acceſsiſſet ex Græcia, antè quàm ad Cæ-
ſarem (is tum in Hetruria erat) perueniret, territus prodigio, quòd lupus in
prætorium ſuum intraſſet, & milites aliquot laniaſſet, ſpecie Parthici belli
urgentis uſus, in Grçciam reuectus eſt. Cçſar, etſi omnino ideo exiſtimabat
Antonius in Italiam redit, & re infecta recedit.
deſertum ſe ab Antonio eſſe, ut ſolus bellum hoc ſuſtinendum haberet, ta-
Prodigium.
men iram palàm non tulit: Pompeius uerò rumores ſpargens, Antoniū Cæ-
ſaris cauſam nō probare, maiori etiam conatu in rem propoſitam incubuit,
ac tandem ad Italiam quoq; adnauigauit, ingreſſusq; in continentem, dam-
na multa aduerſarijs iniunxit, multa ipſe recepit. Eodem tempore nauale
prælium apud Cumas inter Menecratem & Caluiſium Sabinum commiſ-
ſum eſt: in eo etſi à parte Cæſaris plures naues amiſſæ fuerant (nam cum ho-
minibus mare ſemper exercētibus res erat) tamen Menecrates cum Mena
Nauale præliū Menecratis & Caluiſij.
quē maximè oderat cōgreſſus, atq; interfectus, parē calamitatem Pompeij
effecit, ita ut neq; hic uictoriā ſibi uendicaret, & Cæſar cladis ſuæ ſolatiū ha-
beret. Is tum Rhegij erat, itaq; Pompeiani & morte Menecratis perculſi, &
ueriti ne Cæſar in Siciliā transfretaret, Cumis diſceſſerunt. Sabinus eos in-
ſecutus, uſq; ad Scyllæū (Italiæ hoc eſt promontoriū) tutò peruenit, ibi aūt
cum flecteret curſum, uentus eum uehemēs adortus, nauiū magnā partem
promōtorio alliſit, alias in alto ſubmerſit, reliquas diſiecit. Pompeius eo au-
dito, Apollophanem in eas cum claſſe emiſit: qui cum eo loco circumnaui-
gantem Cæſarē cum Sabino in Siciliam traijciendi conſilio offenderet, ad-
uerſus eum ſe conuertit. Cæſar naues in ordinem collocās, & armatos mili-
tes ad eas defendēdas ſtatuēs, primò hoſtes fortiter omninò repulit: (nam
naues eius proris aduerſus hoſtem directis, nō concedebāt, ut is tutò ictum
Cæſaris & Apollophanis naumachia.
ijs inferre poſſet, ſed cum & craſsiores & celſiores eſſent, maius damnū ac-
cedenti hoſtili naui inferebant: adhæc milites cum hoſte manus conſeren-
tes, longè ſuperiores fiebāt) ſed cum Apollophanes ſe recipiens ſaucios ac
feſſos ſubindè in alias naues ad hoc deſtinatas exponeret, aliosq; integros
pro ijs reciperet, ac crebrò naues ad hoſtem appelleret, igniferis etiam iacu-

lis

lis uteretur: tandem Cæſar pulſus ad terram confugit, et in ſtationẽ ſubduxit. Cum etiamnum inſtarẽt hoſtes, quidam repentè anchoris abſciſsis obuiam ijs ex improuiſo prouecti ſunt: id, ac nox ſuperueniens effecit, quo minus omnes naues Apollophanes accenderet, aut abduceret. Poſtridie uentus aduerſus Cæſarem ac Sabinum (uno enim in loco ſtationem habebãt) ita afflixit, ut prius incommodum exiguum iam uideretur. Ac Sabini quidem claſsis minus læſa eſt. Menas enim rei maritimæ multo uſu peritus, cũ tempeſtatem prçuidiſſet, naues in altum deduxit, anchoriſq; laxioribus, ne funes inter tendendũ rumperentur, fixit, eoq; modo uento reſtitit, cum neque funes ulli intenderent, & ſemper eodem in loco ipſe cum nauibus perſiſteret, naues in eum locum, unde eas uentus propuliſſet, remigando reducens. Reliqui uerò, qui & pridie magno eſſent periculo conflictati, neque nauticas artes ſatis tum callerẽt, ad terram propinquam alliſi, multas naues perdiderunt: ac nox, quç præcedenti die haud minimo ipſis auxilio fuerat, tum ſummum eis detrimentum attulit. Nam uentus ſub noctem ualidior factus, naues ab anchoris reuulſas in ſcopulos impulit, et cum ipſis ſocij nauales etiam, ac claſsici milites, quia et tenebræ proſpectũ omnem adimebant, & propter tumultum, ac ſonum à montibus redditũ, uentumq; obſtrepentem exaudire nihil poterãt, unà perierunt. Hac accepta clade Cæſar, Siciliæ potiundæ ſpe abiecta, contentus fuit continentis oram maritimam tueri.

Cæſaris claßis tempeſtate affligitur.

Sextus Pompeius Neptuni filius.

Pompeius autem magis tum elatus animo, uerè Neptuni filius eſſe creditus eſt, ueſtemq; cæruleam induit, & (ut quidam referunt) equos uiroſq; uiuos in fretum coniecit: Italiam poſtea ipſe uaſtans, Apollophanem in Africam miſit, quem conſecutus Menas, damno affecit. Cæterùm incolis earum quæ ſunt circum Siciliam inſularum ad Pompeiũ deficientibus, Liparenſes Cæſar anteuertit, & ex inſula in Campaniam translatos, Neapoli habitare uſque ad finem belli coegit. Interim per uniuerſam fermè Italiam naues ædificabat, remiges primùm ab amicis, tanquam ultrò conferentibus, deinde à reliquis etiam Senatoribus, equitibusq; & plebeiorum locupletibus accipiebat, claſsiariorum delectus agebat, pecuniam ab omnibus ciuibus, ſocijs, ſubditiſq; & intra & extra Italiam contrahebat. Nauibus parandis, & colligẽdis exercẽdiſq; remigibus totus is cum ſequẽti annus eſt conſumptus: Cæſar hæc & reliqua omnia quç & in Italia, & in Gallia fiebãt, inſpiciebat, atq; uti fierẽt mandabat, Agrippæ rei naualis apparãdæ negocio dato: Nam in Gallia quoq; rebellio facta erat, & Agrippã (Conſul is tum erat cùm L. Gallo) cõtra eos qui defecerãt, bellũ gerentẽ, cuius cauſa etiã ſecundus ipſe inter Romanos Rhenũ trãſiuit, tum Cæſar euocatũ, & triũphi honore affectũ, claſsi fabricãdæ, exercẽdiſq; naualib. ſocijs militibuſq; præfecerat. Igitur Agrippa triũpho omiſſo (turpe enim putabat eſſe, ſi re à Cæſare infeliciter geſta ipſe exultaret) omni ſtudio in mandatũ ſibi munus incubuit: proinde in uniuerſa ora maritima Italiæ naues conficiebantur. Sed quoniã littus nullũ erat, quo tutò illæ in ſtatione locari poſſent (eo enĩ tempore pleræq; eius cõtinentis partes portũ nullũ habebant) opus præclarũ & excogitauit Agrippa, & perfecit, quod ego copioſius exponã, ut & quale fuerit, intelligi poſsit, & quæ præterea ſit eius loci natura. Cumæ urbs eſt Campaniæ, ibiq; locus quidam in lunæ formam curuatus, inter Miſenum & Puteolos: is enim fere totus montibus paruis ac nudis circundatur, habetq; tres ſinus maris, quorum unus extrà, prope ipſas urbes eſt, Tyrrhenũ uocant, quòd ad mare Tyrrhenum pertinet: ſecundus exigua intercapedi-

Liparenſes à Cæſare in Campaniam tranſlati.

Cæſaris apparatus ad bellũ Pompeianum.

An. V. C. 717.

Situs lacuum Auerni, Lucrini, itemq; Baiarũ deſcribitur.

ne

ne à priore dirimitur, Lucrino nomen eſt: tertius in ipſo receſſu interiori ſtagni in morem extat, Auerni nomine. Proinde Agrippa in ea maris parte, propter ipſam continētem, id interſtitium, quod Lucrinum lacum utrinq; à mari dirimebat, anguſtis faucibus, per quas naues introire poſſent, apertis perfodit, effecitq́; portus nauium ſtationi aptiſsimos.

Portus ad Baias ab Agrippa factus.

Prodigium. Calypſo.

Cum id opus fieret, ſupra Auernum lacum ſimulacrum quoddam (ſiue id Calypſus fuit, cui ſacrum eum locum eſſe dicunt, qua etiam Vlyſſem naui intraſſe perhibent, ſiue alius cuiuſdam heroinæ) ſudore tanquam humanum quoddam corpus repletū eſt: id quomodo factum ſit, non habeo quod dicam. reliqua autem, quæ eo in loco commemoratione digna uidi, exponam. Montes iſti, qui ad interiores ſinus extant, fontes habent ignis multi cum aqua commixti, ac nequaquam uel ignis uel aqua ſeorſim reperitur, uerùm ex eorum inter ſe coitu & aqua caleſcit, & ignis fluidus fit: atq; ea quidem aqua per montium procurrentes ad mare extremitates in ciſternas defertur: uaporem autem in ædes ſublimiores canalibus ſubducunt, ac eo calefiunt. nam quæ longius à terra & aqua ſurſum ſe attollunt, ea ſicciora redduntur. Igitur uterq; locus precioſa habet ædificia, eſtq́; & ad delectationem uitæ, & ad medendum aptiſsimus.

Baiarum naturam explicat.

Hæc is mōs habet. præterea uerò terra ibi hac natura eſt, ut (quoniam ignis uim comburendi propter aquæ coniunctionem omnem amiſerit, nihilominus tamen diuidere ac colliquare obiectam materiam poſsit) terræ eò loci pinguedine omni conſumpta, tantùm duræ eius & quaſi oſſeę partes relinquantur. igitur glebæ neceſſariò ſunt cauernoſæ, & ſi æſtuoſo in loco ponantur, in puluerem abeunt: ſin aqua admiſceatur, ita cohærent, ut quandiu humectæ ſint, condenſatæ in lapidis modum conſiſtant. cuius rei cauſa eſt, quod eius terræ friabilis per ſe, ariditatem ignis cognatus auget atque eam comminuit: idem admixtione humoris cum refrigeretur, interiores huius terræ partes humor cōſtipat, ita ut diſſolui inuicem haud poſsint. Hæc eſt Baiarum (id enim ei loco nomen) natura. Porrò Agrippa cum primùm iſtum locum ita fabricatus eſſet, ut naues eò ſubire poſſent, naues conduxit, easq́; intexit, remigesq́; congregatos remos ducere in tranſtris docuit. Romæ autem hominum animi prodigijs turbati ſunt: inter quæ multa annunciata, etiam id relatum eſt, Delphines apud Clypeam Africæ urbem inter ſe depugnaſſe, ac perijſſe: præterea ad ipſam urbem ſanguis è cœlo defluxerat, eumq́; aues in uaria loca diſtulerant: ludis quoq; Romanis nullum Senatorem in Capitolio epulatū eſſe, quod aliàs more receptū erat, in prodigium tractū fuit.

Prodigia.

Liuiæ oſtētum factum.

Liuiæ autem huiuſmodi prodigium euenit, quod ei uoluptatem, alijs metum attulit: Aquila gallinā albam in gremium eius abiecit, quæ ramum lauri fructum ſuum ferentis geſtabat. Liuia, quòd id oſtentum haud exiguum duceret, gallinam adſeruauit diligenter: laureum autem ramum ſeuit, atq; is radicibus actis adoluit, ita ut poſtea temporis frondes triumphantibus diu admodum ſuppeditauerit: ac futurum erat, ut Liuia ſuo in ſinu potentiam Cæſaris, ipſumq́; omnibus in rebus parentem ſibi haberet. Ad prodigiorum terrorem acceſsit etiam magiſtratuum crebra cōmutatio, quæ Romanorum animos haud mediocriter mouebat, cum non Conſules modò & Prætores, ſed Quæſtores etiam alij alijs identidem ſufficerentur. In cauſa autem fuit, quod unuſquiſq; id experebat, non tam ut domi aliquādiu cum magiſtratu eſſet, quàm ut inter eos qui magiſtratum geſſiſſent relatus, honorem inde, ac prouinciam aliquam acciperet. itaque non ad certum quoddam tempus magiſtratus dabantur, ſed pro arbitrio eorum

penes

penes quos ſuprema erat poteſtas, idem & accipiebat nomẽ alicuius magiſtratus, & deponebat, id quod multi utrunq; eadem die fecerunt: nec defuerunt, qui propter ſuam paupertatem omnino magiſtratus non adierunt. inter quos (prætereo enim eos, qui cum Sexto Pompeio fuerant, ac ignominia quadam tanquam damnati afficiebantur) M. Oppius cum ædilitatem omittere paupertatis cauſa (hic enim, & pater quoque eius, in proſcriptorum numero fuerant) ſtatuiſſet, plebs id non permiſit, ſed ſtipem ei contulerunt cùm ad ſuſtentandam rem familiarem, tum ad impenſas muneris ædilicij, ferturq; quoſdam flagitioſos perſonatos pro hiſtrionibus in theatrũ ingreſſos pecuniam præbuiſſe. Non uiuus modò iſte Oppius ita gratus plebi fuit, ſed defunctum etiam ijdem paulò pòſt in campum Martium extulerunt, crematumq; ibi humârunt: quod plebis ſtudium erga Oppium omne indignè ferens Senatus, oſſa eius monitu Pontificum tanquam loco ſacro non ritè poſita, inde remouit, quanuis & antè, & pòſt multos eodem loco ſepelierint. Circa hoc tempus Antonius ex Syria in Italiam uenit: ac præ ſe ferebat, uenire ſe ad belli ſocietatem contra Sextum Pompeium gerendi, aduerſa fortuna Cæſaris permotum: ſed quia re ipſa magis ſpeculandi cauſa quàm agendi aderat, nauibus ſuis Cæſari datis, alijſq; quas mitteret promiſsis, receptisq; loco earum militibus, diſceſsit, bellum Parthicum obtendens. Antequàm diſcederet ex Italia Antonius, ipſe & Cæſar mutuò primûm per amicos, pòſt coràm expoſtulauerunt: ac, quia non uacabat ipſis bellum mouere, in gratiam redierunt, Octauiæ præcipuè ꝑpera. Ac quò arctiori neceſsitudinis uinculo continerentur, Cæſar Antyllo Antonij filio filiam ſuam deſpondit, ac contrà Antonius ſuam ex Octauia filiam Domitio (quanquã is & ex percuſſoribus Cæſaris unus eſſet, & proſcriptus fuiſſet) deſponderunt: hæc uerò ita ab ijs fingebantur, quæ facturi haudquaq; erant, ſed tantum ſimulabant, quia præſentia negocia id poſcebant (Octauiam quidem Antonius ſtatim à Corcyra in Italiam remiſit, ne ſui in Parthico bello periculi conſors ea foret.) Præterea uerò Sexto Pompeio Conſulatum & ſacerdotium, quæ ei deſtinata fuerant, ademerũt illi, ac in aliud ſibi quinquenniũ (iam enim exierat prius) principatũ prorogauerunt: deinde Antonius in Syriam profectus eſt, Cæſar bellum incepit, in quo ex ſententia ei omnia ſucceſſerunt, niſi quod Menas homo natura fidei ambiguæ, ac ſemper felicioris partes potiores habens, cum præterea indignè ferret nullum ſibi proprium eſſe imperium, ſed Sabino ſe eſſe ſubiectum, iterum ad Sextum Pompeium transfugit. Hæc hyeme geſta, L. Gellio, Cocceio Nerua Conſulibus.

M. Oppium quanto ſtudio populus proſecutus.

Antonius in Italiam uenit, et inde abit rurſum.

Nouæ affinitates contractæ.

Menas ad Pompeium rurſum tranſit.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVADRAGESIMVSNONVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæſar Sextum Pompeium uicerit, & Lepidum de ſua dignitate deiecerit.
Vt Ventidius Pacorum ſuperauerit, ac occiderit, & Parthos trans Euphraten compulerit.
Quemadmodum Antonius à Parthis ſuperatus ſit.
Cæſar quomodo Pannonios ſubegerit.

Vt Antonius Artauaſdem Armeniæ regem in fraudem inductum ceperit.
De dedicatione porticus Pauli.
Quomodo Mauritania, quæ eſt circa Cæſarean, in Romanorum poteſtatem uenerit.
Hæc geſta ſunt annis quatuor, quorum Conſules:

L. Gellius L.F. Poplicola. An. V.C. 718.
M. Coccius Nerua.
L. Cornificius L.F. 719.
Sex. Pompeius Sex. F.
M. Antonius. M.F. II. 720.
L. Scribonius L.F. Libo.
Cæſar II. 721.
Volcacius L.F. Tullus.

CLASSE parata, Cæſar initio ueris, Baijs naues ſoluit, ac præter Italiam prouectus eſt, magna cum ſpe Siciliã undique circundandi. nam & naues plurimas ſecum habebat, & miſſæ ab Antonio iam freto Siculo appulerant, ac Lepidus auxilium uel inuitus promiſerat. Fidebat etiam plurimùm altitudini nauium, lignorumꝙ ex quibus eæ compactæ erant craſsiciei, quæ modum utraꝙ excedebant, efficiebantꝙ ut maximus claſsicorũ militum numerus recipi poſſet: erantꝙ eæ naues turritæ, ut ex editiore hi loco tanquam de muro pugnarent, ipſæꝙ naues ad hoſtiliũ conflictum facilè reſiſterent, harumꝙ roſtra, ſi uiolentius allidderentur, auerterent. His cogitationibus adductum Cæſarem, ac iam Palinurum promontorium præteruectũ ingens tempeſtas inuaſit, ac multas naues perdidit: reliquas diſiectas Menas adortus, complures ex ijs uel combuſsit, uel ſecum abripuit. Quòd niſi Menas iterum uenſa & alijs pollicitationibus quibuſdam adductus ad Cæſarem deſciuiſſet, receptisꝙ eius triremibus, quę ſe à Cæſare ad ipſum tranſire ſimulabãt, omnem cui præerat claſſem prodidiſſet, fruſtra utiꝙ tunc etiam Cæſar eam nauigationem inſtituerat: Menæ autem ut deficeret à Pompeio cauſa fuit, quòd is eum neꝙ ad bellum contra Lepidum gerendum adhiberet, & in omnibus negocijs ſuſpectum haberet. Cęſar Menam denuò lubentiſsimè recepit, ita tamen, ut nullam ei deinceps fidem haberet: ipſe refectis nauibus quæ læſæ fuerãt, libertateꝙ donatis triremium remigibus, ac ijs qui ſuis nauibus iam inſtructis ſupererant (multi enim naufragio perditis nauibus enatauerãt) in Antonij claſſem, quæ paucitate hominum laborabat, collocatis, in inſulã Liparam aduectus eſt: ibi Agrippa cum claſſe relicto, cõtinentem petijt, ut per occaſionem pedeſtres quoꝙ copias in Siciliã traijceret. Pompeius eo cognito, Meſſanæ in ſtatione claſſem habens, eius transfretationem operiebatur, Damochare qui Mylis cum claſſe ſubſiſtens Agrippam obſeruaret, conſtituto. Effluxit permultum temporis, dum hi leuibus, ut res ſubinde ferebat, prælijs alter alterius uirium periculum facerent, in diſcrimen autẽ naualis pugnæ totam claſſem deducere nollent, quia & copias alter alterius quantæ eſſent ignorabat, & omnia utrinꝙ inflatius ac terribilius quàm pro rei ueritate referebantur. Tandem Agrippa cunctationem ſibi non conducere intelligens (Pompeianis enim, qui in ſua regione ſtationem agebant, nihil cauſæ erat cur feſtinarẽt) optimis nauium acceptis, Mylas curſum inſtituit ad explorandam hoſtium multitudinem: & quia neꝙ uniuerſos eos uidere poterat, neꝙ quiſquam aduerſus ipſum exibat, contempto hoſte Li-

Cæſar in bellũ contra Sextum Pompeium it.

Cæſar incommodũ patitur.

Menas rurſum ad Cæſarẽ redit.

param reuectus, ita ſe parauit, tanquam poſtridie totam claſſem Mylas adducturus. Idem hoc Damochari cõtigit: is eas tantùm naues Agrippam habere exiſtimans, quæ Mylas aduenißent, eaſq; propter molem ſuam tardiſſimas eſſe conſpicatus, noctu ad ſe uocato Pompeio, omnia ad hunc modũ cõpoſuit, ut qui ad Liparam accedere ſtatuiſſet. Orta luce, uterq; aduerſus alterum tanquam minoribus copijs inſtructũ prouectus eſt. Vbi uerò claſſes inuicem ſibi appropinquauêre, & uterq; hoſtium longè maiorẽ ſua opinione numerum conſpexit, terror utriſq; pariter incidit, neq; defuerunt qui retrorſum naues ſuas agerẽt. Sed pòſt fugam magis quàm pugnam metuentes, cum in hac ſpes uictoriæ eſſet repoſita, in illa autem extremæ omnium perniciei metus, ad confligendum nauali prælio progreſsi ſunt. Erant multitudine nauium alteri, alteri peritia rei nauticæ ſuperiores: atq; alteris nauium altitudo, craſsicies epotidum, turreſq; proderant, alteros facultas enauigandi adiuuabat, & contra robur claſsiariorum Cæſaris, audacia Pompeianorum (quippe pleriq; ex Italia cum perfugiſſent, ex deſperatione ſalutis ad furorẽ uertebantur) ſufficiebat. Itaq; cum utriq; in quo hoſtibus præſtarent ſuis haberent, quaſi æquatis uiribus congreſsi ſunt, diuq; æquo marte pugnatum eſt. Pompeiani enim aduerſarios ſuos impetu terrebant, naueſq; nonnullas uehementius incitatis ſuis inuadentes, ita ut earum remos quoq; exteriores detergerent, uulnerabant: ſed de turribus in conflictu iaculis petiti, manicisq; ferreis iniectis affixi hoſtium nauibus, nõ minus damni recipiebant. Cęſariani etſi hoſtem comminus pugnãtes, & in eius nauim tranſeuntes, ſuperabant, tamen hoc uiciſsim Pompeiani præſtabant, quòd nauibus ſuis ſubſidentibus, facilè in mare exiliebant, & in alias naues ſe recipiebant: ad quam rem & natandi uſus, & leuis habitus eis conferebat. Nauium etiam ab altera parte agilitatem, ab altera moles & firmitas adæquabat. Serò admodum, & iam inſtante nocte Cæſariani ſuperiores euaſerunt: neq; tamen hi hoſtem inſecuti ſunt, quòd (ut mea quidẽ fert opinio, & ueri ſimile eſt) neq; aſſequi eos poſſent, & uerebantur ad terram ſuas naues appellere, uadorũ (quæ ante eam erãt) imperiti. Sunt qui dicãt Agrippã quia non ſui ipſius, ſed Cæſaris cauſa pugnabat, ſatis habuiſſe fugatis à ſe hoſtibus, ſolitumq; dicere ad amiciſsimos ſuos, eſſe hunc morẽ pleriſq; principibus, ut nolint quenq; ipſis pręſtantiorẽ haberi, ideoq; eos pleraſq; res ipſos gerere, ubi uidelicet haud magno labore ſit ſtatura uictoria, contrà difficiliora incertioraq; negocia alijs eos iniungere: ac ſi cogant aliquãdo his rem aliquam minus incommodam mandare, tum gloriam eos horum iniquiſsimo animo ferre: atq; ut aduerſam eis fortunam eſſe non cupiunt, ita titulum rei alicuius feliciter geſtæ nolle ijs adſcribi. proinde duo hæc eum, qui ſuæ ipſius incolumitatis curam gereret, obſeruare iubebat: unum, ut negocio præfectus, difficultatem eius à ſeſe remoueret: alterum, ut rei benè geſtæ nomen ijſdem reſeruaret. Ego autem uera quidem hæc eſſe, & Agrippæ cordi fuiſſe compertum habeo: quòd autem non inſequeretur hoſtem, has ei cauſas fuiſſe non arbitror, ut quem ſi uel maximè uoluiſſet, conſectari non potuerit. Naualis huius pugnæ tempore, cum primùm Cæſar Sextum Meſſana abijſſe, fretumq; præſidio nudatũ intellexit, ea occaſione belli haudquaquam neglecta, confeſtim conſcenſis Antonianis nauibus, Tauromenium tranſmiſit: uerùm hoc ei factum ſecus cecidit. Nauiganti quidem ei, ac in terram egredienti, adeoq; caſtra etiam ponenti nemo impedimento fuit: ſed peracto nauali prælio, Pompeius cum Meſſanam feſtinatò redijſſet, ac de

Naualε prælium apud Mylas inter Agrippam & Democharem.

Agrippæ dictũ de Principum ingenijs, ut q; eorum adminiſtri ſe gerere debeant.

Cæſar Tauromeniũ traijcit, & cladem patitur.

præſentia

præſentia Cæſaris cognouiſſet, celeriter integros in naues ſuos eorum loco qui in pugna fuerant impoſuit: atque ita & nauibus Cæſarem mari, & terra militibus armatis aggreſſus eſt. Cęſar contra pedeſtres copias pugnandum ſibi non ratus, nauibus hoſtium contemptis, quia & paucæ erant, & iam antè uictæ, prouectus contra eas, maiorem ſuæ claſsis partem amiſit: ipſe propemodum unà cum perijſſet, ad ſuos qui in Sicilia erant perfugere non potuit: ſed euaſiſſe in continentem optimè contentus fuit. Ibi quamuis in tuto erat, tamen exercitum in inſula deſtitutum ægrè ferebat: necq; prius animum recepit, quàm piſcis quidam ſponte ſua, ex mari proſiliens ad pedes eius ſe proiecit. id cum aruſpices imperium ipſi maris portendere dicerent, confirmato animo Agrippam uocauit, ad opem eis ferendam. Obſidebantur autem iam in Sicilia Cæſaris copiæ: cumq; iam & commeatus eos deficeret, & auxilium nullum appareret, ueritus Cornificius (nam is exercitui præerat) ne ſi eo in loco maneret, tandem fame expugnaretur: ſecumq; reputans, neminem hoſtium, (erat enim à militibus ipſe inſtructior) pugnę facultatem facturum, ſiquidem ibi perſtitiſſet: ſin aliò ſe cōferret, fore ut uel ad pugnam euocatum hoſtem uinceret: uel pugnam detrectante eo, in locum ſe tutū recipere, & cibarijs potiri poſſet, ac uel à Cæſare, uel ab Agrippa ſubſidium acciperet. his motus, naues quæ à pugna ſupererant, & ad caſtra delatæ fuerant, combuſsit: caſtriſq; relictis, Mylas iter conuertit. Quo in itinere eminus ab equitibus & leuis armaturę peditibus infeſtati Cæſariani, in ſummis difficultatibus uerſati ſunt. Nam Pompeiani & ingruebant, quoties id opportunum uidebatur, & ſe ſtatim recipiebant: contrà Cæſariani grauis armaturæ uſu ab inſectandis hoſtibus detinebantur, præterea etiam inermibus, qui ex claſſe ſuperſtites erant, defendendis occupati: itaq; ulciſci nullo modo poterant damna quę ab hoſtibus accipiebant. Ac ſi quando ſe in eos conuertiſſent, in fugam eos tantùm dederunt, inſequi ultrà non potuerunt: quinimò hi reuertentibus, ac facta excurſione à ſuis diuulſis, uehementius moleſti erant. Cæterùm in tranſeundis præſertim fluminibus ſummopere affligebant, circumfuſis tum potiſsimùm hoſtibus, ac (ut ratio itineris exigebat) paucos ſimul properatò & ſine ordine euntes, nudatoſq; quà uulneribus maximè expoſiti erant, in limoq; detentos, aut rapidiore fluminis curſu labantes, eminus uulnerantibus. Ita tribus cōtinuis diebus uexati Cęſariani, nouiſsima autem extremis malis affecti, cum Pompeius ipſe cum grauis armaturæ militibus ſuperueniret. Itaq; iam eorum qui peribant, nullam habebant rationem: ac potius bene cum ijs actum eſſe cenſebant, quibus nullum præterea accidere incommodum poſſet: ipſiq; ſuperſtites deſperatione ſalutis, eorum ſibi conditionem optabant. Saucij autem, quorū quàm mortuorum maior erat numerus, (quippe lapidibus & iaculis eminus impetiti, nullumq; comminus ictum ferentes, uaria, nec letalia uulnera accipiebant) non ipſi modò in ſummis erant miſerijs, ſed reliquis etiam plus quàm hoſtes laboris exhibebāt. nam ſiue portabantur, hos etiam qui ferebant, ſecum perdebant: ſiue relinquebantur, lamentando totum exercitum in mœrorem conijciebant. Actum omnino fuiſſet de toto exercitu, ni Pompeiani quantumuis inuiti ab eo diſcedere opus habuiſſent. Agrippa enim uictor à nauali prælio Liparam repetierat: ibi audito Pompeium Meſſanam confugiſſe, Democharem aliò diſceſsiſſe, in Siciliam tranſmiſit: Myliſq; & Tyndaride occupatis, Cornificiano exercitui frumētum & milites miſit. Pompeius igitur ipſum quoq; ad eos aduenturum putans, territus

Piſcis ad Cæſaris pedes ſe proijcit.

Cornificius quomodo Cæſarianum exercitum obſidioni exemerit.

Agrippæ in Sicilia res geſtę.

tanta celeritate diſceſsit, ut uaſa quoq; & cibaria nonnulla in caſtris ſuis reliquerit: ita Cornificius cum ſuis copia alimentorum potitus, ad Agrippam euaſit. Hunc exercitum Cæſar laudatum donis etiam refecit, quo inſolenter admodum poſt naualem Agrippę uictoriam, quaſi iam confecto bello, uſus fuerat. Ipſe Cornificius tantum ſibi ob ſeruatos à ſe milites tribuit, ut Romæ, quoties foris deinde cœnaret, elephanto domum reuectus ſit. Cæſari poſt hæc facta in Siciliam profecto, apud Artemiſium (fanum Dianæ Latini uocant) Sextus Pompeius caſtra oppoſuit: ibi cõmiſsis leuibus aliquot equitum pugnis, aliquandiu à iuſto prælio temperatũ eſt: interimq;

Gallus Tiſienus.

Gallus Tiſienus Pompeio, Cæſari Lepidus cum copijs acceſsit. Lepidus enim ea, quam commemoraui, tempeſtate, & à Damochare etiam uexatus, amiſſo nauium magno numero, non ſtatim ad Cæſarem perrexerat: ſed Lilybæo appulerat, ſiue ob acceptum damnum, ſiue ut ſolus Cæſar belli labore detineretur, ſiue ut Pompeium ab eo reuelleret. Eò ad bellum cõtra eum gerendum miſſus fuerat Gallus: & cum nihil efficeretur, uterq; inde ad Artemiſium uenerunt. Gallus Pompeij uires auxit: Lepidus autem, diſsidio

Lepidus cum Sexto Pompeio occulta conſilia tractat.

inter ipſum ac Cæſarẽ oborto, (quia ipſe ut collega Cæſaris, omnia æquato imperio adminiſtrare, Cæſar autẽ Lepido in omnibus rebus tantùm legati loco uti uolebat) ad Sextum Pompeium inclinauit, ac occultè cum eo conſilia agitauit. Cæſar cum id quod res erat, ſuſpicaretur, & neq; aperire animum ſuum auderet, ne eum palàm hoſtem ſibi redderet, neq; tutò occultare poſſet (ſuſpicioni enim occaſionem præbebat, ſi qua de re non communicaſſet cum eo: porrò autem incommodum uidebatur, omnia ei conſilia referre) ſtatuit quàm primùm prælio decernere, priuſquam noui aliqui motus exiſterent: quanquam aliam feſtinãdi cauſam habebat nullam. Nam & alimentis & pecunia Sextus deſtituebatur, ita ut ſpes eſſet, poſſe propediem citra prælium eum euerti. Proinde Cæſar pedeſtres copias in aciem ante caſtra eduxit. Agrippa naues in mari conſtituit: idque aliquot continuis diebus factum, ita ut Pompeius neutris copijs congrederetur: erat enim multò imparatior. Poſtremò Pompeius metuens ne contemptus ob hæc, à ſocijs deſereretur, nauibus (hac enim parte magis confidebat) occurrere hoſti ſuos iuſsit. Signo propoſito, poſtquam claſsicum concinuiſ-

Nauale prælium, quo Pompeius ab Agrippa uictus eſt.

ſet, omnes naues iuxta terrã cõgreſſæ ſunt: ſimulq; pedeſtres copię in acie in ipſo littore collocatę, ſanè quàm memorabili ſpectaculo. Omne enim eius loci mare nauibus, quæ multæ admodùm cum eſſent, maximũ ſpacium occupabant: terra mari uicina, armatis militibus: proxima deinde, turba reliquorum hominum repleta erat. Itaq; ipſum certamen quanquã naualium tantùm copiarũ futurũ uidebat, tamẽ re ipſa ad alios etiam pertinebat. Alacriores enim claſsiarij pugnam obibant, ut ſuis inſpectantibus ſeſe oſtentarent: contraq; illi etſi non confligebant inter ſe, tamen ipſe pugnæ conſpectus ſuum quoddam apud eos certamen excitabat. Quandiu enim æquis uiribus utrinq; certatum eſt (erat autem hæc naualis pugna prioris ſimilima) ipſorum quoq; ſpectantium animi in neutram partem commouebantur, & ſperabant quidem omnino eam pugnam bello finem impoſituram: ſin minus, at certè Cæſariani ſi hanc quoq; uictoriam obtinuiſſent, nullum ſibi deinde magnum laborem reliquũ fore: Pompeiani, ſi nunc ſuperarent, poſtea nunquam ſuccubituros ſe eſſe. Hac ſpe animos utriq; confirmabant ſuos: ideoq; ſilentium tenebãt, quo melius pugnam ſpectare poſſent, ne ue eos qui decertabant, à contentione auerterent. Clamore autem exili utebantur

tur

tur,ſicubi pugnantibus acclamarent, aut deos inuocarent, uictores lauda-
rent,,uictos conuicijs exagitarent.Multis autem & ſuos uiciſsim hortaban
tur,& mutuò alteri contra alteros uociſcrabantur, ut & ſui facilius exaudi-
rent,& hoſtes ſuorũ uocem minus perciperent. Hæc utrinꝗ fiebant,quan-
diu dubia uictoria pugnatum eſt, quinctiam motu corporis ſigna ſuis da-
bant,quaſi aut uidere ea illi,aut intelligere poſſent. Sed poſtquã Pompeia-
ni in fugam compulſi ſunt, tum confertim, atque uno impetu & Cæſariani
lætum clamorem,& Pompeiani ululatũ ſuſtulerunt:atque hi quidem, quaſi
unà cum ſuis uicti,ſtatim Meſſanam petierũt. Cæſar autem eos qui uicti ad
terram efferebantur,excepit: ac ipſe in mare progreſſus,omnes naues quæ
in paludes eiectæ erant, combuſsit,ut iam neque nauigantibus ſecuritas eſ-
ſet,hos enim Agrippa cædebat, neque ad terram appellentibus, quos Cæ-
ſar interficiebat:ita perpauci Poompeiani fuga elapſi, Meſſanam ſeſe corri-
puerunt.In hoc prælio captus Demochares ſeipſum interfecit,Apollopha- *Democharis mors.*
nes naui ſua integra etiamnum cum poſſet effugere, ad Cæſarem ſe cõtulit,
quod idem cùm alij non pauci, tum Gallus etiam,omnesꝗ eius equites,& *Apollophanes & Gallus Cæſari ſe coniungunt.*
pedites aliquot fecerunt. quæ non minima cauſa fuit Pompeio, ut deſpe-
ratis rebus de fuga cogitaret. Itaque filia,amicisꝗ & pecunijs, cæterisꝗ re-
bus precioſis in naues ſuperſtites,quæ eſſent quàm maxime agiles, colloca
tis,noctu abijt,nemine inſequente:quia & clanculum diſcedebat, & Cæſa- *Fuga Pompeij.*
rem continuò ingens tumultus exceperat.Lepidus enim Meſſanam profe- *Lepidi & Cæſaris rixa.*
ctus,receptusꝗ,incendio ac direptione urbem uaſtauerat. quò cum Cæſar
celeriter inhibẽdi eius cauſa aduenìſſet, urbe relicta propter metum,in col
le quodam munito caſtris factis, Cæſarem culpauerat, recenſitis omnibus
eius iniurijs,repoſcensꝗ ea omnia,quæ à coniuratione prima ſibi data fue-
rant,& Siciliam quoque ſua opera ſubactam ſibi uendicãs. hæc Cæſari ob-
iecerat,& miſsis ſuorum nonnullis,eum ad diſceptationẽ prouocabat. Ha-
bebat autem ſecum eas copias,quas ex Africa adduxerat, omnesꝗ eos qui
Meſſanę remanſerãt: hi enim ſimul atꝗ Lepidus Meſſanam uenit,& ſpem
nouarum rerum oſtendit,ſeſe ei adiunxerãt.Cæſar ad obiecta nihil reſpon-
dens,ac omne ius in ſe armisꝗ, quibus Lepido præſtabat, ponens, ſtatim
cum paucis quibuſdam in Lepidi caſtra aduenit,ſperans ſe eum repentino
aduentu,hominem alioquin parum ſtrenuum,perterrefacturum,eiusꝗ mi
lites ſibi adiuncturum.Admiſſus autem,quòd propter ſuorum paucitatem
uidebatur pacificum aliquod acturus, cum nõ ex ſententia Lepidi militum
eſſet locutus,ad iram hi concitati,impetũ in eum fecerunt,Cæſarianisꝗ ali-
quot cæſis, ipſe Cæſar ſuis properato ſubueniẽtibus periculũ euaſit. Qua-
propter pòſt cum uniuerſo ſuo exercitu aduerſum eos profectus, in caſtris
obſedit:milites Lepidi cum metuerẽt ne ui caperentur, etſi Lepidum reue-
rentes publicè nihil mouebant, tamen priuatim ab eo ſenſim ad Cæſarẽ de-
ſciuerunt.Lepidus igitur eorum defectione adactus eſt ſupplex pullo ueſti *Lepidus Cæſari ſe dedit, & imperio deturbatur.*
tu ad Cæſarem uenire, eiꝗ principatus prorſus ademptus,, uitaꝗ in Italia
non ſine cuſtodia cõceſſa eſt.Equites & Senatores,qui Pompeio fauiſſent,
ſupplicio affecti, paucis exceptis. Legionarios milites ingenuos Cæſar in
ſuas legiones adſcripſit,ſeruos dominis reddidit,ut pœnas darent:qui non
inueniebant dominos ſuos,in crucem acti. Vrbes quæ ultrò deditionem fa
ciebant,ueniam inuenerunt:in eas quæ reſiſtebant, uindicatum eſt.Hæc a-
gentem Cæſarem,militum ſuorum ſeditio excepit. Hi multitudine ſua ela- *Seditio militũ Cæſaris.*
ti,pericula & ſpes ſibi propoſitas reputantes, præmia immodica petebant,

ac colloquētes inter ſe poſcebant ſinguli ea quę animo deſtinauerant: cum
eos ſermones fruſtra ſerere ſe uiderēt, (Cæſar enim eos nihil iam curabat,
quia nullus ſupererat hoſtis) tumultuati ſunt, ac ipſi Cæſari à ſe exanclatas
ærumnas recenſuerunt, promiſſaq; eius commemorauerunt: minis crebrò
adiectis, uel inuitum eum ſperantes in ipſorum poteſtate futurum. Cum ni-
hil obtinerent, cum ira atque clamore immoderatis miſsionem poſtulaue-
rē, non quòd eam cuperent, (erant enim plerique integra adhuc ætate) ſed
quôd iam bellum contra Antonium futurum præuidentes, exiſtimamabāt
ſi ſe à ſignis eius diſceſſuros minitarentur, fore ut ea impetrarent, quæ alio-
quim fruſtrà popoſcerant. Sed ne hac quidem uia ſucceſsit. Nam Cæſar, et-
ſi ſans compertum ſibi erat de bello futuro, & eorum conſilia intelligebat,
tamen nòn conceſsit eis: ita iudicans, non debere principem præter animi
ſui ſententiam quicquam agere coactum à militibus: quibus ſi ſemel mo-
rem geſsiſſet, ſtatim eos alia quę poſtularent inuenturos: proinde ſimulans
ſe eorum petitionem æquam iudicare & humanam, primùm eos exautora
uit. quibus bello Mutinenſi contra Antonium uſus erat: deindè inſtātibus
reliquis, omnes quoq; alios qui decennio meruiſſent: ad inhibēdos autem
cæteros dixit ſe nullo eorum quos miſſos feciſſet, poſthac uſurum, uel ma-
ximè id flagitante, neq; ijs omnibus ea quæ promiſerat repræſentaturum,
aut agros daturum: ſed his tantùm, quos primò dimiſiſſet, & reliquorum di
gniſsimo cuique. quo dicto effecit, ut nihil præterea milites dicerent, ſed i-
pſum ſtudioſe obſeruarent. Itaque ſingulis quingentos denarios nauali
prælio uictoribus etiam coronam ex olea dedit, ſpem quoque fecit eûm
alijs, tum centurionibus, quaſi eos inter Senatores in ſua quenque patria

Agrippa corona nauali donatus.

adſcripturus: inter alios honores legatis ſuis exhibitos, Agrippam aurea
corona roſtrata donauit, quod neque antè, neque poſt eum contigit ulli:
eſtq; deinde Senatuſconſulto ſtatutum, ut quoties triumphans aliquis co-
ronam lauream ferret, ipſe nauali hac uteretur. Ita militibus ſuis placatis, pe
cuniam ſtatim, agros paulò poſt id tempus Cæſar dedit. ac cum ager publi
cus non ſufficeret, alios etiam coemit: multos uerò à Campanis ijs, qui Ca-
puam colebāt, quorum urbs colonis multis indigebat: ijsq; aquam Iuliam,
& Cnoſiam (regionis hoc nomen eſt) precij loco dedit, quibus ij maximè
lætantur. Sed hoc poſteà temporis factum eſt: tunc uerò Sicilia conſtituta,

Cæſar Africa potitur.

Seditio in Hetruria.

per Statilium Taurum utramq; Africam citra negociū recepit, Antonioq;
æqualem nauium numerum pro amiſsis remiſit. Eodem tempore ſeditio in
Hetruria coorta, ſtatim hac audita eius uictoria, ſedata eſt. Romæ autē Cæ-
ſari laudatio unanimi conſenſu, ſtatuæq;, primus locus in conſeſſu, arcus tro
phæo ornatus, utq; eques in urbem intraret, ſemper lauro coronaretur, ac
die ea qua uiciſſet, qua feriæ anniuerſariæ eſſent, in æde Iouis Capitolini cū
coniugibus & liberis epularetur, ſtatim poſt uictoriam decretum eſt. (Eam
uictoriam primus annunciauit miles quidam ex ijs qui tum ad urbem erāt,
furore deûm alicuius correptus ea ipſa die, isq; multis alijs & dictis & fa-
ctis, tandem in Capitolium ſe proripuit: gladiumq;, quaſi eo poſthac opus
non habiturus, ad pedes Iouis depoſuit. Deinde alij quoq; qui prelio inter-
fuerant, miſsi ad hoc à Cæſare) poſteaquam uerò ipſe Cæſar aduenit, aduo

Cæſar Romam reuerſus quæ egerit.

cato in concionem extra pomœrium populo, ſicut moris erat Romani, res
geſtas à ſe expoſuit, eorum quæ decreta erant, quædam recuſauit: penſio-
nem quæ ex profeſsione cenſus impoſita fuerat, ac ſi qua alia in publicum
conferri ante tempus belli ciuilis huius iuſſa, adhuc debebantur, remiſit: ue-
ctigalia

ctigalia nonnulla abrogauit: Pontificatũ Lepidi ſibi oblatum non accepit,
(neq; enim licebat eum uiuo alicui adimi) tum uerò longè plura in eius ho
norem decreta facta ſunt. Iam enim non deerant, qui hunc ſermonem diſſe-
minarent, Cæſarem ea propterea magnificentia tunc uſum eſſe, quo Anto-
nium ac Lepidum inuidiæ hominum obijceret, & cauſam eorum quæ iniu-
ſtè prius acta fuerant, in eos ſolos conferret: alij dictitabãt, quia ſatisfactum
iri ſibi de his debitis nullo modo ſciret, uoluiſſe eum ex inopia ciuium gra-
tiam ſibi bonam ſine ullo damno ſuo captare. Porrò autem decretum fuit
Cæſari, uti in publico habitaret, (Aream enim in Palatino emptam à ſe do-
mus ſibi ædificandę cauſa, quòd eſſet de cœlo tacta, conſecrauerat, & Apol
lini dedicauerat) ut neq; uerbo eum quiſquam, neq; re læderet: qui læſiſſet,
obnoxius ei pœnæ eſſet, quæ Tribunũ plebis uiolanti dicta eſt, ut in ſubſel-
lijs Tribunorum plebis Cæſar adſideret. Hæc Senatus tum Cæſari tribuit.
Valeriũ uerò Meſſalam, quem antè inter proſcriptos Antonius morti deſti
nauerat, Cęſar inter augures, numerum etiam eorum augens, adſcripſit. V-
ticenſibus ciuitatem dedit: edixitq; ne quiſquam niſi Senator qui cum ma-
giſtratu eſſet, purpurã geſtaret, quam iam uulgò ſumi uidebat. Eodem tem
pore neq; Aedilis quiſquã fuit. nam quibus conferri is magiſtratus debe-
bat, ij paupertate ab eo detinebãtur, ideoq; munera Aedilium Prætores &
Tribuni plebis obiuere: neque præfectus urbis ad ferias creatus fuit, ſed
Prætores quidam eius officium peregerunt: reliquas res nõ Romæ modò,
ſed per totam Italiam iſto, ac diu etiam ſequẽti tempore C. Mæcenas eque-
ſtris dignitatis uir adminiſtrauit. Cæterùm Sex. Pompeius Meſſana profe-
ctus, inſectationem metuens, proditionis'que ſuos comites ſuſpectos ha-
bens, cum eis dixiſſet, ſe per altum uela daturum, extincto igne, quo naues
prætoriæ reliquis prælucere ſolent, ut ſubſequi certius poſsint, oram Italiæ
legit: hinc ad Corcyram, ac deinde in Cephalleniam traiecit, ibiq; alios ad
ſe recepit, fortè eò tempeſtatis ui eiectos: quibus conuocatis, habitu depo-
ſito militari, expoſuit fore, ut ſi unà omnes manerent, neq; ſatis mutuò ſibi
prodeſſe, neq; latère poſſent: ſin diſsipati hinc inde eſſent, facilius diffugitu
ros. ideoq; monuit, ut quiſq; ſeorſim ſuæ ſalutis rationes iniret. Cui admo-
nitioni cum pleriq; obtemperantes, alij aliò diſceſsiſſent, ipſe cum reliquis
in Aſiam tranſmiſit eo animo, ut ſe ſtatim Antonio adiungeret. Sed cum
Lesbum ueniſſet, ibiq; audiret Antonium in Medos expeditionem feciſ-
ſe, inter Cæſarem autem & Lepidum bellum extitiſſe, in ea inſula hyeman-
dum ſibi ſtatuit, Lesbijs eum propter patris memoriã libentiſsimè & reci-
piẽtibus, et detinẽtibus. Verùm cum percepiſſet Antoniũ in Media aduer
ſam fortunam ſenſiſſe, C. uerò Furnium Aſiæ eo tempore præfectũ parum
amicè erga ſe affectum expertus eſſet, ſpe concepta in Antonij imperiũ ſuc
cedẽdi, cum & ex Sicilia & aliunde multi ad ſe uenirẽt, partim paternę glo-
riæ opinione, partim uictus inopia exciti, his permotus, imperatorio habi-
tu reſumpto ad occupandam continentem oppoſitam ſe accinxit. Interim
Antonius cum in ſociorum euaſiſſet terram, actis Pompeij cognitis, ei ſi ab
armis diſceſsiſſet, ueniã ac amicitiã promiſit. Pompeius cum ita facturum
ſe eſſe reſcripſiſſet, Antonio propter acceptã calamitatẽ, & quòd is ſtatim
in Aegyptum abiret, contempto, in inſtituto ſuo perrexit, & cum Parthis
de ſocietate per internũcios egit. Qua re cognita Antonius ab itinere ſuo
quidem nõ reflexit: M. uerò Titium, qui quondam ad ſe à Sexto Pompeio
deſciuerat, cum claſſe contra ipſum miſit: qui cum futurum hoc animaduer

Domus publica Cæſari decreta.

Valerius Meſſala Augur fit.

Vticenſibus ciuitas data.

Purpuram geſtare.

Magiſtratus intermißi.

Mæcenas.

Sexti Pompeij fuga, & conſilia.

Antonius qualẽ ſe Sexto Pompeio præbuerit.

M. Titius.

tiſſet,ſibiꝗ metueret (neque enim paratus adhuc ſatis erat) ea loca petijt
quà maximè effugere poſſet. Verùm Nicomediæ depræhenſus,pacem per
legatos petijt, ſpem eius impetrandæ in beneficio quo Titium ipſe quon-
dam affecerat,poſitam habens: Titius pacem ſe ei,niſi nauibus et copijs om
nibus ſibi traditis,cõ ceſſurum negauit. Proinde Pompeius deſperata à ma-
ri ſalute,apparatu grauiori in naues cõiecto,ijſꝗ accenſis, in mediterranea
Sextus Pompeius capitur, & necatur. contendit: quem inſecuti Titius ac Furnius, Midaij (Phrygiæ oppidũ hoc
eſt) depræhenderunt,circumdatumꝗ in ſuam poteſtatem uiuum redege-
runt. Antonius certior ca de re factus, ira permotus, confeſtim eis per lite-
ras mandauit,ut interficerent Pompeium:paulo pòſt pœnitentia captus,ſa
lute eum donari iuſsit. Atqui cum priorem tabellarium poſterior præueniſ-
ſet, Titio poſteriores eæ literæ ſunt redditæ, quibus necare Pompeium iu-
bebatur, easꝗ uel ſcriptas omnino poſterius eſſe ratus, aut cognita quidẽ
rei ueritate, fidem tamen habere nolens,ordinem literarum ut ſibi redditæ
erant,non ſenſum ſecutus eſt. Ita Sextus Pompeius mortuus eſt, L. Cornifi
cio,& Sexto alio quodã Pompeio Conſulibus,eiusꝗ mortis cauſa Cęſar lu
Antonio honores à Cæſare tributi. dos equeſtres exhibuit,Antonioꝗ currũ apud roſtra, & ſtatuas in templo
Concordiæ poſuit,poteſtatemꝗ dedit ibi cum coniuge & liberis cõuiuan-
di,ſicut antè ſibi decretum fuerat. Nam adhuc fingebat ſe eius eſſe amicũ,
cumꝗ de Parthica clade cõſolatus eſt,inuidiamꝗ aduerſus ſe uictoriæ ſuæ,
& honorum ob eam decretorum nomine obortam expoſuit. Porrò autem
Vẽtidij in Parthos strategema. Antonij & barbarorum res ita habẽt. P. Ventidius cum Pacorum exercitũ
colligere,et in Syriam ꝓficiſci audiſſet,in metũ peruenit,cum neꝗ urbes eſ-
ſent adhuc cõſtitutæ,& exercitus in hybernis etiãnum diſperſi:utꝗ & mo-
ram Pacoro inijceret,& tarditati ſuarũ copiarũ mederetur, regulũ quendã
Chauneus. Chaunæum notum quidem ſibi familiariter,ſed quem certò ſciebat Parthis
magis cupere,cùm alioquin tãquam fidiſsimum ſibi in honore habuit, tum
conſilium quoque nonnullis in rebus ab eo petijt, ita ut citra ſuum tamen
detrimentum ei hanc de ſe opinionem præberet, quaſi conſcium eum ſuo-
rum arcaniſsimorum conſiliorum faceret. eò re deducta, ſimulauit metuere
ſe, ne Barbari conſueto ſuo Euphratis tranſitu, qui eſt apud urbem Zeug-
ma,omiſſo, alia uia infra eum locum flumen tranſirent, quòd hîc campi Par
this, ibi uerò colles ſibi commodi eſſent: idꝗ & perſuaſit Chaunæo,& per
eum etiam Pacorum decepit,ita ut campeſtri itinere (qua Ventidius finxe
rat ſe cum nolle uenire) prolixiori delecto, ſpacium copias ſuas cogendi
Ventidio daret. Porrò Ventidius ita paratus, Pacorum in Syria Cyrrheſti-
Ventidius Parthos uincit. ca prælio uicit. Nam cum & paſſus eſſet Parthos fluuiũ tranſire, neꝗ ſecun-
dum tranſitum eos adortus eſſet,in eam ipſos opinionem adduxerat, ut ef-
fœminatos ac imbecilles eſſe Romanos iudicantes, caſtra quoque eorum
quanuis edito loco poſita aggrederentur,ſpe ea primo impetu capiendi: ue
rùm à Romanis repentina eruptione facta, non magno labore per decliue
depulſi (equites enim erant) deinde fortiter quidem pugnantes (& erant
pleriꝗ grauis armaturæ) tamẽ improuiſo hoſtium incurſu perturbari, ac ſu
perati à legionibus Romanis ſunt, maximè funditoribus uictoriam adiu-
uantibus, qui eminus uiolentis ictibus Barbaros impetentes ſummoperè
Pacorus cadit. affiligebant. Pacorus quoꝗ in ea pugna cæſus, maximum attulit ſuis dam-
num. quem ſimul atꝗ Parthi cecidiſſe uiderunt, pauci pro eius cadauere ala
criter certauere: quibus ipſis quoꝗ conciſis, reliqui omnes ceſſerunt, ac par
tim per pontem domum cõfugere conati, præuenti ab hoſtibus perierunt,
partim

Syriam Ventidius recipit.

partim in Commagenem ad Antiochum profugerunt. Ventidius Syriam, quæ ſuſpenſo animo euentum belli expectabat, (nam iuſticiæ ac clementiæ nomine Pacorum Syri ſummo amore proſequebantur, ita ut maiori nullum unquam regem) circum urbes miſſo Pacori capite cum facilè pacauiſſet, contra Antiochum duxit, eo obtento, quòd is ei ſeruos nō dedidiſſet: re autem uera, pecuniæ, quam plurimam Antiochus poſsidebat, ſpe potiūdę.

Antonij inuidia in Ventidium.

Hoc agenti ei Antonius ſubitò ſuperuenit: ac non modò non gauiſus eſt, ſed inuidit etiam ob rem proprio ductu præclarè geſtam: & quamuis ſibi propter utrunque factum Ventidij & ſupplicationes & triumphus erant decreti, tamen eum & officio ſuo detruſit, & neque tum, neque deinceps ulla in re opera eius uſus eſt. Romę autem Antonio hæc decreta ſunt, tum ob eius eminentiā, tum ſecundum leges, quia ea prouincia ipſius fuerat: nihilominus tamen Ventidio quoque eadem conceſſa ſunt, quia uidebatur Craſsi calamitatem Pacorus abundè compenſaſſe, præſertim cum eadem anni die utraque res eueniſſet.

Ventidij triumphus de Parthis.

Sed ut Ventidius ſolus uicerat, ita ſolus quoque triumphauit de Parthis, (Antonius enim ante quàm triumphare poſſet, perijt) eaque res, & fortunæ opus mirum, auxêre gloriā Ventidij: quippe olim in triumpho Pompeij Strabonis cum alijs captiuis ductus, primus poſtea temporis de Parthis inter Romanos triumphum duxit.

Antonij cum Antiocho pactum.

Antonius porrò tunc Antiochum aggreſſus, Samoſatisque obſeſſum oppugnauit: ſed cum nihil proficeret, & tempus fruſtrà cōſumeretur, ſuſpicareturque milites ob affectū ignominia Ventidium animo à ſe eſſe alieno, clanculū de pace cum Antiocho egit, ut recedere honeſtè poſſet: nimirum ipſe non plures duobus obſides, ac ne hos quidem illuſtres, neque eam quam popoſcerat pecuniam accepit:

Alexandri mors.

Antiocho conceſsit, ut Alexandrum necaret, qui prius ab eo ad Romanos transfugerat. His actis Antonius in Italiam curſum inſtituit.

Soſius Aradios & Iudæos ſubigit.

C. autem Soſſius Syriæ & Ciliciæ ab Antonio præfectus, Aradios hactenus oppugnationem perpeſſos, fameque & morbo confectos ſubegit: Antigonum, qui præſidium Romanum quod apud ſe erat, occiderat, prælio uictum, Hierosolymis (eò enim confugerat) ui expugnauit. Iudæi, ut eſt gens ea iræ, ſi ſemel ea correpta fuerit, acerbiſsimæ, multa ac grauia mala quidem ij Romanis intulerunt, longè tamen plura paſsi ſunt: capti enim ab his ſunt priores quidem illi, qui pro templo Dei ſui propugnabant: pòſt reliqui etiā Saturni die, quam tanta religione feſtam agunt, ut hi qui prius cum templo erant capti à Soſsio, inſtante die ea à Soſsio ueniam exorauerint, ac in templum adſcendentes, cum reliquis rem ſacram pro more peregerint.

Herodes regno Iudæorū præfectus.

Antigonus ſupplicio afficitur.

Soſsius Herodi regno Iudæorum conceſſo, Antigonum cruci alligatū (quo ſupplicio nullus unquam rex à Romanis erat affectus) flagris cecîdit, ac deinde iugulauit. Id factum Claudio & Norbano Conſulibus. Anno inſequenti, nihil memoratu dignum à Romanis in Syria actū eſt. Nam Antonius in Italiam eundo, ac inde reuertendo totum annum exegit: Soſsius Antonij, non ſuam gloriam aucturus, metu inuidiæ iræque eius, ita id tempus conſumpſit, ut non quomodo re aliqua egregiè geſta Antoniū offenderet, ſed quomodo ociatus eius gratiam iniret, cogitauerit. At Parthi ipſi nemine laceſſente nouum bellum ingens mouerunt, idque hac occaſione.

Phraates regno Parthiæ potitus quàm impiè ſe geſſerit.

Orodes rex Parthorum cum & ſenectus eum, & Pacori luctus cōficeret, uiuus adhuc regnum Phraati filiorum ætate maximo tradidit: is regno accepto, omnium ſe mortalium ſceleratiſsimum geſsit. Nam & fratres ſuos ex Antiochi filia natos, ſe & uirtute, & materno genere præſtantiores, dolo necauit: & Orodem ipſum

pſum indignè id ferentem occidit: ac pòſt etiam nobiliſsimum quenque, ac præterea tam multa flagitioſè egit, ut primorũ permulti ab eo partim aliò,

Monæſes ad Antonium confugit.

partim ad Antonium, in quibus etiam fuit Monæſes, conceſſerint. Euenit hoc Agrippa & Gallo Coſs. Reliqua hyemis parte, Gellio & Nerua Conſulibus,

P. Canidij Craſſi res cõtra Iberos et Albanos geſtæ.

P. Canidius Craſſus in Iberos exercitũ duxit: uictumq; pugna regem eorum Pharnabazum ad ſocietatem belli compulit: ac cum eo in Albaniã progreſſus, uictam eam gentem, & regem eorum Zoberem ſimiliter ſibi adiunxit. His, & Monæſi fidens Antonius, (is enim ſe ducem belli futurũ, ac ſine ullo labore pleraſque Parthię partes occupaturum promiſerat) bellum Parthicum Monæſi gerendum iniunxit: atque inter alia præmia ei trium Romanis ſubditarum urbium reditus fruendos uſque ad finem belli conceſsit, regnumq; Parthię promiſit. Phraates cum eius rei cauſa ſibi metueret, præſertim quia fugam Monæſis Parthi moleſtè ferebant, legatos ad Monæſem miſit de pace, ſummiſq; pollicationibus ut retrò cederet perſuaſit. Quod cognitũ etſi, ut par erat, ſtomachum Antonio mouit: tamẽ Monæſem, quẽ in ſua adhuc poteſtate habebat, nõ occidit: (quia ſi id feciſſet, neminem Barbarum deinceps ad ſuam amicitiam acceſſurum putabat) ſed fraudem contra hoſtem ſtruens, eum dimiſit, tanquam eius opera cum Par-

Antonius fallaciam Parthis ſtruit.

this amicitiam facturus: miſitq; cum eo legatos ad Phraatem, qui uerbis pacem componerent, ſiquidem rex ſigna & captiuos, quæ Craſsi calamitate Parthi ceperant, Romanis reddidiſſet. Sperabat autẽ ſe regi ſpe pacis imparato ſuperuenturum. Ipſe interim ad bellum ſe comparans, uſq; ad Euphraten proceſsit, exiſtimans eum nullo præſidio teneri. quod ubi eo loco uidit

Antonius ab Armeniæ rege inductus, bellũ Mediæ infert.

diligẽtiſsimè poſitum, auerſo inde itinere, in Armeniam ſtatim ire inſtituit, ad bellum Artauaſdi Medorum regi faciendũ, ab Artauaſde Armeniæ maioris rege, inimico eius, impulſus: cumq; intelligeret regẽ Mediæ ad opem Parthis ferendam procul domo abijſſe, impedimentis ac parte exercitus

Oppius Statianus.

cum Oppio Statiano relictis, ſubſequiq; ſe iuſsis, ipſe cum equitibus ac peditatus optima parte feſtinatò profectus eſt, ſperãs ſe primo impetu omnẽ

Praaſporum obſidio.

Mediam ſubacturum: cumq; ad Praaſpa (regia hæc eſt Mediæ) ueniſſet, aggere iacto ea oppugnare cepit. Sed Parthus ac Medus cũ id cognouiſſent, laborare eum fruſtrà in oppugnanda urbe ualidis muris, ac multis de-

Romani cum Statiano à Parthis cæſi.

fenſoribus munita paſsi ſunt: ipſi uerò Statianũ in itinere fatigatũ improuiſo adorti, ad unũ omnes qui cum eo erãt, conciderũt, ſolo Polemone Ponti

Polemo captus.

rege capto, ac pecunia data dimiſſo. Fuit aũt hoc barbaris factu facile, quia Armeniæ rex ei pugnę non intererat: qui cum, ut autores ſunt quidam, poſ-

Armeniæ rex in Romanos perfidus.

ſet Romanis ſubuenire, non modò id fecit, ſed ne ad Antoniũ quidem, uerùm in regnum ſuum diſceſsit. Antonius etſi ad primum Statiani nuncium feſtinârat, ut ſuis auxiliũ ferret, tamen tardius uenit, ac præter mortuos neminem inuenit. Itaq; tameſi clade hac terrebatur, tamen quia nemo barbarorum ſibi occurrebat, cenſens eos propter metum aliquò abijſſe, a[illegible]imum reſumpſit: ac non multò pôſt cum eis congreſſus, funditorum opera (quorum magnus erat numerus, iaculaq; ipſorum ſagittis hoſtium longius procedebant, ita ut armaturæ quoq; grauis miles ab ijs tutus non eſſet) in fugam eos coniecit: ſed propter celeritatem equitandi barbarorum, non ma-

In Praaſpororum oppugnatione Antonius quæ egerit.

gnam ſtragem eorum edidit. Porrò iterum Praaſporum oppugnationem aggreſſus, hoſtibus quidem (cum & præſidium eum magna ui repelleret, & qui foris erant hoſtes, cõgrediendi facultatem non darent) damni nihil admodum intulit: ſuorum autem permultos in quærendis ac ſupportandis

commeatibus

cõmeatibus amiſit, multos ipſe ſupplicio affecit. Nam initiò quidem, cum
cibaria ex uicinia Romani haberent, & obſidioni urbis, & cõmeatibus pa-
randis facilè ſuffecerant: poſtquã autem propinquis omnibus abſumptis,
milites frumentatum longius abire opus habuerunt, eueniebat ut ſi pauci
emitterentur, non modò nihil apportarent, ſed ipſi quoꝗ perirent: ſin mul-
ti, oppugnatoribus nudabantur Praaſpa, ac barbaris erumpentibus multi
milites, multæ machinæ Romanorũ perdebant. Igitur Antonius omnibus
ſuis militibus hordeũ pro frumẽto dedit, & de quibuſdã decimũ quenꝗ ad
ſupplicium ſorte legit: omnino autem cum uideretur alios in obſidione ha-
Supplicium militare.
bere, ea patiebatur quæ obſeſsis uſu uenire ſolent. Nam & oppidani dili-
genter tempus eruptionibus idoneum obſeruabant: & qui foris erant, Ro-
manos, ſicubi diſperſos intelligerent, celeriter eos adoriendo, ac ſtatim ſe re
cipiendo, plurimum uexabant: frumentatores uerò in pagos exire illæſos
ſinentes, in reditu palantes ſubitò inuadebant. Cum nihilominus obſidio-
nem Antonius produceret, ueritus Phraates ne ſi ea diutius cõtinuaretur,
Antonius uel per ſe, uel auxilio etiam aliquo auctus, eam incommodo
Antonius ſpe pacis à Phraate deceptus, obſidionem ſoluit.
aliquo afficeret, ſubornatis qui eum ad pacem à ſe petendam ſpe eius fa-
cilè impetrandæ permouerent, cum Antonius perſuaderi id ſibi paſſus,
legatos eius rei cauſa ad ipſum miſiſſet, aurea ſella ſedens, ac neruum arcus
pulſans, multisꝗ uerbis in Romanos inuectus, tandem pacem ea cõditio-
ne promiſit, ut continuò exercitum abduceret. Hoc audito Antonius cum
& faſtum regis metueret: & ſi diſceſsiſſet aliquò, pacem ſe habiturum cre-
deret, à Praaſpis receſsit, operibus, quæ ad oppugnandã urbem fecerat, tan
quam in ſociorum terra iam uerſans, integris relictis. Sed enim dum pacis
compoſitionem expectat, interim Medi opera incendunt, ac aggeres diſ-
ijciunt: Parthi autem pacis mentione omiſſa, eum ſubitò adorti, multis ac
magnis incommodis afficiunt. Itaꝗ ſe deceptum intelligens, nõ auſus præ-
terea legatos mittere, cum neꝗ tolerabiles iam pacis conditiones latum iri
putaret, & in mœrorem conijcere milites fruſtrà tentata pacificatione nol-
let, properãdum in Armeniam, quoniã ſemel caſtra mouiſſet, ſibi ſtatuens,
aliamꝗ uiã (qua enim uenerat, eam ſibi omnino interclusã opinabatur)
ingreſſus, cum exercitu extrema mala pertulit. Nam & regionũ impruden-
Romanorum in Armeniam recedentium miſeriæ.
tia ipſis oberat, & barbari anguſtijs præoccupatis, foſsis, operibusꝗ tranſi-
tum obſtruebant, aquationem ubiꝗ difficilem reddebant, pabulatione ar-
cebant: ac ſi quando erat fortè per commodiorem aliquem locũ iter facien
dum, falſis nuncijs ſummiſsis eos ab his deterrebant, tanquam ab hoſtibus
inſiderentur: in loca autem quâ ſuas ipſi inſidias collocaſſent, auertebãt. his
incommodis, ac fame multi perierunt, iamꝗ ad hoſtem perfugere ceptum
eſt: ac niſi perfugas Parthi in reliquorum conſpectu ſagittis confeciſſent, ui
debantur omnes ad barbaros tranſituri, ſed Parthorum crudelitas eam de-
fectionem inhibuit. Hoc quoꝗ ipſis fortuna interitus ſui effugium dedit:
Cum aliquando in inſidias incidiſſent, ac frequentibus ſagittis peterentur,
Teſtudo militaris, Romanos ab extrema pernicie defendit.
repentè clypeis conſtipatis teſtudine effecta, ſiniſtro genu in terram procu
buerunt. Barbari autem, qui nihil unquã huiuſmodi uiderant, putantes eos
propter uulnera concidiſſe, ac iam ſimul omnes poſſe concidi, proiectis ar-
cubus ab equis deſiluerunt, acinacibusꝗ nudatis ad cædendum eos accur-
rerunt. Tum Romani conſurgentes, ſigno dato, phalãgemꝗ unà explican-
tes, ſinguliꝗ proximũ hoſtem à fronte adorti, armati inermes, inopinantes
parati, ſagittarios legionarij, barbaros Romani, tanta clade affecerũt, ut re-
liqui

liqui ſtatim diſceſſerint, neq; unquam poſteà inſequuti ipſos ſint. Porrò teſtudo talis eſt, & hoc modo fit. Impedimentis, & leuis armaturæ militibus, equitibusq; in medio exercitus collocatis, grauis armaturæ pedites, hi qui oblongis clypeis cauis, ac in morē tubi incuruatis utuntur, in extremis partibus quaſi tegularum loco ponuntur, ita ut foras obuerſi cum armis ſuis reliquos ambiant. Cæteri qui lata geſtant ſcuta in medio conſerti, ea ſupra ſe & reliquos omnes tollunt, ita ut nihil aliud quàm clypei à tota phalange cōſpiciantur, omnesq; propter denſitatem ordinum à telis protecti ſint: eſt enim hæc clypeorum denſatio adeò firma, ut & ſuper ea ingredi aliquot homines poſsint, & equis eadem, uehiculisq; ferendis eſt, ſi in cauo ac anguſto loco conſtipetur. Hæc figura eſt illius ordinis, nomenq; teſtudinis propter firmitatem, ac quòd tam egregiè exercitū cōtegit, inuenit. Vſus porrò eius duplex eſt. Nam aut in oppugnando aliquo loco facta teſtudine ſuccedunt ad murum, ac ſæpenumero ad ipſum murum quoſdam ea attollūt, aut à ſagittarijs circundati, omnes genu nituntur ſimul, equi etiam (nam hos quoſq; ſe in genua inclinare adſuefaciunt) opinioneq; de ſe tanquam confectis præbita hoſtibus, accedentibus eis, repentè, nec ſine terrore eorū, inſurgunt. Antonius hoſtibus præterea non urgentibus, frigore magnoperè conflictatus eſt. Iam enim hyems inierat, & montes Armeniæ (per quos ſolos facere iter tutò poterat) nunquam non glacie integuntur: ac tum maximè eos uulnera, quæ multa acceperant, moleſtabāt. Idcircò multis mortuis, multis ad bellū inutilibus redditis, Antonius quia nō ferebat hęc ſingula audire, interdixit ne quis tale ſibi quicq; annunciaret: regi aūt Armenię, quanquam ei quòd ſe deſeruiſſet, ſucceſeret, ac ulciſci eum in animo haberet, ablanditus eſt, ac demeruit, ut ab eo pecuniam ac alimenta acciperet: deniq; cum neq; ulterius ferre iter milites, præſertim hyberno tempore, poſſent, & alioquin fruſtra eſſent hæ ipſis miſeriæ tolerandæ, cum ſtatuiſſet ipſe parua interiecta mora in Armeniā redire, regē adulādo ac pollicitādo identidem permouit, ut ſibi in ſuo regno hyemādi poteſtatē faceret, uere iterum cōtra Parthos ducturo exercitū. Allatæ ſunt ei etiā à Cleopatra pecuniæ, ex quibus centenos quadragenos ſeſtertios ſingulis legionarijs, ac reliquis ratam portionē diuiſit: & cum eæ pecuniæ nō ſufficerēt, ex ſuis facultatib. reliquū addidit, Cleopatræ ſuos etiam ſumptus acceptos referens. multū enim ei etiam amici contulerūt pecuniæ, multum à ſocijs exegit. His actis Antonius in Aegyptum abijt. Romæ etſi nihil horum quæ acta fuerant, ignotū eſſet (non quòd ipſe ueritatem perſcripſiſſet, ſolitus omnes acceptas clades occultare, aut de ijs contrarium, quaſi re feliciter geſta, ſcribere, ſed quia fama rem, ſicut habebat, ipſam annūciabat. Cæſarq; & qui cum eo erant, diligenter & explorabant omnia, & diuulgabant) tamen publicè ea non ſunt indicata: quinimò ſacrificatum etiam eſt, & dies feſti acti. Quia enim adhuc Cæſar contra Pompeium bellum gerebat, neque conuenienter, neq; opportunè ea palàm proponi poterant. Antonius his ita actis, Amyntam, qui ſcriba Deiotari fuerat, Galatiæ principem cōſtituit, Lycaoniæ, Pamphyliæq; partibus quibuſdā adiectis: Cappadociæ eiecto Ariarathe, Archelaum, cuius genus paternum deducebatur ab Archelais, qui contra Romanos belligerauerāt, mater aūt ei erat ſcortū Glaphyra. Hæc tamen ciues eo minus uitio dederunt Antonio, quòd de alieno liberalis fuerat. Cleopatræ autem nomine magnoperè culpatus eſt, quòd & liberos ex ea ſuſcepiſſet, prius gemellos Alexandrum & Cleopatram: deinde Ptolemæū, Philadelphum cogno-

mine

Teſtudinis militaris deſcriptio ac uſus.

Antonius in Armeniam uenit, utq; regem demulſerit.

Militibus pecuniam diuidit.

Antonius ut prouincias Romanas regulis ſtribuerit.

mine: quodq; multas Arabię, Nabateę, Ituręæq; (Lyſaniam enim quem regem eorum fecerat, inſimulatum quòd ſtuderet Pacoro, necauerat) Phœniceſq;, & Palæſtinæ, ac Cretæ partes, & Cyrenen quoq; ac Cyprum ipſis donauiſſet. Anno ſubſequẽte, Pompeio & Cornificio Conſulibus, bellum regi Armeniæ facere inſtituit, haud parum ſpei in rege Mediæ ponens, qui Phraati ſuccenſens, quòd neq; prædæ magna parte, neq; alio honore eſſet præditus ab eo, cupienſq; Armeniæ regem ulciſci propter inductos ſibi ab eo Romanos, Polemone ad ſe miſſo, amicitiam ac ſocietatem ſuam ambierat: qua re adeò delectatus eſt Antonius, ut inita cum Medo pace, præmiũ legationis Polemoni Armeniam minorem poſtea dederit. Proinde Armeniæ regem primò in Aegyptum tanquam amicum euocauit, ut ibi depræhenſum ſine labore occideret. Cum autem is dolum ſuſpicatus non ueniſſet, rationes eum aliter decipiendi iniuit. neque enim iram contra eum palàm ferebat, ne eum ad bellum excitaret. Igitur tanquam iterum contra Parthos profecturus, quo imparatum Armenium inueniret, ex Aegypto abijt. In itinere autem cognito Octauiam Roma aduenire, in Aegyptum reuerſus eſt, ſtatim eam domum redire cum iuſsiſſet, ac dona eius cùm alia, tum milites, quos in hunc finem ea à fratre ſuo petierat, accepiſſet: atque ita deinde magis adhuc amori & impoſturę Cleopatræ ſeruiuit.

An. V. C. 719.

Antonius bellũ contra Armeniæ regem moliens, amicitiã cum Medo iungit.

Octauia Antonio dona affert.

Interim Cæſar Pompeio mortuo cum res Africæ compoſitione indigerent, in Siciliam uenit, inde in Africam tranſmiſſurus: ſed ibi tempeſtate detentus, quo minus deinde traijceret, hanc cauſam habuit. Salaſsi & Tauriſci, Liburniq; & Iapudes, cum iam antè in Romanos haud mediocriter iniurij fuiſſent, ac ſtipendio quòd pendere debebant, non ſoluto, etiam in finitima inuaſiſſent, eaq; maleficijs infeſtaſſent, tum apertè propter Cæſaris abſentiã rebellauerãt. Ea propter Cæſar ex Sicilia reuerſus, ad bellũ contra eos ſe parauit. In eo apparatu cùm nonnulli quibus miſsio militiæ facta fuerat, tumultuarentur, ac quia nulla præmia accepiſſent, iterum ſtipendia mererere uellent, omnes in unam legionem eos conſcripſit, ut à cæteris ſegregati, neq; corrumpere alios, & ſi quid mouere noui inſtituiſſent, ſtatim depræhendi poſſent: cumq; ne ſic moderatè ſe gererent, paucos ex ipſis, qui natu erant maximi, in Galliam in colonias dimiſit, ſperans reliquos etiam idem ſperantes quieturos: & cum nihilominus fremerent, in quoſdam eorum exemplum ſtatuit: irritatos reliquos eo facto quaſi alius rei cauſa conuocauit, circumfuſoq; exercitu, arma eis ademit, & exautorauit. Hi cum ſimul & quàm parùm ipſi poſſent, & Cæſaris magnanimitatem cognouiſſent, mutata uere ſententia, multis precibus à Cæſare impetrauerunt, ut inter milites denuò reciperentur. Cæſar, quòd & militibus indigebat, & metuebat ne eos Antonius ſibi adiungeret, ueniam dedit, eorumq; deinceps opera uſus eſt in omnibus rebus optima. His actis, alijſq; ad alios populos ſubigendos miſsis, Iapydas ipſe bello petijt: quorum eos, qui citra mõtes haud procul à mari habitabat, non omninò difficulter in ſuam poteſtatem redegit, qui uerò montes, & ultra eos incolebant, eos non ſine maximo labore perdomuit. Hi Metulo maxima ſua urbe occupata, Romanos oppugnantes multoties repulerunt, machinas multas combuſſerunt, Cæſarem ipſum à lignea turri quadam murum conſcendere conatũ grauiter ſauciauerunt: tandem cum nihilominus propoſitum urgeret, copiaſq; euocaret, ſimulantes ſe pacem facturos, præſidium in arcem acceptum noctu interfecerũt, ædes ſuas incenderunt, ſeipſos, ac quidam etiam uxores & liberos ſimul occiderunt,

Gentium quarundam Panoniæ & Illyrico uicinarum rebellio.

Milites turbulentos ut compoſuerit Cæſar.

Cæſar ut Iapudes ſubegerit.

Metulum.

derunt, ita ut nihil prædæ inde ad Cæſarem redierit, cum captiui etiã paulo poſt necẽ ſibi ipſis cõſciuerint. Cum ad hunc modũ hi periſſent, reliqui in poteſtatem eius nulla re memorabili geſta ueniſſent, in Pannonios exercitum duxit, neq; læſus quidem ab ijs unquam, neq; ullum crimen obijciens, ſed militum exercendorum ſimul, & alienis bonis alendorum cauſa, omne id iuſtum eſſe cenſens, quod armis potentior contra infirmiorem decerneret. Pannonij habitant ad Iſtrum fluuium à Norico uſq; ad Myſiam Europæam, Dalmatis uicini: tolerant autem omnium hominum uitam duriſsimam: nam neq; terram, neq; aerem felicem habent: neq; apud eos oleum, aut uinum, niſi pauciſsimum, naſcitur: neq; enim hæc colunt, cum maiorem partem acerrima in hyeme uiuant: ſed hordeum & milium & edunt, & potum ex eis conficiunt: cæterùm omnium, quos nos quidem nouerimus, hominum fortiſsimi ſunt, nimirùm cum nihil uita honeſta dignum habeant, ad iram & cædes propenſiſsimi. Quod ego non auditu tantùm, aut lectione ſed re ipſa cognitum, cum præeſſem uidelicet ei nationi, ſcribo. Nam poſt Africæ præfecturam, Dalmatiæ, quam olim pater quoque meus aliquandiu adminiſtrauit, & Pannoniæ ſuperiori præpoſitus fui: unde hæc quę ſcribo, explorata mihi ſunt. Nomen autem Pannonibus inditum eſt ex eo, quòd tunicas manicatas ex pannis more ſuo conciſis ac conſutis conficiunt: uerùm ſiue ea nominis eſt ratio, ſiue alia, certè quidam Græci ueritatis ignari, Pæones eos uocarunt, quod ipſum quidem etiam nomẽ antiquũ eſt, non tamen iſtius populi, ſed eius qui ad Rhodopem montem, & Macedoniam maritimam (ſic enim noſtro tempore uocatur) habitant: quapropter ego hos Pæonas, iſtos Pannonios nominabo, ſicuti & ipſi ſeſe, & Romani eos appellant. Enimuerò Cæſar in Pannonios profectus, primùm à rapinis ſe continuit, quamuis ij pagos in campeſtribus ſitos deſeruerant, q; ſperabat ſe eos citra uim ſibi adiungere poſſe: ſed cum ad Siſciam accedentem eum læſiſſent, ira correptus agrum eorum uſsit, prædasq; quas potuit maximas egit. Cum urbi appropinquaſſet, incolę à primoribus perſuaſi, ſtatim ei ſe dediderunt, & obſides præbuerunt: poſteà autem portas cum occluſiſſent, in obſidione habiti ſunt, cum & muris ualidis, & duobus nauigabilibus fluuijs confideret. Fluuius enim Colops ipſa mœnia alluens, in Sauũ defluit, qui & ipſe tum haud procul ab urbe meabat, & nunc totam urbem circumambit, à Tiberio magna foſſa eò adductus, per quam rurſus in antiquum alueum exit: eo autem tempore cum Colops ipſis mœnibus allaberetur, & Sauus haud magno inde ſpacio præterflueret, interuallum uacuum relinquebatur, quod foſsis & palis actis munitum erat. Cęſar itaq; nauibus, quas ſocij ijs in locis parauerant, acceptis, ijs per Iſtrum in Sauum, atq; inde in Colopem ſubductis, urbem terra ſimul fluuioq; aggreſſus eſt, ibiq; naualia nonnulla prælia fecit. Barbari enim lintribus paratis, ad pugnam exibãt: inq; fluuio inter alios Menam etiam Sex. Pompeij occiderunt, ac in terra quoq; Cæſarem fortiter propulſarunt, donec tandem audito quoſdam ſociorum ſuorũ inſidijs exceptos perijſſe, animi collapſi deditionem fecerũt. Ita his in poteſtatem Cæſaris receptis, reliqua etiam Pannonia pacis conditiones accepit. Ibi Cæſar cum exercitus parte Fufio Gemino relicto, Romã redijt: triumphumq; ſibi decretum in aliud tempus reijciens, Octauiæ, & Liuiæ ſtatuas dedit, utq; ſine tutore ſuis ipſarum facultatibus uterentur, ſacroſanctæq; eodem iure quo Tribuniplebis eſſent. Cum autem in Britanniam etiam expeditionem, patrem æmulatus, intenderet, iamq; in Galliã

Cæſaris in Pannonios expeditio, & geſta in ea.

Pannoniæ deſcriptio.

Dio Africæ, Dalmatiæ, & Pannoniæ prouincijs præfuit.

Pæones qui ſint.

Siſcia urbs Pannoniæ capta à Cæſare.

Colops.

Sauus.

Tiberij opus.

Menas occidit.

Fufius Geminus.

Honores Liuiæ & Octauiæ dati.

Cæſar in Britanniam ire inſtituit.

uſq; eius rei cauſa progreſſus eſſet ea hyeme, qua Conſulatum Antonius iterum, & L. Libo gerebant, Pannoniorum recens ſubactorum, & cum eis Dalmatarum rebellio exorta eſt: et Pannonios quidem Geminus, quamuis Tuſcia ab iis eiectus, tamen prælijs aliquot ſuperatos recepit. Salaſſos autē, & qui eorum rebellionis ſocij fuerant, Valerius Meſſala domuit. in Dalmatas autem Agrippa prius, deinde Cæſar ipſe exercitum duxit, eosq; pleroſque hi multis ac magnis tamen acceptis incommodis (nam & Cæſar uulneratus eſt, & militibus propter delictum quibuſdam hordeum pro tritico datum eſt, & alij qui ordines deſeruiſſent, decimus quiſq; ſorte ad pœnam delectus) ſubiugauerūt. contra reliquos Statilius Taurus bellum geſsit. Hoc tempore Antonius eadem die & inijt Conſulatum, & depoſuit, ſubſtituto in ſuum locum L. Sempronio Atratino: itaq; hunc nonnulli, non Antoniū in enumeratione Conſulum recenſent. porrò autem quærēs rationem, qua minimo labore regem Armeniæ ulciſci poſſet, miſſo ad eum Q. quodā Dellio exoleto ſuo, filiam eius, ſuo filio Alexandro eam uidelicet matrimonio coniuncturus, multis pollicitationibus interpoſitis popoſcit. poſtremò repente ſub initium ueris Nicopolin Pompeij uenit, eoq; eum ad ſe exciuit, ſcilicet ut opera & cōſilio eius in bello Parthico uteretur. Cum Artauaſdes inſidias eſſe ſuſpicatus non ueniret, iterum Dellium ad eum miſit colloquij cauſa: ipſe interim celeriter ad Artaxata progreſſus eſt. ſic eum partim ſociorum opera perſuadendo, partim copijs terrendo, cum & ſcriptis & actis eius ſe amicum omnino oſtendiſſet, eò uix tandem adduxit, ut in caſtra ſua ueniret. Tum comprænhenſum, primum abſque uinculis circum caſtella in quibus theſauri erant repoſiti, circumduxit, ſpe eorum ſine certamine potiundi, ſimulans ſe eum non alia de cauſa captiuum habere, quàm ut ab Armenijs pro liberatione ac regno eius pecuniā colligeret. poſtquam autem cuſtodes gazæ ei non obtemperârunt, & qui in armis erāt, Artaxam maximum natu inter filios eius regem eius locò cōnſtituerunt, argenteis Artabazum catenis uinxit, quia nimirum turpe erat regem ferreis in catenis haberi. Poſt hæc uniuerſam Armeniā partim ui, partim deditione in ſuam poteſtatem accepit: nam Artaxes prælio cōgreſſus, & uictus, ad Parthos conceſſerat. His perfectis, Mediæq; regis filia arctioris amicitiæ cauſa filio ſuo in matrimoniū impetrata, relicto in Armenia exercitu, magnam prædam, Artauaſdemq; cum cōiuge & liberis ſecum abducens, in Aegyptum reuerſus eſt, eosq; inter alios captiuos ante ſe in triumpho Alexandriam introduxit, curru ipſe inuectus. In Cleopatræ autem gratiam & cætera egit: & Artauaſdam cum ſuis, aureis in uinculis ad eam in medio populi, tribunali argento obducto, aurataq; ſella ſedentem, adduxit. Barbari autem neque ſupplices ei facti ſunt, neque in genua conciderunt (quanquā & minis & promiſſis hoc crebrò iuberentur) ſed nomine eam ſuo compellauerunt: atq; ideo magnos quidē habere ſpiritus exiſtimati, durius autem propterea tractati ſunt. Deinde Antonius Alexandrinis epulum præbuit, ac in concilio populi Cleopatræ eiusq; liberis propter ſe ſedem dedit, habitaq; ad populū quadam oratione, Cleopatram reginam regum, Ptolemæum, Cæſarionem cognomine, regem regum appellari iuſsit: iisq; Aegyptum & Cyprum, alia à priore diuiſione inſtituta, addixit. Dicebat autem illam uerè Cæſaris ſuperioris cōiugem fuiſſe, hunc eiuſdem legitimum filium: fingebatq; ſe ſtudio eius Cæſaris adductum hæc facere, quò Octauianum non natum eius, ſed adoptatum filium in inuidiam adduceret. Suis uerò ex Cleopatra ſibi natis

Rebellio Dalmatarū et Pannonum.

An. V. C. 720.

Antonius quēadmodum per fraudem ceperit regē Armeniæ, uſq; cum tractârit.

Artaxes rex Armeniæ.

Armenia occupata ab Antonio.

Antonius Alexādriæ quæ in gratiam Cleopatræ egerit.

Cleopatra regina regum.

Cæſario rex regum.

Diuiſio Romanarum prouinciarum in familiam Cleopatræ.

liberis, Ptolemæo Syriam, & omnes cis Euphratem uſque ad Helleſpon-
tum regiones: Cleopatræ autem Africam Cyrenaicam: Alexandro fra-
tri eorum Armeniam, & alias trans Euphratem uſque ad Indiam, quaſi
uerò iam eas occupaſſet, largitus eſt. Neque uerò Alexandriæ modò hæc e-
git, ſed Romam quoque perſcripſit, ut ibi rata eſſe iuberentur: quæ tamen
literæ publicè recitatæ non ſunt, Domitio, Soſsioq́ꝫ, qui tum Conſules An-
tonio quàm maximè fauebant, etſi maximè ut id fieret Cæſar efflagitabat,
obſtantibus. Contrà Cæſar hoc obtinuit, ne quid eorum quæ cum Artauaſ-
de Antonius egerat, in publicum efferretur: quia et regem, cum quo occul-
tè aduerſus Antonium conſilia ipſe agitârat, miſerabatur, & triumphũ An-
tonio inuidebat. Antonius his actis, tamen auſus fuit ad Senatum ſcribere,
uelle ſe magiſtratu abire, omnesq́ꝫ res S.P.Q.R. poteſtati permittere: non
quòd ita facere inſtituiſſet, ſed ut ſpe de ſe hac exhibita efficeret, ut Cæſar,
qui ad urbem erat, aut cogeretur ſe prior ab armis diſcedere: aut ſi id recu-
ſaſſet, in inuidia eſſet eorum. Ludos præterea Veneri genitrici Conſules fe-
cerunt, & ad ferias præfecti urbis à Cæſare cõſtituti ſunt pueri impuberes,
Porticus Pauli. equeſtri, nõ patricio genere nati. Porticum, quæ Pauli dicitur, Aemilius Le-
pidus Paulus proprijs impẽſis perfecit, & in Conſulatu ſuo (gerebat enim
eum in parte iſtius anni) dedicauit. Agrippa aquam Marciam, quæ propter
corruptos canales defecerat, ſuis ſumptibus reparauit, ac per multas urbis
partes deduxit. Hi quidẽ omnes cũ de ſuis facultatib. liberales fuiſſent, ſum-
miſſe tamẽ ſe ac moderatè geſſerũt: contrà alij quidam minimũ etiam magi-
Agrippæ Aedilitas et magnificentia. ſtratũ aliquẽ obtinẽtes, triumphũ ſibi uel à Cæſare uel ab Antonio concedi
impetrauerũt, eiusq́ꝫ nomine multũ aurũ à populis coronariũ exegerũt. An-
no ſequẽti Agrippa ultrò Aedilis factus eſt, omniaq́ꝫ ædificia publica, om-
nes uias priuatis impendijs refecit, cloacas expurgauit, ac per eas in Tibe-
rim ſubuectus eſt. In Circo cum uideret errare homines propter multitudi-
nem metarũ, Delphinas, & ouata opera poſuit, quibus curſuũ circuitiones
& cõuerſiones oſtẽderent; oleũ etiã & ſalẽ populo diſtribuit, ac balnea pu-
blicè & tonſores uiris ac mulieribus gratis toto anno præbuit; ludis autem,
quos multos & omnis generis exhibuit, tanta uſus eſt munificentia, ut pue-
ros etiam qui Troiã equeſtri certamine luderent, precio cõduxerit, ne quis
ſumptum faciendum haberet: deniq́ꝫ teſſeras in theatrum de ſublimi loco
proiecit, quibus argentum, ueſtis, uel aliæ quædam res offerebantur: alias i-
tem multas res uenales in medium propoſitas, diripiẽdas uulgo conceſsit:
præterea aũt Aſtrologos & præſtigiatores urbe eiecit. Iiſdẽ ferè diebus Se-
Latrociniorũ quæſtio. natuſconſultũ factũ eſt, ne quis Senatorij ordinis latrocinij cauſa in ius uo-
caretur: eo & rei huius criminis impunitatem ſunt cõſecuti, & in poſterum
eorũ maleficiorum licẽtia permiſſa eſt. Cæſar Conſulatum, quem ſecundum
An. V.C. 721. collega L. Tullo gerebat, ſtatim prima die, exemplum Antonij ſecutus, de-
poſuit, inter patricios plebeios aliquot adſcripſit, Senatu id decernente. &
cum L. quidam Aſyllius Pretura propter diuturnum morbum ſe abdicaret,
filium eius ei ſuffecit, in alius Prætoris locum extrema magiſtratus die de-
Bocchi mors. Mauritania Cæſarienſis prouincia facta. functi, alium ad reliquas horas ordinauit. Boccho quoq́ꝫ (fuit is rex Mauri-
taniæ Cæſarienſis) uita functo, regnum eius nemini alij tradidit, ſed inter
prouincias Romanas retulit. Ex manubijs porrò Dalmatarũ protinus ſub-
Bibliothecæ. actorũ, fornices, & bibliothecas, à ſororis nomine Octauianas dictas, ex-
Antonij cum Medo pactum. truxit. Antonius hoc tempore uſq́ꝫ ad Araxem profectus, quaſi Parthis bel-
lum illaturus, ſatis habuit cum Medorum rege ſocietatem iunxiſſe, cuius ra-

tioñe

tione mutua ſibi auxilia, Antonius Medo cõtra Parthos, Medus Antonio aduerſus Cæſarem ſpoponderunt, militesq́ nõnullos eius rei cauſa permutauerunt, & Antonius Medo parte Armeniæ recens occupatæ tradita, filiã eius Iotapen, ut Alexandri coniugem futuram, & ſigna militaria, quę in Sta- *Iotape.* tiani pugna amiſerat, recepit. Secundum hæc Polemonem Armenia (ut ſu- *Polemo.* prà oſtendi) minore donauit, Conſulatumq́ ſimul & dedit L. Clauuio, quẽ ſecum habebat, & ademit: deinde in Ioniam, ac in Græciam inde belli contra Cæſarem adornandi cauſa properauit. Mediæ rex initiò uſus Romanorum auxilio, Parthos & Artaxam contra ſe profectos, uicit: deinde autem cum Antonius & ſuos milites euocaſſet, & iſtius quoq; milites non reddidiſſet, uiciſsim ſuperatus in poteſtatem hoſtium uenit. Ad hunc modum Armenia ſimul cum Media amiſſa eſt.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVINQVAGESIMVS,
Guilielmo Xylandro Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo inter Cæſarem & Antonium bellum coortum ſit.
De uictoria Cæſaris contra Antonium Actiaca.

Acta ſunt biennio, Conſulibus
Cn. Domitio Aenobarbo. An. V.C. 722.
C. Soßio.
C. Cæſare Octauiano III. 723.
M. Valerio Meſſala Coruino, M. F.

POPVLVS Romanus amiſſo iam principatu, nondum tamen ſub unius poteſtatem deuenerat, ſed Antonius ac Cæſar æquata potentia rerum potiebantur, pleraq; inter ſe ſorte partiti: cætera cum maximè communia inter ſe faterẽtur, tamen uterq; ſicubi licentiam conſequebatur, alteri præripiebat. Poſteà uerò quàm Sextus Pompeius obijt, Armeniæ rex captus, gentes quæ bellum contra Cæſarem mouerãt, domitæ ſunt, Parthiq́ quieuerunt, ipſi quoq; bellum inuicem ſuſceperunt, populusq́ omnino eſt in ſeruitutem redactus. Belli inter Cæſarem & Antonium hæ fuerunt cauſæ, ac prætextus. Accuſabat Antonius Cæſarem, quòd Lepidum *Cæſaris & Antonij mutuæ obiectiones.* magiſtratu detruſiſſet, prouincias & exercitum, cùm Lepidi, tum Sexti ſibi uendicaſſet, quæ debuerant cõmunia ambobus eſſe: horum dimidiam partem poſtulabat, ac militum etiam, quos ex Italia utriq; communi Cæſar delegerat. Cæſar Antonio inter alia obijciebat, quòd Aegyptum ſorte ſibi nõ datam obtineret, quòd Pompeium à ſe ultrò dimiſſum (ſic enim ferebat) occidiſſet, quòd Artauaſda per fraudem capto, inq; uincula coniecto infamiam magnam populo Romano conciliaſſet: manubiarum etiã partem dimidiã poſcebat, ac omniũ maximè Cleopatrã ei, liberosq́ ex ea ſuſceptos, ac donatas his regiones exprobrabat, idq; præcipuè, quòd Cæſarionis nomen filio Cleopatræ indidiſſet, & eum in Cæſaris genus retuliſſet. Hęc mutuò criminabantur, ac excuſabãt etiam per literas inuicẽ miſſas, & apud Senatum Cæſar coràm, Antonius per epiſtolas ſe defendebat: hacq; occaſio-

ne alter ad alterum crebrò legatos mittebat, quò & ſuam cauſam quàm maximè iuſtam eſſe oſtenderet, & aduerſarij res exploraret: interim pecuniam quaſi in alium quendam finem contrahebant, & ad bellum ſeſe tanquā contra alios quoſdam hoſtes parabant, donec Cn. Domitius, ac C. Soſsius, Antonianarum uterq; partium, Conſulatum occeperunt: tum enim demum palàm ad bellum ciuile deſcenderunt.

Conſules Cn. Domitius, C. Soßius Antonio fauent.

Occaſiones belli ciuilis inter Cæſarē & Antonium.

Ea res ita acta eſt. Domitio, quia multas antè calamitates expertus eſſet, nihil noui agitāte, Soſsius homo aduerſæ fortunæ rudis, ipſis Calendis Ianuarijs multa uerba in Antonij laudem, & uituperationem Cæſaris fecit: ac edictum contra hunc facturus cōfeſtim erat, niſi Nonius Balbus Tribunus plebis interceſsiſſet:

Nonius Balbus.

Cæſar autē cum coniectura præcepiſſet quid acturus eſſet Soſsius, quia neque conniuere ad id, neq; ſi repugnaſſet, bellum incepiſſe prior uideri conſultū putabat, neq; in Senatum uenerat, neq; omnino in urbe eo tempore manſerat: ſed cùm huius rei cauſa, tum ut per ocium de annunciatis ſibi actionibus eo certius cōſilium capere poſſet, cauſam quandam commētus, peregrè abierat. Pòſt uerò reuerſus Romam, Senatum conuocauit: præſidioq; militum, & amicorum pugiones occultè geſtantium ſeptus, ſella curuli in medio Cōſulum ſedens, multa in defenſionē ſui ipſius inde mediocria locutus eſt, multis Soſsium & Antonium accuſauit: ac cum neq; alij, neq; Conſules ipſi quicquam dicere auderent, conuenire eos ad certam diem iuſsit, ſcripto ipſis Antonij tum iniurias demonſtraturus.

Conſules ad Antonium abeunt.

Conſules neq; contradicere auſi, neq; tacere ſuſtinentes, clanculùm ante eam diem urbe profecti, ad Antonium ſe contulerūt, eosq; reliquorum Senatorum multi ſecuti ſunt. Eo cognito Cæſar, cum eos à ſe ultrò emiſſos dixiſſet, ne propter aliquam iniuriam ſuam ab ijs deſertus uideretur, reliquis etiam qui uellent ad Antonium abire, ut tutò id facerent permiſit. Compenſauerunt hoc eorum factum alij ab Antonio ad Cæſarē fugientes, interq; eos Titius etiā, Plancusq;, quos Antonius & præ reliquis omnib. in honore habuerat, & ſecretorū ſuorū conſcios fecerat.

Titius & Plancus ad Cæſarē deficiunt.

Hi cum poſt diſceſſum Conſulum Cæſar Senatu congregato recitaſſet de ſcripto ac peroraſſet quę uoluiſſet, Antoniusq; ijs auditis, Senatu præſentium habito, multis cōtrà dictis bellum ſuſcepiſſet, ac Octauiam repudiaſſet, offenſi eius actionibus nonnihil, ac Cleopatræ conſuetudinem moleſtè ferentes, ad Cæſarē perfugerunt, qui eos & libentiſsimè recepit: & ab ijs cùm omnia alia acta ac conſilia Antonij didicit, tum teſtamento eius quæ eſſent ſtatuta, ac apud quem id eſſet, reſciuit. nam id Titius ac Plancus obſignauerant.

Octauiam Antonius repudiat.

Teſtamentum Antonij publicè Cæſar recitat.

Cæſar uerò de teſtamento Antonij certior factus, ingenti dolore correptus, ſtatim & quæſiuit id, & inuentum in Senatum, ac deinde etiam in concionem attulit, recitauitq;. quod factum etſi erat iniuſtiſsimum. tamē ea quæ teſtamento continebantur, huiuſmodi erant, ut omnem Cæſaris facti inuidiam tollerent. Nam Antonius eo teſtamento Cæſarioni teſtimonium ferebat, quòd eſſet uerè Cæſaris filius: ſuis autem ex Cleopatra filijs immenſa munera dabat, ſuum mortui corpus Alexandriæ cum Cleopatra ſepeliri iubebat. Hæc tantam indignationem apud omnes excitarunt, ut reliqua etiam quæ uulgò iactabantur, uera eſſe crederent, nempe Antoniū ſi rerum potitus foret, Romam Cleopatrę dono daturū, ac imperium in Aegyptum translaturū: proinde uehementi ira correpti omnes cum nō inimici modò, aut qui neutri parti ſtudebant, ſed hi quoque iam qui ſumma ei iuncti fuerant amicitia, ſummoperè culpârunt: quippe hi teſtamento recitato territi, ac exinde ſuſpicioni, in qua Cæſarem habuerāt, repugnantes, cum reliquis ſentiebant.

ſentiebant. Itaque unanimi conſenſu Antonio Conſulatus (erat enim Conſul iam deſignatus) ademptus, ac reliqua etiam poteſtas omnis abrogata eſt: ac tametſi hoſtis appellatus non eſt (metuebãt enim eos qui cum eo erant: qui ipſi quoque, niſi ab eo diſceſsiſſent, hoſtiũ numero habendi erant) nihilominus re ipſa hoſtis palàm declaratus eſt: nã & impunitas, ac laudationes proponebantur, qui Antonium deſeruiſſent, & Cleopatræ bellum manifeſtò indicebatur: ac quaſi id iam gereretur, ſaga ipſi ſumpſerunt, & ad ædem Bellonæ progreſsi ſunt, ibiq; Cæſar tanquam Fecialis omnia quæ ante quàm bellum inferretur, fieri Romano more cõſueuerant, iuſſu eorum peregit. Quæ etſi omnia uerbo contra Cleopatrã fiebant, tamen re ipſa ad Antoniũ pertinebant. Adeò enim hunc mancipauerat ſibi Cleopatra, ut eum Gymnaſiarchã Alexandrinorum effecerit, ab eo regina ac domina appellata ſit, milites in ſuo ſatellitio Romanos habuerit, omnesq; ij in ſuis clypeis nomen Cleopatræ inſcripſerint: ipſa cum Antonio in forum prodibat, ludos cum eo curabat, cum eo iudicia obibat, cum eo equitabat, in urbib. ipſa curru uehebatur. Antonius pedeſter cum eunuchis eam ſequebatur: prætorium ſuum, regiam nominabat: aliquando acinace ſe accingebat, peregrinoq; ueſtitu utebatur: in ſedili & curru aureis in publico uerſabatur: Oſiridem ſe & Dionyſum, ipſa ſe Lunam et Iſidem ſcribebant ac fingebant: quò magis præſtigijs quibuſdã ad inſaniam ab ea adactus uidebatur. Ipſa enim non Antonium modò, ſed omnes etiam qui in aliqua apud eum eſſent exiſtimatione, huiuſmodi incantatione quaſi uſa conſtrinxerat, ut ſibi ipſa imperium in Romanos auſa ſit ſperare: ac ſi quid iureiurando affirmaret, ius quod eſſet ipſa datura in Capitolio, iuramentum fecerit. Enimuerò bellum contra Cleopatram his de cauſis decretum fuit, contra Antonium nequaquam. Satis enim ſciebant alioquin eum ſe hoſtem habituros, nunquam Cleopatra proiecta Cęſaris rebus acceſſurum: uolebantq; hoc ipſum ei crimen obijci poſſe, quòd contra patriam nihil à ſuis læſus, ipſe ultrò bellum pro Aegyptia muliere ſuſcepiſſet. Proinde iuuentus ab utriſq; magno ſtudio ad arma conuocabatur, pecuniæ cõficiebantur: omnia quæ bello gerendo ſunt neceſſaria, feſtinatò cõparabantur: fuitq; eius belli apparatus longè prioribus omnibus maior, multis utriq; ad hoc bellũ gentibus auxilia ſubminiſtrantibus. Cæſarem Italia omnis (quos enim Antonius in colonias deduxerat, eos Cæſar partim metu, pauci enim erant, partim beneficio ſibi adiecerat: cuius rei cauſa inter alia Bononiam quoque denuò coloniam militibus conſtituerat, ut à ſe id beneficium ij habere uiderentur) Gallia, Hiſpania, Illyricũ, Africa cum ea quæ antiquitùs ſub Romanis fuerat, excepta Cyrenaica, tum ea quæ Bogudi prius ac Boccho paruerat, Sardinia, Sicilia, ac reliquæ inſulæ prædictis terris continentibus uicinæ adiuuarunt. Antonio regiones Aſiæ continentis Romanis parentes, Thraciaq;, Græcia, Macedonia, Aegyptus, Cyrenaica cum finitimis, inſulæ etiam propinquæ, regesq; & principes ferè omnes, quotcunq; tum Romani imperij fines attingebant, alij ipſi, alij per ſuos opitulabantur. Tanta autem contentione uterq; utebatur, ut ſociorum auxilia etiam ſacramẽto rogauerint. Antonius ſe quoq; ſuis militibus uicisſim iuramento obſtrinxit, bellum ſe non denunciatum geſturum, ac imperium intra ſecundũ à bello perfecto menſem depoſiturum, idq; omne S. P. q; R. redditurum: ac uix tandem perſuaderi ſibi paſſus, ut ſexto demum menſe id faceret, quo rectius per ocium res conſtituere poſſet, ita facturum ſe pollicitus eſt, etſi nequaquã ita in animo haberet.

Contra Antonium decreta.

Antonij & Cleopatre uite turpis ratio Alexandriæ.

Apparatus ad bellum.

Bononia.

habere t. Victoriam quidem ſibi certam promiſerat, quòd & longè maiorē ſibi quàm aduerſario adeſſe multitudinem uidebat, & iſtius copias ſe largitionibus corrupturum ſperabat, ideoq; omnia ad defectionē à Cæſare ſollicitandi, ſibiq; adiungendi cauſa aurum identidem in Italiam, ac in urbem ipſam ſummittebat: quæ Cæſari cauſa fuit, ut & attentiores ubiq; cuſtodias inſtitueret, & pecuniam ſuis militibus diuideret. Hæc Cæſare Antonioq; agitantibus, ac parantibus, uarij ac multiplices rumores uulgò ferebantur, multa etiam diuinitus euidentia ſigna oſtendebantur. Sacrificio quodam ſimius in fanum Cereris ingreſſus, omnia quæ intus erant confudit: Bubo in templum primùm Concordiæ, deinde in reliqua etiam ferè omnia quæ ſanctiſsima habebantur delubra, deuolauit: ac cum undiq; exigeretur, in æde Genij populi cōſedit, ac neq; captus eſt, & tardè omnino auolauit: Currus Iouis equeſtrib. ludis Romanis fractus eſt: fax multas dies ſupra mare Græcum ſuſpēſa, in cœlū euolauit: multa tempeſtate afflicta ſunt, inter quę trophæum quoddā in Auentino poſitū cōcidit, Victoriæq; ſimulacrū à ſcena theatri delectū eſt, ponsq; ligneus totus corruit: multa ignis abſumpſit, ac ab Aetna quoq; is plurimus exundauit, damnumq; urbibus & agris dedit. Hęc Romanis partim uiſa, partim audita. Draconē quoq; in memoriā reuocauerunt, ipſum etiā eis portendere aliquid in præſentia exiſtimantes: nam paulò ſuperiorib. diebus in Hetruria draco biceps, lōgus pedes LXXXV. ſubitò apparuerat, ac multis editis maleficijs fulmine ictus conflagrauerat. Hæc prodigia ad uniuerſum populum ſpectabant: nam & Romani utrinq; erāt qui pugnaturi eſſent, & futurum, ut ab utraq; parte multis perditis, reliqui omnes in poteſtate uictoris forent. Antonio autem clades à pueris Romæ prædicta eſt, qui nullius iuſſu in duas partes diuiſi, quarum altera Cæſariani, altera Antoniani uocarentur, biduum conflixerunt, ac ſuccubuerunt Antoniani. Statua quoque Antonij in Albano iuxta Iouem poſita lapidea, multum ſanguinis effudit, quo ei interitus portendebatur. Suſpenſis iam omnium ex æquo animis, eo tamen anno nihil amplius actum eſt. Nam Cæſar rebus in Italia conſtitutis, coq; magis, quòd eò ab Antonio miſſę pecuniæ aduenissent, ante hyemem occurrere ei nequiuit: Antonius cum ad Italiam curſum intendiſſet, ibi bellum inopinātibus aduerſarijs geſturus, cum Corcyram ueniens audiſſet Cæſaris naues, quæ ad ſpeculandum præmiſſæ fuerant, apud mōtes Ceraunios ſtare, ſuſpicatus eò Cæſarem cum tota claſſe ueniſſe, in Peloponneſum (iam enim ſub finem autumni erat) reuectus, Patris hyemauit, dimiſsis in omnia loca militibus, ut & cuſtodirent ea, & facilius alimenta eis ſuppeterent. Interim & ſponte ſua utrinq; ab altero ad alterum quidam Senatores, ac nonnulli alij uenerunt: & explorator quidam L. Meſius à Cæſare depræhenſus eſt, eum Cæſar etſi antè Peruſiæ quoque ceperat, omnibus ei prius ſuis copijs monſtratis dimiſit, Antonioq; ſcripſit, uel recederet à mari tanto ſpacio, quantum una die equus conficere poteſt, ita ſe ad eum fide interpoſita adnauigaturū, ut nimirum intra quintū diem congrederentur: uel ipſe eadem conditione in Italiam trajceret. non quòd putaret hoc futurum, (Nam Antonius quidem Cæſarem huius poſtulari nomine deriſit omninò, ac dixit: Quis ergò noſter erit iudex, ſi quid contrà quàm conuenerit, agetur?) ſed quia hoc modo ſuis militibus audaciam, hoſtibus terrorem ſe iniecturum cenſebat. Anno ſequenti, cum eſſent Conſules ad eum deſignati Cæſar & Antonius, idq; iam olim, cum in octo continuos (ex quibus hic ultimus erat) annos magiſtratus ordinaſſent, Antonio

Largitiones Antonij.

Prodigia.

L. Meſius ſpeculator.

nio depoſito, ſicuti à me demonſtratum eſt, Valerius Meſſala, quondam ab his proſcriptus, cum Cæſare Conſul fuit. *Valerius Meſſala Conſul.* Eo tempore quidã mente captus cum ludi eſſent, in theatrum inſiluit, coronamq; ſuperioris Cæſaris rapuit, *Prodigia.* ac ſibi impoſuit, eſtq; à circunſtantibus diſcerptus. Lupus in ædem Fortunæ ingreſſus, depræhenſus occiſusq; eſt. Canis canem in Circo cum maximè equeſtre certamen fieret, laniauit ac deuorauit. ignis cùm alia multa, tum magnã ipſius Circi partem, templaq; Cereris & Spei abſumpſit. Id incẽdium liberti uidebãt excitaſſe, quibus cum imperatũ eſſet, ut quotquot in Italia degentes ducenta ſeſtertia aut amplius poſsiderent, octauam partẽ ſuarum facultatum conferrent in publicum, *Libertorum penſio.* turbas, cædes, ac incendia ediderant multa: neq; prius finem fecerant, quàm armis eſſent domiti. Horum clades liberos compeſcuit, ne quid ipſi etiam tumultus cõcitarent, ſed ſine prælio uel inuiti quadrantem annui reditus ſui (nam is exigebatur ab õmnibus ingenuis, qui in Italia prædiũ haberent) penderent. Enimuerò id incendiũ etſi uidebat̃ inſidijs libertorũ eueniſſe, tamen ꝓpter multitudinem eorũ quæ conflagrârunt, inter ꝓdigia etiã maxima adſcriptũ eſt. Neque tamen iſtos ea terruerũt, aut eo remiſsius ab ijs bellũ geſtum eſt. Tota hyems ſpeculãdo, uiciſsimq; obiter damna inſungẽdo exacta eſt. Nam Cæſar cum Brunduſio ſoluiſſet, ac Corcyrã uſq; prouectus eſſet, hoſtes apud Actium in ſtatione morantes inopinatò aggreſſurus, *Bellum ciuile inter Antoniũ et Cæſarẽ init.* tempeſtate coorta afflictus, re infecta reuerterat. Vere inito Antonius nuſquam progreſſus eſt: nam ſocij nauales quos ad triremes ſuas remiges habebat, promiſcuè ex uarijs nationibus collecti, cum procul ab ipſo hyemaſſent, neque exercuerant ſeſe, & morbo inſuper, ac perſugiẽdo diminuti erant. Et Agrippa Methona expugnata, ibiq; occiſo Bogude, obſeruans naues onerariæ quibus locis appelli commodè poſſent, *Bogudis interitus.* diuerſis ſubinde locis in Græciam egreſſus, magnoperè eum perturbabat. Cæſar his animo auctus, cupiensq; quàm primùm alacritate exercitus egregiè exercitati uti, ac bellum in Græcia, Antonijq; regionibus potiùs quàm in Italia prope Romam gerere, Brunduſium omnes milites qui alicuius eſſent precij, omnesq; Senatorũ equitumq; primores conduxit: alteros, ut eorum opera in agendo uteretur: alteros, ne ſoli relicti ad nouas res conſurgerent: potiſsimùm uerò, ut oſtenderet hominibus, maximam ac optimam Romanorum partem ſecum ſentire. Ibi cum iuſsiſſet, ut certum numerum ſeruorum ſinguli adducerẽt, alimentaq; (excepti tamen hic ſunt milites) ſecum afferrent, Ionium mare cum omnibus copijs traiecit. *Cæſar Actium tranſmittit copias.* ducebat autem non in Peloponneſum, aut contra Antonium, ſed ad Actium, ubi claſsis Antonianæ maor pars ſtationem habebat, quam ſe uel deditione, uel ui capturam Cæſar ſperabat: ideoq; pedeſtres copias infra montes Ceraunios expoſitas eò mittens, ipſe Corcyram à præſidio deſtitutam nauibus occupauit: *Corcyram capit.* ijsq; in portum dulcem (ſic dicitur, quia à fluuio eò effluente dulcis eius aqua redditur) ſubductis, ſtationem ibi fecit. Inde ad Actium cum claſſe profectus, cùm neq; exiret ad pugnam quiſquam, neq; ad colloquium (nam Antoniani uel ad deditionem, uel ad pugnam prouocati, alterum fidei, alterum metus cauſa detrectabant) locum eum occupauit, in quo nunc Nicopolis ſita eſt: ibiq; in ſublimi, unde uniuerſum mare quod eſt ad Paxos, interiusq; ſinus Ambracius, & mare interiacens, in quo ſunt portus ad Nicopolim, cõſpici poterat, caſtra poſuit, locumq; muniuit: ac muros ab eo ad portum exteriorem, Comarum nomine, perduxit, ac deinceps & terra & mari Actium obſeruauit. Accepi etiam eum triremes ex

mari exteriore per murũ in ſinum Ambracium tranſtuliſſe, loco ſulcorum per quas eæ educerentur, tergoribus animalium recens direptis, oleoq́ʒ in- unctis uſus: ſed quia nihil actũ in ſinu eo iſtis nauigijs inuenio, fabulæ quo- que huic fidem adhibere nequeo. Neqʒ enim parui res erat laboris, per tam anguſtum locum, tamq́ʒ inæqualem triremes ſuper pellibus tranſportare.

Actium deſcribitur.

Cæterùm Actium, Apollinis templum eſt è regione portuum qui ſunt a- pud Nicopolim, ante fauces ſinus Ambracij ſitum: qui ſinus per anguſtias longè ſeſe effundens, ipſe, & qui ante eum poſiti ſunt loci, appellendis na uibus, ſtationi que ſunt commodiſsimi. Quos Antoniani cum præoccu- paſſent, ex utraque faucium parte turribus ædificatis, ac medio inter has interuallo nauibus munito, ita ut intrare ac exire nauibus tutò poſſent, ipſi in altera ſinus parte iuxta templum caſtra habuerunt, loco æquali ac lato, & ad pugnam quàm caſtra habenda aptiori. quæ ipſa haud minima cauſa fuit, cur & hyeme & æſtate morbo magis affligerentur. Antonius ſimulatque de aduentu Cæſaris cognouit, nihil cunctatus, cum ijs quos

Antonius Actium peruenit.

ſecum habebat, Actium haud multò poſt uenit. & quanquam Cæſar iden- tidem pedeſtres copias ante caſtra in acie conſtituebat, ac nauibus ſæpe- numerò ad hoſtes aduehebatur, eorumq́ʒ onerarias abducebat, ut cum his ſolis antè quàm omnes eorum copiæ conueniſſent, decertaret: tamen Antonius hanc ipſam cauſam habuit, cur non periclitandam pugnæ fortu- nam cogitaret, leuibusq́ʒ certaminibus tantùm uires hoſtiũ exploraret, do- nec ſuus exercitus, alioquin iam minus inſtante Cæſare, transfretauit. Eo re cepto, caſtra haud procul à Cæſare ipſe poſuit, & utraqʒ ex parte ſinus equi- tatum etiam ſubſidio collocauit. Igitur Cæſar quieſcens ipſe, ac nullum prę- lium ultrò ſuſcipiens, in Græciam ac Macedoniam quoſdam miſit, qui eò

Agrippæ res geſtæ.

Q. Aſidius.

M. Titius.

Philadelphus rex Paphlagoniæ.

Antonium auocarent. Eo tempore Agrippa Leucadem repentè aduectus, inſulam & naues quæ in ea erãt, cepit: ac Patras deinde, uicto nauali pugna Q. Aſidio: pòſt Corinthum quoque recepit. Quę cum eueniſſent, ac præte- reà M. Titius & Statilius Taurus ſubito adorti equitatũ Antonij fudiſſent, ſociumq́ʒ ſibi Philadelphũ regem Paphlagoniæ adſciuiſſent, & Cn. etiam

Cn. Domitij defectio ab Antonio & mors.

Antonij in ſuos crudelitas.

Iamblichus.

Q. Poſtumius.

Q. Dellius.

Amyntas.

Domitius infenſus Cleopatræ redditus ad Cæſarẽ tranſiuiſſet (qui etſi Cæ- ſari nihil profuit, nam paulò poſt morbo deceſsit, tamẽ uiſus fuit propterea ab Antonio profugiſſe, quòd de rebus eius deſperaſſet) eiusq́ʒ factum mul ti eſſent ſecuti, Antonius audacia perdita, omnes ſuos in ſuſpicione habere cepit, ex ijsq́ʒ cùm alios, tum Iamblichum Arabiæ cuiuſdam partis regem inter tormẽta occidit: quibuſdamq́ʒ negocium dedit, ut Q. Poſtumium Se- natorem diſcerperent. Veritus deinde, ne Q. etiã Dellius, & Amyntas Ga- lata, quos ad conducendos ſtipendarios milites in Macedoniam & Thra- ciam miſerat, res Cæſaris præferrent, ad eos contendit, ut ſi qui hoſtes eos inuaſiſſent, auxilium ſuis oſtenderet. Interim naualis pugna huiuſmodi inci

Nauali pugna Soſsius & Tarcondimotus pereunt.

dit. Soſsius ſperans ſe, ſi L. Taurcſium, qui paucis cum nauibus ſtationẽ ad- uerſus Antonianos ſeruabat, ante reditum Agrippæ (cui uniuerſa Cæſaris claſsis commiſſa erat) aggrederetur, poſſe rem aliquam memorandam ge- rere, ſub auroram repentè contra eum euectus eſt, obſeruata denſa nebula, ne Tauresius nauium ſuarum multitudine præuiſa fugeret: ac eum primo conflictu fugatum cum inſequeretur, obuiam facto forte fortuna Agrippa non modò non aſſecutus eſt Tauresium, aut uictorię fructum aliquem per- cepit, ſed ipſe cum Tarcondimoto, alijsq́ʒ multis interijt. Hoc Antonium, et quia ipſe reuertens equeſtri prælio ab excubijs Cæſaris ſuperatus fuiſſet, à

conſilio

conſilio caſtra caſtris hoſtium oppoſita habendi detraxit. itaq; ijs nocturelictis, ad alteram ſinus partem diſceſsit, ubi caſtra copiæ eius ampliores habebant. Et cum iam commeatibus etiam interclusum alimenta deficere inciperent, deliberationem propoſuit, an ibi manentes prælio decertarent, an uerò aliò digreſsi, bellum tempore traherent. ibi cum eſſet ſententijs uariatum, Cleopatræ conſilium uicit, quæ ſuadebat ut opportuniſsima loca præſidijs firmarentur, ac ſecum & cum Antonio reliqui in Aegyptum abirent.

Antonij deliberatio.

Prodigia.

Prodigia autem eam ut ita ſentiret impulerant. Nam hirundines circa eius tentorium, ac in prætoria naui ipſius nidificauerant, ex cera lac ſanguisq; profluxerant: ſtatuæ eius & Antonij, quas Athenienſes deorum forma factas in arce poſuerant, fulmine in theatrum deiectæ fuerãt. His ſignis, exercitusq; præterea mœſticia ac infirmitate Cleopatra territa, Antonio quoq; timorem iniecerat. Neq; uerò aut furtim, aut palàm fugientium mòre auehi ſtatuerunt, ne ſocijs quoq; metum incuterent: ſed tanquam ad nauale prælium inſtructi, ut etiam ſi quis obſtare uellet, ui diceſſum ſibi conficerent. Igitur primùm optimis quibusq; nauibus delectis (nam & militum numerus cladibus ac fugis diminutus fuerat) cæteras combuſſerunt: deinde noctu precioſiſsimis quibusq; rebus in eas cõportatis, cum eſſent omnia iam inſtructa, Antonius conuocatos milites ita eſt allocutus.

Fugam Antonius inſtituit.

Antonij ad milites ſuos oratio.

Quæ à me, milites, ad hoc bellum comparari debuerant, confecta omnia ſatis ſunt. Eſt enim ueſtrûm multitudo ingens, ex omni flore ſociorum ac ſubditorum delecta, & ad omne genus pugnæ compoſita, quod quidem in uſu apud nos ſit: deinde tot opifices, ita ut ſingulæ noſtrarum copiarum partes ſeorſim hoſtibus formidini eſſe poſsit. Videtis enim ipſi, quot & quales ſocios nauales, militesq; claſsicos habeamus, quot legionarios, quot equites, funditores, quot cetratos, ſagittarios pedites, equitesq;, quorũ pleraq; militũ genera uel deſunt hoſtibus, uel certè multo & pauciora infirmioraq; noſtris adſunt. Iam pecuniæ etiam ipſis & paucæ ſunt, & eæ ipſæ penſionibus uiolentis coactæ, ut neq; ſufficere diu eæ poſsint, & eos qui contulerũt, nobis quàm eis propenſiores effecerint: qui cum alioquin eis non optimè cuperent, etiam apertè nunc ſeditiones mouebunt. Contrà nobis pecuniæ ſunt & ex abundãtibus diuitijs collectæ, neq; cum ullius partæ iniuria, profuturæq; omnibus. Quæ cum tot tantaq; nobis adſint commoda, nihil quidem ſtatueram de me ipſo magnificè loqui: ſed tamẽ quoniam ad ſummam hoc quoq; facit, ac apud omnes homines maximi ponderis exiſtimatur, nimirum ut qui bellum feliciter ſint geſturi, optimum habeant imperatorem: ipſa res hoc ita fert, ut neceſſariò omninò mihi de me ipſo ſit dicẽdum, quò intelligatis, & uos tales eſſe, qui etiam ſine bono duce uincere poſsitis: & me eum eſſe, qui uel malis cum militibus uictoria potiri queam. Eam enim nunc ætatem ago, qua hominũ & corpora & animi quàm maximè uigent, ac neq; iuuentutis temeritas, neq; ſenectutis debilitas eis officit, ſed medio inter utrunq; loco conſtituti plurimum ualent. Deinde hac ego & natura ſum, & ita inſtitutus, ut & intelligere quæ in rem uno quoq; tempore ſint, & efferre eadem facilimè poſsim: experientiam quoq; (quę ſtupidis etiam, & diſciplinæ expertibus aliquid exiſtimationis conciliat) rerum & ciuiliũ, & bellicarum mihi paraui, ab ineunte ætate ad hunc uſque diem in utriſque exercitatus. Sæpenumerò parui aliorum imperijs, ſæpenumerò alijs imperaui: itaq; & quid imperare, & quid ſubditum obtemperantem agere conueniat, noui. Timui, audax fui, eoq; & timoris & audaciæ modũ calleo: fortuna

Suas copias laudat, hoſtiũ exagitat.

De ſe ipſo.

Aetas.

Natura.

Diſciplina.

Peritia.

tuna & ſecunda & aduerſa uſus ſum, ut neq; deſperandum quicquam, neq; contemnendum ſciam. Hæc apud conſcios uos loquor, uosq; teſtes facio eorum quæ dixi, non ut me ab re uobis iactarem (mihi enim ad gloriam ſatis eſt, mearum uos eſſe laudum cōſcios) ſed ut hoc ipſo quoq; intelligeretis, quanto hoſtibus paratiores ſimus. Qui etſi nobis multitudine militum ac pecuniæ, ac multiplici apparatus uarietate cedunt, tamen nulla alia res magis eos inferiores nobis efficit, quàm ætas & imperitia ducis, cuius ſingillatim omnia uitia recenſere opus ego non habeo: id ſummatim dicam, quod uos quoq; compertum habetis. Nimirum igitur & corpore eſt infirmiſsimo, neq; ulla inſigni aut terreſtri aut nauali pugna ipſe uictoriam parauit. Profectò enim apud Philippos in ipſo prælio uictus ille eſt, ego uici. Habetis quanto ſim Cæſare præſtantior. Enimuerò ferè penes eos uictoria ſolet eſſe, qui inſtructiores ſunt. Quod ſi igitur & hoſtium aliquod eſt robur, certè id in legionibus, & in terra eſſe inuenietis: nauibus autem ne cōgredi quidem omnino nobiſcū poterunt. Videtis enim ipſi molem ac craſsiciem noſtrarum nauium, ut ſi etiam numero nos hoſtium nauibus æquales eſſemus, tamen ij neq; roſtris impellendo, neque oppugnando lædere poſsint noſtras, quas etiam defenſoribus uacuas, craſsicies tamen lignorum, & altitudo ipſa facilè tutas præſtiterint. At uerò cùm noſtris nauibus tantus ſagittariorum ac funditorum uehatur numerus, ijq; etiam de turribus deſuper iaculentur, audebit quiſquam ijs hoſtis appropinquare? aut ſi appropinquârit, qui tandem non à multitudine ipſa remorum noſtrorum eius nauis ſubuertatur? quî non undique noſtris à tabulatis nauiū ac turribus iacula conijcientibus, nauis eius obruta ſubſidat? Neque uerò quia uictoria nauali apud Siciliam potitus eſt Agrippa, ideo eos claſſe aliquid poſſe exiſtimare debetis. Neque enim tum cum Pompeio ipſo, ſed cum ſeruis eius depugnauerunt, ac cōtra eos, qui multo imparatiores nobis erant: aut ſi quis omnino eam uictoriam magni facit, meritò is cladem qua ipſe Cæſar à Sexto affectus eſt, ei oppoſuerit: ac ſic etiam nequaquā pares Cæſaris noſtris uires, ſed longè omnibus partibus noſtras & maiores & præſtantiores inueniet. Denique, quanta tandem portio Sicilia eſt noſtri imperij? aut quam rationem Sexti copiæ ad noſtras habuerunt? quæ cauſa eſt, cur ſi Cæſar maximè eaſdem quas tum habuit, copias habeat, neque augmentum, neq; detrimentum paſſas, potius propter ſecundam quam ſenſit fortunam, is metuendus, quàm propter cladem acceptam contemnendus ſit? Quibus ego mecum cogitatis, nolui pedeſtribus primùm copijs fortunam pugnæ tentare, quibus eum aliquantum poſſe opinio eſt, ne ſi quid ea nobis incōmodi accidiſſet, animo quiſquam noſtùm caderet: ſed nauibus, quibus & plurimū ualemus, & longè maiorem hoſtilibus numerū habemus, pugnam inire ſtatui, ut ſi his uiciſſemus, etiam pedeſtres deinde eius copias deſpiceremus. Nam hoc quoq; ſatis notum uobis eſt, quòd in claſſe utriq; noſtrûm totius belli omne momentum eſt poſitum, qua ſi nos ſuperiores euaſerimus, nihil eſt quod reliquos deinde hoſtes metuamus, quos tanquam in exigua inſula circūſeſſos, cùm omnia circumcirca in noſtra ſint poteſtate, nullo negocio, ac ſi nulla alia re, fame certè expugnabimus. Porrò autem certamen nobis futurum non de rebus exiguis aut uilibus, ſed pugnantibus acriter, maxima præmia: ſegniter autem, extrema pericula propoſita eſſe, uerbis indigere nō arbitror. Quid enim uictores iſti ſi fiant, crudelitatis in nos ſibi reliquum faciēt? qui ferè omnes uiros illuſtres quotquot cum Sex. Pompeio

Cæſarem contemnit, & uerbis obterit.

Victoriam Cæſaris Sicilienſem eleuat.

Cur claſſe potius, quàm acie pedeſtri uoluerit decertare.

Quæ uictis timenda eſſent proponit, Cæſaris iniurijs ac crudelitate in alios & ſe enumeratis.

fuerant

fuerant, interfecerint? multos qui eis cum Lepido auxilium tulerant, necauerint? Imò autem qui Lepidum nulla eis iniuria, ac ſubſidio etiam exhibito, principatu prorſus ſpoliauerint, ac tanquam captiuũ in cuſtodia teneāt? Qui libertis omnibus per totam Italiam, omnibusq; alijs qui prædia poſsiderent, ita penſionem imperauerint, ut quoſdam eorum ad arma capienda adegerint, ea'que occaſione permultos occiderint? ſcilicet hi nobis parcent, qui ne à ſocijs ſibi temperarunt? abſtinebunt rebus noſtris, qui ſuis etiam tributum impoſuerunt? Clementia uictores utentur, qui etiam ante uictoriam tales ſe exhibuerunt? Ac ne quas in alios ij fecere iniurias omnes enumerando prolixior ſim, hæc potius quæ contra nos auſi ſunt, referam. Quis enim neſcit, me participem rerum ac collegam Cæſaris conſtitutum, curamq; Reipublicæ cum eo æqualem ſortitum, iiſdemq; honoribus & magiſtratibus ornatũ, tantumq; hactenus temporis in ijs uerſatũ, nunc, quantum quidem penes Cæſarem eſt, ijs omnibus ſpoliatum, ex imperatore priuatũ, ex Conſule honoribus exutũ effici, non quidē iuſſu populi, Senatus'ue (qui enim iſthuc? cum palàm ex urbe profugerint Conſules, & alij nonnulli, ne quid huiuſmodi decernere opus haberent) ſed Cæſaris ipſius opera, eorumq; qui eum ſectantur, neq; ſentiunt ſe ei regnum in ſeipſos primùm uſurpandum parare. Nam qui auſus eſt mei uiuentis, tantis copijs inſtructi, Armeniæ uictoris, teſtamentum quærere, id habentibus ui eripere, reſignare, publiceq; legere, quomodo hic uobis, aut ulli alij parcat? Qui talis in me amicum, conuictorem, cognatum ſuum fuit, qua nam humanitate hic in eos, quibus cum ei nihil intercedit iuris, utetur? Quod ſi eius rei coniecturam ſumere libet ex his quæ iſte decreuit, uos quidem hoſtes pleroſq; iudicauit, & manifeſtò uobis minatur: mihi uerò nihil huiuſmodi indixit, cum & bellum contra me gerat, & omnia non quaſi me uiciſſet, ſed quaſi etiam interfeciſſet, iam nunc agat. Quo modo ſi me tractat, quem nondum hoſtis ſe loco habere ſimulat, minimè quidem à uobis ſe continebit, contra quos bellum ſe ſuſcepiſſe palàm fatetur. Quid autem ſibi uult, qui cum arma contra omnes nos ferat, in decreto tamen alijs ſe bellum facere, alijs non facere aſſerit? non profectò, nō eo animo, quòd diſcrimen aliquod inter nos ſtatuat, aut ſi uicerit, diuerſis alios atq; alios modis tractare ſtatuerit: ſed ut ſeditionem inter nos miſceat, inuicemq; cōmiſſos, infirmiores reddat. Neque enim ignorat, ſe nobis, ſi concordia ſeruata uno omnia animo agamus, ſuperiorem nequaquam futurum: diſſentientes autem nos, ac in diuerſa ſtudia ſciſſos, ſpem ſibi uincendi eſſe, ideoq; ad hunc modum nobiſcum agit. Proinde quemadmodum ego, & qui mecum ſunt Romani, periculum noſtrum præuidimus, quantumuis decreto nobis ſecuritas promittitur, eiusq; inſidias intelleximus, ac quemadmodum neq; uos deſtituimus, neq; priuatim noſtrum commodum proſpicimus: ſic uos etiam, quos ipſe non negat ſe hoſtium, ac quidem ſummorum hoſtium numero cenſere, decet hęc cum animis ueſtris reputantes arbitrari, pericula ac ſpes ex æquo ad omnes ſpectare, ideoq; omni conatu rebus communibus opitulari, omniq; alacritate in ijs nobiſcum elaborare, componentes inter ſe ea quæ uictis patienda, & uictoribus obtinenda nobis ſint. Equidem magnum eſt hoc effeciſſe, ne uicti contumelias iniuriaſq; patiamini: id uerò longè maximum, uictoribus licere ea quæ uotis quiſquam expetenda haberet, omnia agere. Tot uerò, taleſq; cum ſimus, tam præclare armis, pecunia, nauibus, equiſq; inſtructi, peiora nos uelle melioribus præferre, cumq; poſsimus alios etiam in libertatē

 uindicare,

uindicare, uelle cum illis ſeruitutem ſubire, ſummum id uerò dedecus fuerit. Hoc enim inter me & Cæſarem differt, quòd is rex ueſter eſſe cupit, ego autem ipſius quoq; partes ſequẽtes libertati aſſerere, ut iureiurando etiam confirmaui. Itaq; milites, tanquam pro utriſq; certantes, & communia omnibus bona paraturi, ita contendamus, ut & nunc uincamus, & deinceps perpetua felicitate fruamur. His peroratis, Antonius primores ex ijs quos ſecum habebat, in naues impoſuit, ne ſi in ſua ipſorum poteſtate eſſent, noui quid tentarent, quod Dellius & nonnulli alij ad Cæſarem perfugientes fecerant: permultos autem ſagittarios etiam, funditoresq; & armatos milites impoſuit. Quia enim propter magnitudinem nauium Cæſaris, ac multitudinem claſsiariorum Sex. Pompeius præcipuè uictus fuiſſet, naues Antonius ædificauerat multo hoſtilibus maiores, paucas quidem triremes, reliquas omnes à quaternis uſque ad denos ordines remorum capaces, turresq; in ijs altas extruxerat, multitudinemq; in ijs hominum collocauerat, qui quaſi de muro pugnarent. Cæſar apparatum hoſtium conſpiciens, ipſe etiam ſe ad pugnam compoſuit. Sed ubi conſilium eorum ex alijs, ac maximè Dellio intellexit, conducto in unum locum ipſe quoque exercitu, hanc orationem habuit.

Dellius ad Cæſarem perfugit.

Naues Antonij quales.

Cæſaris ad milites ſuos oratio.

Cum & auditu, milites, accepiſſem, & reipſa expertus eſſem, maximas ac plurimas bellicas, aut potius omnes actiones humanas, feliciter ab ijs confectas, qui in conſilio capiendo, in'que agendo iuſticiam & pietatem præ alijs obſeruaſſent, nunc id & mente cum primis repeto, & uos conſiderare iubeo. nam etſi tantis ſumus inſtructi uiribus, ut etiam in cauſa iniquiore uictoriam ſperare nobis liceret, tamen haud paulo plus fiduciæ in belli cauſa, q̃ in apparatus robore pono. Romanos enim nos, ac maximis optimiſq; orbis terrarum partibus imperantes, deſpectui haberi, conculcariq; ab Aegyptia muliere, indignum quidem fuerit maioribus noſtris, qui Pyrrhum, Philippum, Perſeum, Antiochum debellauerunt, qui Numantinos & Carthaginem exciderunt, Cimbros & Ambrones ad internecionem deleuerunt: indignum autem nobis quoq; ipſis, qui Gallos domuimus, Pannonios ſubegimus, ad Iſtrum uſq; progreſsi ſumus, Rhenum tranſiuimus, in Britanniam traiecimus. Quî enim non dolore afficiantur omnes iſti, qui quas dixi prȩclaras res confecerunt, ſi nos ſentiant mulieri pernicioſȩ ſubiectos eſſe? Quî uerò nobis non ingens ſit dedecus, ſi qui omnibus hactenus uirtute præſtitimus, nunc horum contumelias æquo animo toleremus? Qui, proh deûm fidem, cum ſint Alexandrini, ac Aegyptij, (quo neq; uerius, neq; maius eorum dedecus dici poteſt) cum deorum loco reptilia, ac alia animantia colant, immortalitatis opinionẽ ut conſequantur, cadauera ſua condiãt, qui ad ferociã pronisſimi, ad fortitudinẽ imbecilliſsimi cum ſint, ac (quod ſummum eſt) fœminæ pro uiro ſeruiant, tamen auſi ſunt bona noſtra affectare, ac noſtrum ipſorum opera ea adipiſci, ut nos ultrò eis felicitate noſtra cedamus. Cui enim non dolorem moueat, ſi uideat reginam eorum Romanis militibus ſtipatam? Quis non gemat, ſi audiat equites & Senatores Romanos Eunuchorum inſtar eam adulari? Quis nõ lugeat, audiens uidensq; Antonium ipſum, qui bis Conſul, Imperator ſæpius fuit, qui mecum Reipublicȩ prȩfecturam geſsit, cui tot urbes, tot exercitus commiſsi ſunt, nunc omnibus patrijs uiuendi moribus relictis, barbaricos & peregrinos omnes imitatum, noſtri, legumq; ac deorum à maioribus noſtris ad nos tranſmiſſorum nullam curam habentem, mulierem iſtam pro Iſide aut Luna adorare,

A maiorum, et ſuis rebus geſtis.

adorare,natis eius Solis ac Lunæ nomina tribuere, denique ſeipſum Oſiri-
dem ac Dionyſium appellare? hinc quaſi ſi uniuerſæ terræ dominus eſſet,
totas inſulas,ac cõtinẽtes etiam terras donare? Equidẽ noui,milites,incre-
dibilia uobis hæc, & mirabilia uideri : quò magis indignationẽ hæc uobis
cõcitare par eſt, cum quæ uos ne audita quidẽ creditis, uerè ab ipſo agant:
& quæ cognoſcere ſine dolore nemo poteſt, ea is per luxuriam edat,quod
ſummã meritò uobis iram mouere debet. Ego autem initiò tanto eum ſtu-
dio colui,ut & participem principatus mei fecerim, & meam ei ſororẽ nu-
ptum dederim, exercitusq́ donauerim:poſtmodò ea uſus ſum in illum hu-
manitate ac beneuolentia, ut neque propterea quòd ſororem meam igno-
minia affeciſſet, neque quòd natos ſibi ex ea liberos neglexiſſet,neq; quòd
ei Aegyptiam prætuliſſet, neque quòd huius liberis omnia ferè ueſtra bo-
na dono dediſſet, neque ullam aliam ob cauſam bellum ei faciendum duxe
rim. Primò enim exiſtimabam non eodem modo quo Cleopatram, Anto-
nium etiam tractandum eſſe,cum iſta ex his quę egiſſet, quia alienigena eſ-
ſet,ſtatim hoſtis iudicaretur: Antonius autem,quòd ciuis eſſet,ad ſanitatẽ
mentis reduci poſſet. deinde ſperabam ſi nõ ſponte, at certè uel inuitũ pro-
pter decretum contra eam factum, pœnitentiã ceptorum acturũ eſſe. Has
ob cauſas igitur nullum ei bellum indixi. Quoniam uerò his ſpretis ac de-
ſpectis,neque ueniam nobis dantibus, ignoſci ſibi uult, neq; miſericordia
noſtra uti ſtatuit:ſed ſiue ſtultitia adductus, ſiue inſania (audiui enim,ac ſi-
dem audito habui, eſſe eum deteſtatæ illius mulieris incantamentis peruer-
ſum) nihili faciens noſtrum beneficium, noſtramq́ in ſe humanitatem,ſer-
uiens mulieri, eius cauſa bellum & pericula ultrò contra nos & patriam ſu-
ſcipit, quid nobis reliquuum eſt, niſi ut in eum unà & in Cleopatram uindi
cemus. Nemo proinde eũ pro Romano,ſed Aegyptio habeat:nemo An-
tonium nominet,ſed Serapionem aliquem:nemo Conſulem aut imperato
rem fuiſſe, ſed Gymnaſiarcham exiſtimet. hæc enim pro iſtis uolens rece-
pit, omniq́ patrio ſplendore proiecto, unus ex cymbaliſtis Canopi factus
eſt. Neque metuere quiſquam debet, ne is aliquod momentum bello ſit al-
laturus:nam prius quoq; nullius eum precij fuiſſe bellatorem, uos nouiſtis,
qui eum apud Mutinam uiciſtis. Quòd ſi quid uirtutis dum nobiſcum mili
tauit, iſte ſibi parauit, ſcire tamẽ oportet,omnem eam uitæ hac mutatione
eum perdidiſſe. Fieri enim non poteſt,ut is qui regio luxui, mollicieiq́ mu
liebri indulget, uiro aliquid dignum uel conſulat, uel agat. Eſt enim neceſſe
omnino,ut quibus unuſquiſq; uitæ rationibus utitur, earum ſimilis redda-
tur. Cuius ſignum euidens eſt, quod cum interea temporis unũ tantum bel
lum geſſerit, ac unicam expeditionẽ fecerit, in prælijs plurimos ciues ami-
ſit:turpiſsimè autem à Praaſpis recedens, plures adhuc ſuorum in fuga per-
didit. Etenim ſi quis ueſtrûm ridiculè ſaltare, ac choream Bacchi ducere o-
pus habeat, omnino is ab Antonio ſuperabitur ea in re:nam ſaltare hic didi
cit:ſin pugna & armis opus eſt, quid tandem in eo timendũ eſt? num ætas?
atqui ea defloruit, & effœminata eſt. Animi uis? atqui muliebris & cinædi-
ca laſciuia eum corrupit. pietas erga deos noſtros? atqui contra hos & pa-
triam bellum ſuſcepit. fides erga ſocios? quis autem neſcit quomodo indu
ctum in fraudem Armeniæ regem ceperit? Num eius in amicos bonitas?
quis ergo non uidit quàm miſerè eorum multos interemerit? Exiſtima-
tio eius, in qua eſt apud milites? quaſi uerò non hi quoq; de eo deſperaue
rint : id quod ex eo patet, quòd ad nos ab eo permulti quotidie tranſeunt.

Suam æquanimitatem proponit.

Antonij mores & ſtudia deridet.

Atq; ego quidem hoc acturos omnes ciues exiſtimo,ſicut antè etiam fece-
runt,cum is à Brunduſio inGalliam fret.Quandiu enim eis ſpes diuitiarum
ſine periculo potiundarum adfuit, omnino libenter cum eo multi manſe-
runt:nunc uerò ubi pugnandum eis erit cōtra nos ſuos gentiles pro ijs qui
nihil ad ipſos pertinēt,certè prælium detrectabūt: eò magis quidem,quòd
nobiſcum ipſis ſaluis eſſe & beatis tutò licet. At uerò multos auxiliarios ſe-
cum,magnam pecuniæ uim habet? Certè Aſiæ cōtinentis habitatores cre-
brò à nobis uictos fuiſſe, nouit Scipio Aſiaticus.Sylla Felix. Lucullus,Pom
peius, pater meus Cæſar: nouiſtis uos ipſi, qui Aſianos Bruto & Caſsio o-
pem ferētes deuiciſtis.Iam quo maiores Antonij diuitias eſſe cogitatis,tan
to magis in id uobis incumbendum eſt,ut ueſtras eas faciatis. Pro maximis
Præmium bello propoſitū. enim præmijs, maxima etiam certamina ſubire conuenit. Quanquam ego
quidem maius uobis huius belli præmium propoſitū eſſe nullum dixerim,
quàm ut dignitatem maiorum conſeruetis,ut magnanimitatē ueſtram tuea
mini,ut eos qui à nobis defecerunt,ulciſcamini: ut uindictam ab his qui in-
iurijs uos affecēre, ſumatis: ut uictores omnibus hominibus imperetis: ut
ne patiamini ullam mulierē uiris æquari. Num uerò qui tot prælia,uos ipſi
qui nunc mihi adeſtis, contra Tauriſcos, Iapydes, Dalmatas,Pannonioſq;
propter oppida quædam, & terram deſertam feciſtis, eoſq; omnes, bellico-
ſiſsimos omnium opinione habitos, ſubegiſtis, imò etiam de unica Sicilia
contra Sextum Pompeium, de Mutina ſola contra hunc ipſum Antonium
certaſtis,ac utrumq; uiciſtis:iam minus gnauiter pugnandum uobis arbi-
trabimini contra fœminam omnibus ueſtris rebus inſidiatam: cōtra mari-
tum eius,omnia ueſtra bona filijs eius elargitum:cōtra egregios eorum ſo-
cios ac menſarū aſſeclas, quos ipſimet ſtercorarios uocant? Quid ita uerò?
Copias & apparatum Antonij eleuat. an propter multitudinem eorum? atqui hæc nihil contra uirtutem corpo-
rum poteſt. propter nationē? atqui onera baiulare magis didicerunt,quàm
bellare propter peritiā:at remos ducere magis,quàm nauali prælio pugna-
re nouerunt. Me quidem pudet, cum huiuſmodi hominibus nobis eſſe con
fligendum,quos ſi uicerimus, gloriæ id futurum nobis non ſit:dedecori au
tem,ſi uincamur. Porrò neq; magnitudinē nauium,neq; craſsiciem lignorū
uirtuti ueſtræ parem eſſe cenſete. Quę enim unquam nauis per ſe aut ſaucia
uit ullum,aut occidit? qui autem fiet, ut non propter ipſam altitudinem ac
craſsiciem & difficilius à remigibus impellātur, & gubernatoribus minus
pareant? Quid proderunt his qui ab ijs pugnabunt, qui neque enauigare,
neque circumnauigare (quæ pugnæ naualis ſunt opera) poterunt? Neq;
enim pedeſtre prælium nobiſcū in mari conſerent: neq; ad hoc parati ſunt,
ut tanq; intra muros aliquos circūſeſsi oppugnent. Nobis quidē admodū
erit commodum, eos ligneis quaſi mœnijs ſeptos aggredi. Si enim eodem
loco naues hoſtium uelut infixæ ſubſtiterint,roſtris eas nobis perrumpere
licebit, aut tormētis eminus pertundere, igniq; & iaculis ignitis inflamma-
re: ſin ſe loco mouere auſæ fuerint,neq; inſequentes aliquam noſtram con-
ſequentur, neq; fugientes euadent, propter grauitatem ſuam ad agendum
aliquid incommodiſsimæ,propter molem autem ad accipienda damna op
portuniſsimę. Quanquā quid attinet multis uerbis tempus terere,cum iam
aliquoties periculum eorum fecerimus, & apud Leucadem, & nuper,non
modò non ſuperati ab ipſis, ſed omnibus partibus uictores. Itaq; non tam
meo ſermone,quàm ueſtris ipſorum actis confirmati, nunc ad imponendū
toti bello finē animos intendite:hoc ſcientes,quòd ſi hodie uicerimus, nul
lus

lus nobis ſit labor reliquus futurus. nam & alioquin hominū id natura fert, ut primis certaminibus aduerſam fortunā experti, etiam ad cætera ſint animo demiſsiore, & nos extra omnem controuerſiam terra ijs præualemus, ita ut etiam nullam antè cladem paſſos uincere poſſemus. Quæ ipſi hoſtes etiam cognita habent, adeò ut conſternati animis (nihil enim uos eorum quæ audiui, celabo) propter accepta detrimenta, ſpecꝙ ſalutis, ſi hîc remaneant, amiſſa, ideò effugere aliquò conentur, atꝙ ob id claſſem nunc educere non naualis prælij conſerendi, ſed fugæ conſilio capiendę inſtituerint, ac optimas precioſiſsimasꝙ ſuas res in naues impoſuerint, ut ſi poſsint, cum his effugiant. Nos igitur eos, qui ipſi confitentur ſe nobis uiribus impares eſſe, ac ſuis in nauibus uictoriæ noſtræ præmia uehunt, ne patiamur aliò enauigare, ſed hoc ipſo in loco uictis omnia auferamus. Secundum hanc orationem Cæſar id conſilij cepit, ut hoſtibus enauigandi facultatem concederet, quò fugientes à tergo adoriretur. nam & celeritate ſuarum nauium fretus, facilè ſe eos aſſecuturū iudicabat, & fore ut cum pateret Antonium aliquò effugere conari, cæteri omnes ultrò ad ſe tranſirēt. Verùm prohibitus ab Agrippa id cōſilium exequi, qui metuebat ne hoſtes, quia ij uelis eſſent uſuri, aſſequi non poſſent, uictoriæ præterea facilioris ſpe concepta, quòd effuſus imber, ac multa grando Antonianæ claſsi incidiſſet, eamꝙ conturbaſſet: omiſſo ſuo propoſito, multos ipſe quoꝙ pedites nauibus ſuis impoſuit, in ſcaphas ad obeūda miniſteria omnibus auxiliarijs collocatis, qui celeriter circumnauigantes, et pugnantes de ijs quæ res ipſa poſtularet monerent, & ſibi omnia quæ opus eſſet annunciarent: ipſe hoſtium exitum præſtolatus eſt. Qui cum claſsico claro naues eduxiſſent, easꝙ cōfertim in acie ante fauces conſtituiſſent, neꝙ iam amplius quoquam progrederētur, Cæſar ad eos claſſem direxit, ut uel cum ſtante eorum claſſe pugnaret, uel eam retrocedere cogeret: cum ne ſic quidē uel ad pugnā exirent, uel recederēt, ſed eodem loco manentes ordines magis magisꝙ denſarent, hæſitans Cæſar remigibus ut remos demitterēt iuſsit: ac paululū cunctatus, ſubitò cornua dato ſigno utrinꝙ eduxit, circumflexitꝙ, cōſilio hoſtē circundandi, aut certè ordinem eius diſijciendi. Itaꝙ Antonius ueritus ne circunueniretur, quantum potuit ſuos etiam ad pugnā eduxit, ad eamꝙ uel inuitus acceſsit. Ad hunc modum prælium nauale commiſſum eſt, cum & in ſua alacritate arteꝙ utrinꝙ claſsiarij multum ſpei haberent, et pedites eos utrinꝙ in terra collocati acclamantes cohortarentur. Erat autem pugnæ diſsimilis inter partes ratio. Nam Cæſariani, impetu concitatis nauibus ſuis, quas & minores & celeriores Antonianis habebant, hoſtiles naues inuadebant, undiꝙ tecti ad uitanda uulnera: itaꝙ aut ſubmergebant aliquam nauem hoſtilem, aut ſi nequirent, antequam ad manus deueniretur ſeſe recipiebant, tumꝙ aut iterum eandem nauim aggrediebantur ſubitò, aut ea omiſſa ad aliam ſe conferebant: atque inde rurſus celeriter ſe ad aliam, aliamꝙ inde conuertebant, raptim ea quæ poſſent agentes, ut quàm maximè inopinantes hoſtes adorirentur. Nam & robur hoſtium propter multitudinem, & dimicare cōminus metuentes, neꝙ in appellendis nauibus, neque in receptu moras trahebant: ſed ſubitò irruentes, ita ut iaculationem hoſtium anteuerterent, ac uel uulnerata aliqua naui, aut conturbata, ita ut appræhendi ab ea non poſſent, ſtatim retrò cedentes, telorum ictus euadebant. Contrà Antoniani hoſtes accedentes multis lapidibus ac iaculis impetebant, nauibusꝙ eorum propius aduectis manus ferreas inijciebant, ex ſi opportunè incidiſſent, ſuperabant

Omen futuri euentus naualis.

Nauale apud Actiū prœliū, quo Antonium Cæſar ſuperauit.

perabant hoſtem: ſin aberraſſent, aut nauibus ſuis pertuſis mergebantur:
aut dum ne eæ perſorarentur, propugnando tempus terunt, ab alijs hoſti-
bus facilius inuadebantur: duę enim, aut tres ſimul naues Cæſarianæ, unam
adoriebantur, ac partim damnum ei inferebant, partim accipiebant. Altera
ex parte laborabant maximè & fatigabantur gubernatores & remiges, ex
altera claſsici milites. Erantq́; Cæſariani equitibus ſimiles modò irruẽtibus,
modò ſe recipientibus, eo quòd appellere ſubinde, ac retrò abducere naues
ipſi ſuas tantùm poterant. Contrà Antoniani legionis armatæ ſpeciem ha-
bebant, appropinquantes ſibi obſeruantis, eos que retinere omni ſtudio,
conantis. Proinde illi eo hoſti incommodabant, quòd accedentes ſubitò,
remos nauium hoſtiliũ detergebanr, hi contrà deſuper eos ſaxis ac tormen-
tis ferientes ſubmergebant: uiciſsimq́; ni ea re ab hoſtibus ſuperabantur,
quòd eos propius aggreſſos lædere nequibant: illi cõtrà eo, quod ſi nauem
hoſtilem aggreſsi non ſubmerſiſſent, iniecta manu ferrea conſtricti nequa-
quam æquis uiribus pugnam ſuſtinebant. Cum diu iam dubio eſſet euentu
Cleopatræ fuga. certatum, tandem Cleopatra quæ in anchoris poſt claſſem pugnantem ſta-
bat, cum non ferret diuturnam ac incertam euentus expectationem, mulier
quippe, & Aegyptia genere, diutius ſuſpenſa animi ſolicitudine, ancipitiſ-
que prælij exitus expectatione uicta, ſigno ſuis dato fugæ ſe dedit: qui cum
uela confeſtim erexiſſent, ac in mare ſe dediſſent, eosq́; ſorte fortuna coor-
tus uentus ſecundus impuliſſet, opinatus Antonius eos non dato à Cleopa
tra ſigno, ſed metu coactos tanquam uictos fugam cepiſſe, ipſe etiam eos ſe-
Antonius fugit. cutus eſt. Hoc facto reliquorum etiam militum animi conſternati ſunt, ac
ipſi quoq; de fuga cogitantes, alij uela ſuſtulerunt, alij turres & armamen-
ta nauium in mare proiecerũt, ut exoneratis nauibus facilior eſſet fuga. Cæ-
ſariani, quibus neq; uela erant, & ad nullam aliam rem niſi prælium nauale
ſe parauerant, eos qui iam fugam cepiſſent, non inſecuti, reliquos qui eam
adhuc adornabant, adorti, multis ſuis nauibus ſingulas hoſtiles circundan-
tes, eminus cominusq́; pugnam conſeruerunt. Erat hoc ipſum etiam certa-
men uarium planè, acerrimumq́;, cum Cæſariani inſeriores partes nauium
circumcircà perſorarent, remos detergerent, gubernacula abrumperent, in
tabulata hoſtilium nauium conſcendentes alios repellerent, cum alijs dimi
carent: (erant enim iam etiam numero aduerſarijs æquales) contrà Anto-
niani contjs hoſtium naues detruderent, ſecuribus cæderẽt, eis ſaxa aliasq́;
in id ipſum paratas moles inijcerent, aſcendentes arcerent, cum comminus
congreſsis pugnarenr. Poterat qui eam pugnã ſpectaſſet, haud ineptè (mo
Comparatio. dò parua liceat magnis componere) eam oppugnationi murorũ, aut mul-
tarum in mari exiguarum inſularum conferre: eam utrorumq́; conatus ſpe-
ciem præ ſe ferebat, cum alteri in naues hoſtium, quaſi in continentem ter-
ram aut arcem conſcendere cuperent, omniaq́; quæ ad id perficiendum fa-
cere uidebantur, ſummo ſtudio appararenr: alteri nihil eorum quæ fieri in
huiuſmodi re ſolent omittentes, eos arcerẽt. Cum ancipiti euentu eſſet diu
Ignis nauibus Antonianis inijcitur. pugnatum, Cæſar ignem ex caſtris afferri iuſsit: neq; enim aliud conſilium
uictoriæ explicandæ habebat: quanquam potiundæ hoſtilis pecuniæ cauſa
initiò ſtatuerat incẽdio abſtinere. Igne allato, ſtatim aliud genus pugnæ ac-
cidit. Cæſariani undiq; ad hoſtilem aliquam nauim accedentes, iacula igni-
fera in eam emittere, faces manu cõijcere, ollulasq́; etiam carbonum piciſq́;
plenas eminus tormentis eò iaculari: Antoniani hæc ſingula repellere, ſi
quod incidiſſet, quia id ſtatim apprehẽſis lignis multam in naui flammam
excitabat,

excitabat, primùm eam aqua, quam potus cauſa ſecum tulerant, reſtinguere: pòſt ea abſumpta, marinam haurire: eaq; ſi multam ſimul adhibuiſſent, nonnihil obſiſtere ignis uiolentiæ: quia uerò id nõ ubiq; fieri licebat (nam & urnas habebant haud iuſtæ magnitudinis, & terrore iniecto eas tantùm dimidia ſui parte aqua repletas trahebant) non modò auxilium nullum ferebatur, ſed uires malo addebantur. (aqua enim marina flammæ non multa *Aqua marina.* infuſa, magnoperè eam exuſcitat.) Proinde aquæ præſidio deficiente, centones, & cadauera flammæ Antoniani inijcere: id aliquãdiu inhibuit ignẽ, ac compeſci incendium uidebatur: pòſt his ipſis etiam auctum, præſertim quia uentus uehemẽtior inciderat, maius effulſit. Ibi uerò hi dum partes nauium flamma depaſcebatur, incendio ſuccurrere, in ipſam flammam inſilire, alias partes reſcindere, res in alia loca differre, eas'ue aut in mare proijcere, aut in hoſtes, lædendi cauſa: alij ad integras partes nauis ſeſe recipientes, manibus ferreis, ac longurijs tum maximè uti, ut naui hoſtili ſibi annexa, aut in eam exilientes, periculũ incendij euaderent, aut eam ſaltem unà comburerẽt. Cæſariani hoc ipſum ne fieret, ad naues ipſorũ non appropinquare. Itaq; cum ignis iam & latera nauium corripuiſſet, & in ſolum uſq; deſcenderet, tum demũ in ſummis Antoniani uerſari miſerijs: quippe alij, ac nautæ potiſsimum, fumo, antequam ignis ad eos perueniſſet, necabantur: alij in medio incendio tanquã in camino aſſabantur: alij armis ignem concipientibus colliquabantur: alij antequam aliquid huiuſmodi paterentur, nõnulli etiam ſemiuſti, armis proiectis uel uulnerabãtur eminus, uel in mare ſe deijcientes ſuffocabantur, uel ab hoſtibus icti mergebantur, uel à belluis marinis laniabantur: ſolis his æquior inter tantas miſerias mortis fuit conditio, qui prius quàm huiuſmodi mala ſubirent, mutuis ſe inuicem uulneribus interfecerunt, aut ſibi ipſis manus attulerunt, nõ expectato cruciatus ullo genere, ac cum nauibus ſuis tanquã rogo cremati ſunt. Cæſariani qui ſe dum defendendi ſui aliqua facultas adfuiſſet hoſtibus, ab earũ nauibus abſtinuerant, cum uiderent nauibus igni correptis, homines ne ſibi ipſis quidem auxilio eſſe, nedum aduerſariũ lędere poſſe, celeriter aduecti pecuniæ eripiendæ ſtudio, ignemq; à ſe immiſſum reſtinguere conati ſunt: horũ quoq; permulti cum ipſis nauibus à flamma correpti, & harpagonib. hoſtiũ, perierũt.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVINQVAGESIMVSPRIMVS,

[redacted] Auguſtano

interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæſar à uictoria Actiaca res conſtituerit.
De Antonio ac Cleopatra, ac eorum poſt acceptam cladem actis.
Vt Antonius in Aegypto uictus, ſeipſum occiderit.
Quemadmodum Cæſar Aegyptum ſubegerit.
De Cæſaris reditu Romam, triumphisq; ab eo ductis.
De curiæ Iuliæ dedicatione.
Vt Myſia in poteſtatem populi Romani uenerit.

Acta ſunt hæc reliqua parte eius anni, quo Cæſar III. *Conſul fuit, collega M. Valerio Meſſala Coruino, ac biennio deinceps, cuius Conſules*

An.V.C. 724. *Cæſar IIII.*
M. Licinius M.F. Craſſus.
725. *Cæſar V.*
Sextus Apuleius Sexti F.

IN hunc modum pugna naualis facta eſt, IIII Nonas Septembris. Id à me non fruſtrà commemoratum eſt, dies annotare alioquin nõ ſolito: ſed quod ab ea die primùm
Qua die Cæſaris Monarchia cœperit. Cæſar ſolus rerũ potitus eſt, Imperijq́; eius recenſio præciſe ab ea ſumitur. Eadem die Cæſar Apollini, qui apud
Apollo Actius. Actium colitur, triremem, quadriremem, ac alia nauium genera uſque ad deciremem ex captis nauibus conſecrauit, templũ maius extruxit, ludos Muſicos ac Gymnicos, & certamen equeſtre cum ſacro quinquennali * (ſic enim hi qui annonæ ſunt præfecti, ap
Actij ludi. pellantur) conſtituit, Actios illos ludos dicens, urbemq́; eo loco ubi caſtra habuerat, effecit: partim collectis ad eam incolẽdam hominibus, partim eò
Nicopolis. translatis finitimis, eiq́; urbi Nicopolis nomen indidit: ac locum in quo tetenderat, lapidibus quatuor pedum magnitudine conſtrauit, roſtriſq́; nauium captarum ornauit, ſacrarium ibi Apollinis ſub dio cõſtituens. Verùm hæc poſtea temporis facta ſunt: tunc autem emiſit claſsis ſuæ partem, quæ Antonium ac Cleopatram inſequerentur: quæ cum conſequi eum nõ poſ
Acta Cæſaris à uictoria. ſet, reuerſa eſt: cum reliquis uerò ipſe caſtra hoſtium, ijs propter paucitatem non reſiſtentibus occupauit, ac deinde reliquum exercitum depræhendẽs, iter in Macedoniam intendentem, ſine pugna ſibi adiunxit. Diffugerant autem iam tum alij quidam primores Romani ad Antonium, auxiliarij autem in ſuam quiſq́; patriam: uerùm hi contra Cæſarem nullum preterea bellum geſſerunt: ſed & ipſi, et omnes populi qui antè etiam Romanis ſubditi fuerant, pars ſtatim, pars pòſt pacis conditiones à Cæſare acceperunt. Cæ
Quomodo in hoſtes Cæſar animaduerterit. ſar urbib. pecunia imperata, ademptaq́; eis in ciues ipſarũ poteſtate, quam in concilijs populi uſurpabãt, regulis ac regibus omnia oppida quę ab Antonio acceperãt, exceptis Amynta & Archelao, abſtulit: Philopatorẽ Tarcõdimoti filium, & Lycomedem regnum in parte Cappadocici Ponti ob
Amyntas. Archelaus. Philopator. Lycomedes. Alexander. Medeus. tinentem, principatu ſpoliauit: Alexandrum autem Iamblichi fratrem non modò regno exuit, quod præmium propterea quòd ipſum accuſaſſet acceperat, ſed in triumpho quoque ductum occidit: Lycomedis ditionem Medeo cuidam conceſsit, qui ante pugnam naualẽ Myſos Aſianos ad deficiendum ab Antonio permouerat, eorumq́; opera bellum Antonianis fecerat:
Cydonij. Cydonijs ac Lampæis libertatem [illegible] ſibi auxilij cauſa, inſtaura
Lampei. ta etiam Lampæorum ciuitate, quæ euerſa fuerat: Senatores, equiteſq́;, & alios inſigniores uiros qui Antonium aliqua in re adiuuiſſent, multos pecunia mulctauit, multos occidit, quibuſdam pepercit. Inter uita donatos præ
Soſsius. cipuus fuit Soſsius, qui cum bello ſæpe Cæſarẽ petijſſet, tunc fuga elapſus
M. Scaurus. occultatuſq́;, pòſt inuentus ac dimiſſus eſt: & M. quidam Scaurus, uterinus
Mucia. Sexti Pompei frater, ipſe quoq́; neci deſtinatus, propter Muciam matrem uitam obtinuit. Inter ſupplicio affectos potiſsimum commemoratione di
Curio. gnus uidetur Curio, filius Curionis iſtius, cuius Cæſar ſuperior opera plu
Aquilij Flori. rimum uſus fuerat: & Aquilij Flori, pater ac filius: quorũ cum alter tantùm, in quem ſors incidiſſet, mori à Cæſare iuſſus fuiſſet, uterque perijt. Nam & filius prius quàm ſortiretur ſe percuſſori præbuit ultrò, & pater dolore rei permotus, ſibi ipſi necem intulit. Porrò autem Antonianos milites in exer

citum

citum ſuum Cæſar allegit, ac ueteranos ciues nemini quicquam dans, in Italiam, reliquos ſparſim aliò dimiſit. Quia enim in Sicilia poſt uictoriam metum ei obiecerãt, ueritus ne denuò tumultuarentur, ut præueniret omnem motum, alios ſibi omnino ab armis reijciendos, reliquorum multitudinem diuellere à ſe inuicem ſtatuit. Libertis, quia adhuc eos ſuſpectos habebat, quartam penſionem remiſit, quam adhuc ad pendendam pecuniam ſibi imperatam debebant: hiq; non tam acceptæ iniuriæ memores, quàm pro beneficio remiſſam penſionem habentes, gauiſi ſunt: milites quoq; qui nondum annos militiæ impleuiſſent, nonnihil inhibiti à Tribunis militum, potiſsimum autem ſpe Aegyptiarum diuitiarum illecti, quieuerunt. At qui uictoriæ ſocij, tum à militia dimiſsi nullo præmio dato fuere, indignè id ferentes, ſeditiones paulo pòſt agitare ceperũt. Id ueritus Cæſar, ac ne Mecænatem, tum Romæ Italiæq; adminiſtrandæ præfectum, contemptui, quòd equeſtris tantùm ordinis homo eſſet, haberent, Agrippam quaſi aliam ob rem in Italiam miſit. Tantam enim in omnibus rebus poteſtatem Mæcenati ac Agrippæ Cæſar eo tempore tribuerat, ut literas quoque ij, quas ipſe ad Senatum alios'ue ſcribebat, ante q̃ redderẽtur, legerint, ac quæ uiſum ſuiſſet mutauerint: cuius rei cauſa annulũ quoq; ab eo acceperãt, ut obſignare eas poſſent. Sigillum enim, quo tum maximè utebatur, duplex parauerat, Sphynge in utroq; eadem inſculpta: (nam ſeriùs incepit ſuam imaginem in eo incidere, ac ea literas obſignare. quod omnes deinceps Imperatores imitati ſunt, excepto Galba, qui canem ex prora nauis proſpectantem, ſignum à maioribus ſuis ad ſe delatum, uſurpauit) ac ſi quid uel ijs, uel alijs ſuis neceſſarijs ſcriberet arcani, proximè ſequentẽ ſemper literam pro ea quæ exarari deberet, ponebat. Proinde quaſi nullo iam imminente à ueteranis amplius periculo, res Græciæ conſtituit, ac duorum diuorũ ſacris initiatus eſt: deinde in Aſiam profectus, rebus ibi quoq; conſtitutis, quid Antonius ageret expectauit: ac ſe ita parabat, ut ſi certum quònam is perfugiſſet comperiret, expeditionem contra eum faceret. Interim ijs apertè tumultum concitantibus, quòd procul ipſe abeſſet, metuens ne ſi quem ducem inueniſſent, mali aliquid facinoris ederent, alijs ad Antonium inueſtigandum conſtitutis, in Italiam properauit, media hyeme, ſe quartum, & M. Craſſo (hunc enim collegam habebat, quanquam & Pompeianas & Antonianas priùs partes ſecutum) Conſulibus. Cum Brunduſium perueniſſent, iam eò uniuerſus Senatus audito eius aduentu, tantùm Tribuniſplebis ac duobus prætoribus ad urbem ex S.C. relictis, occurrerat, cum equitibus, ac magna plebis parte, ac multis alijs qui uel legati, uel ſua ſponte eò frequentes conuenerant: itaq; aduentu Cæſaris, & ſtudio maioris partis effectum eſt, ut nemo ullam rem nouam tentare auderet, quin ipſi milites, partim metu, partim ſpe, nonnulli etiam euocati eòdem confluxerunt. Horum Cæſar alijs pecuniam dedit: alijs, qui omnibus ſecum bellis fuiſſent, agrum etiam addidit. Nam eos conuentus Italiæ, qui Antonij rebus ſtuduiſſent, extorres egerat, militibusq; agros eorum donauerat: extorrium autem pleriſq; Dyrrhachium, Philippos, & alia oppida habitanda cõceſsit: reliquis pecuniam pro agro aut numerauit, aut numeraturum promiſit. Etſi enim ex uictoria magnam uim pecuniæ adeptus fuerat, tamen impenſæ fiebant longè maiores: ideoq; in foro uenum propoſuit ſua & ſociorum aliquot bona, ut uel emere ea, uel pro agris recipere liceret ei qui uellet: quæ quidem nemo fecit, (quis enim auſus fuiſſet?) promiſsionis tamẽ ea ratione honeſtam nactus dilationem,

Agrippæ & Mæcenatis poteſtas à Cæſare ipſis data.

Sigillum Cæſaris.

Galbæ ſignum.

Scribendi occultè ratio.

Cæſar ſacris initiatus.

Seditio militũ abſente Cæſare.

Cæſar ut militũ deſiderit ornauerit.

Cæſar ſua et amicorum bona proſcribit.

dilationem, eam ex Aegyptiaca deinde præda repræſentauit. Hæc, & alia
neceſſaria cum ita conſtituiſſet, ijſq; quibus impunitas data erat, conceſsiſ-
ſiſſet ut in Italia morarentur, id quod antè non licebat, populo qui Romæ
remanſerat, nec ad ſe Brunduſiũ uenenerat, neglecto, in Græciam auectus

Cæſaris celerrimus in Aſiam aduentus.

eſt. trigeſimo quàm in Italiam uenerat die, ac propter hyemem nauibus per
Iſthmum Peloponneſiacum translatis, tanta celeritate in Aſiam aduenit,
ut de eius diſceſſu ſimul redituq; Antonius & Cleopatra cognouerint. Hi à

Cleopatra ut in Aegyptum redierit.

pugna nauali fuga elapſi, uſq; ad Peloponneſum ſimul cum perueniſſent, i-
bi præter animi ſui ſententiã diuulſi inuicem ſunt, Cleopatra in Aegyptum
contendente, ne clades audita nouos ibi tumultus concitaret. Hæc ut tutò
in Aegyptum adnauigare poſſet, uictoriam mentita, proras coronauerat,
cantionesq; uictoria obtenta uſurpari conſuetas tibijs cõcini iuſſerat. poſt-
quam in tutum peruenit, multos primores, ſemper ſibi infenſos, ac tum cla-
de eius animo auctos, occidit. horũ facultatibus, & reliquis, diuis etiã con-

Cleopatræ flagitia.

ſecratis (neque enim ab ullo quantumuis inacceſſo ſacrario ſe abſtinebat)
ingentem pecuniam confecit, copias comparauit, auxilia quæſiuit: utq; Me-

Artauaſdæ interitus.

diæ regem ad ſuam ſocietatem pertraheret, Armeniæ regi caput amputa-
tum ei miſit. Cæterùm Antonius in Africam quoſdam miſit ad Pinarium

Pinarius Scarpus.

Scarpum, & exercitum quem is iam antè ibi conſcriptum ad tuendam Ae-
gyptum habebat: uerùm cum neq; reciperetur ab eo, & miſſos quoq; ad ſe
is occidiſſet. nonnulloſq; milites id moleſtè ferentes necaſſet, infecta re An-

Antonius Alexandriam uenit, eiusq; & Cleopatræ con filia.

tonius ipſe quoq; Alexandriam ſe contulit. Ibi & alia quæ bello acceleran-
do conueniunt, ab ijs parata ſunt, & filios ſuos, Cæſarionem Cleopatra, An-
tyllum ex Fuluia ſibi natum Antonius in uiros retulerũt, ut & Aegyptij ui-
ro ſibi imperante eſſent alacriores: & reliqui eos duces habituri, ſi quid An-

Cæſario & Antyllus in uiros relati.

tonio & Cleopatræ accidiſſet, animis eò magis conſtarent. Id quidem factũ
perniciem adoleſcentibus iſtis attulit, ut Cęſar ijs, tanquã uiris iam, & prin-
cipatum aliquem gerentibus non parceret. Antonius autem ac Cleopatra-
ita ſe parabãt, tanquã & claſſe & pedeſtribus copijs belligeraturi, in eumq;
finem uicinos populos, & reges amicitia ſibi iunctos ad auxilia conuoca-
bant: nihilo tamen minus etiam ad hoc ſe inſtruebant, ut ſi qua neceſsitas
urgeret, in Hiſpaniam (alioquin etiam pecuniæ multitudine ſe eam regio-
nem poſſe ad defectionem cõpellere ſperantes,) nauigarẽt, aut ad rubrum
mare concederent. Quæ conſilia ut quàm diutiſsimè occulta haberent, ac
Cæſarem uel fallerent, uel etiam dolo necarent, miſerunt ad eum qui de pa-
ce agerent, ac interim pecunia eius exercitum corrumperent. Interim Cleo-

Cleopatra Cæſari munera mittit.

patra clam Antonio ſceptrum aureum, coronam auream, ſellamq; regiam
Cęſari miſit, quaſi regnũ cum ijs tradẽs, ut is ſi omnino exoſum haberet An-

Reſponſum Cæſaris.

tonium, ipſam ſaltem miſericordia proſequeretur: Cæſar autẽ acceptis mu-
neribus, ominiſq; loco ductis, Antonio nullo dato reſponſo, Cleopatræ pa-
làm quidem multa comminatus eſt, idq; etiam reſpondit, ſi ea ab armis &
regno deſtitiſſet. conſilium ipſum capturum quid eam fieri deberet: occul-
tè autem ei impunitatem ac regnum integrum pollicitus eſt, ſi Antonium

Arabij naues Cleopatræ cõburunt.

occidiſſet. Eodem tempore Arabij à Q. Didio Syriæ præfecto perſuaſi, na-
ues in ſinu Arabico fabricatas ad nauigationem in rubrum mare, combuſ-

Q. Didius.

ſerunt, populiq; & reguli omnes ſuppetias Antonio Cleopatræq; denega-

Gladiatorum fides in Antonium.

uerũt. Ac mihi quidem mirari ſubit, cur reliqui complures eos deſeruerint,
multis ab ijs ornati beneficijs, cùm qui ad ludos gladiatorios alebãtur con-
ditione abiectiſsima, ſummum ſtudium eorum oſtenderint, pro ijſq; for-
tiſsimè

tiſsimè certauerint. Hi gladiatores Cyzici ad ludos triumphales, quos deui-
cto Cæſare ſe facturum Antonius ſperabat, cum exercerentur, ubi primùm
quæ eſſent acta cognouerunt, in Aegyptum ad ferendum eis auxilium iter
inſtituerunt: cumq́ haud parum incommodi Amyntæ in Galatia, filijs'que
Tarcondimoti in Cilicia exhibuiſſent, (qui ſumma antè amicitia cum An-
tonio & Cleopatra iuncti, tunc fortunā ſecuti defecerāt ab ijs) multa etiam
Didio, qui tranſitu ipſos prohibebat, neq; tamen in Aegyptū euadere poſ-
ſent, ſed circunuenti eſſent, ne ſic quidē ullo modo, quantūuis multa Didio
pollicente, ad defectionē perduci ſe paſsi, Antoniū ad ſe accerſierunt, faci-
lius ſe putantes cum eo coniunctos in Syria bellum poſſe gerere. Tandem
cum neq; ueniret Antonius, neque nuncium mitteret, perijſſe eum rati, in-
uiti ſe Didio dediderunt, ea conditione, ne gladiatores poſthac eſſent: urbéq;
Daphnem Antiochiæ ſuburbium eis habitandum concederet, donec Cæ- *Daphne.*
ſari res ea ſignificaretur. Hi quidem gladiatores poſtea à Meſſala decepti, *Meſſala gladia*
alij aliò dimiſsi, quaſi in legiones adſcribendi, ac per occaſionem interfecti *tores excindit.*
ſunt. Antonius & Cleopatra poſtquā Cæſaris reſponſum ex legatis cogno-
uerunt, alios miſerunt, ac Cleopatra quidem per eos magnam ei uim pecu-
niæ promiſit: Antonius autem amicitiæ eum ac propinquitatis admonuit,
ſuam cum Aegyptia muliere conſuetudinem excuſauit, ipſorum mutuum
quondam amorem, ac ſocietatem actorum in adoleſcentia enumerauit: de-
nique P. Turullium Senatorem, unum ex Iulij Cæſaris percuſſoribus, ami- *P. Turullij inte*
cum tum ſuum, Cæſari tradidit, ac ſeipſum etiam interfecturum pollicitus *ritus.*
eſt, ſi eo facto ſalus Cleopatræ repræſentari poſſet. Cæſar Turullio occiſo,
idq; in Co inſula (ita ut uiſus ſit Turullius pœnas Aeſculapio dediſſe, cuius
in luco, qui in Co inſula eſt, arbores ceciderat) Antonio ne tum quidem re-
ſpondit quicquam. Igitur tertiam legationē Antonius, ac filium ſuum An-
tyllum cum multo auro miſit. Cæſar auro accepto, eum ſine reſponſo pro-
poſiti irritū à ſe dimiſit: Cleopatræ ut primò, ſic ſecundò etiam, ac tum ter-
tiò, multas & comminationes, & pollicitationes propoſuit. Nihilomi-
nus tamen ueritus ne Antonius & Cleopatra, deſperata ueniæ impetratio-
ne in incepto perſtarent, ac uel ſuis uiribus uincerent, aut in Hiſpaniam ac
Galliam traijcerent, aut pecunias, quas immenſas eſſe audierat, corrumpe-
rent: (nam eas omnes Cleopatra in ſepulcrum cōgeſſerat, quod parauerat
in regia: ac ſi uel in re minima fortunā aduerſam ſenſiſſet, omnes ſecum cre-
maturam minitabatur) Thyrſum libertum ſuum ad Cleopatram miſit, qui *Thyrſus ad de-*
& humaniter multa cum ea loqueretur, & Cæſarem eius amore captum di- *cipiēdam Cleo*
ceret: ſperans eam, quæ ab omnibus hominibus amari uolebat, eò adduci *patram à Cæſa*
poſſe, ut Antonio necato ſeipſam & pecuniam incolumem ſeruaret. Neq; *re miſſus.*
Cæſar eo conſilio falſus fuit. Verùm antè quàm hæc acta ſunt, Antonius co-
gnito Cornelium Gallum accepto Scarpi exercitu, ſubitò Parætonium oc- *Cornelius Gal*
cupaſſe, etſi in Syriam proficiſci euocatus à gladiatorib. in animo habebat: *lus.*
tamen eo omiſſo, ad Parætonium contēdit, ſperans quidem ſe eas copias à *Antonius rem*
Gallo ad ſe ſine ullo labore traducturum, (nam beneuolentia erga ſe affe- *infeliciter ad*
ctos propter communem militiam nouerat) ſin aliter nequiret, ui certè po- *Parætonium*
titurum: nam & nauales & terreſtres copias ſecum adducebat magnas. Sed *gerit.*
neque colloqui cum ijs potuit, quanquam ad murum accederet, & alta uo-
ce clamaret (concinere enim tubicines iuſſerat Gallus, ita ut nemo exaudi-
re quicquam poſſet) & præterea ſubita eorum eruptione damnum acce-
pit, ac claſsis quoq; incommodum paſſus eſt. Catenas ſub aqua latentes ali-

quot noctu per fauces portus Gallus extēderat, ac deinde nullo apertè pręſidio portum cuſtodiens, abſque omni timore Antonij naues cum ſui contemptu intrò nauigare paſſus fuerat. poſtquam eæ intrò peruenerunt, attractis per inſtrumenta ad hoc parata catenis, naues ſimul terra, mariq;, & ex ædibus circũuentas partim incendit, partim ſubmerſit. Dum hæc fiunt,

Cæſar Peluſio potitur.

Cæſar Peluſium ui, ut ferebatur, re uera autem proditione Cleopatrę cepit.

Cleopatra Peluſium prodit, & totam cauſam.

Hæc cum nemo ſuppetias ferret, Cæſari autem reſiſti nullo modo poſſe audiret, ac ex ſermonibus Thyrſi (quo maximè mouebaẽ) crederet eum ſuo amore captum, cùm quòd id ita eſſe cuperet, tum quòd eadem ratione patrem eius, ac Antonium ſibi mancipauerat, ideoq; non ueniam modò ſibi, & regnum Aegypti, ſed Romanorum imperium ſperabat, ſtatim ei Peluſio ceſſerat. Pòſt cum idem ad Alexandriam accederet, ciues occultè prohibuit contra eum exire, cum palàm eos ut hoſti occurrerent cohortari uideretur. Antonius cum ad nuncium eorum quę Peluſij eueniſſent, Paratonio diſceſsiſſet, ante Alexandriā Cæſari obuiam factus, equitatu eum ab itinere fatigatum ſuperauit.

Antonius uincit Cæſarem, et ſuperatur.

Hinc aucta confidentia, ac eo etiam, quòd iaculatus in Cæſaris caſtra libellos, ſena in ſingulos ſeſtertia promiſiſſet, pedeſtri etiā certamine congreſſus, uictus eſt. Etenim Cæſar ipſe ultrò libellos militibus ſuis recitans, Antonium criminatus, turpitudineq; proditionis eis oſtenſa, ac ſtudio ſui renouato eò adegit, ut fidem ſuam tentatam indignè ferentes, ſtrenuos ſe eſſe fideleſq; demonſtrare ſummo ſtudio anniterentur. Antonius inſperatò uictus, ad claſſem confugit: ac eò ſe comparauit, ut aut nauali pugna decerneret, aut in Hiſpaniam tranſmiteret.

Cleopatra Antonium prodit.

Sed Cleopatra eo intellecto, id effecit, ut naues ab eo transfugerēt: ipſa autem confeſtim in monimentum inſiluit, uerbo quidem, quaſi id metu Cæſaris ac mortis ſibi conſciſcendæ cauſa faceret, re ipſa autē, quòd eodem Antonium quoq; uenire uolebat. Antonius etſi ſe proditum eſſe ſuſpicabatur, tamen amor ne id crederet obtinuit, ac ferè magis eius, quàm ſui ipſius commiſeratione afficiebatur: id exploratum habens Cleopatra, ſperanſq; fore, ut ſi ipſam obijſſe audiret, ipſe etiam ſuperuiuere nollet, ſed confeſtim mortem expeteret, in ſepulcrum cum Eunucho & duabus ancillis cucurrit, atq; inde nunciũ ſuæ mortis emiſit.

Antonius mortem ſibi ipſi cõſciſcit.

Quo audito Antonius, nulla mora interpoſita ipſe quoq; mori decreuit, ac primùm quendam eorum quos ſecũ habebat, orauit ut ſe occideret: cum uerò is gladio nudato ſemetipſum interfeciſſet, imitari hoc factum cupiens, ſibi ipſi uulnus ingeſsit: collapſuſq; in faciem, mortem obijſſe ab aſtantibus iudicatus eſt. Inde coorto tumultu, Cleopatra cum id ſenſiſſet, ex faſtigio ſepulcri proſpexit: (nam ianua eius ita erat parata, ut aperiri ſemel clauſa nequiret, ſolæ partes ſuperiores ad faſtigium nondum erāt abſolutæ) quam cum uidiſſent quidam, adeò exclamauerunt, ut Antonius quoq; exaudierit: iſq; intellecto eam eſſe ſuperſtitem, conſurrexit, quòd ui uere ſe poſſe arbitraretur. Sed multo profuſo ſanguine, deſperata uita, obteſtatus eſt præſentes, ut ſe ad ſepulcrum deferrēt, ac per funes qui ad extrahendos lapides ſuſpenſi erāt, demitterēt, ſicq; in gremio Clepatræ diem ſuũ clauſit. Cleopatra nonnihil Cæſari fidens, omnem ei rem ſtatim ſignificauit: tamen metuens ſibi ne quid durius in ſe ſtatueretur, in ſepulcro remanſit: ut ſi nulla alia ratione ſalutem conſequi poſſet, at certè metu pecuniarum amittendarum ſibi ueniam à Cæſare & regnum redimeret: adeò etiam inter tantas calamitates regni memoriam retinebat, ut mallet nomine & ornamentis eius retentis mori, quàm priuata uita frui; ideoq; & ignem

paratum

paratum perdendis pecunias habebat, & aſpides, alioſq; ſerpentes, quibus
ſe ipſam interficeret: qui quo modo mortem afferrent, in alijs iam antè ho-
minibus periculum fecerat. Cæſar etſi gaza potiri, eamq; uiuam capere cu-
piebat, ut in triumpho duceret: tamen ſi quid fide interpoſita promiſiſſet,
impoſtor uideri nolens, id agebat, ut cum ea captiua, ac inuitè in ſuam pote
ſtatem redacta agere ex animi ſentẽtia poſſet: itaq; C. Proculeium equitem *C. Proculeius.*
ad eam miſit, & Epaphroditum libertum, mandato quæ loquerentur, age- *Epaphroditus.*
rentq;. Hi cum Cleopatra congreſsi, tolerabilibus ei conditionibus propo-
ſitis, ſubitò eam priuſquam aſſentiretur, corripuerunt: remotiſq; omnibus *Cleopatra capi*
ijs rebus, quæ ad mortem conſciſcendam facerent, aliquot diebus ei ibi ut *tur.*
commoraretur, dum Antonij cadauer cõdiret, conceſsis: deinde in regiam
adduxerunt, nihil ei de comitatu ac conſueto cultu detrahentes, quò magis
ea quæ cupiebat, impetraturam ſe ſperaret, ac ne quid ſibi ipſa mali iniunge
ret: quinetiam cum petijſſet Cæſaris colloquium, obtinuit: ac ipſe, quò ma-
gis eam deciperet, ſe uẽturũ ad eam ꝓmiſit. Tum Cleopatra conclaui orna- *Cæſaris &*
tiſsimo, ac ſella precioſiſsima parata, ſeipſam cultu quàm maximè abiecto *Cleopatræ col-*
adornauit (nam habitus eam lugubris mirè decebat) ac in ſella cõſedit, ap- *loquium.*
poſitis multis ac uarijs Cęſaris ſuperioris imaginibus, inq; ſinũ ſuum epiſto
lis ab eo ad ſe datis acceptis. Ingredienteq; Cæſare, pudore ſuffuſa exiluit,
&, Salue, inquit, ô domine, hoc enim nome-. mihi ademptũ Dij tibi tribue-
runt: Sed uides nimirũ ipſe hîc patrem tuum, qualis ſæpenumerò ille ad me
ingreſſus eſt, audiſq; quos mihi honores tribuerit, qui me etiam reginam
Aegypti conſtituit. Vt autem aliquid eius etiam ex me percipias, accipe &
lege eas literas, quas ipſe ſua manu exaratas ad me miſit. His dictis, multa
amatoria Cæſaris uerba recitauit, ac modò illacrumauit, literaſq; exoſcula-
ta eſt: modò ad eius imagines deuoluta, eas adorauit, palpebriſq; in Cæſarẽ
reflexis, artificioſum luctum, ac uoces ad molliendum animũ appoſitas edi
dit, aliâs has: Quónam mihi Cæſar hæ tuæ literę redierunt? aliâs: At uerò in
hoc tu quoq; mihi ſuperſtes es: deinde iterũ: Vtinam quidem te prior ego
mortẽ obijſſem: mox rurſum: Atqui cum hunc habeo, te quoq; habeo. Hac
uarietate & ſermonis & geſtuum uſa, alia quædam & uoce & intuitu ei ab-
blandita eſt. Cæſar quanquam mulierem ciendis affectibus intentam ani-
maduertebat, tamẽ eo diſsimulato, oculis in terram defixis, hoc unum pro-
nunciauit: Bono eſto animo mulier, nihil enim mali patieris. At Cleopatra
ngẽti dolore correpta, quòd neq; aſpexiſſet eam Cæſar, neq; de regno aut
more ullum feciſſet uerbum, ad genua eius ſe proijciens, fletumq; edens:
Viuere quidẽ, inquit, ô Cæſar neq; uolo neq; poſſum, hanc autem à te per
patris tui memoriam peto gratiam, ut quoniam ab eo me fortuna Antonio
deſpondit, cum eo etiam mori liceat. Vtinam uerò ſtatim poſt mortem Cæ
ſaris uita exceſsiſſem: nunc quoniam ut hæc perferrem in fatis fuit, mit-
te me ad Antonium, neque mihi communem cum eo ſepulturam inuide,
ut quemadmodum eius cauſa pereo, ita etiam apud inferos cum eo ſim. Ad
hæc uerba nihil Cæſar reſpondit, ueritus autem ne ſe ipſa occideret, iterum
animo ut eſſet bono hortatus eſt: ac neq; ſolitam ei uitæ rationem ademit,
& accuratè obſeruari iuſsit, adhibiturus eam ad exornandum ſuum trium-
phũ. Quod ita fore ſuſpicata Cleopatra, ac infinitis mortibus id acerbius du
cens, mori ſeriò cupijt, multiſq; Cæſarem precata, ut quacunq; ratione ui-
tam ſibi adimeret, multis idem ipſa modis tentauit. Sed cum fruſtrà id eſ-
ſet, ſententiam ſe mutaſſe finxit, ac multum ſpei in Cæſare, multum in Liuia

habere,ultroq; ſe uelle nauigare dixit cimeliaq; quædã quæ dono huic ſer-
ret,parauit:ſperans futurum,ut fidem faceret ſe mori nolle, minusq; attẽtè
cuſtodita,necem ſibi conſciſcere poſſet. Neq; eam hæc ſpes fruſtrata eſt. Igi
tur ubi cùm alij,tum Epaphroditus, cui cuſtodia eius mandata erat, ex ani-
mo ita eam ſentire putantes,de diligentia obſeruandæ ipſius remiſerunt:ad
id ſe componens, ut quàm minimo cum dolore diem ſuum clauderet. epi-
ſtolam, qua à Cæſare petebat ut cum Antonio ſepeliri ipſam iuberet, Epa-
phrodito dedit perferendam, obſignatã quidem,ut is aliud quiddam conti
neri ea exiſtimans, occaſione epiſtolæ Cæſari reddendæ è medio remoue-
retur:eoq; digreſſo,rem propoſitam exequendam ſibi ſumens, ueſte ſe om-
nium elegantiſsima induit, ac quàm potuit pulcerrimè exornauit, omniq;
Cleopatræ mort. habitu regio aſſumpto,uita exceſsit. Quo mortis genere obierit,certum ne
mo nouit:puncturæ tantùm exiguæ in brachio eius repertæ ſunt. Perhibẽt
quidam,eam in urna illatam aſpidem,aut inter flores quoſdam,corpori ſuo
adhibuiſſe:alij acum ab ea,qua capillum componere ſolita eſſet,ueneno in-
unctam tradunt:cuius ea fuerit natura,ut cum corpori aliàs nullũ damnum
iniungat,ubi primùm tamen ſanguinem uel minimum attigerit,mortem et
celerrimam, & abſq; omni dolore afferat. Hanc acum ab ea more ſuo in ca-
pite eatenus geſtatam, tum detractam, brachioq; in hoc ſauciato, ſanguini
immiſſam fuiſſe. Ad hunc igitur Cleopatra modum, aut certè minimè diſsi-
Eunuchi fides. mili ratione cum ancillis duab. mortua eſt. Nam Eunuchus ſimul atq; Cleo
patra capta fuit, ſerpentibus ſeſe ultrò mordendum præbuerat, morſusq; in
foueam præparatam ſibi ad id inciderat. Cæſar audito Cleopatræ interitu,
attonitus, corpus eius uidit, remediaq; ei, & Pſyllos adhibuit, ſi qua eam ra-
Pſylli. tione uitæ reſtituere poſſet. Pſylli enim hi uiri ſunt (neq; enim fœmella na-
ſcitur Pſylla) qui poſſunt omnium ſerpentum uenena ex hominibus non-
dum mortuis exugere, neque ipſis morſis à ſerpentibus incommodum ul-
lum accidit. Naſcuntur autem ex ſeipſis, natosq; aut ſerpentibus continuò
iniectis, aut ipſis faſciolis in ſerpentes cõiectis probant: nam ſerpentes ne-
que lædere infantem poſſunt, & ueſtibus eius impoſitis, torpore corripiun
tur. Cùm nullo modo ad uitã reduci Cleopatra poſſet, miratus eam, ac mi-
ſericordia proſecutus, magnoperè doluit, omni ſe triũphi ſui gloria ſpolia-
tum eſſe ratus. Ita Antonius ac Cleopatra multorum malorũ & Aegyptijs
& Romanis autores, & bellum geſſerũt, & mortem oppetierunt, ac eodem
modo conditi, in eadem arca ſepulti ſunt. Fuit autem hæc utriuſq; animi n
Antonij ingenium. tura, & uitæ fortuna. Antonius quæ ex uſu eſſent intelligendo nemini co
ceſsit, idemq; multa imprudenter egit. in nõnullis rebus fortitudine clarus
multas propter timiditatem infeliciter geſsit: par in eodem magnanimitas
ac puſillanimitas erat, aliena rapiebat, ſua negligebat, multos præter ratio-
nem miſerabat, plures iniuſtè plectebat. his artibus ex infirmiſsimo poten-
tiſsimus, ex pauperrimo ditiſsimus effectus, neutro bono uſus eſt: ſed cum
Cleopatræ natura. ſolus Romanorum imperio potiri cuperet, ſeipſum interfecit. At Cleopa-
tra modum neque rei ueneree, neque auariciæ ſtatuere nouerat, multa per
ambitionem prodigalitate, multa etiã temeraria ſuperbia utens, regnũ Ae-
gyptium amore parauerat, ac eadem arte Romanum quoq; adipiſci inten-
dens, & hoc non conſecuta eſt, & ſuum inſuper perdidit: cumq; duos uiros
Cæſar in liberos eorũ quid ſtatuerit. Romanorum ſuo tempore maximos ſub ſe redegiſſet, propter tertium ne-
cem ſibi ipſa conſciuit. Hæc illorum & uita fuit, & exitus. Ex liberis autem
eorum Antyllus, quanquam ei erat Cæſaris filia deſpõſata, ac in patris eius
facellum

ſacellū à Cleopatra factum confugerat, ſtatim iugulatus eſt: Cæſario autem in Aethiopiam fugiens, interceptus in itinere, necatus: Cleopatra autem Iubæ, Iubæ filio in matrimonium tradita eſt. Hunc Iubam Cæſar in Italia educatum, ac ſuam militiam ſecutū hoc regno, & paterno etiam donauit: hisq; etiam Alexandrum & Ptolemæum conceſsit: ſororis ſuæ filiabus, quas ex Antonio ſuſceperat Octauia, ac nutriuerat, pecunias ex bonis paternis tribuit. Iulio Antonij & Fuluiæ filio libertos eius cōfeſtim ea omnia dare iuſſit, quæ morientes ei relinquere legibus iubebantur. Qui Antonij rebus fauiſſent, eorum alios ſupplicio affecit, alios uenia, uel ſua ſponte, uel amicis intercedentibus. Cumq; inueniſſet apud Antonium permultos principum ac regum liberos, alios obſidum nomine, alios per contumeliam educatos fuiſſe, eorum partem domum remiſit, partim coniugio inuicem copulauit, alios retinuit: ego cæteris omiſsis, duo tantum exēpla eius rei nominatim commemorabo. Iotapem regi Medorum, qui ad ſe uictus cōſugerat, ultrò reddidit: Artaxæ autem, quia is Romanos, qui in Armenia ſuperfuerāt, occidiſſet, fratres ſuos quantumuis petenti non remiſit. Aegyptijs porrò, Alexandrinisq; uniuerſis ignouit, ac nullum eorum occidit: cuius cauſa re uera hæc fuit, quòd nolebat tot talesq; uiros, qui multis in reb. magnoperè Romanis profuiſſent, extremis malis afficere. nam prætendebat huius ſuæ clementiæ cauſam, Deum Serapin, Alexandrumq; urbis conditorē, tertiumq; præter eos Areum Alexandrinum ciuem, cuius olim in philoſophia opera ac conuerſatione uſus erat. Orationem autem, qua cauſam ueniæ ipſis dateę exponeret, Græcè habuit, ut intelligi ab ipſis poſſet. Deinde corpus Alexandri inſpexit, idq; attrectauit, ità ut naſi quoq; (ita enim fertur) particulam aliquam fregerit: Ptolemæorum autem corpora, quanquā ea oſtendere Alexandrini enixè uolebant, nō ſpectauit, regem ſe, nō mortuos uoluiſſe uidere dicens: eademq; de cauſa Apim quoq; noluit accedere, deos ſe, nō boues adorare conſueuiſſe perhibens. Aegypto autē tributariæ factæ Cornelium Gallum pręfecit. Multitudo ſanè hominum, urbium, ac agrorum, ac mores eius gentis leues efficiebant, tum copia annonæ & pecuniæ efficiebant, ut non modò committere prouinciam Senatori nulli auderet, ſed & proficiſcendi in Aegyptum poteſtatem, niſi ipſe nominatim alicui permiſiſſet, omnibus adimebat: adeò enim ſuſpectos Aegyptios ſtudij nouarum rerum habebat, ut nemini eorum Senatorem eſſe Romæ permiſerit, ſed cæteris quidem urbibus ſuo unicuique modo, Alexandrinis ſine Senatoribus Rempublicam adminiſtrare iuſſerit. Quæ eo tempore conſtituta, reliqua quidem omnia hodieq; conſtant: Senatores autem Alexandriæ ſunt, & eſſe ceperunt ſub Seuero Imperatore, Alexandriniq; in Senatum etiam Romanum adſcripti ſunt à filio huius Antonino. Hoc pacto Aegyptus in ſeruitutem redacta eſt, omnibus qui reſtitiſſent, paulo pòſt ſubactis. quod ipſis diuinitus etiam euidenter præmonſtratum fuit. Nam & pluit ijs in locis, in quibus antè nulla unquam gutta deciderat: idq; non aqua, ſed ſanguine: & ſimul arma in nubibus apparuerūt, ſonitusq; ab alia parte tympanorum ac cymbalorum, fiſtularumq; & tubarum uoces exauditæ ſunt. Draco quidam immodicæ magnitudinis repentè apud Aegyptios uiſus, immēſum ſibilauit: apparueruntq; eodem tempore Cometæ, & mortuorū imagines, ſimulacraq; triſticiam præ ſe tulerunt, & Apis lugubrem mugitum, ac lacrymas edidit. Cæterùm magna pecuniæ uis in regia reperta eſt (omnia enim ferè etiam ſanctiſsimorū templorum donaria ſuſtulerat Cleo

Antylli & Cæſarionis interitus.

Cleopatra Iubæ nupta.

Alexander.

Ptolemæus.

Iotape patri reddita.

Artaxæ in Romanos iniuria.

Alexandrinis cur pepercerit.

Areus philoſophus.

Corpus Alexandri.

Apis.

Aegypto tributariæ factæ Cornelius Gallus præficitur.

Alexandrini quādo Senatores Romæ eſſe ceperint.

Prodigia ſeruitutem Aegypto prædicentia.

Cometa.

Maxima præda Romani potiti.

patra, ac Romanis prædam ſine ipſorum ſcelere aliquo adauxerat) multæ
etiam ab ijs, qui criminis alicuius rei fierent, exigebantur, ac reliqui ſeorſim
omnes, qnibus crimen nullum obijci poterat, beſſem bonorum ſuorum po
ſcebantur. Inde omnibus militibus ſtipendia debita numerata ſunt: qui ue-
rò tum quoq; cum Cæſare erant, ducenos quinquagenos ſinguli denarios
accèperunt, ne urbem diriperent: omnibus qui mutuum antè aliquid dediſ-
ſent, exolutū id eſt: multa Senatoribus ac equitibus qui in belli ſocietate fue
rant, dona data ſunt. In ſumma, Imperium Romanorum ditatum eſt, tem-
Nicopolis in Aegypto. plaq; eorum exornata. His actis, Cæſar eo quoq; ibi in loco quo pugnatum
fuerat, urbem condidit, idemq; ei & nomen, & ludos eoſdem attribuit: foſ-
ſas autem quibus aqua ducebatur, partim expurgauit, partim nouas egit: o-
Ceſar in Aſiā it. mnibusq; quę ex uſu erant conſtitutis, per Syriam in Aſiam prouinciā pro-
fectus, hyberna ibi egit: ſimulq; & ſubditorum omnia negocia, & Parthicū
Parthicum negocium ut Ceſar compoſuerit. compoſuit. Coorta enim inter Parthos diſcordia, ac quidam Teridates con
tra Phraaten inſurrexerat, & primum, quandiu res Antonij adhue *

* * *

Teridates. ac etiam poſt nauale prælium poſcentibus, nihil aliud quàm deliberaturum
ſe reſpondit, occupationem Aegyptiam prætendens: cum hoc uerè ageret,
ut ipſorū mutuo bello uires attererentur. Tunc autē Antonio mortuo, cum
Teridates uictus in Syriam cōfugiſſet, Phraates uictor legatos ad Cæſarem
miſiſſet, ijs Cæſar amicè reſpondit: ac Teridati quidem auxiliū nullum pro-
Phraatis filius obſes à Ceſare ſeruatur. miſit, ut tamen in Syria uerſaret, conceſsit: filiumq; ab eo Phraatis beneficij
loco acceptum, Romam adduxit, obſidisq; loco habuit. Hoc, & ſuperiori
tempore, permulta Romæ in honorē Cæſaris propter uictoriam naualem
Honores Ceſari decreti. ſunt facta decreta: nam ei & de Cleopatra triumphus conceſſus eſt, & for-
nix trophæum gerens Brunduſij, aliusq; in foro Romano, utq; ſacrarij Iulij
baſis captiuarum nauium roſtris ornaretur, ludiq; in honorem eius quin-
quennales haberent, feriæ eſſent natali eius die: ac ea die, qua uictoriæ nun
cius allatus fuit, utq; ei in urbem ingredienti Veſtales uirgines, Senatus, po
pulusq; cum coniugibus & liberis obuiam irent. Iam enim ſuperfluū eſt uo
ta, imagines, primum in conſeſſu locum, aliaq; id genus referre. Hæc igi-
tur primò decreta ſunt, ornamentaq; Antonij partim deiecta, partim dele-
ta, diesq; eius natalis nefaſtus iudicatus: & edicto cautum, ne quis ex ea fa-
milia Marci prænomen ferret. Poſtquam uerò mortuum eundem eſſe an-
Cicero iunior Conſul. nunciatū eſt, eo ipſo anno, in cuiꝰ aliqua parte Cicero Ciceronis filius Con-
ſulatum geſsit, quidam hoc non ſine numinis alicuius conſilio cenſuerunt
accidiſſe, quòd pater eius fuerat ab Antonio occiſus: Cæſariq; præterea de-
cretæ ſunt coronæ & ſupplicationes multæ, eiq; etiam alius de Aegyptijs
triumphus conceſſus eſt. Neq; enim uel antè, uel tunc etiam Antonium ac
Romanos qui cum eo fuiſſent, eo nomine habebant, ut de ijs triumphan-
dum eſſe ſtatuerēt. Diem quo capta fuit Alexandria, feſtum eſſe cenſuerūt,
ab eoq; reliquis annis numerandi initium ſumi, utq; Cæſar per omnē ſuam
uitam Tribuniciam poteſtatem haberet, eiq; qui ipſum imploraſſent intra
pomœrium, ac extra uſque ad D. paſſus auxilium ferre poſſet, nemini qui-
dem hoc Tribuno plebis conceſſum: utq; ad eum prouocationes fierent, ac
Quaſi Mineruæ, ſuſpecta lectio. ipſe omnibus iudicijs ſuffragiū quaſi Minerua ferret, ut ſacerdotes ac ſacræ
mulieres cum pro S.P.Q. Romano uota conciperent, pro ipſo quoque uo
ta facerent: ut in conuiuijs non modò publicis, ſed priuatis quoque pro eo
An. V.C. 725. libaretur, Cæſare V. Sexto Apuleio Conſulibus: præterea iuramēto omnia
eius

eius acta cōfirmata ſunt, Kalendis Ianuarijs ipſis: cumq́ etiam à Parthis lite
ræ ueniſſent, decretū ut in hymnos iuxtà dijs immortalibus ipſe adſcribere-
tur, tribus Iulia ab eo denominaretur, corona triumphali omnibus ludis u-
teretur, Senatores ſocij eius uictoriæ in triumpho cum ipſo inueherenť ue-
ſtibus purpuxa prætextis induti, ut dies qua in urbē intraſſet, ſacrificijs pu-
blicis celebrareť, ſemperq́ feſta eſſet: ut ſacerdotes quotcunq; uellet etiam
neglecto numero antiquitùs recepto conſtitueret: quod quidem ab eo ac-
ceptum, deinceps in infinitum excreuit, ut mihi nequaquam opus ſit de nu
mero ſacerdotum accuratè commentari. Cæſar omnia hæc paucis demptis
admiſit. id uerò apertè recuſauit, ne omnes qui in urbe erant, obuiam ſibi
procederent. Sed ex omnibus his decretis nullum ei maiori uoluptati fuit,
quàm quòd portæ Iani ab ipſis clauſæ ſunt: quaſi omnibus bellis confectis:
ac quòd augurijū ſalutis factum eſt, hactenus ob eas quas dixi cauſas inter-
miſſum. Erant quidē tum quoq; in armis Treuiri, Germanis ſibi adiunctis,
& Cantabri, Vaccæi, Aſtureſq́: uerùm hos Statilius Taurus, illos Nonius
Gallus domuit, extabantq́ apud iſtos populos quidam tumultus: ſed quia
nihil magnū inde euenit, neq; Romanis bellum eſſe ſuſcipiendum eo tem-
pore uiſum eſt, ego quoque nihil inſigne quod de ijs ſcribam habeo. Cæſar,
hoc tempore cùm alia quædam egit, tum templū Romę, ac patris ſui, quem
heroem Iulium uocabat, Epheſi & Nicææ fieri permiſit, (hæ enim tum ur-
bes Aſiæ & Bithyniæ clariſsimæ habebantur) utq́ ab incolis Romanis co
lerētur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipſe appellabat, conceſ-
ſit ut ſibi ipſi quoq; templa facerent: Aſiani quidem Pergami, Bithyni uerò
Nicomedię. Id ab hoc initio tractum reliquorum in honorem deinceps Im
peratorum non à Græcis tantùm factum eſt, ſed & omnibus alijs populis
Romano imperio ſubditis. nam Romæ quidem, & in Italia nemo unquam
alicuius precij homo id facere auſus eſt: quanquam defunctis Imperato-
ribus, qui imperio rectè uſi ſint, cùm alij diuini honores dantur, tum ſa-
craria tribuuntur. Hæc ea hyeme acta, & Pergamenis quoque ut ludos
quos ſacros dicūt, in honorem templi eius celebrarent permiſſum. Aeſtate
in Græciam, atque hinc in Italiam Cæſar tranſmiſit, eoq́ urbem intrante
rem ſacram & alij fecerunt (quod decretum fuiſſe ſuprà demonſtratum
eſt) & Conſul Valerius Potitus, qui Apuleio ſucceſſerat, Cæſare toto hoc
anno, ſicut & priori biennio, Conſulatum obtinente. Is igitur Potitus publi
cè pro S.P.Q.R. propter aduentum Cæſaris ſacrificauit, quod ante id tem-
poris pro nemine unquam factum fuerat. Deinde Cæſar legatos ſuos col-
laudauit, honoribusq́ decorauit, ut conſuetudinis ſuæ erat: Agrippamq́ in
primis pręter alios honores uexillo cæruleo, quod uictoriæ naualis eſſet te-
ſtimonium, exornauit, militibus ſuis munera quædam præbuit, populo uiri
tim quadringentos nummos diuiſit, puberibus primùm, deinde etiam pue-
ris, in gratiam Marcelli, ſororis ſuæ filij. Hæc, & quòd ab urbibus Italiæ au-
rum coronarium non acceperat, omnia quæ ipſe debebat, perſoluerat, ſibi
debita etiamnum ab alijs nequaquam exigebat, (quòd debitum quale fue-
rit, ſuprà memini oſtendere) effecerunt, ut omnium malorum Romani ob-
liuiſcerentur, ac triumphos eius libenter admodum ſpectarent, tanquam de
ſolis exteris ſuperatis ductos. Tantum enim pecuniæ per uniuerſam urbem
ferebatur, ut & facultatum cenſus auctus ſit: & fœnus quod ante denario
pendebatur, tum ad trientem eius reciderit. Prima die Cæſar triumphum e-
git de Pannonijs, Dalmatis, Iapydis, finitimiſq́ eorum, & nonnullis Galliæ

Ianus à Cæſare clauſus.

Bella barbarica.

Cæſar patri & ſibi diuinos honores dat.

Imperatoribus diuini honores dantur.

Valerius Potitus Conſul.

Cæſaris ob aduentum Romæ ſacrificatur.

Agrippa honore afficitur, & milites donis, ac populus.

Triumphi Cæſaris tres.

C. Carinæ res geſtæ et triumphus. ac Germaniæ populis. Nam C. Carinas Morinos, aliosq́ eorum rebellionis ſocios domuerat, Sueuosq́ Rhenum aliquoties tranſgreſſos profligauerat: itaq́ & ipſe triumphum (quamuis pater eius à Sylla interfectus, & ipſe cum eiuſdem conditionis hominibus magiſtratum gerere prohibitus fuerat) duxit, & Cæſar: quoniam uictoria ad ſummæ rei præfectum imperatorem referri ſolebat. Secunda die Cæſar de Actiaca nauali pugna triumphauit. Tertia, de ſubacta Aegypto. Erant quidem reliqui etiam triumphi inſignes, propter ſpolia, quæ tanta parta fuerant, ut apparatui omni facilè ſuffecerint: Aegyptius tamen precioſiſsimus fuit, & ornatiſsimus apparatu. Inter alia quæ in eo triumpho inferebantur, Cleopatra etiam in culcitra portabatur, ad imitationem mortis eius efficta, ut quodam modo ipſa etiam inter reliquos captiuos, cum Alexandro filio ſuo, filiaq́ Cleopatra, quibus Solis & Lunæ nomen indiderat, ſpectata fuerit. His omnibus triumphis Cæſar in urbem inuectus, ex conſuetudine nihil non egit, præterquam quòd collegam & reliquos magiſtratus paſſus eſt præter morem ſe ſubſequi cum Senatoribus uictoriæ ſocijs: alioquin enim magiſtratus præcedere, ſubſequi autem Senatores iſtos receptum fuerat. Deinde Mineruæ templũ, & quod Chalcidicũ uocatur, tum Curiam Iuliam in honorem patris ſui factam dedicauit, in eaq́ imaginẽ Victoriæ poſuit, quæ hodie quoque extat, Tarento olim Romam aduecta, ac à Cæſare tum in Curia poſita, & ſpolijs Aegyptijs decorata: quo Cæſar nimirum oſtendebat, Imperium ſe ex uictoria eſſe adeptum. Iulij quoq́ patris ſacrariũ multis in eo ſuſpẽſis donarijs ex præda Aegyptiaca exornauit, multa etiam Ioui Capitolino, Iunoniq́ & Mineruæ cõſecrauit, cum ex S.C. omnia in eorum templis ſuſpenſa ornamẽta, tanquam contaminata, eſſent detracta. Ita Cleopatra, quanquam uicta & capta, gloriam tamen cõſecuta eſt, cum eius ornamenta in templis noſtris affixa ſint, & ipſius aurea imago in templo Veneris conſpiciatur. Porrò in ſacrarij conſecratione, ludi omnis generis facti ſunt, patricijq́ pueri Troiam luſerunt, uiriq́ ſimili ratione equis celetibus, bigisq́ & quadrigis certauerunt. Q. Vintelius Senator pro gladiatore pugnauit. multæ feræ, ac animantia, & inter hæc Rhinoceros, & equus fluuiatilis (Hippopotamum Græci dicunt) tunc primùm & uiſi Romæ, & occiſi ſunt. Hippopotamus quale ſit animal, multi tradiderunt, multo plures uiderunt: Rhinoceros autem cætera elephanti ſimilis eſt: cornu autem ex ipſo naſo prominens habet, hincq́ ſuum nomen inuenit. Turmæ quoq́ Dacorum & Sueuorum depugnantes inuicem introductæ ſunt: quarũ altera Scythica eſt quodãmodo, altera Germanica natio. nam Sueui, ſi accuratè loquamur, trans Rhenum incolunt, quanquam multi quoq́ alij Sueuorum nomen ſibi ſumant: at Daci ex utraq́ parte Danubij habitant: quorum qui citra id flumen ſunt, Triballorum uicini, Myſorum more uiuunt, ac Myſi ab omnibus, niſi qui eaſdem regiones incolunt, appellantur: qui ultra Danubium degunt, Daci uocantur, ſiue Getæ ij ſint, ſiue Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt. Hi Daci ad Cæſarẽ ſuperioribus temporibus miſerant legatos, ac cum nihil eorum quæ peterent impetraſſent, ad Antonium inclinauerãt: uerùm inteſtina ſeditione turbati nihil magnoperè ei profuerant: ac deinde capti quidam, tum cum Sueuis dimicare coacti ſunt. Hæc ſpectacula multis (ut par erat) diebus edebantur, neq́ propter ægrotationem Cæſaris interpolabantur, ſed etiam eo abſente ab alijs curabantur, ijsq́ ludis ſinguli Senatores unam diem in ueſtibulis domorum ſuarum epulati ſunt. quod qua de

Mineruæ templum. Chalcidicum. Curia Iulia. Victoriæ imago. Cleopatræ imago. Ludi in conſecratione templi Iulij. Q. Vintelius. Hippopotamus. Rhinoceros. Daci & Sueui commiſſi. Sueui qui? Daci qui?

cauſa fecerint, neq; compertum mihi eſt, neq; à quopiam traditum. Porrò
autem Cæſare adhuc quartum Conſulatum gerente, Statilius Taurus Am-
phiteatrũ in campo Martio ſuis ſumptibus abſoluit, inq; eius dedicatione *Amphiteatrũ*
munus gladiatorium exhibuit: ideoq; ei à populo conceſſum eſt, ut quotan *Statilij Tauri.*
nis unum Prætorem eligendi poteſtatem haberet. Ferè eodem, quo hæc a-
gebantur, tempore, M. Craſſus in Macedoniam & Græciam miſſus, contra
Dacos & Baſtarnas bellum geſsit. De Dacis qui eſſent, & cur bellum ſuſce- *M. Craßi bellũ*
piſſent, diximus. Baſtarnę inter Scythas uerè numerantur. hi tum tranſgreſ- *contra Dacos*
ſi Iſtrum, Myſiam ſibi oppoſitam, finitimosq; eius Triballos, Dardanosq; *& Baſtarnas.*
ibidem habitantes ſubegerant: & hactenus quidem nihil eis erat cum Ro- *Baſtarnæ.*
manis rei. Poſtquam uerò Aemo monte ſuperato in Thracum Dentheleta
rum, quibus cum P.R. fœdus erat, regionem incurſionẽ fecerunt, ibi de-
mum Craſſus cùm ut Sitæ Dentheletarum regi luminibus capto auxilium *Sitas rex Dentheletarum.*
ferret, tum uerò ut Macedoniæ caueret, contra eos duxit: ipſo ſuo aduentu
perterritos ſine prælio ea regione expulit. Porrò domum fugientes inſecu-
tus, Segeticam occupauit: in Myſiam inuaſit, agrum infeſtauit: aggreſſusq; *Segetica.*
oppidum benè munitum, nonnullos eorum quos præmiſerat Myſis eos ſo
los eſſe coniectatis, ac obuiam egreſsis, perdidit: toto autem exercitu auxi-
lio ſuis profectus, hoſtem repulit, oppidumq; obſidione cepit. His agendis
intento Craſſo, Baſtarnæ in fuga ſubſtiterant ad fluuium Cedrum euentũ *Cedrus fluuius.*
rei expectantes: hi cum Craſſus uictis Myſis aduerſum eos quoq; iret, miſ-
ſis legatis ne ſe inſequeretur interdixerunt: neque enim ſe ullam Romanis
iniuriam feciſſe. Craſſus legatos retentos, tanquam poſtridie reſponſurus,
humaniter tractauit, uinoq; inebriauit, (quod immodicè Scythica omnis
natio ingurgitare ſolet, facileq; eo replentur) hacq; arte omnia eorum con-
ſilia expiſcatus eſt. Interim in ſyluã de nocte progreſſus, ſpeculatoribusq;
ante eam conſtitutis, exercitum quiete refecit. Baſtarnæ ſpeculatores con-
ſpicati, cum ſolos eos eſſe putarent, impetum in eos fecere: ijs' que in loca
arboribus conſita ſe recipientibus inſtantes, magna & ibi, & rurſum fugien
tes clade affecti ſunt. nam et à tergo currus ipſorum obiecti fugam impedie
bant, & uxores ſimul liberosq; eripere cupientes, peribant unà: & regem i-
pſorum Deldonem ipſe Craſſus interfecit, utique ſi imperator ac proprijs *Deldo rex Baſtarnarum à Craſſo occiſus.*
auſpicijs rem geſsiſſet, opima Ioui Feretrio ſpolia lecturus. Reliqui aut in
ſyluam confugientes, cum ea cremati ſunt: aut in oppidum euadentes, ex-
pugnatione capti, aut in Iſtrum incidẽtes, uel per regionẽ hinc inde diſper-
ſi perierunt. Quidam ſuperſtites loco munito occupato, per aliquot dies
Craſſum obſidentem ſuſtinuerunt: pòſt Rolæ Getarum regis auxilio eos
Craſſus cepit. Is Roles ad Cæſarẽ profectus, amicus ab eo ſociusq; dictus *Roles Getarũ rex, adiuuat Romanos.*
eſt. captiui inter milites diuiſi. His geſtis Craſſus in Myſos ſe conuertit, quo
rum alijs perſuadendo, alijs terrefaciendo, nonnullis ui in ſuam poteſtatem
redactis, ac præter paucos admodũ, tota ea gente ſubacta, magno quidem *Myſi ſubacti.*
cum labore & periculo: deinde quia hyems inſtabat, in ſociorum terram re-
uerſus eſt, multis à frigore, pluribus à Thracibus, per quos ut amicos iter fa-
ciebat, incommodis acceptis: quæ ei cauſa fuit, ut hunc rei gerẽdæ modum
ſtatueret. Sanè horum factorum cauſa non modò Cæſari, ſed Craſſo etiam
ſacrificia & triumphus decreta ſunt: neque tamen (quod quidam tradide-
runt) imperatoris nomẽ Craſſus accepit, ſed ſolus Cæſar. Cum uerò Baſtar *Baſtarnæ iterũ domiti.*
næ calamitatẽ qua affecti fuerant, ægrè ferrent, auditoq; eum ab expeditio-
ne contra ipſos facta deſtitiſſe, iterum contra Dentheletas & Sitam, quos

cauſam ſui mali fuiſſe unicam arbitrabãtur, proficiſcerẽtur. Craſſus uel præter animi ſui ſentententiam excitatus, maturato itinere, inopinatò eos adortus uicit, paciſq; pro ſuo arbitrio conditiones eis dedit. Ac quoniam ſemel

Thraces à M. Craſſo domiti.

arma cepiſſet, ulciſci Thracas ſtatuit, à quibus in reditu ex Myſia læſus fuiſſet, quiq; iam tum oppida munire, & bellum parare ferebantur. Ex his, etſi

Merdi. Serdi. Odryſij.

non minimo negocio, Merdos & Serdos prælijs ſuperauit, captiuorumq; manus amputauit, reliqua uſq; ad Odryſios populatus eſt. His Bacchi cultoribus, cum ſine armis obuiam ſibi proceſsiſſent, pepercit: eiſq; regionem in qua Deum iſtum colunt, Beſsis tum eam obtinentibus ademptam, dono

Dapygem Getarum regem, Rolẽ adiuuans excindit Craſſus.

dedit. Hæc eum agentem Roles contra Dapygem quorundam Getarũ regem bellum gerens ad ſe uocauit: iſq; auxilio ueniens, equitatum hoſtilem in peditatum compulit: itaq; utriſq; perterritis, nulla pugna opus deinde habuit, ſed utrarumq; copiarum fugientiũ magna ſtrage facta, Dapygem qui in caſtellum quoddam cõfugerat oppugnauit. Ibi Craſſum obſidioni intentum quidam Græcè de muro ſalutauit, collocutuſq;, proditionem compoſuit. quo modo barbari in hoſtium poteſtatem cum ueniſſe ſe uiderent, mutuis cædibus ſeſe occiderunt: inter quos etiam Dapyx obijt, cuius fratrem captum Craſſus omnis mali expertem dimiſit. His perfectis, ad ſpeluncam,

Ceira Getarũ ſpelunca capitur. Titanum refugium.

cui Ceira eſt nomẽ, exercitũ duxit. Is locus adeò magnitudine ac munimentis reliquis omnib. præſtabat, ut fabulati ſint Titanas ipſos à dijs ſuperatos eò confugiſſe. eum indigenæ occupauerant magna cum multitudine hominum: aliaſq; res precioſiſsimas ſuas, & greges eòdem omnes contulerant. Craſſus aditus omnes, qui & obliqui erant, & difficiles inueſtigatu, perſcrutatus cum obſtruxiſſet, his quoque fame deditionem extorſit. Ita ſuccedentibus rebus, neque à reliquis etiam Getis, quamuis nihil ad Dapygem per-

Genucla. Zyraxes Getarum rex. C. Antonius à Baſtarnis uictus.

tinentibus, abſtinuit: ſed ad Genucla, quod omnium ſub Zyraxis imperio oppidorum erat ualidiſsimum, profectus, quòd ibi ſigna militaria adſeruari audierat, quæ C. Antonio Baſtarnæ apud Iſtrorum urbem ademerãt, oppidum id ſimul à terra & à fluuio (Nam Genucla ad Iſtrũ ædificata erant) oppugnans, paruo temporis ſpacio, non tamẽ ſine magno labore, cepit, Zyraxe quidem abſente: nam is ſimùl ac de inſtituto Craſsi cognouerat, acceptis ſecum pecunijs in Scythas auxilij cauſa profectus, nec dum reuerſus erat. Hæc in Getis à Craſſo geſta. Myſos autem qui à ſe ſubacti rebellionem

Myſi ſubacti, & Artacij.

feciſſent, aliorum opera recepit: in Artacios autem, alioſq; nõnullos populos neque ſubiugatos unquam, neque dedere ſe uolentes, ac nõ modò hoc ſuo propoſito ſuperbientes, uerùm alios quoque ſuo exemplo ad indignationem ſolicitantes, ipſe arma conuertit: eoſq; haud ſegniter ſe defendẽtes partim ui, partim quòd captiuis ſuis metuerent, in ſuam poteſtatem redegit. Atque hæc quidẽ eo tempore acta ſunt. Ego autem & hæc ipſa eo quo ab alijs tradita ſunt modo perſcripſi, & ipſa etiam populorũ nomina. Nam

Myſia quæ ſit.

antiquitùs Myſi ac Getæ omnem eam regionẽ quæ Aemum ac Iſtrum interiacet, incoluerunt: progreſſu uerò temporis, alia quidam eorum nomina acceperunt: Myſiæq; nomine omnis ea regio, quam Sauus in Iſtrum incidens, ſupra Dalmatiam & Macedoniam Thraciamq; à Pannonia dirimit, uocari cepit. in qua Myſia cùm aliæ multæ gentes ſunt, tum qui

Triballi. Dardani.

olim Triballi appellati ſunt, ijq; quos hodie etiam Dardanos nominant.

DIONIS

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QVINQVAGESIMVS SECVNDVS,

[redacted] *Auguſtano interprete.*

1

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quemadmodum Cæſar conſilium Monarchiæ deponendæ inierit. &

Vt imperator uocari inceperit.

Acta ſunt hæc reliqua parte eius anni, quo Cæſar V. & Sextus Apuleius Conſules fuerunt.

HAEC itaq; à Romanis ſub regibus, inq; populari Reipublica adminiſtratione, ac certorum deinde hominũ principatib. acta ſunt annis ab urbe condita DCCXXV. Hoc autem anno uerè iterum penes unum hominem ſumma totius Reipublicæ eſſe cepit: quanquam armorum deponendorum, resq; omnes Senatus populiq; poteſtati tradendi conſiliũ Cæſar agitauerit. Ad quam deliberationẽ cum Agrippã Mæcenatemq; adhibuiſſet (nam cum his de omnibus ſuis arcanis cõmunicare ſolebat) prior in hanc ſententiam Agrippa locutus eſt.

Quando monarchia Romana ceperit ſub Imperatorib.

Etſi te, Cæſar, ſolo ſummæ totius imperij præfecto, multa inde ad me redierunt bona, mirari tamen non debes me ab ea Reipublicæ adminiſtratione te dehortari. Nam ſiquidem ea tibi quoque conducibilis futura eſſet, omni ſtudio in ea tibi adſeruanda laboraſſem: nunc cum longè diuerſa ſit huiuſmodi Imperatoris, & amicorum eius conditio, cum hi quos uelint fructus citra inuidiam ac pericula percipiant, ille utriſque his ſit obnoxius, non priuatum meum commodum, quod ne in alijs quidem negocijs ſequi ſoleo, ſed tuam, ac publicam ſalutem ſpectandam mihi eſſe cenſui. Proinde per ocium omnia ea, quæ adſunt Imperio huic, quod unus ſupremum gerit, expendamus: eoq; facto id ſequamur, quod ipſa nobis ratio oſtendet. neq; enim quiſquam dicet omni modo id imperium, etſi minimè nobis expediat, eſſe à nobis expetendum. Nam ſi id quidem ſtatuerimus, alterum horum accidat nobis neceſſe eſt, ut uel ſecundam fortunam ferre non potuiſſe, ſucceſſuq; rerum proſpero de ſanitate mentis deiecti uideamur: uel cum iamdudum ſummam rerum affectauiſſemus, pietatis in patrem tuum, inq; S.P.Q.R. præſcriptione uſi cenſeamur, non ut hos inſidiatoribus liberaremus, ſed ut ipſos in ſeruitutem redigeremus: quorum ſanè neutrum crimine uacat. Quis enim non indignè ferat, alia nos in ore, alia in pectore geſsiſſe cernens? qui uerò non maioribus nunc odijs imperamur, quàm ſi initio ſtatim cupiditate noſtra detecta regnũ affectaſſemus? Nam ui aliquid tentare, etſi id cum iniuria aliorum coniunctum eſt, tamen humanæ naturæ conueniens quodammodò eſſe exiſtimatur: qui enim alios quapiam in re præſtat, ijs plus habere ſe æquum iudicat: idq; ſi conſequatur, fortunæ potentiæ, ſin minus, fati legibus adſcribitur. Qui uerò inſidioſe ac malitioſe idem conatur, primùm fraudulentus, peruerſus, improbus, prauique ingenij homo eſſe iudicatur: (quæ tibi aliorum uel ſermone, uel opinione tribui ſatis ſcio te ferre non poſſe, ſi etiam orbis terrarum inde ad te redeat arbitrium) deinde uel adeptus id quod petebat, iniuſtè reliquis ſuperior factus: uel ſi ſecus ei conatus ceciderit, meritũ infortunium tuliſſe cenſetur. Quæ cum ita ſint, certè non minus crimen nobis impingetur, ſi etiam initiò

Agrippæ oratio, qua Cæſarẽ ad deponendũ principatũ, & reddendam populo Romano poteſtatem adhortatur.

Non ſimpliciter eſſe expetendã monarchiam.

Vis facilius ueniam inuenit, quàm ſimulatio.

nulla

Moderari fortunæ nõ poſſe, turpe eſt.

nulla huiuſmodi cupiditate acti, nunc ea appetamus. Longè enim deterius eſt præſenti conditioni ſuccumbere, & ſe continere nequire, doniſq; fortunæ non rectè uti, quàm aduerſis rebus impulſos alijs iniuriam inferre: hoc enim ij faciũt, qui à ſuis calamitatibus etiam inuiti utilitatis ſuæ cauſa aliquid peccare cogũtur, cùm illorum impotentia uoluntaria ſit, ac præter ipſorum quoq; commodum ea agant. Iam qui nulla æquanimitate ſunt prędititi, neq; moderari oblatis ſibi bonis poſſunt, quomodo eos putandum eſt aut alijs rectè imperaturos, aut res aduerſas rectè toleraturos. Proinde ita nos hanc deliberationem ineamus, ut neutro horum uitiorum laborare, aut imprudenter uelle quicquam agere uideamur, ſed id ſecuturi, quod conſultantibus nobis optimũ uiſum fuerit. Dicam autem liberè quod ſentio. nam neq; aliter ipſe loqui poſſum: & mendacia adulationibus coniuncta te nequaquam libenter auditurum noui.

Commẽdat æqualitatẽ, cùm eodem in Republica iure uiuitur.

Aequalitatis & nomẽ eſt ſpecioſum, & res iuſtiſsima. Qui e: im eandem naturam acceperunt, ex eadem gente ſunt nati, ijſdem moribus educati, ijſdem legibus inſtituti, eundem corporum animorumq; uſum patriæ exhibent, quî non iuſtum ſit eos cæterorum quoq; omnium communitatem habere, quî non optimum ſit, neminem alteri niſi uirtutis cauſa præferri? Qui enim eadem ſunt conditione nati, æqualitatem appetunt, eaq; potiti gaudent, deſtituti dolent: homineſq; cum & ex Dijs ſint orti, & ad eos redituri, ſurſum reſpiciunt, ac neq; uolunt ſub unius ſemper eſſe imperio, neq; ferunt ſe laborum, periculorum, impendiorumq; participes, rerum meliorum communicatione priuari: ideoq; ſi cogantur omninò aliquid huiuſmodi tolerare, eum à quo ſibi uis facta eſt, odio habent. Omnes enim habere in alios imperium cupiunt, ac propterea ipſi quoq; aliquà ex parte parêre alijs dignantur: nolunt alios ſe potiores eſſe, ideoq; ipſi etiam alijs ſe ui non pręferunt: gaudent honoribus ab æqualis dignitatis hominibus, laudant ſupplicia ex præſcripto legum irrogata. Qui, ſi hac ratione Reſpublica adminiſtretur, communia & bona & mala ducentes, nihil aduerſi ciuium ſuorum ulli, omnia proſpera contingere optant: ac ſi quis ipſorum uirtute aliqua præditus eſt, eam & oſtendit promptè, & exercet ſtudioſe, & libentiſsimè illuſtrem facit: ſin uirtutem aliquam in alio ineſſe animaduertit, eam & producere in mediũ paratus eſt, & omni ſtudio augmenta eius adiuuat, honoreſq; ei ſummos defert. ibi ſi quis improbè quicquam agit, odio eum reliqui omnes, ſin aduerſam patitur fortunam, miſericordia proſequuntur: commune totius ciuitatis & damnum, & dedecus quod inde accidat exiſtimantes. Hæc fiunt ubi populus in Republica principatum obtinet: in unius principatu diuerſa eueniunt omnia. Quæ ne ſingillatim

Comparat iam Monarchiam.

perſequar, nemo certè eſt, qui ſibi boni aliquid adeſſe uideri uelit. nam plerunq; id inimicitia eius qui ſummam rerum obtinet, ſequitur: uerùm huius mores unuſquiſque ſibi regulam uitę ſuæ proponens, ipſe etiam ea tantum exercet, unde ſine periculo priuatũ lucrum ſperet: quo fit, ut plerique proprio tantum commodo intenti, omnes alios oderint, eorumq; felicitatem ſuum damnum, infortunia ſuum emolumentum putent. Quæ cum ad húnc modum ſe habeant, non uideo quid te meritò ad principatum cum nemine alio communicandum incitare debeat, cum nõ modò is populo moleſtus,

Ipſi principi Monarchiã eſſe moleſtam.

ſed tibi ipſi longè ſit futurus difficilior. Non'ne enim uides quomodo urbs, reſq; urbanæ etiamnum ſint conturbatæ? quàm difficile ſit futurum, plebi noſtræ libertatem, in qua tot annos uixit, adimere? quàm arduum ſocios, ſubditoſq;, partim antiquitus populari imperio rectos, partim à nobis ipſis

libertate

libertate donatos, nunc in ſeruitutem redigere, idq́ tot circùm nobis inſtātibus hoſtibus? Vtq́ ab eo quod primum eſt, ac minimum, ordiar, pecunias te multas undiq́ conficere neceſſe eſt. neq́ enim ex his qui nunc ſunt reditibus cùm ad alia, tum ad alendos exercitus impenſæ ſuppetent. Iam etſi nulla Reſpublica ſine ſumptibus conſtare poteſt, tamen in ea, ubi penes populum eſt imperium, multi multam pecuniam conferunt, etiam liberalitatis opinionem ut conſequantur, ac pro ijs honores meritos adipiſcantur: quòd ſi etiam uniuerſo populo penſionem imperare neceſsitas poſtulat, tamen id eò perferunt, quòd ſibi ipſis ſe obtemperare, ac in ſuum ipſorū uſum conferre pecuniam arbitrabantur. At contrà ubi unus omniū dominatur, eum ut diuitijs abundantem ſolum impenſas facere æquum eſſe cuncti iudicāt, ſtudioſiùs redditus, quàm ſumptus quos is faciendos habet, indagantes, ac neq́ priuatim libenter ultro'ue aliquid pendunt, neq́ ſua ſponte publicas penſiones offerunt: quorum illud quidem nemo facere animum induxerit, (neque enim facilè diuitem ſe eſſe confitebitur quiſquam) neque ex uſu principi eſſet hoc fieri. ſtatim enim is qui ultrò pecuniam obtuliſſet, à uulgo ciuitatis ſtudioſus iudicatus, animo elatus concutere præſentem ſtatum Reipublicæ inſtitueret. Hoc autem poſterius omnino moleſtū pleriſque eſt, idq́ eo magis, quòd damnum eſſe ſuum, emolumentum ad alios redire uident. Nam ubi popularis eſt Reipub. gerendæ ratio, permulti quoque eorum qui pecuniam pendunt, ſtipendia merere ſolēt, atque ita quodam pacto eam recipiūt: ſub unius dominio ferè alij ſunt qui agros colunt, nauigant, ac ciuilia munia obeunt, quibus præſertim penſiones incumbūt: alij uerò arma ferunt, & mercedem militiæ accipiunt. Atque hæc una eſt earum rerum, quæ tibi moleſtiam exhibebunt.

I. Difficultas pecuniæ conficiendæ in Monarchia.

Altera hæc eſt. Omnino opus eſt, ut unoquoq́ tempore in maleficos homines animaduertatur. Plerique enim (quòd in tanto imperio, tanta hominum multitudine, maximè ſtatu Reipublicæ immutato fieri ſolet) non admonitionibus, non exemplis in alios ſtatutis emendātur, ſed neceſsitas exigit, ut ignominia, exilio, aut morte mulctati coerceāntur. Quibus ſi alios iudices conſtitueris, utique abſoluentur fauore eorum damnatione euitata, hi in primis, quibus tu infenſus eſſe putaberis, (nam iudices nonnihil potentiæ ſibi arrogant, ſi quid contra principis ſententiam fecerint) aut ſi qui condemnabuntur, ex compoſito in tui gratiam damnati uidebūtur: ſin ipſe iudicis munus obire ſtatueris, multis tibi æqualium tuorū (quod quidem durum eſt) ſupplicium irrogandum erit, omninoq́ ira magis, quàm iure in eos uindicaſſe exiſtimaberis. Nemo enim credit eos qui uim inferre poſſunt, ſi iudicum munere fungantur, ex iuſticia agere: uerùm hæc omnium eſt opinio, ſpeciem eos, ac quaſi adumbratum quoddam exemplar Reipublicæ propter uerecundiam ueritati actionum ſuarum prætendere, ac ſub iudicij nomine cupiditatem ſuam explere. Atqui ubi Reſpublica populi arbitrio gubernatur, longè ſecus euēnit. Hîc enim priuatis criminibus priuati iudices, publicis publici conſtituti ſunt, qui ſorte lecti ſententias ferant: itaq́ iudiciorum exitum facilius homines ferunt, cum eum neque potentiæ iudicis, neq́ gratiæ imputare poſſint.

II. Difficultas in iudicijs exequendis in Monarchia.

Ad hæc præter facinoroſos, multi genere, diuitijs, aut alia quadam re elati, uiri alioquin boni, principatui tamē unius hominis infenſi exiſtunt: hos neque ſi augeri patiare, tutus uiues: neque ſi opprimere coneris, iuſtè ages. Qua'nam igitur eos ratione tractabis? Si generis eorum dignitatem dejicies, diuitias imminues, ſpiritus eorum magnos deprimes, omni te ſubdito-

III. Strenuos & nobiles uiros, libertatis ſtudioſos eſſe, & plurimum negocij monarchæ exhibere.

rum

rum beneuolentia priuabis. Quis enim ei bene cupiat, per quem neque nobili, neque honeſtis diuitijs prædito, neque potenti, neque forti, neque prudenti eſſe cuiquam liceat? Sin hæc ſingula creſcere ſines, haud facile tibi erit rationem inuenire, quomodo ijs utaris. Nam ſi unicus ipſe ad ciuilia ſimul bellicaq; negocia rectè & ſuo quæuis tempore conficienda ſufficeres, neque adiutores tibi ad hæc opus eſſent, alia nimirũ fuiſſet ratio: nunc cum tibi ea omnino incumbat neceſsitas, ut multos habeas laboris tui ſocios, quorum opera tot terras gubernes, eosq; omnes utique fortes eſſe, prudentesq; expedit, non ne ſi ijs exercitus ac prouincias cõmittes, periculum erit ne tu, ac Reipublicæ ſub te inſtituta forma euertatur: (neque enim uir egregius ullus ſine magno animo naſcitur, neque ea magnanimitas ex ſeruili uitæ ratione oritur: neque fieri poteſt, quin animo ſublimi ac ſpiritibus altis præditus, libertatis cupiditate ducatur, dominumq; omnem oderit) ſin huiuſmodi uiros nullis negocijs præficias, ſed ea ignauis ac nullo in numero reputatis hominibus iniungas, celerrimè & ſtrenuorũ iram propter contemptam à te eorum fidem concitabis, & maximis in rebus clades patieris. Quid enim præclari homo ignarus aut ignobilis gerat? quis eum non deſpiciat hoſtis? quis ei ſocius obtemperet? quis militum non dedignetur eius dicto audiens eſſe? Enimuerò quæ inde mala proueniant pleraq;, nihil opus habeo tibi, qui ipſe compertum hoc habeas, exponere: hoc omittendum unũ non fuit, huiuſmodi uirũ ſi rem malè gerat, plus tibi damni, quàm ab hoſtibus ſit expectandum, daturum: ſin rectè aliquid egerit, ſtatim eius animum, omnis nimirum bonæ diſciplinæ expertem, amentia correptũ iri, eumq; inde tibi ipſi formidabilem fore. Quod mali à Reipublicæ ſtatu eo, cui populus præeſt, longè abeſt: ubi quanto plures uiri diuites ac ſtrenui fuerint, tanto hi magis urbem liberalitate ac uirtute ſua augent, ijsq; urbs læta utitur, niſi ſi quis tyrannidem affectauerit: in eos enim acerrimè uindicant. *Exẽplis oſtendit Democratiã Monarchia præſtãtiorem.* Iam Græcorum etiam res hoc approbant, longè meliorem eſſe populi principatum unius alicuius Imperio: quia hi quoque quandiu unus ſolus Rempublicam adminiſtrare cepit, præclariſsimã famam adepti ſunt. *Græci.* Apparet idem ex alijs etiam populis, quorum qui ſub tyrannis uiuunt, apud eos perpetua ſeruitus, & inſidiæ contra principem reperiũtur: qui uerò annuis magiſtratibus, aut etiam ad longius tempus cõſtitutis utuntur, liberi ac ſuis legibus utentes agunt. Quanquam quid attinet uti nos exteris exemplis, cum domeſtica ſuppetant? *Romanorum exemplum.* Nos enim ipſi Romani cum antè diuerſo modo Republica inſtituta multa pertuliſſemus incommoda, deinde libertatem appetiuimus, eamq; conſecuti, ad præſentẽ potentiam peruenimus, non alijs quidem ullis, quàm popularis Reipublicæ adminiſtrationis adiuti bonis, cum & Senatus autor fieret, & populus iuberet, cum & milites ſtrenui, & duces liberales eſſent. In regno quidem nihil horũ fit, ac propterea eius tanto odio priſci Romani affecti fuêre, ut deteſtarentur eam Reipublicæ formam. *De priuatis incõmodis, quæ Cæſar Monarcha ſit ſenſurus.* His omiſsis, ſi etiam de tuo priuati commodo dicendum eſt, quomodo laborem die nocteq; tot tantisq; rebus adminiſtrandis impendendum toleraturum te putas? quomodo ualetudinẽ tuam ad id ſuffecturam? quomodo ijs te, quę homines bona habent, fruiturũ? Aut quomodo his ſpoliatus, felix futurus es? quando tandem aut ueram uoluptatẽ aliquam ſenties, aut à magnis moleſtijs uacabis? Neceſſum enim omnino eſt, ut qui tantum imperium gerat, multis curis ac timoribus cõficiatur, uoluptates minimè percipiat,

cipiat, moleſtiſsima quæq; identidē & uideat, & audiat, & ſentiat: quæ, niſi fallor, cauſa Græcos Barbaroſq; nonnullos mouit, ut oblata regna reſpuerent. Hæc igitur mature cognoſcens, prius expende, quàm ea tibi eueniāt. Turpe enim, aut potius impoſsibile eſt eum qui ſe ſemel in ea demiſerit, iterum inde emergere. Neque imponere tibi debet uel potentiæ magnitudo, uel diuitiarum abundantia, uel ſtipatorum frequentia, uel te demerentium turba: nam & magnitudinem potentiæ occupationes multæ, & magnas diuitias impenſæ ingentes neceſſariò ſequuntur, & tantus ſatellitū numerus propter multitudinē inſidiantiū cōtrahitur: adulatores uerò ad perniciem quàm ſalutē parandā plus faciūt. Hæ igitur nemini ſano cauſæ appetendi ſummi imperij debēt eſſe: ſicut ne hę quidē, quòd locupletare, ac conſeruare, multiſq; alijs beneficijs multos is qui ſolus ſummæ rerum præeſt, imò uerò etiam contumelijs ac iniurijs afficere quos uult, poteſt. Nam qui propter ea cenſet faſtigium illud ambiendum eſſe, maximo errore is ducitur. Quid enim tibi commemorem, quàm turpe, quàm periculoſum, quàm Dijs hominibuſq; exoſum ſit, libidini ac flagitijs ſe dedere, cum neq; in te hoc competat, & ipſe ſtatuerim dicere, non modò quæ is, qui potentia ſua rectè uti neſciat, mala edere poſsit, uerùm etiam quæ ijs & agenda & toleranda ſint, qui omnium optimè eam potentiam gerant. Iam quàm plurimis poſſe benefacere, eſt hoc quidem dignum quod magno ſtudio quiſquam conſequi curet, uerùm ſi eam beneficentiam priuatus aliquis exercet, tum & honeſta, & uenerabilis, & glorioſa, & tuta eſt. In unius principatu primùm ea non tanti eſt, ut reliqua incommoda, quæ ſunt multa, compenſet, utpote hæc quoq; propter eam ſint ferenda, præſertim cum huius fructum alij ſint percepturi, ad te uerò ſolum iſtorum moleſtia reditura. Deinde non eſt perinde, ut uideri alicui poteſt, ea res ſimplex ac expedita, neque unus ille ſummam in omnia poteſtatem obtinēs, omnibus qui aliquid beneficij deſiderant, ſatisfacere poterit. Omnes enim fermè homines ab eo aliquid accipere poſtulabunt, etiamſi nullum ijs beneficium debeatur: (quippe ita cōparatum eſt à natura, ut unuſquiſque ſibi placeat, ac boni aliquid ab eo qui dare poteſt, adipiſci uelit) atqui reſpectu tantæ eorum qui beneficia poſtulant multitudinis, facilè numerus iniri eorum poteſt, quæ ipſis largiri ille queat, honorum inquam, magiſtratuum, & aliquando etiam pecuniæ. Quę cum ſint, in odium eorum qui id quod petebant nacti non ſunt, facilius incurret, quàm eorum fauorem conſequatur, quorum uoto ſatisfactum eſt. Hi enim, tanquam debito ſibi exoluto, alioquin etiam nō exiſtimantes magnam ſe ei qui dedit gratiam debere, cum ſint nihil ſua opinione amplius conſecuti, præterea quoque gratiarum actionem ſubterfugiunt, ne ea re ſe indignos acceptorum beneficiorum fuiſſe profiteantur: illi ſpe ſua fruſtrati, duplicem iniquo id animo ferendi cauſam habent: unam, quòd priuati re ſua (præcipiunt enim animo omnes ea quæ cupiunt) ſibi uidentur: alterā, quòd ſibi alicuius culpæ conſcij, eam quin impetrarent id quod ſperauerāt, obſtitiſſe putant. Nam qui beneficia conferre rectè intendit, is pro ſuo unumquenq; merito ut tractet, prouideat, ac ita alios muneratur, alios prætcrit: ut iam huius ipſius iudicium aliorum animos extollat, aliorum indignationem ipſa conſcientia eos ſtimulante excitet. Quæ ſi quis ueritus, diſtribuere beneficia diſcrimine iſto neglecto ſtatuerit, uehemēter errabit. nam & mali inconuenienter honore affecti, deteriores fient, uel laudari ſe tanquam bonos, uel tanquam formidabiles demulceri opinantes; et boni, cum

Obiectioni occurrit.

Reiectio.

Beneficentiam à Monarcha difficilimè poſſe exerceri.

ſe malis potiores non haberi, neq; plus illis ſibi tribui uideant, maiorem ex eô quòd malis æquati ſint moleſtiam, quàm ex beneficio gaudiū percipiēt: ac proinde omiſſô uirtutis ſtudio, deteriorum uitam imitabuntur. Quo efficitur, ut ab hac ipſa munificentia neque bonus aliquis ad principem redeat fructus: & qui beneficijs afficiuntur, peiores abeant: ut ſi prorſus aliquid in regia poteſtate ineſt quod te delectet, certè intelligas difficillimā tibi hanc

Concluſio.

rem futuram. Quapropter hæc, & quæ paulò ante retuli, cum animo tuo cogitans, conſilium dum res patitur cape, ac populo arma, prouincias, magiſtratus, & pecunias redde: quòd ſi ultrò nunc feceris, cum ſumma id tua apud omnes mortales gloria, ac ſecuritate fiet: ſin expectabis, dum uis tibi

Exempla.

inferatur, fortaſsis malum aliquod cum dedecore patieris. Documento ſint Marius, Sylla, Metellus, ac Pompeius initiô, qui rerum potiti, ſtatim à dominatione ſe abſtinentes, omnia pericula euitauerunt: contrà Cinna, Carbo, Marius alter, Sertorius, atq; idem Pompeius poſtea temporis principatum affectantes, malè perierunt. Haud facilè enim hæc urbs, quæ tot annos populi arbitrio gubernata eſt, tot populis imperat, ſeruire alicui dignabi-

Camilli exiliū.

tur. Audiuiſti etiam hoc, quemadmodum Camillum maiores noſtri, quòd

Scipio.

albis equis in triumpho uſus eſſet, in exilium egerint: ut Scipionem euerte-rint, quòd eum Rempublicam defraudaſſe iudicaſſent, meminiſti quę in pa-

Iulius Cæſar.

trem tuum ſtatuerint, quòd regnum eum petere ſuſpicarentur: at certè prę-ſtantiores his uiri nulli unquam extiterunt. Neque ego tibi ſuadeo, ut tantùm principatum deponas, ſed ut priùs omnia quæ ex uſu Reipublicæ ſint, agas, tuumq; principatū edictis ac legibus, quas fieri expedit, claudas, Syllæ exemplo, cuius etſi pòſt quædam ſtatuta abolita ſunt, pleraq; tamen & potiora ſuperſunt. Neque eſt quod obijcias, futurum ut hoc modo ſeditiones quidam excitent, multo enim minus (ut prius oſtendi) ſub unius poteſtate eſſe tolerabunt. Itaq; ſi omnia quæ expedire poſſunt, præmeditati fuerimus, abſurdiſsimum fuerit profectò potius ſeditionum quas popularis Reipublicæ ſtatus ſecum fert, metu moueri, quàm tyrannidis, quæ ex unius imperio enaſci ſolet: cuius de malis dicendum mihi non duxi, quia non conſilio traducendi rem alioquin criminationibus opportuniſsimam, hæc uerba feci: ſed ut oſtenderem hanc eſſe eius naturam, ut neq; boni uiri

Deſunt haud pauca, perorationem Agrippæ, et primam partem complexa eius orationis, quā Mæcenas ad Cæſarem habuit, ad retinendum imperiū cum cohortans.

Mecenatis oratio.

neq; perſuadere facilè aliquid propter libertatem ſui diſsimilibus poſſunt, etiam ſi res ijs diſſentientibus proſperè gerant. Quamobrem ſi tibi patria cordi eſt, pro qua tanta bella obijſti, cui lubens etiam animum impenderis, transforma eam, ac in meliorem formam caſtigatam redige. Nam licētiam habere omnia ex animi ſui ſententia agendi loquendiq;, id ſi in ſapiente ho-

Libera alicuius poteſtas quomodo Reipublicæ utilis.

Ratio bona Monarchiæ.

mine ſpectaueris, eſſe cauſam publicæ felicitatis inuenies: ſi uerò in ſtulto, cōmunis perniciei: ideoq; qui eam poteſtatē homini fatuo cōcedit, infanti ſcilicet hic, aut inſano gladiū porrigit: qui aūt prudenti eam tribuit, hoc efficit, ut is omnibus, ipſisq; adeò fatuis nec uolentibus ſalutē afferat. Quare te quoq; uelim nō ad uocabulorū decorā ſpeciē reſpicientē decipi: ſed ea quæ inde ſequuntur præmeditantem, ferociam plebis compeſcere, adminiſtrationem Reipublicæ tibi optimisq; alijs uiris ſumere, ut prudentiſsimi con-

ſilia

ſilia ineant, artibus imperatorijs inſtructiſsimi exercitus ducant, robuſtiſsimi ac pauperrimi ſtipendia faciant. Hac enim ratione fiet, ut cum ſuas quiſque partes ſtudioſe obeat, mutuæq; operæ tradantur, neque ſuum quiſquã defectum ſentiat, & uerum populi imperium, libertasq; tuta parẽtur. Illa enim plebis licẽtia, qua optimus quiſq; ſeruire cogitur, & acerbiſsima eſt, & utriſque communem perniciem adfert: hæc autem, in qua modeſtia ubique præfertur, ac unicuique id quo dignus eſt tribuitur, omnes ea utentes ex æquo felices efficit. Neq; enim id exiſtimare debes, autorem me tibi eſſe, ut tyrannidem in S.P.Q.R. in ſeruitutem redactum teneas, quod neque dicere meum, neque facere tuum eſt: uerùm hæc ego conſulo, quæ & tibi & urbi honeſta ac utilia ſint futura, nempe ut tu cum optimatibus omnia quę ex uſu ſint, decernas, neq; contradicente, neque repugnante quoquam ex populo: utq; ueſtro arbitrio bella gerantur, omnibus reliquis mandata ueſtra exequentibus: ut ueſtræ ſit poteſtatis creare magiſtratus, præmiaq; ac ſupplicia irrogare: ut quod tu optimatesq; communi ſentẽtia ſtatueritis, id ſtatim legis uim habeat: ut bella occultè ac per occaſiones hoſtibus inferãtur: ut quibus ea committũtur, ij non ſorte aut ambitione, ſed uirtutis gratia ad id deligantur: ut boni citra inuidiam honoribus ornentur, mali ſine ſeditione plectantur. Sic demum Reſpublica rectè geretur, cum neque omnibus conſilia de ea inita uulgentur, neque in aperto ea agitentur, neque ijs qui ultrò ſeſe obtrudunt mandentur, neque ob eorum ambitionem in periculum ueniant. Ita noſtris nobis licebit perfrui bonis, neque bella periculoſa, neq; impias ſeditiones mouentibus. Atqui hęc mala uſuuenire ſolent ubi penes populum eſt ſumma Reipublicę, cum potentiores & ad primatum aſpirẽt, & infirmiorum operas mercede conducant, atq; ita omnia perturbent. Senſimus hæc ipſi iam diu, neq; alia præter eam quam dixi, ratione finis eis imponetur. Cuius rei euidens ſignum eſt, quòd longo iam tempore bellis et ſeditionibus uexamur propter hominum multitudinem, ac rerum magnitudinem: quia & homines tam uarij nationib. ac natura, ac tam multipliciter diuerſis affectibus præditi ſunt, & res ipſæ eò perductæ ſunt, ut difficulter adminiſtrari poſsint. Id me uerè loqui, res ipſæ teſtantur quę euenerunt nobis. Nam quantiſper neque ingens fuit Romani populi multitudo, neque multo præſtantior uicinis, & ciuitas bono in ſtatu fuit, & Italia ferè tota ab ijs ſubacta eſt. Poſtea quàm uerò extra Italiam progreſsi, in uarias terras inſulasq; traiecimus, omnia maria, omnes terras nomine potentiaq; noſtra repleuimus, ex eo iam nihil boni nobis accidit: ſed primùm domi atque intra mœnia coitionibus factis Rempublicam cõcuſsimus, deinde in exercitus quoq; id mali propagauimus. Itaq; urbs noſtra naui onerariæ magnæ ſimilis eſt, quæ repleta uaria turba, ac deſtituta gubernatore cùm ſit, multis nũc ſeculis uarijs procellis agitata fluctuat, ac hinc inde nullo retinaculo firmata iactatur. Eam tu ne tempeſtate cõflictatam negligas: uides enim ut iam plurimum aquę hauſerit, neque abrumpi retinaculum prorſus patere: eſt enim conquaſſata iam, neque diutius durare poterit: ſed quoniam dij miſerati patriam, ei te rectorem ac magiſtrum dederunt, noli eam proijcere, quin ſicut ea per te nunc paululum reſpirauit, ita effice, ut ſequentibus quoque ſæculis tuta permaneat. Ac iamdudum quidem te meum conſilium, quo te ut ſub unius tui imperio populus regatur adhortor, probare exiſtimo. Quod ſi ita eſt, agedum id imperiũ tu promptus ac paratus ſuſcipe, imò uerò ne depone. Neque enim de eo deliberatio nobis eſt, qua'nam id ratione

Oſtẽdit Democratiam ſeditionibus quàm maximè obnoxiam eſſe.

Periculoſam fore Cæſari depoſitionem Imperij cõfirmat. Exempla. Pompeius. Iulius Cæſar. Marius. Sylla.

adipiſcaris,ſed ne id amittas,ac præterea in pericula incidas. Quis enim tibi parcet,ubi omnes res uti nunc eæ ſunt, populi, aliorumq́ poteſtati permittes,cum & permulti à te ſint offenſi, & omnes ferè ſummam rerum tentaturi,quorum alteri & ulciſci te,alteri aduerſariũ ſibi te è medio tollere cupient? Argumento ſit Pompeius,qui cum potentia ſua ultrò ceſsiſſet, contẽptui deinde habitus,inſidijsq́ petitus, coperijt,quòd recuperare eam nõ ualuit. pater item tuus cum idem facere uellet, interijt. quod idem Mario quoq́ & Syllæ accidiſſet, niſi morte præuenti eſſent. quanquã ſunt, qui Syllam quoq́ cum hoc ipſum timeret,morte ſibi conſcita aduerſarios anteuertiſſe dicant: certè permultæ eius leges, ipſo etiamnum uiuente,antiquari ceperunt: ut tibi etiam multi Lepidi, Sertorij, Bruti,Caſsijq́ ſint expectandi.

Diluit Agrippæ argumentum, fore dicentis ut ſi Monarchiam retineat Cæſar, uideatur eius gratia omnia priora egiſſe. Translatio culpæ.

Hæc tu cernens,reliquis etiam rationibus ſubductis,noli uitandæ eius opinionis gratia,quaſi ſponte tua principatum appetijſſes,teipſum & patriam prodere. Primùm enim etſi quis maximè hoc ſuſpicabitur, tamẽ is certè conatus non eſt ab hominis natura alienus,ſed honeſtus. deinde quis neſcit, qua neceſsitate ad hæc agenda compulſus fueris? ut ſi quid culpari in hac re poſsit,id omne iuſtiſsimè patris tui occiſoribus imputetur: qui niſi ita impiè ac miſerè eum trucidaſſent, neq́ tu quidẽ aut arma ſumpſiſſes, aut exercitum collegiſſes, aut cum Antonio & Lepido pactum iciſſes, aut in hos ipſos deinde uindicaſſes. Quæ omnia te rectè & iuſtè egiſſe,nemo eſt qui ignoret: ac ſi quid adeò delictum eſt,tutò id corrigere non licet. Igitur & noſtrûm ipſorum,& ciuitatis cauſa,agedum pareamus fortunæ,tibi uni imperium deferenti: agamusq́ ei ingentes gratias, quòd non bellis tantũm ciuilibus nos repleuit,ſed conſtitutionem quoque Reipublicæ à te fieri uoluit: cuius cum eam quam par eſt,curam gereres, manifeſtũ efficias ab alijs motus illos ac mala fuiſſe edita,te uerò eſſe bonum ciuem.

Magnitudinẽ imperij non eſſe metuendam, alterum quod obiecerat Agrippa, ſoluit.

Neque uerò magnitudinem imperij metuere debes,quod quanto maius eſt, tanto plura etiam quibus conſeruetur habet: longeq́ facilius eſt parta tueri, q̃ adipiſci quicquam,cum ad hoc labores & pericula requirantur,illud curam tantùm mediocrem deſideret. Quòd ſi in eo gerendo meum conſilium ſequi inſtitueris, nihil eſt quod uerearis, ne nõ & ſumma cum ſecuritate tibi uiuere, & omnibus homini conceſsis bonis frui poſsis. In quo meo conſilio explicando ſi pluribus uerbis ſum uſurus,non debes iudicare, uoluiſſe me à propoſito ſermonem deflectere, aut loquacitatis ſtudio in id deductum eſſe: ſed à me hoc fieri in hunc finem, ut perſpicuũ tibi reddã, hominẽ prudentẽ poſſe,ac facilè quidem poſſe & rectè, et ſine periculo ſummę rerũ præeſſe.

Præcepta feliciter adminiſtrãdi Imperij Romani. Senatus delectus. Etiam peregrinos in Senatũ allegendos.

Principiò igitur ſtatim Senatores omnes accuratè examinãdi, ac delectus eorũ tibi habendus (nam multi in eum per ſeditiones parũ idonei adſciti ſunt) boni retinẽdi,reliqui autẽ expungendi ſunt: hîc neminem bonũ uirum paupertatis cauſa remouebis,uerùm ipſi pecuniam potius quanta opus habet, dabis: & in locum reiectorum, nobiliſsimos optimosq́ & ditiſsimos ſufficies,non ex Italia tantùm,ſed à confœderatis etiam ac ſubditis deſumptos: ſic fiet,ut neq́ multis rerum agendarum ſocijs opus habeas, & omnium populorum primarios uiros in tuto conſtitues: ac neq́ populi,cum nullũ præclarum ducem habeant,præſentem conditionẽ labefactabunt, & qui apud eos primas gerunt,cum uideant te ſecum imperium communicaſſe, amore te proſequentur.

Equeſtris ordinis examen & allectio.

Idem in equeſtri ordine faciendum. In hunc ordinem omnes eos,qui ubiq́ locorum genere,uirtute,ac diuitijs ſecundum locum merentur,adſcribes. In Senatoribus autem,equitibusq́ legendis,nihil anxius

de

de numero, omnes quotquot tibi digni uiſi fuerint, recipies: quanto enim
plures uiri eximij tecum erũt, tanto facilius omnia quæ facto uſus erit, perfi
cies: ſubditosq́ in hanc perſuaſionem adduces, quòd eos nõ ſeruorum, aut
deterioris quàm Romani ſint conditionis hominum loco habeas, ſed cum
eis omnia noſtra bona, ac ipſum etiam imperium cõmunices, ut ipſi quoq;
maiori ſtudio in id ad ſe quoq; pertinens tuendũ incumbant. Tantum uerò
abeſt ut hoc quaſi non rectè à me dictum retractandũ arbitrer, ut hoc inſu-
per addam, omnibus ijs eſſe ciuitatem donãdam, ut huius quoq; participes *Ciuitatẽ ſocijs*
fideles nobis ſocij ſint, noſtrã quaſi unicã urbẽ ipſi quoq; incolẽtes, eamq́ *dandam.*
uerè urbem, ſuas autem patrias agros & pagos putãtes. Verùm de hoc ac-
curatiùs poſtmodò conſultabimus quid ſit ſtatuendum, ne ſimul eis omnia
largiamur. Cæterùm in equeſtrem ſtatum allegendi, octodecim annos æta *Aetas allegen-*
tis habere debent. hac enim ætate potiſsimùm & corporũ firma affectio, & *dorum.*
ingenium conſpicitur: in Senatum uerò adſcribendi, annos uiginti & quin
que. quomodo enim non ſit turpe ac damnoſum, cùm nemini ante id æta-
tis ſuorum bonorum adminiſtrationem concedatis, his qui eam nondum
attigerint, rempublicam uos credere? ijdemq́ cum quæſturam, ædilitatem,
ac Tribunatum plebis geſſerint, annum ætatis trigeſimum habentes Prætо
res fiant: ad quos magiſtratus, ut ad Conſulatum etiam, ſolos Romanos ti- *Prætura.*
bi deligendos cenſeo, partim propter inſtitutorum patriæ memoriam, par
tim ne protinus immutare Reipublicæ ſtatũ uidearis. Eos magiſtratus ipſe
tu conſtitues. neq; plebi aut populo poteſtatem eorum creandorum permi
ſeris, contentionum euitandarũ cauſa, neq; Senatui, alioquin enim per am-
bitum petentur: magiſtratuum autem poteſtatem antiquitus ijs conceſſam *Magiſtratuum*
nequaquam ſeruabis, ne eòdem res recidat: ſed honore eorum integro reli *poteſtas immi-*
cto, tantum potentiæ detrahes, ut neq; dignitas eorũ diminuatur, neq; noui *nuenda.*
aliquid moliendi facultas ulli adſit. Id cùm alijs rationibus, tũ hac præcipuè
conſequêris, ſi eos omnes in urbe tantùm geri iuſſeris, ac neq; magiſtratus
tempore, nec ſtatim ab eo, ſed interpoſito quantũ ſingulis ſatis uidebitẽ tem
pore, arma eis committes: ita neq; magiſtratus titulo elati, inſuperq́ exerci
tuum cõpotes facti, ad concutiendũ Reipub. præſentẽ ſtatũ accedẽt: & mi-
tiores eo efficientur, ſi aliquandiu priuatim poſt geſtũ magiſtratũ uixerint.
Hi autẽ, ut ſingulorũ erit officij, ludos ac iudicia omnia, præterq̃ de cæde,
tempore urbani ſui magiſtratus edant. nam iudices quidem etiã ex reliquis
Senatoribus ac equitibus ſunt deligendi, ſumma tamen rei penes iſtos ſit.
Præfectus etiam urbis ex primarijs uiris quidam creandus eſt, qui omnes *Præfectus ur-*
magiſtratus, quos geri ante hunc conuenit, geſſerit, non ut per abſentiam *bis.*
magiſtratuum Rempublicam adminiſtret: ſed ut cùm reliquis in rebus ur-
bi præſit, tum cauſas quoq; eas quibus prouocatio competit, capitalesq́ e-
tiam omnes, ijs exceptis quas pòſt dicam, in urbe, ac extra eam uſque ad
LXXXI millia paſſuum dijudicet. Alius quidam ex eodem ordine deligi
debet, qui genera, facultates moresq́ Senatorum & equitum, adultorũ iux
tà ac puerilis ætatis, itemq́ mulierum, & familiæ totius examinet ac procu-
ret, eaq́ corrigat, quæ cùm ſupplicio nondum digna ſunt, tamen neglecta
multis ac magnis malis occaſionẽ præbent: de maioribus autem ad te refe-
rat. Hoc munus patricio alicui poſt præfectum urbis præſtantiſsimo, potiùs
quàm equiti iniungendum eſt, nomenq́ à tua Cenſura (nam omnino in
hac te primas gerere conuenit) haud abſurdè habebit, ut Succenſor ille di- *Succenſor.*
catur: hisq́ duobus magiſtratus per omnem ſuam uitam prorogetur, niſi

quis aliquod crimen admiſerit, morbo'ue aut ſenectute confectus ſit: nam
ex diuturno hoc magiſtratu nihil poteſt mali accidere, cum alter omnino
armis careat, alter paucos milites habeat, ac coram te maiorem partem ſui
magiſtratus obeat. At reliquos qui gerent magiſtratus, lædere aliquem,
aut iniqui aliquid agere magnoperè uerebuntur, cum ſe priuatos rurſum,
Premium. aliosq́ cum potentia futuros præuideant. His etiam occupationum ac di-
gnitatis nomine præmium aliquod dandum eſt. Prouinciæ porrò tantùm
De administratione Italiæ & prouinciarum. prætorijs uiris ſunt mandandæ: reliqui eo quem mõſtrabo ordine Propræ-
tores ſint ſemel atq; iterum, & ad Conſulatum ea ratione accedant, ſi prætu
ras rectè geſſerint, ac deinde maioribus præficiantur imperijs. Hoc autem
eſt meum de ordinanda hac re conſilium. Vniuerſam Italiam, quantum e-
ius ultra XCIIII. millia paſſuum ab urbe diſtat, cæterasq́ omnes nobis ſub-
ditas terras inſulasq́ ſecundum populos ac nationes diſtribue, ita ut ſingu-
lis urbibus, quæ unius alicuius hominis mero imperio poſſunt gubernari,
Conſulares. milites imponantur, ac Conſularis unus, & duo Prætorij uiri eis præſint,
Prætorij. quorum alter tunc primùm extra Romam amandatus, priuatorum nego-
cijs, rebusq́ neceſſarijs parandis occupetur: alter iam antè hoc munere fun
ctus, Rempublicã urbium procuret, ac imperium in milites obtineat, exce-
ptis his caſibus, in quibus ignominia aut morte plectendum eſt. Hi autem
omnes caſus ad Conſularem referentur, niſi qui ad Centuriones ac prima-
rios priuatorum hominum pertinẽt: quorum puniendorum nemini alij po
teſtatem facere tu debes, ne is adeò formidabilis alijs fiat, ut contra te etiam
aliquando quicquam conetur. Quod autem dixi, alterum ex prætorijs de-
bere militibus præfici, ita accipiendum eſt, ſi pauci quidem milites in ex-
teris urbibus ſint, aut una legio urbana: ſin duæ urbanæ legiones eodem in
loco hyberna habeant, (plures enim his ut uni committas, nequaquam ti-
bi autor fuerim) oportebit duos prætorios diuiſo imperio, legionibus, ac
rebus ciuitatum priuatorumq́ hominum præeſſe. Conſularis uerò cùm ea
quæ dixi munera obibit, tum eas cauſas, in quibus à prætorijs ad ipſum fit
prouocatio, cognoſcet. Porrò quòd Italiam in tot partes diſtribuendam ti-
bi conſulo, mirari nõ debes: cum enim & magna ſit, & hominum in ea ſum-
ma frequentia, ab urbanis magiſtratibus rectè gubernari non poteſt. opor-
tet enim præfectos ſemper ijs quos regendos habent, adeſſe, neque eis alia
quàm quę exequi poſsint negocia incumbere. Cæterùm omnes illi, quibus
Premium magiſtratuum. aliquod extra urbem imperium committitur, ſinguli rationi ſui officij con-
gruentem accipiant mercedem: nam neq; ex ſuis facultatibus in alienis lo-
cis uiuere eos conſentaneum eſt, neq; rurſum immenſis ac nullo certo mo-
do definitis ſumptibus eos uti. Iidemq́ neq; minus triennio (niſi quis quid
deliquerit) neq; plus quinquennio magiſtratum obeant. nam & annui illi
magiſtratus, ac pauco tempore circumſcripti hoc habent, ut cum quis ali-
quid in ijs addidicerit, prius decedat, quàm eius ſpecimen exhibere poſsit:
& diuturniora imperia multos ad faſtum, ac tentandas res nouas extollũt.
Quamobrem maiora imperia nequaquam unum ex alio eidem tribuenda
cenſeo, cùm quòd nihil intereſt, in eadẽ ne aliquis prouincia, an uerò in di-
Equites quibus rebus preficiendi. uerſis continenter, diutius quàm expedit cum imperio ſit, tum quòd hi ali-
quo inter magiſtratus ſuos interiecto interuallo, domum reuerſi, ac priua-
tim uiuentes, meliores redduntur. Ac de Senatoribus quidem, quæ officia
Prefecti ſatellitio. ijs eſſent aſsignanda, ſatis dixi. Proinde ex equitibus duos quoſdam præ-
ſtantiſsimos, ſatellitio tuo præficies. Nam uni id committere, periculo, mul

tis

tis uerò, turbis non caret. Duo igitur ſint, ut ſi alter etiam inſidias tibi creare conetur, tamen habeas adhuc qui te cuſtodiat. Hi ex ijs qui aliquoties militiam fecerint, deligendi ſunt, quiq́ multis alijs etiam officijs functi ſint: imperium autem obtineant in ſtipatores, omnesq́ per Italiam totam milites, ita, ut capite etiam ſontes plectendi poteſtatem habeant: demptis tamen Centurionibus, ac reliquis, in quos Senatorijs magiſtratibus tantùm eſt poteſtas, ac ea ipſa quoq; libera, ut pœnas aut præmia ſuo arbitrio imponere poſsint. Verùm hi duo, quos dixi, ſatellitij tui præfecti, in cæteros per totam Italiam milites ius habeant, ac in Cæſarianos etiam qui in tua ſunt familia, reliquosq́ omnes, quorum aliqua eſt habenda ratio. Vicarios autem habeant hi ſuos neceſſe eſt, alioquin pluribus, quàm quibus ſint expediendis onerati negocijs, exequi ea quæ uſus poſtulat, omnibusq́ ſimul iſtis præeſſe non poterunt. Hi, quemadmodum etiam Præfectus urbis, & ſubcenſor, magiſtratum omni uitæ ſuæ tempore retineant. Prætereà ex equitibus proximæ dignitatis, unus nocturnæ cuſtodiæ magiſter, & alius qui annonam procuret, ad certum tempus, ut Senatorij quoq; magiſtratus, conſtituātur: ærarij quoq; publici, ac fiſci, præterea negociorum aliorum Romæ, & per Italiam adminiſtratio equitibus mandetur. His ipſis etiam merces, quæ honori ac functioni eorum reſpondeat, danda eſt, quia Senatoribus pauperiores Romæ etiam nequeunt obeuntes aliquem magiſtratum ex ſuis facultatibus uiuere: ſed tamen ijs quoq; officia quædam committi, ex uſu eſt, cum neque fieri poſsit, neq; expediat, ut ijdem & exercitus, & pecuniam in ſua poteſtate habeant: ac præſtat per multos publica negocia adminiſtrari, ut & complures hinc emolumentum ſentiant, & experientiam rerum gerendarum conſequantur. ita enim & ſubditi maiori te beneuolentia proſequentur, multipliciter bonis publicis fruentes: & tu ſemper copiam eorum habebis, quibus ad quaſq; neceſſarias res cōficiendas utaris. Cæterùm Romæ ſatis eſt ad unamquanq; rationem pecuniæ colligendę, foris autem in ſingulis prouincijs, unico equite, qui quot opus fuerit adminiſtros ſub ſe habeat ex equitibus ſumptos, ac ex libertis. Nam hos quoque eis adiungi prodeſt, ut & ſamulis tuis præmium uirtutis extet, & non deſint tibi, ex quibus uel inuitis cognoſcere poſsis, ſi quid peccatum fuerit. Iam ſi quis eques multis negocijs obeundis adeò clarus euadat, ut dignus ſit qui in ordinem Senatoriū recipiatur, id ætas eius quo minus fiat impedire nullo modo debet: quin etiam ex ijs qui ordines in ciuilibus legionibus duxerunt, in Senatum adſcribendi aliquando nonnulli ſunt, modò ne ſtipendia meruerint: quippe turpe ac probrum ſit, eos in Senatorū numero haberi, qui aliquando ſtoreas ac corbes geſtauerint: alioquin ex ijs qui centuriones ab initio fuere, nihil impedit quin præſtantiſsimi inter Senatores referanť. Hoc quoque te ſummopere hortor inſtituas, ut Patricij equeſtrisq; ordinis homines, dum adhuc pueritiam agunt, ludos literarios frequentent: adoleſcentes autem facti, equos & arma tractare diſcant, ad utrunq; doctoribus publicis certo ſtipendio conductis. Ita enim ſtatim à puero diſcentes ac exercentes omnia ea, quæ adultis ſunt uſurpāda, ad omnia negocia aptiores habebis. Optimi enim ac egregij principis eſt, non modò ipſe ut omnia ex officio agat, uerùm ut qua ratione etiam reliqui omnes q́; optimi fiant proſpiciat. Id autem tu ita præſtabis, ſi non permittas omnia eos ex libito agere, ac deinde delinquētes corrigas: ſed ſi priùs quàm peccauerint quicquā, omnia eos doceas, quę exercētes & tibi & ſibijpſis maiori ſint uſui: ac ſi om-

Nocturnarum uigiliarū præfectus.

Liberti.

In Senatum qui ex equitib. adſcribendi.

Studia puerorum & adoleſcentium.

Boni principis officium.

Diſciplina, & inſtitutio primæ ætatis bona quid poſsit.

nem occaſionem propter diuitias, nobilitatem, aut aliam quancunq; præſtantiam uitæ per deſidiam, molliciem, aut praua ſtudia ducendæ occaſionem præcidas. Etenim permulti metuentes ne iſtiuſmodi bonorum nomine inuidię ac periculis ſint obnoxij, multa ſeipſis indigna agunt, quo tutius uiuere poſsint, atque inde miſericordiam conſequũtur: quia hoc ipſum iniquè eis accidiſſe uidetur, quòd ſibi rectè uiuere opinati ſint. ad principem uerò & damnũ, bonis uiris deſtituto, & infamia huius cauſæ redit. Id igitur ne fiat, cauendum tibi eſt: neque metuendum, ne quis eo quem dixi modo educatus, inſtitutuſq;, conſilium couellendi ſtatus Reipublicę ſit initurus: quinimò id à diſciplina nulla formatis, à libidinoſis timendum eſt: hi enim facilimè eò adducuntur, ut turpiſsima ac peſsima quæque in ſe & alios ſtatuant. Qui uerò rectè educati inſtitutiq; ſunt, cùm alium neminem iniuria afficere, tum minimè omniũ eum u olunt, qui ipſis educationis huius ac diſciplinæ autor fuit. Quòd ſi omnino quis peruerſus ingratus'que exiſtet, nullum ei huiuſmodi negocium commiſeris, unde aliquid mali facinoris edere poſsit: aut ſi nihilominus aliquid molietur, conuictum ſupplicio afficeto: neq; eſt quòd uereare, ne quis tibi id uitio uertat, qui nõ magis propter punitũ malum culpaberis, quàm medicus propter uſta aut exciſa corporis uitia: ille uerò ab omnib. accuſabiť, qui eodem quo reliqui modo eductus ac inſtitutus, periculũ tibi creare auſus fuerit. Ac de Senatoribus quidẽ & equitibus hactenus. Milites aũt perpetuò alẽdi ſunt, ex ciuibus, fœderatis, ac ſubditis delecti, ad prouincias tuẽdas, pro ratione neceſsitatis temporibus diuerſis plures pauciores'ue, qui ſemper in armis ſint, bellicaſq; artes aſsiduò exerceãt, hyberna locis opportuniſsimis habeãt, certũ militiæ tempus explicant, ita ut nonnihil ætatis etiam ante ſenium ſuperſit. Non enim ex tempore contractis auxilijs amplius uti poſſumus, qui & tam procul ab extremis imperij noſtri finibus diſtamus, & undiq; conterminos nobis hoſtes habemus: ac ſi omnibus qui integra ſunt ætate, armorum & rei bellicæ uſum concedamus, ſemper ſeditiones ab ijs., & bella inteſtina excitabuntur: iam ſi armorũ eis uſu interdicamus, ac pòſt ſuppetias ab eis accipere opus habeamus, periculum eſt ne imperitis ac inexercitatis militibus utendum nobis ſit. Itaq; hæc mea eſt ſententia, ut robuſtiſsimi omnes, quiq; ſibi alendis quàm minimè ſufficiunt, in exercitũ conſcribantur, ac in armis exerceantur, reliqui omnes ab armis & re bellica uacenr. Nam & illi ſoli militiæ dediti, rectius eam facient: & hi facilius agriculturam, nauigationes, reliquaſq; pacis actiones exercebunt, cum neq; ad arma concurrere opus habeant, & alij eorum defendendorũ cauſa excubent. Iam ea hominum multitudo, quæ ætate ac uiribus ualidiſsima, rapto uiuere potiſsimũm cogitur, citra ullius iniuriam aletur, & reliqua pars ſine periculo degẽt. Vnde ergo, inquies, pecuniæ in hos, & in alias res impendendæ ſuppetent? Enimuerò id mox oſtendam, hoc præfatus, etiamſi Reipublicæ ſummam penes populum eſſe ſinamus, utique tamen pecunia opus nobis futurum, cum impoſsibile ſit & ſine bello nos tutos eſſe, & milites ſine ſtipendio habere, ne iam uel unius principatum quaſi is ſolus neceſſariam pecunię collectionem requirat, accuſemus, uel propter hanc ab eo abhorreamus: ſed ita cõſilium capiamus, ut qui nouerimus in qualicunq; Reipublicæ forma pecuniam neceſſariò eſſe cõficiendam. Porrò quòd ad eam rem attinet, primò omnium debes, ut ego quidem ſentio, omnes publicas res (cuiuſmodi bellis partas eſſe multas uideo) uendere, paucis omnino tibi admodũ utilibus ac neceſ-

Milites quomodo habendi.

De ratione pecuniariæ rei explicandæ.

Agrippæ ſententiam refellit.

ſarijs exceptis, preciumq́ꝫ earum mediocri fœnore omne mutuò dare. Hac
ratione & terra fertilior erit, dominorum opera propria cum colatur, atque
hi ea occaſione locupletiores cum euadãt, plus in publicũ cõferent, Resq́ꝫ
publica reditus ſufficientes ac perennes habebit. Deinde horum omnium,
ac eorum quoqꝫ quę ex metallicis fodinis, aut aliunde certò ad nos redeũt
ineunda eſt ratio: ac contrà computandæ impenſæ, quæ non in milites modò,
ſed etiam in alia ad urbis rectam administrationem facientia inſumuntur,
tum quæ in repentina bella, aliaq́ꝫ ex tempore accidẽtia neceſſariò conferunt:
ſic cõparatis rationibus, ut reliqui ſumptus ſuppeditẽt, penſio impe *Penſio.*
randa eſt de omnibus ijs, quæ aliquẽ poſſeſſori quæſtũ ferunt, uectigaliaq́ꝫ *Vectigalia.*
imperanda omnibus noſtris ſubditis. Iuſtum enim æquumq́ꝫ eſt, neminem
horum neque priuatum hominem, neque populum immunem eſſe, cum
ex æquo ad omnes utilitas eorum, in quæ inſumuntur, redeat. Exactores
porrò ubique locorum conſtituendi ſunt, qui ſingulis ſuæ functionis temporibus
ex omnibus reditibus quantum par eſt exigant: ita cum paulatim
ac certis ſpacijs ſubditi noſtri ea pendant quæ debent, ac non aliquandiu
neglecti, pòſt ſimul omnia poſcantur, & penſionem iſtam exoluentibus
ea res haud minimum commodi adferet, & exactoribus facilior erit
ſui officij ratio. Neque clam me eſt, nonnullos tributa ac uectigalia con- *Obiectioni occurrit.*
ſtituta ægrè laturos eſſe: uerùm hi ipſi, ſi neque alio præterea damno afficiantur,
& re ipſa comperiant, hæc ipſorum ſalutis cauſa, utq́ꝫ cæteris ſuis
bonis tutò perfrui poſsint, exigi, præterea cùm pleriqꝫ ipſorum eam pecuniam,
alij magiſtratum gerentes, alij præfecti regionum, alij militantes accipiant,
magnas etiam tibi gratias agent, quòd exiguam ſuorum reditũ partem
tibi conferentes, reliqua omnia ſine damno percipere poſsint. Idq́ꝫ eo
magis fiet, ſi te continenter uiuere, ac nihil prodigere uideant. Quis enim,
cum uideat te in re familiari ſumma parſimonia uti, in publica liberaliſsimũ
eſſe, non ultrò uelit aliquid conferre, cum tuas diuitias ſuam ſecuritatem ac
copiam eſſe iudicet? Itaqꝫ pecuniæ etiam plurimæ tibi ſuppetent. Reliqua
ad hunc modum tibi meo iudicio ſunt peragenda. Romam omni magnifi- *De ſumptibus*
centia exornabis, omni ludorum genere decorabis: nam quia multis impe- *ædificiorum et*
ramus gentibus, conueniens eſt nos omnibus alijs hac in re præſtare: atque *ludorum.*
hæc res efficit quodammodo etiam, ut ſocij nos obſeruent, hoſtes reformident.
Quod ad exteros pertinet, neqꝫ populus ullus cuiuſquam rei potens
ſit, neqꝫ in concionem omnino coeat. nam neqꝫ boni quicquam ſtatuent,
& ſubinde turbas aliquas excitabunt, ideoq́ꝫ ne noſtro quidẽ populo cõcedi
debet, ut ad iudicia, comitia, aliud'ue huiuſmodi cõcilium rei alicuius ſciſcendæ
cauſa conueniant. Aedificijs neqꝫ numero neqꝫ mole quàm pro neceſsitate
maioribus utantur, neqꝫ in ludos multos ac uarios ſumptũ faciant:
ne uel uanis ſtudijs occupentur, uel ſumptibus abſurdis certantes ad inimicitias
mutuas progrediantur. Ludos quoqꝫ & ſpectacula ſua habeant, excepto
noſtro equeſtri certamine, non tamẽ ita, ut Rempublicã familiaremq́ꝫ
ſuam corrumpant, cogantq́ꝫ peregrinos apud ſe aliquid ſumptuum facere,
aut omnibus qui quocunqꝫ certamine uicerint, cibum perennem tribuant:
Nam rationi conſentaneum non eſt, ut diuites extra patrias ſuas cogantur
impenſas facere. & præmia certantibus ubiqꝫ conſtituta ſufficiunt, niſi quis
Olympiaca, Pythia, aut alia id genus certare uelit certamina: his enim ſolis
cibus præbendus eſt, ut neqꝫ urbes fruſtrà impendijs onerẽtur, neqꝫ niſi dignis
opera certaminibus quiſquam exerceatur, cum poſsit aliquid aliud pa

triæ,

triæ,ſibiq́ utilius tractare. Porrò ludos equeſtres qui ſine Gymnicis certaminibus fiunt, nulli alij urbi exhibendos cenſeo, ne uel multę pecunię ab re inſumantur, uel homines ad malum furorem exagitent: ac præcipue ideò, ut militantibus copia optimorum equorum ſufficiat: hi itaq; ludi non alibi quàm Romæ dari debent. in reliquis eam moderationē adhiberi, ut ſingulis in locis ſpectacula & muſica cum fiant tolerabilibus impendijs, locus ſit modeſtiæ ac tranquillitati. Vti præterea numiſmate, ponderéq; uel menſura peculiari urbs nulla debet, ſed noſtris: neq; ad te legationē niſi res diſcuſſionem tuam requirat, ullam mittant, ſed quæ uoluerit, præfecto ſuo indicet, ac per eum ad te de ſua uoluntate referant: ita & ſumptus, & turpis rei conficiendæ ratio uitabitur, ac integra reſponſa ſine ullo impendio ac labore auferent. Reliqua etiam omnia uideris mihi hac ratione optimè omnium confecturus, ſi legatos ab hoſtibus, aut à confœderatis regibus populiſ'que miſſos primùm in Senatum introducas: (alioquin enim è dignitate Reipublicæ eſt, uideri omnia eſſe in poteſtate Senatus, ac multos eſſe eorum aduerſarios, qui eum ſpernant) deinde Senatorum opera omnia de eis ſtatuas quæ legib. ſunt ſancita, nihilq́; iniuſſu eius cum quoquam agas. hoc pacto & dignitas imperij magis confirmabitur, et legum inſtituta aperta ac conſpicua omnibus erūt. Tertium eſt, ut Senatores, liberosq́; & mulieres eorum, ſi quod crimē perpetrauerint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectendū, nullo facto præiudicio in curiam adducas, integramq́; de cauſa cognitionem Senatui permittas, ut & ſontes citra tuam inuidiā rei coram ſuæ ſortis hominibus peracti plectantur, reliquiq; metu publici iudicij meliores euadant. Hæc de ijs criminib. loquor, de quibus & leges extant, & iudicia ſecundum eas fiunt. Nam quòd conuicium tibi quiſquam fecerit, aut obtrectauerit, neque deferente aliquo audire, neque ulciſci debes. Turpe enim fuerit te id credere, inuentū qui te neminem lædentem, omnibus benefacientem ignominia affecerit, idq; ſoli mali credunt principes, quos ad fidem dictis habendam cōſcientia mouet. Deinde iniquum eſt ea ægrè ferre uelle, quæ ſi uera ſunt, præſtat nō admiſiſſe: ſin falſa, diſsimulare. cum multi hæc uindicātes, pluribus ac grauioribus de ſe ſermonibus occaſionē præbuerint. Hic igitur eſt meus ſenſus de obtrectationibus, ac conuenit te omni altiorem eſſe iniuria, & neque ipſum id in animum tuum inducere, neque alijs eam opinionem ſubijcere, extare qui in te contumelioſus eſſe auſit: ut iam idem de te, quod de dijs immortalibus iudicetur, eſſe te uenerādum. Quòd ſi perniciem tibi machinatus fuiſſe quiſpiā culpetur (quod ſanè fieri poteſt) cum tu ipſe neque iudicabis, ne que præiudicium contrà afferes (eſt enim abſurdum eundem & accuſatoris, & iudicis partibus fungi) ſed in Senatum adductū, cauſam dicere iube, ac ſi conuincatur, quàm fieri poteſt moderatiſsimo ſupplicio plecte, ut fides crimini fiat. Nam plerią; difficulter omnino adducuntur ut credant ab inermi inſidias armato ſtructas: quod hac ſolùm ratione conſequeris, ſi neq; ex ira, neque extremo ſupplicio (quantum quidem eius fieri licet) in huiuſmodi reos animaduertas. Hic tamen eos excluſos uelim, qui cum exercitum obtineant, palàm contra te inſurgunt: neque enim hi in iudicium pertrahendi, ſed hoſtium exemplo puniendi ſunt. Proinde hæc, & pleraſq; alias res maximè ad Rempublicā ſpectātes Senatus poteſtati permittes: nam & Rempublicam communi conſilio adminiſtrari par eſt, & natura ſuapte homines gaudent ijs, quæ tanquam conditione æquales à maiori adipiſcuntur, omniaq;

De legationibus.

De cognitione cauſarū & criminum.

Negligenda & contemnenda conuicia ſibi facta Cæſarē docet.

De inſidiatoribus.

In ſeditioſos.

niaqꝫ quę is cum ipſorũ conſilio decernit, tanꝙ propria laudant, ac tanꝙ ultrò à ſeipſis ſtatuta diligũt. De his itaqꝫ ad Senatũ referre te iubeo, omnesqꝫ Senatores ex æquo de pleriſque rebus ſententiã ferre: ſed ubi quis Senator reus agitur, non omnes, niſi reus aut Senator nondũ ſit factus, aut Quęſtorius adhuc ſit. Eſt enim à ratione alienum, eum qui nondũ Tribunuſplebis, aut Aedilis fuerit, de eo qui hos magiſtratus obierit, ſuffragium dicere, aut hos de Prętorijs, uel rurſum hos de Conſularibus: uerùm Conſularib. liceat ſe omnibus ſuam ſententiam ferre, reliquos de æqualibus, aut minoribus. Ipſe autem ſeorſim de cauſis in quibus prouocatione certatur, iudicium facies, quæ à maioribus magiſtratibus, tutoribus, præfecto urbis, ſubcenſore, præſidibus prouinciarum, annonæ procuratore, & nocturnæ cuſtodiæ magiſtro ad te referuntur. nemo enim ita merum imperium obtinere debet, ut non ab eo prouocari poſsit. De his igitur cauſis, & equitũ, Centurionumqꝫ, priuatorumqꝫ primariorũ cognoſces, ubi de capite aut ignominia erit controuerſia: nam hæc ad te ſolum debent referri: ac nemo, ob eas quas dixi cauſas, alius iudicare de ijs debet. Adhibere autem unoquoqꝫ tempore ad ea iudicia potes præſtãtiſsimos quoſqꝫ patricij equeſtriſqꝫ ordinis uiros, alioſqꝫ ex Conſularibus & Prętorijs, alios alio tempore, ut & tu priùs moribus eorum hac ratione certiùs perſpectis, rectè uti eis poſsis: & illi conſuetudine habita tuorum morum ac cõſiliorum, ita demum in prouincias exeant. Hos in cauſis grauioribus ſententias non apertè rogabis, ne neceſſarijs ſuis fauentes, non liberè quid ſentiant pronuncient: ſed in tabella eas ſcriptas ad te ſolum, ne cui alij innoteſcant, perferri, ac deleri ſtatim lectas iube. Sic enim uniuſcuiuſqꝫ ſententiam certiſsimè cognoſces, ſi eam illi à nemine alio cognitum iri perſuaſum habeant. Præterea ad iudicia, ad literas, ad urbium decreta, ad priuatorum hominum poſtulata, ad aliaqꝫ omnia quæ adminiſtrationi imperij competunt, adiutores adminiſtroſqꝫ ex equitibus quoſdã habebis: ſic & facilius ſingula peragentur, & neqꝫ tu per errorem falleris, neqꝫ ſolus omnia cõficiens fatigaberis. Liberam dandi tibi ex animi ſui ſententia conſilij omnibus poteſtatem facies, propoſita ſecuritate: nam & ſi cuius tibi ſermo probabitur, multum inde utilitatis ad te, & ſi non placebit, nihil incommodi redibit: quorum conſilium ſequendum exiſtimabis, eos collauda, ac honora: (nam illorũ inuentis gloriam tibi paries) quorũ uerò reijcies, nequaquam eos aut ignominia afficies, aut culpabis, cum ad eorum tibi uoluntatem, nõn ſucceſſum eius ſit reſpiciendum. Quod idem in re bellica etiam tibi obſeruandum eſt, ne uel fortuito alicuius infortunio ſuccenſeas, neqꝫ re benè geſta inuideas: ita libentes alacreſqꝫ pro te omnes pericula ſuſcipient, cum neqꝫ infeliciter re geſta ſupplicium, neqꝫ proſperè, inſidias ſibi timendas perſuaſum habeant. Nam multi cum eorum penes quos ſumma eſſet imperij metuerent inuidiam, cladem accipere quàm uictoria potiri maluerunt, eoqꝫ ſeſe tutos præſtiterunt, damno illis iniuncto: quare tu, ad quem utriuſqꝫ euentus uel commoda uel incommoda maxima ſui parte referentur, nequaquam debes uerbo quidem alijs, re autem ipſi tibi inuidere. Ea autem dices, ac ages, quæ ſentire ac facere præfectos tuos uelis: id enim facilius eos officium ſuum docebit, quàm metus legum: cum alterum imitatione conſtet, alterum timore: ac faciliùs meliora imitentur homines cum ea in reipſa cõſpiciant, quàm peiora uitent, uerbis eas prohibita audientes. Ipſe igitur omnia ſumma cum diligentia ages, nihil tibi ipſi ignoſcens: ſed certum hoc habens, omnia tua & dicta & facta ſtatim omnibus nota futura:

In damnando quomodo ſententiæ ferẽdæ.

Prouocationes.

Quomodo conſiliarijs, & bellorum legatis utendum.

Libertas.

Legatorum operæ.

ra. Viues enim ueluti in quodam orbis terrarum theatro, nec fieri poteſt, ut uel minimum tuum peccatum lateat: nihil enim ſine arbitris, ſed ſemper in magna hominum multitudine ages, & perſcrutari acta principum omnes homines libentiſsimè ſolent. Qui ſi ſemel compererint te alia alijs præcipere, alia ipſum agere, non iam minas tuas metuent, ſed facta imitabuntur. Aliorum uita inſpicienda quidem tibi, non tamen grauiter inquirendum: ſed quæ ab alijs accuſantur crimina, de ijs iudicandum: reliqua accuſatore carētia tu quoq; diſsimula, niſi quid in Rempublicam ſit delictum: de his enim exigenda eſt merita pœna, etiam ſi nemo deferat. Priuata autem cætera, cognoſcenda quidem ſunt, ne erres aliquando huiuſmodi inepto homine ad functionē aliquam adhibito, non tamen coarguenda. Nam natura multos homines eò rapit, ut contra leges delinquant: quæ ſi quis omnia accuratè delicta perſequi uelit, aut neminem, aut perpaucos impunitos relinquat: ſin humaniter æquitatē iuri miſceat, fortaſsis eos emendet. Lex enim quanquam neceſſariò pœnas graues ſtatuit, tamen naturam coercere nō ſemper poteſt: cæterùm homines quidam cum occulta eſſe ſua peccata putant, aut ſaltem mediocriter uerbis caſtigantur, uitam emendant, partim quòd metuunt ne manifeſti delictorum fiant, partim denuò peccare ueriti: ijdem palàm factis uitijs ſuis pudore proiecto, aut immodicè puniti, omnia iura confundunt ac conculcant, ſolisq; naturæ impetibus ſeruiunt. Quamobrem neque facile eſt omnes peccantes punire, neq; de eorum eos qui apertè libidine mala feruntur, negligere. Habes rationem peccata hominum, niſi extrema omnino ſint, tractandi. At egregia eorum facta etiam maiori quàm mereantur honore ſunt ornāda. Ita enim potiſsimùm efficies humanitate tua, ut à deterioribus abſtineant: & munificentia, ut meliora ſequantur. Neque enim timendum eſt, ne te aliquando pecuniæ, alia'ue, quibus compenſes uirtutem tuorum, deficiant. nam te in tot terras ac maria imperiū habente, citiùs arbitror defuturos, qui donis tuis digni ſint. neq; id uerēdum, ne qui à te ornati, ingratos ſe exhibeant, cùm nulla alia res perinde hominis ingenium ſubigat ac concilíet, quàm ſi is non modò nulla iniuria, ſed etiam beneficio afficiatur. Eum te alijs ut præbeas conſulo. Iam quod ad teipſum attinet, nihil inſolens, aut ſuperbū admittere debes, tibi uel ab alijs uel à Senatu uerbis aut re oblatum. Vt enim alios honores à te dati ornant, ita tibi maius his quæ habes dari nihil poteſt: ſed quidquid datur, multam fuci ſuſpicionē ſecum fert. nemo enim eſt, qui ſponte ſua aliquid tale ei qui ſummā rerum obtinet, decernere uideatur: quæ uerò ſibi ipſi quiſpiam tribuit, neq; laudari ſolent, & riſu excipiuntur. Ideò ſplendorem tu tibi præclaris facinoribus para, ſtatuas tibi neq; aureas neq; argenteas fieri unquam ſine. nam nō modò magnis ſumptibus eæ conſtant, ſed inſidijs etiam opportunæ, ac parum diuturnæ ſunt: benefaciendo autem alias tibi ſtatuas in animis hominum nulli interitui obnoxias effice. Templum quoq; nullum tibi pātere ædificari. Quippe in huiuſmodi res in caſſum multæ pecuniæ inſumuntur, quas neceſſarijs rebus impendere præſtat. Etenim diuitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quàm non multos ſumptus faciendo colliguntur: & id genus res nullam gloriam adferunt. At uirtus multos Dijs æquat: nemo autem unquam mortaliū ſuffragijs Deus effectus eſt. Ita tibi ſi bonus fueris, ac rectè imperaueris, uniuerſa terra templū erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro ſtatuis, quorum in animis ſemper cum gloria inſidebis: qui uerò imperium ſummum malè gerunt, eos iſta ornamenta, quanquam in om-

Quomodo aliorum uitia & uirtutes rectè tractentur.

Aequitas.

Immodici honores non admittendi.

Parſimonia.

nibus

nibus urbibus poſita, tantùm abeſt ut decorent, ut etiam repræhẽſionibus
eos hominum exponant, cum ſint trophæa quædam maliciæ eorum, ac in-
iuſticiæ monimenta: quę quò diutius perdurauerint, eô longius quoq; infa
mia iſtorum permanet. Itaq; ſi reuera immortalis fieri cupis, ita ut dixi agen
dum tibi eſt. Deos quoq; ſemper & ubiq; ita cole, ut moribus patriæ eſt re- *Pietas.*
ceptum, ad eundemq; cultum alios compelle: peregrinarum uerò religio-
num autores odio & ſupplicijs proſequere, non modò Deûm gratia, quos
qui contemnit, hauddubiè nihil quoq; aliud magni faciet, ſed propterea e-
tiam, quòd qui noua numina introducunt, multos ad peregrinis legibus u-
tendum pelliciunt: inde coniurationes, coitiones, & conciliabula exiſtunt,
minimè unius principatui commodæ res. Itaq; neq; deorum contemptorẽ,
neq; præſtigiatorem ullum tolerabis. Nam diuinatio quidẽ neceſſaria eſt,
ideoq; omnino aruſpices & augures tibi ſunt conſtituendi, quos conſule-
re poſsint qui uolunt: magi uerò omnino ferendi non ſunt, qui cum ſæpe- *Magica.*
numerò uera etiam dicant, tamen frequentius mentiendo hominibus no-
uarum rerum tentandarum cauſam præbent. Quod idem philoſophiam *Philoſophi*
quoq; profitentes haud pauci faciunt: quos ipſos quoque cauere te iubeo. *falſi.*
Neque enim quia Areum & Athenodorũ bonos ac honeſtos uiros exper-
tus es, omnes alios idem ſtudium præ ſe ferentes ſimiles eorum iudicare de
bes, cùm hac ſpecie uſi multi infinita mala populis priuatisq; hominib. ad-
ferant. Animo quidẽ te quàm maximè pacis ſtudioſo, nihilq; præter ea quę
poſsides appetente eſſe decet, interim tamen ad bellicam rem paratiſsimũ,
ut neque uelit quidem, neque auſit quiſquam te lædere: aut ſi omnino id co
netur, facilè & extemplò plecti poſsit. Ac quando quidem ob hanc & alias *Auſcultatori-*
cauſas habere te oportet auſcultatores ac exploratores, quorum opera om *bus quatenus*
nes tui imperij res cognoſcas, ne quid cuſtodia aut emendatione indigens *credendum.*
te fallere poſsit: memento non omnia ſtatim quæ ab his referuntur, creden
da, ſed diligentem conſideratione adhibendam eſſe. permulti enim eorum
uel odio aliorum, uel eorum bona ſibi petẽtes, uel in gratiam quorundam,
uel irati ob poſtulatam ab alijs ac non acceptam pecuniam, falſo crimine ſe-
ditionis tentatæ, aut contra Imperatorẽ alicuius facti uel dicti improbi eos
onerant: ideo non facilè ijs animus eſt aduertendus, ſed omnia accuratè in-
daganda. Quod ſi enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet
damno: feſtinãdo autem fieri poteſt ut peccatum aliquod irreparabile ad-
mittas. Ad hæc libertorum te tuorum ac familiarium optimum quemq; in *Quomodo tra*
honore habere oportet, quia id & decus tibi magnum, & ſecuritatem affe- *ctandi familia*
ret: nulli tamen nimia eſt indulgenda potentia, ſed ita moderandum omni- *res.*
bus, ut ne in quam te repræhenſionem conijciant. Nam quæcunque uel re-
ctè, uel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemq; te omnes iudica-
bunt, qualia eos facta exercere permiſeris. Ergo potentibus omnibus iniu- *Potentes.*
ria alios afficiendi, calumniandi que facultatem adimes, ut ſi nihil etiam de-
linquant, tamen ne poſſe quidem id culpari queant. Inferioribus ſortis ho- *Inferiores.*
minibus iniuriam paſsis omni opera ſuccurre, ita tamen ut eorum quere-
las haud temerè accipias, ſed rem ipſam per ſe intuearis, neque potentio-
res omnino ſuſpectos, neque infirmioribus in omni re fidem habens. Ope-
rantes, artibusq; utilibus deditos honoribus afficito, ocioſos aut negocijs
prauis intentos odio habeto, ut illa utilitatis gratia amplectentes, hæc pro-
pter damna omittentes, & priuatæ & publicæ rei magis conducant. Expe
dit porrò priuatorum ciuium controuerſias quàm fieri poteſt maximè diri-

mere,ac quàm celerrimè componere:id uerò magis adhuc præſtat, populo-
rum ſtudia inhibere, ac cum uota facientes pro imperio,ſalute, & fortuna,
cogere aliquos uolunt, ut aliquid ultra facultates ſuas agant impēdant'ue,
id non concedere:prætèrea inimicitias eorum cōtentionesq; penitus præ-
cidere:neque concedere,ut inania cognomenta,aut alia unde diſcordię in-
cidere poſſunt,ſibi ſumant. In quibus, inq; alijs omnib. facilius tibi omnes
& priuatim & publicè parebunt,ſi nihil horum ulli præter alios permiſeris.
Aequalitas. Nam inæqualitas etiam ea quæ bene in unum coaluerunt,diſsipat. Itaque
omnino pati non debes,ut quis horum quicquam à te petat, quod ei datu-
rus non ſis : ſed hoc ſummoperè conari debes, ut ne quid uetitorum poſcat
quiſquam.In ſumma autem id tibi conſilium do,ne quando abutaris poten-
Potentia rectè tia tua:neque eam putes eſſe diminutionem eius, ſi non ſimul omnia facias
utendum. quæ poſsis.ſed quanto magis omnia quæ ſtatueris, potes perficere, tanto
magis cura,ut optima quæque tibi proponas.ſemper tecum ipſe expende,
rectè'ne an ſecus quid egeris, quo facto amorem tibi concilies nec'ne:atq;
ita hæc uita,illa ſuſcipe. Neq; ſi neminem te incuſare audias,ideo exiſtima-
re debes te iure poſſe aliquid contrà agere:neque expectare debes, dum eò
quiſpiam inſaniæ progrediatur,ut apertè tibi obtrectet : hoc enim nemo e-
tiam ſummè læſus faciet:quinimò multi eos à quibus iniuriam acceperunt,
palàm laudare coguntur, dum id efficere conantur,ne ſuccenſere uideātur.
At principis eſt,non ex ſermone aliorum de animo ipſorum cōiecturam fa-
cere,ſed ex ijs quæ eos ſentire ſit ueriſimile. Hæc te & ſimilia horum agere
uelim. Multa enim prætereo,quòd ſimul ea omnia dici nō poſſunt. Vnum
dicam, quod caput eſt & ſumma omnium eorum quæ uel dicta ſunt, uel ad
Caput totius dicendum reſtant.Si hæc tua ſponte omnia egeris quę uelles alium in te im-
adhortationis. perium habentem agere, nulla in re peccabis,omnia proſperè conficies,ui-
tamq; exinde & ſuauiſsimā & tutiſsimā duces. Quî enim non patris ac ſer-
uatoris loco te omnes & ſuſpiciant,& diligant,cum uideant te modeſtum,
uitæ integræ,bello ac pace præſtantem? cum neminem contumelia,nemi-
nem iniuria afficias:cum uitæ æqualitatē ſerues:cum non ab alijs pecuniam
exigens, ipſe diuitias aſſerues:cum non alios affligens,luxurieris ipſe : cum
non alios caſtigans, ipſe libidini indulgeas, ſed in omni re tuam uitam eo-
rum moribus accōmodes? Itaque fretus eo præſidio, quod in te ipſo,ſi ne-
minem læſeris, magnum habebis, crede mihi, neminem tibi neq; infeſtum
futurum, neque periculum creaturum; quo præſente,uitam eſſe iucundam
Iucunda uita. omnino neceſſe eſt.Quid enim dulcius,quid felicius,quàm cum uirtute om-
nibus humanis bonis fruentem, ijſdem alios quoque impertire poſſe? His
itaque, ac reliquis quæ recenſui omnibus conſideratis, aſſentire mihi, neq;
aſpernare fortunam,quæ te ex omnibus delectum ſummæ rerum præfecit,
Quòd ſi unus imperij ſummam re ipſa tibi ſumens,regni nomen ut execra-
bile reformidas, potes eo omiſſo ſub Cæſaris nomine omnia in tua poteſta
te habere:ſin alias etiam appellationes deſideras,dabunt tibi Imperatoris ti
tulum, etiam patri tuo quondam datum,exornabūt autem te præterea alio
etiam quopiam cognomento, ita ut regni omnibus bonis ſine eius inui-
dioſa nuncupatione perfruaris.

His Mæcenas ita peroratis,conticuit.At Cæſar cum utrumq; ſapientiæ,
Mæcenatis ſen copioſæq; & liberæ orationis cauſa magnoperè collaudaſſet, Mæcenatis
tentia prælata. conſilium prætulit:non tamen omnia ſtatim quæ is ſuaſiſſet, agere inſtitit,
ueritus ne ſi ſubitò homines in alium traducere ſtatum cuperet, res ea pa-
rum

rum ſibi eſſet ſucceſſura, ideoq; alia cōfeſtim mutauit, alia poſteà temporis: nonnulla etiam ſequentibus imperatoribus perficienda reliquit, quæ ſucceſſu temporis commodiùs conſtitui poſſe iudicabat. Neque uerò minori Agrippa, quamuis contrariam ſententiam tuliſſet, in hoc exequēdo inſtituto eſt uſus induſtria, quàm ſi ipſe autor eius fuiſſet. Hæc ſunt, & ea quę ante has orationes retuli, quę Cæſar egit eo anno, quo Conſul quintùm fuit. Eodem anno etiam Imperatoris nomen accepit, non quale propter uictoriam tribui uetuſto more ſolebat, (id enim ſæpius & antea, & poſtmodò ex ipſis actionibus reportauit, uicies quidem Imperator dictus) ſed quo ſumma imperij demonſtraretur, quod patri quoq; eius Iulio, & eius filijs fuerat decretum.

Imperatoris nomen Ceſar adſumit.

Deinde Cenſor collega Agrippa fuit, emendauitq; cùm alia quædam, tum Senatū examinauit. Nam in eum ordinem multi equites ac plebei indigni bellis ciuilibus adſciti erant, ita ut ad millenarium numerus Senatorum perueniſſet. Hos ut remoueret, nullum eorū ipſe deleuit: ſed cum hortatus fuiſſet, ut ſua ipſi conſcientia teſte de genere & uita ſua iudicium ferrent, primùm quinquaginta uiros permouit, ut Senatu cederent, deinde ad horum exemplum ſequendum alios CXL. adegit. Horum nomina edidit, at primis quod nulla interiecta mora dicto paruiſſent, hanc quoq; ignominiam remiſit. Porrò hi ſponte ſua priuati facti ſunt.

Cenſura Ceſaris, & lectio Senatus.

At Q. Statilium idem inuitiſsimū quidem Tribunatu, qui ei deſtinatus fuerat, prohibuit: alios quoſdam Senatores effecit: in numerum Conſularium duos ex patribus retulit; C. Cluuium, & C. Furnium, quòd Conſules deſignati, eum magiſtratum ab alijs præuenti non geſsiſſent. Patriciorum etiam familias Senatu id permittente, quia pleræq; perierant, ſuffecit: quippe pręſertim nobiles in bellis ciuilibus pereunt, atqui patricijs ad pleroſq; patrios magiſtratus obeundos opus eſt.

Q. Statilius.

Præterea edixit, ne quis Senator iniuſſu ſuo permiſſuq; extra Italiam abiret, id quod hodie etiam obſeruatur, cum nulli Senatori aliò quàm in Siciliam, Galliamq; Narbonenſem liceat peregrè proficiſci: eo autē propter propinquitatem, ac quia pacatæ ſunt regiones armiſq; uacant, etiam ſine uenia impetrata licet quoties uelint Senatoribus proficiſci, ijs qui aliquam ibi locorum habent poſſeſsionem.

Senatoribus peregrinationib. interdictum.

Ac quoniam multos etiamnum Senatores, aliorumq; ordinū homines parum ipſi fidere animaduertebat, eoſq; ne quid noui machinarentur uerebatur, omnes ſe literas in Antonij ſcrinijs repertas combuſsiſſe dixit: nam re uera nonnullæ erant perditæ, at pleraſq; ſummo ſtudio adſeruabat, quibus in poſterum uti haud dubitauit.

Antonij literæ.

Carthaginem quoq; denuò coloniam deduxit, quia Lepidus partem eius cùm habitatoribus orbaſſet, uidebatur ius coloniæ diſſoluiſſe.

Colonia Carthaginenſis inſtaurata.

Antiochum Commagenum ad ſe exciuit, quòd is fratris ſui, cum quo litem habebat, Romam miſſum legatum dolo occidiſſet: eum Antiochum in Senatum adductum, damnatumq; interfecit.

Antiochus Cōmagenus capite plectitur.

Capreas à Neapolitanis, quorum antiquitus erāt, permutatione agri redemit: hęc ſita eſt inſula haud procul à Surrentana continente, ad nullam quidem rem utilis, nomen tamen adhuc hodie, propterea quod ibi habitauit Tiberius, obtinens.

Capreas Ceſar emit.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QVINQVAGESIMVSTERTIVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De dedicatione templi Apollinis in Palatio.
Quomodo Cæſar in Senatu orationẽ de deponendo imperio habuerit, ac deinde cum Senatu prouincias partitus ſit.
De conſtitutione præfectorum, qui in prouincias mitterentur.
Vt Cæſari cognomentum Auguſti ſit datum.
De nominibus, quæ Imperatoribus dantur.
Septa quemadmodum fuerint conſecrata.
Cæſar ut bellum contra Aſtures & Cantabros obierit.
Quomodo Galatia à Romanis regi ceperit.
De dedicatione porticus Neptuni, & balnei Agrippæ.
De Panthei dedicatione.
Quemadmodum Auguſto neceſſitas legibus parendi ſit remiſſa.
De expeditione in Arabiam felicem ſuſcepta.

Annis geſta hæc VI. in quibus Coſſ. fuere

An. V. C. 726. *Cæſar VI.*
M. Vipſanius L. F. Agrippa. II.
727. *Cæſar VII.*
Agrippa III.
728. *Cæſar Auguſtus VIII.*
T. Statilius Taurus.
729. *Auguſtus IX.*
M. Iunius Silanus.
730. *Auguſtus. X.*
C. Norbanus. C. F. Flaccus. II.
731. *Auguſtus XI.*
Cn. Calpurnius Piſo. Cn. F.

Agrippæ cum Cæſare affinitas, honoresq; ab illo ei exhibiti.

ANNO inſequẽti Cæſar Conſul VI, cùm alia omnia ſecundum inſtituta maiorũ egit, tum faſces cum Agrippa collega ſuo partitus eſt, ita ut dimidia ipſe parte uteretur: ac perſunctus magiſtratu eo, iuramentũ patrio more præſtitit. Quę poſtmodò etiam an fecerit, incertus ſum. Profectò enim Agrippam plurimi fecit: cui etiam ſororis ſuę filiam in matrimonium locauit: & ſi quando ſimul in bellum proficiſcerẽtur, tabernaculum ſui ſimile dedit, ac ſignum militare ut ab utroq; acciperetiuſsit. *Cenſus.* Eo quidem anno cenſum etiam peregit, princepsq; Senatus ipſe in eo dictus eſt, pro eo more, qui integro etiamnum populi in Republica ſtatu erat receptus: *Apollinis templum.* præterea Apollinis in Palatio templum, ac Bibliothecas perfecit, & dedicauit: *Ludi quinquennales.* ludos propter Actiacam uictoriã decretos cum Agrippa exhibuit, & in ijs equeſtre certamen per pueros & uiros patricios peregit: ijq; deinceps ad noſtram uſque ætatem ludi quinto quoque anno facti ſunt, *IIII. Sacerdotum genera.* eorumq; curatio quatuor ſacerdotum collegijs per ordinem incumbit, Pontificibus nimirum, auguribus, ſeptemuiris, & quindecimuiris,

decimuiris. Gymnici quoque ludi, ſtadio in campo Martio extructo ligneo, acti ſunt: & munus gladiatorium depugnantibus captiuis exhibitū. Hæc per aliquot dies ſpectacula edita, neq; propter inualetudinem etiam Cæſaris intermiſſa, eius quoq; partes Agrippa obeunte. Ad ea Cæſar ſumptus ſuis ex facultatibus ſuppeditauit: cumq; publicum ærarium pecunijs egeret, mutuo ſumptas in id contulit. inſtituit etiam, ut adminiſtrationi ærarij quotannis bini prætorij uiri præficerentur. populo quadruplū frumēti prioris diuiſit. Senatoribus quibuſdā pecunias eſt largitus, cum eorū multi adeò eſſent re tenui, ut propter impenſarum magnitudinē nemo eorum uellet Aedilitatem gerere: ſed cùm alia, tum iudicia ad eum magiſtratū pertinentia Prætoribus, ut fit, partim urbano, partim peregrino mandarentur. Prætorem urbanum Cæſar ipſe cōſtituit, idq; aliquoties etiam inferioribus temporibus: ſponſiones quæ Reipub. factæ fuiſſent ante pugnam Actiacam, omnes ſuſtulit, exceptis his quæ eſſent de ædificijs: ſyngraphas antiquas eorum qui Reipublicæ aliquid deberent, cremauit: Aegyptijs dijs ſacra fieri intra pomœrium non eſt paſſus: templorum tamen curam geſsit, ut quæ priuatus quiſpiam feciſſet, ea ab horum filijs ac poſteris, ſi qui ſupereſſent, adornarētur: reliqua ipſe refecit. Horum refectorū gloriam ipſe ſibi nō uendicauit, ſed ijs qui ea inſtauraſſent, eam attribuit. Ac quoniā multa omnino in ſeditionibus ac bellis inteſtinis, præſertim in Triumuiratu iniuſtè & iniquè conſtituta fuerant, unico edicto ea omnia antiquauit, fine ijs quæ abrogaret, ſexto ſuo Conſulatu poſito. Ob quæ cum eſſet in oculis omniū, ac laudibus afficeretur, ad oſtendendam nouam magnanimitatem, quo magis ſuus honor augeretur, imperiumq; in Republica unius hominis uolentibus ciuibus, ne coacti uideri poſſent, ſtabiliendū animū adiecit. Itaq; ſeptimum Conſulatū gerens, cum ad id aptiſsimū quenq; Senatorū ſibi comparaſſet, in Senatum uenit, atq; hanc de ſcripto orationem recitauit:

Aegyptij dij.

Triumuiratus acta abolita.

Satis compertum, Patres, habeo fore ut nonnullis ueſtrûm, incredibile propoſitum meum uideatur: quæ enim nemo facere ipſe uelit, ea ſi alium ſe facturum dicere audiat, nequaquam fidem habet. quò accedit, quod cùm ſuperioribus omnes inuideant, ijs de ſe ipſis loquentibus eo promptius diffidant. Iam ne hoc quidem me fallit, hos qui ea dicant, quibus fides habenda non uideatur, non modò non perſuadere auditoribus, ſed ſcurras etiam iudicari. Verùm enimuerò ſi quid ego huiuſmodi polliceri inſtituiſſem, quod non confeſtim eſſem repræſentaturus, profectò haud facilè animum induxiſſem id proferre, ne malam pro bona gratiam inirem: nunc cum uerba mea ſtatim, hacq; ipſa die ſim re confirmaturus, equidem confido me nō tantum in nullam mendacij infamiam incurſurum, uerùm omnes homines honeſto nomine ſuperaturum. Proinde poſſe me perpetuum in uos obtine re imperium, ipſi cernitis. Nam & aduerſarij mei omnes aut ſupplicio coerciti ſunt, aut miſericordia affecti ad ſanitatem redierunt, & auxiliarij mei beneficiorum talione mei ſunt iuris facti, ſocietateq; rerum muniti, ita ut nemo ad res conſurgere iam nouas poſsit. Quod ſi quis tamen auſus fuerit, cōtra eum auxilia mihi uel maxima in promptu ſunt, cum & exercitus habeā ualidos, & beneuolentiam roburq; eorum, & pecunias, & ſocios, ac, quod præcipuum eſt, cum uos populusq; eo in me ſitis animo, ut præeſſe me uobis omninò uelitis. Neque uerò diutius uos uerbis ſuſpenſos meis tenebo, neque eſt quòd dicat quiſquam omnia quæ ante hoc tempus egi, eſſe à me propter ſummum mihi imperium parandum facta. Iam enim id imperium

Cæſaris in Senatu oratio, qua ſe imperio abiturum pollicetur.

Fidem ſibi conciliat.

Poteſtatem ſuā prædicat.

Promittit ſe ceſſurum imperio.

omne depono, reſtituo uobis omnia protinus, arma, leges, prouincias, neqꝫ ea tantùm, quæ mihi commiſiſtis, ſed hæc etiam omnia, quæ ego deinde paraui: ut iam ex re ipſa perſpiciatis, me ab initio nequaquam potentiam aliquam animo propoſitam habuiſſe: ſed hoc uerè cupiuiſſe, ut patris mei miſerè interfecti cædem ulciſcerer, urbemqꝫ magnis & continentibus malis liberarem.

Suas actiones, & earum finẽ adducit.

Vtinam quidem nunquã mihi eę res ſuſcipiendę fuiſſent: utinam, inquam, mea opera nunquam ad hæc negocia indiguiſſet ciuitas: ſed quomodo olim maiores noſtri in pace & cõcordia ætatem tranſegerunt, ita nobis quoqꝫ licuiſſet. At quoniam fatum aliquod, ut uidetur, eò rem deduxerat, ut me quoqꝫ quamuis paruo tum natu, opus uobis eſſet, uſusqꝫ: quamdiu res meum auxiliũ deſiderauit, omnia ſtudio ſummo, etiam ſuprà quàm anni mei ferrent feci, omnia felicius quàm pro uiribus adeò meis geſsi. neque me ulla res à ſubſidio uobis in periculo uerſantibus ferendo auertit, nõ labor, non terror, non inimicorum minæ, non amicorũ preces, nõ multitudo ſeditioſorum, non furor aduerſariorum, quin propter uos me in omne diſcrimen prorſus darem, eaqꝫ & agerem, & ſuſtinerem, quæ nota ſunt, & unde nihil mihi quàm liberatio patriæ, uobis autem ſalus & quies parta eſt. Quando igitur fortuna, ut par fuit, pacem ſinceram, ac concordiã tranquillam uobis mea opera reſtituit, recipite iam nunc libertatem, & priſtinam Reipublicæ formam, accipite arma, gentesqꝫ uobis ſubditas, & ueſtro more rempublicã gerite. Neqꝫ uerò mirum uobis uideri poteſt, quòd ita ſentio, ſi bonitatem meam in cæteris omnibus rebus, clementiamqꝫ, & tran-

Suas ipſius uirtutes prædicat.

quillitatis ſtudium conſideretis: ac reputetis, nihil me unquam faſtuoſum, aut cæteris ſublimius, quanquam multa uobis mihi huiuſmodi decernentibus, accepiſſe. Neqꝫ ſtulticiæ me damnabitis, quòd imperiũ in uos, ac prin-

Iuſtum et utile.

cipatum tot terrarum ultrò aſperner: nam ſi iuſticiam quiſquam reſpiciat, ego ſanè iuſtiſsimum eſſe cenſeo, uos ueſtras res ipſos adminiſtrare: ſin utilitatem, mihi utiliſsimum eſſe iudico, ne negocijs diſtinear, néue inuidiæ & inſidijs ſim obnoxius, uobis autem, ut in libertate placidè ac amicè rempublicam teneatis: ſin gloriam, (propter quam multi bella ſæpe & pericula ſuſceperunt) nónne ſummæ mihi ſit gloriæ, à tanto me imperio abſtinuiſſe, ac ſponte mea ex tanto principatus faſtigio ad priuatam uitam deſcendiſ-

Factum ſuum de reddẽda Re Rep. extollit comparatione reliquorum.

ſe? Etenim ſiquis ueſtrûm eſt, qui in alio quodam homine nullo tantũ continentiæ eſſe, aut uerè eum hæc de ſe dicere poſſe putat, is tamen mihi hæc tribuere debet: nam cum multa poſsim, & magna mea, patriſqꝫ mei in uos beneficia referre, propter quę meritò nos plus cæteris & amare & honorare debeatis, nullum tamen aliud eſt quod potiùs prædicem, aut quo magis glorier, quàm quod regiam poteſtatem & is à uobis datam repudiauit, & ego eam habens depono. Cum quo beneficio quis tandem comparare uelit Galliam ſubactam, aut Myſiam captam, Aegyptum domitam, aut Pannoniam in ſeruitutem redactam? quis Pharnacem, Iubam, Phraatem, expeditionem Britannicã, Rheni tranſitum? Hæc quidem tot tantaqꝫ ſunt, quot quantaqꝫ patres noſtri omni ſuperiore tempore non præſtiterunt. Verùm neqꝫ horum ullum præſenti facto eſt conferendum, neqꝫ hæc etiam, quòd bella ciuilia maxima ac multiplicia, eademqꝫ continua, & confecimus proſperè, & uictoriam ſumma humanitate temperauimus, omnibus aduerſarijs, tanquam hoſtibus, ſuperatis, omnibus ſubiectis, tanquam amicis, conſeruatis, ita ut ſi in fatis ita ſit, rurſum noſtrã urbem laborare, optandum ſit, eo iterum modo eam ſeditionibus agitari. Id uerò humano amplius eſt ingenio,

genio, nos, cum in noſtra uos eſſetis poteſtate, cum nos tantum uirtute ac fortuna floreremus, ut uolentibus nolentib. uobis imperare poſſemus, tum nos neq; animis elatos fuiſſe, neque ad regnum aſpiraſſe, ſed patrem meum id à uobis oblatum reſpuiſſe, me id acceptum reddidiſſe. Neq; hoc à me temerè iactatur: (nam ſi quid mihi his uerbis quæri putaſſem, nunquam omnino ea protuliſſem) ſed ut intelligatis, cùm multis nos in Rempublicę meritis, multis noſtris ornamentis gloriari poſsimus, hoc nos maximè exultare, quòd ultrò ab his abſtinuerimus, quæ alij per uim etiam ſibi quærunt. Quis enim me (ne defunctum patrem denuò commemorem) animi magnitudine diuinitateq; præſtet? Ego enim, proh Deûm fidem, cum habeã tot tantosq; milites, ciues & ſocios qui me amant, cum ferè toti mari mediterraneo imperē, in omnib. continētibus terris urbes & populos poſsideã, cum nemo uel exterus bellũ, uel ciuis ſeditionē moueat, cum uos omnes in pace, concordia, & felici ſtatu agatis, quodq; maximũ eſt, ſponte ueſtra mihi pareatis, tamē ultrò, nemine iubente, tanto imperio tãtisq; diuitijs abeo. Quòd ſi Horatius, Mucius, Curtius, Regulus, ac Decij pericula & mortem ſuſtinere uoluerunt, ut magni facti atque præclari alicuius nomen ſibi pararent, cur non ego id potius egiſſem, quo conſequi poſſum, ut uiuus etiam iſtos, ac mortales omnes gloria excellã? Nolite enim ita exiſtimare, priſcos illos Romanos uirtutis ac famæ ſtudioſos fuiſſe, nunc omnem animũ uirilem ex ciuitate euanuiſſe. Neque ſuſpicari quiſquam debet me uobis præteritis, ſummam Reipublicæ malis quibuſdam hominibus, aut turbæ (unde non modò boni nihil, ſed extrema mala nunquam non proueniunt) tradere inſtituiſſe, quinimò uobis, uirtute & ſapientia præſtantiſsimis Rempublicam ego cōmitto: illud enim nequaquam facturus fui, etiam ſi uel millies mihi moriendum, uel omnino regnandum fuiſſet: hoc uerò in meam & ciuitatis utilitatem facio. Ipſe enim laboribus & ærumnis cōfectus ſum, neque iam uel corpore uel animo perdurare poſſum: deinde præuideo odia & inuidiam, quæ multi contra optimos etiam uiros ſuſcipiũt, inſidiasq; ex ijs naſcentes, ideoq; priuatim potius cum gloria uiuere, quàm regnum gerere cum periculo ſtatui. Res autem publica rectius communi conſilio, & à multis, non uno aliquo gubernabitũ. Quapropter ſummis precibus à uobis omnibus cō tendo, ut meum hoc propoſitũ ſtudioſe approbetis, ac uobiſcum reputãtes, quæ & bello & pace à me pro ueſtra ſalute acta ſint, pro iſtis omnibus eam mihi gratiam referētes, reliquam ætatis partem me per quietem traducere ſinatis, intelligatisq; me ſcire non tantùm imperare, ſed etiam imperijs aliorũ obtēperare, omniaq; quę alijs mãdaui, pati ut mihi uiciſsim iniungantur. Equidem ſpero me tutò uicturum, ac neq; uerbo, neq; re à quoquam læſum iri, tantum me mea conſcientia ueſtræ iubet tribuere beneuolentiæ: quòd ſi quid mihi, quemadmodum multis euenit, ſecus accidet (neque enim poſsibile eſt, ut unus homo, præſertim qui tot bella ciuilia externaq;, totq; magnarum rerum adminiſtrationem obierit, omnibus placeat) paratior ſum omnino etam ante definitum mihi à fato tempus mori priuatus, quàm rex perpetuò uiuere. Id enim ipſum laudi mihi cedet, quòd tantùm abſuerim à quoquam occidendo, regni mihi parandi cauſa, ut mortem adeò oppetierim, ne rex eſſem. Qui uerò me interficiet, is utiq; à dijs & uobis ſuum inueniet ſupplicium, quemadmodum patri quoq; meo contigit. Is enim inter deos relatus, conſecutusq; eſt ſempiternos honorès, cum eius occiſores digno ſuis factis interitu perierint. Immortalitatē quidem homo

Magnanimitatem, & diuinæ naturæ ſimilitudinem ſuam iactat.

Quietē & ſecuritatem ſe quærere fingit

Immortalitas.

conſequi nemo poteſt, ueruntamen hæc ipſa quodãmodo uita honeſta, honeſtaq́ue morte nobis paratur. Quibus motus ego, cum alterũ iam habeam, alterum ſperem me adepturum, reſtituo uobis arma, prouincias, reditus, legesq́ue: hoc tantùm addens, ne uel magnitudine rerum, difficultateq́ue eas administrandi territi animo ſitis trepido: uel ijs contemptis, ac facilem eſſe earum rerum tractationem putantes, negligentiæ uos detis. Quanquam non piget me de ſingulis maioribus rebus in ſumma uobis cõſilium quod ſequamini dare. Primùm igitur leges firmiter retinete, neq; quicquam in his mutate: nam quæ eadem ſemper manent, etſi ſint nonnihil uitioſa, utiliora tamen ſunt his quæ ſubinde, etiamſi in melius, innouantur. Deinde quæ legibus præcipiunt, ea uos exequi, quæ prohibent, ab ijs cauere iubeo: nec uerbo id tantùm, ſed facto: & non publicè modò, ſed priuatim unumquenque in eo eſſe, ne pœnam, ſed præmia conſequatur. Præterea prouincias & pacatas, & in quibus bella ſunt, optimis ac prudentiſsimis mandate, non inuidentes hîc cuiquam, neque certorum hominum commoda, ſed urbis incolumitatem & felicitatem ſpectantes. Porrò hos honoribus, diuerſo modo in Republica uerſantes, pœnis afficite: res priuatas ciuitati tanquam publicas exhibete: à publicis tanquam alienis abſtinete: res ueſtras diligẽter adſeruate, aliorum nequaquam deſiderate: ſocios neque iniurijs afficite, neq; expilate: hoſtes neq; iniuſtè lædite, neque timete: arma ſemper in manibus habete: uerùm ijs neque contra uos mutuò, neque contra pacatos utimini: militibus alimenta quæ ſatis ſint, præbete, ne per egeſtatem alienas res appetant: ita uerò eos continete in diſciplina, ne quid mali ex ferocia eorum naſcatur. Sed quid attinet multis me uerbis omnia quæ agenda ſint uobis exequi, cum ex dictis reliqua facilè intelligatis? Vnum hoc addẽdum eſt, ſi qua dixi ratione, Rempublicam geretis, felices eritis, gratiasq́ue mihi agetis, qui uos malè ſeditionibus fluctuantes accipiens, ad hunc ſtatum perduxi: ſi uerò committetis ut horum quæ conſului quicquam non agatur, me quidem ut facti pœniteat efficietis: uos ipſos autem rurſum in bella multa, ac ingentia pericula conijcietis.

Præcepta benè adminiſtrandæ Reipub.

Hæc cum Cæſar ita recitaſſet, mirè Senatorũ animi affecti ſunt. Fuerunt pauci, qui eius animum intelligerent, ideoq́ue aſtipularẽtur: reliqui aut ſuſpicabantur quo hæc conſilio dicta eſſent, aut fidem ijs habebant. Horum alteri artificium in callidè occultanda ſua ſentẽtia Cæſaris admirabantur: alteri hoc eius propoſitum, alteri ægrè eius uerſutiam, alteri pœnitentiam ceptæ Reipublicæ procurationis ferebant. Iam enim extiterant, qui popularem Reipublicæ formam ut turbulentam odiſſent, ac mutationem eius approbarent, Cæſarisq́ue imperio delectarentur. Ex his diuerſis affectionibus eadem tamen omnium ſententia proueniebat. nam neq; qui credebant eum ex animi ſententia locutum, gaudere, (quòd eos, qui abire Cæſarem imperio uoluiſſent, metus, qui noluiſſent, ſpei ſuæ iactura à lætícia detinebat) neq; qui fidem orationi non habebant, eum repræhendere aut coarguere poterant: quia uel audacia his, uel uoluntas deerat. Itaq; ei omnes cum aut uere crederent, aut credere ſe ſimularent, laudare tamẽ nemo eam orationem auſus eſt, cum alteris ea non probaretur, alteris metus obſtaret. Proinde cum frequenter etiam dicenti adhuc occlamaſſent, ubi perorauit, multis omnes eum uerbis precati ſunt, ut ſolus imperij ſummam gereret: multisq́ue quibus id ei perſuaderent, adductis argumentis, tandem eò compulerunt, ut principatum ſolus obtineret. Tunc ſtatim ſtipatoribus eius, quo accuratiori

Cæſar cogitur ſolus Rempublicam regere.

ſtiori cuſtodia nimirum munitus eſſet, duplex eius quod reliquis militibus pendebatur ſtipendiũ ut daretur decretum eſt. Hac arte Cæſar, cum ſe uelle imperium deponere ſimulaſſet, effecit ut ei à Senatu, populoq; confirmaretur. Is ut popularis opinionem ſibi nihilominus aliquam pararet, recepta in ſe omni Reipublicæ cura, negauit ſe omnes uelle prouincias obtinere, aut quas regendas ſumpſiſſet, in perpetuum gubernare, ideoq; infirmiores, nimirũ quia eſſent pacatiores, alijs attribuit, potentiores prouincias, ut quę plus periculi oſtenderent, ac uel hoſtes accolas haberent, uel nouos per ſe ipſæ aliquos motus turbare poſſent, ſibi retinuit. Id faciebat ſub hac ſpecie, ut cum Senatus tuto bonis imperij perfrueretur, ipſe laboribus & periculis obiectus uideretur: at ſub eo prætextu eum uere inermẽ imbellemq; efficiebat, & ad ſe ſolum arma militesq; transferebat. Hac de cauſa Senatui populoq; Africa, Numidia, Aſia, & cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Africa Cyrenaica, Bithynia cum Põto finitima, Sardinia, atq; Hiſpania Bætica aſcriptæ ſunt: Cæſari autem Hiſpanię quod reliquum erat, ut Tarraconenſis, Luſitaniaq;, tum omnis Gallia & Narbonenſis & Lugdunenſis, Aquitaniaq;, & Celtica, cum ijs populis qui eorum coloni eſſent, (nam Celtæ quidam, quos Germanos uocamus, cum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum eſt, occupaſſent, effecerunt ut ea Germania uocaretur, ſuperior ea quæ Rheni ſontibus propior eſt: inferior, quę ab hac uſq; ad Oceanum Britannnicum ſe extẽdit) item Cœleſyria, Phœnice, Cilicia, Cyprus, Aegyptus: ex his tamen poſteà temporis Cęſar Cyprum ac Galliam Narbonenſem populo reddidit, pro eiſq; Dalmatiã recepit, quæ permutatio etiam, ueluti in proceſſu operis dicam, in alijs quibuſdam prouincijs eſt facta. Recenſui autem prouincias hoc modo, quoniam nunc earum quæuis ſuum habet peculiarem præfectum, cum antiquitus binis uel ternis ſinguli præfuerint: cæteras, quæ uel tum temporis nondum à Romanis erant ſubactæ, aut ſubactæ quidem fuerant, ſuis tamen legibus adhuc utebantur, uel regibus conceſſæ fuerant, non recenſui, quarum quæ poſt id tempus ſub Romanã ditionem peruenerunt, ſemper Imperatori acceſſerunt. Cæſar quo longius Romanos à ſuſpicione regiæ poteſtatis ſibi propoſitæ abduceret, Imperium in ſuas prouincias decennale ſuſcepit, hoc etiam iactanter addito, ſi breuiori ſpacio eas poſſet pacare, eo citius ſe imperio deſtiturũ. Deinde utriuſq; ſortis prouincijs Patricios præfecit, Aegypto tantùm equeſtris dignitatis uirum, ob eas quæ ſuprà ſunt commemoratæ cauſas: annuas autem eſſe eorum præfecturas iuſsit, niſi quis multitudinis liberorum, aut nuptiarum ratione priuilegium haberet, utq; de communi Senatus conſilio mitterentur, neq; gladio accincti, neq; militari habitu utentes: Proconſules autem eos dici uoluit, nõ modò duos iſtos Conſulares, ſed reliquos etiam Prætorios, aut qui prætoriorum loco haberentur, utq; lictores utriſq; tot, quot in urbe permiſſum eſt legibus habere, adeſſent, ut imperij inſignia ſtatim atq; extra pomœrium ueniſſent, adſumerent, & uſq; ad reditum in urbem ea ſeruarent: qui neq; Conſulares, neque Prætorij eſſent, ipſe delegit, ac legatos ſuos, & Proprætores nominauit. Nam cum hæc nomina diu admodum in priori Republicæ forma floruiſſent, Prætores inquam & Conſulis, Prætoris nomine, ut bellis maximè ab antiquis inde temporibus conueniens, à ſe delectos inſigniuit, Proprætores eos nuncupãs: Conſulum appellatione reliquos, ut paci propinquiores affecit, Proconſules dicens. Hæc nomina in Italia Cæſar reſeruauit, qui extra Italiam imperarent,

Diuiſio prouinciarum inter Cæſarem et S.P.q. Romanum.

Germania duplex.

Imperium decennale Cæſar ſuſcipit.

quaſi

Præfecti. quaſi eorum locum tenentes, Præfectos appellauit. A ſe porrò deſignatis præter nomen Proprætorũ hoc etiam tribuit, ut plus quàm annum eſſent cum imperio, quatenus uidelicet ipſe ſtatuiſſet: ut militarem habitum geſtarent, gladiumque, & ius capite plectendi militis haberent. Neque enim ulli *Gladij geſtandi ius.* Procõſuli aut Proprætori Præfectóue licebat gladio ſe accingere, quo ipſo licentia necandi militis adimebatur: nam & Senatoribus, & equitibus, quibus alterum conceditur, alterum quoque adeſt. Omnes autem Proprætores, ac qui non ſunt pro Conſulibus, ſex utuntur lictoribus, nomenque inde apud Græcos habent ἑξαπελέκεις: utrique autem imperij inſignia ſtatim atque uenerint in prouinciam ipſis deſtinatam, accipiunt: perfunctique eo, ſtatim deponunt. Ad hunc itaque modum decretũ eſt, ut cùm in Cæſaris, tum in reliquas prouincias Prætorij ac Conſulares præſides mitterentur, eosque Imperator in quas uiſum eſt ipſi regiones, ac quando ipſi uideretur, dimiſit: multique etiamnum Præturam aut Conſulatum obeuntes prouincias adminiſtrauerũt: quod noſtro etiam tempore nonnunquam fit. Senatoribus autem ſeorſim Africam & Aſiam, prætorijs reliquas prouincias adſcripſit: utriſque autem ex æquo interdixit, ne ante quintum annum à geſto in urbe magiſtratu prouincias ſortirentur: ita fiebat, ut etſi eorum numerus quàm prouinciarum erat maior, tamen ad omnes tandem imperium perueniret. Poſt Cæſaris autem Octauiani tempora, cum nonnulli eorum malè geſsiſſent magiſtratum ſuum, Imperatori iſtæ quoque prouinciæ ſunt adiectæ, ac ſic his etiam ipſis quodammodo is prouincias aſsignabat: nam iubebat tot uiros, quot eſſent prouinciæ, ſortem inire: quidã Imperatores etiam à ſe delectos in iſtas prouincias legatos miſerunt, ac nonnullis per plures annos imperium prorogauerunt, & aliquando loco Patriciorum equites præfecerunt. Hæc ergo ita ſtatuta ſunt de Senatoribus ijs, qui poteſtatem mortis in ſubditos habent. Mittuntur enim & quibus ea nõ eſt in eas prouincias quæ populi Romani eſſe dicũtur, ijque ex Quæſtoribus & legatis eorum qui prouincias gubernant, ſorte deliguntur. Hos legatos, ſeu aſſeſſores potius aut *Aſſeſſores ſeu conſiliarij.* conſiliarios ſuos ſinguli ſibi prouinciarum præfecti adſciſcũt, unicum quidem Prætorius ex ſui aut inferioris ordinis hominibus, tres autem Conſulares ex eiuſdẽ dignitatis uiris accipit eos, qui ipſi Imperatori probentur. Etſi enim de his quoque poſteriores Imperatores nonnihil innouarunt: quia tamen id ſtatim deſijt, ſatis erit ſuo loco indicaſſe. Satis dictum, quomodo legatos *Cæſaris prouinciæ ut adminiſtrentur.* præfecti prouinciarum P. R. acciperent. At in prouincias Cæſaris, & urbanis legionib. unà plurib. inſtructis præfectis, ab ipſo Cæſare legati mittuntur, plerunque quidem ex Prætorijs, nõnunquam tamen ex ijs etiam qui Quæſturã aliumúe intermediũ magiſtratum geſſerint. Atque hæc de Senatoribus. At equitũ Imperator eos, qui tribuni militũ, aut in Senatu fuerint, alijs úe ijs rebus, de quibus ſuprà dictum eſt, præſtãt, partim ad mœniorum Romæ, partim ad urbium aliarum tutelam conſtituit, ſicut tunc ab ipſo Cæ*Curatores.* ſare eſt inſtitutum: Imperator etiam curatores (ſic enim ij uocantur, qui publicos reditus colligunt, certasque impenſas faciunt) in omnes prouincias ſuas ac populi Romani ex equitibus alios, alios ex libertis mittit: eo dempto, quòd Proconſules quibus locis præſunt, ipſi tributa exigunt. Certum etiam ſtipendium iſtis curatoribus, ut etiam Proconſulibus, edicto conſtituitur: quia tum etiam Cæſar ut merces eis ſua daretur, cenſuerat. Antiqui*Stipendia.* tùs quidem qui aliquod à Republica munus ſuſcepiſſent, omnia ſuis ipſi impendijs agebant, ſub Cæſare primùm accipere ſtipendium ceperunt, non

idem omnes, ſed quemadmodum muneris eorum rationi congruebat: ſanè curatoribus iſtis ipſum nomen ſui officij à numero pecuniæ quam eius nomine acciperent, inditum eſt. Hæ uerò leges ad omnes ex æquo prouinciarum adminiſtratores erant factæ: nè quem delectũ militum agerent: ne pecuniam præter eam quæ conſtituta erat, exigerent Senatus Imperatoris'ue iniuſſu: cui ſucceſſor miſſus eſſet, is ut ſtatim ex prouincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret, ſed intra tertium menſem Romam reuerteretur. Hæc omnia eo ferè tempore ita ſunt inſtituta. At re ipſa Cæſar unus in omnibus rebus plenum erat imperium habiturus, cum & pecuniã (nam etſi ſuas ab ærario ſeparatim habebat, tamen his quoque ſuo arbitrio utebatur) & milites in ſua haberet poteſtate. Ei cum primum decennium exiuiſſet, aliud quinquennium, atq; eo circumacto rurſum aliud quinquennium, pòſt decennium, ac eo finito aliud iterum decretum eſt, ita ut continuatis decennijs per totam uitam ſummam imperij obtinuerit. Quam ob cauſam pòſteriores quoque Imperatores, etſi non ad certum tempus, ſed per omne uitæ ſpatium ijs Imperium deferatur, tamen ſingulis decennijs feſtum pro eius renouatione agunt, quod hodie etiam fit. Cæſari cum orationem de eiurando regno, ac diuidendis prouincijs habuiſſet, multi jerant honores decrti, nempe ut ante ipſius domum in Palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas coronæ quernæ ſuſpenderentur, nimirum quod perpetuus hoſtium uictor, ac ciuium eſſet ſeruator: (Imperatoris autem ædes Palatium nominantur, non quòd ita aliquando decretum ſit, ſed quòd in Palatio Cæſar habitabat, ibiq; Prætorium eius erat, ac nõnihil domus eius nomen ab eo monte propterea quod ibi quondam Romulus in habitarat, ſplẽdoris accepit: ideoq; etſi alibi Imperator domicilium ſuum habeat, tamen id quoq; Palatij nomẽ obtinet.) Sed poſteaquã ea quæ pollicitus fuit, re ipſa perfecit, ibi demum Auguſtus à Senatu populoq; appellatus eſt. Etenim cum ſtatuiſſent peculiari eum quodam cognomento inſignire, ac alij alia referrent ac probarẽt, Cæſar quanuis Romuli nomen uehementer appetebat, tamẽ cum ſentiret, hinc ſe ſuſpectũ affectati regni fieri, eo omiſſo, Auguſtus, quaſi hominis natura amplior ipſe, cognominatus eſt: auguſta enim ea quæ honore digniſſima, ac ſanctiſſima ſunt, dicuntur, ideoq; σεβαστὸν Græci Auguſtum interpretati ſunt; quaſi uenerandum dicas. Hoc pacto omne populi Senatusq; imperium ad Auguſtum redijt, ab eoq; perfecta

Leges generales.
Aeraria duo.
Honores Cæſari decreti.
Palatium.
Auguſti cognomen Cæſar accipit.

* * * *

Vnius enim dominatio, etſi aliquando duo uel tres ſimul rerum potiti ſunt, ueriſsimè dicitur. Equidem nomẽ eius imperij, quo omnis penes unicum aliquem eſſet poteſtas, adeò inuiſum Romanis fuit, ut ne Dictatorem quidem nominare ſuſtinuerint. cum tamẽ ad Imperatores ſumma Reipub. referatur, fieri non poteſt, quin ſub regno Romani ſint. Nam qui ex præſcripto legum magiſtratus habentur, plerunq; nunc etiam

* * * *

Cenſorum cõſtituuntur, cæterùm omnia ex ſententia Imperatoris aguntur. Quod ne uideantur Imperatores ex potentia potius quàm legibus habere, omnia quæ in populari forma Reipublicæ multum ualuerant Senatu populoq; uolentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe recipiunt, excepta Dictatura. Cõſules enim fiunt ſæpenumerò, & quoties extra pomœrium ſint, Proconſules dicuntur, nomenq; Imperatoris, non modò ſi qui aliquam uictoriam retulerint, ſed & aliàs reliqui omnes, ad ſignificandã plenam ſuam

De poteſtate & cognomentis Imperatorum.
Conſulatus.
Procõſulatus.
Imperatoris nomen.

&

& perfectam potentiam, ſemper gerunt, loco nominis regij & Dictatoris: quæ ſemel é Republica ſublata ut nõ imponunt ſibi, ita eorum uim ac rem ipſam Imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus ſcribendi, pecuniæ conficiendæ, bella ſuſcipiendi, pacem faciendi, peregrinis atq; urbanis rebus perpetua & in omnia ualente poteſtate imperandi, atq; etiam intra pomœrium equites Senatoresq; necandi, aliaq; omnia quæ Conſulibus alijsq; cum pleno imperio magiſtratibus facere licet, agen-

Cenſura. di ius habent. Ex Cenſoria autem appellatione in uitam & mores inquirendi, cẽſus agẽdi, in equeſtrem ac Senatorium ordinem adſcribendi, aliosq; ex ijs remouendi pro ſuo arbitrio licentiam conſequuntur. Quod autẽ om-

Sacerdotia. nibus ſacerdotijs inaugurati ſunt, ac pleroſq; in ea collegia adſciſcunt; ſemperq; unus eorum (ſi quidem duo uel tres ſimul Imperatores ſunt) ſummũ Pontificatum gerit, eo fit ut omnes religiones & ſacrificia in ſua habeãt ma-

Tribunicia poteſtas. nu. At Tribunicia poteſtas, quam præclariſsimus quiſq; Imperator habuit, efficit ut intercedere ijs, quę ab alijs contra ipſorum placitũ mouentur, poſſint, ac ſacroſancti ſint, ita ut ſi uel minimo ſermone ſe ab aliquo læſos exiſtiment, indicta eum cauſa tanquã qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores, cum utique ipſi Patricij ſint: omnem uerò Tribuniciam poteſtatem, quanta unquã maxima fuit, accipiunt: & quia quotannis eam cum Tribunis plebis eius anni renouant, annorum imperij ipſorum hinc ſumma concipi ſolet. Hæc igitur ſingula cum legibus fuerint ſtabilita in ea Reipublicę inſtitutione, qua penes populum eſt ſumma rerum, Imperatores cum ipſis nominibus ſibi ſumunt, ut nihil ſibi à ſubditis nõ datũ habere uideãtur. Aliud porrò quoddã ius habent, nulli unquam Romano apertè & in omnibus rebus cõceſſum.

Legibus ſolui. Legibus enim ſoluti ſunt imperatores: quo ipſo ſolo & ea quæ retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia eis datur. Ad hunc itaq; modum ratione eorum nominum, quæ in populari ciuitatis ſtatu uſurpantur, omnem totius Reipublicæ poteſtatem accipiunt, ac regiam etiam, niſi quod inuidiam nominis uitant. Nam Cæſaris & Auguſti uocabula, nihil eis quidem ea potentiæ adijciunt peculiaris, ſed alterum ſucceſsionem ſtirpis, alterum

Patris nomen. ſplendorem dignitatis ſignificat. Patris autem nomen tametſi eis aliquod ius in ſubditos tribuit, quale eſt parentum in liberos, tamen initiò non in hunc finem eis impoſitum eſt, ſed honoris gratia, utq; admonitioni eſſet ipſis, ut ſubditos liberorum loco, hiq; rurſus ipſos ueluti parentes ſuos charos haberent. Hæ ſunt appellationes iſtæ, quibus Imperatores ſecundum leges, ac inſtituta noſtri etiam temporis utuntur: noſtra uerò ætate omnia eis

Cenſuram Imperatores non omnes gerunt. Domitianus. hæc tribuuntur, Cenſorio excepto, ac olim ſingulæ ex legibus decretæ eis ſunt. Cenſoris autem nomen etiam quidam Imperatorum more antiquitùs recepto acceperũt, idq; Domitianus per totam ſuam geſsit uitam, nunc uerò non amplius fit. Cum enim rem ipſam noſtri temporis Imperatores habeant, neque deliguntur ad Cenſuram gerendam, neque eius magiſtratus nomen, præter quàm in agendo cenſu, ferunt. Enimuerò quem ad modum Reſpublica in meliorem ac ſalubriorem formam (neque enim fieri poterat,

Cauſas reddit, cur ſequẽtes hiſtoriæ minus certò tradi queant. ut ſub populi imperio ea diutius eſſet incolumis) fuerit, ordinemq; commutata, expoſitũ eſt hactenus. Cæterùm quæ poſtea res geſtæ ſunt, eodem modo quo ſuperiorũ temporum acta perſcribi non poſſunt. His enim omnia quæ uel procul ab urbe agerẽtur, Senatui populoq; recitabant, ideoq; multi ea ſtylo perſequebantur; & quamuis non deerant, qui metui aut gra-

tiæ,

tiæ, inimicitiæꝗ uel amicitię in condenda hiſtoria aliquid tribuerēt: tamen apud reliquos, ac in publicis Commentarijs ueritas reperiri quodammodo poterat. Verùm à tempore immutatæ Reipublicę, quia pleraque occultè agi ceperunt, parum fidei eorum narratio inuenit: quin etiam ſi quid apertè ac publicè ageretur, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe nō ſatis exploratæ tribuitur. Eſt enim ſuſpicio, omnia dici agiꝗ ad arbitriū Imperatorum, eorumꝗ qui horum ſunt potentiæ comites: inde fieri, ut multa conficta diuulgentur, multa quæ uerè acta ſint, ignorentur, denique omnia ſecus quàm euenerint, edantur. Iam ipſius etiam imperij moles ac rerū multitudo efficit, ut difficilimum ſit omnia accuratè memoriæ prodere. Etenim permulta quotidie Romæ, multa in ſociorum regionibus, multa contra hoſtes geruntur, de quibus præter eos qui ea conficiunt, nemo quicquā certi cognoſcit, plerique etiam ne facta quidem eſſe audiunt. Idcirco deinceps omnia ego ea, quę recenſere operę eſt, ita ut ab alijs indicata ſunt, commemorabo, ſiue ita rei ueritas, ſiue etiam aliter: mea tamen nōnunquam appoſita opinione, ſi quando fieri potuit, ut ex multis his quæ legi, uidi, auditu'ue accepi, aliter rem quàm tradita ſit geſtam coniectarer.

Omen.

Cæſari, cum Auguſti cognomentum, quemadmodum retuli, accepiſſet, ſignum haud nullius momenti ea ipſa nocte euenit. Tiberis enim exundās ita omnia quæ in plano iacerent Romæ loca repleuit, ut nauigabilis eſſet: id ſic interpretati ſunt arioli, ut eum ad magnū faſtigiū euaſurum, totamꝗ urbem in ſua manu habiturum dicerent. Cum alijs alij immodicè ei modis gratularentur, Sextus quidam Pacuuius, quem alij Apudium nominãt, omnium ſtudia ſuperauit, more Hiſpanorum ſe Cæſari conſecrans: idemꝗ ut facerent, alijs autor exiſtens. Id cum Auguſtus impediret, ad multitudinem adſtantem (Tribunus enim erat plebis eo tempore) proſiluit, eosꝗ, & reliquos per compita & angiportus circumuagando, ut ſuum factū imitarentur, ac ſe Auguſto conſecrarent, adegit. Vnde tractum, ut hodie etiam qui Imperatorem uerbis adhortantur, ſe ei dicant eſſe ſacros. Is igitur Pacuuius obtinuit, ut ab omnibus ſacrificaretur ob hanc rem, ac in plebe aliquando profeſſus eſt ſe Cæſarem hæredem ex æquo cum filio ſuo nuncupaturum, non quòd poſsideret quicquā, ſed ut Auguſtus cum huius ſtudij cauſa remuneraret, quod etiam factum eſt. Porrò Auguſtus cùm alia quæ ad imperium pertinerent maiori iam ſtudio, quippe cui id ultrò eſſet oblatum, egit, tum multas leges condidit: quarum ego actionum, præter eas quæ conducere noſtro aliquid operi poſſunt, ſingulas perſequi opus non habeo: idem in reliquis etiam facturus, ne moleſtus lectori ſim, ea introducēs, quæ nc hi ipſi quidem accuratè recitarunt, qui maximè hoc propoſitū ſibi habuerūt.

Sextus Apudius ſeu Pacuuius ſe Cæſari Auguſto conſecrat.

Conſecrati Imperatori.

Auguſtus conſiliarijs uſus.

Enimuerò non omnia proprio cōſilio Auguſtus egit, ſed multa publicè deliberanda propoſuit, ut ſi quid alijs diſpliceret, corrigere id poſſet: omnes uerò adhortatus eſt, ut ſuum ſibi conſilium aperirent, ſi quid rectius inuenirent, libertatem omnem eis cōcedens, eorumꝗ motus ſententijs quædam retractauit: præſertim uerò à Conſulibus, aut ſi ipſe Conſulatum gereret, à collega ſuo hoc contendit. Ex reliquis etiam magiſtratibus ſingulos, ex Senatoribus ſorte quindecim delegit, qui per ſex menſes conſiliarij ſui eſſent, ita ut uideretur per hos etiam reliquis omnibus ea quæ ſtatueret communicare. (de nonnullis quidem ad uniuerſum Senatum retulit, tamen præſtare ratus eſt, ut cum paucis per ocium de pleriſꝗ & maximis rebus cōſilium caperet.) Hos etiam iudicijs aliquando adhibuit, cum nihilominus Senatui

D quoꝗ

quoque ſua eſſent, ut prius, iudicia, ac legatis & oratoribus populorum regumꝗ reſponſa dedit. *Comitia.* Comitia uerò populi etſi nihilominus habebantur, tamen nihil præter uoluntatem Auguſti agebatur: magiſtratus partim ipſe deſignabat, alios populo plebiꝗ creandos permittebat, id modò curans, ne qui indigni per coitiones aut ambitum deſignarentur. Hæc fuit Auguſto generalis Imperij adminiſtrandi ratio: nunc ſingula, quæ neceſſaria relatu uidebuntur, ordine proſequar cum Conſulibus, ſub quibus acta ſunt. *Viarum refectio.* Anno eo, quem ſuprà demonſtrauimus, cum uideret Auguſtus uias extra urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere, reliquas patrum quibuſdam proprijs ſumptibus reficiendas mandauit: Flaminiam, quoniam eà ducturus erat exercitum, ipſe procurauit, eſtꝗ ea ſtatim inſtaurata, ac ob id ſtatuæ Auguſti ſunt ſupra aras in ponte Tiberis, & Arimini poſitæ. Reliquæ uiæ poſteriori tempore refectæ, ſiue publicis, (neque enim Senatores libenter ſumpus faciebant) ſiue ipſius Auguſti ſumptibus hoc factum quis dicere uelit: neꝗ enim inter huius, & publicum ærarium quid interfuerit, ſatis uideo, quantumuis Auguſtus ſtatuas nonnullas ſuas argenteas, ab amicis ſibi & populis datas, in numiſma conciderit, quò exiſtimaretur ex ſuis facultatibus omnia quæ præ ſe ferebat impendere. Itaꝗ mihi animus non eſt dicere, pecunia'ne ſua, aut publica Imperatores quicquam perfecerint, cum utrunꝗ ſæpius obtigerit: neꝗ mihi æs alienum factum, aut donationes, & alia id genus referre lubet, cum hæc omnia populus cum Imperatore ſemper communia habuerint. Auguſtus his peractis *Auguſtus res Gallicas & Hiſpanicas componit.* cum exercitu ab urbe profectus eſt, ut in Britanniam bellum transferret: uerùm poſtquam in Galliam uenit, cum Britanni oratores petitum pacem ad eum miſiſſent, componendis Gallicis rebus, quæ quia ſubactis illis ſtatim bella ciuilia ſubſecuta fuerant, etiamnum fluctuabant, Gallorumꝗ agendo cenſu, uitaꝗ & republica formanda aliquid temporis extraxit. Inde in Hiſpaniam profectus, eam quoꝗ prouinciã conſtituit. *An. V.C. 728.* Anno ſequenti, Auguſto VIII. Statilio Tauro Conſulibus, Agrippa, quia nullam uiam *Agrippa Septa exornat.* ſternendam ſuſceperat, Septa dedicauit. Septa locus eſt in Campo Martio, eum ad habenda tributa Comitia Lepidus undiquaꝗ porticibus circunductis ædificauerat, tabulis lapideis & picturis à ſe exornatum Agrippa, *Septa Iulia.* Septa Iulia ab Auguſto cognominauit. Hic quidem Agrippa eo facto nõ modò inuidiã nullam, ſed magnos honores apud Cæſarem omneſꝗ alios inuenit: nam omnibus rebus Cæſari quàm maximè clementium, glorioſarumꝗ & utilium actionum autor adiutorꝗ cum eſſet, nihil tamen eius gloriæ ſibi arrogabat, honoreſꝗ ab eo ſibi tributos nõ in priuatum ſuum commodum aut uoluptatem, ſed in Auguſti ac Reipublicæ utilitatem conuertebat. *Cornelij Galli interitus.* At Cornelius Gallus ad libidinem ex honore ſibi ab Auguſto dato præcipitauit, ita ut multa cõtra Auguſtum uana dicta deblateraret, ac multa flagitioſe ageret, ſtatuas ſibi ipſi per uniuerſam propemodum Aegyptum ponens, *Valerius Largus.* ſuaꝗ acta in Pyramides inſcribens. His de cauſis accuſatus à Valerio Largo, qui ſocius eius & conuictor fuerat, ignominia ab Auguſto affectus eſt, prohibituſꝗ intra prouincias eius degere. Eo facto, multi quoꝗ alij Gallum aggreſſi, uaria eius crimina detulerunt: decretumꝗ eſt ab uniuerſo Senatu, ut iudicio damnatus exularet, bona eius Auguſti eſſent, ac rem ſacrã eius rei cauſa Senatus faceret. Gallus dolorem non ferens, morte uoluntaria damnationem præuenit. Documento fuit is Galli caſus, quàm parũ ſincerè pleriꝗ beneuolentia alios proſequerẽtur: quando eos ſe Gallo, quem

adulati

adulati hactenus fuerant, præbuere, ut eum ad inſerendas ſibi manus adegerint, & ad Largum, quoniam eum iam creſcere uidebant, ſtudia ſua conuertére, proculdubio ſi quid ſimilis rei eueniſſet, eadem in ipſum ſtatuturi. Certè Proculius ita de Largo ſenſit, ut obuiã eo fortè facto, nares ſuas osq; manu compreſſerit, ijs qui ſecum erant ſignificans ne reſpirare quidem Largo præſente quenquam tutò poſſe. Alius quidam Largum accedens, adhibitis arbitris, Largo ipſe ignotus, percontatus eſt, Notus ne ei eſſet: & abnegante id Largo, rem in tabulas adſignauit: quaſi uerò homo improbus non poſsit etiam ignotum calumnijs impetere. Adeò autem pleriq; magis actiones aliorum, quamlibet prauas, imitantur, quàm infortunia eorum cauent, ut tum temporis etiã M. Egnatius Rufus, qui cum Aedilis plebis fuiſſet, eoq; in magiſtratu præter alia multa rectè facta, ædificijs quoque ſuo anno incendio correptis ſeruorum ſuorum, aliorumq; mercede cõductorum ópera ſuccurriſſet, ideoq; ei à populo ſumptus in eum magiſtratum dati, & ipſe præter leges Prætor creatus eſſet: animo propter hęc ſublato, Auguſtũ deſpexerit, ac publicè ſcriptum propoſuerit, ſeſe illęſam integramq; ſucceſſori urbem tradidiſſe. Id iram cùm aliorum in Republica principum, tum ipſius Auguſti mouit, qui paulò pòſt Egnatium ne quid præter cæteros ſibi ſumeret, edocturus, tunc ſatis habuit Aedilibus mandaſſe, cauerent ne qua incendia exiſterent, aut ſi extitiſſent, ignis reſtinguendi curã gererent. Eodem anno Polemo rex Ponti in ſocios ac fœderatos P. R. adſcriptus eſt, ac prima ſubſellia in theatris per totum eius regnum Senatoribus tributa. Auguſtum iam in Britanniã, quia de pacto non conueniebatur, expeditionem animo agitantem, Salaſsi, Cantabri, Aſturesq; rebellionem facientes redhibuerunt: quorum Salaſsij ſub Alpibus habitant, ut ſuprà dixi, alteri uerò regiones Hiſpaniæ planas ad Pyrenæum montem, ac munitiſsimas Pyrenæi partes incolunt. Igitur Auguſtus, qui tum nonum Conſulatum, M. Silano collega gerebat, aduerſum Salaſſos Terentiũ Varronem miſit, ipſe bellum cõtra Cantabros & Aſtures ſuſcepit gerendum. Varro in terram hoſtilem multis ſimul locis, ne coire inter ſe, ac iunctis uiribus uictoriã diſtinere poſſent, irrumpens, facilimè Salaſſos, non magnis nimirum ſibi agminibus occurrentes, uicit, & ad accipiendas pacis conditiones adegit: tum certam argenti ſummam eis imperauit, quaſi nihil præterea damni accepturis, ad id argentum exigendum undiq; dimiſsis militibus, omnes qui eſſent iuuenili ætate, compræhendit: diuendiditq; ea conditione, ne quis eorum ante uiceſimum annum liber fieret. Agri eorum pars optima cohortibus prætorianis data, urbs Auguſta Prætoria fuit. Cum Aſtures ac Cantabri, ſimul bello à Cæſare petiti, neq; dederent ſe locorum naturæ cõfiſi, neq; etiam manum conſererent, quippe & numero longè inferiores, & uelites plerique, cumq; eum, ſi quà ſe commoueret, ſubinde editioribus locis occupatis, ac ſylueſtribus conuallibus inſidias collocantes, frequenter infeſtarent: Auguſtus in ſummis difficultatibus conſtitutus, ac ex labore curiſq; in morbum prolapſus, C. Antiſtio ei bello præfecto, Tarraconem ſe contulit. Antiſtius in eius belli adminiſtratione multa præclarè geſsit, non quòd artibus imperatorijs Auguſto anteiret, ſed quòd eo contempto Barbari, auſi ſunt prælio congredi, idq; ſiniſtrum fecerũt: ita & multa ipſe oppida cepit, & T. deinde Cariſius Lanciam, quę eſt maxima Aſturiæ urbs, deſertam occupauit, multaq; alia in ſuam poteſtatem redegit. Finito hoc bello, Auguſtus emeritos milites exautorauit, urbemq; eos in Luſitania, Auguſtam Emeritam nomine,

Proculij de Largo ſententia.

M. Egnatij Rufi ædilis in Auguſtum contumelia.

Aedilib. incendiorum cura mandata.

Polemo ſocius Romanorũ factus.

Salaſſorũ, Cantabrorum, & Aſturum rebellio.

An. V. C. 729.

Terentius Varro Salaſſos perdomat.

Auguſta Prætoria.

Cæſar bello Cãtabrico ægrotat.

C. Antiſtius Aſtures uincit.

T. Cariſius.

Lancia.

Auguſta Emerita.

Spectacula caſtrenſia.

Iubæ regnum.

condere iuſsit: ijs qui militari etiamnum erant ætate, ſpectacula quædam per Marcellum ac Tiberiū, quaſi Aediles, in ipſis caſtris exhibuit: Iubæ pro paterno regno Gætuliæ quaſdam partes, quoniam pleræq; ad morem Romanum cōpoſitæ erant, & Bocchi Bogudisq; ditiones dedit. Amynta mortuo, regnum filijs eius nō tradidit, ſed prouinciā P.R. fecit, atq; exinde Gallogræcia cum Lycaonia Romanum habere præfectum cepit: oppida Pamphyliæ, quæ prius ſub Amynta fuerant, ſuæ ſunt libertati reſtituta. Ferè hoc ipſo tempore M. Vinicius Germanos quoſdam ultus, qui Romanos uiros in ipſorum regionem commercij gratia ingreſſos obtruncauerāt, ipſe quoque nomē Imperatoris Auguſto parauit. triumphiq; ei ꝓpter hanc, aliasq; res tum geſtas decreti ſunt: quos cum recuſaſſet, Fornix trophæum ferens in Alpibus ei poſitus eſt, dataq; poteſtas Calendis Ianuarij ſingulis coronæ & ueſtis triumphalis geſtandę. Auguſtus bellis ad hunc modum confectis, Iani templum, quod propter hæc bella fuerat reſeratum, clauſit. Agrippa autem eodem tempore proprijs ſumptibus urbem exornauit: nam & porticū Neptuni propter uictorias nauales extruxit, & Argonautarum pictura decorauit, & ſudatorium Laconicum fecit. Lacedæmonicum autem uocatur id genus balnei, quoniam hi tum nudari corpora, & inungi oleo præcipuè uidebātur. Pantheum quoq; perfecit Agrippa: id ſic dicitur fortaſsis, quòd in ſimulacris Martis & Veneris multas Deûm imagines acciperet: ut uerò mihi uidetur, inde id nominis habet, quòd forma conuexa faſtigiatum, cœli ſimilitudinem oſtenderet. Voluit Agrippa in eo Auguſti quoq; ſtatuam collocare, nomenq; operis ei adſcribere: neutrum autem eo accipiente, in Pantheo ipſo Cæſaris ſuperioris ſtatuam, ſuam & Auguſti in ueſtibulo poſuit. Quæ quoniam non eò, ut cum Auguſto de liberalitate contenderet, ſed firma erga hunc beneuolētia, & perpetuo Reipublicæ ſtudio ab Agrippa fierent, non modò non culpauit Auguſtus, ſed magnis potiùs eſt proſecutus honoribus. Nam cum propter morbū nuptias filiæ ſuæ Iuliæ, & Marcelli (erat is ſororis Auguſti filius) Romæ non poſſet facere, Agrippæ eas celebrauit opera: cumq; domus in Palatino monte, quæ priùs Antonij, deinde Agrippæ & Meſſalæ conceſſa fuerat, incendio eſſet abſumpta, argento Meſſalam donauit, Agrippā in ſuam domū ad ſe recepit. His rebus haud equidē iniuria animū Agrippa ſuſtulit. C. etiā quidā Toranius nullā culpā meruit, ꝙ Trib. plebis patrē ſuum, libertū quidē eum alicuius, in theatrū introduxiſſet, ac in ſubſellio Tribunicio apud ſe collocaſſet. Innotuit quoque P. Seruilius, qui ludis quibuſdam urſos trecentos, & totidem alias Africas belluas interfeciſſet. Auguſto X. C. Norbano Conſulibus, Calendis Ianuarijs Senatus iuramento confirmauit ſe eius acta approbare: cumq; iam urbi appropinquare diceretur (nam propter morbum diutius abſuerat) ac pollicitus populo uiritim centenos eſſet denarios, negaſſetq; ſe prius id proſcripturū, quàm Senatus aſſenſiſſet, omni eum legum neceſsitate Senatus liberauit, ut, ueluti demonſtratum à me eſt, uerè cum plena poteſtate perfecteq; ſui iuris, legibusq; ſolutus, agere aut non agere omnia ſuo poſſet pro arbitrio. Hæc abſenti Cæſari decreta. Poſtea quàm in urbē aduenit, alia pro ſalute & reditu eius acta, ac præterea decretū, ut Marcellus inter Prætorios in Senatu eſſet, decennioq; maturiùs quàm leges poſtulant, Conſulatū peteret: Tiberioq; permiſſum, ut ſingulos magiſtratus quinquennio ante ꝙ conſtitutum fuit, adire poſſet, ſtatimq; alteri Quæſtura, alteri Aedilitas data eſt: & quia ij qui Quæſtores prouinciarum eſſent, numerum nō explebant,

Amyntæ mors.

Galatia & Lycaonia prouinciæ Rom. fiunt.

M. Vinicij de Germanis uictoria.

Iani templum clauditur.

Agrippa porticum Neptuni & balneū Laconicū & Pantheum extruit.

Nuptiæ Marcelli & Iuliæ.

Agrippa cohabitator Auguſti.

C. Toranij in patrem pietas.

P. Seruilius ferarum confector.

An. V. C. 730.

In acta Auguſti Senatus iurat.

Auguſtus legibus ſoluitur.

Marcello & Tiberio tempus petendi magiſtratus remiſſum.

ſorte ad id delecti ſunt omnes qui citra hoc officium ſuperioribus uſque ad decimū annis Quæſtores fuiſſent. Hæc tum in urbe memoratu digna acta ſunt. Cæterùm Cantabri & Aſtures, ubi primùm Auguſtus ex Hiſpania, L. ei Aemilio præpoſito, diſceſsit, rebellione extemplò facta, ad L. Aemilium prius quàm ei quicquā ſui conſilij indicarēt, miſerunt qui dicerent, frumentum ipſos aliasq; quaſdam res exercitui donare: atque ita cum nacti eſſent permultos Romanos milites ad ea apportanda profectos, in loca ſibi opportuna adductos interfecerūt. Sed hoc eis gaudium diuturnum non fuit, quin agro ipſorū uaſtato, incēſis oppidis, & maximè * celeriter manu caperētur. Interim alia quoq; expeditio quædā ſimul & cepta moueri, & deſita. In Arabiam Felicē, cuius tum rex erat Sabos, Aelius Largus exercitū adducebat. Cui etſi primò in cōſpectum nemo prodiret, tamen haud exiguo id iter labore ſtetit: nam ſolitudo regionis, ſol quoq; & aquę natura infeſtę, ita eos afflixêre, ut maior pars exercitus periret. Morbus ipſe nulli notorū aſsimilis, in caput decumbebat: eoq; exiccato, multos ſtatim perimebat: qui uerò euaſiſſent mortē, ijs in pedes per totum corpus tranſibat, eosq; ita afficiebat, ut remedium nullum prodeſſet, niſi quis oleum uino mixtum biberet, eoq; ſe inungeret. quod ſanè paucìſsimis licebat facere, cum neutrū in ijs locis naſcatur, neque ipſi eius ſecum copiam attuliſſent. Inter hæc mala barbari, qui prius ſi quando prælium cōmiſiſſent, ſemper inferiores diſceſſerant, ac oppida quædam amiſerāt, morbo auxiliario ſuo uſi, Romanos aggreſsi ſua receperunt, reliquosq; Romanos ſua regione expulerunt. Hi primi, atq;, ut mea fert ſententia, ultimi etiam Romanorum eo uſq; in Arabia iſta bello progreſsi ſunt: Athlulorum enim tenus (urbs ea inſignis eſt) peruenerant. Auguſtus x i Conſul, cum Calpurnio Piſone, adeò graui morbo decubuit, ut nulla ſalutis ſpes adeſſet: itaque omnibus ita ut fato cōceſſurus diſpoſitis, magiſtratibus, & Senatorū equitumq; primoribus ad ſe conuocatis, nemine ſibi ſucceſſore (cum omnes putarēt, Marcellum ad hoc ab eo deſtinatum iri) conſtituto, cum quædam ijs de publicis negocijs expoſuiſſet, Piſoni libellum, in quem exercituum & redituum publicorum indicem conſcripſerat, Agrippæ annulum tradidit. Antonius uerò Muſa, cum nihil Auguſtus eorum quæ maximè ad ſanationem opus erant, poſſet facere, lauacris frigidis, frigidisq; potionibus ſanitati reſtituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Auguſto & Senatu multa, uſusq; annuli aurei (libertus enim erat) datus eſt, immunitasq; non ipſi modò, ſed omnib. eandem artem exercentibus in poſterum quoq; tempus conceſſa. Verùm enimuerò ut palàm conuinceret hic Muſa opus fortunæ fatiq; ſibi arrogaſſe, euenit paulo pòſt ut Marcellus ægrotans, eademq; ratione à Muſa eodem curatus, mortem obiret: quem funere publico elatum, laudatumq; pro more Auguſtus in ſepulcrum ab ipſo factum condidit, memoriaq; eum theatri eius quod antè ceptum à Cæſare, Marcelli dictum eſt, honeſtauit: iuſsitq; ut ludis Romanis effigies Marcelli aurea, aureaq; corona, & ſella curulis in theatrum inferretur, mediaq; inter præfectos ijs ludis magiſtratus collocarēt. Verùm hæc poſtea temporis acta ſunt. Tum uerò Cæſar ualetudine recuperata, teſtamentum quod fecerat in Senatum intulit, uoluitq; recitare, oſtendens hominibus neminem ſe ſui principatus ſucceſſorem conſtituiſſe, ne tamen legeret, ab omnibus prohibitus fuit: id uerò ſummam eius apud omnes admirationē excitauit, quòd Marcello, quē ſororis ſuæ filium, generumq; ſuum amauiſſet, quem tot honoribus ornaſſet, cuius munus Aedilicīū adeò ſplen

Cantabrorum et Aſturum rebellio.

L. Aemilius.

Aelij Largi in Arabiam Felicem infelix expeditio.

Athlula.

An. V. C. 731.

Auguſti morbus grauiſsimus.

Antonius Muſa Auguſtū reſtituit ſanitati.

Immunitas medicis conceſſa.

Marcelli mors, & quibus eum honoribus Auguſtus ornârit.

Marcelli theatrum.

 didè

didè adornauiſſet ſuo auxilio, ut per totam æſtatem ſupta forũ conopea ſu-
ſpenderit, equitem ſaltantem, inſignemq́ mulierem in orcheſtram introdu
xerit, tamen ei principatũ non credidiſſet, ſed ei Agrippam prætuliſſet. Ni-
mirũ Cæſar nondũ animo iuuenis Marcelli animo ſatis fiſus erat, & uel po-
pulum libertatem ſuam recipere uolebat, uel Agrippam ſummæ rerum ab
eo præfici, quem cum compertum haberet à populo ſummopere diligi, ta-
men nolebat ipſe ei imperium mandare. Porrò Auguſtus alleuato corpore,
cum intelligeret his de cauſis Marcellum ſimultatẽ aliquam contra Agrip-

Agrippa ob ſimultates cum Marcello in Syriam amandatur.

pam ſuſcepiſſe, ne ſi uno in loco manſiſſent, offenſæ inter eos ac contentio-
nes intercederent, Agrippam continuò in Syriam amandauit. Agrippa ur-
be præfectus, in Syriam non perrexit, ſed adhuc maiori uſus moderatione,
eò miſsis legatis ſuis, ipſe Lesbi permanſit. Auguſtus uerò decem tantùm

Decem Praetores.

Prætores, quia pluribus opus non haberet, conſtituit, idq́ in plures etiam
annos: quorum reliqui eadem quæ prius officia exequerẽtur, duo uerò ad-
miniſtrationi ſingulis annis præeſſent. His ſingulis ordinatis, in Albanum
exijt, ac Conſulatu ſeſe abdicauit. Quoniam enim ipſe iam inde à compo-
ſitione Reipublicæ, ac nonnulli alij toto anno Conſulatum geſſerant,
inhibere eum morem cupiens, ut ad plures Conſulatus perueniret, extra
urbem magiſtratu abijt, ne impediretur. Laudatum eſt hoc eius factum,

L. Seſtius Conſul.

idq́ etiam, quod in ſuum locum ſubrogauit L. Seſtium, qui uir ſemper
Bruti rebus fauerat, omnibusq́ in bellis ei ad fuerat, ac adhuc eius memo-
riam colebat, imagines eius habebat, eumq́ laudare ſolebat: amicitiæ uerò
obſeruantiam, fidemq́ Seſtij non modò non odio, ſed honori etiã habebat
Auguſtus. Ea propter Senatus Auguſto hos honores decreuit, ut Tribu-

Honores Auguſto decreti.

nus plebis perpetuus eſſet, ut quoties Senatus haberetur, etiam ſi Conſula-
tum non gereret, de quibuſcunq; rebus referre poſſet, ut Proconſulare im-
perium ſemper haberet, neq; id in urbem intrans deponeret, aut renouan-
do opus ei eſſet, ut maior ipſi in prouincijs quàm præfectis earum ſemper

Tribunicia poteſtas ab Imperatoribus uſurpata.

eſſet poteſtas. Inde exortum eſt, ut Auguſtus, quiq; eum ſunt ſecuti Impera-
tores, lege quadam reliquis hiſce, & Tribunicia poteſtate uterentur. Nam
Tribuni plebis nomen neq; Auguſtus, neq; ullus alius imperator geſsit. Ac
mihi ſanè hæc ei tunc non adulantes, ſed uerè tribuiſſe Romani uidentur:
nimirum in omni re cum ipſis tanquam liberis hominibus agebat: ita cum

Auguſtus ut controuerſiam Teridatis ac Phraatis dijudicârit.

Teridates, ac legati à Phraate Romam adueniſſent, ſuarum controuerſiarũ
cauſa, in Senatum eos Auguſtus introduxit, ac deinde mandata ſibi à Sena-
tu litis cognitione, Teridatem Phraati nequaquam tradidit: filium tamen
Phraatis, quẽ antè ab eo acceperat, patri remiſit, ut pro eo captiuos, ſignaq́
militaria Craſsi & Antonij cladibus amiſſa reciperet. Eodẽ anno Aedili cu-

Aedilis curulis Aedili plebis ſuccedit.

dam plebis mortuo, C. Calpurnius, qui tamẽ antè Aedilis curulis fuerat, ſuc-
ceſsit, quod aliâs factum fuiſſe memoriæ proditum nuſquam eſt. Ferijs bini
ſingulis diebus præfecti urbis fuère, interq́ eos unus qui nondum iuueni-

Liuia ſuſpecta ob mortẽ Marcelli.

lem ætatem attigerat. Sanè mortis Marcelli cauſa Liuiæ à quibuſdam impu-
tata eſt, quę eum ſuis filijs præferri indignè tuliſſet: eam tamen ſuſpicionem

Morboſa conſtitutio aeris.

dubiam effecit eius, ac ſequentis anni temperies, ita uitioſa, ut ingens homi-
num multitudo morbis abſumpta ſit. Tum quoq; (ut ferè huiuſmodi mala
ſignis ſuis prænunciantur) lupus intra urbem deprænhenſus eſt, ignisq́ &
tempeſtas multa ædificia læſit, Tiberisq́ auctus pontem
ſublicium euertit, fecitq́ ut urbs triduum
eſſet nauibus peruia.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVINQVAGESIMVSQVARTVS,

Guilielmo Xylandro Auguſtano interprete.

CONTENTORVM IN HOC DIONIS LIBRO, INDEX.

Quemadmodum procuratores uiarum & annonæ ex Prætorijs uiris ſint delecti.
Vt *Noricum fuerit ſubactum, ac* Rhætia.
Quomodo Alpes *maritimæ* Romanis *obedire ceperint,*
Vt Balbi *theatrum fuerit dedicatum.*
De Marcelli *theatri dedicatione.*
De *morte* Agrippæ, *utq;* Cherrhoneſus *in bonis* Auguſti *eſſe ceperit.*
Quomodo Auguſtalia *inſtituta fuerint.*
Annis hæc acta XIII. *quorum Coß. hi recenſentur.*

M.Claudius M.F.Marcellus Aeſerninus.
L.Aruntius L.F. An.V.C.732.
M.Lollius.
Q.Lepidus. 733.
M.Apuleius Sex.F.
P.Silius P.F.Nerua. 734.
C.Sentius.C.F.Saturninus.
L.Lucretius Q.F.Viſpalio. 735.
Cn.Cornelius L.F.Lentulus
P.Cornelius P.F.Lentulus Marcellinus. 736.
C.Furnius C.F.
C.Iunius C.F.Silanus. 737.
L.Domitius Cn.F.Cn.N.Aenobarbus.
P.Cornelius P.F.P.N.Scipio. 738.
M.Druſus L.F.Libo.
L.Calpurnius L.F.Piſo. 739.
M.Licinius M.F.Craſſus
Cn.Cornelius Cn.F.Lentulus. 740.
Ti.Claudius Tiberij F.Nero
P.Quintilius Sex.F.Varus. 741.
M.Valerius M.F.Meſſala Barbatus.
P.Sulpicius P.F.Quirinus. 742.
P.Fabius Q.F.Maximus.
Q.Aelius Q.F.Tubero. 743.
Iulius Antonius M.F.
Q.Fabius Q.F.Africanus. 744.

ANNVS inſequens M. Marcellum, L. Arruntium Conſules habuit. Eo anno iterum Tiberis inundatione Romæ nauibus uehi licuit, fulminibus cùm alia multa, tũ ſtatuæ in Pantheo ictæ ſunt, ita ut haſta etiam è manu Auguſti excuteretur. Peſtis eo anno per totã Italiã ita graſſata eſt, ut agris colendis nemo uacaret, quod idem exteris etiam regionibus euenisse opinor: itaq; Romani lue iſta, fameq; attriti, exiſtimantes id ſibi haud alia de cauſa contingere, quàm quòd Auguſtum non eo etiam an- An. V. C. 732. Prodigia.

no Conſulem haberent, Dictatorem eum dicere uoluerunt, incluſumq́ in
Curia Senatum eò ui compulerunt, ut hoc decernerent, ni feciſſent, incen-
Auguſtus Dictaturã et Cenſuram recuſat. dium minitantes. Ipſi cum XXIIII. faſcibus ad Auguſtum acceſſere, oran-
tes ut ſe Dictatorem creari, annonæq́ procuratorem exemplo Pompeij pa
teretur. Auguſtus inuitus quidem, tamen annonę procurationem ſuſcepit,
iuſsitq́ ut ſingulis annis duo uiri, qui ante quinquennium Pręturam geſsiſ-
ſent, frumento diſtribuendo cõſtituerentur: Dictaturã autem nequaquam
admiſit, quinimò cum alia ratione neq́ uerbis neq́ precibus populum poſ-
ſet inhibere, ueſtem ſuam diſcidit, rectè inuidiam atq́ odium eius nominis
uitans, cum honorem & poteſtatem maiorem etiam Dictatoria haberet. I-
dem fecit, cum eum Cenſorem perpetuum conſtituere uellent: neq́ enim
hunc honorem accepit, ſed Cenſores ſtatim alios fecit, Paulum Aemilium
Cenſores. Lepidum, & L. Munatium Plancum, fratrem hunc eius qui quondam pro-
ſcriptus fuerat: Lepidũ uerò eum, qui tunc ipſe proſcriptus fuit. Hi poſtre-
Omen. mi Cenſores ex priuatis fuerunt, quod ſtatim eis eſt oſtenſum. Tribunal
enim ipſorum cùm prima magiſtratus die conſcenderent, corruit & confra
ctum eſt, nec deinde alij Cenſores eorũ ſimiles creati ſunt. Auguſtus quan-
Auguſtus quæ Romæ correxerit. uis his Cenſura eſſet mandata, multa tamen quæ eorum eſſent officij egit,
collegiorum alia prorſus ſuſtulit, alia correxit, ludorum curam omniũ Præ-
toribus iniunxit, ita ut eis à populo aliquid daretur: edicto etiam addito, ne
quis plus reliquis ex ſuis facultatibus in eos impenderet, ne'ue munus gla-
diatorium iniuſſu Senatus, aut ſæpius duabus quotannis uicibus, aut plu-
rium quàm centum & uiginti gladiatorum exhiberet. Aedilibus Curulib.
incendia extinguenda mandauit, ſexingentis ſeruis quorum ad hoc uteren
Orcheſtra. tur opera datis. Ac quoniã equites, & fœminæ illuſtres adhuc in Orcheſtra
ſaltabant, prohibuit ne non modò patriciorum liberi (id enim iam antè cau
tum erat) ſed etiam nepotes eorum, quiq́ equeſtris eſſent ordinis, amplius
id facerẽt. In his actionibus legislatoris Auguſtus, & Imperatoris ſpeciem
nomenq́ oſtendit: in alijs adeò ſe demiſit, ut amicis quoq́ in ius uocatis au
M. Primus. xilio fuerit. M. cuidam Primo dies erat dicta, quòd Macedoniæ præfectus,
bellum Odryſis intuliſſet: is cum modò Auguſti, modò Marcelli ex ſenten-
tia id ſe feciſſe diceret, Auguſtus nemine uocante ad tribunal uenit, interro
gatusq́ à Prætore, mãdaſſet'ne id bellum Primo, inficiatus eſt: tum Licinio
Licinij Murenæ in Auguſtũ contumelia. Murenæ, qui cauſam Primi agebat, multis eũ maledictis inceſſenti, ac per-
contanti quid hîc in foro ageret, aut à quo uocatus adeſſet, A're, inquit, pu
blica. Propter hæc ij qui ſanę erant mentis Auguſtum laudauerunt, adeò ut
Conſpiratio cõtra Auguſtum. Senatum quoties uellet conuocandi licentiam ei darent: reliqui malè de eo
ſenſerunt: inuentiq́ non modò qui Primum ſuis ſuffragijs liberarent, ſed e-
Fannius Cæpio. tiam qui in Auguſti perniciem conſpirarent. Eius conſpirationis dux fuit
Fannius Cæpio, ſocij autem nonnulli alij, interq́ eos Murena etiam ſiue ue
rè, ſiue falſo habitus, qui libertate dicendi contra quoſcunq́ intemperanti
ad faſtidium uſq́ utebatur. Hi cum die dicta in iudicio non comparuiſſent,
abſentes exilio damnati ſunt, & paulò pòſt necati: neque auxilio fuit Mure-
Proculius. næ neq́ frater eius Proculius, neq́ ſororis maritus Mæcenas, qui tamẽ ſum
Mæcenas. mo erant apud Auguſtum loco. Hi conſpiratores cum nihilominus quo-
rundam iudicũ ſententijs abſoluerentur, legem Auguſtus tulit, ne quis oc
cultè in iudicijs eorum qui ad nomen die dicta non reſpondiſſent, ſuffragiũ
ferret, utq́ hi omnes indicta cauſa ab omnibus damnarentur. Quod eum
non iracundia commotum, ſed propter utilitatem publicam inſtituiſſe, ipſe

e uidenter

euidenter demonſtrauit. Cum enim pater Cæpionis alterum ſeruorum, qui cum filio eius fugerant, manu mitteret, quòd ei ad mortem cum raperetur, opitulari uoluiſſet: alterum qui herum prodidiſſet, per medium forum traductum cum tabula cauſam ſupplicij indicãte, in crucem tolleret, Auguſtus id factum indignè nõ tulit: quod niſi in quodam iudicio paſſus fuiſſet aliter quàm lege ipſius cautũ fuerat, ſuffragia ferri, profectò omnem eorũ qui facta ipſius improbabant, repræhenſionem refelliſſet. Eo tempore Cyprum ac Galliam Narbonẽſem, quia nihil armis ſuis indigerent, populo reddidit, atq; ita Proconſules etiam in iſtas prouincias mitti ceperunt. Iouis etiã Tonantis templum dedicauit, de qua re duo hæc commemorantur, & in ipſo tunc ſacrificio tonitrua accidiſſe, & ſomnium deinde Auguſto tale oblatũ. Cum propter nominis ac formæ eius Iouis nouitatẽ, & quòd ab Auguſto is cõſecratus eſſet, maximè aũt, quòd adſcendẽtes in Capitoliũ ad eum primò perueniebãt, Iupiter Tonans ab omnibus frequentaretur ac coleretur, imaginatus eſt in ſomnis Auguſtus Iouem Capitolinum ſecum expoſtulare, quòd ſecundo iam ipſe loco haberetur, ſe' que reſpondiſſe, excubitorem hunc Tonantem ei Capitolino à ſe eſſe poſitum: ideoq; orta die, tintinnabulum Ioui Tonanti appendit, ſomnij confirmandi cauſa. His enim tintinnabulis ianitores nocturni utuntur, ut ſi quid uſus ſit, ſignificare poſsint.

Auguſti humanitas. — * — *Cyprus & Gallia Narbonenſis populo redduntur.* — *Iouis Tonantis ædes.* — *Somnium Auguſti.*

Hæc tum Romæ acta. Sub idem ferè tempus Cantabri Aſtureſq; rebellionem fecerunt: hi quidem propter faſtum ac crudelitatem Cariſij, illi autem quòd Aſtures iam defeciſſe ſentirent: contemptoq; C. Furnio, quem quia recens aduenisſet, imperitum ſuarum rerum eſſe iudicabant. Verùm hunc longè alium utriq; experti ſunt, cum auxilium Cariſio ueniens acie utroſq; uictos in ſeruitutem redigeret. Cantabrorum pauci uiui in hoſtium poteſtatem uenerũt: nam cum de libertate deſperaſſent, uita quoq; contempta, incenſis munitionibus ſeipſos interfecerunt, aut unà conflagrarunt: alij publicè ſumpto ueneno perierunt, ita maxima ac ferociſsima pars Cantabrorum perijt. Aſtures uerò ut primum ab oppugnatione oppidi cuiuſdam repulſi, prælio etiam deinde uicti fuere, armis poſitis ſtatim perdomiti ſunt.

Cantabrorum et Aſturum rebellio. — *Cariſius.* — *C. Furnius.*

Hoc ipſo ferè tempore Aethiopes qui ſupra Aegyptũ habitant, duce Candace regina uſq; ad urbem Elephantinam populãdo obuia quæq; progreſſi ſunt. Ibi cum audirent C. Petronium Aegypti præfectum contra ſe uenire, ante eius aduentum diſceſſere, ut ſe fuga eriperent: ſed depræhenſi in itinere, uictiq;, etiam in ſuam regionem eum pertraxerunt. Ibi quoq; egregiè re geſta Petronius, cùm alias urbes, tum regiam Tanapen occupauit: ea diruta, præſidioq; alio quodã loco relicto, cum maiore parte exercitus receſſit, cùm neq; progredi propter arenam & æſtum, neq; ibi cõmodè cum toto exercitu permanere poſſet. Interim audiens Aethiopes eos quos in præſidio poſuerat aggreſſos, iterum in eos exercitu ducto, ſuos liberauit, Candaceną; ad conditiones pacis accipiendas coegit. Interea temporis Auguſtus in Siciliam profectus eſt, ut eam, ac omnes alias ad Syriam uſq; prouincias conſtitueret. Per eius abſentiam populus Romanus in creandis Conſulibus ſeditione agitatus eſt, quòd ipſum ſatis oſtendit, incolumem Rempublicam ſi ſub populi eſſet imperio, manere non poſſe, cum parum abfuerit, quin ipſis comitijs ac magiſtratibus conſtituendis, ubi populi eſt poteſtas, res ad tumultum peruenerit. Conſulatus locus alter Auguſto ſeruabatur, ideoq; anni initio M. Lollius ſolus Conſulatum geſsit. Cæſare aũt Conſulatum non accipiente, Q. Lepidus & L. Silanus eum ambiuerunt, itaq; fa

Aethiopum in Aegyptum expeditio, ſub Candace. — *Elephantina.* — *C. Petronius.* — *Tanape.* — *Romæ turba Comitijs Conſularibus.*

uoris uenatione ſua omnia cõturbarunt, ut cordati uiri Auguſtum Romã
euocarent. Auguſtus ipſe quidem Romam non rediјt, ſed Conſulatus peti
rores ad ſe profectos, uerbis increpatos, iuſſoſq; cum ſuffragia ferrentur, ab
eſſe, dimiſit. Nihilo ſedatius res acta eſt, ſed tantum denuò factionũ actur-
barum extitit, ut uix tandẽ Lepidus Conſul creatus fuerit. Quæ Auguſtus
moleſtè ferens, cum neq; ſoli Romæ uacare poſſet, neq; eam ſine guberna-

Agrippa gener Auguſti factus, Romæ præficitur.

tore relinquere auderet, de præficiẽdo ei aliquo cogitans, Agrippam ad id
aptiſsimum eſſe iudicauit: plus tamen ei maieſtatis addẽdum ratus, quò fa-
cilius regere urbem poſſet, uxore eum ſua (quanquam hæc ſororis Augu-
ſti filia erat) repudiata, Iuliam ducere iuſsit: ac continuò Romam miſit ad
nuptias peragendas, urbiſq; adminiſtrationem ſuſcipiendam: quod ut face-

Mæcenatis dictum.

ret, præter alia etiam Mæcenatis eum dictum mouerat, qui conſultus hac
de re: Tantũ, inquit, Agrippã iam feciſti, ut uel gener tuus fiat, uel occidat
neceſſe ſit. Agrippa cum turgeſcentes adhuc motus in urbe inueniſſet, om-

Aegyptia ſacra.

nia ſedauit, & ſacra Aegyptia, quæ iterum in urbem iam inſinuabãt, repreſ-
ſit, edicto ne quis ea in ſuburbano intra D. paſſus ageret. Tumultum autem
qui propter præfectum urbis ad ferias conſtituendum extiterat, cum com-
ponere non potuiſſet, annus ille ſine hoc magiſtratu tranſactus eſt. Augu-

Auguſtus ut res in Sicilia, Græcia, & Aſia compoſuerit.

ſtus rebus in Sicilia ordinatis, Syracuſiſq; & alijs quibuſdam urbibus colo-
niæ Romanorũ ut eſſent deſtinatis, in Græciam tranſmiſit: Lacedæmonios
Cytheris donauit, conuictuq; ſuo honorauit, quòd ibi Liuia cum uiro & fi-
lio ex Italia profuga commorata fuiſſet. Atheniẽſibus autem Aeginam, &
Eretreã (harum enim fructus capiebãt) ademit, ſicuti quidam ſunt autores,
quòd Antonio fauiſſent: ac præterea edixit, ne quẽ ciuẽ accepta pecunia

Portentum.

facerent. Id Athenienſibus uidebatur eo portentum fuiſſe, quod ſtatuę Mi-
neruæ accidit: quæ ad ſolem orientẽ ſpectans in arce poſita, obuerſa ad oc-
caſum, ſanguinem expuit. Rebus in Gręcia confectis, Auguſtus in Samum
nauigauit, ibiq; hyemauit. Vere in Aſiã perrexit, M. Apuleio, P. Silio Con
ſulibus, ibiq; & in Bythynia omnia conſtituit, non minori eas, ut & priores
prouincias, cum eſſent populi, quàm ſuas procurans. Nam & omnia ut con
ueniebat, emẽdauit, & pecunias alijs largitus eſt, alijs etiam ultra tributum

Cyzicenis, Tyrijs, Sidonijsq; libertas adempta.

nouas imperauit. Cyzicenos, quòd in quadam ſeditione nonnullos Roma
nos flagris cæſos necaſſent, in ſeruitutẽ redegit: idemq; in Syriam cum ad-
ueniſſet, Tyrijs & Sidonijs propter factiones ſupplicium irrogauit. Interim

Phraates Parthus Auguſto captiuos & ſigna militaria reddit.

Phraates quia nihil dum eorũ quæ pactus fuerat, perfeciſſet, ueritus ne bel-
lo ab Auguſto impeteretᷣ, ſigna ei militaria, et captiuos omnes, paucis dem
ptis, qui ſe ipſos pudore moti interemerant, aut in Parthia occultè remanſe
rant, miſit, eaq; Auguſtus quaſi bello aliquo Parthum uiciſſet, accepit. Nam
hanc rem magnæ ſibi laudi ducebat, quòd prælijs prius amiſſas res, citra ul-

Martis Vltoris templum.

lum certamen recepiſſet. Itaque & ſacrificia eius rei cauſa, & templum Mar
tis Vltoris in Capitolio ad imitationem Iouis Feretrij, quà ſigna ea milita-
ria ſuſpenderẽtur, decerni iuſsit, ac deinde perfecit: equo etiam ouans in ur-
bem inuectus, ac fornice trophæũ geſtante honoratus eſt: cæterùm hęc om
nia poſtea temporis hanc ob rem acta ſunt. Tunc autem ipſe uiarum quæ

Viarum refectio.

ſunt circa Romam curator conſtitutus, Miliarium aureum, quod uocatur,
fecit: quiq; uijs muniẽdis præeſſent Prætorios uiros, qui binis lictoribus u-

Miliarium.

terentur, deſignauit. Iulia autem eo tempore Caium peperit, ſacrificiumq;

Caius naſcitur.

perẽne natalibus eius cum quibuſdam alijs decretũ eſt: priuatim uerò Ae-
diles natalibus Auguſti ludos equeſtres & uenationẽ ediderunt. Dum hęc

Romæ

Romæ fiunt, Auguſtus interim ſubditos ex Romanarum legum præſcripto compoſuit, fœderatos uti maiorum ſuorum inſtitutis permiſit, neque quicquam uel illis adimere, uel bello acquirere, ſed contentus eſſe partis ſtatuit, idq; etiam ad Senatum ſcripſit. Itaq; tunc temporis nullum bellum attigit: principatus uerò Iamblicho Iamblichi filio paternũ in Arabia, Tarcondimoroq; eam, quã parer eius Tarcondimotus in Cilicia habuiſſet, maritimis quibuſdam exceptis, quæ Archelao cum minoris Armeniæ regno donauit, Medo rege, qui regnum id quoq; antè obtinuerat, uita functo: Herodi Zenodori cuiuſdam Tetrarchiam, Mithridati cuidam Commagenem, quòd eius rex patrem huius Mithridatis occidiſſet, puero etiamnum attribuit. Cum Armeniæ maioris populus Artabazem accuſaret, Tigranemq; fratrem eius qui tum Romæ erat, euocaret, Auguſtus Tiberium accerſiuit, ut Artabazen regno pelleret, Tigranemq; ei præficeret. Tiberius ab Armenijs ante eius aduentum occiſo Artabaze, nihil ſuo apparatui reſpondens perfecit: tamen ea ſe re, quaſi ſua quicquam uirtute egiſſet, iactauit, præſertim cum ſacrificia propter eam eſſent decreta: ac iam de ſummo imperio cogitationes animo agitabat, quòd cum ad Philippos accederet, tumultus ex eo loco, in quo ante depugnatũ fuerat, tanquam ex caſtris auditus fuerat, ac ignis ex ara in caſtris olim ab Antonio poſita, effulſerat. Auguſtus in Samum reuerſus, libertatẽ hoſpitij Samijs præmiũ dedit, ac nõ pauca eo tempore negocia cõfecit. Frequẽtes enim eò ad ipſum legati cõmearũt, ac Indi pacẽ, quã antea per oratores petierant, tunc interpoſito fœdere ſanxerunt, mittẽtesq; dona: inter quæ tigres etiã, animalia tum primùm Romanis, ac Grecis etiã, ut ego exiſtimo, uiſa, ac adoleſcentẽ etiã quendã humeris carentem, (cuiuſmodi Mercurij fingi ſolẽt) qui manuũ loco pedũ omnia officio peragebat, ijs arcum tendebat, ſagittas emittebat, tuba canebat: quod quomodo potuerit, equidem neſcio, ab alijs tamẽ tradita ſcribo. Vnus ex Indis Zarmarus, ſiue ex ſapientibus eorũ unus, ac propterea uel gloriæ cauſa, uel ſenectutis ſecundũ leges patrias, ſiue ut oſtentaret ſe Auguſto et Arhenienſibus (Athenas enim uenerat) mori uolens, deorum ſacris etſi (ut referunt) nõ legitimo tempore initiatus in gratiam Auguſti, inde ſe in ignem dedit. Eo anno Conſul fuit C. Sentius, cui cũ collega eſſet dandus (nam tum quoque reſeruatum ſibi Conſulatum Auguſtus non accepit) iterum ſeditiones ac cædes Romæ euenerunt, adeò ut urbis cuſtodiam Sentio Senatus mandauerit: quam cum non reciperet in ſe, legatos ad Auguſtũ cum binis lictoribus miſerunt. Auguſtus re cognita, cum uideret nullum mali finem fore ſi eandem quam prius rationem teneret, unum ex legatis Q. Lucretium nomine, qui unus ex proſcriptis fuerat, Conſulem deſignauit, ac ipſe Romam conrendit. Ob reditum eius, ac propter ea quæ abſens egiſſet, multa ac uaria in honorem eius decreta ſunt, quorum ille nihil accepit, niſi quòd Fortunæ Reduci arã conſecrari, diemq; ſui reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici paſſus eſt. Cum nihilominus magiſtratus populusq; in hoc eſſent, ut obuiam ipſi prodirent, noctu in urbem inuectus eſt: poſtridie Tiberio Pretorios honores dedit, Druſoq; conceſsit, ut quinquennnio maturiùs quam conſuetudo Reipub. ferret, magiſtratus poſſet petere. Et quoniam ea quæ ſe abſente per ſeditiones, reuerſo autem per metum egiſſent, non conſentiebant, decretum ei eſt, ut magiſter morum per quinque annos eſſet, poteſtatemq; Cenſoriam per id temporis, Conſularem autem quandiu uiueret, haberet, ut ſemper ei faſces duodecim præferrentur, ac in medio Conſulũ ſem-

Principatũ accipiunt Iamblichus.
Tarcondimotus.
Archelaus.
Herodes.
Zenodorus.
M thridates.
Armeniæ tumultus.
Artabazes perit.
Tigranes.
Tiberius in Arm'nıā uocatus.
Augurium.
Samijs libertas data.
Indi pacẽ cum Auguſto componunt.
Tigris.
Ho'no ſiue humeris.
Zarmarus Indus ſeſe combuſſit.
An. V C. 735.
C. Sentius Conſul.
Tumultus propter Conſulatum.
Q. Lucretius Conſul.
Auguſtus Romam redit.
Fortuna redux.
Auguſtalia.
Tiberio et Druſo honores oblati.
Magiſteriũ morum.
Cõſulatus perpetuus.

per ſella curuli ſederet. Hæc cum decreuiſſent, cõtenderũt ab ipſo, ut emen daret omnia ſuo arbitrio, ac leges quas uellet ferret. iiſq; Auguſtarum nomen indiderunt, ac obtemperaturos unanimiter illis, uelle ſe iuramẽto obſtringere profeſsi ſunt. Auguſtus cùm reliqua, ut neceſſaria, admiſiſſet, iuramentum eis remiſit: nimirum ſatis intelligẽs quæ ex animo decreuiſſent, ea ipſos etiam nõ iuratos ſeruaturos: quæ contrà, ne ſi infinitis quidam modis ſpopõdiſſent, firma habituros. Hoc ipſo tempore quidẽ Aedilis ultrò propter egeſtatẽ magiſtratu ſeſe abdicauit. Agrippa, qui prius ex Sicilia ad gubernandam urbem fuerat miſſus, Gallijs tum adminiſtrandis eſt præfectus: tumultuabantur enim inuicem Galli, & à Germanis infeſtabantur: ijs motibus ſedatis, in Hiſpaniam tranſijt. Nam Cantabri qui in bello capti fuerant, ac uenditi, ſinguli ſuis dominis interfectis domum ſuam redierãt, multisq; ad defectionis ſocietatem permotis, caſtellis quibuſdam occupatis ac communitis, præſidia Romanorũ adoriebantur. Contra hos cum exercitu profectus, primò in militibus ſuis in officio retinẽdis laborauit. ueterani enim multi erant, qui continentibus bellis confecti, ac Cantabros ut bellicoſos metuentes, dicto audientes eſſe recuſarent. His celeriter quâ conſolando, quâ minando ad obtemperãdum ſibi compulſis, ad Cantabros cum perueniſſet, ab hoſte, qui cum Romano ſeruiſſet, rerũ inde peritiam ſibi parârat, ac ſpem ſalutis, ſi captus fuiſſet, nullam aliquam habebat, multis eſt incommodis affectus: tandem cum multos milites amiſiſſet, multos propter rem malè geſtam ignominia notaſſet (nam præter cætera, totam legionem quę Auguſta uocabatur, eo nomine uti prohibuit) Cantabros qui eſſent militari ætate omnes propè deleuit, reliquos dearmauit, & ex montanis locis in campeſtres tranſtulit. De his tamen rebus neque literas dedit ad Senatum, neque triumphum Auguſti iuſſu ei decretum, egit: ſed hîc quoq; ſolita animi moderatione uſus fuit. Idem aliquando à Conſule de eius fratre ſententiam interrogatus, eam nõ tulit: aquã, quæ Virginalis uocabatur, proprijs ſumptibus in urbem adduxit, Auguſtamq; nominauit: quod ita gratũ fuit Auguſto, ut inopia aliquando uini exiſtente, cum quiritaretur populus, ſatis prouiſum diceret eſſe ab Agrippa, ne quis eorum ſiti periret. His moribus Agrippa fuit. At uerò alij quidam qui nequaquam tantas res geſsiſſent, ſed uel latrocinia excidiſſent, uel ſeditiones urbium pacaſſent, triumphum auſi ſunt petere, impetratumq; duxere: nam & in hoc, et in publicę ſepulturę honore concedendo facilem ſe initiò Auguſtus præbebat, ijq; his honoribus adeptis ſuperbiebant. Cæterùm Agrippam ad Imperium quodammodo Auguſtus prouexit. Cum enim Rempublicam exquiſita uideret cura indigere, inſidias que ipſe metueret, quæ in huiuſmodi re plerunque eueniunt, contra quas ſanè parum præſidij ſibi futurum in thorace (quem frequenter etiam cum in Senatum iret ſub ueſte geſtabat) putaret, primùm in aliud quinquennium ſuum ſibi principatum prorogauit, cum iam decennium eſſet in exitu: (id enim agebat, P. iam, & Cn. Lentulis Conſulibus) deinde Agrippæ cùm alia ferè eadem quę ſibi, tum Tribuniciam poteſtatem, itidem ad quinquẽnium dedit: tot enim ipſis annos tunc ſufficere dicebat, ac non multò poſt pleraque Imperatoriæ potentiæ propria accepit, ut iterum decennium eius principatus duraret. His actis, Senatorum delectũ inſtituit, quorũ ut magnus ei eſſe numerus uidebatur, ita plerique nullius erant eius exiſtimationis precij, quippe qui non malicioſis modò, ſed adulatoribus etiam apertis infenſus eſſet. Et quoniam neque ultrò quiſquam (quod antea factum

Leges Auguſtæ. *Agrippa Gallicas & Hiſpanicas res componit.* *Cantabrorum rebellio.* *Ignominia militaris.* *Aqua uirginalis, & Iulia.* *Agrippæ poteſtas Tribunicia data.* *An. V. C. 736.* *Examen Senatus.*

factum fuerat) dignitate Senatoria cedebat: neque ipſe ſolus omnem cul-
pam, ſi qui ea eſſent deiecti, ſuſtinere uolebat: triginta uiros optimos (hos
enim ſe delecturum iureiurando affirmârat) ex omnibus elegit, eos iura-
mento eodem adactos iuſsit in tabellas quinq; uirorum nomina conſcribe
re, ita tamẽ ut ne ij cognatos ſuos inter hos referrent: deinde ex hoc quina-
rio unum ſorte delegit, qui Senator eſſet: pòſt alios quinq; eadem ratione,
iterumq; alios conſcribi ac deligi curauit, donec numerus triginta Senato-
rum hoc modo conficeretur: qui uerò peregrè aberant, in eorum locum alij
ſorte ſuffecti ſunt. Hoc primùm aliquot ita diebus actum eſt. Pòſt cum ma-
la fide quædam acta eſſent, non ampliùs Quæſtoribus tabulas credidit, ne-
que ſorti quinarias iſtas claſſes commiſit: ſed ipſe reliquos qui ad explendã
Senatorũ ſummã deeſſent, elegit, donec numerus ſexcẽtorum Senatorum
cõpleretur. Statuerat quidẽ trecentos tantùm ſecundũ antiquam conſuetu
dinem cõſtituere, abundè contentũ ſe eſſe debere cenſens, ſi tot dignos Se-
natoria maieſtate reperiſſet: ſed omnibus hoc ægrè ferẽtibus (futurũ enim *Numerus Senatorum.*
erat hac ratione, uti plures Senatu mouerentur, quàm in eo remanerẽt, ma-
ioręq; iccircò apud unumquenq; metus amittendæ dignitatis quàm ſpes e-
ius retinendæ erat) D C. Senatores collegit. Neq; uerò hunc finem eius rei
fecit. Quia enim & indigni nonnulli ſic quoq; cooptari fuêre, & Licinius *Licinius Regulus.*
quidam Regulus, deletum ſe ex albo Patrum, cum filius ipſius, & multi alij,
quibus ſe præſtantiorem eſſe iudicabat, in eo legerentur, in ipſa Curia ueſte
lacerata corpus denudauit: enumeratisq; militijs ſuis, cicatrices oſtentauit:
& Articuleius Petus in Senatum receptus, eiecto patre, orauit ut ſibi patri *Articuleius Petus.*
loco cedere liceret. his motus Auguſtus, denuò examen Senatus inſtituit:
quibuſdamq; depoſitis, alios ſubrogauit. Cum ſic quoq; multi ordine Sena
torio moti eſſent, quorum nonnulli cauſas, ut fieri in huiuſmodi rebus aſſo-
let, afferebãt cur iniquè ſecum ita actum eſſet, ijs tum Auguſtus inter Sena-
tores, eodemq; habitu cõuiuia & ſpectacula frequentandi, ac deinceps ma-
giſtratus petendi copiam fecit: horum pleriq; poſtmodò in Senatum rece-
pti ſunt, pauci in medio inter Senatum ac populũ loco reputati manſerunt.
His ita actis, complures ſtatim, multi deinde delati ſunt, quòd Auguſto A- *Inſidiæ in Auguſtum & Agrippam.*
grippæq; inſidias ſtruxiſſent, ſiue id crimen iure, ſiue iniuria eis obiectũ fue
rit. in huiuſmodi enim rebus nemini præter eos ad quos ea ſpectat, certò
quicquam cognoſcere licet. Cum enim Imperator de multis, quaſi inſidijs
eorum petitus, uel ipſe uel per Senatum ſuppliciũ exigat, etiam ſi id iuſtiſsi-
mè fiat, tamen fraude id agere eum apud multos ſuſpicio inſinuat. itaq; mi-
hi huiuſmodi res omnes ita ut uulgò ferunt ſcribere in animo eſt, (niſi quã-
do ea apertè falſa ſint) nihil curioſius ſcrutaturo, neq; diſputaturo iuſte'ne
aut ſecus ea acta, aut uere'ne an falſo memoriæ ſint tradita. Tum igitur Au-
guſtus nonnullis pœnam irrogauit: Lepidum autem cum odio haberet &
alijs de cauſis, & quia filius eius perniciem ipſi machinatus fuiſſe cõuictus, *Auguſti in Lepidum cõtumelia.*
pœnas dederat, tamẽ interficere nolens, alia tantùm ſupra aliam ignominia
affecit: nimirum ex agro in urbem inuitum eum uenire iuſsit, ac ſubinde in
concilia populi introduxit, ut propter potentiæ ac dignitatis in cõtrarium
mutationem riſui & ludibrio omnibus eſſet. cumq; aliâs nulla in re eum ut
alicuius precij adhiberet, tunc poſtremũ ei inter omnes Conſulares locum
aſsignauit, cum reliquos conuenienti ordine, ac ſibi placito collocaſſet. Ea-
dem contumelia Lepido etiã à Conſulibus illata eſt. Cum Antiſtius Labeo
(cuius arbitrio legendum Senatum Auguſtus permiſerat,) in Senatorum

Antiſtius Labeo Auguſto contrarius. numerum Lepidum retuliſſet, periuriũ ei Auguſtus obiecit, ſuppliciumq́; minatus eſt: at cum is reſpondiſſet, non uideri ſibi rem indignam hancà ſe factam, quòd eum uirum in Senatu retinuiſſet, quem ipſe Auguſtus adhuc pateret eſſe Pontificem Maximum, iram omnem Auguſtus remiſit, qui ſanè cum ſæpenumerò & priuatim & publico iudicio hoc ſibi ſacerdotiũ expetijſſet, nõ cenſuit tamen id uiuo Lepido occupandum. Hoc itaq; dictum Antiſtij haud importunè prolatũ eſſe uidebatur, ſicut ne illud quidem, cum in Senatu mentione aliquando illata, conuenire ut Auguſtum ipſi per ordinem ſinguli cuſtodirent, neq; contrà dicere auſus, neq; aſſentiri ſuſtinens, ſomnolentum ſe, & excubijs pro eo agendis inhabilem eſſe dixit. Inter alia

Lex ambitus. ab Auguſto tum ſtatuta hoc quoque fuit, quòd eos qui largitionibus factis magiſtratum aliquem ambijſſent, quinquennium ab ijs arcuit, grauiorem

Nuptiarum. mulctam innuptis utriuſq; ſexus impoſuit, contraq; nuptiarum & multitudinis liberûm præmia conſtituit. Ac quoniam maſculi patricij generis nu-

Libertarũ coniugia. merum patriciarum fœminarum multò anteibant, liberum fecit, ut qui uellent, (modò Senatores ne eſſent) libertas etiam ducere poſſent, eorumq́; liberos legitimos eſſe iuſsit. Interim cum in Senatu de mulierum ac iuuenũ immodeſtia occlamaretur, quæ uidelicet cauſa eſſe, quo minus facile matrimonia contrahetentur, cõtenderentq; ab eo ut huic quoq; emendationem adhiberet rei: (quo ipſo eum tacitè ſubſannabant, quia cum multis mulieribus rem haberet) primùm reſpondit, quæ maximè eſſent neceſſaria, ea ſe conſtituiſſe, reliqua autem eodem modo determinari nequaquam poſſe: deinde is ei ſermo ui extorſus eſt, ut diceret, debere ipſos ea quæ uellent, cõiugibus ſuis præcipere ac admonere, quemadmodum ipſe faceret: tum uerò multò magis inſtare Senatores, & cupere diſcere, quænam eſſent eæ admonitiones, quibus ſe ad Liuiam ſuam uti dixiſſet. Itaq; Auguſtus etſi per inuitus, nonnulla de ueſtitu, àc reliquo mundo muliebri, de progreſſuq; in publicum & modeſtia mulierum retulit, nihil curans quòd res ipſa fidem di-

Adultero parcit Cæſar. ctis nõ faceret. In Cenſura cum adduceretur ad ipſum adoleſcens quidam, qui mulierem cum qua adulterij conſuetudinem habuiſſet, uxorem duxerat, eſſetq; multis accuſatus, diu anceps hæſit, cum neque conniuere ad eam rem, neq; pœnam irrogare auderet, tandem collecto animo: Seditiones, inquit, multa mala nobis attulerunt, ea obliuioni demus, id uerò curemus, ne

Pactiones nuptiales. quid ſimile in poſterum fiat. Quidam de infantibus pactiones nuptiales faciebant, ac fructum ipſi ex bonis deſponſorum percipiebant, res ipſa nõ repræſentabatur: id ut corrigeret, edixit, ne qua pactio nuptialis rata eſſet, ubi ultra biennium eſſent nuptiæ differendę, id eſt, ut omninò ea decem annos nata eſſet, quam deſpõdere aliquis, & fructum bonorũ eius percipere uellet: puellis enim, uti diximus, duodecimus annus perfectus, maturitatis ad nuptias terminus eſt. Præterea inſtituit, ut ad diſtribuendam annonam magiſtratus ſinguli ſingulos ex ijs qui ante triennium Præturã geſsiſſent, proderent, ex ijs quatuor ſorte delecti frumento diuidendo uacarẽt ordinę: ut unus ſemper præfectus urbis propter ferias, non plures, conſtitueretur: &

Sibyllini libri exſcripti. quia iam uetuſtate libri Sibyllini exoleſcebant, Pontificibus negocium dedit, ut ſua manu eos deſcriberent, ne quis alius eos legeret: omnib. qui quadringẽta ſeſtertia poſsiderẽt, ac magiſtratus gerere eis per leges liceret, eorum petendorum poteſtatem dedit. Hunc enim primum cenſum Patricio-

Cenſus patriciorum. rum conſtituerat, quem deinde uſq; ad decies ſeſtertiûm protulit, quibuſdamq́; honeſtè uiuentibus, qui priùs minorem quàm quadringenta ſeſter

tia

tia, aut pôſt minus quàm decies ſeſtertiûm poſsiderent, quantum defuit, do
no dedit: ideoq; prætoribus, ſi qui uellent, permiſit ut triplum eius pecuniæ
quæ ad ludos faciendos ex ærario præbebatur, inſumerent. Itaq; etſi nõ de-
fuerunt, qui ob reliquas leges nimis præciſe ab eo latas indignarentur, ta-
men propter hæc, & quòd Pyladem hiſtrionem per factiones ex urbe pro- *Pylades et Bathyllus hiſtriones.*
fligatũ reduxit, ea omnis indignatio euanuit. Proinde ſapienter admodùm
Pylades ab eo obiurgatus, quod cum Bathyllo eandem artem exercente,
& Mæcenatis familiari rixaretur, reſpondiſſe fertur: Expedit tibi Cæſar, po
pulum nobis intentum tempus conſumere. Hæc eo anno geſta. C. Furnio, *An. V. C. 737.*
C. Silano Conſulibus, iterum natus eſt Agrippæ filius, cui Lucio nomen fa *Lucius & Caius Agrippæ filij, ab Augusto adoptantur.*
ctum: hunc, & fratrem eius Caium Auguſtus, quo tutior eſſet ab inſidijs, nõ
expectato dum uirilem ætatem attingerent, ſtatim adoptauit: feſtum, quod
Virtuti & Honori celebrabatur, in eam diem, qua hodie agitur, trãſtulit: ijs
qui triumpharent, mandauit ut in rerum à ſe geſtarum memoriam aliquod *Feſtum Virtutis et Honoris.*
opus ex manubijs facerent: ſæculares ludos quintò perfecit: oratores iuſsit *Sæculares ludi.*
cauſas nullo accepto præmio agere, qui ſecus feciſſet, eum quadruplum ac-
ceptæ mercedis pendere: qui quotannis iudices ſorte deligerentur, ijs pro-
hibuit ne eo anno in domum alicuius eorũ qui cauſam in iudicio agendam
haberent, ingrederentur. Et quoniam negligentius in Senatum Senatores
ueniebant, ijs qui tardiùs abſque probabili cauſa ueniſſent, maiorem quàm
antè, mulctam propoſuit. His conſtitutis, L. Domitio, & P. Scipione Con- *An. V. C. 738.*
ſulibus, in Galliam profectus eſt, obtendens cauſam huius profectionis bel
la quæ ibi conturbata eſſent. Cùm enim diuturna eius in urbe commoratio *Auguſti in Galliam peregrinatio.*
moleſta multis eſſet, ac multos qui contra leges deliquiſſent plectens, offen
deret, multis parcens, cogeretur ſuas ipſe leges præuaricari, peregrè abire
Solonis exemplo ſtatuit. Fuerunt qui propter Terentiã Mæcenatis uxorẽ *Terentia Mecenatis uxor, Cæſaris adultera.*
eum diſcedere ſuſpicarentur, ut quoniam multi Romæ de ipſorum amore
ſermones per uulgus darentur, in peregrinatione ſua citra omnem rumorẽ
eius rei cum ea uiuere poſſet. Eam enim adeò amabat, ut aliquando effece-
rit, ut ea cum Liuia de forma certaret. Ante ſuum abitum, templum Quiri- *Templũ Quirini.*
ni de nouo ædificatum dedicauit: id eò commemorandum duxi, quòd id
templum cum ſex ac ſeptuaginta columnis decoraſſet, totidemq; omni- *Anni uitæ Auguſti.*
no annos ipſe uixit, occaſionem nonnullis dedit ea res, ut dicerent non
fortè fortuna, ſed conſultò ipſum hoc columnarũ numero uſum fuiſſe. Mu-
nus quoq; gladiatoriũ per Tiberium & Druſum permiſſu Senatus id agen
tes, exhibuit. Deinde urbis & Italiæ gubernatione Tauro iniũcta (nam ſta *Taurus Italiæ præfectus.*
tim Agrippam in Syriam miſerat: erat autem ei Mæcenas propter uxorem
minus iam gratus) ac Tiberio ſecum accepto (quanquam is tum Præturam *Tiberius Prætor.*
ram gerebat, cum tamẽ Prætorios honores iam antè haberet) ab urbe pro-
fectus eſt: Tiberij Præturam Druſus ex ſenatuſconſulto ad finem uſq; geſ- *Druſus Prætor.*
ſit. Auguſto et Tiberio Roma profectis, ædes Iuuentutis inſequenti nocte
conflagrauit: huius, aliorumq; quæ tum præterea accidere prodigiorũ cau *Prodigia.*
ſa (nam & lupus uia ſacra in forum irruerat, ac homines aliquot occiderat,
& procul à foro apertiſsimè formicarum examen confluxerat, & fax totam
noctem à meridie aduerſus Septentrionem lata fuerat) uota ſunt pro redi-
tu Auguſti concepta. Tum quinquẽnales etiam ludi propter principatum *Quinquennales ludi.*
eiuſdem ab Agrippa (nam is quoq; à collegio Quindecimuirorum, quibus
per ordinem horum ludorum curatio incumbebat cooptatus, & inaugura-
tus fuerat) exhibiti ſunt. Multi quoq; alii ... us in id tempus inciderũt. Ca

E a muni

Camunorũ & Vennonetũ bellum. *P. Silius.* *Pannonij, Norici.* *Dalmatici, Hispannici, Macedonici tumultus.* *M Lollius, Rhymetalces.* *Beßi.* *Sauromatæ.* *Germanicum bellum, & clades Lolliana.*

muni & Vennonetes gentes Alpinæ, arma contra Romanos ſumpſerunt, uictiq; à P. Silio & ſubacti ſunt. Pannonij cum Noricis in Hiſtriã incurſiones fecerunt, & à Silio eiusq; legatis incommodis affecti, rurſus pacem acceperunt, Noricisq; etiam cauſam ſeruitutis præbuerunt. Qui in Dalmatia & Hiſpania tumultus extiterant, paruo negocio ſunt ſedati. Macedoniam Dentheletæ & Scordiſci infeſtauere. In Thracia M. Lollius Rhymetalci auunculo & tutori filiorum Coccyos auxilium ferens, Beſſos domuit: poſt eum C. Lucius eadem de cauſa contra Sauromatas bellum gerens, uictos trans Iſtrum repulit. Cæterùm maximũ ea tempeſtate bellum, quod ipſum adeò Auguſtum urbe extraxit, contra Germanos fuit. Sicambri, Vſipetę, et Tenchteri, primum quoſdam in ſuo territorio depræhenſos Romanorum in crucem egerant: deinde Rheno tranſmiſſo ex Gallia, prædas egerant: equitatum Romanorum contra ſe miſſum per inſidias circumuenerant: & à fugientibus uſque ad Lollium præfectum præter opinionem ſuam pertracti, hunc quoq; uicerant. Quibus cognitis Auguſtus aduerſus eos expeditionem cum ſuſcepiſſet, bellum nullum gerendũ habuit. Barbari enim cum Lollium arma parare, Auguſtum exercitum adducere audirent, in ſuam terram regreſsi, obſidibus datis pacem acceperunt. Itaque Auguſtus etſi nihil armis ad id bellum fuit opus, tamen reliquis rebus cõſtituendis, hunc &

An. V. C. 739. *Cetus magnus.*

poſteriorem proximè annum, quo Conſulatum geſſerũt M. Druſus Libo, & L. Calpurnius Piſo, abſumpſit, cum multa Germani, multa Licinnius moueret. Idq; uidetur mihi potiſsimũ cetus is præmonuiſſe, qui uiginti pedes latus, L X. longus, ac præter caput, cætera mulieri ſimilis, in terram ex

Licinnius Galliæ præfectus, eiusq; auaricia & nequicia.

Oceano proſiluerat. Licinnius origine Gallus erat, captusq; à Romanis, ſeruus Iulij Cæſaris fuerat, & ab eo manumiſſus, ab Auguſto Galliæ præfectus fuit. Is cum auaricia barbarica maieſtatem Romanam uſurpans, omne id quod ſibi præferretur, euertebat, omne quod in præſentia uires haberet, opprimebat, multasq; ex officio ſibi iniũctas pecunias exigebat, multas autem ſibi & ſuis quoque conficiebat: iamq; eò maliciæ peruenerat, ut quoniam ſingulis menſibus tributum erat Gallis pendendum, quatuordecim menſes anni cõſtitueret, Decembrem menſem uerè decimum dictitans: itaque duos quoque alios Auguſtos menſes, undecimum, & duodecimum à ſe uocatos, eſſe, pecuniamq; ijs competentem Gallis conferendam. Has ob fraudes in periculum uenit Licinnius, Gallis apud Auguſtum grauiſsimè eum accuſantibus, ita ut partim indignationẽ ei, partim miſericordiam mouerent, utq; quædam ſe ignorare diceret, quędam credere diſsimularet, nonnulla etiam occultaret, uerecundia affectus, quòd tali uſus eſſet præfecto. Verùm alio Licinnius uſus artificio, Gallos ludificatus eſt. Cum uide-

Licinnius aſtu periculum effugit.

ret Auguſtum ſibi infenſum, pœnasq; ſe daturum intelligeret, in ædes eum ſuas adduxit, multisq; argenti auriq; theſauris, multis aceruis demõſtratis, Hæc, inquit, domine data opera tibi ac Romanis collegi, ne Galli tanta ui pecuniæ inſtructi deficerent: itaque omnia & conſeruaui tibi hæc, & nunc do. Ita Licinnius quaſi uires Gallorũ in Auguſti gratiam eneruaſſet, diſcrimen euaſit. Eo tempore à Druſo & Tiberio hæ res ſunt geſtæ. Rhæti inter

Rhæti à Druſo & Tiberio ſubacti.

Noricum & Galliam ad Alpes Italiæ finitimas, quas Tridentinas nominãt, ſedes ſuas habent: hi uicinam Galliam frequenter populati, ex Italię finibus prædas egerant, Romanosq; & eorum ſocios iter per ipſorũ terras facientes infeſtauerant: id quidem conſuetudine iam receptum erat, ut in eos qui nullo eſſent fœdere iuncti, [illegible] ſtatuerent; ſed præter hoc omnes maſculos

quos

quos cõpræhendiſſent, etiam in utero adhuc matrum (id enim quibuſdam
diuinationibus inueſtigabant) morantes necabant. Ea propter Auguſtus
principiò Druſum contra eos cum exercitu miſit, iſq; Rhætos apud Alpes
ſibi Tridentinas obuiam factos, prælió congreſſus, haud magno certamine
fudit, eiuſq; uictoriæ ergò Prætorios honores adeptus eſt. Deinde cum ab
Italia reiecti Rhæti nihilominus Galliam urgerent, Tiberium quoque con
tra eos miſit. Proinde Druſus ac Tiberius ſimul multis locis in Rhætiam ir-
rumpẽtes, legatorum opera, ac ipſe etiam Tiberius per lacum nauigijs ſub-
uectus, exterruerunt ea re barbaros: diſsipatoſq; aggreſsi, haud difficulter
multis exiguis prælijs diſperſas eorum copias deleuerunt: reliquoſq; infir-
miores exinde, ac animis collapſos in ſuam poteſtatem redegerũt. Quia ue
rò populoſa erat gens Rhætorum, uidebanturq; bellum retentaturi, maxi-
mam eius, & ætate ualidiſsimam partem inde abduxerunt, ijs relictis, qui &
colendæ ei regioni ſufficerent, & ad rebellandum non ſatis uiriũ haberent.
Hoc ipſo anno Vedius Pollio mortem obijt, uir qui alioquin nihil memo- *Vedij Pollio-*
ria dignum egerit, libertinus genere, & equeſtris ordinis, diuitiarum tamẽ *nis mors, lu-*
& ſæuiciæ nomine celeberrimus, ita ut in hiſtorijs quoq; locum inuenerit. *xus, & crudeli*
Ne uerò moleſtus ſim, ſingula eius facta recẽſendo, habuit is murenas (pi- *tas.*
ſcis eſt hoc nomen) quæ humana carneueſci didiciſſent, eas in piſcinis ale- *Murenæ.*
bat, mancipiaq; eis quæ morti addixiſſet, obijciebat. Cum aliquãdo Augu-
ſtum cõuiuio excepiſſet, & calicem cryſtallinũ miniſter poculorũ fregiſſet,
murenis eum, ne conuiuæ quidẽ pudore motus, proijci iuſsit: cum puer ad
Auguſti pedes ꝓcideret, eiq; ſupplicaret, primùm Auguſtus ꝑſuadere Pol *Auguſtus ut Ve*
lioni conatus eſt, ne quid huiuſmodi ageret: quod ubi fruſtra fuit, Agedũ, *dium inhibue-*
inquit, ꝓfer omnia pocula quæ huius generis, aut alioquin precioſa habes, *rit.*
ut ijs utamur: allata omnia confringi iuſsit. Quod etſi indignè ferebat Ve-
dius, quia tamen neq; propter unicum poculum reſpectu tantæ eorum quę
perierant multitudinis amplius iraſci, neq; pœnas eius quòd Auguſtus e-
giſſet à ſeruo exigere poterat, inuitus etiam conquieuit. Hic igitur uir erat
Pollio, qui tum mortuus multa multis legauit: Auguſto autem magnam hæ
reditatis partẽ, & Pauſilypum uillam inter Neapolim & Puteolos iacentẽ, *Pauſilypum.*
iuſsitq; ut is populo aliquod ſplendidum opus faceret. Eius operis cauſa fa-
ciendi uerbo, re autem, ne quod Vedij in urbe extaret monumẽtum, ædes
Pollionis funditus euertit Auguſtus: porticuq; ibi circunducta, non Pollio *Porticus Li*
nis, ſed Liuiæ nomen inſcripſit. Sed hæc poſteriorib. temporib. facta ſunt. *uiæ.*
Tum uerò multas in Galliam & Hiſpaniam colonias deduxit, Cyzicenis li- *Cyzicenis li-*
bertatem reſtituit: Paphijs terræmotu afflictis largitus eſt, iuſsitq; ut urbem *bertas reddita.*
Auguſtam nominarent. Id non eò à me refertur, quaſi non alijs quoq; urbi- *Paphos Augu-*
bus multis priùs ac poſteà in ſimili infortunio Auguſtus ac Senatores auxi *ſta.*
lium tulerint, quas ſi quis omnes enumerare uelit, res in infinitum ſe exten-
derit: ſed quòd cognomina etiam urbium honoris cauſa Senatus eis impo- *Cognomina ur*
ſuit, & non, quod nunc fit, ipſæ ſibi nomina quotquot uellent delegerunt. *bium.*
Anno ſequenti, M. Craſſus & Cn. Cornelius Conſulatũ geſſerunt: at Aedi- *An. V. C. 740.*
les, quia aues eis nõ addixiſſent, cum ſe magiſtratu abdicaſſent, eundem rur
ſus alijs comitijs contra maiorum inſtituta ſuſceperunt. Pauli porticus in- *Incendium.*
cendio abſumpta eſt, igniſq; ab ea ad Veſtæ uſq; graſſatus, ita ut ſacra à Ve- *Pauli porticus.*
ſtalibus (nam earũ ſumma ſacerdos excęcata fuerat) reliquis in Palatiũ ſint
trãslata, & in domo Flaminis dialis poſita. Hæc poſteà porticus uerbo quî-
dem ab Aemilio, qui ab eo qui primus hanc fecerat genus ſuum trahebat,

Pannonij.

Liguria Comata Romanis ſubditur.

re autem ab Auguſto & Pauli amicis refecta eſt. Tunc autem Pannonij rebellantes, denuò ſubiugati ſunt: Ligures etiam Comati, qui Alpes maritimas liberi hactenus coluerant, in ſeruitutem redacti ſunt. res quoq; in Boſporo Cimmerio ad defectionem ſpectantes, pacatæ.

Scribonius Boſpori regnum affectat.

Dynamis.

Polemoni Boſpori regnum ab Agrippa datum.

Scribonius quidam Mithridati ſe nepotem eſſe perhibēs, ſibiq; id regnum, quia Aſander diem ſuum clauſerat, ab Auguſto traditum, uxorem Aſandri Dynamin, cui à marito regnum fuerat relictum, filiam Pharnacis, neptem Mithridatis in matrimonium duxit, Boſporumq; occupauit. Agrippa re audita, Polemonē Ponti eius quę eſt ad Cappadociā ſita regem miſit, ut ei bellum faceret, isq; Scribonium ſuperſtitem nō inuenit, (fraude enim eius cognita Boſporani iam necauerant hominem) reſiſtentes tamen Boſporanos, quód metuebāt, ne is rex ipſis conſtitueretur, prælio uícit, neque tamen eos ſubegit: cùm uerò Agrippa contra ipſos exercitum adducens Sinopen perueniſſet, armis demum poſitis Polemoni traditi ſunt, coniuxq; Dynamis data, Auguſto nimirum id probante. Ob hæc ſupplicatio Agrippæ nomine fuit, neq; tamen is triumphum, etſi decretum ſibi, duxit: ſicut neque initiò quicquam de his rebus geſtis ad Senatū perſcripſit.

Triūpho omiſſo, triumphalibus honoribus eſſe cōtentum, unde ceperit.

Cuius exemplum pro lege quadam acceptum poſteriores imitati, ne ipſi quidem Senatū per literas de re geſta certiorem feceruntne, neque triumphum duxerunt: ideoq; ut ego cenſeo, nulli etiā alij qui eius ſimilis eſſet, triumphus conceſſus deinde eſt, ſed ſolis triumphalibus honoribus ſunt ornati. Auguſtus rebus Gallicis, Germanicis, Hiſpanicisq; omnibus confectis, cum multos in ſingula ſumptus feciſſet, magnam ab alijs pecuniæ uim accepiſſet, libertatem ac ius ciuitatis alijs dediſſet, alijs ademiſſet, Druſo in Germania relicto, Romam reuerſus eſt,

An. V.C. 741.

Auguſtus Romam redit.

Cornelij Balbi theatrum.

Tiberio & Quintilio Varo Coſs. Nuncius aduētus Auguſti fortè iiſdem diebus Romam allatus eſt, quibus theatrum Cornelius Balbus, quod nunc quoque ab ipſo nomen habet, dedicans, ſpectacula exhibebat: itaque Balbus id ſibi gloriæ duxit, quòd Auguſtū etiam ipſe eſſet in id introducturus, (quāquam tantum aquæ Tiberis exundans per urbem diffuderat, ut non niſi naui in theatrum poſſet ueniri) eumq; in honorem theatri tum Tiberius ſententiam primum omnium rogauit. Conuenerat enim Senatus, ac ſtatuerat inter alia aram in ipſa curia pro reditu Auguſti cōſecrare, utq; qui Auguſto cum eſſet intra Pomœrium ſupplices fierent, impunitatem haberent.

Auguſti modeſtia.

Neutrum horum Auguſtus accepit, ut neq; paſſus eſt obuiam ſibi ire populum, ſed noctu urbem intrauit: ſolitus hoc ſemper ferè facere, ſiue in ſuburbana, ſiue aliò profectus fuiſſet, ne cui moleſtiam exhiberet. Poſtridie quàm in urbem uenit, in Palatio populum ſalutauit: & in Capitolium aſcendens, lauream faſcibus detraxit, ac ad Iouis eam genua appoſuit: eademq; die balnea & tonſores populo gratis præbuit. Deinde conuocato Senatu, ipſe grauedine laborans nihil locutus, Quæſtori libellum recitandum dedit: eo recenſebantur res ab ipſo geſtę,

Militiæ tempus & ſtipendium.

anni militiæ ciuibus determinabant: quantumq; pecuniæ emeritis ſtipendijs pro agro quem nunquam non petebant, eſſent accepturi. uidelicèt ut conſtituto certo militiæ præmio, nullam tumultuandi cauſam haberent. Erant autem definiti anni prætorijs cohortibus duodecim, alijs ſedecim, pecuniæq; etiam plus illis quàm his. Hoc inſtitutū neminem militum in præſentiarum neq; uoluptate, neq; indignatione mouit, cum neq; adipiſcerentur omnia quæ cupiebāt, neq; omnes eorum ſpes irritæ fierent: reliquis autem ſpes bona oſtenſa eſt, fore ne poſthac ſuis fortunis ſpoliarentur.

Theatrū Marcelli.

Poſt hęc theatrum Marcelli Auguſtus dedicauit, ludisq;

eius rei gratia factis, Troiam inter alios patricios pueros nepos Auguſti Caius luſit, feræ Africanæ DC. occiſæ. Natalem Auguſti diem Iulius Antonij F. Prętor equeſtri certamine & uenatione celebrauit, & ex ſenatuſconſulto epulum Auguſto & Senatoribus in Capitolio dedit. Secundum ea iterum Senatus cenſura inita eſt. Cum enim initiò Senatoribus cenſus eſſet definitus quadringenta ſeſtertia, quoniam multi bellis inteſtinis paternas facultates amiſerant, progreſſu autem temporis, ac locupletioribus factis hominibus, is uſque ad decies ſeſtertiûm auctus fuiſſet, nemo iam inueniri potuit, qui ſponte ſua Senator eſſe uellet: ſed fuêre filij etiam, nepoteſq; Senatorũ, qui ſiue reuera inopes, ſiue propter maiorum calamitates animis fracti, nõ modò nõ affectarent Senatoriã dignitatẽ, ſed eam quoq; adſcripti in Senatorũ numerũ eiurarent. Itaq; abſente adhuc ab urbe Auguſto Senatuſconſultũ fuerat factũ, ut XX. uiri (magiſtratus hoc nomẽ eſt) ex equitibus cõſtituerentur, quorũ deinde nullus in Senatũ eſt allectus, niſi quẽ etiã alium magiſtratũ, cuius ratione Senator poſſet fieri, geſsiſſet. Porrò hi uiginti uiri in locum uiginti & ſex uirorum ſucceſſerũt, eorum tres ad capitalia iudicia ſunt ordinati, alij tres cudẽdo nomiſmati præſunt, quatuor uias urbanas curant, decem iudicijs ijs quæ ad Centumuiros ſorte deferuntur, præficiũtur: duo enim ij, qui uias extra urbem curabant, & quatuor qui in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant. Id igituur Senatuſcõſultum factũ eſt Auguſto abſente: decretumq; pręterea, quoniam nemo facilè Tribunatum plebis petebat, ut ſorte ex ijs qui Quæſtores fuiſſent, nec dum quadrageſimũ annum attigiſſent, ij deligerentur. Tunc uerò Auguſtus omnem eum ordinem examinauit: omiſsiſq; ijs qui trigeſimum quintum annũ ſuperaſſent, reliquos omnes qui cenſum Senatoriũ haberent, neq; corpore eſſent manco, Senatores eſſe coegit. Ipſe quidem corpora eorum inſpexit: de fortunis autem iureiurando ut uerum profiterentur eos obſtrinxit, iuratis etiam ijs qui teſtimoniũ ferrent, ſimulq; rationem paupertatis & uitæ eos popoſcit.

Caius.
Natalicia Auguſti.
Senatus cenſetur.
Cenſus Senatorum.
Senatuſconſultum de XX. uiris, & Tribunis plebis.
XXVI. uiri.
Manci corpore, Senatu prohibiti.

Neque uerò hac in publicis cura uſus, priuata neglexit: quinimò Tiberium increpauit, quòd ludis uotiuis quos pro ſuo reditu faciebat, Caio iuxta ſe ſedem dediſſet: populumq; obiurgauit, quòd plauſu & laudibus eam rem proſecutus eſſet. Lepido poſtea mortuo Auguſtus cum eſſet ſummus Pontifex creatus, ac propterea decernere quædã ipſi Senatus uellet, profeſſus nihil ſe admiſſurum, cum nihilominus inſtarent, ſurgens è Senatu abijt. Ita neque eorum decreta approbata ſunt, neq; domum publicam accepit: ſed cum omnino publicam eſſe Pontifici maximo habitationem oporteret, ſuarum ædium partem ipſe publicam eſſe iuſsit, ac regis ſacrificuli domum uirginibus Veſtalibus dedit, quoniam earum ædibus cõtigua erat. Cum Cornelius Siſentius propter uitam uxoris ſuæ culparetur, ac in Senatu dixiſſet, ſe eam & ſciente, & ſuadente Auguſto duxiſſe, uehemẽti ira correptus Auguſtus, nihil neque locutus neque agens grauius, è curia ſe proripuit, pauloq; pòſt reuerſus eſt, quòd malebat (ita enim amicis ſuis deinde referebat) hoc potiùs quanquam inconueniens facere, quàm ibi manens, aliquo grauiori facto opus habere. Pòſt Agrippam ex Syria reuerſum, Tribunicia poteſtate in aliud quinqueniũ prorogata cohoneſtauit, ac in Pannoniam, ubi iam bellũ gliſcebat, cum maiori imperio quàm ullus alius extra Italiam haberet, miſit. Agrippa eam expeditionẽ iam hyeme inſtãte, qua M. Valerius Meſſala Barbatus, & P. Sulpicius Quirinius Cõſules fuere, fecit: quo eius aduẽtu exterriti Pãnonij cum à rebellione deſtitiſſent, reuerſus, cùm in

Tiberius ab Auguſto notatus.
Auguſti Pontificatus maximus.
Cornelius Siſentius.
Auguſtus ut iræ moderatus ſit.
Agrippa Tribunicia poteſtate ornatus in Pannoniam mittitur.
An. V. C. 742.

Agrippæ mort. Campaniam ueniſſet, morbo decubuit. Auguſtus tum fortè Quinquatrib. munus gladiatorium filiorum nomine exhibebat: is ſimulac de caſu Agrippæ cognouit, properatò ex urbe profectus, mortuum eum inuenit, corpus eius in urbem aduexit: ac in foro propoſitum, funebri laudatione decorauit, cortina inter ſe & mortuũ expanſa. (*Auguſtus ut funus Agrippæ honeſtauerit.*) (Id uelum quid ſibi uoluerit, equidem certus non ſum. Qui enim dicunt, propterea quòd ſummus Pontifex, aut quòd Cenſor eſſet Auguſtus, ideo hoc factum, utrique errant: nam neque Pontifici Maximo cadaueribus aſpiciendis interdictum eſt, neq; Cenſori, niſi cum luſtrum cõdit. (*Cenſori luſtro condendo cadauer uidere nefas.*) hîc enim ſi quod ante luſtralia ſacra mortui corpus intueatur, omnia ab eo antè acta reſcinduntur) deinde funus eius extulit in eum locum, in quem deinde ipſe elatus eſt, ſuoq; eum in ſepulcro condidit, cum eſſet Agrippæ proprium in campo Martio monumentum conceſſum. (*Agrippæ laus.*) Ille fuit Agrippæ uitæ exitus, uiro citra controuerſiam omnium ſuę ætatis hominũ optimo, amicitiaq; Auguſti ad eius, Reiq; publicę ſummam utilitatem uſo. Quanto enim alios uirtute anteibat, tantùm ultrò concedebat Auguſto: cui cum omnem ſuam ſapientiam ac fortitudinem cum ſummo eius commodo utendam daret, honores ac potentiam ab eo recepta in bene merendum de alijs impendebat. Vnde factum eſt, ut neque Auguſto moleſtus unquam eſſet, neque inuidiæ aliorum obnoxius: ſed & Auguſto ita imperium ſtabiliuit, ut eam formam Reipublicæ ipſe maximè appetijſſe uideri poſſet, & populum beneficijs ita ſibi deuinxit, ut omnium maximè popularis iudicaretur. Moriens etiam populo hortos, & balneũ à ſe denominatum legauit, ut gratis lauarentur, prædia quædam ad hoc Auguſto tribuens. Auguſtus nõ hæc modò populo dedit, ſed uiritim quoq; pecuniam à ſe, quaſi Agrippa ita mandaſſet, diuiſit. Nam plurima bona defuncti Agrippæ ad Auguſtum redierũt, interq; ea Cherrhoneſus etiam apud Helleſpontum, (*Cherrhoneſus Auguſti.*) quæ neſcio quo iure ad Agrippam peruenerit. Deſideriũ autem Agrippæ diu admodum tenuit, ideoq; & apud populum eum honoratum effecit, & filium qui ei mortuo natus fuit, Agrippam nominauit. (*Agrippa Agrippæ F. Poſthumus.*) Tamen nequid eorum quæ antiquitùs inſtituta erant, intermitteretur cauit: & quanquam nemo optimatium ludis intereſſe uellet, tamen ipſe gladiatorios ludos perfecit, qui ſe quoque abſente ſæpius facti ſunt. Certè Agrippæ caſus adeò non priuatim ad eius domũ, ſed publicè ad omnes Romanos ſpectauit, ut tunc quoque ea quę maximas calamitates præcurrere ſolent ſigna euenerint. (*Prodigia.*) Bubones enim in urbem frequentes uenerunt, fulmine domus ea in Albano, in quam Conſules ſacram rem ibi faciẽtes, diuertere ſolent, icta fuit, Cometa cum multos dies urbi imminens apparuiſſet, in faces abijt, incendio multa urbis ædificia, ac Romuli inter hæc tabernaculum conflagrauit, cum in id corui carnes ignitas ab ara quadam raptas cõieciſſent. Secundum hæc Auguſtus in aliud quinquennium magiſter correctorq; morum conſtitutus (*Auguſtus morum magiſter.*) (nam hoc quoque, ut & imperium, ad certum tempus accipiebat) iuſſit, ut Senatores quoties in Curiam cõuenire, aut ſe accedere uellent, ſuffitum adolerent: (*Senatus conuenientis ſanctimonia.*) eo & religionis ſtudium inculcabatur, & ſignũ conueniendi facilius dabatur. Cum Tribunatus plebis propter diſſolutam eius uim à perpaucis peteretur, (*Tribunatus petitio.*) legem tulit, ut ex equitibus, qui nõ minus quàm decies ſeſtertiûm poſsiderent, unuſquiſq; magiſtratus unum deligeret, atq; ex his populus eos qui deficerent deſignaret, ſi quidem ij equites deinceps patricij eſſe uellent: ſin minus, licere ijs ad equeſtrem ordinem redire. (*Aſiæ reditum Cæſar perſoluit.*) Præterea quoniam Aſia prouincia adminiculo aliquo indigebat, terræmotib. potiſsimum

potiſsimum concuſſa, ex ſuis pecunijs tributum eorum annuũ in ærarium intulit, forteꝗ non ſuffragijs lectum ei præſidem ad biennium dedit. Cum aliquando in iudicio de adulterio Apuleius & Mæcenas malè audirēt, non quòd ipſorum eſſet crimen, ſed quia reo ſtudioſe patrocinabantur, uenit in Curiam Auguſtus, ac pro tribunali ſedēs, nullo alio acto quàm quòd accuſatori edixit, ne ſuos cognatos amicosꝗ traduceret, ſurrexit. Ob hæc & alia eius facta eum collata ad id pecunia ſtatuis honorauerũt, permiſeruntꝗ id quod antea nequaquã licebat, ut natalicijs Auguſti innupti innuptæꝗ inter alios ſpectare, epulisque intereſſe poſſent. Agrippa mortuo, quem nõ neceſsitudinis, ſed uirtutis cauſa dilexerat, cum opus quodam haberet, qui ſe in rerum adminiſtatione adiuuaret, qui ipſe tamen honoribus & potentia reliquis longè eſſet ſuperior, quò omnia commodè & citra inuidiam inſidiasque aliorum adminiſtrari poſſent, inuitus etiam Tiberium ad hoc adſumpſit, cum nepotes ſui puerilem adhuc ætatem agerent. Itaque Tiberio adempta quã habebat uxore (filiam Agrippæ ex alia quàm Iulia coniuge) quæ & infantem ex eo natum iam alebat, & uterum ferebat, Iuliam ei copulauit, ac contra Pannonios eum miſit, qui cum metu Agrippæ quieuiſſent, eo defuncto ad bellum conſurrexerant. Eos Tiberius, uſus egregia Scordiſcorum qui Pannoniorum fines attingebant, eodemꝗ belli apparatu utebantur, opera, multis maleficijs agro mortalibusꝗ impoſitis domuit, arma ademit, iuniorum pleroſꝗ in alias regiones abducẽdos uendidit. Harum rerum geſtarum cauſa Senatus Tiberio triumphum decreuit: quem ut duceret, Auguſtus non permiſit, eius loco triumphalibus eum honoribus ornans. Idem hoc Druſo etiam obtigit. Hic cum Sicambri, eorumꝗ auxiliarij propter abſentiam Auguſti, ac quia uidebant Gallos iugũ ſeruitutis grauatim ferre, bellum mouiſſent, Gallorũ primoribus ſub prætextu eius feſti, quod hodie etiam Lugduni ad aram Auguſti celebratur, euocatis, motum ſubditorum præoccupauit: inde Germanis intẽtus, quando Rhenum tranſirent, eos repulit, atꝗ ipſe deinde in Vſipetarum regionem ſecundum inſulam Batauorum, atque inde in Sicambrorum terram tranſgreſſus, magnam agri partem uaſtauit. Inde ſecundo Rheno in Oceanum deuectus, Friſios ſubegit, ac per paludem in Chaucorum fines profectus, in periculo fuit, nauibus propter defluxum maris in ſicco deſtitutis: tamen Friſiorum opera, qui pedeſtri militia ſe ei iunxerant, ſuperato diſcrimine inde digreſſus (iam enim hyems appetebat) Romam peruenit, ibiꝗ Prętor urbanus, quanquã Prætorios honores iam adeptus, eſt creatus, Q. Aelio Tuberone, Paulo Fabio Maximo, Conſulibus. Initio ueris rurſus ad bellum profectus, Rhenum tranſijt, Vſipetas ſubiugauit, Lupiæꝗ fluminis ripis põte iunctis, in Sicambros irrupit, perꝗ eos in Cheruſcorum regionem uſꝗ ad Viſurgim proceſſit: id ut ei liceret, Sicambrorum in Chattos, qui ſoli finitimorum auxilia negauerãt, totius populi uiribus facta expeditio effecerat. quo tempore Druſus ijs imprudentibus regionem peragrauit, Viſurgim etiam tranſiturus, ni eum inopia alimentorum, ac hyemis propinquitas, prętera examen apum in caſtris uiſum deterruiſſent. Regreſſus in ſociorum terram, in ſummũ deuenit periculum, inſidijs hoſtium frequenter læſus, & aliquando in loco anguſto ac cõcauo circumcluſus, haud procul abſuit quin cum toto exercitu periret, à qua eum pernicie nihil aliud eripuit, quàm hoſtium temeritas, qui cùm uno omnes Romanos impetu deleri poſſe crederent, nullo ordine ſeruato eos aggreſsi, uicti inde, ferociaꝗ ſua fracta diſceſſere. Ex eo Barbari

Auguſti in ſuos familiares amor, in alios modeſtia.

Tiberius gener Auguſti fit, & in locũ Agrippæ ſuccedit.

Pannonij à Tiberio domiti.

Scordiſci Romanorũ ſocij.

Druſi res egregiè geſtæ in Germania.

Sicambri.

Ara Auguſti Lugduni.

Vſipetæ.

Inſula Batauorum.

Friſij ſubacti.

An. V. C. 743.

Lupias fluuius.

Viſurgis fluuius.

propius

propius adire ueriti, eminus tantùm hoſtem infeſtauere, ita ut Druſus uiciſ-
ſim ijs contemptis, caſtellum contra eos ad Lupiæ & Aliſonis fluuiorũ con
fluentes, aliudq́; in Chattis ad ipſum Rhenum extruxerit. Ob hæc ei hono-
Honores Druſo dati.
res triumphales, ut ouans in urbem inueheretur, ac peracta Prætura cum
Proconſulari imperio eſſet, decretum eſt: nomen autem Imperatorium, etſi
ſicut Tiberius etiam, à militibus imperator fuerat dictus, ac utraq́; re geſta
id abundè meruerat, nondũ ab Auguſto datum eſt. Hæc eo tempore à Dru
ſo geſta ſunt: ludiq́; quos Prætor ipſe tum faciendos habebat, maximo ſum-
ptu exhibuit, ac natalis Auguſti in circo & uarijs alijs urbis locis, uenationi
bus celebratus eſt: idq́; etſi nõ decretũ, tamen quotannis ferè à Prætoribus
Auguſtalia.
factum: Auguſtalia etiam quæ hodie celebrantur, tunc primum ex ſenatuſ-
Dalmatæ & Pannonij domiti à Tiberio.
conſulto acta ſunt. Tiberius autem Dalmatas rebellantes, ac Pannonios
qui per eius, ac maioris partis copiarum abſentiam res nouas moliti fuerãt,
utriſq́; ſimul bello illato, ac modò hâc, modo illâc transferendo in ſuam po-
teſtatem redegit: quas ob res geſtas ijdem ei qui Druſo honores ſunt tribu-
Dalmatia Auguſto cõmiſſa.
ti, ac exinde Dalmatia, ut quæ arma ſemper & per ſe, & ob propinquitatem
Pannoniæ requireret, Auguſti cuſtodiæ cõmiſſa eſt. Sub idem tempus Vo
Vologæſis Thracis ac Beſſorum bellum, et ut à L. Piſone uicti.
logæſes Thrax, Beſſus natione, ſacerdosq́; Bacchi, qui apud eos colĩ, mul-
tos uana religione obiecta ſibi adſociauit, eorumq́; auxilio facta defectiõe,
Rhaſcipotim Cotys filium uictum necauit, ac deinde Rhymetalcẽ ſuper-
ſtitionis uanæ pretextu uſus citra prælium exercitu nudatum in fugam con
Rhaſciporis mors.
iecit, eumq́; inſecutus, in Cherrhoneſum irrupit, ac multum ei damni iniun-
Sialetæ.
xit: Sialetæ quoq́; Macedoniam infeſtauêre. Contra hos populos bellũ ge-
rere iuſſus L. Piſo, qui tum Pamphyliæ præerat. Cuius aduentu præcogni-
L. Piſo Thraces domat.
to cum receſsiſſent Beſsi, ipſe in eorum regionem exercitu adducto, primò
prælium ſiniſtrum fecit: deinde recuperata uictoria, Beſſorum & circumia-
centes eorum qui defectionis ſocij fuerant agros uaſtauit, omnes eos popu
los partim ultrò ſibi ſe dedentes, partim terrore ut id facerent compulſos,
nonnullos etiam pugna ſuperatos ſubegit, ac nonnullos deinde rebellionẽ
retentantes, denuò in ſeruitutem coniecit. Ob has ei res geſtas ſupplicatio
& honores triumphales decreti. Interea Auguſtus indicem omniũ ſuorum
bonorum perinde ac ſi eſſet priuatus homo conſcripſit, Senatumq́; legit: &
Senatuſconſultũ quot Senatores facerent.
cum uideret non ſemper frequentes conuenire Senatores, ſenatuſconſulta
etiam à paucioribus quàm CCCC. Senatoribus ut fieri poſſent ſtatuit, cum
antè ea hunc numerum, ut rata eſſent, requirerẽt. Cumq́; iterum pecuniam
ei ad imagines faciendas Senatus populusq́; conferrent, nullam quidem ſi-
Salutis publicæ, Concordiæ et pacis ſtatuæ.
bi, ſalutis autem publicæ, Concordiæq́;, & Pacis poſuit: Semper autem fe-
rè, utcunq́; ſe eius occaſio obtulerat, id faciebant. ac tandem ipſa prima an-
ni die eam non in commune iam contulerũt, ſed ad ipſum Auguſtum acce-
dentes, plus minúſue ſinguli ei porrexerunt: atq́; ipſe tantundem aut plus
etiam addens ipſis reddidit, nõ patricijs modò, ſed reliquis etiam. Accipio
Auguſtus ſtipẽ colligit.
etiam ex oraculo quodam, aut ſomnio, quotannis certa die argenti nõ nihil
ab accidentibus quaſi emendicantem accepiſſe: id ſi quis credendum non
putet, tamen ita traditum eſt. Eodem anno Iuliam Tiberio matrimonio cõ-
Octauiæ mors.
iunxit, & Octauiam ſororem uita defunctam in ſacrario Iulio publicè expo
ſuit: cortinaq́;, ut antè, extenſa pro corpore, funebrem orationem habuit,
Druſusq́; pro roſtris, uidelicet in publico luctu, Senatoriam ueſtem lugu-
bri permutauit: tum funus eius generi extulerunt, Auguſtus autem nõ om-
nia quę in eius fuerant honorem decreta admiſit. Tum quoq́; primùm poſt
Merulam

Merulā flamen Dialis creatus eſt: Quæſtoribus etiam quæ unoquoq; tempore fierent Senatuſconſulta adſeruāda tradita, cum Tribuni plebis, ac Aediles, quibus antè id negocium datum fuerat, per apparitores hoc ſuos egiſſent, atq; inde error & confuſio incidiſſet. Decretum quoq; eſt, ut Iani Gemini templum, quod ijs quæ dixi bellis exortis apertum fuerat, ijs iam compoſitis clauderetur: uerùm id ne fieret, Daci obſtitêre, qui Iſtrū frigore concretum tranſgreſſi, ex Pannonia prædas abſtulerant: Dalmatæ quoq; propter exactum tributum rebellionem fecere. Hos motus Tiberius ex Gallia, in quam cum Auguſto profectus fuerat, euocatus, pacauit. Germanos cùm alios, tum Chattos (hi enim quoq; relicto eo agro, quem Romani ipſis aſsignauerant, Sicambris ſe cōiunxerant) Druſus partim maleficijs infeſtauit, partim ſubegit. His peractis Tiberius & Druſus cum Auguſto, qui in Lugdunenſi Gallia plerunq; uerſabatur, haud procul à bello Germanico remotus, eiusq; euentui intentus, Romam redierunt, ac ea quæ uictoria impetrata fieri leges iubent, aut aliâs conuenit, peregerunt. Hæc acta Iulio, ac Fabio Maximo Conſulibus.

Flamen Dialis. *Quæſtorū officium.* *Daci et Dalmatæ arma capiētes à Tiberio compeſcuntur.* *Chatti à Druſo victi.*

An.V.C.744.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVINQVAGESIMVSQVINTUS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De morte Druſi.
Vt Liuiæ templum fuerit dedicatum.
Vt campus Agrippæ fuerit dedicatus.
Vt Diribitorium fuerit dedicatum.
De diſceſſu Tiberij in Rhodum.
Vt Auguſti ædes, fanumq; in ea Martis fuerint conſecrata.
De morte Lucij & Caij Cæſarum.
Quomodo Auguſtus Tiberium adoptauerit.
Quemadmodum Liuia Auguſtum adhortata fuerit, ut clementius imperaret.
De legionibus, uiq; conſtituti ſint, qui pecuniam militarem adminiſtrarent.
Vt uigiles nocturni fuerint inſtituti.
De bello, quod contra Dalmatas & Pannonios Tiberius geſſit.

Annorum hiſtoria XVII. hoc libro narratur, in quibus Conſulatum habuerunt:

Claudius Nero Ti.F.Druſus. An.V.C.745.
T.*Quintius* T.F.*Criſpinus.*
C.*Marcius Cenſorinus.* 746.
C.*Aſinius* C.F.*Gallus.*
Ti.*Claudius*, *Tiberij* F. II. 747.
Cn.*Calpurnius* C.F.*Piſo* II.
D.*Lælius* D.F.*Balbus.* 748.
C.*Antiſtius* C.F.*Veter.*
Auguſtus XII. 749.
L.*Sylla.*
C.*Caluiſius Sabinus.* II. 750.
L.*Paſsienus Rufus.*

L.*Cornelius.*

751. L.Cornelius.L.F.Lentulus.
M.Valerius M.F.Meſſalinus.
752. Auguſtus XIII.
M.Plautius M.F.Syluanus.
753. Coſſus Cornelius Cn.F.Lentulus.
L.Calpurnius Cn.F.Piſo.
754. ~~C.Cæſar Auguſtus XIIII.~~ C. Caesar Augusti F.
L.Aemilius L.F.Paulus.
755. P.Vinicius M.F.
P.Alfenus P.F.Varus.
756. L.Aelius L.F.Lamia.
M.Seruilius M.F.
757. Sex. † Aemilius Q.F. * Catus. † alij Aelius.
C.Sentius C.F.Saturninus. * al. Catulus.
758. L.Valerius Potiti F.Meſſala Voleſus.
Cn.Cornelius L.F.Cinna Magnus.
759. M.Aemilius L.F.Lepidus.
L.Arruntius L.F.
760. A.Licinnius Nerua Silanus.
Q.Cæcilius Metellus Creticus.
761. M.Furius M.F.Camillus.
Sex.Nonius C.F.Quintilianus.

ANNO inſequenti, Druſo & T.Quintio Criſpino Conſulibus, ſigna Druſo haud læta acciderunt. Inter multa alia quæ tempeſtate & fulminib. perdita ſuêre, templa quoq; *Prodigia.* nonnulla, adeoq; Iouis etiam Capitolini, & huic adiunctum fanũ læſa ſunt. Quibus neglectis, Druſus in Chattorum fines ingreſſus, obuia quæq; nõ ſine magno labore ſubigendo, congreſſoſq; prælijs haud incruẽta uictoria ſuperando, uſq; in Sueuos peruenit: *Druſi res geſtæ.* inde in Cheruſcos conuerſo itinere, Viſurgin tranſgreſſus, omnia populando ad Albim uſq; perrexit, *Albis.* qui ex Vandalicis montibus profluens, in Oceanum Septentrionalem magnus admodùm factus effluit. Hunc cum fruſtrà conatus eſſet tranſire, trophæis conſtitutis receſsit: etenim mulier quædam humana amplior forma ei obuiam facta: *Oſtentum Druſo factum.* Druſe, inquit, quò tandem nullum cupiditati tuę modũ ſtatuẽs contendis? non tibi fatis conceſſum hæc omnia uidere, quin tu abi: iam enim & operum tuorum & uitæ inſtat tibi terminus. Oblatam à deo aliquo hanc uocẽ, mirũ profectò eſt, neq; tamẽ mihi fides abroganda uidetur huic rei, quam ſtatim euentus comprobauit: nam & cõtinuò retrò ire Druſus cepit, & in itinere prius quàm Rhenũ attingeret, morbo deceſsit. *Mors Druſi.* Aſtipulantur huic quod cõmemoraui prodigio etiã alia: namq; & ſub mortẽ eius lupi circum caſtra ipſius uagati ululârãt, & iuuenes duo per medias munitiones equis tranſuecti apparuerãt, eiulatusq; muliebris auditus fuerat, & ſtellæ in cœlo diſcurrerant. Ad famam ægrotantis Druſi Auguſtus, qui nõ ita procul ab eo aberat, celeriter Tiberiũ accerſijt, isq; animam adhuc trahentem fratrem ſuum reperit, Romamq; corpus defuncti attulit, portantibus id principiò uſque ad hyberna cẽturionibus ac Tribunis militum, *Laudationes funebres Druſi duæ.* inde ſingularũ in itinere urbium primoribus. Cadauere in foro propoſito, duplex Druſi laudatio, una à Tiberio in ipſo foro, altera in Flaminio circo ab Auguſto

guſto habita eſt, qui cum exercitu urbe profectus, neque fas ei erat intra pomœrium intrare, cùm ea quæ ante id fieri inſtituta maiorū iubent, nondum perfeciſſet. Druſi funus ab ijs qui equeſtrem ordinem cum dignitate ſeruabant, & à Patricijs in campum Martium eſt allatum, ibi cremati reliquiæ in Auguſti ſunt ſepulcrum conditæ, Germaniciq; cognomen ei & filijs datū, honoresq; ſtatuarum, fornicum, & honorarij ad ipſum Rhenum tumuli dati. Tiberius, quòd uiuente adhuc Druſo Dalmatas & Pannonios nonnihil motuum oſtendentes oppreſſerat, ouans in urbem equo inuectus eſt, epulumq; populo in Capitolio partim, partim alijs locis urbis exhibuit, ſimulq; Liuia & Iulia mulieribus epulum dederunt, eademq; Druſo etiam parabantur, feriæq; iterum agendæ in eius Triumphi gratiam erant, cum is interitu ſuo hæc omnia irrita fecit. Liuia autem ſolatij cauſa ſtatuis donata, & in matrum quę ter perperiſſent numerum relata eſt: quibus enim uel uiris uel mulieribus fortuna tertiam prolem non conceſsit, eorum nonnullis tamen lex quædam à Senatu primùm, nunc autem ab Imperatore etiam lata ius trium liberorū largitur, ut neq; mulcta ea quæ ſterilibus eſt propoſita teneantur, & paucis duntaxat exceptis, copioſæ proli conſtituta præmia omnia adipiſcantur: *

Germanici cognomen.

Liuiæ ſtatuæ, & honor earū quę ter pepeperiſſent.

Ius trium liberorum.

*

& non modò homines, ſed Dij quoq; hæc inueniunt, ut quod ijs moriens aliquis legauit, accipiant. Auguſtus porrò edixit, ut certis diebus Senatus ageretur, de quibus cum antehac nihil eſſet definitū, ideoq; multi abeſſent, ſingulis menſibus dies certos habendi Senatus conſtituit, ad quas neceſſariò omnes hi, quos leges in Senatum uenire iubent, adeſſent: ac ne qua abſentiæ poſſet obtendi excuſatio, cauit, ne quod iudicium, aut alia ulla res Senatoribus competens eo tempore fieret: numerum etiam, qui ut ratum eſſet Senatus conſultum requiritur, ſecundum ſingulas, ut paucis dicam, Senatuſconſulti formas definiuit: mulctamq; eorū qui nullam ob iuſtam cauſam in Senatū non ueniſſent, adauxit: & quoniam multæ huiuſmodi culpæ ob multitudinem reorum pœnam effugiebant, iuſsit ut ſi plures hoc modo peccaſſent, quintus quiſq; in quem ſors incidiſſet, plecteretur: omnia nomina Senatorum in albo conſcripta publicè edidit, qui mos etiamnū inde tractus permanet. Hoc modo ad compellendos in concilium Senatores uſus eſt Auguſtus. Quòd ſi quando caſu fieret, ut non tot quot opus erat conuenirent, (nam pręterquam quòd Imperatore pręſente numerus Senatorum qui adeſſent, accuratè inibatur, idem hoc etiam fermè omnibus alijs etiam quibus Senatus habebatur diebus fiebat) conſilium quidem ij capiebant, & quod ſtatuiſſent, id perſcribebatur: non tamen uim Senatuſconſulti obtinebat, ſed autoritas Senatus dicebatur, quæ uidelicet oſtenderet quæ fuiſſet ſententia eorum qui conſilio interfuerāt Senatorum. Idemq; hoc etiam tum obſeruatum eſt, cum aut loco aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto uocati feſtinatò coijſſent, aut Tribuni aliqui plebis interceſsiſſent, nā hic quoq; cum Senatuſconſultum fieri nequiret, tamen ſententiam ſuam Senatus nolebat eſſe occultam, quæ deinde more Romano rata foret, ac nomen Senatuſconſulti acciperet. Idq; ab antiquis multo tempore ſtudioſiſsimè retentum, noſtro tempore ferè exoleuit, ſicut & id, quod de Prætoribus ſanxit Auguſtus: his, cum indignè ferrent ſe, cum honore tamen Tribunos plebis anteirent, in Senatu ſententiæ dicendi ius nō habere, Auguſtus id iuris cōceſsit, quod tamē tēpus eis poſtmodò abſtulit. Hæc omnia Auguſtus ante-

Senatus habendi lex ab Auguſto facta.

Quid differant Senatuſconſultum, & Autoritas Senatus.

Pretorib. datū, ut ſentētiam in Senatu dicerent.

Hoc quidem manifeste falsum est. [illegible] Dio. et id tamen dicere, quod ipsum quoque falsum videtur.

antequam ſanciret, in tabula perſcripta in Curia propoſuit, & Senatoribus binis ingredientibus liberum fecit ut legerẽt, ac ſi quid diſpliceret, aut melius eo aliquid inuenirent, id ut exponerent.

Auguſti Cæſaris modeſtia et facilitas.

Omnino autem adcò popularis uideri uolebat, ut cum commilitonum ſuorum cuidam patrociniũ ipſius petenti, quia ipſe occupationibus diſtineretur, amicum quendam patronũ dediſſet: iſq́; iratus, ſe ipſi auxilio indigenti, nõ alium quendam ſuo loco miſiſſe diceret, ſed ſeſe ubique pro eo pericula obiuiſſe, motus eo dicto ipſe in forum uenerit, ac cauſam hominis egerit. Amico cuidam in iudiciũ pertracto adſuit, cõmunicata prius cum Senatu re, eumq́; reis exemit: actorem autem non modò ira nulla eſt proſecutus, quamuis multa uſum in dicendo libertate, ſed etiam morum cauſa reum factum abſoluit: id dicens, libertatem eius propter multorum maliciam ex uſu ipſis eſſe, alioquin quos inſidias ſibi ſtruxiſſe indicio cognouerat, ſupplicijs afficere ſolitus.

Quæſtorum imperium.

Quæſtores etiam in ora maritima prope urbem, & alijs Italiæ locis ut præeſſent conſtituir, idq́; pluribus annis fecit. In urbem tamẽ intrare tunc propter mortem Druſi noluit: ſed anno proximo, C. Aſinio Gallo, & C. Marcio Cenſorino Conſulibus, Romam iniuit, lauream q́; in Iouis Feretrij templum præter conſuetudinem Romanam intulit, neque ullum diem tamen feſtum egit, plus ſibi morte Druſi damni, quàm uictorijs commodi accidiſſe exiſtimans. Conſules uerò ea quæ pro uictotia fieri ſolebant, fecerunt, ac inter alia captiuos quoſdam dimicare iuſſerunt. Auguſtus deinde cum Conſules & reliqui magiſtratus culparentur, quòd largitionibus eas ſibi dignitates paraſſent, neque inquiſitionẽ inſtituit, & totam rem diſsimulauit: quia neq́; punire quẽquam, neq́; criminis manifeſto ulli ueniam dare ſtatuerat: ſed pecuniam pignoris loco ab ijs qui petituri eſſent magiſtratũ aliquem accepit, quàm qui largitiones feciſſet, amitteret, idq́; eius factum ab omnibus laudatum fuit.

Ambitui obuiãit Auguſtus.

Seruum non licet contra dominum torqueri.

Quòd uerò cum non liceret ſeruum contra dominum adhibitis tormentis quæſtioni ſubijci, huiuſmodi ſeruos ſi uſus poſtularet, uel Reipublicæ uel ſibi uendi iuſsit, ut alienæ iam poſſeſsionis, nec iam domini prioris qui reus eſſet, exiſtens, examinari poſſet, id à nonnullis culpatum, legem diſſolui ea domini mutatione quærentibus, alijs neceſſariò id fieri dicẽtibus, cum multi hoc freti cõtra ipſum ac magiſtratus conſpirarẽt. Poſt hæc Auguſtus cum principatum depoſuiſſet, (hoc enim præ ſe ferebat) exacto decennio altero, inuitus iterum ſuſcepit, & in Germanos bellum molitus, ipſe domi ſubſtitit.

Auguſti & Tiberij expeditiones.

Tiberius autem Rhenum tranſijt. Eorum uim metuentes barbari omnes, exceptis Cantabris, legatos miſerunt pacem petentes, ſed neque tum eam impetrauerunt, cum Auguſtus niſi Cantabris ad cauſam adiunctis negaret ſe eam daturum, neq́; deinde, cum Cantabri quoq́; legatos miſiſſent: quos Auguſtus cum per urbes quaſdam diſpoſuiſſet, (erant autem multi ac præclari inter ſuos) tædium rei non ferentes, manus ſibi ipſis iniulere. Ita quoq́; pax infecta manſit: ſed barbari ſcum aliquandiu ſe cõtinuiſſent, poſtmodò affatim à Romanis uindictam ſui doloris repetierunt.

Cantabrorũ legati malè tractati.

Auguſtus præterea militibus, non quidem uictoriæ nomine (quanquam & ipſe Imperatoris nomen acceperat, & Tiberio dederat) ſed quòd Caium tunc primùm militaribus exercitijs deditum ſecum habebant, pecuniam largitus eſt. Cæterùm Tiberium Druſi loco ad imperium prouehens, imperatorioq́; ob id nomine decoratũ, Conſulem iterum fecit, iuſsitq́; eum more antiquitùs recepto antequàm magiſtratum inirẽt, literas publicè proponere, triumpho etiam ipſum ornauit. Nam ipſe quidem Auguſtus triumphum ducere nolebat,

Tiberio alter Conſulatus deſtinatus.

Conſulum deſignatorum poteſtas.

bat,ſed id potius accipiebat, ut natalicijs ſuis perẽnes ludi eſſent equeſtres.
Idem pomœrij quoq; terminos protulit, menſemq; Sextilem, Auguſtum *Pomœriũ prolatum.*
nominauit:quod nomen cum alij Septembri,quo menſe natus eſſet Augu-
ſtus,indere uellent,ipſe Sextilem prætulit,quòd eo menſe primum Conſul *Auguſtus menſis.*
factus,ac eo multis magnis prælijs uictoria potitus eſſet. Vt læta hæc Au-
guſto fuere,ita Mæcenatis obitu grauiter affectus eſt, cuius egregia cùm in *Mæcenatis obitus, & laus.*
alijs rebus opera uſus fuit, ita ut equeſtris etiam duntaxat ordinis homini
urbis cuſtodiam diu commiſerit: tum uerò ſicubi ira impotẽtiùs efferretur,
utilem eum eum ſibi habuit, à quo ab ira ad manſuetiorem animum reduce
retur. Vnum eius rei documentũ proferam. Præſente aliquando Mæcena-
te Auguſtus pro tribunali ſedẽs, cum multos eſſet morte damnaturus, pre-
uidens hoc fore Mæcenas, cum per circumſtantium coronam ad ipſum ir-
rumpere ac proximè aſsiſtere nequiret, hæc uerba in tabella ſcripſit: Surge
uerò tandem carnifex: eamq; tabellam quaſi aliud quid indicantẽ in ſinum
Auguſti proiecit:qua lecta,is ſtatim ſurrexit, nemine morte mulctato. ne-
que uerò huiuſmodi res ſtomachũ Auguſto mouebãt, ſed gaudebat quan- *Auguſtus re-*
tum ipſum ſua natura et neceſsitas rerum ad iram,etiam præter decorũ pro- *prehenſiones*
uexiſſet, tantum amicorum libertate corrigi. Virtutis uerò Mæcenatis ma- *ab amicis æ-*
ximum id indicium fuit, quòd cum Auguſti cupiditatibus reſiſteret, tamen *quißimè fere-*
ab eo inter familiares habitus, reliquis etiam ſe omnib. probauit: & quòd, *bat.*
cum plurimum apud hunc poſſet, adeò ut ab eo multis honores magiſtra-
tusq; impetrauerit, tamen animo nihil elatus, in equeſtri ſtatu uitam ſuam
exegit. Hæc in cauſa fuere, cur uehementem luctum Mæcenatis mors Au-
guſto afferret, quo ea etiam acceſsit, quòd Mæcenas quamuis propter uxo
rem ſuam ei eſſet infenſus, tamen hæredem eum nuncupauit: ac præter mi-
nima quædam, in eius poteſtate reliquit, ſi uellet amicis ſuis quædam dare.
Idem primus Romæ natatorium aquis calidis refertum inſtituit, primusq; *Natatorium calidum.*
ad celeritatem ſcribendi notas quaſdam literarũ excogitauit, quam rem A-
quilæ liberti miniſterio multos docuit. Tiberius Calendis Ianuarij, quibus *Notæ literarũ compendioſæ.*
Conſulatum iniuit cum Cn. Piſone, in Octauij Curiam (hæc enim erat ex- *Aquila.*
tra pomœrium) conuocato Senatu, fanum Concordiæ ſibi parari iuſsit, ut *An. V.C. 747.*
ſuo id & Druſi nomine inſcriberet, ac deinde triumphauit: triumpho perfe *Octauij Curia.*
cto templum Liuiæ dedicauit cum matre, ac ipſe Senatum in Capitolio, Li- *Tib. Triumphus.*
uia autem ſeorſim matronas epulo excepit. Paulo pòſt Tiberius coortis in
Germania motibus ad bellum profectus eſt, ac pro eo ludos uotos pro Au *Liuiæ templũ.*
guſti reditu Caius ac Piſo fecerunt. Campum autem Agrippę, porticu exce *Campus Agrippæ.*
pta, ac Diribitoriũ, ipſe Auguſtus dedicauit. Diribitorium domum omniũ
earum quæ unquam uno culmine fuiſſent maximã (nunc omni eius tecto *Diribitorium.*
diruto, quia rurſus cõmitti inter ſenõ potuit, aperto faſtigio cõſpicitur) A-
grippa imperfectũ reliquerat, tunc uerò ad finẽ perductũ erat opus. Porti-
cus in campo, quã eius ſoror Pola, quæ etiã curſus ordinauit, parabat, abſo *Pola ſoror Agrippæ.*
luta nondum erat. Funebre quoq; gladiatoriũ munus, primò ſingulis cõtra
ſingulos pugnãtibus, pòſt æquali numero cõmiſsis, editũ eſt, idq; in Septis,
cùm in honorẽ Agrippæ, tum quòd multa circa forũ ædificia incendiũ ab-
ſumpſerat: ſpectãtibus omnibus, ipſisq; adeò filijs Auguſti (is enim eam nõ
ſumpſerat) in pulla ueſte. Incendij cauſa in alieno ære cõſtrictos collata eſt,
quaſi ij cum ſe magnis damnis affectos exiſtimarẽt, cõſultò id parauiſſent, *Incendium.*
ſpe debitorũ leuandorũ. Verùm hi nihil cõſecuti ſunt, procuratores aũt ui- *Procuratoresq; uicorum.*
corum plebeij ſunt cõſtituti, quibus ueſte quã magiſtratus gerunt, ac licto-

 ribus

ribus binis in ijs locis quibus præeſſent uti certis diebus conceſſum, ac ſeruicia quæ antè cum ædilibus in uſum incendiorum reſtinguendorum fuerãt, addita, urbsq́ tota in regiones diuiſa fuit runc quaruordecim, quibus ſorte diuiſis hi uicorum curatores, Tribuni plebis, & Prætores præeſſent, idq́ hodie etiam fit.

XIIII. regiones urbis.

Eo anno in Germania nihil memorabile actum. Annus deinde proximus C. Antiſtiũ ueterem, D. Lælium Balbum Conſules habuit.

An. V.C. 748.

C. & L. Cæſarum mali mores.

At Caius & Lucius Cæſares, utputa in principatu educati, patris ſui Auguſti mores nequaquam imitabantur, non modo delicatius uiuentes, ſed inſuper etiam ferocientes: quippe Lucius iniuſſu aliquãdo in theatrum ingreſſus, tùm omnium applauſu, partim ex animo, partim ab adulatione profecto exciperetur, aucta petulãtia, auſus eſt petere ut Caio fratri, nondum ex ephebis egreſſo, Conſulatus daretur. Hæc ubi animaduertit Auguſtus, indignatus optauit, ne quando ea quæ ipſi quõdam impenderat, temporum iniquitas eueniret, ut Conſulatus ei mandandus eſſet, qui nondum uiceſimum annũ attigiſſet: cum̃ nihilominus filij hoc ab ipſo contenderent, tunc demum inquit hunc magiſtratum alicui eſſe ſuſcipiendũ, cum & ipſe à peccando ſibi cauere, & populi cupiditatibus reſiſtere poſſet. Deinde ſacerdotium Caio, utq́ in Senatum ire, ac inter Senatores ſpectaculis epuliſq́ intereſſe licere, dedit: ut uerò aliqua ratione modeſtiores eos efficeret, Tiberio Tribuniciam poteſtatem in quinquennium cõceſsit, Armeniamq́ quæ defecerat mandauit.

Tribunicia poteſtas Tiberio conceſſa.

Hoc fruſtra ab Auguſto factum, & hos, & Tiberium offendit: hos quòd ſe ſpretos iudicabant: Tiberium, quòd iram eorum uerebatur: itaq́ ſe in Rhodum hic contulit, quaſi diſciplinæ capiendæ cauſa, ne comitaru quidem omni ſuo ſecum accepto, ut & à conſpectu ſe eorum, & actionibus ſubduceret: nec deſunt, qui hoc eum propter Iuliam coniugem feciſſe putent, quam ferre diutius nequiuerit, certè eam Romæ reliquit.

Tiberius Rhodum ſecedit.

Frumentum ex publico accipientium numerus imminutus.

Cæterùm Auguſtus multitudinem eorum qui frumentum ex publico accipiebant, ad hominum C C millia redegit: in ſingulos eum dediſſe ducentos quadraginta denarios nonnulli autores ſunt: ſpectacula cum exhiberet, aquam in Circum Flaminium induxit, in ea triginta ſex crocodili ſunt conciſi: Prætorianorum quoq́ militum duos pręfectos tum primùm inſtiruit.

Crocodili ſpectaculis cõciſi.

Iulia laſciua, & ut eam Auguſtus punuerit.

Iuliam filiam ſuam adeò laſciuiæ progreſſam, ut in ipſo etiam foro & roſtris nocturnas comeſſationes ac compotationes ageret, ſerò tandem cum depræhendiſſet, (nam etſi antè coniectabatur, eam non rectè uiuere, tamen non adhibuerat fidem: nimirum cum principes omnia facilius quàm ſua cognoſcãt, ac neq́ clàm ſuos quicquam agant, neq́ eorum res curioſe ſcrutẽrur) adeò immodica ira correptus eſt, ut eam domi ſuæ non continuerit, ſed cum Senaru etiam cõmunicauerit.

Principes ſua plerunq; ignorant.

Iuliæ et Scriboniæ exilium.

Itaq́ Iulia in Pandatariam (quæ eſt ſita ad Campaniam inſula) relegata eſt, ultrò cum ea Scribonia matre abeunte: qui uerò cum ea rem habuiſſent, Iulus Antonius, quaſi ſpe Imperij occupandi id feciſſet, cum alijs nonnullis morte mulctatus eſt, reliqui in inſulas exulatum miſsi.

Iulij Antonij interitus.

Multis autem alijs etiam mulieribus ob ſimilem culpam delatis, non omniũ cauſas iudicãdas ſuſcepit, ſed tempus certum nominauit, ante quod ſi quæ acta eſſent, de ijs inquiſitio nulla fieret: ita alijs parcendum duxit, qui nihil mediocre in filiam ſtatuiſſet, atq́ adeò cum Phœbe liberta Iulię, eiusq́ uitiorum adiutrix, morte ſibi illata ſupplicium præueniſſet, huius ſe, quàm Iuliæ patrem eſſe malle dixit.

Phœbe liberta Iuliæ.

Caius ad bellũ Armenicũ miſſus.

Caio autem ad bellum Armeniacum miſſo, Tiberius in Chiũ profectus, ei ſe ſubmiſit: neque Caio ſolum, ſed omnibus qui cum eo erant. Phraates rex Parthorum cum de pace ad Auguſtũ literas dediſſet,

diſſet, iſq; reſcribens, Phraaten tantùm nominaſſet, omiſſo titulo Regis regum, iuſsiſſetq; Armenia eum cedere, adeò nihil territus eſt Phraates, ut reſcribens ſuperbè, ſibi ipſi Regis regum titulo dato, Auguſtum tantùm Cæſaris uocabulo affecerit. pòſt uerò cum Caium in Syriam aduenisse audiſſet, ac res domi odio ſui conturbatas ſuſpicaretur, ea conditione ut Armeniam miſſam faceret, in gratiam rediјt. Statim poſt hanc rem, Caio & Lucio mortuis, Tiberius Romam è Rhodo rediјt. Erat eius diuinationis, quæ ex aſtris ducitur, cùm ipſe peritiſsimus, tum Aſtrologia omni præſtantiſsimum ſecum habebat uirum, Thraſyllum nomine, unde & ſuum, & ipſorum fatum omne compertũ habebat. Ferũt eum aliquando cum eſſet in Rhodo, Thraſylli de muro præcipitandi conſilia animo agitaſſe, quòd is ſolus omniũ ſuarum cogitationum conſcius eſſet: inde cum triſtem uideret, percontatum quid ita uultum cõtraxiſſet, eumq; reſpondiſſe, periculum ſe aliquod ſuum uereri, admirationeq; motum Tiberium propoſitum abieciſſe. Is quidem Thraſyllus adeò omnia certò habebat cognita, ut cum procul aduẽtare nauim uidiſſet, quæ nunciũ reditus Romam, à matre & ab Auguſto uehebat, prædixerit quæ is eſſet annunciaturus.

Phraatis ſ[...] ſtus, ut q; A[...] nia Roman[...] ceſſerit.

C. & Lucij mors.

Tiberij reditus Romam.

Tiberius Aſtrologiæ callentiſſimus.

Thraſyllus Aſtrologus.

* * * *

Corpora portò Caij & Lucij à tribunis militum, ac ſingularum ciuitatum proceribus Romã apportata ſunt, parmæq; & haſtæ, quas aureas ab equitibus cum uirilem togam ſumerent acceperant, in Curia ſuſpenſæ. Auguſtus eo tempore dominus ſalutatus, nõ modò prohibuit, ne quis ipſum hoc nomine compellaret, ſed ſummo perè etiam id cauit. Tertio quoq; iam decennio completo, in quartum decennium, coactus ſcilicet, Imperium ſuſcepit, quod manſuetior iam ac ſegnior ad Senatores exaſperandos contra ſe factus, nolebat quenquam corum ampliùs offendere. Cum fortè Palatium incendio periјſſet, multiq; multa ei largirentur, nihil præter aureum à ſingulis conuentibus, à priuato homine denarium accepit. Aureum uerò uoco id nomiſma, quod uigintiquinque denarios continet: ſic enim noſtrates aureum accipiũt, eſtq; ita inuenire apud Græcos quoſdam autores, quos propter linguæ Atticæ ſtudium legimus. Cæterùm refectam domum ſuam Auguſtus, totam publicam eſſe iuſsit, ſiue quòd ad eam ædificandam populus pecuniam contuliſſet, ſiue quòd Pontifex Maximus cum eſſet, ſimul in proprijs ac in publicis ædibus habitaret. Cum magnis ab eo precibus populus contenderet, ut filiam reduceret, citiùs reſpondit aquæ ignem mixtum, quàm illam in patriam reſtitutum iri: ac quantumuis populus multos in Tiberim ignes cõieciſſet, nihil tamen tum impetrauit: poſtea tamen ui eum eò perpulit, ut in cõtinentem ſaltem eam transferret. Tiberium adoptauit, ac Tribunicia poteſtate ad annos decem data, in Germaniam ablegauit: ueritus tamen ne is aliquando animo elatus nouas ad res cõſurgeret, Germanicum Druſi fratris filium ei adoptandum dedit, quanquam ipſi Tiberio natus fuerat filius. Inde animo fiducia concepta, his quaſi ſucceſſorib. ac adiutoribus, iterum Senatus delectum habere inſtituit: decemq; quibus plurimum tribuebat Senatorib. ei rei deſtinatis, ſorte ex iјs tres delegit, qui Senatum examinarent: neq; tamen multi tum inuenti ſunt, qui (quod antè factum ab alijs fuerat) licentia ſibi eius permiſſa ultrò Senatoria dignitate cederent: pauci etiam inuiti ea moti ſunt. His per alios tranſactis, ipſe recenſionem eorũ qui in Italia habitarent, ac ad ducenta ſeſtertia poſsiderent, iniuit, pauperioribus ac iјs qui extra Italiam uiuerent omiſsis, ne quid turbarũ darent.

Domini nomẽ Auguſto inuiſum.

Palatij incendium.

Aureus quanti precij.

Magnificentia Auguſti.

Seueritas in filiam.

Ignis Græcus.

Tiberium Auguſtus adoptat, ac Tribunicia poteſtate munit.

Germanicus Cæſar à Tiberio adoptatur.

Senatus delectus.

Cenſus actus ab Auguſto.

darent.

darent. Id ne Cenſor facere uideretur, cuius rei cauſa ſuprà eſt à me indicata, ad hunc cenſum peragendum, luſtraleq́ ſacrum faciendum Proconſulare imperiū accepit. Cum multi patricij ac equeſtres iuuenes citra ullum crimen ad paupertatem redigerentur, pleriſq; cenſum conſtitutum eorum ordini compleuit: octoginta autem quibuſdam eum uſq; ad duodecies ſeſtertiûm adauxit. Quia multi multos manumittebant, ætatem quam & manumittens, & manumittendus habere deberent, iuraq́ quibus erga libertos cùm alij, tum ipſi patroni uterentur, conſtituit. Interim inſidijs impetitus, quarū præcipuus autor erat inter alios Cn. Cornelius Cinna Magnus, filia Pompeij Magni natus, aliquandiu conſilij inops fuit, cum neq; necare eos uellet, quia nihilo tutior editis cædibus fiebat, neq; dimittere impunes, ne alios quoque contra ſe incitaret. Dubium quid ſtatueret, ac neque dies, neque noctes ſine cura, ac cum quiete agentem, Liuia aliquando percontata eſt, quid nam rei eum à ſomno detineret: Quis uerò, inquit Auguſtus, uel minimum temporis à curis uacet, qui tot inimicos habeat, alijſq; ſuper alias inſidijs petatur? an uerò nō cernis quàm multi & mihi & imperio noſtro periculum ſtruant? quos ne ſupplicia quidem coercēt, quin contrà cæteri punitorum exemplo, quaſi uerò hi aliquid egregij egiſſent, perire ſtudeant. Quo ſermone audito Liuia: Perniciem, ait, tibi creari, neque mirum eſt, neque ab humana ſorte alienum, multa, ut in tanto imperio, agenti, multosq; offendēti. Nimirum fieri non poteſt ut princeps omnibus placeat, ac ne uel iuſtiſsimè regens, permultorū in odia incurrat. Maior enim pars hominum iniuſta iuſtis potiora ducunt, quorum expleri cupiditates nequeūt. Iam uirtuoſorum quoq; alij magnas ac multas res expetunt, quas conſequi non poſſunt, alij alijs poſthabitos ſe indignantur, itaq; utriq; culpant principem: quapropter certum ab his malum impēdet, ijſq; deinde qui inſidias ſtruunt, non quidē tibi, ſed principatui. Etenim priuato nemo tibi mali quicquam, niſi à te accepta iniuria, feciſſe uoluit: principatum, eiuſq; bona potens quiſque etiam infirmioribus promptius appetit. Id etſi eſt iniuſtorum hominum, ac minimè prudentium, tamen inter alia uitia ijs ineſt, ac neque monitis, neque ui eximi poteſt, quòd nulla lex nullus metus eis quę natura inſunt plus ualet. Hæc tu tecum reputans, aliorum peccatis minus ſuccēſe, tui autem ac regni cuſtodiam exquiſitam inſtitue, ut id non pœnis irrogandis, ſed ſummopere cuſtodiēdo tutum ſeruemus. Ad hæc Auguſtus: Sanè, inquit, cognitum habeo mulier, cùm alia magna ab inuidia & inſidijs tuta non eſſe, tum uerò in primis ſummum imperium: deûm certè immortalium princeps eſſet ſimilis, niſi maioribus quàm priuati curis, occupationibus, ac ſolicitudinibus teneretur. Me uerò hoc ipſum potiſsimum angit, quòd hæc ita fieri neceſſum eſt, neq; ullum contra ea remediū excogitari poteſt. Cum ſint omnino, reſpōdit Liuia, qui inique agere uelint, ab ijs ergo caueamus. Sunt nobis multi milites, quorum alij hoſtibus opponantur, alij te ſtipent, ac nos cuſtodiant, ac domi foriſq; ſecuritatem nobis præſtent. Tum Auguſtus: Multos ſæpenumerò à ſuis interfectos eſſe, uerbis opus non habet. Nam inter cætera hoc difficilimum eſt in imperio, quòd non reliquorū more tantùm ab hoſtibus nobis, ſed ab amicis quoq; timemus, quodq; multo plures ab his, quàm ab alienis perniciem inuenerunt. Dies enim noctesq; adſunt, nudis etiam ac dormientibus, & cibum potumq; miniſtrant: contra hoſtes quidem amicos opponere licet, contra hos nullum eſt auxilium. Ita ſemper nobis & ſolitudo eſt grauis, & hominum frequentia; uacare cuſtodia

Munificentia Auguſti.

Lex de manumiſsione.

Inſidiæ in Auguſtum.

Cn. Cornelius.

Liuia cum Auguſto colloquium, quo eū ad clementiam & fugiēdas inſidias hortatur.

Cur tam multi principibus inſidientur.

Omnem principatum, multis periculis et timoribus eſſe obnoxium.

Domeſtici principibus timendi.

dia periculoſum, periculoſiſsimum eſſe inter ſtipatores: hoſtes moleſti, moleſtiores amici, (hoc enim eos etiam minimè dignos nomine appellare oportet) quos ut etiam bonos quis nanciſcatur, nunquam tamē tantùm eis fidei tribuere poteſt, ut cum ijs puro, curiſꝗ & ſuſpicionibus uacuo corde conuerſetur. Porrò autem id grauiſsimū eſt, neceſsitatū imponendi inſidiatoribus ſupplicij incumbere, quod ægerrimè bonus quiſque facit. Rectè tu quidem hæc, inquit Liuia. Ego autem habeo quod tibi dem conſiliū, (modò ne id repudies, aut indignè feras me mulier cum ſim, tibi conſulere auſam) quod nemo etiam ſummus amicus tibi dare poſsit: non quia ſcientia, ſed quia deeſt audacia. Iuſſa deinde quid id eſſet proferre: Dicam, inquit, liberè, tecum uidelicet bonorum ac malorū particeps, te incolumi ipſa quoque hodie regnans, eademꝗ unà ſi quid (quod abominor) durius accidat, peritura. *Liuiæ conſiliū.* Homines quoſdam ipſa ad peccandum impellit natura, eiuſꝗ cupiditas coerceri difficulter poteſt. Iam, ut plerorunꝗ de malicia nihil dicā, multos omnino opinio boni ad delinquendū mouet: multos generis ſplendor, diuitiarum faſtus, honoris magnitudo, ac fortitudinis comes audacia, & potentiæ moles, ut à recto curſu exorbitent, facit. *Occaſiones delinquendi.* At neque nobilitatem in obſcuritatem, neque fortitudinem in ignauiam, neꝗ prudentiam in ſtupiditatem mutare licet, neque fortunas hominum accidere, aut ſpiritus deijcere inſontiū decet: quod ut iniuſtum eſt, ita ſumpta de noxijs hominibus uindicta, offenſas ac infamiam parit. Agedum alia uia inſiſtamus, ac uenia eos proſequamur. Ego enim ita iudico, plus clementiam quàm ſæuiciam proficere: nam miſericordes non ij tantùm quibus delicti gratia facta eſt charos habent, ac gratiam referre ſtudent: ſed reliqui etiam omnes reuerentur ac colunt, ita ut nemo eos deinde lædere auſit. *Clementiam commendat.* At qui ira inexorabili utūtur, non modò eos odio habent ij qui ſibi metuunt, ſed cæteri quoque infenſi inſidijs ſtructis ſuam perniciem euitare ſtatuūt. Viden' ut medici rariſsimè ſectiones & ignes adhibeāt, ne ipſa uidelicet uitia corporis magis exaſperent, pleraꝗ autem lenibus corporis exercitijs, & mitibus medicamentis molliunt ac ſanant? *Simile.* Neꝗ enim putandum eſt, quòd hęc corporū, illa animorum ſunt uitia, ideò eſſe inter ſe diſsimilia. Etenim etſi animi hominum incorporei ſunt, tamen multa babent cum corporum natura cōuenientia: contrahuntur metu, turgent ira, dolore minuuntur, audacia inflantur, ut non multum à corporum natura differant, atꝗ eandem ferè ſanationem requirant. *Animi & corporis morborum ſimilitudo.* Nam ſermo lenis ad aliquem babitus, omnem fremitum laxat, contrà aſper remiſſum etiam ad iram concitat: uenia data ferocem etiam quenque placat, ſupplicium uel mitiſsimos animos exaſperat: uiolentæ enim actiones, ut ſint omninò iuſtiſsimæ, irritant, manſuetæ placāt, ideoꝗ facilius perſuadendo quiſpiam quàm cogendo eò adducitur, ut uel grauiſsima ſubeat. Quod adeò eſt natura comparatum, ut brutorum quoꝗ animantium multa robuſtiſsima alioquin & feriſsima, blandiēdo cicurētur, ineſcandoꝗ perdomentur, alia timidiſsima atꝗ imbelliſsima malè habita ac territa ad iram concitentur. *Belluæ cicurantur obſequio.* Neꝗ ego omnibus ex æquo noxijs parcendum eſſe dico, ſed audaces, inquietos, malicioſos ac ſiniſtri conſilij homines, immedicabiliſꝗ & continuæ maliciæ adſuetos, excindere te iubeo, exemplo earum corporis partium, quæ medicinam nòn patiuntur: reliquos, qui propter ætatē, imperitiam, imprudentiā, aut alio caſu quodam uel uolentes uel inuiti peccant, uerbis caſtigare, minis corrigere, aliáue tolerabili ratione tractare: utꝗ in alijs rebus modò grauiores, modò mediocres pœnæ irrogantur, ſic *Modum indulgentiæ praeſcribit.*

in hac quoque re citra periculum exilijs alios, alios ignominia, uel pecunia mulctare, aut in diuersa loca urbes'ue relegare licet. Inuenti nimirum ſunt, qui cum ſpes ac cupiditates eorum irritæ factæ fuiſſent, ad ſanitatem redierint: alios in conſeſſu locus inhoneſtus, aut factiones probroſæ, doloresq́ue & terrores ante oblati emendauerunt, pro quibus homo nobilis ac fortis mortem ſibi optauerit. Quo intelligitur, pœnas non faciliores, ſed grauiores etiã futuras, cum nos inculpati interim tutò uiuere poſsimus, qui nunc multos inuidia, auaricia, metu'ue fortitudinis aut nobilitatis necare exiſtimamur. Haud enim facilè creditur, eum qui in tanta potentia ac licentia uiuit, ab inermi homine priuatoq́ue inſidijs peti poſſe: ideò alij hos de nobis rumores diuulgant, alij falſis delationibus nos fidem adhibere dictitant, cum exploratores auſcultatoresq́ue emiſſarij noſtri odio ira'ue, aut ab inimicis eorum quos accuſant accepta pecunia, negatæ'ue ab his indignatione adducti multis inſontibus perniciem ſtruant, non modò quòd egerint, agendum'ue ſibi propoſuerint quicquam, ſed quòd etiam certi quippiam dixerint, audito'ue tacuerint, riſuq́ue, aut lacrymis dictum exceperint. Poſſum infinita id genus referre, quæ ſi maximè uera ſint, tamen ea te apud liberos homines perſcrutari, eaq́ue tibi annunciari indecorum eſt, cum ſi te fallant, damnum nihil adferant, relata uel inuito (quod cùm alijs, tum uerò principe indignum eſt) ſtomachum moueant: at multi complures indicta cauſa, iudicio'ue ſubdolè parato iniuſtè exitium reperiſſe autumant: neq́ue teſtimonia, cruciatus, aut alia contra illos uſurpata pro ueris habent. Hæc etſi nonnunquam iniuſtè, tamẽ de omnibus ita capitali ſupplicio affectis uulgò memorantur: tuum autem, Auguſte, eſt non modò ab iniuſticia, ſed ab opinione quoque eius abeſſe: quorum alterum in priuato, alterum in principe requiritur. Hominibus enim, non belluis imperas, eaq́ue eſt unica beneuolentiæ ipſorum ueræ conſequendæ ratio, ſi hoc ipſis perſuaſum efficias, neq́ue à uolente, neq́ue ab inuito te quenquam eorum lædi. Cogi quidem ad metuendũ aliquem homo poteſt, ad amandum autem perſuaſione opus eſt: ea beneficijs in eum collocatis, quæq́ue alijs uideat tribui, paratur. At qui iniuſtè alium morte affectum ſuſpicatur, eandem ſibi fortunam metuens, cædis autorem ut odio habeat impellitur: porrò autem inuiſum eſſe ſubditis, neq́ue honeſtũ eſt, & minimè expedit. Hęc eſt quippe hominum ſententia, priuato omnes iniurias eſſe perſequendas, ne uel contemptui inde habeatur, uel opprimatur: principem uerò debere ea quæ in publicam rem peccantur, ulciſci, priuatim in ſe admiſſa tolerare, cum qui ita deliquerint, neq́ue ex contemptu, neque ex incurſu poſsint ipſum tanta ſeptum cuſtodia damno afficere. Quæ ego audiens, ac in ea intuens, parum abſum quin tibi ſuadeam, ut neminem omninò ob huiuſmodi cauſam uita ſpolies. Nam in hoc principatus inſtituti ſunt, ut ſaluti ſubditorum conſulatur, ne inuicem, aut ab exteris ij iniurias accipiant, nõ profectò ut ſi quid principem offenderint, ab eo interimi poſſint: ac legibus quidẽ, beneficijs, & admonitionibus eos princeps inſtituere debet, ut in officio maneant, uitioſis mederi quodam modo, ac ſanare ne prorſus pereant. Eſt uerò magni animi, eximiæq́ue naturæ, uulgi peccata ferre: quæ ſi quis omnia punienda cogitet, imprudens pleroſq́ue hominum occidet. Proinde id tibi conſulo, ne quem poſthac facinoris alicuius cauſa capite plectas, ſed alio quodam modo caſtiges, ne quid in poſterum facinoris edere poſsit. Quid enim mali tibi inferat in inſulam quandam deportatus, aut in uilla, uel oppido non modò abſq́ue pecuniæ & ſeruiciorum copia, ſed etiam

Delatorũ fraudes. *Opinio etiam iniuſticiæ cauẽda principi.* *Quomodo tractandi ſubditi.* *Neminem capite plectendũ conſulit.*

etiam in cuſtodia poſitus, ſicubi res id requirat: Nam agentibus in uicinia
hoſtibus, mari'ue abalienato, aut ſi in ipſa Italia urbes muris & armis muni-
tæ eſſent, quò perfugere ſontes poſſent, ijs'ue occupatis terrorẽ nobis incu
tere, alia ratio ineunda fuiſſet: nunc cùm omnia armis & munitionibus bel-
licis uacent, ac longiſsimè abſint hoſtes, tot maribus, terris, montibus ac flu
minibus inuijs interiectis, quis certum aliquem hominem metuat nudum,
priuatum, hîc in medio tui imperij, ac intra tua arma incluſum? Ipſa ſanè ne-
que cogitaturum tale quid ullum, neq; ſi omnino uelit, agere poſſe cenſeò.
Ergò ab his, qui nunc ſunt rei inſidiarum apud te facti, periculum facere in-
cipiamus, fortaſsis & hi mutabunt ſententiam, & alios meliores facient: ui-
des Corneliũ & nobilem, & fama clarũ eſſe, humaniter etiam peccatũ eius
expendi par fortaſsis ſit. Non omnia gladius conficit (magnũ enim bonũ is
fuiſſet, ſi emendare homines, ac perſuadere ualeret, & ad ſuſcipiendũ ſince-
rũ amorẽ adigere) ſed ut corpus abolere alicuius poteſt, ita cæterorũ ani-
mos à cædis autore auertit, qui nõ propter ſuppliciũ ſumptũ uindicẽ ama-
re, ſed ob metũ mali odiſſe ſolẽt. Contrà quib. delicti uenia eſt donatã, pœ-
nitudine ducti benefactorẽ lædere in poſterum uerenť, ſed ſpe cõſequendi
maiora præmia eum ſuis officijs colunt: uidelicet qui iniuria affectus, ſalutẽ
eam inferenti conceſſerit, eum omnes putant beneficia ſummopere cõpen
ſaturum. Morem itaq;, mi uir, gere mihi, propoſitumq; muta, conſecuturus
hoc quoq;, ut cætera à te grauius facta, neceſsitatẽ tibi extorſiſſe iudicetur,
quia tantam urbem ex populari forma Reipublica in unius hominis pote-
ſtatem redigere ſine ſanguine impoſsibile eſt: quòd ſi in cepta ratione perſe
ueraueris, uidebere hæc quoq; duriora ſponte feciſſe. His Liuiæ uerbis ad- *Liuiæ conſiliũ*
ductus Auguſtus, omnes reos uerbis caſtigatos indemnes dimiſit, Corne- *ſequitur Augu*
lio etiam Cõſulatu donato: eoq; facto ita ſibi omnium animos deuinxit, ut *ſtus.*
non modò inſidiæ contra ipſum nullæ deinde componerentur, ſed opinio *Cornelius Con*
quoq; omnis earum intercideret. Liuia autem, potiſsima tum Cornelio ſa- *ſul.*
lutis cauſa, poſterioribus temporibus mortis Auguſti culpam ſuſtinuit. Cę
terùm ea tempeſtate, Cn. Cornelio Cinna Magno, ac Valerio Meſſala Cõ- *An.V.C.758.*
ſulibus, horrẽdi terræ tremores acciderũt, Tiberisq; deiecto ponte, urbem
ſeptem dies nauigabilem effecit, ſol aliqua parte lumen ſuum amiſit, fames
coorta. Eodem anno Agrippæ nihilo eorum quæ fratribus obtigiſſent po- *Agrippa uirilẽ*
tito uirilis toga eſt data: ludi Circenſes ſeorſim à Patricijs ac Equeſtrib. ſpe- *togam ſumit.*
ctati ſunt, quod adhuc moris eſt: cumq; nobiles ægrè ſuas filias in collegiũ
Veſtalium darent, lex lata eſt, ut eo ſacerdotio uti etiam libertinis uirginib. *Veſtales lectæ*
liceret: eæq; cum plures de eo diſceptarent, in Senatu ſorte lectæ, præſenti-
bus earum patribus, nulla tamen tunc in id ſacerdotium cooptata. Cum mi
lites præmiorum exiguitatem ob impendentia bella ægrè ferrent, ac nemo
extra tempus militiæ conſtitutum arma ſumere uellet, decretum eſt, ut co- *Præmium mi-*
hortib. Prætorijs, poſtquàm annos ſedecim meruiſſent, uiritim uicena mil- *litibus ſtatutũ.*
lia nummûm. reliquis exactis uiginti annis militiæ, duodena darentur Ale-
bantur eo tempore legiones urbanæ XXIII. aut, quem alij numerum po- *Legionum Ro*
nunt, XXV, noſtro tempore ſolæ XIX. reſtant, nempe ſecunda legio Au- *manarum enu-*
guſta, cuius in ſuperiori Britannia ſunt hyberna, tres Tertiæ, una in Phœni *meratio.*
cia, Gallicæ nomine, altera in Arabia, Cyrenaica dicta legio, tertia Auguſta
in Numidia, quarta Scythica in Syria, quinta Macedonica in Dacia, Sextæ
duæ, una in inferiori Britannia, Victrix: altera in Iudæa, Ferreę uocabulo in
ſignis, ſeptima in Myſia ſuperiori, Claudia pręcipuè nuncupata, octaua Au

guſta in Germania ſuperiori, decima Gemella in Pannonia ſuperiori, ac in Myſia alia decima, undecima in Myſia inferiori, Claudiæ cognomēto (hæ

Legiones Claudiæ unde dictæ.

duæ legiones à Claudio ſunt nominatæ, quòd in ſeditione Camilli non rebellaſſent ipſi) duodecima in Cappadocia Fulminifera, decimatertia Gemella in Dacia, decimaquarta Gemella in Pannonia ſuperiori, decimaquinta ab Apolline cognominata in Cappadocia: uigeſima Valeriana & Victrix, in Britannia ſuperiori uerſantes, quos ipſos, ut mihi uidetur, cum ea legione cui nomen eſt uigeſimæ, ac hyberna in ſuperiori ſunt Germania, ac non ab omnibus Valeriana dicitur, neque hodie id nomen retinet, ipſe acceptos adſeruauit. Hæ legiones Auguſti ſuperſunt, reliquis aut omnino diſſipatis, aut ab Auguſto & alijs Imperatoribus inter cæteras legiones ad-

Gemellæ legiones.

mixtis, unde Gemellarum appellatio tracta putatur. Ac quoniamquidem ſemel de legionibus dicere cepi, lubet reliquas etiam ab alijs Imperatorib. inſtitutas hoc loco referre, ut qui de his cognoſcere cupit, uno omnia loco facilius percipiat. Nero legionem primam, Italicamq; nuncupatã inſtituit, in inferiori Myſia hyemantem: Galba primam Auxiliariam in inferiori Pannonia, ſeptimam in Hiſpania: Veſpaſianus ſecundam Auxiliariam in Pannonia inferiori, quartam in Syria Flauiam: Domitianus primam Athenienſem in Germania inferiori: Traianus ſecundam Aegyptiam: trigeſimã Germanicã, quibus à ſuo nomine nomen impoſuit Marcus Antoninus: item ſecundam in Norico, tertiam in Rhętia, quæ etiam Italicæ uocantur. Seuerus Parthicas primam & tertiam in Meſopotamia, ſecundamq; mediam in Italia. Noſtro itaq; tempore tot ſunt legiones pręter Vrbanam & Prætoriam: ſub Auguſto autem XXIII. uel XXV. iſtæ alebantur, ac multæ etiam aliæ auxiliariæ equitum peditumq; & claſsiariorũ, quorum certus numerus mi-

Satellitum Imperatoris numerus.

Vrbis præſidium.

Extraordinarij equites Bataui.

Euocati.

hi non conſtat. Stipatores autem corporis Imperatoris ſunt decẽ millia, in decem diuiſi partes, urbis præſidio deſtinati ſex millia, quadrifariam hi diuiſi, tũ equites alienigenæ extraordinarij, Bataui appellati à Batauia quæ eſt in Rheno inſula, cuius incolæ arte equitandi pollent: eorum, ſicut & Euocatorum, ſummã dicere non poſſum. Vti illis Auguſtus cepit tum primùm, cum ueteranos patris contra Antonium conuocauit, ſeruauitq; deinde, & ſunt una adhuc legio peculiaris ſuos habens faſces, quemadmodum centuriones. His de cauſis cum indigeret pecunia, Senatum conſuluit de reditu quodam perpetuo conſtituendo, unde citra ullius iniuriã ſtipendia ac pręmia militibus ſufficerent: in eo quęrendo cum uerſarẽtur, ac nemo ſua ſponte Aedilitatem peteret, quidam ſorte lecti ex ijs qui Quæſtores aut Tribuniplebis fuiſſent, ad eam gerendam adacti ſunt, quòd ſæpius etiam aliâs fa-

An.V.C.759.

ctum. M. Aemilio deinde Lepido, L. Arruntio Conſulibus, cum nullus reditus excogitari poſſet quem omnes probarent, omneſq; eum quæri indi-

Aerarium militare Auguſtus conſtituit.

gnarentur, Auguſtus pro ſe & Tiberio pecuniam in ærarium, cui militaris nomen indidit, intulit, eiuſq; adminiſtrationem Prætorijs tribus ſorte lectis ad triennium mandauit, qui binis lictoribus, ac miniſtris alijs quos conueniebat uterentur. (id per ſucceſsionem aliorum in multos annos productum: nunc ab Imperatore eliguntur, & lictores non habent.) Itaq; illata pecunia ab ipſo, promiſſoq; id ſe quotannis facturũ, à regibus etiam & populis promiſſa ſunt quædam: nam à priuatis, quamuis multi ſe libenter collaturos eò pecuniã dicerent, nihil omnino accepit. Verùm cum hæc pecunia

Deliberatio de perenni reditu.

ſumptuum magnitudinem minima parte attingeret, ac perenni copia eſſet opus, Senatoribus negociũ dedit, ut pro ſe quiſq; aliquam rationem inue-

niret

niret, eamq́ in libello conſcriptam ipſi traderet expendendam: id nõ eò fiebat, quòd ipſe nihil reperiret, ſed ut eis perſuaderet, quò hãc maximè uiam, quam ipſe probabat, ſequendam ducerent. Certè multis uariè propoſitis, nulla earum probata, inſtituit ut uigeſima pars hæreditatum ac legatorum, exceptis ijs quæ proximè genere iunctis ac pauperibus morte aliorum relinquebantur, in ærarium militare inferrentur, quaſi ſcriptũ in Cæſaris commentarijs id penſionis genus reperiſſet: fuerat enim iam antè etiam eius rei mentio illata, ſed omiſſa rurſum, tunc relata eſt. Ita auctis reditibus, tres ex conſularib. uiros Auguſtus, quibus ſors id officij obtuliſſet, ad ſumptus partim contrahendos, partim tollendos adhibuit. Hæc Romanis moleſta fuerunt, ac fames præterea ingens, adeò ut gladiatores, mancipiaq́ uenalia ultra LXXX M. paſſus ſint ab urbe reiecta, multosq́ ex ſuis miniſtris cùm alij, tum ipſe Auguſtus ablegauerint, iuſticiũ indictũ, Senatoribus, ut quò uellent proficiſcerentur, permiſſum fuerit, ac ne Senatuſconſultis inde uis aliqua decederet, omnia quæ Romæ præſentes decreuiſſent, rata eſſe iuſſa, uiri Conſulares frumento & pani præfecti fuerint, qui certam ſingulis ſummam uenderent: dedit quidem gratis etiam Auguſtus frumentũ ijs qui ex publico id alioquin accipiebant, tantum quantum ijs aliàs dabatur: quod cum non ſufficeret ijs, nõ paſſus eſt eos epulari publicè natalib. ſuis. Cumq́ eo tempore multa in urbe incendijs eſſent uaſtata, libertinos ſeptem locis ad ea curanda cõſtituit, equitem eis præfecit, quos etſi haud diu id officium gerere pati ſtatuerat, tamen re ipſa expertus utiliſsimũ ac maximè neceſſarium eſſe eorum munus, perdurare iuſsit: suntq́ noſtra etiam ætate nocturni hi cuſtodes nõ ex libertinis tantùm, ſed ex alijs etiam militibus, murosq́ in urbe tenent, & mercedem publicè accipiunt. At plebs fame, tributo, incendijs affecta indignari, multa palàm de nouis rebus loqui, multos noctu libellos proponere, quę omnia P. cuiuſdam Rufi inſtinctu fieri ferebantur, ſuſpicio autẽ ad alios inclinabat: ipſe enim Rufus procul ab his excogitandis faciendiſq́ aberat, ſed alij ſub eius nomine credebantur nouãdis rebus ſtudere. Itaq́ decretum eſt factum, ut in eos inquireretur, indicibusq́ præmia conſtituta, nonnulliq́ delati ſunt. Non antè hi tumultus in urbe conſederunt, quàm annonę difficultate finita Germanicus Cæſar, & Ti. Claudius Nero filij Druſi in honorem patris munus gladiatorium præbuerunt: hoc plebem memoria Druſi conſolatum eſt, idq́ etiam, quod in dedicatione ædis Caſtoris & Pollucis non Claudiani modò (adoptatus enim in familiam Auguſti, Claudianum ſe nuncupabat) ſed Druſi etiam nomen ei impoſuit, frequenter ſolitus ab adminiſtratione bellorum, quoties liceret in urbem cõmeare, partim ob negocia quædam, potiſsimùm uerò metuens ne quem ipſi abſenti alium Auguſtus præferret. Eodem anno cum mediante imperio Achaiæ pręfectus diem ſuum clauſiſſet, Quæſtori eius ac Legato, alteri prouincia intra Iſthmum, alteri reliqua mandata eſt. Herodes Palæſtinus à fratribus accuſatus, trans Alpes eſt relegatus, ac pars eius ditionis in publicum redacta. Eodem tempore multa bella extiterunt. In multas regiones à prædonibus ſunt incurſiones factæ, ita ut Sardinia per aliquot annos nullũ Senatorem præfectũ, ſed milites & duces equites habuerit: urbes haud paucæ defectionẽ molitę. ita ut populi Romani prouincias ijdem præfecti non ſorte, ſed ſuffragijs lecti per biennium rexerint, cum alioquin Cæſaris prouincias ijdem multos per annos ſoliti eſſent regere. Hæc ſingula perſequi non ſtatui, quia multa ſingulis locis, nec ea memoratu digna acta ſunt, quæ

curioſe

Vigeſima hæreditatum & legatorum ærario militari deſtinatur.

Fames uehemens.

Iuſticium.

Nocturni cuſtodes inſtituti.

Noue res à plebe tentatæ.

P. Rufus.

Germanicus Cæſar.

Ti. Claudius Nero.

Aedes Caſtoris.

Præfecto prouincia Quæſtor & legatus ſuccedunt.

Herodes Palæſtinus relegatus.

curioſe expoſita nihil utilitatis adferant, quæ memoria digna ſunt, paucis,
Iſauri prædantur. niſi res ſint maximæ, perſtringam. Iſauri facto à prędationibus initio, uſque
ad belli molem prouecti, domitiq; eo ſunt. Gætuli iniquè ferentes Iubam re-
Getuli rebellãtes Iubæ, à Cornelio Coſſo ſubacti. gem, non Romanos ſibi præeſſe, contra eum inſurgentes, finitima uaſtarũt,
multosq; Romanos cum exercitu contra ſe profectos interfecerunt: deni-
que adeò elati ſunt, ut propter ipſos ſubactos Cornelius Coſſus Triumpha-
Getulicus. libus honoribus & cognomento Gętulici ornatus fuerit. In Germanos ex-
peditionẽ cùm alij, tum Tiberius fecit, progreſſusq; eſt primò ad Erygrum,
Expeditio in Germaniam Tiberij. deinde ad Albin fluuios, nihil tamẽ magnoperè memorandũ actũ eſt: quan-
quam de Germanis Imperatoris nomen nõ Auguſtus modò, ſed Tiberius
etiam inuenerit, honoresq; triumphales C. Sentius Germaniæ præfectus,
C. Sentius. quod horum metu bis Germani pacem accepiſſent. Ea cur mox ijs, cùm ta-
men fidem uiolaſſent, redderetur, res Dalmaticæ ac Pannonicæ maioribus
motibus concitatæ, celeriſq; correctionis indigentes in cauſa fuerunt. Dal-
Dalmaticũ & Pannonicũ bellum à Tiberio confectum. matę tributa moleſtè ferentes, cum ſuperiori tempore uel inuiti ſe cõtinuiſ-
ſent, poſtquam Tiberius ſecundam in Germanos expeditionẽ fecit, ac cum
eo magna parte exercitus abducta, ipſiſq; Dalmatis milite imperato ad bel-
lum Germanicũ Valerius Meſſalinus, Dalmatiæ ac Pannoniæ tum præfe-
Valerius Meſſalinus. ctus, abijt: cum eam ob rem ipſi conueniſſent, iuuentutemq; ſuam florentẽ
conſpexiſſent, cunctatione abrupta, primò pauci quidam rebellauere, Ba-
Bato Dyſidiatus. tone quodam Dyſidiato eos maximè cõcitante, Romanosq; obuiam pro-
fectos ſibi fuderunt. Inde reliqui quoq; Dalmatæ defecerũt, ac Breuci Pan-
Breuci. nonica gens alio ſibi quodam Batone duce ſumpto, & ad Sirmiũ quod Ro-
Bato Breucus. manorum tenebatur præſidio acceſſerunt. Id ne caperent, Cæcina Seuerus
Cęcina Seuerus. propinquæ Myſię præſes rebellione eorum intellecta, celeriter eos ad Dra-
uum flumen conſecutus prælio uicit. Sed quoniam multi etiam Romano-
rum in ea pugna ceciderant, ſperantes Barbari ſarcire ſe facilè acceptũ dam-
num poſſe, ad auxilia ſociorum paranda ſe contulerunt, ac quos potuère ſi-
Salonæ oppugnantur. bi cõiunxerunt. Interim Bato Dalmata ad Salonas agmine ducto, grauiter
ſaxo ictus, infectaq; re alios emiſit, qui maritimis omnibus uſq; ad Apollo-
Illyricũ uaſtatur. niam uaſtatis, cum Romanis prælio cõgreſsi, uictiq; primũ, deinde eos ipſi
uiciſsim ſuperauère. Hæc cum cognouiſſet Tiberius, metueretq; ne in Italiã
irruerent, ex Germania reuerſus, Meſſalino præmiſſo, ipſe cum maiorib. co-
Meſſalini & Batonis conflictus. pijs ſubſecutus eſt. Bato eorũ aduentu accepto, etſi nondũ ex uulnere reua-
luerat, tamẽ obuiam Meſſalino profectus, collatis ſignis ſuperior diſceſsit,
hinc inſidijs circunuẽtus uictusq;, ad Breucum Batonẽ abijt, iunctaq; belli
Alma mons. ſocietate hi montem Almam occupauerũt: ibi à Rhymetalce Thrace, præ-
Rhymetalces Rom. ſocius. miſſo aduerſum eos à Seuero, paruo conflictu ſuperati, Seuerum ipſum uſ
ſuſtinuerunt. Qui cum in Myſiam propter Dacos Sauromataſq; eam infe-
ſtantes rediiſſet, Tiberius autem ac Meſſalinus Siſciæ commorarentur;
ipſi incurſionibus in ſociorum Romanorum agros factis, multos ad rebel-
lionis ſocietatem pertraxerunt, cum Tiberio, qui iam ad eos accedebat, ma-
num conſerere detrectantes, ſed aliò ſubinde uagati, multa uaſta dederunt,
(nempe qui ob regionum peritiam, & habitum leuem facile quò uellent,
euadere poſſent) idq; multò magis hyeme iam imminente. Cæterùm hos
iam in Macedoniam rurſus inuadẽtes Rhymetalces, fraterq; eius Raſcipo-
Raſciporis. ris pugna fuderunt: reliqui agris ſuis deinde uaſtatis, quod fuit Q. Cæcilio
An. V.C. 760. Metello Cretico, A. Licinnio Nerua Silano Conſulibus, ijs relictis in loca
natura munita cõfugère, atq; inde captis temporibus decurſiones fecerũt,

De quo Auguſtus certior factus, in ſuſpicione Tiberium habens, quaſi is cum poſſet hoſtem paruo temporis ſpacio in poteſtatem redigere, bellum cõſultò traheret, quo diutius eius ſpecie in armis eſſe, Germanicum eò miſit, Quæſturam tunc gerentem, additis ei militibus nõ ingenuis modò, ſed libertis etiam, quorum multos à uiris ac mulieribus cum cibarijs ſex menſibus certo precio redemerat. Præter hunc belli appararatum, equitum quoque inſpectionem quæ in foro habebatur, in aliud tempus diſtulit, ludoſq; magnos uouit, cum mulier quædam literis aliquibus in brachium ſuum inciſis, quaſi diuino afflatu mota quædam uaticinia edidiſſet: quam cum ſatis ipſe ſciret non numine correptam, ſed ex compoſito id agere, tamen perturbato uehementer ob bella ac famem quę rurſum ingruerat populo, ſe quoque fidem eius dictis adhibere ſimulauit, omniaq; quæ ad cõſolandam plebem facerent egit, neceſſaria putans. Annonę procurationem rurſus ob penuriam duobus Conſularibus mandauit, additis lictoribus: pecunia ad bella & nocturnos cuſtodes alendos cum opus eſſet, tributum inſtituit, quod de precio mancipiorum uenditorum quinquageſimam partem exegit: & quam pecuniam Prætores ex ærario acceptam gladiatorijs ſpectaculis inſumebant, expendi uetuit. Quòd autem Germanicũ, non Agrippam ad bellum miſit, Agrippæ ſeruiles mores in cauſa fuerunt, ſoliti ferè mare exercere, unde ſibi ipſe Neptuni nomẽ ſumpſerat, iraq; uti pręcipiti, Iuliamq; quaſi nouercam conuicijs proſcindere, ipſumq; ſæpius Auguſtum propter patris bona inſimulare. itaque cum finem nequiciæ non faceret, abdicatus ab Auguſto, eius facultates in ærarium militare relatæ, ipſe in Planaſiam Corſicæ propinquam inſulam eſt relegatus. Cum Germanicus in Pannoniam ueniſſet, eoq; undique exercitus confluerent, Batones obſeruato tempore, quo ex Myſia Seuerus accęderet, improuiſo adorti ſunt caſtra ad Volcæas paludes ponentem, eos qui extra uallum erant, intra id cõpulerunt: ſed excipientibus ſuos ijs qui intus erant, uicti ſunt: inde Romani in multas partes diuiſi, ut hoſtium agros ſimul multis locis inuaderent: tum à reliquis nihil memorabile geſtum: Germanicus Mazęos gentem Dalmaticam pugna uictam damnis affecit. M. deinde Furio Camillo, Sex. Nonio Quintiliano Conſulibus, pacificationẽ Pãnonij ac Dalmatæ expetiuere, fame primùm, inde eam ſecuto morbo, ac uariarum quibus ueſci opus habuerant herbarum ac radicum eſu: quo minus tamen eam per legatos peterent, ſed etiam num reſiſterent, per eos effectum eſt, qui nullam ſalutis ſpem apud Romanos reliquam habebant. Germanico Druſi filio bellum ijs faciẽte, urbemq; ualidam obſidente, neq; expugnare eam ualente, Pulio eques, Germanus natione, ſaxo in murum coniecto, ita propugnaculum concuſsit, ut ſtatim id cum uiro ei incumbente corruerit: id ſic perterruit reliquos, ut muris relictis in arcem cõfugerint, ac pòſt ſeſe & eam dediderint. Cum Bato, qui concitatis ad rebellionem Dalmatis, multum incommodi Romanis exhibuerat, tandem ad colloquium de pace cum Tiberio congreſſus, poſtridie eum in tribunali ſedentem acceſsiſſet, percontatus eſt Tiberius, quid ita deficere, ac tantum temporis rebellare Romanis ſtatuiſſent? Vos, reſpõdit Bato, in culpa eſtis ipſi, qui ad ueſtros greges cuſtodiẽdos nõ canes paſtores ue, ſed lupos mittitis. Ita Dalmatia partim bello, partim pacificatione ad Romanos redijt. Auguſtus Senatui poteſtate data, ut ſe abſente de pleriſque cauſis cognoſcerẽt, progreſſu in publicum abſtinuit: utq; priori anno cum turbæ eſſent, ipſe omnes magiſtratus ordinauerat, ita tunc tantùm literis

Germanicus ad bellum Dalmaticum miſſus.

Mulier uaticinans.

Quinquageſima mancipiorum precij.

Agrippæ mores improbi, utq; ſit relegatus.

Planaſia.

Cecina Batones uincit.

Volcææ paludes.

Mazęos Germanicus uincit.

An. V. C. 761.

Pulionis equitis Germani robur.

Batonis Dalmatæ dictum in prouinciarum iniquos præfectos.

Dalmatia recepta.

quibuſdam propoſitis, eos quibus cupiebat, populo commẽdabat. Ad bellorum uerò adminiſtrationem ita intentus fuit, ut quo propius quæ in Pannonia ac Dalmatia gerẽda eſſent ſubinde monere poſſet, Ariminum ſe contulerit: in eius ab urbe exitu uota nuncupata, ac redeunte ſacrificatum, tanquam ſi ex hoſtico rediſſet.

Batonis Breuci interitus. Sub idem tempus Bato Breucus, qui prodito Pinne mercedis loco regnum Breucorũ acceperat, captus ab altero Batone, occiſusq́; eſt. Suſpectam enim ille fidem ſubditorum habens, circum caſtella profectus, obſides poſtulabat: eumq́; alter re cognita inſidijs interceptum, prælioq́; ſuperatum in arcem quandam compulit: traditumq́; ab ijs qui arcem tenebant, in caſtra adduxit, & damnatũ mori coegit.

Syluanus rem gerit contra Pannonios. Quo facto cum iterum permulti Pãnonij rebellaſſent, Syluanus in eos exercitu ducto, Breucis uictis, reliquorum nonnullos abſque prælio recepit. Igitur Bato in Pannonia nihil ſpei reliquum uidens, præſidijs aditus ex ea in Dalmatiam pertinẽtes muniuit, Dalmatiamq́; uaſtauit.

Pannonij pacẽ accipiunt. Sic reliqui etiam Pannonij, cum ager eorum à Syluano maleficijs infeſtaretur, pacis conditiones acceperũt, niſi quòd latrocinia quædam, ut quæ in huiuſmodi tumultu diu iam exercitata eſſent, ſuperfuere: (res nunquam non, præſertim apud iſtos populos, uſitata) ipſa etiam ab alijs deinde exciſa.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVINQVAGESIMVSSEXTVS,
[redacted] Auguſtano interprete.

CONTENTA HOC IN LIBRO.

Quemadmodum ad eos quibus liberi eſſent, ac deinde ad eos quibus liberi coniugesq́; non eſſent, Auguſtus uerba fecerit, ac quæ de ijs conſtituerit.
Vt Quintilius Varus à Germanis uictus obierit.
Quomodo templum Concordiæ fuerit dedicatum, ac Liuiæ porticus.
De morte Auguſti.

Annis acta hæc ſex, in quibus Conſules:

An. V.C. 762. *Q. Sulpicius Q. F. Camerinus.*
C. Pompeius Q. F. Sabinus.
763. *P. Cornelius P. F. Dolobella.*
C. Iunius Silanus.
764. *M. Aemilius Q. F. Lepidus.*
T. Statilius T. F. Taurus.
765. *Germanicus Cæſaris F. Cæſar.*
C. Fonteius C. F. Capito.
766. *L. Munatius L. F. Plancus.*
C. Silius C. F. Cæcina.
767. *Sex. Pompeius Sex. F.*
Sex. Apuleius Sex. F.

CAETE-

An. V.C.762.

CAETERVM Tiberius Romam uenit ſecundum eam hyemẽ, qua Q. Sulpicius Camerinus, & C. Poppæus Sabinus Conſules fuerũt: ei in ſuburbana obuiam progreſſus Auguſtus, cum eo in Septa uenit, ac de tribunali ſalutato populo, alia quæ uictoria impetrata fieri receptũ erat, peregit, ac ſpectacula eò pertinẽtia Conſulũ opera præbuit. Quoniã uerò inter hæc equites magno ſtudio eam legẽ quæ de cõiugij liberorumq́ expertibus lata fuerat, antiquari cupiebant, eorum cœlibes ſeorſim, ſeorſim nuptos aut quibus eſſet proles, in concionem conuocauit: ac ubi hos numero illis longè inferiores uidit, dolore commotus, hos in hæc eſt ferè uerba allocutus:

Auguſti oratio ad eos qui uxores ac liberos habebant.

Etſi reſpectu tantæ huius urbis molis perpauci, longeq́ alijs qui officiũ ſuum detrectant pauciores eſtis, tamen propter hoc ipſum ego uos eò magis laudo, ac gratias maiores habeo, quòd & audientes dicto fuiſtis, & patriam ciuibus impletis. qui enim ueſtro more uiuunt, multos poſteritati Romanos relinquent. Ita ab initio cum Romanorum eſſet perquàm exiguus numerus, nuptijs ſtudentes, liberosq́ procreantes, non uirtute modò, ſed multitudine etiam hominum omnes mortales ſuperauimus. Quorum memores nos mortalitatem naturæ conuenit perpetua ſtirpis ſucceſsione quaſi facem alijs ſubinde alijs porrigentibus compenſare, ut qua ſola re à diuina felicitate abſumus, eam perennitatem mutuò inuicem nobis tradamus. Quam potiſsimùm ob cauſam primus iſte ac maximus qui nos condidit Deus, humanum genus in duas partes cum ſecuiſſet, ac maſculam unam, alteram muliebrem feciſſet, amorem eis ac neceſsitatẽ coitus inter ſe indidit, eamq́ fœcundam eſſe uoluit, ut ex his qui alij ex alijs naſcerentur, humanum quoque aliquo modo ſempiternum exiſteret genus.

Mortalitas generis humani, ſtirpis ſucceſſione corrigitur.

Sexuum ratio.

Quin ipſorum quoq́ Deûm uiri quidam, aliæ mulieres eſſe, genuiſſeq́ alij alios traduntur, adeò etiam ijs nihil harum rerũ indigis nuptiæ & procreatio liberûm pulcra uiſa ſunt. Proinde rectè uos deos imitati, ac parentũ ueſtrorum exempla ſecuti eſtis, ut quo modo uos ij progenerarunt, ita uos aliam ſobolem ſufficiatis: utq́ iſtos maiores ueſtros ducitis ac uocatis, ita alij uobis idem nomen tribuant: ut quas res illi uobis cum gloria præclarè tradiderunt, ad alijs uos tranſmittatis: quæ bona ij parta uobis reliquerunt, uos eadem alijs ex uobis ortis tranſmittatis.

Deorum coniugia.

Quid enim cauſæ eſt, cur non optima res ſit uxor pudica, domus cuſtos, adminiſtratrixq́, liberorum nutrix, quæ & ſanum exhilarare, & ægrum curare, lætis utenti rebus ſocia eſſe, aduerſas conſolari poſsit, iuuentutis nimiam animi naturã coercere, effœtam ſenectæ auſteritatem temperare? non ſit ſuaue, ex utriſq́ natum infantem alere ac educare, imaginem corporis animiq́ ſui, ut in eo adoleſcente alter tute naſcaris? non beatiſsimum, uita abeuntem proprium ac ex te ipſo editum relinquere, qui in facultates ac ſtirpem tuam ſuccedat, ac naturæ humanæ ratione diſſolutum, eius ſucceſsione uiuere: neq́, quod in bello fit, inter alienos uerſari, ac protinus ſemel perire? Hæc commoda priuatim eos ſequuntur, qui nuptijs & liberis ſtudent.

Honeſtæ uxoris commoditates.

Prolis iucunditas.

Succeſſio.

At uerò Reipublicæ, cuius cauſa etiam contra animi noſtri ſententiam multa nobis ſunt facienda, qui non ſit & utile, & neceſſarium (ſi quidem urbes & populi durabunt, ac uos alijs imperabitis) multitudinem eſſe hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ nauigationes exerceat, quæ artes & opera tractet: quæ in bello promptior generis ſui cauſa ſit ad res tuẽdas, ex qua in amiſſorum locum alij poſ-

Reipublicæ utilitas.

ſint ſubſtitui? Vos itaque ego ô uiri (ſoli enim uos hoc nomen meremini) atque ô patres (hæc enim uobis meritò communis eſt mecum appellatio) hac de cauſa & amo, & laudo, præmijsq́ quæ conſtitui, uos orno, ac prætereà alijs honoribus etiam magiſtratibusq́ decorabo, ut & uos magnos inde fructus percipiatis, & non minora ueſtris bona liberis relinquatis. Nunc uerò ad reliquos deſcendam, qui ut omnia ueſtris factis diſsimilia egere, ita diuerſa quoq; omnia habebunt, ut nõ uerbis modò, ſed ex re ipſa magis adhuc intelligatis, quanto ijs uos præſtetis. Hæc locutus, ac nonnullis eorum certa præmia confeſtim largitus, reliqua pollicitus, digreſſus ad alteros, in hanc ſententiam eos appellauit:

Auguſti in cælibes aſpera oratio. Miro modo ueſtrûm cauſa affectus ſum ô uos, quos neſcio quo nomine compellem: uirorum'ne? at uirile nihil exhibetis. ciuium? at quantum in uobis eius ſitum eſt, ciuitas perit: Romanorũ? atqui hoc nomẽ deſtruere intenditis. Quicunq; uerò tandem eſtis, aut quocunq; nomine uos fertis, inuſitata, inquam, res mihi accidit. Solitus enim nihil non ſemper agere, quo magnam ueſtrûm efficerem multitudinem, nunc ad uos uerba facturus, ægrè fero tantam eſſe ueſtrûm copiam: maluiſſemq́ tantum eſſe eorum numerum, quos iam ſum allocutus, uos autem aut cum iſtis fuiſſe, aut omnino mihi non uiſos: qui nulla neque deûm prouidentiæ, neque maiorum curæ ueſtrorum habita ratione, omne ueſtrum genus abolere, ac uerè morti obnoxium efficere, omne autem nomẽ Romanum perdere, ac finem ei imponere in animos ueſtros induxiſtis. *Cælibatus uituperatio.* Quod enim generis humani ſemẽ relinquetur, ſi factũ ueſtrum omnes alij populi imitentur? cuius cum initium apud uos ſit, iure uniuerſalis interitus culpam ſuſtinebitis. Quòd ſi nemo exemplum ueſtrum ſequetur, optimo iure hanc ipſam ob cauſam odio omnibus eritis, cum ea negligatis, quę nemo alius: & eas leges feratis, ea ſtudia introducatis, quę ſi imitari uelint uniuerſi, perniciem incidant: ſin odio habeant, uos damnent. Neque enim quia non omnes homines latrocinia aut ſacrilegia alia'ue flagitia perpetrant, ideo his depręhenſis parcitur: quinimò pœnã luere cogũtur ob hoc ipſum, quòd ſoli aut cum paucis ea egerint, quę nemo alius. *Confert cælibatum cum alijs flagitijs.* Quanquam ſi quis maxima omnia flagitia enumeret, nec ſingula quidem, ſed uniuerſa cum eo quod nunc tractatis componat, tamen ea omnia magnitudinem ueſtri non adæquent. Nam & homicidium eſt quod facitis, qui eos ne gignitis quidem, quos naſci ex uobis conueniebat: impietatis uos obligatis, qui nomina ac honores maiorum ceſſare cogitis: ſacrilegium committitis, qui genera ueſtra à dijs immortalibus monſtrata aboletis: maximumq́ donariorum ijs ſacrorum, humanam naturam peſſundatis, eoq́ templa eorum araſq́ euertitis: quinetiam ciuitatẽ diſſoluitis, legibus non obtemperantes: proditis patriam ueſtram, ſterilem eam atq; infœcundam reddentes: imò uerò funditus eam demolimini, dum habitatorib. eam orbatis. Neque enim ciuitas domibus, porticibus, aut foris hominum inanibus, ſed uiris conſtat. Conſiderate uerò, an non ſummam iram iure Romulus autor noſter concepturus ſit, ſi ſuos natales cum ueſtro inſtituto conferat, qui ne ex legitimis quidẽ nuptijs prolem generare uultis? quid eos qui cum eo fuerunt Romanos, ſi expendant ſe alienas uirgines rapuiſſe, uos ne ueſtras quidem amare? ſe bello prolem quæſiſſe, uos ne ex ciuibus uelle? *Romuli ſtudiũ in prole ſuſcipienda.* Quid Curtiũ, qui mortẽ pertulit, ne nuptis ſui ſpoliaretur? quid Herſiliam, quæ filiam ſuam ſecuta, nuptiales uobis ritus oſtẽdit? *Curtius. Herſilia.* Enimuerò patres noſtri & bellum contra Sabinos pro nuptijs geſſerunt, & pacem compoſuerunt,

runt, ipſis eos mulieribus ac natis in gratiam inuicem reponentibus, iureq; iurando & fœderibus eas ſtabiliuerunt: uos hæc omnia confunditis: quamobrem? ut ſcilicet cœlibes ſitis, exemplo Veſtalium uirginum? Ergò ſi pudicitiam non ſeruaueritis, itidem ut illæ, ſupplicio afficiendi?

Excuſat ſuam aſperitatem orationis.

Atque ſatis compertum habeo, acerbum uobis meum, aſperum'que ſermonem uideri: ſed primùm cogitandum uobis eſt, à medicis quoque permultos, quando aliter nequeant, urendo ſanari: deinde, me non libenter hanc ad uos orationem habere, qui id ipſum quoq; crimen uobis obijciã, quòd in hæc uerba me prouexeritis. Quòd ſi uerba mea moleſta ſunt uobis, nolite ea agere, ob quæ neceſſariò malè ſit uobis audiendum: ſi enim uos mea dicta mordent, quanto magis me & reliquos Romanos ueſtra facta? Ergò ſi uerè ea uos lædunt, pœnitentiam agite, ut laudandos uos & gratias agendas habeam, quem natura haudquaquam difficili præditum, omnia quæ bonum legum latorem decebant conſtituiſſe ipſi quoq; noſtis. Et quidem neq; ante me cuiquam permiſſum erat coniugium ac ſobolem negligere, cum initio ſub primam Reipublicæ conſtitutionem de ea re diligenter legibus ſit cautum, multaq; inde de eadem Senatus, populusq; ſtatuerit, quæ recenſere ſuperuacaneum eſſet. Ego autem mulctam non obedientibus adauxi, ut eius metu in officio continerentur, præmia autem obtemperantibus tot ac tanta, quanta nulli uirtuti præterea eſſent propoſita, conſtitui, ut ſi nihil aliud, ea ſaltem ad cõiugia & liberorum procreationem uos excitarent.

Cœlibatum ſtudium exagitat.

Vos autem neq; præmia appetentes, neq; pœnam timentes, omnibus his ſpretis, ac quaſi in nulla uiueretis ciuitate conculcatis, expeditam iſtam, ac liberam uitam extra matrimonium & ſine ſobole prætuliſſe uos dicitis, cum interim latronibus ac immaniſsimis belluis nihilo præſtetis: neque enim adeò ſolitudo uos uiuendi capit, ut abſq; mulieribus degatis, ac non quilibet ueſtrûm menſæ ac lecti ſociam habeat, ſed licentiam libidini ac laſciuiæ ueſtræ exercendæ quæritis. At ego teneras adhuc puellas, & uiris immaturas ut ambiretis uobis permiſi, ut cum ſponſorum propediem nuptias celebraturorum nomen ferretis, eò magis rem familiarem curaretis: Libertinarum quoque matrimonia ijs qui Patricij non eſſent conceſsi, ut ſi quem eò amor aut conſuetudo impelleret, lege id facere poſſet: Neque feſtinare uos quicquam coegi, primùm triennio, deinde biennio ad parandam rem dato. Atqui neq; minando, neq; hortando, neq; differendo, neq; orando quicquam profeci. Ipſi uidetis, ꝗ multo plures maritis uos ſitis, cum debueritis totidem, imò uerò multiplices ueſtrûm iam liberos nobis dediſſe. Qua enim alia ratione genera conſtabunt? qua reſpublica conſeruabitur, neque uxores ducentibus uobis, neq; prolem creantibus: niſi fortè expectatis, dum, quod in fabulis fertur, ex terra aliqui exiſtãt, qui res ueſtras publicamq; excipiãt. Nefas uerò ſit, uos noſtro genere ac nomine Romano extincto, alienigenis hominibus Græcis Barbaris'ue urbem tradere. An in hoc potiſsimùm mancipia libertate donabimus, ut quàm plurimos ex ijs ciues fiant, ſocijs ciuitatẽ cõmunicabimus, ut ea frequentior ſit: uos autem ipſi à prima origine Romani, Quintos, Valerios, Iulios enumerantes, cum uobis ſimul & gentes, & nomina abolere in animo habetis? Verecundia profectò moueor, quòd hæc mihi dicenda ſunt, quæ uos facitis. Ea propter inſaniæ modũ ponite, ac iam nunc reputate demũ, fieri nullo modo poſſe, ut cum multi identidem morbis ac bellis abſumãtur, ſalua urbs eſſe queat, niſi multitudo eius ſubinde alijs natis expleatur. Ac ne quis putet ignorare me, eſſe quædam e-

Moleſtias coniugij extenuat.

tiam in matrimonio & liberorum procreatione diſſicilia ac moleſta: ſed hoc cogitate, cùm nullum bonum habeamus, cui non ſit aliquid acerbi admixtum, tum plurimis & optimis bonis annata eſſe plurima etiam ac maxima triſtia: quę ſi declinare uelitis, ne bona quidē appetenda uobis erunt, quando ad uirtutem ac uoluptatem nullam ſinceram perueniri poteſt, niſi in ea paranda, obtinēda, ac ſeruanda labor impendatur. Quæ ſingula prolixè referre quorſum attinet? Quin ſi in coniugio etiam & ſuſcipienda prole quædam ſunt moleſta, meliora cum ijs conferte potiùs, eaq; plura & magis neceſſaria inuenietis: quippe præter ea commoda, quæ res iſta ſuapte natura ſecum fert, ipſa etiam legibus propoſita prēmia, quorum uel exigua pars ad mortem ſubeundam aliquos pellicit, utiq; ad parendum mihi omnes adducere debent. turpe enim profectò ſit, eorum cauſa, propter quæ alij ſuam uitam concedunt, uos nolle mulieres ducere ac liberos alere. De his ego uobiſcum ô ciues (iam enim uos perſuaſos uelle ciuium nomen retinere, ac uirorum patrumq; cognomen accipere confido) ita expoſtulandum duxi: illibenter quidem, ſed neceſſariò, neque ut inimicus, nec qui odio uos, ſed qui amore proſequerer, cuperemq; ueſtrûm ſimiles multos acquirere, ut penates legitimos habitantes, domoſq; plenas progeniei habentes, cum coniugibus liberiſq; ad deos accedamus: æquatiſq; inter nos ijs quæ in publicum conferuntur, ac qui inde fructus percipiuntur, conuerſemur. Quomodo enim ego præeſſe uobis rectè poſſim, ſi ſemper diminutionem de uobis aliquam fieri patiar? quomodo pater ueſter iure dicar, cum uos nullam prolem educetis? Quare ſi uerè me diligitis, ac nomen mihi patris non adulationis, ſed honoris gratia dediſtis, date operam ut mariti patreſq; fiatis, quo & ipſi participes eius reddamini, & ego meritò id gerā. Poſtquā ad hunc modum cum utriſque fuiſſet locutus, liberos deinde habentibus præmia adauxit, & mulcta maritos à cœlibibus ſecreuit, annuo ſpacio præſtituto, intra quod qui eius iuſsis parere cepiſſent, culpa uacarent: cumq;

Mulieres lege Voconia ſolutæ.

lege Voconia mulieribus prohiberetur, ne qua maiorem centum millibus nummûm hæreditatem poſſet adire, ea quoque lege quaſdam ſoluit: ijs quæ perpetuam uirginitatem ſeruarent, eadem quæ matribus præmia largitus eſt.

Lex Pappia Poppæa de maritandis ordinibus.

Inde lex quoque Pappia Poppæa à M. Pappio Mutilo, & Q. Poppæo Secundo lata eſt, qui parte eius anni Conſules, uterq; neque uxorem neq; liberos habebat: quo ipſo depræhendi pòtuit, quàm ea lex neceſſaria fuiſſet.

Romanorum ſub Germanico in Dalmatia res geſtæ.

Rhætinorum ſtratagema.

Dum Romæ hæc agūtur, Romani ad Rhætinum Dalmatiæ urbem cum Germanico profecti, damnum tulerunt. Hoſtes horum multitudine preſsi cùm reſiſtendo non eſſent ſtudio ignem in mœnia & ijs uicina ædificia inieceerunt, prouiſo diligenter ne is ſtatim effulgeret, ſed aliquandiu latitaret: eo facto, in arcem ſeſe receperunt. Romani, quos ea res fallebat, cum irrupiſſent, primo omnia impetu direpturi, intra ignis ambitum peruenerunt: neq; eum uiderunt antè, quàm undique ab eo circundati, in extremo diſcrimine fuerunt, cum deſuper ab hominibus impetiti, foris ab igne afflicti, neque tutò manere, neque euadere ſine periculo poſſent, ac telorum ictum euitantes ad ignem compellerentur, ab igne reſilientes, iaculis expònerentur, inq; tanta anguſtia quidam utrinq; & ab igne uſti & ab hoſte uulnerati perirent. Hæc maioris partis eorum qui in urbem ueniſſent fortuna fuit: pauci mortuis in ipſam flammam coniectis transitu ſibi quaſi per pontem parato effugerunt. Ignis quidem adeò inualuit, ut ne ij quidē qui in arce erant, manere ibi potuerint: ſed noctu ea relicta in ædificia ſubterranea

ſeſe

ſeſe abdiderint. Hæc ibi acta. Seretium uerò, quod fruſtra olim Tiberius op- [*Seretiũ captũ.*]
pugnauerat, tum expugnatum eſt, atq; alia exinde etiam loca faciliùs in po-
teſtatem redacta. Reliquis nihilominus reſiſtentibus cum bellum extrahe-
retur, ac non minima famis in Italia cauſa eſſet, iterum in Dalmatiam Tibe- [*Tiberius iterũ ad bellum Dalmaticum miſſus.*]
rium Auguſtus miſit. Is cum uideret milites moræ iam impatientes, etiam
cum periculo finē bello imponere cupere, ueritus ne ſi unà eſſent, ſeditio-
nem concitarent, in tres partes copijs diuiſis, unam Silano, M. Lepido alte- [*Silanus.*]
ram dedit, cum reliqua ipſe & Germanicus ſe aduerſus Batonem contule- [*M. Lepidus.*]
runt. Silanus & Lepidus haud difficulter ſuos aduerſarios prælijs domue-
runt: Tiberius autem omnem ferè regionem peruagatus eſt, Batone in di- [*Bato pugnam detrectat.*]
uerſa loca diſcurrente, eumq́; tandem in caſtello Anderio obſedit. Erat ue-
rò Anderiũ ad ipſas Salonas in munita apprimè ac inacceſſa rupe ædifica- [*Anderiũ à Tiberio oppugnatum & captũ.*]
tum, profundis conuallibus, & in quibus eſſent torrentes, cinctũ, eoq́; mor-
tales omnia quæ uſui eſſent partim iam antè comportarãt, partim per mon-
tes, quos obtinebant, eò congerebant, inſidijs etiam poſitis Romanos fru-
menti commeatu intercludebant, ita ut Tiberius cum eos in obſidione ha-
bere uideretur ipſe obſeſſi mala tulerit. Cum maximè conſilij dubius eſſet,
quia obſidio inanis & periculoſa, diſcedere inde dedecus uidebatur, tumul-
tus militũ tanto cum clamore coortus eſt, ut hoſtes qui ſub arce ſtatiua ha-
bebãt, perculſi terrore inde receſſerint. His partim iratus, partim lætus, cõ-
uocatum exercitum Tiberius uerbis quâ increpans, quâ laudans, neq; fidu-
cia auctus eſt, neq; caſtra remouit: eoq́; in loco quietus permãſit, donec Ba-
tò deſperato ſe rem tenere poſſe, cum reliqua omnia ferè in poteſtatem ho- [*Bato ſuos deſeruit.*]
ſtium ueniſſent, eſſentq́; ſuæ quàm aduerſæ partis copijs minores, pacē per
internuncios petijt: & cum nõ perſuaderet ſuis ut idem facerent, eos deſe-
ruit, neq; ulli poſteà, quamuis à multis accitus, auxiliũ tulit. At Tiberius reli-
quis qui caſtellũ defendebãt, iam inde cõtemptis, ratus poſſe ſe eos ſine ſan-
guine ſuperare, loci etiã naturã nihil amplius moratus, erigere aciē in ſubli-
me aggreſſus eſt. Quia uerò nulla planicies ſuberat, neq; hoſtes ad pugnã
deſcendebãt, ipſe in cõſpicuo loco pro Tribunali ſedēs, ut inſpicere quæ a-
gerēt poſſet, quò alacrius milites pugnã cierēt, ac ubi id res poſceret, ſub-
ueniret, quã ad rem partē exercitus (quē copioſiſsimũ habebat) ſecum re-
tinuerat: cęteri denſo agmine per obliquum primò aſcendentes, pòſt ipſius
montis natura, qui præceps, ac inæqualiter multis conuallibus abruptus e-
rat, inuicē ipſi diuulſi ſunt, alijq́; alijs maturius in ſuperiora euaſerũt. Quod
ubi uidere Dalmatæ, acie ſuper ipſius prærupta montis ante caſtellum in-
ſtructa, multa ſaxa in eos fundis deiecerũt, multa deuoluerunt, alij etiam ro-
tas, & plauſtra tota plena lapidum arcasq́; rotundas more eius regionis fa-
ctas & ſaxis refertas dimiſerunt, quæ multo ſimul omnia impetu delata ma-
gis adhuc Romanos diſsipauerunt ac conturbârunt, cum interim ſagittis
ac pilis multi eorum ſternerentur. Ardere ibi certamen inter pugnantes, his
euadere in altum, & occupare ſublimia nitentibus, illis arcere eos ac præci-
pites agere conantibus. nec ſegnis etiam concertatio eorum qui de muro
ſpectabant pugnam, eorumq́; qui Tiberio aderant, eſſe, utriſq; ſuos adhor-
tantibus, ſtrenuos confirmantibus, cedentes increpantibus: cõfertimq́; cla-
more alij alios ſuperare, deos pro ſuorum propugnatorum ſalute compre-
cari, libertatemq́; ex eo prælio alteri, alteri pacem poſcere. Verùm ibi qui-
dem Romani, quibus non contra hoſtium ordines tantùm, ſed loci etiam
naturam erat contendendum, incaſſum omne periculum ſubijſſent, niſi re-

centibus eos ſummiſsis identidem ſubſidijs à fuga Tiberius continuiſſet, ac diuerſa ex parte miſsis qui in ſublime per ambages ſubirent alijs militibus, hoſtibus terrorem inieciſſet: ita fuſi, ne in caſtellum quidem cum ſe recipere poſſent, abiectis expeditioris fugæ cauſa armis in montes palati ſunt, eosq́ Romani in omnes partes inſecuti (debellandi enim ſumma cupiditate tenebantur, neque uolebant iterum coeuntes hoſtes denuò ipſis poſſe moleſtiam exhibere) pleroſq́ per ſyluas latentes inuenere, ac more ferarum trucidauere. Deditione poſteà etiam qui in caſtello erant, recepti ſunt, iiſq́ Tiberius omnia quæ conuenta erant præſtitit, Germanico contra eos qui adhuc in armis erant profecto, quos perfugæ (eorum autem magnus erat apud ipſos numerus) pacem componere non patiebantur. *Germanicus Ardubã capit.* Ardubam tum, caſtellum hoc quoq́, cepit Germanicus, non id quidem ſuis copijs, quibus hoſtem longè excellebat, munitiſsimum nempe, ac flumine rapido radices eius alluente totum fermè ambitum: ſed perfugis cum eius loci habitatoribus pacem expetentibus ſeditio primûm, inde conflictus inciderat, perfugas etiam mulieribus quæ Ardubæ erant, adiuuantibus, quæ libertatis etiã contra uirorum cupidæ ſententiã, quiduis potius quàm ſeruitutem pati ſtatuerant: ea dimicatione inferiores facti perfugæ cõceſſerunt, ac quidam eorum effugerunt, mulieres arreptis liberis, aliæ in ignem, aliæ in flumen præcipitauere. Germanico Arduba ſic potito, uicina deditionem fecerunt, isq́ his rebus actis, ad Tiberiũ redijt. *Poſtumius.* Poſtumius reliqua ſubegit. *Bato ſe Tiberio dedit cum ſuis. Sceua.* Sub idem tempus Bato miſſo ad Tiberium Sceua filio, ſi impunitas detur, traditurum ſe ſuosq́ ei pollicitus eſt: fideq́ accepta, noctu in caſtra uenit, adductusq́ poſtridie ad Tiberium pro Tribunali ſedentem, nullum ſuum periculũ deprecatus, caputq́ etiam tanquam abſcindendum protendens, multa pro reliquis uerba purgandis habuit: iterumq́ à Tiberio, ut antè, interrogatus, qua de cauſa rebellaſſent, bellumq́ tandiu protuliſſent, eadem quæ prius reſpõdit, Romanos cauſam eius eſſe, qui ad ſuos greges cuſtodiendos nõ canes, *Finis belli.* neq́ paſtores, ſed lupos mitterent. Hoc modo bellum id iterum confectum eſt, quod Romanis magna hominum, maxima pecuniæ iactura ſtetit, multis ad id nutritis legionibus, præda minima capta. *Honores uictoriæ ergò Auguſto, Tiberio, Germanico, et Druſo Ti. F. decreti.* Victoriæ nuncium attulit Germanicus, eiusq́ ergò Auguſto & Tiberio nomen Imperatorium, ac triumphus decretus, ac inter alios honores fornices duo in Pannonia, quibus trophæa inſiſterent: Germanico inſignia triumphalia, quod alijs etiam ducibus datum, ac Prætorij honores, utq́ primus ſecundum conſulares diceret ſententiam, & legibus in petendo Conſulatu ſolutus eum citius peteret: *Druſus Tiberij F.* Druſo Tiberij filio, etſi is in belli nulla parte fuerat, ut in Senatum prius quàm allectus in eum ordinem eſſet, ueniret, ac Quæſtura acta ante Prætorios ſententiam diceret. His recens decretis, aduerſus ex Germania allatus nuncius Triumphos eorũ impedijt. Hæc uerò eodem tempore in Germania acta fuêre. Loca quædam Germaniæ Romani tenebant, non ſimul, ſed *Varianæ in Germania acceptæ cladis deſcriptio.* ut fortè ſubacta fuerant hinc inde, unde in hiſtorijs eorum nulla mentio. Iis in locis Romani milites hyberna habebant, urbes condebãt, eorum mores iam barbari accipiebant, in forum conueniebant, congreſſusq́ cum iis pacatos habebant: neq́ tamen patriarum cõſuetudinum, morum innatorum, libertatis, armorumq́ potentiæ obliti penitus fuerant. Itaq́ dum paulatim & uia quadam in cuſtodia habiti ea dediſcerẽt, mutationem uitæ ſuæ adeò non grauatè ferebãt, ut ne ſentirent quidem eam. *Quintilius Varus Germanis moleſtus.* Vbi uerò Quintilius Varus Germaniæ poſt adminiſtratam Syriam præfectus, rebus ibi gubernandis

dis ſuſceptis inſtituit eam gentem ſubitò transformare, tanquam ſeruituti ſubiectis imperare, pecuniasq́ ut à ſubditis exigere: Germani eius inceptũ non tulerunt, primoribus ipſorum amiſſum principatum deſiderantibus, uulgo conſuetã rerum rationem peregrinę dominationi anteferente. Quia autem Romanos multos apud Rhenum, multos apud ſe uerſari uidentes, rebellionem palàm tentare non audebant, Varum ita acceperunt, ut omnibus eius iuſsis obtemperaturi uiderentur, proculq́ eum à Rheno in Cheruſcorum fines, & ad flumen Viſurgin abduxerũt. Ibi ſumma in pace ac amicitia erga eum uiuentes, in hanc eum opinionem adduxére, quaſi poſſent abſq́ militũ opera in ſeruitute cõtineri. Igiť Varus neq́ milites, quod in hoſtico fieri debet, uno loco cõtinuit, multosq́ ſuorũ petẽtibus infirmioribus Germaniæ populis ſub nomine præſidio firmandorũ oppidorũ, aut latronum cõprahendendorũ, cõmeatuũ ue tutius ſubuehendorũ, diſtribuebat. Erant inter eos qui conſpirauerant, ducesq́ inſidiarum & belli, quod tum conflabatur pręcipui, Arminius & Sig:merus, ſemper cum Varo cõuerſantes, ſæpiusq́ cõuiuantes. Iam fidente rebus Varo, ac nihil mali expẽctante, ac non modò fidem omnem ijs qui rem ut erat ſuſpicantes, eum ut caueret ſibi monebant, abrogante, ſed obiurgante etiam eos, quòd fruſtrà ſibi timerent, ac illos in inuidiam uocarẽt, repentè ex compoſito quidam ex longinquis Germani inſurgunt: nimirũ ut contra eos proficiſcens Varus, in itinere opportunior cladi eſſet, cũ ſe per amicorũ regionẽ ire crederet, né ue omnibus ſimul bellum mouentibus ſibi caueret. Id cõſilium euentu approbatum fuit. Nam & exercitum abducẽtem eum cohortati ſunt, & ipſi ut auxilia paraturi, ac celeriter ſubſidio uenturi domi remanſerũt: mox acceptis quę iam in promptu certo quodam loco erant ſuis copijs, occiſis Romanis quos antè ab eo impetratos quiſq́ ſecum habebat militibus, in ſyluis eum iam inuijs hærentẽ aſſecuti, repentè pro ſubditis hoſtes ſe eſſe oſtenderunt, ac mala Romano exercitui multa ac grauia ingeſſerunt. Erant montes, quà Varus tum ducebat, cõuallibus crebris intercepti, ac inæquales: arbores autem denſæ, ac immodicæ proceritatis, quibus Romani etiam ante hoſtium aduentũ cædendis, uiamq́ parando, & quæ opus habebant, pontibus iungendo defatigati fuerant. Currus autem & iumenta impedimẽtis ferendis agebant ſecum plurima, ut in pace: ſequebantur etiam pueri ac mulieres, calonesq́ magno numero, quo ipſo etiam iter magis incompoſitũ facere opus habebãt. Interim pluuia cum magno uento ſuperueniẽs, magis adhuc eos diſsipârat, ſolumq́ lubricum ad radices & truncos arborum redditum, greſſus quàm maximè lapſui obnoxios effecerat, tum arborum ſumma confracta ac deiecta eos perturbârant. His difficultatibus Romanos tum conflictatos, Germani undiquaq́ ſimul per denſiſsimas ipſas ſyluas, quippe callium periti, conſectati circumuenere, ac initio eminus tantùm impetiere: pòſt cum nemo ſe defenderet, multi uulnerarenť, comminus cõgreſsi ſunt. nempe nullo ordine, promiſcuo itinere inter currus & inermes proficiſcentes Romani, neq́ coire inter ſe facilè poterant, ac ſinguli à pluribus cum inuaderentur, multa incõmoda, nullo hoſtibus reddito, patiebantur. Locum modò ibi, ut in monte ſyluis obſito, opportunũ nacti, caſtra fecerunt, maioriq́ curruũ, & quibus carere poſſent impedimentorũ parte combuſta, aut relicta, magis ordinato itinere poſtridie progreſsi ſunt in locũ nemore uacuũ: ne hoc quidẽ ſine ſuorũ cæde. Hinc iterũ in ſyluas inciderũt, & cum ab adortis ſe hoſtibus conarenť defendere, haud parum hoc ipſis ad cladẽ contulit.

Arminius & Segimerus duces Germanorum.

tulit.Loco enim anguſto orbem uoluẽtes,ut conſertim equites ſimul pedi-
teſq; in hoſtem incurrerẽt,multa ſibi inuicẽ ipſi damna dederunt, multa ab
arborib.paſsi ſunt.Excepit hanc diem alia, effuſo imbre & uento uehemen-
ti importuna, ut neq; procedere neq; conſiſtere firmiter poſſent:uſu quoq;
armorũ ipſis adempro,ſagittis,pilis,ſcutiſq; madentibus,& eò nullius com
modi uſus:ea hoſti,quòd pleriq; leuis erant armaturæ.ac aggredi regrediq;
tutò poterant,minus eueniebãt. Iam & numero aucti Gernani erant,cum
permulti antè ambigui uel prædæ nomine ſe eis adderent,quò facilius Ro-
manos,qui multos prioribus cladibus ſuorum amiſerant, & circundabant,
Varus ſeipſum & trucidabant:ideò Varus, alij́q; primores, iam acceptis uulneribus, cum
interficit. metuerent ne uel in hoſtium poteſtatem uiui uenirenr, uel ab inſenſiſsimo
hoſte interficerentur,ſibi ipſi manus atrulerunt,rem duram quidem, neceſ-
ſariam tamen auſi.Horum audita morte, nemo iam etiam eorum quibus ro
bur ſuppetebat, ſe defendit: ſed alij ducis ſui exemplum imitati ſunt, alij ar-
mis abiectis cædi ſe præbuerunt.Itaq; iam nullo metu uiri omnes equiq; cæ
debantur : omneſq; Romani ea die occidione perijſſent, aut capti fuiſſent,
ni ſe Germani ad diripiendam prędam conuertiſſent.Quo factum eſt,ut ro
buſtiſsimus quiſque euaderet: ac tubicines qui cum ijs erant,ſignum curſus
Aſprenas. incinentes,ſe ab Aſprena auxilio ſuis miſſos opinionẽ hoſtibus iniecerunt,
quia uideri (iam enim tenebræ ſe intenderanr) non poterant. Ea res inhi-
buit ab inſequendo Germanos : & Aſprenas cognira re,uerè auxilium ſuis
tulit. Poſteà temporis nonnulli captorum redempti ſunt, cõceſſo hoc ipſo-
Auguſtus Va- rum neceſſarijs, ea conditione,ut extra Italiam manerent.Auguſtus Varia-
riana clade con na clade audita,ueſtem, ut quidam memorant, lacerauit, inq; magno luctu
ſternatus. fuit propter amiſſum exercitum, metumq; qui à Germanis & Gallis impen
dere uidebatur,maximè quòd eas gentes iam ipſam Italiam ac Romam pe-
tituras uerebatur , ac neque urbana iuuentus magni momenti ſupererat,&
Apparatus bel ſociorum auxilia quæ alicuius eſſent precij, afflicta erant. Nihilominus ta-
licus. men ad omnia ſe quantum præſens rerum conditio ferebat, comparauit:&
quoniam ij qui militari eſſent ætare, dare nomina nolebant, ex ijs qui non-
dum annum trigeſimum attigiſſent quintum, ex natu maioribus decimum
quenq;,ut ſors in quemuis incidiſſet,bonis priuatũ ignominia notauit : po-
ſtremò cum multi ne ſic quidem obedirẽt,quoſdam morte mulctauit. Tum
collecta quantam maximè potuit ex ueteranis & libertinis per ſortem mul
Tiberius in titudine , celerirer eam manum cum Tiberio in Germaniam miſit. Et quia
Germaniam complures Galli àc Germani Romæ obuerſabantur, partim peregrinãtes,
miſſus. partim inter ſtipatores recipiendi, ueritus ne quid hi noui molirẽtur, in in-
Galli & Ger- ſulas armatos amandauit , inermes urbe exire iuſsit. Hæc tum ab Auguſto
mani Roma acta:ea quę decreta fuerant,ludiq; omiſsi.Secundum hæc ubi accepit non-
pulſi. nullos milites ſuperfuiſſe cladi,Germaniã præſidio contineri,hoſtem Rhe-
num tranſire non auſum,terrore liberatus rem in diſquiſitionem uocauit:ui
debatur enim ei hoc tantum ac ſubitum malum non ſine diuina quadam ira
accidiſſe , ſuſpectamq; Deûm uoluntatem prætereà proprer prodigia quæ
ante ac poſt eam cladem euenerãt, magnoperè habebat. Etenim templum
Prodigia. Martis in campo Martio fulmine ractum fuerat, & locuſtæ multæ in ipſam
urbem deuolantes ab hirundinibus conſumptæ: Alpium uertices in ſe inui
cem corruere,treſq; igneas columnas emiſiſſe uiſi:cœlum ſæpius ardere ap
paruerat : multi ſimul cometæ effulſerant : haſtæ à ſeptentrione latæ in Ro-
manorum caſtra decidere exiſtimatæ:circa aras eorũ apes ceram finxerant,

quædam

quædã Victoriæ ſtatua in Germania hoſtem ſpectans, ad Italiam obuerſa:
etiam circa aquilas in exercitu militum inane certamen fuerat, quaſi Barba
ri irrupiſſent. Anno ſequenti Tiberius ædem Concordiæ ſacrauit, inſcripto
ſuo & fratris Druſi uita pridem functi nominibus. M. Aemilio Lepido, Sta
tilio Tauro Conſulibus, Tiberius & Germanicus, cui pro Conſule erat im-
perium, impreſsionem in Germaniam fecerunt: ac populati nonnullas par-
tes, nullo tamen neq; prælio uicerunt, cum nemo manum conſereret, neq;
ullum populum ſubegerunt: ueriti enim ne rurſus cladem acciperent, haud
ita procul à Rheno diſceſſerant, ſed prope eum uſq; ad autumnum morati,
ludis in honorem natalium Auguſti actis, ac miniſterio Centurionum edi-
ro equeſtri certamine, in Italiam reuerſi ſunt. Romæ Druſus Cæſar, Tiberij
F. Quæſtor erat: Prætores ſedecim, tot enim eum magiſtratũ petierãt, quo-
rum offendere nullum Auguſtus in ijs rebus conſtitutus uolebat: poſterio-
ribus autem deinceps multis annis tantùm XII. fuére. Vatibus interdictũ
ab Auguſto eſt, ne uel abſentibus arbitris, uel coram alijs de morte prædice
rent: quanquam ipſe pro ſe adeò nihil eſſet ſolicitus, ut publicè ſtellarũ con-
ſtitutionem ſub qua in lucem erat editus, propoſuerit. Subditis quoq; ſuo
Imperio edixit, ne cui præfectorũ tempore eius magiſtratus, aut intra LX.
diem poſt diſceſſum eius ullum honorem offerrent: quòd nõnulli laudibus
ſibi & honoribus in prouincia adornatis, multa ea occaſione facinora mala
patrarent. Legatis tunc etiam tres Senatores reſponſa dederunt: & equiti-
bus (quod mirum uideri poſſet) dimicandi ludis gladiatorijs licentia data:
in cauſa fuit, quòd nonnulli ignominiam ei rei propoſitam pro nihilo duce-
bant. itaq; cum edictum nihil prodeſſet, maiorq; pœna ad deterrendos eos
iam requireretur, permiſſum fuit ut dimicarent, quò pro ignominia morte
afficerentur: nihilo enim minus dimicârunt, præcipuè cum eorum certami
na magno ſtudio uiſerentur. ita ut Auguſtus quoq; Prætoribus qui prçmia
diſtribuebant adeſſet. Pòſt Conſulatum Germanicus, nondum geſta Præ-
tura, occepit, ac toto anno geſsit non dignitatis cauſa, ſed quia idem etiam-
num ab alijs quibuſdam fiebat, nulla re memorabili geſta, niſi quòd potio-
res tulit partes, cum ipſius collega C. Capito obiter tantùm numeraretur.
At uerò Auguſtus ſenectute iam grauis, Germanicum Senatui, Senatũ Ti
berio ſcripto commendauit, quod ipſe quidem (uoce enim deſtituebatu)
nõ recitauit, ſed Germanicus, uti cõſueuerat: petijt deinde à Senatu exci-
tione belli Germania prçlata, ne ipſum poſthac domi ſuæ ſalutarẽt, ne'ue in
malã partem acciperent, ſi deinceps non cõuiuaretur cum eis. nam frequen
ter eum ſalutare, præſertim quoties Senatus ageretur, in foro, in Curia in-
trantem abeuntemq;, ac iam in ipſo etiam Palatio ſedentem, cubantemq;
moris erat non Senatoribus modò, ſed equitibus quoq;, & plebeis nonnul
lis. Neq; uerò à cura Reipublicæ Auguſtus ideo animum auertit, quin &
equitibus ius petendi Tribunatus plebis concederet, et famoſorum libello
rum, quos ad traducendos homines à quibuſdam conſcribi acceperat, con-
quiſitionem fieri iuberet, repertos in urbe ab Aedilibus, extra urbem à ſin-
gulorum locorũ præfectis comburi mandaret, in autores eorum quoſdam
animaduerteret. Quòd permulti extorres, alij extra loca in quç expoſiti fue
rant, uerſabantur, alij in ijs ipſis delicatius uiuebant, edixit ne quis eorũ qui
bus aqua & igni eſſet interdictũ, in continenti, aut inſula ulla niſi quæ quin
quaginta millia paſſuũ ab cõtinente diſtaret, excepta Co, Rhodo, Sardinia
& Lesbo (quas mihi non liquet cur eximias habuerit) degeret, ne'ue ali-

quo

Concordiæ templum.

An. V. C. 764.

Tiberij et Germanici in Germaniam profectio.

Druſus Quæſtor.

Diuinationibus modus præſcriptus.

Equitibus gladiatorijs ludis pugnare conceſſum.

An. V. C. 765.

Germanicus Conſul.

Edictum de famoſis libellis.

Lex de exulum luxu inhibẽdo.

quò traijcere, aut plures naues,quàm unam onerariam mille amphoras ca-
pientem,& duas actuarias,ne'ue ſeruos aut libertos ſuper uiginti haberet,
ne plus quingẽtis millibus mummûm poſsideret: minatus pœnam & ipſis
exulibus,& ijs qui contra has leges in ulla re ipſis auxilio fuiſſent. Hæ tum
leges ab eo (quę quidem in hiſtoria referri mereanť) latę ſunt,ludiq́ extra-
ordinarij ab hiſtrionib.& equitib. acti,Martisq́ ludi in foro Auguſti (quia
Circum Tiberis ſtagno occupauerat) cum equorũ decurſu quodam & ue-
natione celebrati. Hi iterum facti ludi ſunt, & in Circo ijs Germanicus du-
centos leones occidit,porticusq́ Litię in honorem C.& L.Cæſ.ædificata,
An.V.C.766. tum dedicata fuit. L.Munatio, C.Silio Conſulibus, Auguſtus quintum in
decennium gubernationẽ Reipublicę inuitus ſcilicet accepit,Tiberio Tri-
bunicíam poteſtatem prorogauit,Druſo Ti.F.poteſtatem Conſulatus ter-
tio anno,etiam non geſta Prætura, petendi conceſsit:ſibi autem propter ſe
nectutem,cuius cauſa rariſsimè in Senatum ueniebat, cõſiliarios annuos ui
ginti petijt,cum antè in ſenos menſes quindenos accepiſſet.decretum por-
rò eſt,ut quæcunq́ Auguſtus cum his, Conſulibusq́ & deſignatis Conſuli
bus,cum adoptĩcijs ſuis nepotibus,ac reliquis quos quoq́ tempore aſſum-
pſiſſet,deliberans ſtatuiſſet,rata nõ minus quàm in Curia ſi ſtatuta fuiſſent,
haberenť.Hæc ex Senatus conſulto,ſicut antè re ipſa habebat,adeptus, ple
runq́ etiam decumbẽs ſententiam dixit. Quia uerò uigeſimæ penſio adeò
omnibus ferè moleſta erat, ut uidereť aliquid noui motus excitatura,miſſo
in Senatum libello, aliorum redituum excogitandorum negocium eis de-
dit:nõ ut abrogaret id tributi genus, ſed ut nullũ aliud eo probabilius ipſis
inuenientibus, idipſum uel ab inuitis abſque ſua inuidia confirmaretur: ne
uerò ſi Germanicus Druſusq́ ſententiam tuliſſent, eam ſuo iuſſu pronun-
ciatam Senatus ſuſpicaretur, ac indiſcuſſam approbaret, uetuit ne quam
Penſionis genus. ſententiam ij dicerent. Multis ea re in Senatu ſermonibus agitata, non-
nullisq́ etiam ſibi per literas indicatis,cum quiduis eos faciliùs quàm uige-
ſimam toleraturos intelligeret, in agros & domos penſionem tranſtulit, ac
confeſtim, nõ oſtenſo quantum aut quo pendendum cuilibet modo foret,
alios aliò demiſit, qui priuatorum ac ciuitatum facultates deſcrili erent: ut
cum ſinguli maiorem iacturam uererentur,mallent uigeſimã pendere. idq́
eius conſilium ita res ipſa probauit. Enimuerò Auguſtalibus ludis, quibus
natalis Auguſti celebrabatur,mente quidam uir captus in ſede Iulio Cæſa-
ri poſita ſeipſum collocauit, coronamq́ eius arreptã ſuo capiti impoſuit:
An.V.C.767. idq́,quod res erat,uidebatur Auguſto aliquid portendere. Namque anno
inſequenti,Sex.Apuleio,Sex.Pompeio Conſulibus, in Campaniam profe
Auguſti mors. ctus Auguſtus, exhibito Neapoli ſpectaculo, Nolæ morti conceſsit. Prodi
Prodigia morti Auguſti antecedentia. gia quæ id ei prædicerent,neque minima,neque obſcura euenerant. Sol to
tus defecerat: magna pars cœli ardere uiſa fuerat: ignita ligna de cœlo ca-
dere apparuerãt:crinitæ & ſanguinolentæ ſtellæ fulſerant: cum Senatus in-
dictus eſſet ut pro ſalute Auguſti uota conciperentur,Curia clauſa inuenta
erat,ciq́ inſidens bubo cecinerat:fulmen in ſtatuam eius in Capitolio poſi
tam delatũ primã nominis Cæſaris literã deleuerat.ideo uates eum centeſi-
ma pòſt die diuinæ naturæ cuiuſdam participem fore dixerant, eo id conie
ctati,quòd litera C.apud Latinos centenarium numerum deſignat,reliqua
nominis pars AESAR Hetruſcorũ lingua Deum ſignificat. Hæc oſten-
ta Auguſto adhuc in uiuis morante acciderunt. Poſteris autem Conſulum
quoque,& Sergij Sulpicij Galbæ euentus in omen tractus eſt: quorum illi

tum Auguſto genere iuncti magiſtratū geſsiſſent, cum fato is fungeretur: Galba autem qui imperio deinde potitus eſt, ipſis Calēdis eius anni Ianuarijs uirilē togam ſumpſiſſet, iſq; quia primus poſt Auguſti genus finitum ex reliquis unus Romanorū ſummam rerum obtinuit, data eſt occaſio ſermoni quorundam, quaſi tum ea non caſu, ſed diuino quodam conſilio eueniſſent.

Galba uirilem togam ſumit.

Cæterùm Auguſtus ex morbo deceſsit, ſuſpecta nonnihil Liuia, quaſi eius fraude obijſſet. Etenim ad Agrippā Auguſtus clam uxore in inſulam tranſmiſerat, uiſusq; erat omnino cum eo in gratiā redijſſe. Veritam itaque Liuiam, ne eum reduceret Auguſtus, ac Imperium ei traderet, ficus quaſdam in arboribus adhuc pendentes, quas ſua manu Auguſtus decerptas comedere conſueuiſſet, ueneno infeciſſe, eiq; medicatas carpēdas obtuliſſe, ipſam ſanas ediſſe ferūt.

Liuia ſuſpecta, quaſi ueneno Auguſtum ſuſtuliſſet.

Auguſtus Agrippæ reconciliatus.

Siue ea cauſa morbi, ſiue alia fuit, id ſanè conſtat, conuocatis ſocijs, ac quæ opus eſſent dictis, tandem hæc uerba protuliſſe: Romam ſe terream accepiſſe, lapideam relinquere. quo non ædificiorum elegantiam, ſed firmitatem imperij innuere uoluit: applauſum quoq; ab ijs, ueluti mimo aliquo finito ludiones ſolebāt, popoſcit, omnem humanæ uitæ partem eo ſubſannans.

Roma lapidea.

Plauſus.

Vita exceſsit XIIII. Kal. Septembris, qua die quondam primum Conſulatum inierat. uixit annos LXXV, menſes decem, dies XXVI: ſiquidem natus eſt IX. Kal. Octobris. Solus ſummum imperium geſsit à uictoria apud Actium, annos (quibus tamen XIII. dies deſunt) XLIIII. Mors eius non confeſtim innotuit. Nam Liuia metuens ne Tiberio in Dalmatia adhuc uerſante aliquid noui exiſteret, uſque ad eius aduentum eam clam habuit, ut quidem plerique & fide digniores autores tradunt: neque enim deſunt, qui adfuiſſe ægrotanti Auguſto Tiberium, ab eoq; mandata quædam accepiſſe perhibeāt.

Liuiæ in celanda morte Auguſti aſtus.

Corpus Auguſti Nola ad Romam uſq; primores ſingularum ciuitatū per ordinem geſtauerūt: ab equitibus exceptum, noctu urbi illatum eſt. Poſtridiè Senatus habitus eſt: in eum reliqui Senatores equeſtri habitu, Magiſtratus Senatorio, prætextis demptis, uenerunt, Tiberius, filiusq; eius Druſus, pullam forenſi more paratam amicti ueſtem, thure ipſi quoq; rem ſacram fecerunt, tibicine omiſſo. Conſedit uerò Senatorum multitudo ſolito quiſque loco: Conſules autem inferiùs alter in Prætorijs, alter in Tribunorū plebis ſubſellijs.

Corpus Auguſti ut Romam delatum.

Tum Tiberio impunitas data, quòd cadauer (prohibitum enim hoc erat) tetigiſſet ac comitatus fuiſſet: pòſt teſtamentum Auguſti Polybius quidam ex Cæſaris libertis recitauit, quaſi non conueniens id à Senatore legi.

Cadauer tangere religioni eſt.

Polybius.

In teſtamento (ſicuti quidam memoriæ tradiderunt) ex beſſe Tiberius, ex triente Liuia hæres inſtituebantur. nam Auguſtus ut ſuorum quoq; aliqua bonorum pars ad Liuiā peruenire poſſet, à Senatu petierat, ut tantum etiam prę ter legum pręſcripta legare ei poſſet. Bona aūt, & pecuniā, multa multis nō neceſſarijs modò ſuis, ſed nihil ad ſe pertinentibus etiam, neq; Senatoribus tantùm, equitibusq;, ſed regibus etiam legauit: populo quadringētis ſeſtertiûm, militibus prætorianis ſingulis millia nummûm, urbanis quingenos ſeſtertios, reliquæ urbanæ multitudini uiritim trecenos: pueris etiam, quorum parētum, ipſis adhuc teneram ætatem agentibus, hæreditates adierat, paternas facultates cum reditibus iuſsit reddi, ſimul ac uirilem ætatem attigiſſent: quod idem ſuperſtes etiam obſeruauerat, ut ſi cuius hæres fieret, cui liberi eſſent, omnino his paterna bona uel ſtatim, ſi adulti eſſent, uel pòſt omnia reſtitueret. At qui ea bonitate erga aliorum liberos utebatur, tamē filiam ſuam in patriam non reduxit, quamuis donatione eam dignatus, inq;

Teſtamentum Auguſti & legata.

Quatuor libri Augusti.

ſuo ſepulcro humari prohibuit. Illati ſunt prætereà in Senatũ libri quatuor, quos Druſus recitauit. Primo continebantur de funere ſuo mandata: altero enumeratio rerum à ſe geſtarum, quam incidi in columnas æneas, ac ſtatui eas ante ſuum ſacrarium iubebat: tertius ſummam militum, redituum, impendiorum publicorum, pecuniæ in theſauris, aliaq́ id genus ad principatum pertinentia indicabat. quarto præcepta & conſilia Tiberio ac Reipublicæ data, interq́ alia, ne multos manumitterent, ne nimirum uaria turba urbs impleretur: neue multos iure ciuitatis donarent, quò uidelicet ipſi multa haberent ſuis ſubditis potiora: ut Rempublicã omnibus qui prudentia ac rerum gerendarum peritia eſſent præditi, committerent, neq́ uni alicui eam totam crederent, ne uel tyrannidem is affectaret, uel eo aduerſa paſſo Reſpublica corrueret: ut contenti præſenti fortuna non cuperent fines imperij proferre, quippe cum difficulter imperiũ tantum ſeruari poſſit, periculum fore, ne plura appetendo, parta quoq́ amitterent. Hoc eum non uerbis modò, ſed re etiam ſeruaſſe conſtat. nanq́ etſi plurima barbarorum ſui iuris poterat efficere, nunquam tamen uoluit.

Præcepta Reipublicæ feliciter gerendæ.

Funus Augusti.

Secũdum hæc funus eius factum eſt. Lectus erat ex auro & ebore conſtructus, purpureis ſtragulis, auroq́ ijs intertextis, ornatus. in eius infima parte cadauer arcæ cuidam, incluſum latebat: imago autem eius cerea, habitu triumphali, conſpiciebatur. hanc à Palatio ducebant Conſules deſignati. altera aurea ex Curia, tertia in curru triumphali ducebatur. Poſt has auorum ipſius, ac cognatorum uita functorum (excepta Iulij Cæſaris, qui inter Semideos erat relatus) aliorumq́ qui Romæ unquam factis ſuis præclari fuiſſent imagines, initio à Romulo facto, ferebantur: inter quas Pompeij quoq́ Magni imago quædam, omnesq́ nationes quas ſubegiſſet, cum ſuo ipſarum cultu effictæ cernebantur. has reliqua omnia, quæ ſuprà commemorauimus, ſubſecuta ſunt. Ferctro poſito ad roſtra, pro illis Druſus quandam orationem de ſc[illegible]to recitauit: cæterum pro roſtris Iulijs Tiberius ex Senatuſcõſulto ad p[illegible]lum in hæc propémodum uerba perorauit:

Pompeij magni imago in funere Augusti ducta.

Roſtra Iulia.

Tiberij in funere Augusti oratio.

Exordiũ à difficultate orationis futuræ, qua & beneuolentiam captat, & nonnihil attentionis mouet.

Quæ priuatim ab homine cognato de Diuo Auguſto dicenda fuerunt, à Druſo dicta ſunt. Quoniam autem eum, idq́ meritò, publica etiam aliqua uoce Senatus dignatus eſt, id muneris mihi iniunctũ iure eſſe ſatis ſcio. cui enim laudatio hæc rectius quàm mihi, filio eius ſucceſſoriq́ mandata fuiſſet? Veruntamen non futuram meam orationem longè & ueſtra uoluntate, & Auguſti dignitate inferiorem, confidere nequaquam poſſum. Quæ ſi apud exteros mihi eſſet habenda, uehemẽter utiq́ timuiſſem, ne meis ij uerbis intenti, ex ijs res quoq́ illius geſtas æſtimaturi eſſent: nunc me id conſolatur, quòd apud uos dicendum eſt, qui eas omnes compertas habetis, qui ipſi experti eas eſtis, qui propter eas hac eum laudatione dignum cẽſuiſtis. Non enim meis ex dictis de uirtute eius iudicium facietis, ſed ex his, quorũ conſcij eſtis, meum ſermonem adiuuabitis: & quod ei deerit, ex memoria præteritorum addetis. Ita hæc collaudatio à uobis omnibus ex æquo proficiſcetur, me ueluti in choro quodam, capita tantùm indicãte, uobis reliqua ſuccinentibus. Neq́ uereor, ne uel tenuitatem uirium mearum damnaturi, quia cupiditati ueſtræ ſatisfacere nequeo, uel uirtuti eius ueſtram excedenti inuiſuri ſitis: cum nemo neſciat, ne ſi omnes quidẽ in unum homines conueniant, dignis eum laudibus exornaturos, & uos de palma ei libenter concedere, non id inuidentes, quòd nemo ueſtrum cum eo conferri poſsit, ſed ipſa etiam eius præſtantia gaudentes. quanto enim uobis maior Auguſtus

appareat,

appareat, tanto plura uos ab eo accepiſſe beneficia uidebimini, ut non excellentia eius liuorem, ſed merita reuerentiam apud uos pariant. Incipiam autem ab ea ætate eius, qua ille ad Rempublicam gerendã acceſsit, hoc eſt, à prima eius adoleſcentia: id enim ex maximis Auguſti factis eſt, quòd primùm puericiam egreſſus, initio adoleſcentiæ, cum prius tempus, dum feliciter Reſpublica à diuo Iulio adminiſtrabatur, diſciplinæ capiendæ intentus uixiſſet, ſimul hic inſidijs circunuentus, reſpublica conturbata fuit, & ultus eſt patris necem abundè, & uobis maximè opus habentibus, opitulatus eſt, non multitudinem inimicorum ueritus, non magnitudine rerum territus, non ætate ſua trepidans. Quid horum ſimile Alexander ille Macedo, quid Romulus ueſter egerût, qui potiſsimùm iuuenes pręclaras res geſsiſſe cenſentur? quanquam hos quidem omitto, ne ipſa cõparatione apud uos hæc mecum ex æquo cognita habentes, detrahere aliquid uirtuti Auguſti exiſtimer. Vni Herculi eiusq; operibus fortaſsis rectè eum componere poſſe uidear: quanquam hìc quoq; tantùm me inſtitutum meum fruſtrabitur, quantum intereſt, quòd Hercules angues puer eliſit, quòd uir ceruum quẽdam, & aprum, adeoq; leonem, inuitus hoc & imperio adactus interfecit: noſter non inter feras, ſed uiros belligerando, & leges ſanciendo Rempublicã palàm ſeruauit, ſibiq; ſplendorem parauit. Ob hæc etenim eum & Prætorem, & Conſulem feciſtis, ea ætate, qua multi militiam quoq; recuſant. Hoc fuit Auguſto uitæ in Republica agendæ, ac proinde meæ de eo orationis principium. Poſt hæc cum uideret ſecum maximam ac potiſsimam S. P. Q. R. partem conſentire, eſſe tamen quoſdam factioſos, quorum opera Lepidus, Antonius, Sex. Pompeius, Brutus, Caſsiusq; uterentur, metuens ne multis ſimul ciuilibus bellis urbs occupata diuelleretur ac exhauriretur, ita ut nullo modo ſe colligere denuò poſſet, prudentiſsimè ac ſumma cum Romani populi utilitate ea confecit. Iunctis enim ſibi potentiſsimis ſeditioſorum, ac ipſi Romæ imminentibus, eorũ auxilio reliquos debellauit: quibus de medio ſublatis, ab iſtis quoq; nos liberauit, cum & inuitus quoſdam illis cõcedendos propter maioris partis ſalutem, & ita cum ſingulis agere ſtatuiſſet, ne ſimul contra uniuerſos eſſet bellandum, unde ipſe quidem priuatim nullum commodum, uos apertè maximum eſtis adepti. Verûm quid multis eius in ciuilibus ac exteris bellis facta commemorare iuuat, quorum altera utinam nunquã accidiſſent, alteris parta bona utilitatem euidentiùs quàm ullo poſsit ſermone fieri demonſtrant: deinde cùm pleraq; fortunę accepta ferantur, ac multorum ciuium, ſociorumq; auxilio cõfecta, cum ijs communicandam eorum cauſam reddãt, poſsintq; fortaſsis etiam cum aliorum rebus geſtis comparari. Igitur ijs pręteritis, quę uariè ſcripta ac expreſſa legere uidereq; quiuis poteſt: quæ ipſius maximè Auguſti ſunt opera, à nullo unquam hominum edita, quibusq; ciuitatem noſtram non tantum ex multis ac multiplicibus periculis exemit, uerùm opulẽtiorem etiam, potentioremq; effecit, ea exponam, & gloriam ipſi eximiam, & ſenioribus ueſtrũ uoluptatem repræhenſionis uacuam, & iunioribus documentum accuratum formæ ac conſtitutionis Republicæ allatura. Proinde Auguſtus, quem has ipſas ob cauſas hoc cognomento dignati eſtis, ubi primùm ciuilibus bellis defunctus fuit, cum & egiſſet & tuliſſet omnia nõ ſua ex ſententia, ſed ut fato uiſum fuerat, principio pleroſq; eorum, qui contra ipſum arma tuliſſent, prælijsq; ſuperfuiſſent, ſalute donauit, nihil imitatus Syllam, qui Felicis cognomẽ tulit: quos ne ſingulos recenſeã, Soſsium, Scaurũ Sex. Pompeij fratrem,

Auguſti adoleſcentia.

Alexander.
Romulus.

Herculi Auguſtum præponit.

Qua arte ſeditioſos exciderit Auguſtus.

Reiectione à ciuilibus bellis ad poſteriora tranſit.

Auguſti in aduerſarios bonitas.

trem, ipſumq́ adeò Lepidum quis neſcit, qui tantum temporis caſui ſuo ſuperuixit, ac per omnem uitam ſuam Pontifex Maximus permanſit. Deinde eos, qui ſuas partes fuiſſent ſecuti, multis ac ingentibus donis ornatos, nihil per ſuperbiam aut libidinem agere paſſus eſt: noſtis enim hîc quoq́ præter alios Mæcenatem, Agrippamq́, ut ne referre me eos opus ſit. Hæc autem duo nemo alius in ſe habuit. Equidem noui quoſdam fuiſſe, qui inimicis parcerent, alios qui incontinentiam amicorum ſuorum coercerent: atqui nemo qui utrunq́ ſimul faceret, repertus eſt. Sylla quidem & Marius, etiam in liberos aduerſariorum ſuorum ſæuierunt, ut mentionẽ minorũ his hominum nullã faciam: Pompeius & Cæſar ab eo quidem ſe continuerunt ferè, uerùm amicos multa ab ipſorum moribus aliena agere paſsi ſunt. Auguſtus ita utrunque miſcuit, ut & inimicis uictis clades uictoriæ ceſſerit, & ſuis felix uirtus reddita ſua fuerit. His actis, omnibusq́ factioſis ſua humanitate pacatis, militibus uictoribus per beneficia ad moderationem adductis, cum poſſet militum, armorum, pecuniæ auxilio dominus uniuerſarum ſui temporis rerum eſſe, noluit: ſed boni medici exemplo cum corpus ægrotum acceptum, ad ſanitatem reduxiſſet, omnia uobis bonæ ualetudini reſtituta reddidit. Id quantum ſit, inde poteſtis conijcere, quod à maioribus noſtris Pompeius & Metellus, qui eodem tempore floruit, laudati ſint, quia exercitus quibus bella geſſerant, ſponte ſua dimiſerũt. Quibus ſi laudi fuit, copijs haud magnis, & ad certum tempus commiſsis, cum haberent etiam aduerſarios, qui aliter eos agere paſſuri non fuiſſent, ultrò ceſsiſſe: quis iam Auguſti magnanimitatem uerbis exæquet, qui cum omnes ueſtros tot tantosq́ exercitus, omnem uim pecuniæ longè maximam in ſua poteſtate teneret, ac neq́ metueret quenquã, neque ſuſpectum haberet, cum liceret ei omnibus id laudantibus ſoli rerum potiri, tamen noluit, ſed arma, prouincias, pecuniam in mediũ depoſuit? Quapropter rectè uos prudenterq́ egiſtis, non paſsi eum priuatam uitam ducere: ſed ſatis intelligẽtes, popularẽ Reipublicæ formam tantis iam rebus nequaquã aptam, ac unius adeò uiri ſub principatu poſſe incolumem manere, id uerbis præ uobis tuliſtis, nolle uos ad liberum legum uſum reuerti, cùm re ipſa nolletis in ſeditiones recidere, ideoq́ Auguſtum, cuius in ipſis rebus periculũ feciſſetis, prætuliſtis, eumq́ ad tempus utique aliquod uobis ut præeſſet coegiſtis. In quo cum magis etiam quàm antè eius uirtutem experti eſſetis, iterum, ac tertiùm inde, quartumq́ & quintùm ui eum eò compuliſtis, ut Reipublicæ in adminiſtratione perſeueraret. Neq́ id quidem iniuria: quis enim non cupiat citra ullum ſuum laborem ſaluus eſſe, abſque periculo felicitate potiri, bonis Reipublicæ perfrui, à curis quæ pro ea geruntur uacuus? Quis autem fuit, qui ſuam unicam domum melius rexerit, quàm Auguſtus tot mortalib. præfuit? Hic cum difficiles & bellicoſas prouincias cuſtodiendas ſeruandasq́ in ſe recepiſſet, pacatas & unde nihil erat periculi, uobis reſtituit: tot perpetuos milites ad defendendum uos alens, fecit ut ne cui ueſtrûm uim afferrẽt, ſed contra exteros eſſent cuſtodes quàm maximè terribiles, erga uos autem inermes. Præterea neque Senatoribus fortunam ſortis in obtinendis imperijs ademit, & præmia inſuper uirtutis addidit: in deliberationibus neq́ ſuffragij ius abſtulit, et ſecuritatem libertatis adiecit: à populo translata difficultate diſceptationum in iudiciorum diligentiam, Comitiorum maieſtatẽ conſeruauit, in ijsq́ docuit pro contentione liberalitate uti: ac ex ipſa petitione honorum ambitum tollens, in eius locum uerum honorum ſtudium induxit.

Socijs nõ indulſit nimium Auguſtus.

Laudat factũ Auguſti, quòd Rempub. reddidit.

Metellus Creticus.

Auguſti ſummam in Repub. poteſtatem habentis, optimũ Imperium.

xit. Iam ſuas facultates modeſtè augens, in communem omnium eas utilita
tem impendit, publicorum bonorum tanquam propriorum curam habuit,
ijſdem ueluti alienis abſtinuit: inſtauratis omnibus quæ iam ruinam mina-
bantur operibus, nullum eorum qui ea extruxerãt, ſua gloria ſpoliauit: mul-
ta noua ſuo & aliorum nomine aut ædificauit, aut alijs ædificanda manda-
uit, in omnibus ut ad publicum commodum reſpiciens, ita honorẽ inde ue
nientẽ nulli priuatim inuidens. Suorum facinora inexorabili uindicta per-
ſequens, clementer aliorum peccata tractauit: qui uirtute aliqua eſſent prę-
diti, eos facilè paſſus ſibi æquari, ex ijs quorũ inſidijs eſſet impetitus in eos
tantùm animaduertit, quorum uita ne ipſis quidem utilis erat, reliquis eum
ſeſe præbuit, ut multo tempore nemo neq; uerè neque falſo ſtructarum inſi
diarum inſimularetur. Perniciem ſanè aliquando ei fuiſſe creatam mirũ mi-
nimè eſt, cum ne dij quidem ipſi omnibus placeant: at boni principis uirtus
non ex aliorũ flagitijs, ſed ex ipſorum factis iudicari debet. Dixi, Quirites,
maxima ac pulcherrima, idq; carptim, cum ad enumerãda exactè omnia
permulta dies requirantur: atque mihi quidem conſtat, cum hæc tantùm ex
me audieritis, ipſos uos reliquorũ omnium ex his recordaturos, ut ea quo-
que dixiſſe quodammodò *uidear*, cùm aliàs quoq; non oſtentationis cauſa
hæc oratio ac uos inſtituta ſit, ſed ut multa ac bona eius facta immortalem
apud animos ueſtros gloriam ei concilient. Quis enim Senator eius memo *Summatim e-*
riam non retineat? ex quorum ordine cum indignum quemq;, qui per ſedi *gregia Auguſti*
tiones multi in eo ordine uerſabantur, remouiſſet, reliquos hac ipſa re deco *facta recenſet.*
rauit, ſplendorẽ eorum aucto cenſu auxit, largitione pecunię locupletauit,
in dicendis ſententijs ſibi æquauit, quorum in collegio fuit, quibus cum de
rebus maximis ac apprimè neceſſarijs ſemper uel in curia, uel domi ſuæ, ubi
id ſenectus & ualetudo flagitabant, aliàs alijs adhibitis cõmunicauit. Quis
eius ex reliquis Romanis obliuiſcatur? quibus ædificia, pecunias, ludos,
ſpectacula, immunitatem, abundantiam rerum ad uitę uſum facientium, ſe-
curitatem non à flagitioſis modò hominibus, ſed ab his quoque, quę fortui
tò noctu aut interdiu accidere poſſunt, parauit. Quis ſociorum? quibus pe
riculi expertem libertatem, indemnem ſocietatem præſtitit. Quis ſubdito-
rum? quorum nemo neq; iniuria eſt, neq; damno affectus. Quis deniq; ef-
fluere ex ſuo animo patiatur eum uirum, qui ſibi pauper, Reipub. diues, par
cus in re ſua familiari, erga alios liberalis fuit? qui pro uobis ſemper omnes
labores & pericula ſuſtinuit, uos ne ea quidẽ moleſtia, ut abeuntẽ deduce-
retis, aut redeunti obuiã iretis, grauare uoluit? qui feſtis diebus domũ ſuam
etiam populũ accepit, reliquis diebus in ipſa Curia Senatũ ſalutauit? Quis
memoriam abijciat multitudinis & diligentiæ latarũ ab eo legum? quæ in-
iuria affectis ſatis conſolationis, iniuſtis pœnam non atrociorem humanis
moribus proponunt? Quis munerum maritis, ac liberos habentibus con-
ſtitutorum? Quis præmiorũ militibus citra aliorum detrimentũ conceſſo-
rum? Quis, quòd contentus his, quę ſemel neceſſitate ita poſtulante adepti
fuiſſemus, noluit præterea alia à nobis quæri, ne dum extendere imperium
cuperemus, etiam antè parta amitteremus? Quis, quòd amicorum gaudia
doloreſq;, ſeriaq; & iocos cum ijs nunquã non communia habuit? Quòd
omnibus quicunq; utile aliquid excogitare poſſent, liberè id ediſſerendi li-
centiam fecit? Quòd libero ore loquentes laudauit, adulantes odio habuit?
multa ex ſuis facultatib. multis largitus, omnia ſibi ab his, quibus eſſet pro-
les, legata, liberis eorũ reſtituit? qua tandem hæc obliuione abolenda ſunt?

Itaq; ob hæc meritò ipſum principem & patrem Reipublicę feciſtis, multis honoribus, multis Conſulatibus extuliſtis, ac poſtremò ſemideũ, ac immortalem eſſe ſtatuiſtis. Proinde neque lugere eum nobis conuenit, ſed corpus eius naturæ nunc reddere: animũ autẽ, ut Dei, perpetuò colere. Hæc cum
Funus Auguſti ducitur. recitaſſet de ſcripto Tiberius, feretrum ijdem qui antè ſublatum triumphali porta ex Senatuſconſulto extulerunt. Aderant ducendo funeri Senatus, equitesq;, cum coniugibus, Prætorianiq; milites, ac ferè omnes qui tum Romæ agebant homines. Poſtquàm cadauer rogo in Campo Martio impoſitum fuit, primùm omnes pontifices eum circumierunt, deinde equites, tum legionarij reliquiq; milites, & ij demũ qui cuſtodiæ præfuerant, omnia præmia quæ ob ſua quondam egregia in bello facta ab ipſo accepiſſent, ſuper eum conijcientes. Poſt hæc Centuriones acceptis facibus, iuſſu Senatus ro
Aquila. gum ſuccenderunt: eo abſumpto, aquila ex eo emiſſa euolauit, quaſi animũ
Liuia oſſa legit. Auguſti in cœlum ferens. His peractis, reliqui diſceſſerũt. Liuia autem cum equitum primis eo in loco quinque dies morata, oſſa eius legit, ac in monu-
Luctus. mento condidit. Luxère uiri eum haud multos dies, mulieres autem integrum annũ, quod decretũ erat. Cæterùm re ipſa, tum quidem pauci ipſum luxerunt, poſteà temporis omnes. Fuerat quippe erga omnes in alloquijs benignus, multos pecunia iuuerat, ſummo *in honore* amicos habuerat, & ex libertate ipſorum in dicendo maximam capiebat uoluptatem. Cuius do
Athenodori increpationem Auguſtus æquiſſimè tulit. cumentum eſt id, quòd cum Athenodorus aliquando in curru cõtecto pro muliere quadam in ædes eius adductus, ex eo ſtrictum tenẽs gladium proſiluiſſet, dixiſſetq; ei: Non ergo metuis ne quis hoc modo ueniens te interficiat? tantùm ab ira abfuit Auguſtus, ut gratias potiùs ei egerit. Neq; id modò memoratur, ſed iniurias quoq; eum acceptas non immodica ira proſecutum, fidemq; etiam indignis ſeruaſſe. Corocottã quendam latrocinijs in Hi
Fides & humanitas eius in Corocottam. ſpania uigentem, primùm in tanta ira habuit, ut præmiũ ei qui uirum iſtum ſibi adduxiſſet decies ſeſtertiûm promiſerit: deinde ultrò eum ad ſe uenientem neq; pœna affecit, & ea quam dixi pecunia ditauit. Luctum quoque id auxit, quòd unius principatum populari imperio ita temperauerat, ut & libertatem Romanis ſuam ſeruauerit, & ornatum ſecuritatemq; addiderit, ut abſq; populi contumacia, abſq; tyrannorum ſuperbia, in modeſta libertate, & ſub unius innoxia poteſtate, in regno ſine ſeruitute, & in populari reipublicæ ſtatu ſine ſeditionibus uixerint. Quòd ſi qui eorum quæ bellis ciuilibus acciderant reminiſcerentur, ea tamen neceſsitati rerum imputabant, omnemq; eius animum ex eo tempore, quo ſolus haud dubiè rerum fuit potitus, ſpectandum arbitrabantur, magnum ſcilicet in his diſcrimen cernebatur, quod in omnibus eius actionibus depræhendi, ſi quis accuratè eas inſpiciat, poſſet. De quibus omnibus hoc quaſi caput ſcribendum duxi, omnes eum ſeditioſos coercuiſſe, Rempublicam in optimam formam conuertiſſe, eamq; firmo imperio rexiſſe, ut ſi quid etiam uiolẽtius (quod fieri plerunq; in rebus inuſitatis ſolet) actum ſit, eius culpa iuſtiùs ipſis rebus quàm ei impingi debuerit. Ad gloriam uerò Auguſto haud minimum momenti etiam diuturnitas principatus attulit. Nam pleriq;, & potẽtiſsimi uirorum, qui imperium penes populum eſſe uellent, iam tum oppetierant: poſteriores huius reipublicę ſtatus ignari, ac in pręſenti tantùm educati, non modò non indignè eam ferebant, cui adſueti nimirum eſſent, ſed gratam etiam habebant, quam uidelicet meliorem ac tutiorem ea uidebãt, de qua auditu accepiſſent. Hęc etſi ita ſuperſtite adhuc Auguſto pro certis haberent, tamen

certius

certius adhuc poſt eius exceſſum cognouere. Nam omnes mortales non tam rebus ſecundis ſuam felicitatem ſentiũt, quàm malis conflictati eam deſiderant. Quod idem de Auguſto euenit, quem deinde Tiberium haud ipſius ſimilem experti, requirebant. Poterat iam tum unuſquiſque prudens mutationē pręſentis ſtatus cōiectari. Etenim Pompeius Conſul cum Augu ſti corpus apportantibus obuiam ex urbe contenderet, offenſo crure cum eo in urbem geſtatus fuit: bubo iterū prima ea die, qua Senatus à morte Au guſti habitus fuit, Curiæ inſidens, feralem cantum multum ediderat. Tanta profectò fuit inter Auguſtum & Tiberium diſsimilitudo, ut ſuſpicio quoſdam tenuerit, conſultò Tiberium ab Auguſto, ſatis eum qualis eſſet cogno ſcente, ſucceſſorem ordinatum, quò magis ipſius gloria floreret. Verùm hi rumores ſeriùs in uulgus dari ceperunt. Tum uerò immortalitatem ei tribuerunt, flaminesq́;, & ſacerdotem Liuiam (quæ tunc Iuliæ etiam, Auguſtæq́; cognomenta acceperat) conſtituerunt, lictoreq́; uti eam in ſacrificijs permiſerunt. Cæterùm Liuia Numerio cuidam Attico, Senatori & Prætorio, decies ſeſtertiûm dono dedit, quòd iurauerat uidiſſe ſe Auguſtū in cœlum adſcendentem, quemadmodum antiquitùs Romulum Proculus uidiſſe perhibetur. Decretum quoque Romæ Auguſto ſacrariũ à Senatu, à Liuia autem & Tiberio factum: alibi quoq́; multis locis ei fana extructa ſunt à populis partim uolentibus, partim inuitis, Nolæq́; domus in qua deceſsiſſet, in templum mutata. Dum eius Romæ templum ædificabatur, auream ipſius imaginē in æde Martis lecto impoſitam collocauerunt, omniq́; eam cultu, qua in poſterum eſſent uſuri, uenerati ſunt. Decretum porrò eſt, ne qua eius imago ullo in funere ferret, ut natalicijs eius ludis Conſules, quēadmodum Martis fieri ſolitum, præmia certaminum proponerent, Auguſtalia Tribuniplebis, tanquam ſacri celebrarent, ijq́; omnia reliqua eo quo conſueuerant fieri more peregerunt, ueſte triumphali ludis Circenſibus uſi, currum tamen non conſcenderunt. Præter hæc in Palatio Liuia peculiares ludos in honorem Auguſti fecit, qui ipſi quoque ſecundo loco ab Imperatoribus ipſis exhibentur. Hęc ergo ſunt, quæ in honorem Auguſti, uerbo quidem Senatus, re ipſa Tiberius ac Liuia ſtatuerunt. Alijs enim alia ſtatuentibus, placuit hæc in libellos inſcripta Tiberio offerre, ut eligeret quæ uellet. Liuiæ porrò nomen addidi, quòd ipſa etiam, quaſi Imperatrix, rebus ſeſe ingeſsit. Eo tempore plebs tumultuata eſt, cum Auguſtalibus quidam hiſtrio nollet pro conſtituta mercede in theatrum intrare: nec finis antè turbarum fuit, quàm ea ipſa die tribuniplebis coacto Senatu, precibus impetrarunt ut liceret ſibi maiores aliquanto quàm legibus permitteretur, ſumptus facere. Hæc Auguſti tempore euenerunt.

Homines ſuã felicitatem nõ agnoſcunt, niſi amiſſam.

Omina.

Cur Auguſtus Tiberium ſibi ſuffecerit.

Auguſto diuini honores tribuuntur.

Liuia Iulia Auguſta.

Numerius Atticus Proculũ imitatur.

Plebs ob hiſtrionē tumultuatur.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De Tiberio.

Vt Cappadocia à Romanis gubernari ceperit.

De morte Germanici, & Druſi Cæſ.

Vndecim hæc annis geſta ſunt, Conſulibus.

An.V.C. 768. *Druſo Cæſare Ti.F.*
C.Norbano C.F.Flacco.
769. *T.Statilio T.F.Siſenna Tauro.*
L.Scribonio L.F.Libone.
770. *G.Cæcilio C.F.Rufo.* Coelio
L.Pomponiano L.F.Flacco.
771. *Ti.Cæſare, Auguſti F.III.*
Germanico Cæſare, Ti.F.II.
772. *M.Iunio M.F.Silano.*
L.Norbano C.F.Flacco: uel Balbo.
773. *M.Valerio M.F.Meſſala.*
M.Aurelio M.F.Cotta.
774. *Ti.Cæſare Auguſti F.IIII.*
Druſo Iulio Ti.F.II.
775. *D.Haterio Q.F. Agrippa.*
C.Sulpicio Galba.
776. *C.Aſinio C.F.Pollione.*
C.Antiſtio C.F.Iuſto.
777. *Ser.Cornel.Ser.F.Cethego.*
Viſellio L.F.Varrone.
778. *M.Aſinio M.F.Agrippa.*
Coſſo Cornelio Coſſi F.Lentulo.

Tiberij ingenium ſubdolũ, & ſimulata omnia, ac diſsimulata.

TIBERIVS patricio natus fuit genere, liberaliterq́ꝫ educatus, ingenij peculiaris. Nam neqꝫ præ ſe ferebat quæ cuperet, & ſermone ab animi ſui ſentẽtia diuerſiſsimo utebatur, negando quæcunqꝫ deſideraret, annuendo ijs quæ odio haberet, iratum ſe cùm minimè ſuccenſeret, æquo animo eſſe cùm maximè indignaretur, ſimulabat: nimirũ quos ſupplicio afficeret, ijs miſericordiam oſtentabat, infenſum ſe ijs quos uenia proſequeretur exhibebat, inimiciſsimos ferè uultu quàm maximè beneuolo, amiciſsimos ſummè abalienato intuebatur: denique principis animum nemini cognitum eſſe debere cenſebat, dicere ſolitus eum intellectum multorum ac magnorum cauſam eſſe malorũ, contrà diſsimulato, plura ac maiora commoda parari. Ac ſi quidem hæc tantum in Tiberio fuiſſent, nemo certè eorum, qui cum ipſo rem haberent. cauere ſibi ab eo potuiſſet, cum omnia cõtrario atqꝫ is ſentiret modo accipientes, ea quæ is nolebat, uelle, & nõ cupere ipſum quæ maximè appetebat, iudicarent: nunc autem adeò commouebatur animo, ſi quis eius ſententiam aſſecutus depræhenderetur, ut multos haud aliam ullam ob rem necauerit: ut iam periculoſum eſſet non intelligere qui ipſius eſſet animus, (etenim multi dictis eius, nõ uoluntati aſſenſi, infortunium inuenerant) periculoſius etiam intelligere, hi enim quaſi inſtitutum eius exploraſſent, idq́ꝫ odio haberent ſuſpectabantur. Itaqꝫ is ſolummodò (quod rariſsimè fit) tutus fermè erat, qui neqꝫ ignoraret ingenium eius, neqꝫ argueret, is enim neqꝫ credendo decipiebatur, neqꝫ in odiũ eius oſtendendo ſe uoluntatem eius ſentire incurrebat. Erat quippe maximæ difficultatis dictis eius uel refragari, uel adſtipulari, cum ipſe aliud fieri uellet, aliud iuberet, eſſentq́ꝫ utrobiqꝫ qui ab eo diſcreparent, quorum his ueritatis, illis opinionis cauſa iraſceretur, His itaqꝫ artibus inſtructus Tiberius, ſtatim ad

exercitus

xercitus & prouincias Nola tanquam Imperator literas dedit, Imperatorē quidem ſe non appellans, nam id nomen cum alijs ſibi decretū, non adſumpſerat: ut neq; cognomentum Auguſti, cuius hæreditatem ceperat. Iam uerò ſtipatores circum ſe habens, auxiliū à Senatu petijt, ne quam uim in corpore Auguſti humando pateretur, ſcilicet ueritus, ne qui id raptum in foro, ut Iulij pridem Cęſaris, cremarent: ibi cum quidam hanc eius petitionem facerè notans, ſententiam tuliſſet, ut ei præſidium, quo nimirum careret, adderetur, intellecta ſanna, non ſuos, ſed Reipublicæ milites etiam eſſe reſpondit. Porrò autem cum pro imperio omnia ageret, negauit eo opus ſibi eſſe, primumq́; totum id partim propter ætatem, (annos iam LVI. natus) uiſusq́; imbecillitatē (quippe in tenebris plurimùm, minimùm interdiu uidebat) uerbis recuſauit: pòſt ſocios imperij ac collegas petijt: nō quidem cum quibus omnia regeret, quod fit ubi rerum poteſtas in manus paucorum deuenit, ſed diuiſo imperio in tres partes, unā ſibi ſumere uolebat, reliquas alijs relinquebat. Cæterùm partes iſtæ, prima Romam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia ſubditos. Hanc ſententiam cum uehementer urgeret, nihilominus tamen reliqui contradicebant, ſoliq́; omnia deferebant: at Aſinius Gallus, qui paternam ſemper in dicendo libertatem plus etiam quàm ſibi expediret uſurpabat: Elige, inquit, quam uelis partem. Ad ea Tiberius: Quî nam fieri poſsit, ut idem & diuideret eandem rem, & partem ſibi eius eligeret? Ibi Gallus ſentiēs quò mali deueniſſet, demulcere eum uerbis cupiens, non eò id à ſe quæſitum fuiſſe, dixit, quò tertiam aliquam partē Tiberius haberet, ſed ut oſtenderet, Rempublicā diuidi non poſſe. Non tamen leniuit hominē, quin multa ac grauia ab eo perpeſſus, tandem iugularetur, iampridem inuiſus, quòd priorem eius coniugem in matrimonium duxiſſet, Druſumq́; filij inſtar haberet. Neq; natura tantùm ſua, ac uoluntate hæc Tiberius egit, ſed quòd legiones etiam Pannonicas Germanicasq́; ſuſpectas haberet, Germanicumq́; ijs charum, qui tum Germaniæ præerat, metueret: nam Italicas quidē iuramento ab Auguſto demonſtrato ſibi maturè obſtrinxerat. Illas uerò metuens, in utranque partem cunctabatur, ut ſi quid illæ turbantes præualerent, priuatim uicturus utique incolumis eſſet: quam ob rem ſæpenumerò morbum ſimulauit, ac ſe domi cōtinuit, ne quid expreſſe agere aut dicere opus haberet. Sanè accepi eum, quia Liuia inuito Auguſto ipſi Imperium paraſſe ferebatur, hæc ita finxiſſe, ne à Liuia (cui erat admodùm infenſus) ſed à Senatu, coactus etiam quia omnibus uirtute anteiret, id accepiſſe uideretur. id quoq; traditum, quòd hominum animos à ſe alienos uideret, cunctatum tempus traxiſſe, ut cum ſpem feciſſet ultrò ſe imperio ceſſurum, à nouis rebus alios detineret, donec eo ipſe prorſus eſſet potitus. Verùm ego hæc nō tam in cauſa fuiſſe puto, cur hac ratione uteretur, quàm ipſius animi ſtudium, motumq́; exercitus. Etenim Agrippam ſtatim à Nola miſſo percuſſore necauit, iniuſſuq́; ſuo eam cædem patratam dicens, minatus etiam ei qui feciſſet, nō tamen ultus eſt, ſed ſermonibus hominum uarijs locum dedit: alijs eum ab Auguſto ſub mortem interfectū, alijs, ſuopte conſilio Centurionem, cuius cuſtodiæ mandatus fuerat, nouas res agitanti necem attuliſſe, alijs, Liuiæ, non Tiberij mandato cæſum comminiſcentibus. At Germanicum uehementer metuebat. In Pannonia quidem etiam militum tumultus coortus fuerat. Hi ſimul atq; de obitu Auguſti cognouére, in unum oppidum cōuenere: eoq́; potiti, multa ſeditioſe egerunt: ac inter alia præfectū quoq; ſibi Iunium Blæſum trucidare intendére, ſeruos

Tiberius ut initio Imperij ſe geſſerit.

Tiberius Imperium annos habens 56. & cæcutiēs occepit.

Diuiſio Imperij R.

Aſinij Galli in Tiberium libertas.

Aſinius Gallus Tiberij priorē uxorem duxit.

Germanicum Tiberius metuit.

Tiberius Agrippam Poſthumum necari iubet.

Seditio militū in Pannonia.

Iunius Blæſus.

ſeruos eius compræhenſos cruciauere: ſumma fuit, ut miſsionem militiæ à ſedecim annis, ſtipendijq́ in ſingulos dies denarium, præmia ſtatim in ipſis caſtris perſolui ſibi poſcerent, minantes, niſi impetraſſent, ſolicitata ad defe ctionem prouincia, Romam petituros. Aegrè eis à Blæſo perſuaſum eſt, ut legatos pro ſe ad Tiberium mitterent, quia ſpem conceperant in mutatione Imperij ſe aut illum territuros, aut alij ſummam rerum in manus daturos.

Druſus ut ſeditionem placauerit. Inde Druſo cum Prætorijs militibus ad eos profecto, quia is nihil ipſis con firmaret, rurſus tumultu cōcitato, quoſdā qui cum eo erant, cōſauciauerūt, ipſum ea nocte ne effugere poſſet, armati circumſederunt. Cæterùm deli- *Lunæ defectus.* quio Lunæ animis cōſternati, ui omiſſa, alios ad Tiberium legatos miſere. Interim tempeſtate ingenti coorta, eiusq́ cauſa ſingulis in ſua hyberna redeuntibus, ferociſsimus quiſq́ à Druſo tanquā alius rei cauſa accitus, in tabernaculo eius ab his quos ſecum Druſus adduxerat necati ſunt: reliqui ita pacati, ut ſeditionis autores quoſdā ad ſupplíciū tradiderint. Hic finis Pan- *Militū in Germania ſeditio.* nonicæ ſeditionis. At in Germania milites, quotū ad id bellum eò ingens copia miſſa fuerat, cum Germanicum & ipſum quoq́ Cæſarem eſſe, & longè Tiberio præſtantiorem uiderent, nihil moderatè egerūt, ſed eadem ob- *Germanicus ut Imperium oblatum reſpuerit, & ſeditionem compoſuerit.* tendentes, traducto Tiberio, Germanico nomen Imperatoris obtulerunt: cumq́ is multis uerbis habitis nō potuiſſet eos ſedare, ac tandem gladium quaſi manus ſibi ipſi illaturus ſtrinxiſſet, lugubrem clamorem ſuſtulerūt, ac quidam ipſorū ſuo porrecto gladio, Hunc ergo, inquit, accipe, acutior tuo eſt: ita Germanicus quò res res rediſſet uidens, ſeipſum interficere non auſus eſt, quia præſertim finem ſeditioni nihilo magis futurum metueret, literis tamen compoſitis, quaſi Tiberius eas miſiſſet, doni quod Auguſtus eis legaſſet, duplum exoluit quaſi Tiberij iuſſu, & ueteranos dimiſit, quorum maxima pars ex urbana multitudine cōſtabat, quam Auguſtus poſt Varianam cladem conſcripſerat. Ad hunc modum ea tunc ſeditio reſedit. Poſtea uerò quàm à Tiberio miſsi legati Senatores aduenerunt (quibus clàm Tiberius ea modò quæ uellet Germanicum ſcire, dixerat, quòd ſatis compertum habebat eos Germanico omnia ipſius cōſilia indicaturos, ideoq́ præter iſta, quaſi nihil aliud mente agitaret, neque ipſos, neque Germanicum quicquam ſcrutari uolebat) milites intellecta arte, qua uſus fuerat Germanicus, exiſtimātesq́ ideo legatos miſſos, ut eius acta reſcinderēt, ita rurſum tumultuati ſunt, ut parum à cæde legatorū abfuerint: Germanicoq́ inſtan- *Agrippina Germanici uxor.* tes, uxorem eius Agrippinā, Agrippæ & Iuliæ Auguſti F. ac filium Caium (cui Caligulę cognomen dederant, quòd plerunque in exercitu educatus, *C. Caligula.* militari pro urbico pedum tegmine uteretur) emiſſos aliquò ab ipſo comprehenderūt, Agrippinaq́, quæ tum uterum ferebat, ei precāti reddita, Caium detinuerunt. Poſt aliquantum temporis cum nihil conſequerentur, ultrò finem turbarum fecerunt: adeoq́ immutati ſunt, ut ſponte ſua turbulentiſsimū quenq́ corripuerint, ac alios ipſi necauerint, alios in medium productos, ut maiori parti placuiſſet uel interfecerint, uel dimiſerint. Germanicus ueritus ne denuò turbarēt, in hoſtium terram duxit, ibiq́ & negocium eis, & uictum abundantem ex alienis bonis exhibuit. Poterat, ſiquidem uoluiſſet, is uir imperio potiri, adeò omnis Romanorum ſubditorumq́ beneuolētia in eum inclinabat. Eius rei cauſa Tiberius ipſum laudauit, multasq́ *Tiberio Germanicus ſuſpectus.* ad eum & Agrippinā amicè ſcripſit literas: at uerò actionibus eius nequaquam delectatus fuit, magis iam eum metuens, ut qui militum animos ſibi deuinciret. Vt enim ſibi ipſe cōſcius erat aliter ſe agere atq́ ſentire, ita Germanico

manico quoq; diuerſum ab his quæ egiſſet conſilium ſubeſſe ſuſpicabatur. Neque minus Agrippinam ſuſpectam habebat, mulierem eam, cuius ſpiritus generis excellentiæ reſponderent. Enimuerò omninò diſsimulans omnem in eos ſimultatem, laudato in Senatu multis uerbis Germanico, ſacrificia propter eius acta, ut Druſi etiam fieri, iuſsit: militibus in Pannonia tantundem, quãtum is Germanicis dederat, donauit: in poſterùm autem non niſi uigintiannis militaſſent, miſsionem ijs qui extra Italiam merebant, conceſsit. Poſtquam nulli iam motus annunciabantur, omnis tutò res Romana in pricipatum ipſius conſentiebat, ita demum miſſa diſsimulatione imperium occepit, idq; ad hunc modum, quandiu uixit Germanicus, adminiſtrauit. Suo arbitrio nihil aut perpauca agebat: de rebus etiam minutiſsimis ad Senatum referebat, poſito in foro tribunali, in quo ſedens ius diceret, ſemper conſiliarios Auguſti exemplo habebat, neque tamen niſi communicata prius re etiam cum cæteris, quicquam ſerium peragebat: propoſita ſua in medium ſententia, non tantùm omnibus contrà dicere liberum relinquebat, ſed ferebat etiam aliquando contraria ſuæ ſententiæ decreta fieri: nam ipſe quoque ſæpenumerò ſuffragium dicebat. Etenim Druſus itidem ut reliqui modò primus, modò poſt alios ſententiam ferebat: & Tiberius aliquando ſilentium tenebat: aliquando primus, aut alijs poſterior, uel ultimus etiam omnium, quædam apertè pronunciabat. plerunq;, ne uideretur libertatem alijs adimere, dicere ſolebat, ſe ſi ſententiam laturus fuiſſet, hoc uel illo modo dicturum fuiſſe: id etſi eandem cum altero uim habebat, nihil tamen impediebat, quo minus reliqui etiam quid ipſis placeret exponerent: quin ſæpius diuerſum ab ipſius ſententia poſteriores probauerunt, ac ſæpenumerò nihil cuiquam ſuccenſente ipſo obtinuerunt. Ius quo dixi modo dabat: magiſtratuum quoque iudicia uel uocatus ab ijs uel ultrò accedebat, eos ſuo quenque loco ſedere ſinens, ipſe in ſubſellijs è regione poſitis conſidens, quid ipſe ſentiret primo loco dicebat. Eodem modo in alijs quoque ſe rebus gerebat. Nam neq; dominum ſe à libero homine, nec Imperatorem, niſi à militibus, uocari patiebatur, Patris patriæ nomen planè recuſabat: Auguſti nomen non quidem uſurpabat (neque enim id ſibi unquam decerni conceſsit) audiens tamen, aut ſcriptum legens ferebat, idq; etiam quoties ad regem aliquem literas daret, adſcribebat. Omnino autem Cæſaris, & quandoq; propter res à Germanico geſtas, Germanici, Principisq; Senatus more antiquo nomen ſibi tribuebat, ſæpius dicens, dominum ſe ſeruorum, Imperatorem militum, principem cæterorum eſſe: & quoties caſus ita tuliſſet, precari ſolitus eſt tantùm ſibi uitæ & imperij tempus, quantum Reipublicæ cõduceret. Adeò popularis erat in omni re, ut neque præter conſuetudinem quicquam fieri natali ſuo, neque per ſuam fortunam iurare cuiquam permiſerit: neque ſi quis eam iuraſſet, ac periurij reus ageretur, id proſecutus eſt. Vtq; omnia in unũ caput cõtraham, quod de Auguſto in hunc uſq; diem ſemper Cal. Ianuarij, ac de omnib. qui poſt eum fuerũt alicuius precij Imperatores fieri cõſueuit, ut acta eorum, & quę acturi ſint hi qui adhuc in uiuis ſunt, omnia iuramento populi approbent, id quoq; initio de ſe fieri Tiberius nõ permiſit, quamuis in Auguſti acta & ipſe iurauerit, & ſacramento reliquos adegerit. Quod ut manifeſtius redderęt, ipſis Calẽdis in ſuburbano exactis, ac neq; in Curia, neq; omnino in urbe uiſus ea die, deinde ingreſſus, priuatim fidem dedit. Fuit & alia cauſa, cur ijs Calendis extra urbẽ eſſet, nempe ne hominib. anni auſpicio & feſto die

Tiberius quàm ſe moderatum geſſerit initio, & uiuẽte Germanico.

Nomina, quib. Tiberius utebatur.

Calendæ Ianuariæ.

occupatis

occupatis negociũ præberet, ne'ue ſtrenas ab ijs acciperet, quod Auguſtũ
feciſſe improbabat: quia ea res multæ moleſtiæ, multiqꝫ in rependẽdo ſum-
ptus eſſet. Prætereà eo tempore neqꝫ templum ullum ſibi proprium extruſ,
neqꝫ ſe in alio ullo coli paſſus eſt, edicto etiam palàm, ne quis priuatus, ne-
ue urbs ulla ſtatuam ipſi poneret, iniuſſu ſuo: ſed addiderat, nunquam ſe id
Impietas in Imperatores. conceſſurum. Iniurias aliorum, impietatem'ue in ſe (iam enim impietatis
nomen id generis peccatis tribuebatur, multiſqꝫ ob eam dies dicebatur)
penitus diſsimulabat, neqꝫ ullam accuſationẽ huiuſmodi propter ſe factam
admittebat, quanuis ea in re honori Auguſti ſtuderet. Initiò quidem nemi-
nem Auguſti cauſa in iudicium tractum puniuit: multoſqꝫ accuſatos quòd
per ipſius fortunã peieraſſent, abſoluit, quanuis poſterioribus temporibus
multos morte affecerit. Ad hæc Auguſtum eo etiam coluit, quòd ædificia
ab eo inchoata necdum abſoluta, perfecit, Auguſtiqꝫ nomen ijs inſcripſit:
ſtatuas & fana ei à populis aut priuatis facta partim ipſe dedicauit, partim
ſacranda Pontificibus iniunxit. Quem inſcribendi morem non in Auguſti
tantum operibus, ſed & in alijs obſeruauit, quæ refectione indigebant: quæ
cum omnia inſtauraſſet (nihil enim de nouo ædificauit, præter Auguſti tẽ-
plum) nullum eorum ſuo, omnia eorum qui primùm ea extruxiſſent nomi
ne inſcripſit. Minimos uerò ſumptus pro ſe, plurimos pro Republica facie-
bat, omnia propemodùm publica opera aut reficiendo, aut exornãdo: mul
ta quoqꝫ ciuitatibus et priuatis hominibus ſuppeditabat. Senatores multos
ad egeſtatem redactos, ac ob id eo ordine cedere uolentes, locupletauit, nõ
tamen niſi adhibito examine: multis Senatu propter luxuriam aut pauper-
tatem cuius rationem edere probabilem nullam poſſent motis. Si quid ali-
cui largiebatur, id confeſtim numerari ſe inſpiciente iubebat, magna adhibi
ta cura ne idem ſibi quod Auguſto eueniret, cuius munerũ permagnam par
tem diſpenſatores detrahere conſueuerant. Hæc omnia non aliunde quàm
ex conſtitutis reditibus inſumebantur: nam eo quidem tempore neminem
pecuniæ cauſa necauit, aut bona cuiuſquam publicauit, neqꝫ prouinciam ul
Aemilius Rectus quòd prouinciam compilaſſet à Tib. obiurgatus. lam expilauit. Certè Aemilio Recto, cum is pecuniæ maiorem conſtituta
ſummam ex Aegypto (nam ei præerat) miſiſſet, reſcripſit, ſe tonderi ſuas
oues, non ad uiuum uſqꝫ radi uelle. Præbebat ſe etiam ad congreſſus & allo
quia benignum: inde Senatores ſimul omnes ſe ſalutare iuſsit, ne certando
de priore aditu ſe inuicem truderent. Deniqꝫ tanta utebatur clementia, ut
Rhodiorum error. cum aliquando Rhodiorum magiſtratus data ad eum epiſtola, non ſubſcri-
pſiſſent illud conſuetum, quòd uota ipſi facerẽt, celeriter eos excitos, quaſi
malè mulctaturus, cum id quòd deerat adieciſſent, indẽnes dimiſerit. Qua-
ſi in populari Reipublicæ ſi uiueret imperio, ita magiſtratus quouis tempo
re honorabat, etiam Conſulibus aſſurgens: cumqꝫ eos conuiuio acciperet,
ingredientes apud ianuam excipiebat, abeuntes proſequebatur. Si quan-
do curru ueheretur, comitari ſe non modò patricium, ſed ne primariorum
quidem equitũ ullum ſinebat. Cum feſti dies eſſent, aut aliquid ſimile, quo
multitudo occupata eſſet futura, ueſperi ueniens ad Cæſarianorum quen-
quam qui eo loci, ubi conuentus populi eſſet futurus, habitaret, noctem ibi
exegit, ut expeditiſsimè & quàm minimo labore homines ipſum accedere
poſſent: ſæpenumerò etiam equeſtres ludos de liberti domo ſpectauit. Fre
quenter enim ad ſpectacula ueniebat, in honorem eorum qui hæc edebãt,
utqꝫ multitudinem ornaret, ac unà ea celebrare uideretur, ipſe exhibendis
Aequalitas. eis neque per ſe, neque cum alijs gloriam captans. Adeò æqualitati in om-
nibus

nſibus rebus ſtudebat, ut cum populus hiſtrionem quendam manumitti cuperet, non prius adſenſus ſit, quàm domini precium eius accipientis uoluntate id fieret. Amicis perinde ac priuatus aderat, eos & in iudicijs defendebat, & rem ſacram unà faciebat, ægrotantesq; nullo ſecum adducto præſidio inuiſebat, etiam in funere cuiuſdam funebrem orationem habuit. Matrem quoq; adhortabatur ad hæc eadem agenda, quantũ eius decorũ pateretur, partim ut ipſum imitaretur, partim ne immodico faſtu ſeſe ea efferret: quippe quæ ſuperbia omnes priores fœminas longo interuallo poſt ſe reliquerat, quæ Senatum ac de populo qui uellent domum ad ſe ſalutandã uenire admittebat, idq; ipſum in publicos cõmentarios referri curaret. Quinetiam epiſtolis Tiberij nomen matris aliquandiu adſcriptum fuit, literæq; ad Tiberium datæ, Liuiæ etiam inſcribebantur: ac niſi quòd in conciliũ, ad exercitum, inq; conciones uenire non fuit auſa, cætera omnia quaſi ipſa imperium teneret, agere audebat: etenim Auguſto incolumi plurimũ potuerat, ipſaq; ſe Tiberio Imperium dediſſe ferebat: ideoq; nõ æquata modò poteſtate cum eo regere, ſed priores ipſo gerere uolebat. Hinc multa extra cõſuetudinem populi Rom. introducta, inuentiq; haud pauci, qui matrẽ eam patriæ ac genitricem appellandam cenſerent: alij Tiberio ab ipſa nomẽ habendum, nimirũ à matre uocatum, ut Græci à patre. quæ indignè ferens Tiberius, & decretos illi, exceptis minimis, honores improbauit, neque inſolens quicquam agere permiſit. Statuam quandam Auguſto Liuia dedicare, ac propterea Patricios & equites cum eorum uxoribus cõuiuio accipere ſtatuerat. Tiberius neque dedicationem ei niſi Senatuſconſulto conceſſam permiſit: & uiris ipſe epulum, illa tantùm mulieribus eo iubente præbuit. Poſtremò ab omnibus actionibus publicis ei remotæ, rei familiaris curationem mandauit, qua ipſa cum moleſta ipſi eſſet, peregrinationes inſtituit, omniq; modo ſe illi ſubtraxit: neque minima Capreas ſecedendi cauſa mater ipſi fuit. Hæc de Liuia traduntur. Cæterùm Tiberius cum ſeuerum ſe ijs quibus aliquod crimẽ obijceretur præberet, Druſum quoq; filium ſuum hominem impuriſsimum, & extremæ ſæuiciæ, (nam gladijs quoq; acutiſsimis ab eo nomen inditum, ut Druſiani uocarentur) & odio habuit, & priuatim publiceq; ſæpenumerò obiurgauit: idq; aliquando multis præſentibus ei dixit, non illum ſe uiuo quicquam per uim aut libidinem perpetraturum: ſin conatus fuiſſet, effecturum ſe, ut ne ſe defuncto quidem. Nimirum aliquandiu moderatiſsimè Tiberius uixit, ac ne reliquos etiam libidinibus obſequi paſſus eſt, multis ob id ſupplicio coercitis. idemq; cũ Senatus pœnam ijs qui luxuriarentur conſtituere uellet, improbauit: eo addito, præſtare ſingulos certa ratione caſtigari, quàm commune omnibus ſupplicium irrogari. ſic enim in præſentia quoſdam metu dedecoris ſibi temperaturos, ne uitia eorum palàm fierent: ubi uerò ſemel legem natura uiciſſet, nemini eam curæ futuram. Geſtabant eo tempore permulti uiri etiam ueſtem purpuream, quanquam uetitum id eſſet iam pridem: id neque reprehendit in quoquam Tiberius, neque mulctauit: tantùm ludis cum plueret, pulla ipſe penula indutus effecit, ne quis etiã alius ueſtẽ inconceſſam uſurparet. Hæc ita ab eo acta ſunt, quandiu in uiuis manſit Germanicus: eo autem defuncto plurimùm immutatus eſt, ſiue quòd eum animum ab initio gerens, qualem poſtea oſtendit, ita ſe cõpoſuerit dum Germanicus uita frueretur, quem principatui imminentem ante oculos habebat, ſiue quòd aduerſario ſublato ab egregia natura in uitia curſum deflexerit. Proinde autem quæ uno-

Liuiæ faſtus.

Druſi malicia, & Tiberij in eum ſeueritas.

Mutatio Tiberij in peius.

An.V.C.768. quoque tempore memoratu digna euenerint, exponam. Druſo Tiberij F.
C. Norbano Conſulibus, legatum populo ab Auguſto perſoluit, ob huiuſ-
Intempeſtiua modi factum. Cum funus quoddam per forum efferretur, acceſsit quidam,
libertas. & mortuo in aurem quidã inſuſurrauit: interrogatusq́ ab his qui uiderant,
quid nam dixiſſet, indicare eum Auguſto iuſsiſſe reſpondit, nihil dum eius
nomine quenquam accepiſſe: hunc, quo ipſe eum nuncium perferret (id e-
nim illudens dicebat) ſtatim interfecit Tiberius, cæteris mox ſatisfecit, uiri
tim diuiſis ſeptuagenis quinis denarijs. Quidam hoc priore anno actũ affir
mant. Cum duo quidam equites gladiatorio ſpectaculo, quod Druſus ſuo
& Germanici nomine dabat, cõgredi uellent, ipſe pugnam non inſpexit: al
tero cæſo, alterum dimicare præterea uetuit. Aliæ item pugnæ ludis eque-
ſtribus in honorem natalis Auguſti factis editæ, nonnullę feræ occiſæ ſunt,
idq́ per multos annos ita factum. Cretæ præfecto defuncto uita, Quæſto-
ri & legato inſula in reliquũ tempus mandata. Cum multi, quibus ſorte pro
uinciæ obtigiſſent, diu Romæ & in Italia commorarentur, ita ut eorum an-
teceſſores diutius quàm conueniebat in prouincia manerent, ante Calen-
das Iunias illos diſcedere in prouincias iuſsit. Nepote eius, quem ex Dru-
ſo habebat, mortuo, nihil conſuetorũ agere intermiſit, principi curam Rei-
publicæ propter priuatum infortunium relinquendam non putans, reli-
quosq́ hortans, ne mortuorum cauſa uiuentium quoque officia deſere-
Tiberis curato rent. Cum Tiberis multas urbis partes corripuiſſet, adeò ut nauigaretur in
res inſtituti. urbe, hoc quoq́ in prodigium ab alijs tractum eſt, ut cætera quæ tum acci-
derunt, magni terræ motus, quibus pars quoq́ muri corruit, multa fulmina,
Fulminis natu- quibus uinum etiam uaſis illæſis abſumptum eſt: ipſe uerò exiſtimans ex a-
ra. bundantia hoc aquarum fieri, mandauit, ut quouis tempore quinq́ Senato
res, quos ſors ei officio deſtinaſſet, curarent ne uel æſtate deficeret, uel hye-
me abundaret Tiberis, ſed quàm maximè æqualis ſemper flueret. At Dru-
ſus quæ Conſulatus ei cum collega erant communia munera, priuati inſtar
obiuit, hæresq́ à quodã dictus, unus ex funus eius efferentibus fuit. Ira tam
Druſi uitia. graui erat, ut uerbera etiam illuſtri cuidã equiti inflixerit, indeq́ ſit Caſtor
Caſtor. cognominatus: adeò in temulentiam effuſus, ut cum noctu cum ſtipatori-
bus ſuis cogeretur, aquam eis poſcentibus, calidam infundi iuſ rit: in tan-
tum deditus hiſtrionibus, ut eos ad tumultuandum, legesq́ T erij de eis
An. V.C.769. latas detrectandum concitauerit. Siſenna Statilio Tauro, L. Libone Conſu
Lex ueſtiaria. libus, Tiberius edixit, ne quis uir ſerica ueſte uteretur, ne quis aurea uaſa ni-
ſi ad rem ſacram haberet: dubitantibus nõnullis an argenteis etiam, quę au-
reis emblematis cælata eſſent, interdixiſſet, facturus etiam hac de re edictũ,
Tiberius Lati- emblematum uocabulum in eo poni, quia Græcum eſſet, prohibuit, quan-
næ linguæ ſtu- quam Latinum, quo id interpretaretur, nullum eſſet. Idem Centurionem in
dioſus. iudicio teſtimonium Græcè dicturũ non tulit, quanuis eo ipſo in loco mul-
tas cauſas Græca lingua dictas ipſe audiuiſſet, multas ipſe interrogaſſet. ita-
L. Scribonij Li que haud cõſentaneum id eius factum. L. Sribonium Libonem patricium
bonis interi- adoleſcentem, tentatarum nouarum rerum inſimulatum, quandiu is firma
tus. fuit ualetudine, non uocauit in ius, at morbo lethali correptum, in lectica
operta, cuiuſmodi Senatorum uxoribus in uſu ſunt, in Senatum inſerri iuſ-
ſit: cumq́ is dilato iudicio ſibi ipſi conſcita morte damnationem præuertiſ-
ſet, etiam defunctum reum peregit, eius pecuniam accuſatoribus dedit, ſup
Vibij Ruſi fa- plicationes non ſibi modò, ſed Auguſto etiam, & Iulio, ut olim ſtatutũ fue-
ſtus. rat, decerni fecit. At Vibio Ruſo initiò crimini datum ab eo non eſt, quòd
Cæſaris

Cæſaris ſellam eam haberet in qua is ſemper ſederat, in qua etiã occiſus fuit: id enim cõſultò Vibius faciebat, ac Ciceronis uxorem in matrimonio habebat: utroq; gloriabundus, aut orator ſcilicet propter coniugem, aut Cæſar propter ſellam futurus: quod adeò inculpatum tulit, ut Conſulatum etiam ſit adeptus. Porrò Tiberius etſi Thraſyllo adſiduè utebatur, ac ſingulis diebus uaticinia accipiebat, tamen re accuratè conſiderata, cum aliquando per ſomnum iuſſus eſſet cuidam argentum dare, hominem interemit, quòd intelligebat ſibi per magicam artem dæmonem immiſſum fuiſſe: reliquos omnes Aſtrologos, magos, aut quicunque alio quopiam modo diuinationes exercerent, exteros necauit: ciues qui etiamnũ neglecto priore edicto, quo prohibitum fuerat uſu harum artium omnibus qui in urbe eſſent, tractare huiuſmodi res deferrẽtur, extorres egit: qui uerò deſtitiſſent, impunitatem conſequebãtur. Quod niſi Tribunus plebis interceſsiſſet, etiã contrà quàm cenſuerat Tiberius, omnes ciues impunitatem tuliſſent: unde formæ præcipuè Reipublicæ popularis imago uideri potuit. nam ſententia Druſi & Tiberij adſtipulata ſententię Cn. Calpurnij Piſonis uicerat, ſed Tribunus plebis eis præualuit. Quia ij qui hoc anno Quęſtores fuêre, ad prouincias non ſufficiebant, emiſsi ſunt etiam in eas quidam ex prioris anni Quæſtoribus: id deinde etiam quoties uſus eſſet factum. Cum publicorum commentariorum quidam omnino perijſſent, quidam uetuſtate iam euanidi fierent, tribus Senatoribus negocium eos qui extarent deſcribendi, reliquosq; conquirendi mandatum eſt: incendio correptis quibuſdam non Tiberius modò, ſed Liuia etiam ſuccurrit. Eodem anno Clemens quidam ſeruus Agrippæ, nec abſimilis ei, Agrippam ſe eſſe finxit, in Galliamq; profectus, multos ibi, multos etiam in Italia ſibi adiunxit: deniq; Romam quoq;, ad aui ſui imperium recuperandum contendit. Itaq; tumultu proptereà in urbe coorto, multisq; ei accedentibus, ſapiẽter eum Tiberius per quoſdam, qui ipſi quoque eius ſe factionis ſocium ſimularent, in ſuam poteſtatem redegit: deinde cum quæſtioni eum ſubieciſſet, ut conſcios facinoris ederet, neque is quenquam nominaret, interrogauit, quo'nam modo Agrippa eſſet factus? eodem, inquit ille, quo tu Cæſar. Sequenti anno C. Cæcilius Rufus, L. Pomponius Flaccus Conſulum nomẽ geſſerunt. Tiberius ſtrenam à quibuſdam oblatam non accepit: eaq; de re edictum propoſuit, in eo uoce non Latina uſus. eius cum in mentem ipſi noctu ueniſſet, ut erat elegantiæ in loquendo perquam diligens, omnes qui Latinæ linguæ proprietatem ſtudioſe obſeruarent, ad ſe uocauit. Ibi Ateio Capitone dicente, tametſi nemo ante ipſum eo uocabulo uſus fuiſſet, nunc nihilominus in Tiberij gratiã inter antiqua referendũ: Marcellus quidam ſubdidit, hominibus Cæſarem ciuitatem Romanam dare poſſe, dictionibus non poſſe: eam eius immoderatam libertatem æquo animo Tiberius tulit. Cæterùm Cappadocię regem Archelaum, infenſus ei, quia cum olim ſibi is ſupplicaſſet, ſuoq; patrocinio uſus cum ab incolis apud Auguſtum accuſaretur fuiſſet, Rhodi ſe neglexiſſet, at Caium in Aſiam uenientem officioſe coluiſſet, inſimulatum quaſi nouis rebus ſtuderet, euocauit Romam, ac Senatus iudicio tradidit, hominem nõ ſenectute modò extrema, ſed podagra etiam confectum uehementi, ac delirare creditum: et quidem aliquando uerè mente alienatus fuerat, ita ut tutor regno eius ab Auguſto tum datus fuerit: tunc uerò ſatis ſanus, impotem ſe animi ſimulabat, ſaltem in hoc præſidium ſalutis quęrens. Neq; euitaſſet mortem, niſi quis mendax de ipſo teſtimonium tuliſſet: dixiſſe Archelaum, ubi do-

Ciceronis uxor.

In Mathematicos decretum.

Tribb. pl. poteſtas ſub Tiberio.

Publici commentarij iterũ exſcripti.

Clemẽs Agrippam ſe iactat, & ſeditionem molitur.

Tiberius ſcommate ictus.

A·V·C·77

De ſtrenis edictum.

Ateius Capito.

Marcelli in Tib. libertas.

Archelaus à Tiberio ad cauſam dicendam Romam uocatus.

mum rediiſſet, oſtenſurum ſe Tiberio, neruos ſibi eſſe: id riſum excitauit, ac Tiberium à neeādo eo retraxit, qui tum adeò malè affecto corpore erat, ut in lectica contecta in Curiam illatus fuerit, (cōceſſus enim erat uiris etiam harum uſus, ut qui per ualetudinem aliter non poſſent, eo modo in Senatū aduehérentur, idq; tum à Tiberio factum) proſpectansq; ex eo nonnulla

Archelai mors.
Cappadocia fit Romanorum prouincia.
Tiberij liberalitas.

diſſeruerit. Archelaus uerò tum euitato periculo, nihilominus paulo pòſt obiit, ac inde Cappadocia quoq; Romanorum iuris effecta, equitiq; regenda data. Vrbibus Aſiæ, terræ tremore concuſsis, Prætorius uir cum quinq; lictoribus præfectus, multa eis tributi pecunia remiſſa, multa à Tiberio donata: qui dum uirtutibus deditus fuit, alieni abſtinentiſsimus, ne hæreditates quidem à cognatis ſibi relictas adiit, in urbes & priuatos homines magnam uim pecuniæ impendit, neq; inde aut honorem aut laudem admiſit: nunquam ſolus legatis urbium aut prouinciarū reſponſum dedit, ſed multos, præcipuè qui earum aliquando præfecti fuiſſent, in cōſilium adhibuit.

Germanicus ad Oceanum uſq; progreditur.
Tib. menſem ſibi cognominem respuit.
An. V.C. 772.
Prodigium.

At Germanicus expeditione in Germanos proſpera, ad Oceanū uſq; proceſsit: barbariſq; ui deuictis, oſſa eorum qui cum Varo ceciderant lecta humauit, ſignaq; militaria recepit. Cum inſtaret Tiberio Senatus, ac menſem Nouembrem (nam XVI. Calend. Decembris natus fuit) cuperet ab eo Tiberium nominare: Quid, inquit, facietis, ſi tredecim Cæſaris fiant? Marco Iunio Silano, Lucio Norbano Conſulibus, ipſa prima anni die, prodigium haud exiguum euenit, quo ſcilicet Germanici caſus prædicebatur. Norbanus enim Conſul tuba canere ſedulus, ac multus in ea re, cum tum quoq; diluculo multis ad domum eius iam confluentibus eam inflaret, omnium animos perturbauit, quaſi ſignum belli Conſul incinuiſſet. Iani quoque ſtatua

Oraculum Sibyllinum.

corruit. Neq; parum mouit animos hominum oraculum quoddam pro Sibyllino habitum, nihil quidem ad iſthæc, ſed ad noſtra tempora pertinens, in hanc ſententiam:

Aſt ter tercentum reuolutis protinus annis
Roma inteſtina perdetur ſeditione,
Et furor exitium Sybariticus afferet urbi.

Germanici interitus.

Hoc carmen Tiberius ut falſum cauillatus, omnes libros uaticinos inſpexit, aliosq; probauit, alios reiecit. Germanici mors, ſummæ delectationi Tiberio ac Liuiæ fuit, ſummo omnibus aliis dolori. Fuit enim & corporis forma, & animi bonis, inſtitutioneq; iuxtà & robore, clementia & modeſtia præſtantiſsimus, neque egit quicquam uel ad Druſi ſpectans inuidiam, uel quod Tiberius culpare poſſet: ſanè ſępenumerò Imperium cum poſſet adipiſci, aſpernatus eſt.

Cn. Piſo.
Plancina.
Piſonis interitus.
Tiberius in deterius commutatus.
Crudelitas eius.

Obiit autem Antiocheæ Cn. Piſonis & Plancinæ fraude: etenim uiuo adhuc ipſo, in ea quam inhabitabat domo, oſſa hominū defoſſa, laminæq; plumbeæ diris imprecationibus cum nomine eius repertæ fuerant. Piſo ob necem Germanici ab ipſo Tiberio in Senatum uocatus, dilatione impetrata ſibi ipſi manus intulit. Enimuerò Tiberius, cum iam nemo eſſet qui principatui imminens uitam eius obſeruaret, cum antehac plurima egregiè feciſſet, tum in contraria omnia mutatus eſt. Imperauit crudeliter, uiolati numinis poſtulari iuſsit non modò qui cōtra Auguſtum, ſed iam etiam qui contra ipſum aut matrem quicquam egiſſent, locutiq; eſſent incommodius. Neque quæſtiones modò tum ſeruorum in capita dominorū habebantur, ſed li beri etiam ciuesq; tormentis ſubdebātur: accuſatores, & qui falſo teſtimonio reos preſsiſſent, facultates damnatorum ſortiebantur, augebanturq; inſuper magiſtratibus & honoribus. Multos etiam indaga-

ſo

to eorum natiuitatis die ac hora, indeq; mores & fortunam eorum ſcrutatus, ſi quid adeſſe excellens, aut quod imperium ſperare iuberet, depræhenderetur, protinus interficiebat. Adeò ſanè fatum uniuſcuiuſq; præſtantiſsimorum uirorum indagabat, ac certò cognoſcebat, ut Galbæ etiam, qui poſterioribus temporibus Imperator factus, tum fortè uxorem duxerat, obuiam factus dixerit, eum quoque aliquando Imperium guſtaturũ: abſtinuit autem eius cæde, quia hoc quoque in fatis Galbæ erat, ut quidem ego ſentio: ut ipſe Tiberius dicebat, quòd ſe iam defuncto, multo poſt tempore eſſet Imperio potiturus Galba.

Tiberius Aſtrologia abutitur in hominũ perniciem.

Galbæ Tiberius Imperium prædicit.

Ad hæc omnia adiutorem adminiſtrumq; habuit promptiſsimũ, L. Aelium Seij Strabonis filium, Seianum, qui puericiam ſuam M. Gabio Apicio proſtituerat: ei qui luxuria adeò omnes homines ſuperauit, ut cum aliquando inire rationem uellet, quantum iam prodegiſſet, quãtumq; reſtaret, cum ſupereſſe adhuc centies ſeſtertiûm reperiſſet, magno mœrore correptus, quaſi fame ſibi pereundum foret, mortem ſibi cõſciuerit. Hic Seianus aliquandiu cum patre ſuo Prætorijs cohortibus præfuit: poſtquam eo in Aegyptum miſſo, ſolus eas gubernauit, cùm alijs modis eas inſtituit, tum quia antè per centurias diuiſi, quemadmodum nocturni cuſtodes, alij alio in loco morabãtur, intra una omnes caſtra cõduxit, ut ſimul celeriter omnes mandata accipere poſſent, omnibusq; inde terrori eſſent. Igitur eum Tiberius propter morum ſimilitudinẽ adſumptum, Prætorijs honoribus (qui nemini antehac eius conditionis hominũ obtigerant) ornauit, conſiliarioq; & miniſtro in omnibus rebus uſus eſt.

L. Aelius Seianus adminiſter crudelitatis Tiberij.

M. Gabius Apicius luxurioſus.

Eius interitus.

Prætoriani milites in unum locum conducti.

Cum Tiberius in quarto ſuo Conſulatu Druſum II. Conſulẽ collegam haberet, ſtatim ex hoc ipſo homines Druſo perniciem uaticinati ſunt: neque enim ullus eius in Conſulatu collega niſi uiolenta morte obierat, exemplo Quintilij Vari, Cn. Piſonis, ipſiusq; Germanici, hoc nimirum fatum Tiberij uitæ obtigerat: ita Druſus quoq;, & Seianus poſtea, collegę eius, ad eundem modũ perierunt.

An. V.C. 774

Tiberij collegæ omnes mala morte perierunt.

Tiberio ab urbe abſente C. Lutorius Priſcus, eques, magni alioquin nominis poeta, qui in Germanici mortem inſigne carmen compoſuerat, ac magnam pro eo pecuniam acceperat, accuſatus eſt quòd per morbum Druſi carmen in mortem eius ſcripſiſſet, eiusq; rei cauſa à Senatu cõdemnatus obijt. Aegrè id Tiberio latum, non quòd is ſupplicio eſſet affectus, ſed quòd Senatus aliquem ſine ſua ſententia damnaſſet, ideoq; Senatuſconſultũ fieri iuſsit, ne quis à Senatu damnatus intra diem decimũ necareẽ, ne'ue ſentẽtia contra eum lata ante id tempus publicaretur: quo uidelicet abſens etiam de eorũ ſentẽtia cognoſcere, & iudiciũ ferre poſſet.

C. Lutorij Priſci caſus.

S.C. de differendis ſupplicijs.

Finito ſuo Conſulatu Romam redijt, Conſulesq; patrocinari aliquib. cupientes eo dicto uetuit, quòd ſe, ſi Conſul eſſet, id facturũ negabat. Cum Prætor quiſpiam impius in Tiberiũ facto aut uerbo fuiſſe accuſareẽ, & egreſſus Curia, ueſtem magiſtratui propriã depoſuiſſet, priuatumq; ſe accuſari iuſsiſſet, magno dolore Tiberius motus, in poſterũ eum miſſum fecit. Hiſtriones Tiberius Roma exturbauit, arteq; ea interdixit, quia & mulieres ignominia afficerent, & turbas darent. Cum multos alios poſt mortem ſtatuis & publico funere cohoneſtaſſet, Seiani etiam uiui ſtatuã æneam in theatro poſuit: inde multæ eiuſdem imagines à multis factæ, frequenter à Senatu ac populo laudatus, manè ad domum eius illuſtres uiri, ipſiq; Conſules adſiduè uentitare, cum eo & quæ priuatim à Tiberio quiſq; petiturus erat, & de quibus publicè acturi eſſent, communicare, in ſumma nihil horum ſine Seiano agi. Eodem tempore cum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinaſſet,

Conſulibus patrocinijs interdicitur.

Hiſtriones Roma pulſi.

Seiani ſtatuæ & autoritas.

Architecti in erigēda nutante porticu ſolertia.

mirum in modum erecta eſt. Architectus quidam (cuius ne nomen quidē notū eſt, quòd inuidens miri artificij Tiberius in libros id referri prohibuit) firmatis undiquaꝗ fundamentis eius, ne moueri poſſent, reliqua omnia uel leribus & centonibus circundedit, ac porticum laqueis ab omni parre alligatam, multorum hominum ac machinarum impulſu in priſtinum poſitum reſtituit: hoc & miratus eſt Tiberius, & inuidit, ideoꝗ pecunia hominem donatum urbe eiecit. Atque is rurſus ad principem accedens, ſupplexꝗ factus uitreum poculum conſultò abiecit, fractumꝗ manibus rurſum refecit, ſperans eo ſe ueniam impetraturum, uerùm necari ob id iuſſus eſt.

Vitrum ductile.

Druſus ueneno à Seiano necatus.

At filius Tiberij Druſus ueneno extinctus eſt. Nam Seianus potentia ac autoritate ſua exturgeſcēs, homo alioquin faſtuoſus, etiā Druſum aggreſſus iam erat, eiꝗ colaphum aliquando intenderat: inde Druſum iuxtà, ac Tiberium timens, ſimulꝗ exiſtimans ſi iuuenem ſuſtuliſſet, facilè ſe in ſua ſenem manu habiturum, uenenum Druſo per famulos eius, uxoremꝗ eius, cum qua cōſuetudinem ipſe adulterij habebat, (Liuillæ nomen fuiſſe tradūt aliqui) exhibuit.

Liuilla uxor Druſi, adultera Seiani.

Nec uacauit ſuſpicione Tiberius, quia neꝗ ægrotante, neꝗ mortuo filio quicquam præter conſueta egiſſet, aut alios pati ſiuiſſet: cui ſuſpicioni fidem ea derogāt, quòd ita ſtatuerat in omnibus huiuſmodi caſibus agere, quòd filium unicum ac ſibi natum maximè diligebat, quòd mortis eius autoribus aut ſtatim, aut pòſt ſupplicium irrogauit. Tum quidem in Senatum uenit Tiberius, filioꝗ ut par erat laudato, domū ſe recepit.

Bonlibus teſtamentum facere non licet.

Aelij Saturnini interitus.

Tiberius ſua ipſius uitia publicat.

Interdixit etiam ijs, quibus aqua & igni eſſet interdictum, teſtamenti compoſitione, quod interdictum hodie ualet. Aelium Saturninū, quòd is de ipſo carmina quædam famoſa ſparſiſſet, in Senatum adduxit, damnatumꝗ de Capitolio præcipitauit. Multa id genus alia ſcribere haberem, ſi omnia perſequi inſtituiſſem. Vt paucis omnia cōplectar, multi cùm huiuſmodi de cauſis ab eo ſunt occiſi, tùm complures ob hanc, quòd dum ſingula accuratè inquirens, quæ de ſe in malam partem eſſent dicta, nullum in hominem cadere uitium potuit, quod non ipſe de ſeſe prædicaret: etenim ſi quis in arcano cum uno aliquo collocutus in Tiberium quicquam dixiſſet, id in publicum ab ipſo raptum eſt, ac in publicos adeò commētarios relatum: multa quoꝗ ipſe affinxit nunquam à quoquam dicta, ſed quorum ipſe ſibi conſcius eſſet, quò iuſtius iraſci putaret. Inde euenit ut propter quæ alios quaſi impios puniret, ea ipſe omnia in ſeſe admiſerit, riſuiꝗ præterea ſe exponeret, dum quæ inficias ibant alij ſe protuliſſe, ea affirmando ipſe, adiurandoꝗ, uerius ſe ipſum lædebat. Quapropter fuere qui eum inſanire ſuſpicarentur: uerùm reliquarum omnium rerum optima adminiſtratio eius, eam alienatæ mentis opinionem diluit. Senatori cuidam luxurioſe uiuenti, tutorem, quaſi pupillus ſi eſſet, dedit.

Capito in exilium actus.

Capitonem Aſiæ curatorem in Senatum introduxit, obijciensꝗ inter alia crimina quibus ſe Imperatorē tuliſſet, militibus uſum fuiſſe, in exilium miſit. Neꝗ enim ijs qui Imperatoris pecunijs tractandis erant conſtituti præter definitorum redituum exactionem, & controuerſiarum in foro ſecundum leges priuatorū modo diſceptationem quicquam cōceſſum erat. Hæc Tiberij actionum diuerſitas. Decem annis Imperij eius exactis, ad reſumendum id nihil decreto opus habuit: neque enim in decennia interciſum, quod Auguſtus fecerat, eum gerere ſtatuerat.

Ludi decennales.

Cremucij Cordi interitus.

Ludi tamē decennales facti. Cremutius Cordus manus ſibi ipſi inferre propter offenſum Seianū coactus fuit. Adeò nihil in eo uito iam ingraueſcentis ætatis, uitæꝗ honeſtiſsimè actæ, crimini obuiū fuit, ut hiſtoriæ cauſa, quam de rebus ab

Auguſto

Auguſto geſtis quondam compoſuerat, ac ipſe Auguſtus legerat, poſtulatus ſit, quia Caſsium & Brutum laudaſſet, populum ac Senatũ perſtrinxiſſet, Cæſarem & Auguſtum etſi nullo maledicto, non tamen immodicis laudibus affeciſſet. Hæc enim uitio dabantur, atque ob hæc mortem oppetijt, librię eius in urbe inuenti per Aediles, foris per præfectos, cremati ſunt: poſtea tamen temporis iterũ editi (nam eos cùm alij, tum Marcia filia eius occultauerat) maiori ſtudio ob caſum Cordi ſunt excepti. Eo tempore Tiberius exercitia cohortium Prætorianarum Senatoribus tanquam uires earum ignorãtibus oſtentauit, ut robore earum ac multitudine cognita, eo magis ipſum metuerẽt. Hæc tum, quę in hiſtoria mentione digna ſint, acta.

Marcia.

Cyzicenis præterea libertas iterum adempta, quòd Romanos quoſdam in uincula duxiſſent, inchoatumq; Auguſto fanum non perfeciſſent. Erat animus Tiberio eum quoq; necare, qui cum domo ſtatuam ipſius aliquã uendidiſſet, (nam eo crimine poſtulatus quidam erat) niſi Conſul ipſum primùm omnium ſententiam rogando effeciſſet, ut cum puderet ipſum in ſui gratiam quippiam cenſere, ſuo ſuffragio eum abſolueret. Lentulum unum ex Senatoribus, hominem natura manſuetũ, ac tum magno admodum natu, accuſauit quidam quòd inſidias Imperatori tetendiſſet: ad id Lentulus (aderat enim) cachinnũ ſuſtulit. Tiberius autem tumultuante nonnihil Senatu, uita ſe iam dignum amplius negauit: ubi Lentulus quoque ipſi infenſus eſſet,

Cyzicenis adẽpta libertas.

Lentuli Senatoris conſtantia.

* * *

DIONIS ROMANAE HISTORIAE
LIBER QVINQVAGESIMVSOCTAVVS,
[redacted] Auguſtano interprete.

SVB id tempus Roma diſceſsit, neq; unquã in urbem redijt, quanquam ſubinde uenturũ ſe polliceretur. Iam Latiaris quidã, Sabini uiri inter Romanos præcipui ſocius, in gratiam Seiani, in culmine ſuæ domus occultatis quibuſdam Senatoribus, occaſione colloquij Sabino oblata, dictiſq; ijs quæ ſolebat, eò hominem pertraxit, ut omnia quæ ſentiret, liberè enunciaret. Hic enim ſycophantis mos eſt, ut cõuicijs proſcindere aliquẽ, & arcani quippiã efferre ipſi incipiant, ut audiens aliter, ipſe quoq; ſimile aliquid enunciando, crimini obnoxius fiat. nam illis quidẽ hoc abſq; periculo licet, nimirũ ex compacto id facientibus, nõ quòd ita ſentiãt, ſed ut aliorũ ſenſum expiſcent: at hi ſi uel minimum præter quàm licitum eſt uerbulũ emittant, pœnas dant. quod tunc etiam factum. Nam ea ipſa die in carcerem cõiectus eſt Sabinus, deinde indicta cauſa necatus, corpus eius in Gemonias proiectum, ac pòſt in flumen miſſum. Eius caſus atrocitatem adauxit canis Sabini, qui cum eo in carce-

Tiberius Roma ſecedit.

Sabinus calumnia & fraude Latiaris perit.

Sycophantiæ priuilegia.

Gemoniæ.

Canis fides.

rem iuit, morienti affuit, deniq; cum eo in fluuium ſe præcipitauit. Eodem
Liuiæ mors. tempore Liuia quoq; morti conceſsit, cum uixiſſet annos LXXXVI: eam
neq; decumbentem morbo inuiſit Tiberius, neq; defunctæ exequias cele-
brauit, neq; præter funus publicum, imaginesq́; & alia leuia ullum ei hono
rem tribuit, decerni ei cœleſtem religionem palàm prohibuit. Cæterûm Se
Honores. natus non contentus ijs quę Tiberius ei decernenda ſcripſiſſet, luctum mu
lieribus in totum annum indixit, (laudato interim tamen Tiberio, quòd ne
tum quidem à Reipublicæ adminiſtratione ſe abſtineret) arcum quoq; ei,
nulli unquam id mulieri datum, decreuerunt: ſcilicet quòd multis ipſorum
ſalutem attuliſſet, quòd multorum liberos educaſſet, multos in elocandis fi
liabus adiuuiſſet: unde nonnulli matrem patrię eam cognominauerũt. Con
Apophthegma dita eſt in Mauſoleo Auguſti, feruntq́; cùm alia eius ſcitè ſapienterq́; di-
ta Liuiæ. cta, tum quòd obuiam ſibi factos quondam uiros nudos, cùm ea de cauſa
iam eſſent necãdi, ita eripuerit morti, quòd diceret pudicis mulieribus hos
nihil à ſtatuis differre: interrogãti cuidam, Qua'nam ratione Auguſtum ita
in ſuam poteſtatem redegiſſet, reſpondit: Exquiſita pudicitia, omnia eius
mandata lubenter exequendo, nullas eius res ſcrutãdo, luſus eius uenereos
neque perſequẽdo, & diſsimulando. Arcus uerò ei non eſt extructus: nam
Tiberius, cum puderet eum uerbis Senatuſcõſultum irritum facere, pollici-
tus ſe eum ſuis ſumptibus ædificaturum, eo modo reſcidit: quia neq; publi-
cis impenſis fieri paſſus eſt, neq; ſuis ipſe fecit. Porrò Seianus magis etiam
elatus eſt, decretumq́; fuit, ut publicè eius natalis celebraretur: (nam nume
rum quidem ſtatuarum quas ei Patricij, equites, tribus, ac primarij uiri po-
ſuerunt, inire nemo poſsit) legatosq́; ad ipſum, perinde atque etiam ad Ti-
berium ſeorſim Senatus, ſeorſim equites, ac plebs ex Tribb. & Aedilibus
ſuis miſerunt, pro eis iunctim uota & rem diuinam fecerunt, ac per eorum
fortunã iuramenta conceperunt. Cæterùm Gallum Aſinium Tiberius pro-
Aſinius Gallus pter ductam ab eo uxorem ſuam, ac libertatẽ dicendi de imperio uſurpatã,
in miſerrimam capto tempore adortus eſt. Cum enim is legatus ad Tiberiũ ueniſſet, conui
cuſtodiam à Ti uio acceptus, comiterq́; habitus eſt, literæq́; ad Senatũ ſimul à Tiberio miſ-
berio cõiectus. ſæ, quib. eum accuſabat: ita res inexpectata, ac inuſitata Gallo accidit, ut ea-
dem die Tiberij cõuiua eſſet, cum eoq; amicè cõpotaret, & in Senatu dam
naret, miſſo etiam ad hoc Prætore, qui eum uinctũ ad ſuppliciũ duceret. Ac
Tiberius his actis, ubi quæ lata eſſet ſententia cognouit, ne mortis quidem
copiam Gallo eam appetẽti permiſit: ſed, quo diutius malè haberet, ac mul
to tempore ignominia ſimul & metu conflictaretur, bono animo ut eſſet
hortatus, in libera cuſtodia uſq; ad ſuum in urbem aduentum haberi iuſsit:
ita Gallus ſemper à Conſulibus, aut ſi Tiberius Conſulatum gereret, à Prę-
toribus adſeruabatur: non profectò ne effugeret, ſed ne mori poſſet: neq; ei
aut ſeruus ullus aderat, aut colloquebatur quiſquam, neq; uidebat quen-
quam, niſi cum ad ſumendum cibum cogebatur: qui ſanè eiuſmodi erat, ut
neq; uoluptatem ullam robur'ue adferret, neq; mori eum ſineret. Hæc uerò
erat extrema miſeria, qua alios quoq; permultos Tiberius afflixit. Ad hunc
modum amicorum eius quendam in uincula condiderat, deinde de eo ne-
cando illata mentione, renuit, quòd nondum ſe cum eo in gratiam redijſſe
Hoc post mortem Seiani [illegible] *Tiberij inhumanitas.* diceret. Alium quendam cum grauiſsimis tormẽtis excruciaſſet, deinde co-
gnito eum immeritò accuſatum, ſumma celeritate occidit, grauiora paſſum
Syriacus. perhibens, quàm ut commodè uiuere poſſet. Syriacus nullius criminis neq;
reus, neq; accuſatus, doctrinaq́; inſignis, unam hanc cauſam habuit cur iu-
gularetur,

gularetur, quòd eum Galli amicitia uſum Tiberius dicebat. At Seianus ſubinde ingraueſcere ac maiorem terrorem ſui offerre, iamq́ & Senatus & reliqui Tiberio ſpreto, ei tanquam Imperatori animum aduertere. De quo ubi reſciuit Tiberius, ac ueritus ne Imperium rectà ei deferretur, rem neque parui faciendam, neq́ negligendam duxit: quia uerò prætorianos milites Seianus ſibi ſummè deuinxerat, Senatorum alios beneficijs, nonnullos ſpe, quoſdam metu ſibi adiunxerat, & in omnium qui cum Tiberio erant, ita ſe inſinuauerat amicitiã, ut de omnibus eius actis ſtatim reſciret, nihil eorum quæ ipſe egiſſet quicquam ad Tiberium deferret, ideò palàm nihil conatus eſt. Alia igitur uia eum aggreſſus, ſtatim Conſulem deſignauit, curarumq́ ſuarum participem nominauit, Seianumq́ ſuum nominãs, ſæpè id repetijt, idem hoc etiam ad S.P.Q.R. ſcribens. Quo credito decepti Romani, omnibus eis locis æreas ſtatuas coniunctim poſuerunt, in literis unà utriuſque nomen ſcripſerunt, amborum currus aureos in theatrum inuexerunt; denique decretum eſt, ut ad quinquennium Coſs. ſimul ij conſtituerentur, utrique cum Romam intrarent, obuiam procederetur: deniq́ ad ſtatuas etiam Seiani, tanquam Tiberij ſolebant, ſacrificârunt. Interim multi illuſtres uiri peribãt, inter quos unus fuit C. Geminus Rufus: is impietatis in Tiberium reus factus, teſtamentum ſuum in Senatum intulit, recitauitq́, oſtendens ſe hæreditatem ei cum liberis ſuis communem reliquiſſe: tum mollicici culpatus, antequam ſententiæ ferrentur, domum diſceſsit, audiensq́ Quęſtorem ad ſupplicium ſumendum ueniſſe, uulnus ſibi ingeſsit, eoq́ oſtenſo Quæſtori, nunciare iuſsit Senatui, uirum ſe mori. Vxor etiam eius Publia Priſca in ius uocata, in Curiam uenit, ibiq́ ſe pugione, quem occultũ attulerat, interſecit. Enimuerò Seianus faſtu, potentiaq́ adeò efferebatur iam, ut (quo paucis rem expediã) ſeipſum pro Imperatore, Tiberium pro inſulæ rectore quodam habuerit, quòd in inſula cui Capreæ nomen Tiberius agebat. Hinc ſtudia erga eum, & luctationes propter ianuam eius, cum metuerent ſinguli, non modò ne non uiderentur ab eo, ſed etiam ne poſtremi, omniũ, ac præcipuè procerum & uerba & nutus accuratè obſeruãte. Nam qui propria dignitate aliqua eminent, neq́ ſalutationes iſtas ab alijs requirunt, neq́ omiſſas uitio uertunt, conſcij nimirum ſibi, non hoc contemptu ſui fieri: at qui adſciticijs ornamentis utuntur, ſummoperè ea, tanquam ad perfectionem ſuę dignitatis neceſſaria, deſiderant: ac niſi conſequantur, tanquã probro iniuria ue affecti animis cõmouentur. Ideò magis huiuſmodi homines, quàm ipſi ferè Imperatores, ſunt obſeruandi, quòd apud hos uirtutis habetur peccatorum gratiã facere: apud illos quod delinquitur, imbecillitatem ſuam arguere creditur, facereq́ ad firmandam magnæ potentiæ opinionẽ, ut ea perſequãtur ulciſcanturq́. Calendis quibuſdam, frequentibus omnibus in domum Seiani conuenientibus, lectus in aula in quam ſalutantes admittebat, multitudine inſidentium totus cõfractus eſt: progredienteq́ ipſo ex domo, felis per medios diſcurrit: cumq́ in Capitolio ſacrificaſſet, ac inde in forum deſcenderet, ſerui eius ſtipatores cum propter turbam eum ſequi non poſſent, in uiam quæ ad carcerem ducit diuerterunt, ac per ſcalas Gemonias deſcendentes lapſi deciderunt: augurium deinde captanti, nulla auis ſecunda apparuit, corui autem circumuolitantes, obſtrepentesq́ ei, cõfertim ad carcerem deuolârunt, ac ſuper eam conſederunt. Hæc neq́ à Seiano, neq́ ab alio ullo pro prodigijs ſunt habita: uidelicet ad præſentia reſpiciens nemo ne Deo quidem futuram tantam breui mutationem prædicenti

Tiberius quæ moliri contra Seianum ceperit.

C. Gemini Rufi interitus.

Publia Priſca.

Tiberius Capreæ degit.

Inſolentia eorum, qui indigni cum aliqua ſunt potentia.

Omina Seiano exitium ſignificantia.

ti credidiſſet. Itaq; adulationis pleni omnes eius fortunam iurabant, collegamq; eum Tiberio non iam in Conſulatu, ſed in ſumma rerum adminiſtranda innuentes deſtinabant. Quorum etſi nihil iam Tiberium latebat, id tamen agitabat, qua ratione eum è medio tolleret: ac nō inueniens, quomodo id tutò poſſet manifeſtò peragere, mirabili uſus eſt conſilio, ad eius reliquorumq; omnia conſilia percipienda. Continenter multa ac uaria de ſe ad Senatum ac Seianum ſcribebat, modò ſe malè affectum ac tantùm non mori, modò bona ualetudine uti, uenturumq; Romam: Seianum aliâs laudib. extollere, interdum deprimere, amicorum Seiani alios honore, alios ignominia propter eum afficere. Itaq; Seianus & ſuperbiæ & metus in medio, utriuſq; plenus, ſemper animi pendere, neq; metu adductus ad nouas res cōſurgere audere, cum adhuc in honore haberetur, neq; rurſus ex confidentia quicquā conari, quia diminutio erat de ipſius potentia facta: reliqui itidem omnes, cum breui temporis ſpacio diuerſiſsimos nuncios acciperent, ac neque ſuſpicere iam Seianum, neq; cōtemnere certi eſſent, Tiberijq; mortem iuxtà aduentumq; expectarent, ancipites hærebant. Non ea modò Seianū turbabant, ſed longè magis, quod ex ipſius ſtatua initiò fumus copioſus emerſerat, deinde capite eius ſtatuę ſublato, ut poſſet inſpici quid nam rei eſſet, ſerpens magnus exiluerat: rurſusq; alio capite impoſito, cū propter hæc rem ſacram facere uellet Seianus (nam inter alia, ſibi quoq; ſacrificabat) inuentus eſt funis capiti ſtatuæ circuniectus: & ipſe litans uiderat ſimulacrū Fortunæ (quod Tullij quondam Romanorum regis fuiſſe ferebatur, ipſe domi ſuæ gratiſsimum habebat) ſeſe auertere, *

*

ac deinde alij etiam unà egreſsi. Reliqui etſi hæc ſuſpicabantur, tamen quia animum Tiberij ignorabant, eius uanitatem, rerumq; incōſtantiam expendentes, in utramq; partem propendebant, priuatimq; ſuę incolumitatis rationes ineuntes, palàm Seianum colebāt, eo magis, quòd Tiberius cum eo & ipſum, & filium eius ſacerdotes fecerat: ideò ei proconſulare imperiū dederunt, addito ut omnes Conſules exemplo eius magiſtratum gererent. Tiberius cum ſacerdotijs Caium Caligulam exornaſſet, ad ſe tamen non uocauit, quinetiam petenti ut liceret ſibi in Campaniam uenire, quia ſponſa ſibi pacta ægrotaret, domi manere iuſsit, quò ipſe etiam ſtatim eſſet uenturus. Hæc Seianum denuò abalienauerunt, & quòd Tiberius Caium cum ſacerdotem feciſſet, collaudauerat, ac nonnihil præ ſe ferebat, quaſi eum eſſet Imperij ſucceſſorem relicturus: neq; ſe à moliendis nouis rebus continuiſſet, præſertim tam promptis ad exequēda quæcunq; mandaſſet militibus, niſi maxima populum affectum uoluptate ex his quæ de Caio dicta eſſent memoria patris eius Germanici intellexiſſet: & prius opinatus populum quoque ſuis rebus fauere, poſtquā tum ſenſit eos Caij ſtudioſos, ægrè tulit, pœnitentiaq; correptus eſt, quòd non in Conſulatu aliquid conatus eſſet. Reliquos & hæc mouerunt, & quòd Tiberius inimicum quendam Seiani ante decennium ad regendam Hiſpaniā electum, ac tum certas ob cauſas in ius uocatum abſoluiſſet, alijs quoque qui prouincias adminiſtraturi, aut aliud quodcunq; publicum officium obituri eſſent, impunitatē eo tempore definiens, quodq; datis ad Senatum de morte Neronis literis, Seianū nudè, nullo addito eorum quos moris habebat titulo, nominauiſſet: edixiſſet etiam, ne cui homini ſacrificaretur, (atqui Seiano res ſacra fieri ſolebat) ne'ue in ſuum honorem quicquam decerneretur (quipppe multa Seiano decernebantur)

Aſtus Tiberij in eurtendo Seiano.

Omina et prodigia Seiano facta.

Caius Caligula à Tiberio ornatus.

Nero Germanici F.

bantur) quod iam antè interdictũ, tum propter Seianum repetebatur: ne-
que enim id cõceſſurus alteri erat Tiberius, quòd ſibi ipſi non permiſiſſet.
Hæc effecerũt, ut contemptus Seiani apud populum adeò augeretẽ, ut iam
non occultè ab eo ſe ſubtraherẽt, eumq́ʒ desererẽt. Tiberius ubi hæc cogno
uit, ſumpto animo, ratusq́ʒ ſe auxiliarijs etiam populo ac Senatu uſurũ, quo
magis improuiſo hominem adoriretur, rumore ſparſo, quaſi Tribuniciã po
teſtatem Seiano eſſet daturus, per literas eum apud Senatũ accuſauit, easq́ʒ
perferendas dedit Næuio Sertorio Macroni, quem iam antè occultè cohor *Næuius Sertorius Macro.*
tibus Prætorijs præfecerat, & quæ agenda eſſent docuerat. Is noctu Romã
uenit, tanquam aliud ob negocium, mandata cum Memmio Regulo tum
Conſule (nam collega eius Seiano fauebat) & Gracino Lacone nocturno *Memmius Regulus Conſul.*
rum uigilum cuſtode communicat, ſub auroram in Palatium adſcendit, (Se *Gracinus Laco.*
natus enim in Apollinis templo indictus erat) cumq́ʒ in Seianum nondum
eà ingreſſum incidiſſet, triſtemq́ʒ ob non datas ad ſe à Tiberio literas inue-
niſſet, conſolatur remotis arbitris, ac dicit, ferre ſe ei Tribuniciam poteſta-
tem. Eo magna lætitia perfuſus Seianus in Curiam inſiluit. At Macro mili-
tibus Prætorianis, qui circũ Seianum & Curiam erant, in caſtra ablegatis,
cum prius ſe eis à Tiberio præfectũ eſſe oſtendiſſet, ſeq́ʒ literas ferre ab eo,
quibus præmia ipſis quædam darentur, in eorum locum nocturnos cuſto-
des templo circũfudit: ipſe tum ingreſſus, literisq́ʒ Senatui exhibitis, egreſ-
ſus inde, antè quàm ea recitaretur, cuſtodiam eius loci Gracino mandauit,
ipſe in caſtra ne quid ibi turbaretur contendit. Interim epiſtola recitatur be *Epiſtola Tiberij ad Senatum contra Seianũ.*
ne longa, in qua nihil confertim contra Seianum cõtinebatur, ſed aliæ prin
cipiò res, deinde breuis eius inſectatio, tum rurſus aliud quiddam, iterumq́ʒ
aliud contra Seianum: in fine duos Senatores Seiani familiares plectẽdos,
Seianum in cuſtodia habendum dicebat. Neq́ʒ enim palàm eum necari iu-
bebat, non quòd hoc nollet, ſed quia uerebatur, ne quem id tumultum pá-
reret, quinetiam ad ſe alterũ Conſulum uocabat, quaſi ne tutò quidem ipſe
iter facere poſſet. Videre uerò erat, audireq́ʒ multa ac uaria, quæ hæ ſecum li
teræ attulerunt. Nam antè quàm eæ recitarẽtur, laudare Seianum Senatus,
ut Tribuniciam poteſtatem accepturum, acclamare, ſpes quiſq́ʒ ſuas præci-
pere animo, oſtentare quæ Seiano daturus eſſet: poſtquàm nihil eorũ quæ
ſperârant, contraria omnia inuenta ſunt: ibi uerò hæſitatio, & ſecundũ eam
mœſticia cooriri, ac quidam eorũ qui Seiano aſsidebant, cõſurgere: (quem
enim paulò antè amicum habere magni duxerãt, cum eo ne ſedem quidem
iam communem habere dignabantur) deinde Prætores ac Tribuni plebis
circundare eum, ne proſiliens foras aliquid turbarũ daret. Et dediſſet haud
dubiè, ſi initiò graui aliqua ſubitò oratione ictus fuiſſet: nunc ſingula quæ
recitabantur, quaſi ſola & leuia prætermittẽs, ac omnino uel nihil de ſe, aut
certè non extrema perſcripta eſſe ſperans, commoratus loco ſuo eſt. Regu-
lo eum ad ſe uocante, non audiens dicto fuit, neque id quidem faſtu, (iam
enim animo deiectus erat) ſed quòd parére inſolẽs ipſi eſſet: iterum, ac ter-
tiùm inclamanti manu protenta, Seiane ades huc, id modò interrogauit an
ipſe uocaretur. Demũ cum ſurgeret, Laco ingreſſus ante eum adſtitit. Perle
cta ad finem epiſtola, omnes uno ore clamore & maledictis Seianũ inceſſe
re, pars iniuriam ab eo paſsi, alij quibus terrorem obtulerat, nõnulli eo ami-
citiam, quam cum eo habuiſſent, obliterãtes, quidam mutatione eius fortu
næ læti. At uerò Regulus neque omnes ſententiam interrogauit, neque ca-
pitus anquiſiuit, ueritus ne ſuffragijs uariaretur, ac inde tumultus exiſteret:

uno

Seianus in uincula ducitur.

uno cenſere iuſſo, acceptoꝗ qui in uincula ducendum aſſentiretur, Seianũ
ædc eductum, comitãtibus magiſtratibus reliquis, & Lacone, in carcerem
„ traxit. Is uerò caſus humanam imbecillitatem egregiè ob oculos ponit, mo-
„ nctꝗ nuſquam inflatè ſe gerere. Quem enim manè ut præſtantiorem ſe, u-
niuerſi ad Curiam comitati fuere, tunc quaſi nequaquam ſe meliorẽ in car-
cerẽ rapuerũt: quem coronis antè dignati fuerãt, ei tum uincula induxerũt:
quem tanꝗ dominũ ſtipauerãt, eum fugitiui inſtar cuſtodierũt, tegimenꝗ
obuelanti ſeſe detraxerunt, alapis ingeſtis: quem antè prætexta purpura ue
ſte decorauerant, cui genua flexerant, ac ut Deo ſacrificauerãt, eum tum ad
mortẽ duxerũt. Populus quoꝗ irruens, multo ei clamore hos quibus mor-
tem intulerat exprobrauit, ſpes quas ſibi propoſitas habuerat ludibrio ia-
ctauit: omnes eius ſtatuas deiecit, confregit, raptauit, quaſi ipſum ſi ea con-
tumelia mulctarent. Ita ſpectator eorũ quæ paſſurus eſſet Seianus fuit, dum
in carcerem cõijcitur. Nulla interiecta mora, eadem die prope carcerem in
ædem Concordiæ conuenit Senatus, cum hunc ſenſum populi, Prætorios

Seianus morte affectus.

milites nullos adeſſe uiderent, ac morte eum damnarunt. Itaꝗ capite mul-
ctatus, in Gemonias proiectus eſt, eumꝗ totum triduũ populus ludibrio
habitum in Tiberim miſit: liberi eius ex Senatus conſulto necati ſunt. filia,
quam pactus erat Claudij filio, conſtuprata prius à carnifice, quaſi impium
eſſet uirginem in carcere perire. Verùm Apicata uxor Seiani damnata non

Apicata Seiani uxor.

fuit. Hæc liberorum morte ſuorum audita, eorumꝗ in ſcalis corpora intui-
ta, digreſſa inde libellum compoſuit, in quo continebatur quo modo Dru-
ſus eſſet interfectus, accuſatioꝗ Liuillæ uxoris eius, propter quam uir ipſi
infenſus nunciũ remiſerat: eo ad Tiberium libello miſſo, uita ſeipſam priua

Liuillæ interitus.

Antoniæ in filiam ſeueritas.

uit. Quo Tiberius lecto, reꝗ ut acta eſſet perſpecta, reliquos omnes Dru-
ſianæ cædis reos, & ipſam Liuillã interfecit: accepi tamen hoc etiam, ipſum
Liuillæ propter eius matrem Antoniam peperciſſe, Antoniam uerò ipſam
ſua ſponte Liuiã inedia necaſſe. Sed hæc pòſt paulo facta. Tum uerò ingẽs

Tumultus in urbe poſt necẽ Seiani.

in urbe tumultus extitit. nam quoſcunꝗ apud Seianum ualuiſſe populus,
ideoꝗ iniurios alijs fuiſſe uidit, eos trucidauit: milites quoꝗ indignantes ſe
propter gratiam Seiani ſuſpectos eſſe, ſibiꝗ nocturnos cuſtodes antehabe
ri propter fidem aduerſum Imperatorem, incendia & direptiones fecerũt:
quanquam omnes qui cum magiſtratu eſſent urbis cuſtodiam mandato Ti
berij ſuſcepiſſent. Ne Senatus quidem quietus fuit: ſed qui Seiano ſtudue-
rant, uehementer metu pœnæ turbabantur: & qui alios antè detulerãt, aut
falſis teſtimonijs oppreſſerant, metuebãt ſibi, ne in Seiani, non Tiberij gra-
tiam id egiſſe cenſerent. Pauci animo ſecuro erant, quibus nihil horum ad-
erat, & fore clementiorem Tiberium ſperabant: quippe, ut adſolet fieri, ea
quæ acciderant, in Seianum iam ſublatum conferebant, nihil, aut perpauca
Tiberio imputabant, pleraꝗ aut ignaro eo, aut inuito acta dicentes. Hi pri

Decreta facta propter Seiani exitum.

uatorum erant affectus. Publicè autem decreuerunt, ut quoniam domino
exonerati eſſent, nemo Seianũ lugeret, ut Libertatis effigies in foro pone-
retur, feſtus dies ab omnibus magiſtratibus & Pontificibus (quod nunquã
antè factũ) celebraretur: dies quo is pœnas morte dediſſet, annuis Circen-
ſibus ludis & uenationibus per quatuor collegia Pontificum & Auguſti ſa
cerdotes ornandus indiceretur, ne hoc quidem prius uſitatum: ita quem im
modicis ac nouis honoribus ad perniciem prouexerant, in eum Dijs quoꝗ
nouos cultus ſtatuerunt. Equidem ſatis ipſis liquebat, iſtos Seiano præſer-
tim furoris ſui cauſam præbuiſſe: itaꝗ edicto prohibuerunt extemplò, ne
quis

quis nimijs honoribus in poſterum afficeretur, neq; per quenquam alium
quàm per Imperatorem iuramenta fierent: quæ etſi diuino quodam cõſilio
tum decreuerunt, tamen haud ita multo pòſt Macronem & Laconem adu- *Macro & La-*
lati ſunt, pecuniam eis, & honores, huic Quæſtorios, illi Prætorios tribuen- *co à Senatu ho-*
tes, permiſſoq; ut in ſpectaculis ſibi adſiderẽt, ludisq; uotiuis prætexta ute- *norati.*
rentur. Verùm hi territi recenti exemplo, eos honores repudiarunt. Tibe-
rio quoque decreta multa, ut Patris patriæ nomen ferre inciperet, ut natalis
eius decem equorũ certamine, & epulo Senatui dato honoraretur: horum
nihil admiſit, iterum prohibito, ne quid huiuſmodi decerneretur. Hæc Ro-
mæ acta. Porrò Tiberius eatenus in magna ſolicitudine uerſatus, ne Roma
occupata Seianus contra ſe quoque nauigaret, parauerat lembos, ut ſi quid
huiuſmodi eueniſſet, effugere poſſet: mandaueratq;, ut quidã referunt, Ma
croni, ſi quis grauior motus incidiſſet, ut Druſum ad populum & Senatum
produceret, Imperatoremq; conſtitueret: audito interitu Seiani, ut par fuit,
gaudio affectus, tamen legationẽ ea de re miſſam nõ admiſit, quamuis mul-
ti Senatores, multi equites, ac de plebe, ut antè quoq;, legati eſſent: quine-
tiam Conſulem Regulum, ſemper ſui ſtudioſum, eoq; uenientem ut tutò i-
pſum Romam, quod per literas petijſſet, adduceret, repulit. Ad hunc mo-
dum Seianus, inter omnes qui ante aut poſt illum, ſolo Plautiano excepto, *Plautianus.*
eum magiſtratum geſsiſſent, ſummam ad potentiã euectus, obijt. Cęterùm
propinqui eius & amici, ac reliqui omnes, qui eum antè adulati fuerant, ho *Iudicia & ne-*
noresq; decreuerãt, poſtulati ſunt, ac pleriq; cõdemnati propter ea ob quæ *ces propter Se-*
prius in aliorum inuidia fuerant, damnantibus eos cæteris propter ea quæ *ianum.*
ipſi antè ſtatuiſſent. permulti etiam eorũ, qui ſuperioribus temporibus cau
ſa dicta abſoluti fuerant, tunc in iudicium retracti, reiq; peracti ſunt, quaſi
tum in Seiani gratiam cauſa ſtetiſſent. Atq; adeò ſi cui nullũ aliud obijci po
terat crimen, ſatis erat ad irrogandam pœnam, quòd amicus Seiani fuiſſet:
quaſi uerò non Tiberius quoq; eum amauerit, ac propter hunc reliqui. In-
ter alios delatores huiuſmodi criminũ ij quoq; erant, qui maximè prius Se-
ianum coluiſſent: hi enim cum ſui ſimiles certò cognoſcerent, neq; in inqui
rendo, neq; in conuincendo, quicquã laboris habebant, ipſiq; ſalutem inde
ſuam, pecuniamq; ac honores ſperantes, eos aut accuſabãt, aut teſtimonio
urgebant. Atqui eorum ſpes irritæ omnino fuerunt: ijſdem nimirum, quæ
alijs obijciebant, criminibus obnoxij, partim ob hæc, partim ob proditos
amicos pœnas luebant. Eorum qui rei erant facti quidam præſentes accuſa
ti ſunt, & ſe defenderunt, & quidam magna in eo libertate uſi ſunt: reliqui
damnationem uoluntaria morte præuerterunt, hac potiſsimum de cauſa,
ne contumeliam & cruciatus pati opus haberẽt. (Omnes enim qui huiuſ-
modi criminis iudicabantur, non equites modò, ſed Senatores etiam, non
uiri tantùm, ſed & mulieres, in carcerem unà trudebãtur: damnatiq; aut ibi
plectebantur, aut à rupe Tarpeia eos Tribuni plebis, uel ipſi etiam Conſu-
les præcipitabant. omnium corpora in forum proijciebantur, inde in pro-
fluentem mittebantur.) tum ob hoc etiã, ut ad liberos ſuos hæreditas per-
ueniret. Paucorum enim qui ſe ante diem iudicij ipſi interfeciſſent, bona pu
blicata ſunt, quòd Tiberius homines ad conſciſcendam ſibi ipſis mortem al
liciebat, ne ipſe eos necaſſe uideretur: quaſi uerò non longè grauius ſit, adi-
gere aliquem ad manus ſibijpſi inferendas, quàm ſpiculatori eum tradere.
At qui non de ſeipſis ſtatuiſſent, eorum bona ut plurimum in fiſcum redige
bãtur, exigua planè aut nulla parte accuſatoribus data. Erat enim pecuniæ,

Auaricia Tiberij. quàm cœnarum attentior Tiberius, qui etiam pro ducenteſima penſione, centeſimam inſtituit, omniumq́ hæreditates, qui eum hæredem dixiſſent,

Centeſima penſio. adijt. nuncupatus autem fuit hæres à plurimis, etiam ijs ferè qui ſe ipſi interfeciſſent, ut Seianus quoq; dum in uiuis erat, ferè ab omnibus hæres nuncupatus fuerat. Eodem conſilio, quo uitam ultrò relinquentium bonis abſtinuit, etiam omnia crimina ad Senatum deferri iuſsit, ut ipſe omni culpa uacare uideretur, Senatus autem iudicijs faciendis ſeipſum damnaret. Vnde cum uiderent ſeipſos ſibijpſis exitij cauſam eſſe, facilè intellexerunt, priora quoq; iſta nō Seiani, ſed Tiberij fuiſſe acta: quippe non modò ij qui alios reos fecerant, ipſi in iudicium uocabantur: ſed hi quoq; qui ſuis ſententijs alios damnauerant, uiciſsim ipſi damnabantur. Ita Tiberius nemini parce-

Crudelitas & iniuſtitia Tiberij. bat, uerùm omnibus ad omnium perniciem utebatur, neminem amicū conſtanter habens, ſed Seianorum criminum perſecutione nullo diſcrimine noxa & innocentia, ſecuritasq; & metus habebantur. Viſus eſt tandem uelle ſancire obliuionem omnium eorū, quæ præterito tempore acta eſſent, cum & lugere Seianum ijs qui uellent permitteret, & interdiceret, ne quis luctu quenquam prohiberet etiam de alijs, quod ſæpenumerò erat decretū: non tamen eam obliuionem re quoq; confirmauit, ſed paulùlum moratus, mox propter Seianum & alia crimina in permultos animaduertit, inceſti crimine & parricidijs propinquarum obiectis. Eo rerum ſtatu, ut nemo iam inficias ire poſſet, quin carnem quoq; Tiberij uorare cuperet, tamen ſequenti

An. V.C. 785. anno, Cn. Domitio, & Camillo Scriboniano Conſulibus, res apprimè ridicula accidit. Cum enim iam per multos annos lege ſtatutū fuiſſet, ne uiritim Senatus Calēdis Ianuarijs in acta Imperatoris iuraret, ſed uno iuramentum præeunte, reliqui adſentirēt, ſicut ſuprà demonſtratū eſt, eo anno ſecus

Iuratū in acta Imperatoris nouo modo. factum, et ſua omnes ſponte, nemine cogente ſeorſim unuſquiſq; fidem dederunt, quaſi eò melius præſtito iuramento. Initiò enim, ut dixi, ac per aliquot animos neminem omnino paſſus erat in ea quæ ad Imperium ſuum facerent iurare. Quin & adhuc riſu dignior res euenit. Decreuēre enim ut Ti-

Ridiculum Senatus de Tiberio decretum. berius ex ſuo ordine deligeret quotquot uellet, ac uiginti ex ijs, quos ſors tuliſſet, quoties in Curiam intraret cuſtodes ſui haberet, gladijs armatos: nimirum cum extra Curiam omnia militari præſidio eſſent munita, priuatus autem homo nemo Curiam iniret, propter quēmnam alium, quàm ſeipſos, ad quos nimirū tanquā inimicos ingrederetᷣ, eam ipſi cuſtodiā addiderūt. Tiberius laudato Senatu, beneuolentiæq; ergò gratijs actis, rem ipſam ut inſolentē auerſatus eſt, neq; enim eò ſtoliditatis deuenerat, ut ijs ipſis quos odiſſet. & à quibus maximè odio haberetur, gladios daret. Sanè ex his ipſis rebus ſuſpectans eos, (omne enim id quod præter ueritatem adulandi cauſa fit, in ſuſpicionem incurrit) multum ualere iuſsis eorum decretis, prætorios milites ipſe, quanquam Seiano fauiſſe ſciret, oratione & pecunia honorauit, quibus promptioribus contra Senatum uti poſſet. Laudauit tamen iterum Senatum, cum decreuiſſent, ut militibus iſtis ſtipendiū ex ærario ſolueretur. Tam uerò accuratus erat in decipiendis uiciſsim ſuo ſermone Sena-

Iunij Gallionis caſus. toribus, ac re ipſa ſibi conciliandis militibus, ut Iunium Galerium Gallionē, qui ſententiam dixiſſet, ut milites Tiberij exactis ſtipendijs iu ſubſellijs equitum ſpectacula uiderent, in exilium miſerit, hoc ipſo crimine, quòd is militibus perſuadere uoluiſſe uidebaᷣ, ut Reipub. potiùs q̃ Tiberio ſtuderēt: neq; eo contentus ſupplicio, cum Lesbū ire eum accepiſſet, tutæ ibi uitæ amœnitati eum ſubtraxit, & magiſtratibus, ut Aſiniū pridē Gallū, cuſtodien-

dum

dum dedit. Vtq; & Senatui & militibus euidentius oſtenderet, quid de utriſq; ſentiret, à Senatu paulo pòſt petijt, cõtenti eſſent eum Macronem ſecum, & Tribunos militum in Curiam introducere, id ſibi ſatis fore: at uerò ne his quidem indigebat, certus nunquam in urbem reuerti, ſed & odium illorum, & militũ beneuolentiã notabat. Confeſsi ſunt hoc Senatores: nam Senatuſconſulto addiderunt, excutiendos eſſe qui in Senatum uenirent, ne quis eorum pugionem ſub ala haberet. Id Senatuſconſultũ anno inſequenti factum. Tum uerò & alijs familiaribus Seiani pepercit, & L. Seiano Prætori, Marcoq; Terentio equiti. Seianus Floralibus ad ridendum Tiberium (caluus enim erat) omnia caluorum miniſterio ad noctem uſq; peregerat, lumen quoq; diſcedentibus à theatro per puerorum raſis capitibus quinq; millia præbuerat: id Tiberius adeò nulla ira perſecutus eſt, ut omnino ſe certiorem factum diſsimulauerit. quanquam inde tractum fuit, ut omnes calui Seiani dicerentur.

L. Seianus Prætor Tiberij caluicium irridet.

At Varro in ius uocatus propter amicitiam Seiani, tantum à negando abfuit, ut oſtenderit maximo ſe eum ſtudio coluiſſe, quem ipſe Tiberius in tanto habuerit honore: Qui ſi rectè, inquit, fecit eius amicitia utens, neque ego quidem quicquam peccaui: ſin Imperator, qui omnia explorata habet, deceptus fuit, quid mirum me quoq; in errorem unà tractum, cum conueniens nobis ſit, omnes eos quos is honore dignatur, amare, nihil anxios quales ij ſint, unumq; hunc amicitiæ eorum terminum ſtatuentes, quôd Imperatori probantur. Hanc ob excuſationem abſolutus eſt Senatorum ſuffragijs, accuſatoresq; eius uerbis increpati, adſtipulãte etiam Tiberio.

M. Terentij libertas in fatenda Seiani amicitia.

Idem L. Piſonem, urbis præfectum, defunctũ publico funere decorauit, quod alijs quoq; largiebatur. Lucium ei Quæſtorem ſuffecit, quem dudum exercitui deſtinatum Romæ detinuerat, idemq; cum multis alijs egerat, nihil quidem ijs opus habens, tantùm ut honores eis tribuere uideretur.

L. Piſonis mors.

Interim Vetraſio Pollione Aegypti præfecto uita functo, ex Cæſarianis libertis cuidam Ibero ad certum tempus prouinciam mandauit.

Vetraſius Pollio.

Ex Conſulibus alter Domitius, toto anno geſsit magiſtratum: habebat enim in matrimonio Agrippinam, Germanici filiam; in locum alterius alij alijs ſuffecti pro arbitrio Tiberij, alijs longius, alijs breuius tempus eius honoris conſtituentis, idq; ipſum alijs contrahentis, alijs prorogantis: nam etiam ſi quem ad totum annum Conſulem creaſſet, mox eo depoſito, alium, iterumq; aliũ ſubinde ſubrogabat. eo modo Conſulatus ferè toto imperij eius tempore habitus. Eorum uerò, qui cæteros magiſtratus peterent, electos quot uidebatur, in Senatum miſit, alios commendans, ijq; omnium ſuffragia auferebant, alios petitioni, profeſsioniq;, & ſorti permittens: tum ad populum plebemq; qui utroq; modo candidati erant magiſtratuum progreſsi, antiqui ritus cauſa, (cuius nunc etiam imago extat) deſignabantur. Quòd ſi qui aliquando deficerent, aut immodica cõtentione efferrentur, pauciores ſolito conſtituebantur.

Tiberius magiſtratus uariè conſtituit.

Anno inſequenti, cum Sergius Galba, is qui deinde Imperator factus eſt, & L. Cornelius Sylla Conſulum nomen haberent, XV. Prætores fuerunt, idq; multis annis accidit, ut nonnunquam XVI. nonnunquã uno aut duobus plures pauciores ue fierent.

An. V.C. 786.

Cæterum Tiberius etſi appropinquauerat Romæ, & in locis circumiacentibus uerſatus fuerat, ac intra quatuor M. paſſuum ab urbe abeſſet, non tamen eam iniuit, quanquam filias quoque Germanici reliquas, & filiam Druſi Iuliam nuptum dediſſet: ideoq; ne ciuitas quidem eas nuptias celebrauit feſto die, ſed Senatus quoque eo die ac iudicia habita ſunt. Magna autem cura obſeruabat Tiberius

Tiberius Romæ appropinquat, non tamẽ intrat.

Iulia Druſi Filia.

tur. Sæpe uerò recitaſſe memoratur antiquum hoc:

Me miſceatur igne terra mortuo.

Priamum quoq; crebrò beatum dixit, cuius interitus cum exitio patriæ *Priamus Tiberio felix.*
& regni totius fuiſſet coniunctus. Equidem quæ eo tempore euenerunt, fi-
dem ijs faciunt quę de eo ſcripta ita ſunt. Tantus enim ſub Tiberio Senato-
rum, ne reliquos dicam, numerus perijt, ut ſorte ducti prouinciarum præfe-
cti, Prætorij quidem per triennium, Conſulares per ſexennium præfuerint,
cum non ſuppeterēt ſucceſſores: ne iam electos ab ipſo referam, quibus in
plurimos annos imperium prorogauit. Inter eos qui tum necati ſunt, Aſi-
nius etiam Gallus fuit, cum quo uix tandem (ita enim ipſe Tiberius dice- *Aſinij Galli*
bat) in gratiam redierat: adeò enim res redierat, ut uita pro ſupplicio, mors *mors.*
pro beneficio eſſent. Viceſimo anno Imperij, cum frequens in Albano &
Tuſculi eſſet, in urbem non uenit. Sed Conſules L. Vitellius, & Fabius Pri- *An. V. C. 787.*
ſcus, decennium nuncupauere, tanquam ei, ut Auguſto uſitatum, tunc Im-
perium prorogarent. Verùm hi ludos decēnales ſimul & celebrarūt, & pœ
nas dederunt. Nam reorum iam nullus abſoluebatur, omnes damnabātur, *Crudelitas Tiberij.*
pleriq; ex literis Tiberij, & quæ quæſtionibus actis Macro comperiſſe fere
bat, reliqui ex ijs, quæ Tiberium & Macronem uelle ſuſpicabantur: ru-
morq; uagabatur, ideo ipſum Romam non ingredi, ne præſenti damnatio-
nes pudori eſſent. Alij igitur à carnificibus necabantur, alij ſibi mortem ipſi
cōſciſcebant: inter quos Pomponius Labeo, qui à Prætura Myſię octo an- *Pomponius Labeo ſeipſum interficit.*
nos præfuerat, cùm unà cum uxore, quòd ſe pecunia corrumpi paſſus eſſet,
arceſſeretur, uoluntariæ mortis eam ſociam habuit. At M. Aemilius Scaurus
neque prouincię malæ adminiſtratę, neque donorum acceptorum reus, ob *M. Aemilij Scauri interitus.*
Tragœdiam à ſe ſcriptam poſtulatus, grauiora his quæ compoſuerat mala
perpeſſus eſt. Atreus carmini titulus erat: eius ſubditorum quendam mone *Atreus Tragœdia.*
bat Euripideis iſtis uerbis, ut ſtultitiam imperantis ferret. Id cognitum Ti-
berius, in ſe conditum poema dicebat, Atreiq; ſe propter patrata parricidia
nomine notatum, ſed Aiacem ſe de Scauro facturū: compulitq; ad ſibi ipſi
ipſi inferendas manus hominē, non hoc obiecto, ſed adulterio Liuillę. Mul *Liuilla multis exitij cauſa.*
ti enim propter hanc, alij uero, alij cōficto crimine pœnas dederant. Eo Ro
mæ rerum euentu, ne ſubditi quidem quieuerūt. Druſum quidam ſe adole- *Druſum ſe quidam iactās, turbas mouet.*
ſcens iactabat: is per Græciam & Ioniam uiſus, ab urbib. ultrò acceptus, &
auxilio firmatus, in Syriam haud dubiè ueniſſet, exercitusq; occupaſſet, ni-
ſi quis eum agnitum detinuiſſet, & ad Tiberiū miſiſſet. Secuti Conſules C. *An. V. C. 788.*
Gallus, M. Seruilius. Tiberius Antij nuptias Caij Caligulę celebrauit. Nam *Caij Caligulæ nuptiæ.*
ne harum quidem nuptiarum cauſa Romam uenire uolebat, quia Fulci-
nius Trio, qui amicus quondam Seiani, ipſi propter quadruplationes gra- *Fulcinij Trionis interitus.*
tiſſimus, die dicta metuens accuſatores, uita ſeipſum exuerat, multis in
teſtamento ſuo in ipſum Tiberium, multis in Macronem conuicijs reli-
ctis. Id teſtamentum cum non auderent publicare, ipſe ubi quid ſcriptum
in eo eo eſſet cognouit, in Senatum afferri iuſſit: minimè conuicia iſta cu- *Tiberius conuicia ſibi facta publicat.*
rans, qui occultas etiam de ſe querelas ſæpius in uulgus edi tanquam lau-
des ſuas, uolebat. Hæc certè ipſa quoq; quæ Druſus in tantis miſerijs & ma-
lis uerba protuliſſet, ad Senatū ſcripta miſit. Poppæus porrò Sabinus, qui *Sabini Poppæi interitus.*
ad id uſq; temporis per omnem ferè Tiberij principatum Myſiæ utriq;, &
Macedoniæ præfuerat, gratiſſimum habuit nece ſibi ultrò conſcita, iudicia
omnia euitare. Ei in præfectura Regulus ſucceſſit: nam Macedonia, &, ſi *Regulus.*
quibuſdam credimus, Achaia extra ſortem prouinciæ dabantur. Sub idem

DIONIS ROMANAE HISTORIAE

LIBER QVINQVAGESIMVSNONVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De Caio Cæſare Caligula.
Vt templum Auguſti dedicatum fuerit.
Quomodo Mauritaniæ à Romanis regi ceperint.
De Caij Cæſaris morte.
Anni reliqua parte hæc geſta, C. Acerronio, & Pontio Nigrino Coſſ. tum tribus alijs, quibus Conſulatum geſſere
M. Aquila C.F. Iulianus.
P. Nonius M.F. Aſprenas. An. V.C. 791.
C. Cæſar Germanicus II.
L. Apronius L.F. Celianus, ſiue Ceſtianus. 792.
C. Cæſar III. ſolus.
C. Cæſar IIII. 793.
Cn. Sentius Cn.F. Saturninus. 794.
Hic annus non annumeratur, quia pleraq; eius acta in libro LX. *referuntur.*

TIBERIO ſucceſsit Caius, Germanici & Aprippinæ filius, quem Germanicum quoq;, & Caligulam dictum fuiſſe oſtendimus. Reliquerat ſanè Tiberius nepoti ſuo Tiberio principatum, ſed Caius teſtamentum id per Macronem in Senatum miſit, idq; Conſulum, reliquorumq; antè ad hoc præparatorum ſententijs irritum iudicari fecit, tanquam ab homine mentis impote conditũ, qui Imperium puero, cui ne in Curiam eſſet per ætatem aditus, legaſſet. Ita Tiberiũ imperio tunc exutum, pòſt adoptatum ſibi, occidit. Quanquam Tiberius eandem ſententiam ſuam multis modis perſcripſerat, quaſi uires ita habituram, quæ omnia ſcripta in Senatu tunc ſunt à Macrone recitata: ſed nihil conſilij aduerſum ingratitudinem hominum & uim poſterorum ualet. Ita Tiberio ea euenerunt, quæ ipſe matri ſuæ fecerat, niſi quòd is nemini quicquam legatorum eius teſtamẽto dedit: at quæ ipſe alijs legaſſet, excepto nepote, omnia pſoluta omnibus ſunt, euidenti indicio, omnem de teſtamento actionem nepotis eius cauſa adornatam fuiſſe: nam cum ſatis compertum Caius haberet teſtamenti eius ſententiam, poſſetq; id ſupprimere, tamen quia multi erant conſcij, ipſe inuidiam eam ſubiturus, maluit Senatus auxilio id euertere, quàm occultare, eiq; culpam imputari. Cæterùm legata omnia quaſi ex ſuo omnibus perſoluens, liberalitatis apud homines opinionem ſibi parauit. Itaque ſtatim exercitio Prætoriarum cohortium coram Senatu edito, legatum ijs distribuit, mille in ſingulos nummos, additis totidem à ſe: populo quadringenties quinquagies ſeſtertiûm (id enim legatum erat) ac uiritim ſexagenos denarios, quos cum ipſe uirilem togam acciperet non perſoluerat, cum fœnoris cauſa additis quindenis denarijs numerauit: urbanis militibus, & nocturnis cuſtodibus, tum legionibus extra Italiam, & urbanis alijs militibus qui in oppidis minoribus erant, ſimiliter legatũ repræſentauit, urbanis ſcilicet uiritim quingenos ſeſtertios, reliquitis trecenos. Liuiæ quoq; teſtamen-

C. Caligula Imperiũ excipit.

Tiberij teſtamentum irritũ factum.

Tiberius Druſi F. à Caligula imperio & uita ſpoliatur.

Liuiæ teſtamẽtum à Tiberio irritum factũ.

Liberalitas Caligulæ.

to legata exoluit: potuiſſetq́ magnificus & animo alto prædìtus haberi, ſi
reliquas etiã pecunias cõuenientibus impendijs abſumpſiſſet: (nam etſi me
tu populi & militum nonnihil ad hæc facienda eſſet compulſus, tamen ma-
gis uoluntas in cauſa fuit, cum non [illegible]do, ſed priuatis etiam, nec à Tibe
Prodigalitas Caij. rio tantum, ſed à proauia quoq; ſua legata omnia perſolueret.) nunc ſtatim
reuocatis hiſtrionibus, equis, gladiatoribusq́; & alijs huiuſmodi rebus im-
Hiſtriones reducti. modicè pecuniam impendens, & theſauros maximos breuiſsimo tempore
exhauſit, & demonſtrauit priora quoq; iſta non iudicio, ſed prodigalitate
Ingens ſumma pecuniæ à Caio breuiſsimo tempore profuſa. à ſe facta fuiſſe. Quippe uicies ter milles ſeſtertiûm (alij tradunt uicies ſemel
millies ſeſtertiũ, ac CCCXX. inſuper ſeſtertia) cum accepiſſet in theſauris,
nullam eius ſummæ partem in tertium annum ſeruauit, quin altero ſtatim
anno magna inopia laborauit: eodemq́; modo alijs omnibus in rebus uſus
eſt. Nam cum initiò ſe maximè popularem oſtentaſſet, adeò ut nihil ad Se-
Caij Monarchicus factus. natum aut populum ſcripſerit, neq; ullum Imperatoris nomen uſurpauerit,
mox ita Regios mores ſumpſit, ut omnia quæ tanto imperij ſui tempore
Auguſtus, uix ea quidem, & ſingulatim ſibi decreta accepit, quorum non-
nulla Tiberius quoq; recuſauit, omnia uno die arripuerit, tantùm patris no-
mine, neq; in longum tempus, dilato. Adulterijs fuit inquinatiſsimus, uxo-
Caij adulteria. res unam pactam alij, reliquas ab aliorum cõiugio auulſas habuit, easq́; de-
inde omnes unica excepta odit, ne hanc quidem ſi diutius uixiſſet, odij im-
Pietas in ſuos. munem paſſurus. In matrem, fratres, auiamq́; Antoniam permulta pietate
uſus eſt: nam hanc Auguſtam ſtatim, & ſacerdotem Auguſti fecit, omnesq́;
Veſtalium honores tribuit: eoſdẽ ſororibus quoq; ſuis dedit, utq́; ſibi in lu-
dis equeſtribus ſpectandis aſsiderent, ut uota quæ quotannis magiſtratus
& pontifices pro ipſius & publica ſalute nuncupant, ac iuramentum quod
in eius imperium præſtatur, ad eas etiam ſpectarent: oſſa matris & fratrum
defunctorũ ipſe eò naue aduectus ſua manu legit, & Romam allata in Au-
guſti ſepulcro cõdidit, prætextam amictus, ac lictoribus ornatus tanquam
in triumpho quodam: omnia contra eos decreta, aboleuit, inſidiatores eo-
rum omnes ſupplicio affecit, in exilium eorum cauſa pulſos reuocauit. Hæc
tamen omnia, extremis in auiam & ſorores flagitijs contaminauit. Auiam
Impietas in eoſdem. enim, quòd eſſet ab ea uerbis correptus, ad mortem uoluntariam compulit:
ſorores ſuas omnes uitiauit, ac duas in inſulã quandam expoſuit, tertia mor
Antoniæ mors. te id præuertit: ipſum Tiberium, quem auum ſuum appellabat, cui omnes
Auguſto oblatos honores decerni petebat, cum hi non ſtatim eſſent decre-
Tiberij exequiæ à Caio nullo ornatu actæ. ti (nam ad ipſius aduentum patres eam rem extraxerant, nondum ſatis eius
ſententia perſpecta honores neq; dare, neq; adimere Tiberio auſi) nulla a-
lia re quàm publica ſepultura decorauit, noctu eius corpore in urbem alla-
to, & manè propoſito: quam enim funebrem habuit orationem, ea nõ tam
Caius in omnibus ſibimet cõtrarius. Tiberij laudes, quàm Auguſti & Germanici memoriæ apud populũ reno-
uationem, ſuiq́; commendationem continuit. Adeò autem contrarius ſibi
ipſi in omni re fuit, ut cum libidines Tiberij, & parricidia conuicijs agitaſſet,
non imitatus modò ea fuerit, ſed exceſſerit: & quæ in eo laudauit, nequa-
quam ſecutus eſt. Primus omnium contumelijs & probris Tiberium proſci-
dit, unde alij rem gratam ſe Caio facturos rati, libertate dicendi magis teme
raria uſi ſunt: deinde ita laudibus eum extulit, ut nonnullos dictorum cauſa
mulctauerit: iuxtà & eos propter maledicta tanquam inimicos Tiberij, &
qui eum laudaſſent, quaſi amicos, odio habuit. Maieſtatis legem ſuſtulit, ita
tamen, ut permultos ob id crimen necauerit, ut horum etiam, qui contra p

trem, matrē, fratresꝗ ſuos cōſpiraſſent, tametſi iram his remiſiſſe ſe, & com-
buſsiſſe literas eorum perhiberet: & ſanè literas nonnullas aboleuerat, non
tamen ipſa inimicorum manu ſcriptas in quibus ad cōuincendum eos eui-
dentia erant argumenta, ſed ab his deſcripta exemplaria. Idem cum initiò
prohibuiſſet, ne qua ſui effigies fieret, deinde ad ſtatuas ſibi ponendas ita
delapſus eſt: ut paſſus ſit decretum de ſacrificādo fortunæ ipſius in colum-
na incidi, iuſſeritꝗ templa ſibi extrui, & rem ſacram, tanꝗ Deo, fieri. Modò
frequentia hominum, modò ſolitudine gaudebat: ſiue peteretur aliquid, ſi-
ue nemo quicquā eum poſceret, ſtomachabat: res quaſdem celeritate ſum-
ma aggreſſus, aliquoties ignauiſsimè tractauit: pecuniā ut profudit, ita tur-
piſsimis rationibus confecit: adulatoribus & libero ore loquentibus ex æ-
quo gaudebat ac ſuccenſebat: multorum in ſe grauiores iniurias cæde ultus
eſt: amicorum alios nimia adulatione, alios immodicis iniurijs habuit: ita ne
mo erat, qui ſciret quo pacto cum eo loqui aut agere deberet: ac ſi quis pro-
ſperè id fecit magis fortuna quàm conſilio hoc aſſecutus eſt. Tali ergo Ro-
mani tunc traditi ſunt Imperatori, ut Tiberij acta, quanquam moleſtiſsima *Caius Tiberio*
ea, tantum à uitijs Caij abfuerint, quantum ab Auguſti uirtutib. Tiberius. *deterior.*
Nam Tiberius ipſe Imperium gerebat, alijsꝗ miniſtris ad ſuam uolūtatem
exequendam utebatur: Caius ab aurigis gladiatoribusꝗ regebatur, ſeruus *Caius mancipa*
hiſtrionum & ſcenicorum hominum. Apellem quidem, Tragœdorum ea *tus ludicris.*
ætate principem, ſemper & in publico ſecū habuit, deinde ſcorſim ipſe, ſeor *Apelles.*
ſim hiſtriones, omnia ea quæ huiuſmodi homines potētiam nacti agere au-
ſint, peregerunt: quæ ad eam rem pertinebant, ipſe precioſiſsimè quacunꝗ
occaſione ſuppeditauit ac conſtituit coegitꝗ etiam Prætores ac Conſules,
ut ea pararent: itaque ferè quotidie fabula aliqua acta fuit. Principiò ipſe
ſpectatorem tantùm ſe, ac auditorem præbuit, ac ſtudio ſuo, quaſi unus è
turba hominū, aut fauit cuidam, aut reſtitit, ita ut aliquando aduerſarijs ira-
tus ad ſpectaculum non uenerit. Procedente tempore multos imitatus eſt
uarijs in rebus, cum multis certauit: nam & aurigauit, & pugnauit, & ſalta-
uit, & Tragœdiam egit, ſemper hæc tractans. Semel noctu primoribus Pa-
trum quaſi ad neceſſariam deliberationem uocatis, coràm ſaltauit. Eo anno
quo Tiberius obijt, & ipſe principatū occepit, primum Senatores, præſen-
tibus in Curia equitib. etiam, ac nonnullis de plebe, multis uerbis adulatus
eſt, communicaturū ſe cum eis imperiū, omniaꝗ ad placitū eorum acturū,
filiumꝗ ſe, & alumnū eorum dictitans. Agebat tum ætatis annum XXV. *Caligulæ pro-*
quinꝗ adhuc ad eum explendū menſibus & diebus quatuor indigens: de- *miſſa ad Sena-*
inde eos qui in carcere erāt dimiſit. inter quos fuit Q. Pomponius, ſeptē to *tum.*
tos annos à Conſulatu ſuo ibi miſerè habitus: actiones læſæ maieſtatis, qui- *Q. Pompo-*
bus urbē maximè uexari uidebat, ſuſtulit, libelloſꝗ de ijs à Tiberio relictos *nius.*
congeſtos exuſsit, ut quidem præ ſe ferebat: addens eò id à ſe factum, ut ne
ſi omnino quidem uellet propter matrem [illegible]ratres quenquam ulciſci, id
poſſet. Ob hæc laudatus, quia ſpes erat ue[illegible] eum promittere, neꝗ poſ-
ſe per ætatem ſuam aliud ſentire quàm dicere, auxit ſpes hominum, iuſsitꝗ
Saturnalia per quinꝗ dies agi: accepitꝗ ab omnibus ijs quibus frumētum *Saturnalia.*
ex publico dabatur, obolum pro eo denario, quem ad imagines ei faciēdas
conferebant. Confeſtim ei Conſulatus abrogatus, Proclo et Nigrino decre *Cōſulatus Caij*
tus eſt, utꝗ eum deinceps quotannis gereret: neꝗ uerò ea recepit, ſed cùm *& Claudij Cæ-*
ſex menſibus ij (ad hoc enim tempus Conſulatum acceperant) Conſules *ſarum. An. V.*
fuiſſent, ipſe deinde Conſulatum inijt, collega adſumpto Claudio patruo. *C. 790.*
as.

Is

cauſas remiſerit. Caius uerò cùm alijs magnis eum contumelijs affecerat (quanquam tam benè de eo ſentiens, ut auream pecudem uocaret) tum ne primus ſententiam diceret (qui ei honos ab omnibus Conſulibus propter ætatem & dignationem habebatur) antiquauit eam conſuetudinem, quas is qui de re aliqua ad Senatum retuliſſet, ſententiam aliquem Conſularem primo aut ſecundo loco, ut uiſum ei fuiſſet, rogabat: inſtituitq; ut Conſulares æquo iure cum reliquis ſecundū ordinem magiſtratus ſui cenſerent.

Conſularibus dignitas ſua adempta.

Filia quoq; eius eiecta, Corneliam Oreſtillam, ſponſo C. Calpurnio Piſoni ex ipſis nuptijs (intererat enim) ereptam duxit, uerùm ante exitum ſecundi mēſis, eam ad Piſonem relegauit, quòd coijſſent medio tempore: Piſoni conceſsit ut ſecum decem ſeruos abduceret: cumq; is plures peteret, liberū fecit ut haberet quot uellet, addito totidem ei milites adfuturos.

Caij ſecunda uxor Cornelia Oreſtilla. C. Piſonis & Oreſtillæ exilium.

Anno inſequēti Conſules ex his qui deſignati fuerāt, facti ſunt M. Aquilius Iulianus, & P. Nonius Aſprenas: atq; hi quidem in acta Tiberij non iurauere, ideoq; ea irrita habita ſunt (neq; enim ullus Imperator ea recenſet, cùm in ſua acta iuratur) uerùm de Auguſto & Caio reliqua pro more facta, iuratūq; ab omnibus, Caium ſe eiuſq; ſorores ſeipſis & liberis ſuis ante habituros, uotaq; pro ijs omnibus concepta.

An. V. C. 791. Tiberij acta reſcinduntur.

Prima anni die Machaon quidam ſeruus ad puluinar Iouis Capitolini adſcēdit, multaq; & dira uaticinatus, catellum quem ſecum attulerat, ac pòſt ſe ipſum iugulauit.

Machaonis prædictiones.

Caius autem hæc egregiè & laude digna fecit. Rationes publicarum pecuniarum iam inde à ſeceſsione Tiberij non uulgatas, exemplo Auguſti omnes conſcripſit & edidit: incendiū auxilio militum reſtinxit, damnumq; paſsis opitulatus eſt: cum ordo equeſtris diminutus eſſet, ex omni ſuo etiam extra Italiam imperio multos affinitatibus & opibus auctos primores in eum allegit, quibuſdamq; eorū uſum ueſtis Senatoriæ, antequam magiſtratum ullum geſsiſſent, quo in Senatū aditus paratur, conceſsit, ut ſpem Senatoriæ dignitatis haberent adipiſcendæ, antè id ſolis patricijs permiſſum.

Caij laudabilia facta.

Comitia quoq; populo plebiq; reddidit, abrogatis Tiberij ea de re conſtitutionibus: tributum centeſimarum ſuſtulit. ludis Gymnicis teſſeras proiecit in uulgus, quas qui arripuiſſent, eos multis donis affecit. Fuêre hæc grata hominibus deterioribus: at prudentibus dolorem attulerunt, cogitantibus ſi rurſus in multitudinis poteſtate magiſtratus fierent, abſumptiſq; ijs quæ eſſent ærario pecunijs, etiam penſiones peculiares ceſſarent, multa mala euentura.

Comitia populo reddita. Cētēſimæ ſublatæ. Teſſeræ proiectæ.

Contrà hæc eius facta ab omnibus culpabantur. Gladiatoriam operam à plurimis poſcebat, impetrato hoc à Senatu, & non modò uirum cum uiro, ſed quaſi acie quoq; eos cōfertim committebat. Liber à legibus omnia agebat ex animo ſuo, necabatq; cùm alios multos, tum XXVI. equites, qui partim ſuas facultates decoxerant, partim armis dimicârant: neq; tam atrox uiſum id facinus propter numerum, quanquam eſſet ſæuum, quàm quòd ſummā ex iſtis cædibus uoluptatem cepit, ſanguinis effuſi ſpectaculo citra ſatietatem intētus.

Caij mala facinora. Crudelitas Caij.

Eadem à crudelitate profectum eſt, quod aliquando deficientibus ijs, qui ad belluas damnabantur, iuſsit ex turba quæ tabulis adſtabat quoſdam abripi, & feris projci, præciſis antè linguis, ne clamare aut accuſare quicquam poſſent. Quendam illuſtrem equitem digladiari coegit, quaſi in matrem ipſius Agrippinam eius iniuria extante, uictoremq; accuſatoribus tradidit, & interfecit: patrem eius innoxium in cauea incluſum, ut permultos alios, interemit. Exhibuit autē ſpectacula iſta primùm in Septis, effoſſo omni loco eo, & aqua repleto, ut unam nauim introducere poſſet. pòſt alibi etiam maxi-

ma

Macro & Ennia ad mortem adacti à Caio.

ma ædificia demolitus, tabulata fixit, cõtempto Tauri amphitheatro. Hæc ei, & ſumptus, cædesq́; uitio datæ ſunt: idq́; præterea, quòd Macronem ac Enniam, neq; amoris huius, neque illius beneficiorum, quibus etiam ipſum Imperium conſecutus fuerat, ad mortem uoluntariã adegit (quanquã Aegypto Macroni mandata) & ea infamia onerauit, cuius ipſe maxima in parte futurus eſſet, obiecto nimirum eo crimine, quòd ſtuprorum cõciliatores fuiſſent. Multi autem alij pars damnati, pars ante iudicium occidebantur, prętextu propter parentes & fratres Caij, ac eos qui propter hos perijſſent, re ipſa propter diuitias. Erant enim exhauſti iam theſauri, neq; ei quicquam ſatis. Hi uerò conuincebantur uel falſis teſtibus, uel literis, quas ſe prius cremaſſe Caius dixerat: alijs mortis cauſam morbus, quo priore anno Caius laborârat, ſororis'ue Druſillæ obitus ferebat. nam præter alia id quoq; ſupplicium inueniebat, ſi quis ijs diebus conuiuio quenquam accepiſſet, aut ſalutaſſet, aut lauiſſet. Druſillæ maritus fuit M. Lepidus, cum quo mutui ſtupri conſuetudo erat Caio, ſed rem quoq; frater cum ea habebat: tunc mortuam maritus laudauit, publicam ſepulturam frater tribuit, ac Prætoriani milites cum ſuo tribuno, ac ſeorſim equeſter ordo, ſeorſim patricij pueri Troiæ decurſione circũ tumulũ eius obequitârũt. Decreta ei omnia quæ Liuię, ac inſuper ut immortalis haberetur, aurea in Curia effigies eius poneret̃, ut in foro imago Veneris ſtaturę eius æqualis collocaret̃, ijſdemq́; honorib. colaretur, peculiare fanum ei ædificaretur: eamq́; ſtatuis ſacris non modò uiri, ſed mulieres etiam uenerarentur: ut mulieres eam iurarent, quoties aliquid ſacramento cõfirmarent: ut natali eius die ludi Megalenſium ſimiles fierent, epulumq́; Senatui & equitibus daretur. Itaq; tunc Panthea uocata eſt, & diuinis honoribus per omnes urbes culta. At Liuius Geminius Senator, uidiſſe ſe eam in cœlum adſcendentem, ac cum Dijs conuerſantẽ iurauit, perniciem ſibi liberisq́;, ſi uanum id aſſeruiſſet, imprecatus: uocatisq́; ad hoc teſtibus cùm alijs Dijs, tum ipſa Druſilla: ob id donatus eſt decies ſeſtertiûm. Ii honores ei à fratre habiti, ludiq́; qui tum erant edendi, neq; eo tempore, quaſi nefas, neque poſteà facti. Omnes autem homines in culpam incurrebant, ſiue mœſti ſiue læti eſſe ſentirẽtur. nam & lugere eam, quippe deam, & nõ lugere, nimirum hominem, uitio dabatur. Quid tum euenerit, ex hoc uno colligi poteſt, quòd quidam ob aquam calidam uenditam impietatis reus factus, & à Caio trucidatus fuit. Paucis interpoſitis diebus Caius Lolliam Paulinam duxit, coacto eius marito Memmio Regulo, ut eam ſibi traderet, ne præter leges uidelicet nõ deſponſam duceret: atq; hanc quoq; ſtatim miſſam fecit. Interim Soæmo Arabum Ituræorum regnum, Cotyi Armeniam minorem, ac deinde nonnullas Arabię partes, Rhymetalci Cotyis ditionem, Polemoni Polemonis filio paternum imperium ex Senatuſconſulto uidelicet tribuit. Ipſe in foro pro tribunali in ſella inter Conſules ſedens, cortinis ſericis, ut quidam prodidére, utebatur: ac cum fortè multum cœnum in angiporto quodam uidiſſet, iuſsit id in ueſtem Flauij Veſpaſiani, cui tum Aedili purgandorum angiportuum cura incumbebat, conijci: id ſic actum, ad præſens obſeruatũ à nemine eſt: ſed pòſt cùm Veſpaſianus res perturbatas ſuſcepiſſet ac conſtituiſſet, uiſum fuit haud ſine Deûm uoluntate actum fuiſſe, ſed Caius ei propalàm urbem componendam dediſſe.

Druſilla Caij ſoror, eius mors, honoresq́; habiti, & cædes ob eam editæ.

M. Lepidus.

Honores defunctæ Druſillæ tributi.

Panthea.

Liuius Geminius ſe Druſillam uidiſſe in cœlum ire adſeuerat.

Caius Lolliam Paulinam Regulo ademptã ducit.

Soæmus. *Cotys.* *Rhymetalces.* *Polemo.*

Flauij Veſpaſiani Aedilitas.

Omen.

An. V.C. 792. *II. Conſulatus Caij.*

Poſt hæc iterum Conſul, Iouis Flaminem uetuit in Curia iurare: (hi enim, ut ſub Tiberio etiam, ſeorſim tum iuramentum inibant) ipſe & occipiens magiſtratũ, & deponens itidem ut reliqui de tribunali, quod priore maius erat

factum, iuſiurandum dedit: geſtoq; per xxx. dies magiſtratu, ac ſex menſibus L. Apronio collegæ cōceſsis, abijt Conſulatu, ſucceſſore Sabinio Maximo, tum præfecto urbis. Hoc, & paulò inferiori tempore, multi procerū damnati, (multi enim etiā è carcere dimiſsi, ob hæc ipſa, propter quæ à Tiberio in uincula coniecti fuerant, pœnas dederunt) multi alij gladiatoria dimicatione perierunt, neq; præter cædes quicquā erat. Neq; enim iam multitudini Caius quicquā gratificabatur, ſed omnibus eius cupiditatibus reſiſtebat, atq; ipſi contrà omni eius uoluntati refragabantur, eratq; tum uidere & audire ea quæ is iratus, illi repugnantes loquerentur ac facerent, quanquam nulla ſimilitudine. nam præter uerba, & geſtus quibus animū ſuum exprimeret, populus nihil poterat, cum Caius multos inter ſpectandum arreptos, multos à theatro domum reuertentes appræhendens obtruncaret.

L. Apronius Conſul.
Sabinius Maximus.
Cædes Caianæ.

Cauſa iræ potiſsima fuit, quòd negligentiùs ad ſpectacula cōueniebant, ſcilicet uexati eo, quòd aliàs alio tempore, quàm edixiſſet, ac ſæpe noctu etiā eò ueniret, & quia non ſemper eoſdem quos ipſe probabāt, nonnunquam etiam inuiſos ei. Id quoq; ægerrimè tulit, quòd cum prædicantes, Iuuenem Auguſtum inclamaſſent: non fortunas ſuas laudari, quòd iuuenis id Imperium obtineret, ſed repræhendi ſe, qui ea ætate tantum principatū gereret exiſtimans. Minatus certè aliquando populo, optauit unicam omnibus ceruicem. Etenim tum eo exaſperato, ut ſolebat, plebs indignata, ſpectacula negligebat, & in delatores ſe conuertebat, magno eos cum clamore inquirens. Quare iratus Cæſar, nullo reſpōſo, alijs ludorum mandata curatione, in Campaniam abijt. Reuerſus inde ad Druſillæ natalicia, effigiem eius elephantis impoſitam bigis in theatrū inuexit, ſpectaculum populo bidui gratuitò exhibuit, ac priore die præter equeſtria certamina, cccc. urſę ſunt necatæ, poſteriore totidem Africanæ feræ: etiā Gymnicis certaminibus multis in locis exhibitis, epulumq; populo, Senatoribus, & eorū uxoribus donum datum. * *

Caius propter neglecta ſpectacula ſæuit.
Iuuenem ſe uocari Caius ægrè fert.
Vnam populo toti ceruicem Caius optat.
Druſillæ natalicia.

Has igitur, quaſi planè inops, cædes edebat. Inuenta ei etiam alia pecuniæ parandæ ratio. Gladiatores qui ſuperfuiſſent, Conſulib. & Prætoribus non uolentibus modò, ſed etiam inuitiſsimis coactis in ludis, præſertim uerò ijs in quos ſors incidiſſet (reduxit enim morem antiquū, ut duo Prætores gladiatorium munus ſortirentur.) precio iniquiſsimo uendidit, ipſe aſsidens in foro, & auctionans. Multi quoq; aliunde aduenientes eos emebant, maximè quòd maiorem etiam quàm legibus permittebatur numerum gladiatorum habere ijs qui uellent concedebat, ac ipſe ſæpe intererat uenditioni. Itaque alij quòd opus haberent ijs, alij ut rem principi gratam facerent, plerique qui diuites cenſebantur, ea occaſione inſumere partem ſuarum facultatum, ut pauperiores facti ſalui eſſent, uolentes, magna eos pecunia comparabant: quanquam horum quoq;, ut equorum etiam, & aurigarū ſibi aduerſantium optimos ac præclariſsimos quenq; ueneno ſuſtulit. * *

Caius quibus rationibus pecuniam parauerit.
Gladiatores uenditi.

Summopere autem ei qui batrachidē (ueſtimenti hoc genus eſt, coloris uiridis) geſtabat, ac Praſinus à colore porri dicebatur, intētus erat, adeò ut locus in quo ſolebat aurigationem exercere, etiamnum ab eo Caianus dicatur: quendam ſuorum equorum, Incitatum nomine, ad cœnam quoq; adhibebat, & ei in auro hordeum apponebat, & in poculis aureis uinum propinabat, ſalutem eius ac fortunam iurabat, Conſulemq; ſe eum creaturū pollicebatur, facturus ſi diutius uixiſſet. Ad conficiendam porrò pecuniam, edictum fuit, ut quicunq; in uiuis eſſent, qui antè hæredem ſibi Tiberium deſti

Batrachis.
Praſinus.
Incitatus equus Caij, quāto in honore habitus.

naſſent, ij morte ſua bona Caio legarent: nam ne præter leges has hæredita tes ac dona accipere uideretur, cum neque uxorem tunc ſaltem, neque liberos haberet, Senatus conſultũ adhibitum fuit. Cæterùm abſque eo omnia ea bona, quæ centuriones à patris ſui triumpho alij quàm Imperatori legaſſent, in ſuas facultates redegit. Cum ne hæc ſufficerent, tertium genus pecuniæ conficiendę inuenit. Cn. Domitius Corbulo Senator cum ſub Tiberio uias malè habitas uideret, ſemper earum curatoribus negociũ faceſſebat, etiam Senatui propterea moleſtus. Huius opera Caius omnibus quicunque uias curandas unquam habuiſſent, ac pecunias ad eam rem accepiſſent, non uiuis modò, ſed & mortuis inſidias ſtruxit, eosque, & quibus hi quicquã facien dum locaſſent, quia eam pecuniam non impendiſſent uiarũ refectioni, mulctauit. Id tum Corbuloni Conſulatum attulit, pòſt ſub Claudio crimini datum eſt, diesque ob id dictus: nam Claudius neque exegit mulctam quę adhuc debebatur, & quod ſolutum eius nomine fuerat, partim ex ærario depromptum, partim ab ipſo Corbulone poſtulatum, mulctatis reddidit. Verùm hi tum ſinguli, atque omnes alij expilabãtur quocunque artificio, nemine locuplete, uir mulier' ue eſſet indifferẽs, in urbe indemni relicto. Si cui enim prouectioris ætatis uita concedebatur, at patre uel auo, matre uel auia nominata Caius, fructus bonorum uiuentis etiamnum percipiebat, defunctorũ hæreditates adibat. Ad id uſque temporis cum Tiberium ſemper & apud omnes homines maledictis laceraſſet, quique idem facerent non modò non culpaſſet, uerùm etiam gauiſus eſſet, tunc primùm in Curiam ingreſſus, multis uerbis eum collaudauit, ut qui immeritò traduceretur: ſibi quidem, nimirũ Imperatori, hoc quoque permiſſum, at ipſos iniuſtè, ſuum quondam principem ita accipere: deinde recenſitis ſingulatim ijs qui ſub eo perierãt, oſtendit, ut quidem uideri uolebat, pleriſque cauſam exitij Senatores fuiſſe: alios quòd accuſaſſent, alios quòd falſo teſtimonio oneraſſent, uniuerſos, quia damnaſſent. Ea omnia recitatis per libertos libellis, quos ſe pridẽ combuſſiſſe dixerat, demõſtrauit. His ſubiunxit, Tiberio, ſi quid iniuſtè egiſſet, non honores uiuo habendos, multò minus ea quæ de eo ſæpenumerò dixiſſent ac ſtatuiſſent, mutanda fuiſſe: uerùm ipſos & Tiberio ſtolidè uſos, & Seianum inflauiſſe, corruptumque à ſe necaſſe, ideoque ne ſibi quidẽ ab ipſis quicquam boni expectandum. Ad hæc Tiberium ſibi reſpondentem introduxit in hanc ſententiam: Tu uerò Caij rectè hæc & uerè omnia, ideoque caue ne quem horum diligas, ne' ue ulli parcas: omnes enim te oderunt, mortem tuam in uotis habẽt, necabuntque te ſi poſsint. Ne tu igitur cogita quid ipſis gratum agas, neque eorum de te ſermones cura, ſed uoluptatẽ modò ac ſecuritatem tuam, tanquam iuſtiſsimam omnium rem, conſidera: ita enim & nihil mali patieris, & omnibus iucundis rebus perfrueris, & ab ijs uelint nolint honoraberis. Aſt alteram illam uiam ſecutus, nihil re conſequeris, tantùm uerbis inani gloria affectus, ac nihilo præſtans, inſidijs circumuentus, inhoneſta morte peribis. Nemo enim hominum ſpontè principi ſubeſt, ſed metu eo adigitur, ut eum colat: fiducia uerò auctus, infirmiorem ulciſcitur. His uerbis habitis Caius, maieſtatis crimina reuocauit, rurſusque ea tabulis æneis incidi iuſsit, ipſe feſtinatò è Curia ſe proripiẽs, eodem die in ſuburbana abijt. At Senatus, populusque in magno eſſe metu, reputantes & quàm ſæpe Tiberium uerbis incuſaſſent, & quantum in eius oratione mutationis à priore fuiſſet. Ac tum quidem præ terrore & mœſticia nihil potuerunt loqui aut cenſere: poſtridie rurſus conuenerunt, ac multas ei laudes, tanquam

ueraciſsimo

Cn. Domitius Corbulo nouæ exactionis Caio autor.

Claudij iuſtitia.

Caius Tiberiũ laudat, & in Senatum inuehitur.

Tiberij ficta reſponſio.

Maieſtatis crimen renouatũ.

ueraciſsimo ac pijſsimo, tribuẽtes, maximasq́ ſaſsi gratias, quòd uiuere eos
paſſus fuiſſet, quotãnis ea die qua hæc recitata erant, ſacrificare eius clemen
tiæ decreuerũt, & ijs diebus qui in Palatio feſti celebrabant, ita ut ueheret
in Capitoliũ imago eius aurea, canentibus eam carmine nobiliſsimis pue-
ris, ouationemq́ ei quaſi hoſtibus deuictis dederunt. Hæc ipſa ad ſingulas
deinde occaſiones auxerũt. Verùm Caius, rem haud magnam eſſe cenſens,
Caij ouatio in ponte ad Baulos.
ſi equo per cõtinentem terram inueheretur, ouationem eam ſpreuit: at per
mare equo uehi intendit, ponte iniecto ei maris parti, quæ eſt inter Puteo-
los ac Baulos. Is locus eſt e regionè urbis ſitus, & diſtant inter ſe Bauli ac Pu
teoli millibus paſſuum tribus ac quadrante. Ad eum pontem cõuectæ ſunt
naues partim, aliæ fabricatæ, cum quæ in tanta celeritate cõportatæ eſſent,
non ſufficerent, quanquam omnibus quæ haberi poterant conquiſitis. Vn
de & fames uehemens Italiam, ac maximè Romam inuaſit. Non uerò tan-
tùm trãſitus cauſa pons paratus fuit, ſed diuerſoria etiam in eo effecta ſunt,
quibus etiam aqua dulcis affluebat. Omnibus perfectis, thoracem qui Ale-
xandri fuerat, (ſic enim perhibebat) & ſupra eum chlamydem ſericam pur
Alexandri thorax.
purei coloris, multo auro, multisq́ gemmis Indicis ornatã induit, gladioq́
ſe accinxit, & clypeum ſumpſit, querna corona capiti impoſita. Tum ſacra
re Neptuno ac Dijs alijs facta, & Liuori etiã, ne qua inuidia, ut aiebat, pre-
Liuori ſacrificat Caius.
meretur, pontem à Baulis ingreſſus eſt, ac in urbem, quaſi in hoſtes celeri-
ter irruit: ibi quieti die inſequenti ſe cum dediſſet, quaſi à prælio feſſus, per
ipſum pontem curru reuectus eſt, tunica auro intertexta amictus, ductus
ab equis, qui in certaminibus uictoriam præſertim obtinebant. Sequeban-
tur autem eum inter reliquum apparatum ſpolia, & Darius Arſacidarum
Darius.
generis, unus ex obſidibus Parthicis, tum amici eius ac ſocij in curribus, ue
ſtibus floridis, ac exercitus etiã reliquus, ſinguli peculiariter ornati. Et quia
opus erat nimirum eum tanta expeditione facta, ac tanta uictoria impetra-
Concio Caij.
ta concionem habere, ſuggeſtum conſcendit in medio pontis nauibus im-
poſitum, ac primò ſe ut eximia conatum iactauit, deinde milites ut periclita
tos ac fatigatos laudauit: hoc inter alia gloriatus, ſe pedibus mare percurriſ-
ſe. Congiario deinde dato, pòſt ipſe in ponte tanquam in inſula aliqua, reli-
quis in alijs nauibus ſtationem habentes, diei reliquum & totam noctem e-
pulati ſunt, multo ex ponte igni, multo ex montibus affulgente: nam loco
in Lunæ formã curuato, undiq́ ignis quaſi in theatro quodam uidebatur,
ita ut omnem tenebrarum ſenſum eriperet. ita noctem quoq́ in diem con-
uertere, ueluti mare in terram, uolebat. Poſtquam ad ſatietatem uſque cibo
& potu ſeſe ingurgitauit, multos amicorum de ponte in mare proiecit, mul
tos nauibus roſtratis circumuectus ſubmerſit, ita ut perierint nonnulli, ple-
riſque quanquam ebrijs euadentibus, quòd eo loci mare placidiſsimum ac
minimè turbulentum erat. Hoc ipſo inflatus, Neptuno ſe timorem incuſsiſ-
ſe dixit, Dario & Xerxe non niſi ludibrij cauſa memorato, quia longè plus
maris ipſe ponte inſtrauiſſet. Hic finis fuit pontis eius, qui ipſe etiam multis
cauſa necis fuit, cùm omni in eum pecunia abſumpta, multo iam pluribus
propter opes perniciem crearet. Iudicia peragebat partim ſolus, partim to-
to Senatu adhibito, nonnulla Senatus priuatim, ſed ab eo tamen ad Caium
prouocatio erat frequens: ſententiæ Senatus alio modo quàm Caij edeban
tur, qui nomina damnatorũ proponebat, ſcilicet ueritus ne ij effugerẽt. Sup
plicio affecti ſunt rei uel in carcere, uel de Capitolio præcipitati, uel morte
Cædes à Caio patratæ.
damnationem præuenerunt: ne pulſis urbe quidem ſecuritas erat, ſed multi

corum in itinere, aut exilio perierunt. Singulis accuratè recenſendis lectori
Caluiſij Sabini, & Corneliæ interitus.
fruſtrà moleſtiam exhibere, non eſt operę. Caluiſius Sabinus præcipuus inter Senatores, cum recens à Pannoniæ adminiſtratione rediſſet, mulierq́ eius Cornelia, poſtulati (uitio huic dabatur excubias, ac exercitia militaria
Titij Rufi.
inſpexiſſe) morte ſpontanea iudicium anteuerterunt. Idem fecit Titius Rufus, cui obiectum erat quia dixiſſet, Senatum aliter ſentire ac loqui. Iunius
Iunij Priſci.
Priſcus Prætor prętextu aliorum criminum, propter diuitias damnatus eſt: Caiusq́ intellecto fortunas eius cædem non meruiſſe, mirabili oratione uſus eſt, dicens ſe ab eo deceptum, fruſtraq́ eum obijſſe, qui potuerit uiuere.
Domitius Afer qua arte præſens periculū effugerit.
Inter reos eius temporis Domitius Afer periculum inopinatum, mirabiliori ſalute mutauit. Infenſus ei alioquin Caius, quòd principe Tiberio mulierem quandam Agrippinæ matris ſuæ neceſſariam in ius uocaſſet, (quo ſanè tempore Agrippinæ obuiam fortè factus, uia deceſſerat, idq́ ea pudore factum intelligens, uocatum compellârat, ac bono animo eſſe iuſſerat, non enim eum ſibi horum cauſam eſſe, ſed Agamemnonem:) eo autem tempore Caij imaginem ponens, inſcriptione oſtenderat, Caium annū iam agentem uiceſimum ſeptimum, alterum Conſulatum gerere. Id quaſi ab eo ætatem ſibi & leges ſpretas exprobrante, moleſtè accepit Caius, eiusq́ rei cauſa, unde Domitius honorem ſibi ſperabat, in Curiam pertraxit, ac orationē contra eum de ſcripto prolixam habuit. Quippe alioquin omnes arte dicēdi præſtare cupiens, Domitium eloquentem ſciens, ſuperare ſatagebat: ac profectò morte eum mulctaſſet, ſi ſtudio certare intēdiſſet. nunc Domitius nihil reſpondens, nihil ſe purgans, ſed mirari ſe uim orationis Caij, eaq́ obſtupefactum ſimulans, ac orationem eius per ſingulas partes repetēs, quaſi auditor, non ſi reus eſſet, laudansq́: deinde cum iuſſus eſſet dicere pro ſe, ad deprecationem & querelas ſe contulit, deniq́ humi ſe proſtrauit, ac ſupplicauit Caio quaſi oratorem magis eum, quam Cæſarem metuens. Quæ uidens is audiensq́, lęticia perfuſus fuit, ſperans ſe orationis apparatu eum ui-
Calliſtus Caij libertus.
ciſſe, atque ob id, ac Calliſti in gratiam liberti ſui, quem plurimi faciebat, & quem demeruerat Domitius, iræ ſuæ finem poſuit: ac poſtmodò à Calliſto incuſatus, quòd hominem eum in ius traxiſſet, nō debuiſſe à ſe eam orationem occultari dixit. Ita Domitius amiſſæ eloquentiæ ſuæ damnatus, incolu-
L. Annij Senecæ periculum.
mis fuit. L. uerò Annius Seneca omnes ſui temporis Romanos, multosq́ alios ſapientia præſtans, penè interijt, neq́ ullo ſuo peccato, neq́ opinione peccati, ſed quod cauſam aliquam in Senatu, præſente Caio egregriè egiſſet: cum Caius, iam damnatū dimiſit, fidem mulieri cuidam qua utebatur habens, quę eum tabe laborare, nec diu ſuperuicturum affirmârat. Domitium
Domitius Conſul.
porrò Conſulem tum conſtituit, Conſulibus abrogato magiſtratu, quòd ferias in ſuum natalem non indixiſſent, cum Prætores eo decurſionem equeſtrem exhibuiſſent, uenationemq́, ſolitum id quotannis, quodq́ propter Auguſti de Antonio uictorias diem feſtum pro more egiſſent. Et calumnia circumueniendorum Conſulum cauſa, ab Antonio potiùs quàm ab Auguſto genus trahere uideri uolebat: hoc quoq́ ijs quibus cum ſermones conferret dicens, in alterutram omnino partem Conſules peccaturos, ſiue propter calamitatem Antonij ſacrificarent, ſiue rem ſacram pro Auguſti uictoria omitterent. Itaq́ eo ipſo die magiſtratu eos, fractis antè faſcibus, detru-
Comitiorum ius populo redditum quale.
ſit, qua re tantus alterū eorum mœror corripuit, ut ſeipſum confoderet. Domitium autem collegam Caius ipſe ſibi re, uerbo populus elegit. Reddiderat enim Comitiorum ius populo, cum iam longo tempore nihil liberè decreuiſſent,

creuiſſent, ideoq; ſegniores ad agēdum quicquam pro ſua dignitate eſſent,
cumq; rarò plures quàm eligi poſſent, magiſtratus peterent, aut ſicubi plu-
res eſſent, ipſi inter ſe compararent: ita forma ſtatus in republicæ popula-
ris conſeruabatur, res aberat, ideoq; ipſe rurſum Caius Comitia ſuſtulit. Por
rò deinceps omnia, ut ſub Tiberio, ordinata ſunt: prætores tum XV. aliâs ut
res tulerat, plures pauciores'ue creati. Adeò autem in uniuerſum inuidēs ac
ſuſpicioſus erat Caius in omni re, ut Carinnam Secundū oratorem non alia *Carinna Secundus Orator in exiliū miſſus.*
de cauſa in exilium egerit, quàm quod contra tyrannos exercitij cauſa de-
clamaſſet. Quia L. Piſo, Cn. Piſonis & Plancinæ filius Africam regebat, ue-
ritus ne is ad nouas res cōſurgeret, homo animi plenus, ac præterea copias *L. Piſo.*
magnas & ciuiles & peregrinas habiturus, in duas partes prouincia diuiſa, *Africa in duas prouincias diuiſio.*
exercitus alteri, & Numidas mandauit, atq; ita hodie etiam fit. Iam omnes
in Italia Romæq; abſumptæ erant pecuniæ, unde omnino quicquam habe *Caij in Galliā profectio, pecuniæ parandæ cauſa.*
ri potuiſſet: neq; ibi præterea ulla pecuniæ conquirendæ ratio alicuius mo
menti quæ eſſet, reperiri poterat, urgentibus interim uehementiſsimè ſum-
ptibus. Igitur Caius in Galliam abijt, Germanici belli obtentu uſus, quòd
is populus aliquid noui motus dediſſet: ipſe in animo habēs Gallias quo-
que opibus florentes, & Hiſpaniā expilare. Abitum ſuum non palàm oſten
dit, ſed in ſuburbiū progreſſus, inde ſubitò diſceſsit, abductis ſecum multis
ſaltatoribus, gladiatoribus, mulieribus, ac reliquo luxus famulicio. In Gal-
liam cum ueniſſet, hoſtium terram nullo maleficio infeſtauit, ultra trāſitum
à ſe Rhenum parumper progreſſus, inde ſtatim reuerſus: tum quaſi in Bri- *Gallia à Caio expilata.*
tanniā iturus motis caſtris, ab ipſo Oceano redijt, iratus etiā legatis ſi quid
rei geſsiſſent: at ſubditos, fœderatos, ciueſq; mirum in modum afflixit. Ho-
rum alios, qui locupletes eſſent, quacunq; excogitata cauſa pecunijs ſpolia
bat, cum dona ei tamē à priuatis ac ciuitatibus ultrò maxima ferrētur: alios
nouarum rerum, aut inſidiarum ſibi paratarum inſimulatos necabat, eratq;
omnibus ijs commune crimen diuitiæ. Horum facultates dum uenderet,
multo plus eo quoq; pecuniæ conficiebat. nam omnes cogebantur omnia
longè iniquiſsimo precio emere, ut demonſtratū eſt. Quo inductus, inſtru
menta etiam principatus pulcerrima & precioſiſsima Romæ allata diuen- *Caius Principatus inſtrumenta uendit.*
didit, in eorum æſtimatione etiam poſſeſſorum priſtinorum gloriam uen-
dēs: ſingulis enim addebat, Hoc patris mei fuit, hoc matris, aui, aut proaui:
hoc Antonius in Aegypto uſus eſt, hoc Auguſtus de uictoria parauit: ſi-
mul oſtendens neceſsitatem emptionis, ut iam nemo auderet diuitiarū opi
nionem de ſeſe præbere. Nihil tamen inde diuitiarum ei partum, cum ſum-
ptus faceret pro more ſuo multos, Lugduni quoque nonnullis editis ſpe-
ctaculis: tum uerò in milites. Collegerat ducenta, aut ut alij aſſerunt, du- *Copiæ Caij.*
centa quinquaginta millia militum, ab ijſq; eſt ſeptimùm Imperator appel
latus, cum neq; unquam collatis ſignis uiciſſet, neque omnino quenquam
ex hoſtibus occidiſſet. Paucos omnino hoſtium in fraudem inductos cepe
rat. at ſuorum magnam partem perdiderat, alios ſingulatim obtruncans, a-
lios toto agmine trucidans. Videns enim aliquando turbam ſeu captiuo-
rum ſeu aliorum quorundam, tritum illud iuſsit, à caluo ad caluum uſq; om- *A' caluo ad caluum uſq;.*
nes occidi. Aleam quondam ludens, auditoq; deeſſe pecuniam, Gallorum *Alea Caij.*
cenſus indices popoſcit, iuſsiſq; ex ijs locupletiſsimis necari, ad colluſores
reuerſus, paucos ipſos ludere denarios inquit, at ſe iam nunc ad ſexies mil-
lies ſeſtertiûm coegiſſe. Atque hi quidē nulla de cauſa necati ſunt, unuſq; *Iulius Sacerdos.*
eorū Iulius ſacerdos, ſatis quidē pecuniæ poſsidens, nō tamē immēſis diui-

L 3 tijs

tijs mortem meritus, cognomenti ſimilitudine mortem inuenit: ita tum om-
nia citra iudicium etiam fiebant. Reliquos qui cæſi ſint, nominatim referre
ſingulos non eſt operæ, illos dicam, quorum mentionem hiſtoria requirit.
Lentulus Getu licus. Lentulum Getulicum cùm alijs rebus illuſtrẽ, tum adminiſtrata per decen-
nium Germania, occidi Caius iuſsit, quòd militum beneuolentiam ſibi pa-
M. Lepidi interitus. raſſet. Lepidum, eum cum quo mutui ſtupri conſuetudinem fecerat, mari-
tum Druſillę, qui cum Agrippina etiam ac Liuilla rem poſt Caium habuit,
cui quinquennio antè quàm legibus permitteretur magiſtatus adire con-
ceſſerat, quem principatus ſui ſucceſſorem ſe deſtinaſſe promiſerat, interfe-
cit, ac militibus donatiuum eam ob rem, quaſi hoſtibus ſuperatis, dedit: pu-
Sorores ſuas gionesq; tres Romam Marti Vltori ſacrãdos miſit: ſorores ſuas, quòd cum
Caius deportat eo conſtent, in Pontias inſulas relegauit, cum multæ eas impietatis ac libidi
Pontiam. nis apud Senatum per literas accuſauiſſet. Agrippinæ quoq; oſſa eius in ur
na dedit, iuſsitq; ut ea in ſinu per omnem uiam Romanam uſque deferret.
Cum'que permulti ſororibus ſui in gratiam decreti eſſent honores, ue-
tuit cuiquam ſuorum cognatorum ullum honorem deferri. Hæc tum ita
ad Senatum perſcripſit, quaſi grauibus inſidijs elapſus, aliàs ſolitus ſimula-
re, in magnis ſe uitam periculis & miſerijs agere. Senatores acceptis literis,
cùm alia nonnulla, tum ut urbem ouans Caius iniret, cenſuerunt, legatosq;
qui ei hæc nunciarent ſorte ductos miſerunt, Claudium uerò delectum ſuf-
fragijs. id Caius iniquo animo tulit, ita ut rurſus edixerit, ne cui ſuorum co-
gnatorum quicquam laudis aut honoris tribueretur. Iam ſibi non meritos
honores oblatos ſuccenſuit, ſolitus ſemper ea quę darentur, nihili pendere,
Caij arrogantia. ac ſi parua eſſent ei decreta, contemptu eorum iraſci: ſin magna, itidem ſto-
machari, quaſi maiorũ licentia dempta ſibi. Neq; enim uolebat uideri, quaſi
in Senatus poteſtate quicquam eſſet, quod ad ſuum honorẽ faceret, aut ſibi
illos aliquid largiri, quorum uis eſſet minor, ideoq; ſibi ab ijs decreta ſæpe-
numerò non quaſi augmenta ſui ſplendoris, ſed imminutionẽ potentię ſuę
ſuggillabat. Ita affectus, Senatui obiraſcebatur, ſicubi nõ æquantia ſuam di
gnitatem cenſuiſſent, homo animi impotentis, & cui non facilè eſſet ſatisfa
cere. Ita tunc quoq; legatos quaſi ſpeculatum ſua miſſos nõ omnes, ſed pau
cos electos ad ſe admiſit, reliquis antè quàm in Galliam uenirent, diſcede-
re iuſsis: neq; admiſsis ullum honorem habuit, quin imò Claudium etiã ne-
Claudij ſocordia. caſſet, niſi eum contempſiſſet ob ſocordiam, quam partim natura, partim ſi-
mulatione multam præ ſe ferebat. Alios poſtea temporis legatos, eos'q; plu
res (nam inter alia paucitatem quoque priorum culpauerat) miſſos, nun-
ciantesq; multa in eius honorem ſtatuta eſſe, læto animo excepit, obuiam
quoq; eis progreſſus: ob quæ iterum alij ei honores habiti. Ad præſens ue-
Paulina repudiata Miloniã Cæſoniam ducit Caius. rò exturbata Paulina, ut ſterili, ſed re uera, quia ſatietas eius ipſum ceperat,
Miloniam Cæſoniam duxit, adulterio prius ſibi cognitam, quam tunc uxo
rem ducere ſtatuit, quia grauida erat, ut triceſimo die pater ex ea fieret. Hæ
res Romanos turbabant, nec minus multitudo eorum, qui propter ſorores
Caij, ac occiſorum amicitias in iudicium pertrahebantur, ut Aediles quoq;
Aeſtus. & Prętores quidã coacti ſint magiſtratu poſito cauſam dicere. Aeſtus quo-
que urbem afflixit tantus, ut uela ſupra forum ſuſpendi opus fuerit. Fuit in-
Tigillinus Sophonius. ter eos qui tum exilio plectebantur Tigillinus etiam Sophonius, propter
commiſſum cum Agrippina adulterium pulſus. Cæterùm non hæc tantum
Agrippa. Antiochus. doloris afferebant Romæ, quantum metus, fore ut cudelitas ac libido Caij
magis adhuc augeſceret: præcipuè quòd ferebatur Agrippam ei ac Antio-
chum

chum reges adeſſe, qui eum ad tyrannidem inſtruerent. Itaque Conſule eo
tertiùm, nemo Tribunuſplebis aut Prætor auſus fuit cõuocare Senatũ. Col
legam enim Caius non habebat, non quidem (ſicut putant quidam) data
opera id ab eo factum: ſed eo qui deſignatus fuerat, mortuo, tam breui ſpa-
cio in cõcione alius ei ſubrogari non potuerat. Erat porrò officij Prætorũ,
ut per abſentiam Conſulum, omnia horum munia obirent. Ii ne uiderentur
Imperatoris aliquo munere fungi, omiſsis ijs quæ agẽda eſſent, cũ frequen
ribus Senatoribus in Capitolium adſcenderũt, rem ſacram ibi fecerũt, Caij
ſellam in templo poſitam adorarunt, ac argentum, ex more qui ſub Augu-
ſto inualuit, quaſi præſenti obtulerũt: (quod inſequenti etiam anno factum
eſt) deinde in Curiam conuenére, à nemine aduocati: nullaq; re acta, diem
totum eo laudando, uotisq; pro eo nuncupandis abſumpſerũt: tanto id diu
tius agentes, ut quoniam neque charum eum habebant, neq; ſaluum cupie-
bant, ſententiam eo ſuam occultarent. Tertio die edicto omniũ Prætorum
ad uota peragenda conuenerunt, ſed neq; tum, neq; pòſt quicquam ſtatue-
runt, donec nunciatum eſt, die duodecima Caium magiſtratu ſeſe abdicaſ-
ſe: tunc occepto conſulatu ij qui deſignati erant, officio ſuo functi ſunt: de-
cretumq; inter alia, ut natalibus Tiberij & Druſillæ eadem quæ Auguſti na
talicio feſto fierent: ludi quoq; in orcheſtra exhibiti, ac ſpectacula, & ſtatuæ
Caij ac Druſillę poſitę, dedicatæq;. Hæc ex reſcripto Caij acta, ſoliti ea quę
decerni uellet, pauca quidem uniuerſo Senatui, pleraq; Conſulibus ſcribe-
re, ac nonnunquam mandare, ut in Senatu recitarẽtur. Cæterùm Caius Pro
lemæum Iubæ filium euocauit, ac cum cognouiſſet de eius diuitijs, necauit:
nõnullosq; etiam pręterea alios. Eodẽ tempore ad Oceanũ profectus, tan-
quã in Britanniã bellũ translaturus, in acie omnes milites ſuos propter lit-
tus collocauit, ipſe triremi cõſcenſa paululũ à terra auectus redijt, ac dein-
de alto in ſuggeſto cõſidens, ſignũ pugnæ militib. dedit, claſsicumq; canere
iuſsit, ac ſubitò mandauit, ut cõchylia legerẽt. His partis ſpolijs (nimirũ exu
uijs hoſtium ad triumphum indigens) animum ſuſtulit, quaſi ipſum qui O-
ceanum ſubegiſſet, donatisq; militibus, conchylia hæc Romam attulit, ut i-
bi quoq; prædam ſuam oſtentaret. At Senatus neq; ut quieſceret, cum eum
magnificè de ea re ſentire audiret, neq; ruſus ut eum laudaret, certus animi
eſſe: quippe magnæ laudes, honoresq; immodici nulli, aut exiguę certè rei
geſtę tributi, traducere eam modò, ac ſuggillare exiſtimantur. Vt in urbem
Caius aduenit, parum abſuit, quin uniuerſum Senatum necaret, quia nõ di-
uinos ipſi honores decreuerant: populum conuocauit, ac de ſublimi loco
multũ argenti auriq; in eos proiecit, cuius direptione multi perierunt, cum,
ut quidam tradunt, ferramenta exigua eis immiſcuerit. Caſsium porrò Be-
cillinum occidi iuſsit, patremq; eius Capitonem cædi intereſſe, neque ullo
delicto, neq; crimine eius extante: interrogantemq; an conuiuere ſibi con-
cederet, ipſum etiam necari imperauit. Fuit quidam Caij in omnibus atro-
ciſsimis rebus adminiſter, nomine Protogenes, ſolitus duos libellos ſemper
circumferre, gladij ac pugionis titulis inſignitos: hic in Curiam fortè quaſi
aliud propter negocium ingreſſus, cum omnes, ut ſolet, eum alloquerẽtur,
ac dextram iungerent, Scribonium Proculum infeſto uultu intuitus: Quid,
inquit, tu me etiam ſalutas, tanto Imperatoris odio flagrans? id reliqui audi
entes, Senatorem eum circunfuſi diſcerpſerunt. Eo facinore delectatus Ca-
ius, in gratiam ſe cum Senatu redire dixit. Tum ei decretum, ut in tribunali
excelſo in ipſa quoq; Curia omnibus alijs ſublimior ſederet, ac ibi quoq; mi

An. V. C. 793.

Cõſulatus Caij tertius.

Senatus & Magiſtratus Caio abſenti ut adulati ſint.

Caius Ptolemæum Iubæ F. occidit.

Ridicula Caij in Britanniam expeditio, & conchyliorum captura.

Laus paruarũ rerum.

Caſsij Becillini & Capitonis interitus.

Protogenis libelli gladius & pugio.

Scribonius Proculus à Senatoribus diſcerptus.

litari pręſidio uteretur. Proinde alijs eum Heroem, alijs Deum uocantibus,
uehementi inſania correptus eſt. Iam antè quoq; humano faſtigio altior ha-

Caius in omnes ſe deos tranſmutat.

beri uolebat, ſeq; cum Luna coire, & à Victoria coronatum eſſe uideri: Io-
uem ſe fingebat, eaq; occaſione cum multis alijs mulieribus, tum uerò cum
ſororibus cõgreſſum eſſe præ ſe ferebat: ſæpe Iuno, Diana, Venusq; fiebat,
mutato cum nomine etiam omni habitu. Inde aliquando muliebri ornatu
conſpiciebatur, craterã ac thyrſum gerens: modò uiriliter cõpoſitus clauam
& leonis pellem geſtabat, aliâs barbatus cõſpiciebatur, aliâs imberbis: nunc
tridentem tenens, nunc fulmen uibrans: iam uirgini bellatrici ſe adſimula-
bat, mox in mulierem transformabatur: deniq; compoſitione ueſtitus & or
natu impoſito ſibi ac circumiecto mirificè uariabatur, quiduis potiùs quàm

Galli cuiuſdã ſutoris in Caiũ ſcomma.

homo uideri cupiẽs. Forte quadam accidit, ut Gallus quidam eum pro ex-
celſo Tribunali ſub ſpecie Iouis ius dantem uideret, ac rideret uiſo: eum Ca
ius uocatum percontatus eſt, quid nam ipſi eſſe uideretur? Magnũ, reſpon-
dit ille (uerba enim eius ponam) deliramentũ. Idq; impunè tulit, quòd eſ-

Libertas humilium facilè fertur.

ſet ſutor: nam huiuſmodi homines, facilius uulgarium, quàm aliqua dignita
te præſtantium libertatem tolerant. Hoc habitu ſe induebat, cum Deum ſe
fingere uellet, ſupplicationesq; ei, uota & ſacrificia pro ſingulorum ratione
fiebant. Aliquando ſerico ueſtitu, aut triumphali ornatu inter populũ uer-

Oſcula Caij.

ſabatur: paucos oſculabatur, pleriſq; etiam Senatorum, manum tantum, aut
pedem adorandũ porrigebat: ac quibus id amicitiæ ab eo oblatum fuiſſet,
ij in Senatu gratias ei agebant, cum quotidie eum ſaltatoribus oſcula dare
omnes uiderent. Adulabantur eum autem etiam hi, qui in ſumma erant exi

L. Vitellius rẽ contra Artabanum præclarè gerit.

ſtimatione. Fuit inter eos etiam L. Vitellius, neq; ignobilis, neque inſipiens
homo, præſertim Syria à ſe gubernata inſignis. Nam inter alia egregiè acta,
Artabanum, qui Armeniam impunè aggreſſus, Syriam quoq; inuadere in-
ſtituerat, obuiam ei repentè ad Euphraten factus exterruerat, ita ut in collo
quiũ ueniret, ac ſacrificare eum Auguſti & Caij ſtatuis coegerat, pacis con-
ditiones quæ ex uſu Romanis eſſent dederat, liberosq; eius obſides accepe

L. Vitellius quemadmodũ Caium adulatus ſit.

rat. Is ergò Vitellius à Caio accitus, ut interficeret, (eadem ei cauſa pericu-
li erat, quę antè effecerat, ut rex Parthorum à ſuis pelleretur, quippe inuidia
ei odium, metus inſidias parauerat) eo modo ſe neci eripuit. Compoſuerat
ſe longè quàm gloria eius ferret humiliori habitu, Caijq; pedibus aduolu-
tus, effuſis lachrymis, ac eum multis diuinis honoribus demulcẽs, uouensq;
ſi incolumis euaſiſſet, ſe ei ſacrificaturum: ita hominem emollijt ac ſibi placa
uit, ut non modò ueniam ab eo conſequeretur, ſed & inter præcipuos poſt-
hac amicos haberetur. Aliquando Caius rem ſibi eſſe cum Luna dixit, per-

Aſtutum Vitellij ad Caiũ reſponſum.

contatusq; eſt Vitelliũ, uidiſſet ne ſe cum Dea cõgredi? tum Vitellius qua-
ſi attonitus, oculis in terram demiſsis, tremẽs exigua uoce: Solis, inquit, Do
mine uobis Dijs licet inuicem uidere: eoq; facto initio Vitellius, omnes re-
liquos adulando ſuperauit. Caius uerò ulterius prouectus, Romæ ſibi tem-

Templum Caij Romæ.

plum extruxit: ac in Capitolio quidem manſionem ſibi ędificauerat, ut poſ-
ſet cum Ioue, ſic enim ferebat, conuerſari: ſed indignum putans ſe in eo con
tubernio poſteriores ferre, incuſato ſimul Ioue, quòd Capitolium occupa-

Iouis Olympij ſimulacrum Caius Romam uehere conatur.

uiſſet, ipſe in Palatio ſibi properatò templum poſuit. In quo cum ſtatuiſſet
Olympij Iouis ſimulacrum ſuam in effigiem commutatum collocare, neq;
poſſet id perficere: (nam nauis ad id aduehendũ parata fulminibus abſum-
pta fuit, exauditusq; multus riſus, quoties quis ſacrarium eius tacturus acce
deret) minatus ei, aliud fanum ſibi inſtituit. Ergò diuiſa in duas partes æde

Caſtoris,

Caſtoris, quæ erat in foro Romano, ingreſſum per media Geminorum ſi-
mulacra in Palatium ſtruxit, dicens, uelle ſe, ſibi ianitores eſſe Iouis & Ledæ *Sacerdotes*
filios: tum ſe Dialem appellans, ſacerdotes addidit Cæſoniã uxorem ſuam, *Caij.*
Claudium, alioſq; diriſsimos, ce[redacted] ſingulis eo nomine acci-
piens. Ipſe etiam ſui ſacerdos fuit, equumq; ſuum collegam adſciuit: immo- *Equus Sacer-*
labantur autem ei ſingulis diebus aues delicatæ ac magni precij. Machinã *dos Caij.*
habebat, qua tonitribus obſtreperet, ac cõtra fulgura fulguraret: ac quoties *Fulmina con-*
fulmen decidiſſet, lapidem eiaculabatur, ſemper Homericum illud addens: *temnit Caius.*

Tollito me, uel ego te. *Iliad. 23.*

Is proinde Deus, is Iupiter, ut taceam omnino quàm turpiſsimas ratio-
nes pecuniæ conficiendæ excogitauerit, tamen lupanaria ab eo in ipſo Pa-
latio poſita, in iiſq; ad libidinem ſuam proſtitutas primarias fœminas, pue- *Lupanaria*
roſq; clariſsimorum uirorum, ac inde exactam ab omnibus pecuniam uel *Caij, & auari-*
ſponte, uel inuitis, tamen eam ne indignè quid ferre uiderentur, conferenti- *cia.*
bus, quis ſilentio inuoluat? Idem uolutare ſe in auro & argẽto ad hunc mo-
dum collecto identidem ſolebat. Itaque ubi ad extremum inſaniæ euaſit,
Caſsius Chærea, & Cornelius Sabinus, Tribuni Prætoniarũ militum, inſi- *Conſpiratio*
dias ei ſtruxerunt, iiſq; cædem eius ſuis manibus peregerunt. fuerunt enim *contra Caium.*
alij quoq; coniurationis participes, ac conſcij, inter quos Calliſtus & Epar- *Caſsius Chæ-*
chus. Chęrea uir erat antiquis moribus prędítus, ac præterea odij in Caium *rea.*
cauſam peculiarem habebat, mollis ab eo uocatus, cum eſſet fortiſsimus: ac *Cornelius Sabi*
ſi quando teſſeræ petendæ munus ad ipſum deueniſſet, Cupidinẽ ei Caius, *nus.*
aut Venerem, aut aliud quippiã id genus dare ſolitus erat. Haud multò ante *Calliſtus.*
oraculo Caius monitus fuerat, ut ſibi à Caſsio caueret: ideo C. Caſsium, qui *Eparchus.*
tum Aſiæ præerat, in ſuſpicione habẽs, quòd genus à Caſsio Cæſaris inter- *Oraculum Ca-*
fectore ducebat, uinctũ ad ſe adduci iuſſerat, cum tamẽ oraculũ Caſsiũ Chę- *io datum.*
ream innueret. Et Apollonius quidam Aegyptius domi Caio quid euentu *Apollonius Ca*
rum eſſet, prædixerat: miſſuſq; ideo Romã, adductus eſt ad eum ipſa die cæ- *io perniciem*
dis, dilatuſq;, ut de quo paulò pòſt ſupplicium eſſet ſumendum, ita ſaluus *prædicit.*
euaſit. Porrò cædes ita acta eſt. Feſtum quoddam in Palatio Caius celebra-
bat, ac ſpectaculũ edebat, ibiq; ipſe etiam edens ac bibens, reliquis epulum
dabat. Ibi Pomponius Secũdus Coſ. ad pedes eius adſidẽs cibũ capiebat, ac *Pomponius Se-*
ſubinde demiſſo capite eos exoſculabatur. Poſtquã uerò ſaltare etiam, & fa- *cundus Conſul.*
bulam agere Caius inſtituit, Chærea cum ſuis rem extrahendam porrò non
rati, obſeruauerunt è theatro exeuntem, ut pueros ſpectaret, quos nobiliſsi-
mos ex Græcia & Ionia ad canendum carmen de ſe compoſitum accerſie- *Caius Caligula*
rat, deprehenſumq; in angiportu obtruncauerunt. Cum cecidiſſet Caius, *trucidatur.*
nemo eorum qui aderant, à uulnerando etiam cadauere eius abſtinuit, ac
quidem carnes quoque eius guſtarunt. Confeſtim uxor quoque eius, & fi- *Vxor & filia*
lia necatæ ſunt. Ita Caius cum tribus annis, menſibus nouem, diebus uigin- *Caij caeduntur.*
ti octo ea quæ retulimus egiſſet, re ipſa comperit ſe non eſſe deum. Venitq;
iis qui cædi aderant in mentem eius, quod ad populum quondam dixerat:
Vtinam unam omnes ceruicem haberetis: oſtenderuntq; ei, multas ſibi ma-
nus, unicam ipſi ceruicem eſſe. Cum autem Prætorianæ cohortes tumultua-
rentur, ac quærerent, quis Caium occidiſſet, mira ratione eos ſedauit Vale- *Valerius Aſia-*
rius Aſiaticus, uir Conſularis, cum in locum unde conſpici poſſet progreſ- *ticus Conſula-*
ſus, exclamauiſſet: Vtinam ego ipſum interfeciſſem: qua uoce territi mili- *ris.*
tes, turbarum finem fecerunt.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER SEXAGESIMVS,

[redacted] Auguſtano interprete.

Quomodo Claudius rerũ & Imperij potitus ſit, utq; initiò ſe geſſerit. CAIO ita ut dixi mortuo, Conſules dimiſsis in omnes urbis partes cuſtodibus, Senatum in Capitolium uocarũt. Ibi ſententijs diſcrepatum, cum alij populo ſummã Reipublicæ reſtituendam, alij unum principem habendum cenſerent, atq; hi rurſum alius alij principatum deferret: ita re infecta, reliquum diei & nox tota abſumpta. Interim milites quidam rapinę cauſa Palatium ingreſsi, Claudium (is quia cum Caio agebat, tumultum metuens ſe abdiderat) in obſcuro angulo occultatum inuenientes, primùm protraxerũt, alium quendam eſſe, ac ſecum aliquid abſconditum habere arbitrati, mox cognitũ, Imperatorem ſalutauerũt, ac in caſtra duxerũt: ibi omnium conſenſu militũ ei, orto nimirũ Imperatorio genere, ac bono uiro, Imperium eſt tributũ. Conſules cum aliquãdiu miſsis tribunis plebis ei edixiſſent, ne principatũ capeſſeret, ſed ſub populi, Senatusq;, & legũ poteſtate eſſet, poſtq; à ſuis quoq; militibus deſeri ſe uiderũt, ipſi quoq; aſſenſi ſunt, ac Imperiũ ei decreuerũt. Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Druſi filius, Liuię nepos, Imperator factus eſt, cum præter Conſulatum, nullum unquam imperium geſsiſſet: an-

Mores & educatio Claudij. num agebat ætatis quinquageſimum. Animi bonis non deſtituebatur, ita inſtitutus, ut quædam etiam ſcripſerit. At corpus ei morbis obnoxium, tremore capitis & manuum laborabat, uoce quoq; malè affecta: itaq; non omnia ipſe ſua uoce pronunciabat, de quibus in Senatu referret, ſed recitanda ferè Quæſtori, idq; præſens ipſe initiò, dabat, ſedens plerunq; ipſe, ſi ita uſu

Lecticarum uſus. ueniret, recitabat. Primus hic inter Romanos lectica operta uſus eſt, ac inde ea non Imperatores modò, ſed nos quoq;, qui Conſulatum geſsimus, uehimur, cum antè Auguſtus & Tiberius lecticis tantum geſtarentur, quibus noſtro tempore nonnunquam mulieres uehuntur. Enimuero ei hoc nõ perinde uitio datum eſt, ut libertorum & mulierum conſuetudo: nam inter eius ſimiles nemo unquam euidentiùs à famulis & mulieribus ſe regi paſſus eſt. Nimirum à puero inter ſiniſtram ualetudinem, & multum timorem educatus, ita ut maiorem quàm ipſi ineſſet ſimplicitatẽ (quod ipſe etiam in Senatu aliquãdo confeſſus eſt) præ ſe ferre opus habuerit, præterea quòd diu cum Liuia auia, diu cum Antonia matre, & libertis uixiſſet, ac cum multis mulieribus rem habuiſſet, nihil in ſe uerè liberum habebat: ſed quanquam in omnes Romanos ac ſubditos eorum imperiũ teneret, tamẽ mancipium erat. Maximè autem fraus ei parabatur in compotationibus ac re Venerea, quibus utriſq; immodicè deditus, ijs occaſionibus facilimè circumueniebatur. Inerat ei & timiditas, qua ſæpe perculſus, nihil ſani conſilij capere potuit. Quod ipſum adiumento fuit ijs, qui Claudium ſibi mancipauerant, ut faciliùs quæ uellent conſequerentur. nam & ei terrorem incuſſum in ſuam rem uertebant, & tantum reliquis metum inijciebant, ut (quò rem totam paucis complectar) multi ab ipſis & Claudio ad cœnam eadem die uocati, hoc quaſi aliam ob cauſam neglecto ad illos commeauerint. His ferè Claudius erat moribus. Attamen multa quoq; rectè egit, cum ſui compos prædi-

ctis

ctis uitijs uacaret. Porrò eius actiones ſingulatim perſequar. Decretos ſi-
bi honores ſtatim accepit, nomine tantum patris patriæ dilato: attamen uix
Quæ initio Imperij egerit Claudius.
triceſimo demum die in Senatũ uenit. Cum enim uideret quo pacto Caius
perijſſet, audiretqꝫ à Senatu multos tanquam ſe meliores quibus Imperium
daretur deſtinari, nequaquam animi fidens, exquiſita uſus eſt cuſtodia: iuſ-
ſitqꝫ omnes ad ſe acceſſuros uiros mulieresqꝫ excuti, ne quem pugionẽ ſe-
cum ferrẽt, omnibusqꝫ in conuiuijs aliquos milites adſtantes habuit. quod
ab illo demonſtratum, hodieqꝫ durat, at explorationem ueſtium acceden-
tium Veſpaſianus aboleuit. At Chæream Claudius, quanquã ei mors Caij
Caſſij Chereæ & Sabini interitus.
eſſet gratiſsima, quoſdamqꝫ alios necauit: non gratias ei agens, quòd ipſius
facinore ad Imperiũ euectus eſſet: ſed iratus ei, qui auſus fuiſſet Principem
trucidare, ac eminus de ſua ipſe ſecuritate ſolicitus. Thraſeám autem non ul
ciſcendi Caij prætextu ſuſtulit, ſed eum ſibi quoqꝫ exitium machinari cauſa
tus. Sabinus eius mortem ultrò comitatus eſt, ſupereſſe ei non ferens. At re
Sabini interitus.
liquis, qui aut palàm Reipublicæ formam popularem expetijſſent, aut uidè
bantur principatum adepturi fuiſſe, nõ modò omnem offenſæ memoriam
remiſit, ſed honoribus etiam eos, ac magiſtratibus ornauit: non modò uer-
bis omniũ antè actorum ijs ueniam tribuẽs, exemplo, ut aiebat, Athenien-
ſium, ſed re quoqꝫ. Similiter maieſtatis accuſationes & literis, & ipſo quoqꝫ
facto aboleuit, neqꝫ præteritorum, neque poſteriorum cauſa huiuſmodi cri
minum quopiam punito. Qui priuatum ipſum iniuria aut cõtumelia læſiſ-
Maieſtatis crimen abolitum.
ſent, (quod multi fecerant, hominem nullius precij exiſtimantes, ac Tiberij
& Caij gratiam captãtes) eorum neminẽ ficto crimine ultus eſt: ſed ſi quis
alterius quoqꝫ facinoris reus fieret, ſupplicium propter ſe quoque ſumpſit.
Penſiones à Caio inſtitutas, & reliqua eius acta quæ repræhenſionem me-
rebantur, antiquauit: non quidem ſimul, ſed ſenſim per occaſiones. In exi-
lium ab eo immeritò miſſos, interqꝫ eos etiam ſorores eius Agrippinam &
Claudius ſorores Caij ab exilio reducit.
Iuliam reduxit, ac bona ijs reſtituit. Cum in carcere permulti eſſent, dimiſ-
ſis ijs qui propter maieſtatis crimen aut aliud id genus in eum coniecti eſ-
ſent, in ſontes alios exempla ſtatuit, habita diligẽtiſsima inquiſitione, ne uel
noxij propter calumnijs circunuẽtos abſoluerentur, uel hi propter illos pe
rirent. Quotidie propemodum, uel cum uniuerſo Senatu, uel ſolus ipſe, ple
runqꝫ in foro, quandoqꝫ alibi pro Tribunali de cauſis cognoſcebat, renoua-
to more de adſeſſoribus principis, qui ab eo tempore, quo in inſulam Tibe
rius ſeceſsit, interciderat: ſæpenumerò autem cum Conſulibus ac Prætori-
bus, ijs præſertim qui ærario præerant, iudicia obibat, ac paucas cauſas alijs
iudicibus committebat. Venena, quæ à Caio parata multa inuenta erant,
Venena à Caio parata.
librosqꝫ Protogenis, (quem ipſum quidem interemit) & literas quas cre-
mauiſſe ſe Caius ſimulauerat, tum in Palatio inuentas, Senatoribus oſten-
Protogenis interitus.
ſas, legendasqꝫ exhibitas ijs à quibus & contra quos ſcriptæ erant, combuſ-
ſit. Cum Senatus Caium ignominia notare uellet, ei Senatuſconſulto inter-
ceſsit, ipſe tantùm eius ſtatuas omnes noctu ſuſtulit: hinc Caij nomen non
Per Caij & Tiberij nomina non iuratur.
eſt in numero Imperatorum, quorum nos in iuramentis & uotis concipien
dis mentionem facimus, ut nec Tiberij, cum tamen ea ignominia neutri ex
Senatuſconſulto contigerit. Claudius reſciſsis ijs, quæ à Caio, aut ab alijs
propter eum malè eſſent ſtatuta, Druſo patri, & Antoniæ matri ludos eque
Pietas in ſuos Claudij.
ſtres eorũ natalibus inſtituit, trãslatis ijs ludis, qui in eos dies incidiſſent in
aliud tempus, ne ſimul fierent: auiã Liuiã præter hunc honorẽ, eriã immor-
Liuiæ immortalitas decreta.
talitati adſeruit, dedicauitqꝫ eius effigiẽ in templo Auguſti, ac rem ſacrã ei
fieri

fieri à Veſtalibus mandauit, mulieresq́; per nomẽ eius iurare iuſsit. Hos ho
nores parentib. ſuis tribuẽs, ipſe nihil præter nomina imperij accepit: quæ
Natalis Claudij. enim equeſtria certamina Calendis Auguſti (qui eſt natalis Claudij) exhi
bentur, inſtituta ſunt propterea ꝙ ea die Martis ædes conſecrata fuit. Vſus
porrò in alijs quoq; rebus eadem eſt moderatione, edixitq́;, ne quis ipſum
adoraret, ne quis ipſi ſacrificaret, acclamationes crebras iſtas & nimias inhi
buit, imaginẽ ſui unã modò argenteã, ſtatuasq́; duas ex ære & lapide initiò
ſibi decretas admiſit: inutiles uidelicet hos ſumptus eſſe, ac magno damno,
magnis turbis urbi eos ſtare, cum omnes iam ædes, omnia opera ſtatuarũ
& donariorum eſſent plena: itaq; de his etiam ſe quid eſſet ſtatuendũ, conſi
lium capturum. Prætoribus porrò prohibuit, ne munera gladiatoria darẽt,
ac ſi quis alius ea præberet, ne uel ſcripto uel dicto pro ſua ſalute facta per-
Filiarum Claudij nuptiæ. hiberet. Hæc omnia ita ex animo, non ficté egit, ut cætera quoq; conſenſe-
rint. Filias duas eodem anno, unam L. Iunio Silano, alteram Cn. Pompeio
L. Iunius Silanus. Magno nuptum tradens, nihil à uulgari conſuetudine eximium fecit, quin
& ipſe ea die de iure reſpondit, & Senatus actus eſt: generis ſuis tum in ui-
Cn. Pompeius Magnus. ginti uiris magiſtratũ gerere, pòſt urbis præfectos ferijs eſſe, ac ſerò tandem
permiſit, ut quinq; annis maturiùs ſolito cæteros magiſtratus peterẽt. Huic
Caligula Magni cognomen Pompeio ademit. Pompeio Caligula nomẽ Magni ademerat, ac parùm abfuit, quin eius cau-
ſa eum necaret, contempto tamen propter tenerã adhuc ætatem uitam con
ceſſerat, cognomine ablato: haud ſibi tutum eſſe dicens, Magni aliquem co
gnomentum ferre: at Claudius ei & appellationem reſtituit, & filiam in ma
trimonium collocauit. Humaniter hæc à Claudio acta. Nec minus id, quòd
in Curia cum Conſules ſuis de ſubſellijs alloquendi ipſius cauſa deſcende-
Claudij uita Neapoli. rent, ipſe quoq; ſurrexit, obuiamq́; ijs uenit. Neapoli ſanè omnino tanquã
priuatus uixit, cum ipſe ac familia eius Græca uictus ratione uterentur, ac in
Muſicis ipſe ludis togam & ſoleas, Gymnicis purpurã & auream coronam
ferret. Quin & pecuniariam rem mirificè tractabat. Nam et ſtrenarum obla
tionem, ſub Auguſto & Caio uſurpatam edicto ſuſtulit, ac ne quis ſe hære-
dem nominaret, qui cognatos quoſcunq; haberet, prohibuit, multa etiam
bona quæ Tiberio & Caio ſecus legata eſſent, ijs qui ſupereſſent, aut libe-
ris eorum reddidit. Cum ſtatutũ eſſet, ut ludi, ſi quid in ijs præter conſuetu-
De ludis Claudij constitutio. dinem accidiſſet, inſtaurarentur, (ut ſuprà demonſtrauimus) ac inde eueni
ret, ut ſæpe tertiùm, quartùm, adeoq; nõnunquam decimùm ij reperentur,
partim fortuitò caſu. plerunq; uerò ſtudio eorum ad quos inde captura redi
bat, legem tulit, ut Circenſes ludi per unum diem tantùm reficerẽtur: quan-
quam reipſa id quoque ne temerè fieret, impedijt, cum eorum artifices ſpe
Iudæi cohibiti. magni alicuius lucri præciſa nihil conſultò peccarent. Cum Iudæi adeò ite-
rum Romæ frequentes fierent, ut difficulter ſine tumultu propter multitu-
dinem urbe poſſent exigi, non eiecit quidem eos, patrijs tamen legibus ui-
tam tolerantes non paſſus eſt conuenire. Inſtituta quoq; à Caio conciliabu
Collegia prohibita. la diſſoluit. Et quia intelligebat nihil profici ſi qua re uulgo interdiceretur,
niſi uita quoq; eius quotidiana transformaretur, cauponũ tabernas in quas
Tabernæ camponum. coeuntes potabãt, demolitus eſt, edixitq́;, ne quis carnẽ elixam aut aquam
calidam uenderet, in quoſdamq́; contrà delinquentes animaduertit. Reſti-
tuit etiam urbib. ſtatuas, quas Caius abſtulerat. templumq́; ſuum Geminis,
& memoriam theatri Pompeio, ſcenę addita inſcriptione nominis Tiberij,
qui eam incendio hauſtam refecerat, ac ſuum, non inſtaurationis, ſed dedi-
cationis cauſa nomen adiecit, nulli alio operi inſcriptum. Ludis ueſte trium

phali

phali, quanquam decretum id ſibi, nõ uſq; ad finem uſus eſt, ſed mox ea depoſita, reliqua in prætexta purpura toga peregit. In orcheſtram introduxit inter alios uiros etiam equites ac mulieres, quales Caij principatu ſaltare ſolebant, non quòd ijs delectaretur, ſed ut præterita argueret. Nam poſthac certè nemo eorũ in ſcena uiſus eſt dum Claudius uiueret: pueri quoq; quos ad Pyrrhicam ſaltationem Caius euocauerat, ſemel duntaxat ea ſaltata, ciuitate donati, ac ablegati ſunt. Alij deinde ex famulis Claudij ſaltarunt. Hæc in theatro. In Circo autem ſemel cameli, & duodecim equi certârunt, urſæ c c c c. totidemq; Africæ feræ trucidatæ ſunt: ſpectauerant iam antè ſeorſim ſinguli ordines, Patriciorum, Equitum, & plebeiorum, ex eo tempore, quo lex de eo lata fuit, non tamen certi loci ſingulis attributi erant: ſed tunc Claudius ea ſubſellia Patricijs deſtinauit, quæ nunc quoq; ſunt, conceſſo etiam ſi qui alibi ueſte plebeia ſpectare uellent. His actis Senatum cum uxoribus, equitesq; & tribus epulo excepit. Deinde Antiocho Commagenẽ, quam ei idem dederat, ademeratq; Caius, reſtituit: Mithridatem Iberum, quem Caius euocatum in uincula condiderat, domum ad recipiendum regnum remiſit: alij cuidã Mithridati, qui genus à magno illo Mithridate deducebat, Boſporum largitus eſt, pro eo Polemoni parte Ciliciæ data. Agrippæ, qui ſe in potiundo principatu adiuuerat, Palæſtino, regnum auxit, honores Conſulares tribuit, fratriq; eius Herodi Prætoriã dignitatem & principatum quendam cõceſsit: in Senatumq; ingredi eos, ac gratias ipſis Græcè agi mandauit. Hæ Claudij erãt actiones, laudatæ ab omnibus. Cæterùm alia his abſimilia à libertis eius, ac uxore Valeria Meſſalina agebantur. Hæc Iuliã, Germanici filiam, indignè ferens non honorari ſe ab illa, non adulari, formæq; eius æmula, ac quòd ſæpius ſola cum Claudio ageret, extorrem egit, paratis cùm alijs, tum adulterij criminibus, ob quæ Seneca etiam in exilium pulſus eſt. Neq; multò pòſt Iuliã eadem necauit. At Senatus Claudio perſuaſit, ut propter res in Mauritania geſtas, honores triũphales acciperet, non modò ab ipſo non geſtas, ſed ne ſub eius quidem Imperio. Eodem anno Sulpicius Galba Chattos uicit, ac P. Gabinius Marſos: qui inter alia quæ laudi ipſi eſſent militarem aquilam, quæ ſola à clade Variana adhuc ſupererat, recuperauit, quibus utriſq; uerum Imperatoris nomẽ Claudio partum eſt. Anno inſequenti Mauri iterum bellum mouentes, oppreſsi ſunt, Suetonio Paulino uiro Prætorio eorum regionem uſq; ad Atlantem populante. Eandem ob cauſam Cn. Sidius Geta poſt eum expeditione facta rectà aduerſus Salabum ducem eorum contendit, eumq; ſemel atq; iterum uicit. Qui cum relictis quibuſdam ad limites, qui inſequentes arcerent, ad arenoſa confugeret, auſus eſt Sidius inſectari eum, ac parte exercitus poſita in ſubſidijs, proceſsit aqua ſecum quantã potuit portata: uerùm ea abſumpta, cum nulla alia ſuppeteret, in ſumma hæſit difficultate, Barbaris durantibus, eo quòd ſitim diutiſsimè tolerare adſueuiſſent, ac peritia locorum aquã inuenirent. Romanis uerò neq; progredi iam, neq; regredi integrũ erat: cum quidam indigenarum cõfœderatorum Sidio autor fuit, ut incantationibus & magica arte uteretur, affirmans ſæpius ſe eo modo plurimam aquam eliciuiſſe: cum paruiſſet, tanta confeſtim aquæ uis cœlitus fluxit, ut & ſitim exercitus reſtingueret, & hoſtes perterrefaceret, diuinum auxilium Romanis adeſſe opinantes. Itaq; ultrò pacis conditiones acceperunt. His actis Claudius Mauritaniam ſubditam in duas partes diuiſit, Tingitanam & Cæſariẽſem, duobus ijs equitibus præpoſitis. Eodẽ tempore finitimi Barbari cum

Antiochus Cõmagenus.
Mithridates Iberus:
Boſporanus.
Polemo.
Agrippa.
Herodes.
Meſſalinæ in Iuliam odium.
Senecæ exiliũ.
Mauritania ſubacta.
Galba Chattos uincit.
P. Gabinius.
Suetonius Paulinus.
Cn. Sidij Getæ res contra Mauros geſtæ.
Salabus.
Incantationib. aqua elicitur.
Mauritania duplex.
Tingitana.
Cæſarienſis.

M Numidiæ

Numidiæ quaſdam partes infeſtaſſent,uicti bello ſunt, ac Numidia pacata.
An.V.C.795. Conſulatum gerebat iterum Claudius, collegam habens C.Largum, cui Con
ſulatum in totum annum prorogauit: ipſe tum quoq; duos tantùm menſes
eum geſsit,in Auguſti acta iurare alios iuſsit, ac ipſe quoq; fidem dedit:ne-
que enim paſſus eſt quenquam in ſua iurare acta,& Conſulatu ſe abdicans,
itidem ut alij iuramentum præſtitit,ſolitus id omnibus ſuis conſulatibus fa-
cere. Tunc etiam Calend. Ianuar. cum recitarentur ex Senatuſconſulto ora
tiones quædam Auguſti & Tiberij,ita ut uſq; ad ueſperam Senatus detine-
retur,finem impoſuit,dicens ſatis eſſe, eas in tabulis incidi. Cum quidã Prę
tores adminiſtrando ærario præpoſiti culparētur officij malè acti, non qui-
dem id perſecutus eſt, ſed uenditiones quaſdam locationesq; ipſe inſpexit,
correxitq; ſi quid minus rectè agi cenſeret,idemq; crebrò factitauit. Eo tem
pore non idem numerus Prætorum obſeruabatur, cum XIIII. aut XVIII.
aut medio inter hos numero crearentur,pro ut res tuliſſet. Conſtituit etiam
Exactores debitorum Reipublicæ. tres uiros prætorios, qui debita Reipublicę exigerent, ijsq; lictores et alios
miniſtros addidit. Fame ingenti exorta,non modò ad præſens tempus co-
piæ alimentorum, uerùm in perpetuum etiam proſpexit. Nam frumentum
Annonæ rationes ut explicarit Claudius. quo Roma utitur, omne propemodum aliunde aduehebatur: at cum loca
circum oſtia Tiberis neq; tuta nauibus appellendis eſſent, neq; portus op-
portunos haberent, efficiebatur ut maris imperium parùm Romanis pro-
deſſet, cum præter ea quæ æſtate ſubueherentur, ac in granarijs conderen-
tur, hyeme nihil ſupportaretur: ac ſi quis id tentaret, magno periculo ei hoc
Portus à Claudio fabricatus. ſtaret. Id intelligens Claudius, inſtituit portum ibi fabricari, cumq; archite-
cti interrogati,quãti ſumptus eius operis eſſent futuri, tantos reſpõdiſſent,
quantos ipſe facere nollet: ſperantes impēdij magnitudine audita, ipſum à
propoſito deſtiturum,nihil deterritus,rem in animum ſuum induxit,perfe-
citq;, magnanimitate ac potentia Romana dignam. Effodit continentem
haud exiguo ſpacio, ambitumq; omnē crepidine lapidũ firmauit,ac in eum
locum mare accepit; deinde ex utraq; huius loci parte aggeres in ipſo mari
magnos iecit, multũ ijs maris cõplexus eſt,ibiq; inſulã effecit, impoſita tur-
ri,unde noctu ignes emicantes ſignum nautis darent. Id'que opus ab eo ita
Fucini lacus emiſsio in Tiberim tentata. extructum,portus nomen hodie quoque retinet. At in Fucino lacu,qui in
Marſis eſt, in Tiberim emittendo, ut & locus circa eum lacum agriculturæ
aptus,et Tiberis magis adhuc nauigabilis fieret, inanes ſumptus fecit. Mul
Leges Claudij. tas tulit leges, quarum pleraſq; cõmemorare ſuperſedeo. Inter alias fuit, ut
ſorte ducti præfecti, quia tum diu in urbe morabantur, ante Calend. April.
in prouincias abirent: tum ne electi ei gratias in Senatu agerent, quòd pro
more faciebant: dicens non eos ſibi gratiam debere, quaſi uerò ambitione
eum honorem obtinuiſſent,ſed ſe ipſis qui eum in principatu adminiſtran-
do promptè adiuuarent: pollicitus etiam uberiores laudes, ſi bene præfuiſ-
ſent. Qui propter morbum non poſſent eſſe Senatores, eis ueniam dedit:
quibuſdam equitibus Tribunatum plebis permiſit, reliquos autem omnes
coegit in Senatum, quoties uocarētur, uenire: ac qui non paruiſſent ita ob-
iurgauit,ut quidam horum necem ſibi conſciuerint. Alioquin facilis & bo-
nus ijs erat, ut ægrotantes inuiſerit etiam, dies feſtos agentib. adfuerit. Cum
Bonitas Claudij. quidam Tribunuſplebis publicè ſeruũ ſuum percuſsiſſet, nihil aliud in eum
ſtatuit, quàm quòd miniſtros ademit, reſtituitq; eos non poſt multum tem-
poris. Seruum ſuum alium, qui quendam illuſtrem uirum probro affeciſſet,
in forum miſſum flagris concidit. In Curia ſi Senatores diutius ſtetiſſent, i-

ipſe quoq; ſurrexit: nam (ut dixi) propter infirmitatem ſedens plerunque ſi quid rogaretur, de ſcripto reſpondebat. L. Syllæ, cum is propter ſenium in ſuo ſubſellio quædam audire nõ potuiſſet, ac ideo ſurrexiſſet, permiſit ut in Prætorijs ſubſellijs ſederet. Qua die prioris anni Imperator fuit creatus, ipſe quidem nihil præter conſuetudinem egit, niſi quod Prætorianis militibus uiritim centenos nummos diſtribuit, repetijtq; deinceps quotannis idem: at Prætores quidam (neque omnes, ſed quibus eſſet uolentibus, id enim licentiæ habebant) ſua ſponte, nullo decreto, eum diem, ac natalem Meſſalinę publicè celebrarunt. Vtebatur omnino ea moderatione, ut nato quoq; ſibi filio, qui tum quidem Ti. Claudius Germanicus, pòſt Britannicus appellatus eſt, nihil ſplendidè egerit, ac neque ei Auguſti, neque Meſſalinæ Auguſtæ nomen dari paſſus ſit. Munera autem gladiatoria continenter edebat, quibus adeò gaudebat, ut uitio ei ceſſerit. Peribant uerò pauciſſimæ beſtiæ, multi homines uel inter ſe pugnando, uel à feris enecti. Odio acri perſequebatur Claudius ſeruos, libertosq;, qui ſub Tiberio et Caio dominis ſuis perniciem machinati eſſent, aut delationib. alios circũueniſſent, uel falſa teſtimonia tuliſſent: ideo pleroſq; hoc modo perdebat, reliquos alio modo plectebat, aut dominis puniẽdos ſuis tradebat. Equidem eorum qui ita in publico perirent, tantus fuit numerus, ut Auguſti ſtatuam eo loco poſitam iuſſerit aliò trasferri, ne uel ſemper inſpiceret cædes, uel ſemper uelata eſſet.. Riſumq; meruit eo facto Claudius, quòd ſeſe ijs exaturaret ſpectaculis, quę æneam omniq; ſenſu caſſam ſtatuam uidere nollet. Delectabatur autem eo præſertim, ſi inter prandiũ, medio munere, cæſos homines intueretur, quanquã leonẽ homines uorare doctũ, ideoq; multitudini apprimè placentem occidiſſet, quaſi non cõueniret oculis Romanis tale ſpectaculum. Quia uerò populo in ijs ſpectaculis promiſcuè aderat, ac quę uellẽt præbebat, rariſsimè præconibus utens, ac pleraq; aſſerculis inſcriptis ſignificans, eo magnopere laudabat. Enimuerò ſuetus ſanguine & cædibus impleri, pronior etiam ad reliquas neces inde factus fuit, quarum potiſsimùm cauſa penes eius familiam, & Meſſalinam fuit. Nam ſi quem uellẽt occidere, metum Claudio incutiebant, atq; ita poteſtatem ab eo agendi pro arbitrio ſuo accipiebãt. Sæpenumerò repentè cõſternatus, ideò necari aliquem cum iuſsiſſet, pòſt cum ſe collegiſſet, & ad mentis ſanitatem redijſſet, eundem requirebat, facinoriſq; cogniti dolore & pœnitẽtia corripiebatur. Earum cædium à C. Appio Silano initium ſumptũ eſt. Hunc quaſi opera eius indigens, hominem nobiliſsimũ, Hiſpaniæq; eo tempore præfectum accíuit, matremq; ei Meſſalinæ coniugio iunxit, eumq; inter amiciſsimos propinquiſsimoſq; aliquandiu habuit, pòſt ſubitò interfecit, quòd Meſſalinã, concubitu eius (erat enim extremæ libidinis ac impudicitiæ fœmina) recuſato, ac per eam Narciſſum libertũ principis offendiſſet. Narciſſus qui neq; uerũ, neq; probabile ullũ crimẽ obijcere Silano poterat, finxit in ſomnis uidiſſe ſe Claudium manu eius occiſum, idq; ei adhuc in lecto cubanti tremebundus narrauit, excepitq; ſermonem Meſſalina, & uerbis exaggerauit: ita inſomnium Appio mortem attulit. Eo interfecto, nihil iam ſibi de Claudio boni Romani pollicebantur: iccirco ſtatim cùm alij, tum Annius Vinicianus inſidias parauerunt, unus eorum qui poſt exitum Caij digni principatu habiti fuerant, ideoq; perniciem ſibi metuens. Is cum nullis eſſet inſtructus uiribus, Furium Camillum Scribonianum Dalmatiæ præfectum, copias multas urbanas ac peregrinas habentem ad ſocietatẽ defectionis per

L. Syllam honorat Claudius.

Britannicus Claudij F.

Ludis Gladiatoribus Claudius addictus.

Auguſti ſtatua translata.

Meſſalina & liberti Claudiũ ad cædes exercendas inſtigant.

Cædes à Claudio editæ.

C. Appius Silanus ut Meſſalinæ & Narciſsi dolo perierit.

Meſſalinæ impudicitia.

Annius Vinicianus & Furius Camillus Scribonianus contra Claudium inſurgunt.

nuncios pellexit, iam tum idipſum animo agitantem, quòd ipſe quoque Im-
perio dignus eſſet iudicatus. Ad hunc id agentem multi Senatores ac equi-
tes ſe contulerunt. * * Milites enim, cum eis
Camillus à militibus deſertus perit. Camillus nomen populi obtenderet, ac priſtinæ libertatis reſtitutionẽ pol-
liceretur, ueriti ne iterum moleſtias ac mutationes tolerandas haberent, di-
cto ei audientes non fuerunt. Itaq; eos metuens Camillus, in Iſſam inſulam
delatus eſt, ibiq; mortem uoluntariã oppetijt. At Claudius, qui eatenus in
tanto metu fuerat, ut paratus ultrò ei principatu cedere eſſet, recepto tum
animo, militibus cum alijs donis gratias egit, tum effecit, ut urbanæ legio-
nes ſeptima & undecima, Claudianæ, fideles, piæq; à Senatu nominarẽtur.
Inſidiarũ autem conſcios cõquiſiuit, ac ea cauſa permultos, interq; eos Præ-
torem quendã, poſtquam is ſe magiſtratu abdicaſſet, necauit: multi, & Vini-
Viniciani interitus. cianus ipſe, manus ſibi attulerũt. Hac arrepta occaſione Meſſalina, Narciſ-
ſusq;, & reliqui liberti, à nullo extremo facinore abſtinuerunt: indicibus uſi
ſunt etiam ſeruis ac libertis contra ſuos dominos, eoſdemq;, & ingenuos
quoq; multos, non peregrinos modò, ſed ciues etiã, eoſq; nõ de plebe mo-
dò, ſed equites etiam patriciosq; quæſtionibus ſubiecerunt, quanquam ini-
tio principatus Claudius iurauerat, nemini ſe libero tormẽta adhibiturum.
Hoc modo multi uiri morte affecti, multæ mulieres, aliæ in carcere, aliæ ad
tribunal protractæ captiuarum inſtar, & earum quoque in Gemonias pro-
iecta corpora, cum eorum qui extra urbem necarentur, corpora tandem eò
mitterentur. Quidam tamen nocentiſſimorum partim gratia, partim pecu-
nia Meſſalinæ & Narciſſi ſociorumq; interuentu mortem uitarunt. Liberis
necatorum impunitas omnibus, bona etiam quibuſdam paterna conceſſa.
Iudicia. Iudicia peragebantur in Curia, Claudio eiusq; præfectis & libertis præſen-
tibus: referebat ipſe ad Senatum, in medio Conſulum ſella curuli aut in ſub-
ſellijs ſedens, tum ipſe ſedile conſuetum occupabat, ac ijs ſellę ponebantur.
Galæſi in Narciſſum ſcõma. Eo modo & illuſtriſſimi uiri iudicabantur. At Galæſus quidam Camilli li-
bertus in Curiam introductus, multa libera uoce protulit: unum uerò præ-
ſertim memoriam meretur, quòd interrogatus à Narciſſo in medium pro-
greſſo, quid nam acturus fuiſſet, ſi Camillus rerum potitus eſſet? Quid, in-
quit, niſi ei à tergo aſtans tacuiſſem? Arria alio facto inſignis facta. Hęc con-
Arriæ fortitudo & fides in maritum. Cecina. iunx Cæcinæ Conſulis, neque uiuere eo perempto ſtatuit, (quòd ſanè po-
tuiſſet non abſque honore, Meſſalinæ coniunctiſſima) & ipſum trepidan-
tem confirmauit: arrepto quippe gladio ſe ſauciauit, eiq; eum porrigẽs: Vi-
den, inquit, puer me non dolere? Hi laudem inuenerunt, quia cõtinentibus
malis eò res deuolutæ erant, ut uirtus nulla alia, quàm fortiter mori, habere-
tur. Claudius ſanè ita huius & aliorum facinorum ultioni intẽtus fuit, ut pro
teſſera quoque hunc Græcum uerſum ſuis militibus dederit:—*Hunc uos*
Odyſ. 21. *Vlciſci, quicunq; prior nos lædat, oportet.*

Multa quoque huiuſmodi ad milites & Senatum dicta ſpargebat Græ-
ca, riſu ab ijs qui intelligerent excepta. Eodem tempore Tribuniplebis,
uno ex eorum collegio defuncto, quanquam præſentibus Conſulibus, ipſi
An. V.C. 796. Senatũ ſufficiendi alterius cauſa conuocarunt. Poſt hæc Claudius III. Con-
ſul, multa ſacrificia, multas ferias abrogauit: nam maior anni pars ijs abſu-
Feriæ imminutæ. mebatur, non ſine magno Reipub. detrimẽto. Igitur eas & reliqua omnia
quæ poterat, cõtraxit. Quæ Caius quibuſdam nullo iure aut cauſa dederat,
repetijt, adempta ab eo uiarum curatoribus per Corbulonem, reſtituit: pro
uinciarum præfectis ſorte conſtitutis, qui etiamnum in urbe moras trahe-
bant

bant, ut ante mediantem Aprilem diſcederẽt Roma, imperauit. Lycios ad cædem uſque Romanorum quorundam tumultuando progreſſos, in ſeruitutem redegit, & Pamphyliæ adiecit. De qua re cum in Curia cognoſceret, legatum quendam, Lycium quidem origine, Romanum tamen natum, Latinè interrogauit, ac non intelligenti quid quæſiuiſſet, ciuitatis ius ademit, dicens Romanum eum eſſe non debere, qui ſermonem eum neſciret. Multos alios quoq; indignos, ciuitate ſpoliauit, multis alijs ſingulatim, aut conſertim eam dedit, abſq; etiam diſcrimine. Quia enim ferè omnibus in rebus Romani peregrinis potiores habebantur, multi ciuitatis ius ab ipſo petebant, multi à Meſſalina ac familia eius redimebant. Itaque ius illud, magna quondam pecunia uenditum, adeò tunc uile factum eſt, ut rumor inſinuauerit, poſſe id uel uitreorũ uaſorum fragmentis pro precio datis parari. Hac de cauſa dicterijs agitatus Claudius, eo contrà laudem inuenit, quòd cum multi deferrentur, qui Claudij nomine non uterentur, aut teſtamento ei nihil legarent, quaſi utrunq; ijs qui ciuitate ab eo donati eſſent, facto opus eſſet, edixit, ne quis horũ cauſa accuſaretur. Proinde Meſſalina, libertiq; Claudiani ita nõ ius modò ciuitatis, exercituumq; regendorum, & procurationum, ac præfecturarum officia uendebant: ſed reliquarum etiam omnium inſtituram exercebãt, ut uenales omnes res magno iam precio eſſent, adeò ut Claudius coactus fuerit in Campum Martiũ conducto populo, ipſe pro tribunali rerum precia indicare. Porrò in caſtris chlamydem indutus munus gladiatorium exhibuit, natalem autem filij eius Prætores iniuſſu ſpectaculo & epulo decorauerunt, quòd poſtmodò etiam ab ijs qui uellent factũ eſt. Interim Meſſalina cùm ipſa libidinoſe uiuebat, tum alias mulieres ad impudicitiam cogebat, multasq; in ipſo ut Palatio in præſentia ac conſpectu maritorum adulteria committerent, adegit: qui ipſi in ea re obſequebantur, eos honoribus ac magiſtratibus ornabat: qui uerò ſe in id flagitij nõ demittebant, eos odio habebat, ac exitium afferebat. Hæc tot & tanta ſcelera diu Claudium latuerunt, cui ancillas Meſſalina componebat thoro, ac eos qui indicium aliquid deferre poſſent, beneficijs aut ſupplicijs præuertebat: ita Catonium quoq; Iuſtum, militibus Prætorianis præfectum, cûm Claudio aperire quippiam flagitij uellet, nece præuenit: Iuliam quoque filiam Druſi Tiberio nati, quæ uxor Neronis, Germanici filij, fuerat, æmulatione ducta, ac alteram Iuliam Germanici filiam interfecit. Tunc etiam eques quidã, inſidiarum Claudio factarum inſimulatus, de rupe Tarpeia per Coſs. & Tribunos plebis deiectus eſt. Dum hæc Romæ geruntur, eodem ferè tempore A. Plautius, Senator, uir clariſsimus, in Britanniam exercitum duxit, Berico, qui per ſeditionem inſula exturbatus fuerat, Claudio ita perſuadente. Plautius tum Prætor, difficulter exercitum è Gallia abduxit, indignè ferentem, quòd extra orbem terrarũ bellum eſſet gerendum, multumq; temporis cunctando extrahentem. Aſt ubi Narciſſus à Claudio miſſus tribunal Plautij adſcendere, & exercitum alloqui inſtituit, tum maiori indignatione milites accenſi, conclamauêre confeſtim tritum illud, Iò Saturnalia, (mos enim eſt Saturnalibus, ut id feſtum habitu dominorum ſerui celebrent,) ſtatimq; uolentes Plautium ſecuti ſunt. Copijs in tres partes diſtractis, ne uno loco appellentes prohiberi littore poſſent, retrò acti à uento in tranſmiſsione nonnihil moleſtiæ ſenſerunt: animo tamen recepto, quia fax ab ortu ſolis ad occidentem, quà nauigabant, diſcurriſſet, inſulam aduecti ſunt, nemine prohibente. Britanni enim cum ob ea quæ narraui, eos non aduenturos

Lycijs libertas adempta.

In eos qui ius ciuitatis haberent, linguam non tenentes eius.

Ciuitatis ius uarie ademptum & datum.

Meſſalinæ & Narciſſi potentia.

Meſſalinæ libido.

Claudij ignorãtia.

Catonij Iuſti interitus, & Duarum Iuliarum.

A. Plautij in Britãniam expeditio.

Bericus.

Narciſſus à militibus exploſus.

Saturnalia.

 credidiſſent,

credidiſſent, non conuenerant; ideoq; non congreſsi, in paludes ſe ac ſyluas abdiderunt, ſpe Romanos mora extrahendi, ut re infecta diſcedere cogerentur, ſicut Iulio Cæſari acciderat. Proinde Plautius ijs indagãdis multum laboris exhauſit. Poſtquam inuenit, (erant autem non liberi, ſed regibus diuerſis ſubiecti) primò Cataratacum, poſt Togodumnum Cynobellini filios uicit, patre antè mortuo. Fugientibus his, partem Bodunnorũ in fidem accepit, qui Catuellanis parebant: præſidioq; ibi relicto, ad fluuium quendam progreſſus eſt: quẽ quia ſine ponte non poſſe à Romanis tranſiri Barbari credebant, ſocordiùs in altera eius parte caſtra habebant. Igitur Plautius Germanos miſit, ſolitos etiam rapidiſsima flumina facilè in armis tranare. Hi hoſtem inopinatũ inuadentes, neminem uirum ſauciarunt, equis tantùm qui currus traherent, uulneratis, quibus turbatis ne ſeſſores quidẽ conſtare ualebat. Tum Flauium Veſpaſianũ (qui ſummo pòſt Imperio potitus eſt) huiusq; fratrem Sabinum legatum miſit, qui ipſi etiam traiecto amne, permultos Barbaros improuiſò interfecerunt. Neque uerò reliqui fugæ ſe dederunt, ſed poſtero die prælium incerta uictoria conſeruerunt, donec C. Sidius Geta cum propè in hoſtium poteſtatem ueniſſet, ita eos uicit, ut ei propterea honores triumphales, quanquam Conſul nõ fuiſſet, dati ſint. Inde ſe barbari ad fluuium Tameſin, quâ is in Oceanum ſe exonerat, eoq; affluente ſtagnat, receperunt, eumq; facilè tranſierunt, locorum quæ firma & peruia eſſent gnari: eos Romani inſequentes periclitati ſunt, mox cum Germani iterum tranauiſſent, ac ſuperiori loco per pontem quidam tranſgreſsi eſſent, undiq; Barbaris circunfuſi magnam ſtragem ediderunt, reliquos uerò inconſultiùs cõſectantes, in paludes inuias inciderunt, multosq; ſuorum amiſerunt. His de cauſis, & quia Togodumni interitu non modò nihil remiſerant Britanni, ſed acriùs ad uindicandã eius cladem bellum parabant, ueritus Plautius ultrà non proceſsit, ſed cuſtodia eorum quæ tenuiſſet poſita, Claudium accerſit: iuſſus id facere, ſi quid uiolentius eueniret. ad quã expeditionem cùm omnia multa parata erant, tum elephanti contracti. Claudius accepto nuncio, res urbanas, ac milites etiã Vitellio collegæ ſuo, (cui Conſulatum itidem ut ſibi ad ſex menſes dederat) mandauit, ipſe ab urbe Oſtiam deuectus nauigio, inde Maſsiliam eſt, reliquoq; itinere partim terra, partim mari facto, ad Oceanum uenit, tranſmiſitq; in Britanniam, & ad copias ad Tameſin ſe expectantes perrexit. Quibus ad ſe receptis, tranſgreſſus fluuium, cum Barbaris, qui ad eius aduentum conuenerant, ſignis collatis dimicauit, uictoriaq; potitus eſt, & Camalodunum Cynobellini regiam cepit, multosq; inde ui, alios deditione in ſuam poteſtatẽ accepit. Ob hæc aliquoties Imperator dictus eſt, contra inſtitutum Romanorum: neq; enim ſæpius quàm ſemel licet uno de bello id nomen adſumere. Porrò Britannis Claudius arma ademit, Plautioq; eos regendos, ſubigendosq; reliquos mandauit, ipſe Romam contendit, generis ſuis Pompeio & Silano cũ nuncio uictoriæ præmiſsis. Senatus rebus geſtis cognitis, Britãnici cognomentum ei, triumphum, ludos annuos, arcum trophæa ferentem in urbe, aliumq; in Gallia: (unde in Britanniam traiecerat,) filio idem cognomen, ut quaſi proprio ſuo nomine Britannicus diceretur, Meſſalinæ primum in cõſeſſu locum, ut Liuiæ quondã, utq; carpento ueheretur, decreuerũt. Contrà Caij memoriã ægrè ferentes, omne æreũ numiſma quod eius imaginem haberet, cõflari iuſſerunt: id quidẽ factum, non tamen æs in meliorẽ uſum conuerſum, quia Meſſalina ex eo Mneſteris hiſtrionis ſtatuas fecit, hanc ei ſuæ con

Cataratacus. *Togodumnus.* *Cynobellinus.* *Bodunni.* *Catuellani.* *Germani boni natatores.* *Flauius Veſpaſianus.* *Sabinus.* *C. Sidius Geta.* *Tameſis fluuius.* *Vitellius Conſul.* *Camalodunũ.* *Imperatoris nomen.* *Honores Claudio decreti.* *Aerea Caij numiſmata conflata.* *Mneſteris hiſtrionis ſtatuæ à Meſſalina factæ.*

cōſuetudinis gratiā referēs, quia is antè Caio quoq; familiaris fuerat. Huius
Mneſteris amore flagrans Meſſalina, cum nullo modo neq; pollicitis neq; *Meſſalina quo*
minis ad concubitum pellicere poſſet, cum marito locuta eſt, petens ut ſibi *dolo Mneſte-*
eum parere cogeret, quaſi alia in re eius indigēs: itaq; cum Claudius ei man *ris concubitu*
daſſet, ut Meſſalinæ in omnibus quæ iuſsiſſet, morem gereret, coijt cum ea *potita.*
Mneſter, quaſi id quoq; ab eo iuſſus. Eodem modo permultis cum alijs e-
git Meſſalina, ita adulteria perpetrans, quaſi conſcio & permittente Clau-
dio. Cæterùm Britanniæ parte aliqua ſubacta, Romam redijt Claudius C.
Criſpo II. T. Statilio Conſulibus, ſexto quàm diſceſſeret mēſe, ſedecim tan- *An. V. C. 797.*
tùm diebus in Britannia actis, triumphauitq; cùm reliqua pro more agens, *Triumphus*
tum per gradus in Capitolio genibus adſcendens, leuantibus eum utrinq; *Claudij.*
generis. Tribuit autem nō Conſularibus modò, qui ea in militia affuiſſent,
ſed Senatoribus quoq; alijs triumphalia inſignia, ſolitus hoc etiam in mini-
mis rebus profuſe agere. Rubrio autem Pollioni præfecto ſuo imaginem *Rubrius Pol*
quoque, ac ſedem inter Senatores quoties ipſum in Curiam comitauiſſet, *lio.*
cōceſsit: ac ne nouum id facere uideretur, dixit Auguſtum hoc idem Vale-
rio cuidam Liguri tribuiſſe. Laconem qui prius uigilibus præfuerat, tum *Laco.*
Galliam procurabat, his iiſdem ac Conſularibus præterea honoribus orna
uit. Deinde ludos triumphales edidit, accepta ad id Conſulis poteſtate. Hi *Ludi trium-*
ludi in duobus ſimul theatris exhibiti ſunt, ac ſæpius ipſo à ſpectaculis di- *phales.*
greſſo, alij ea curarunt: equorū certamina tot promiſit, quot dies ille admit-
teret, plura tamen quàm decem non fuere. nam inter equorum curſum urſę
cædebantur, athletæ certabant, pueri ex Aſia euocati pyrrhicam ſaltabant. *Pyrrhica ſalta-*
Alios propter hanc uictoriam ludos artifices ſcenici fecerūt, cum Senatus *tio.*
id conceſsiſſet. Hæc propter triumphum Britannicum acta: ac quo libētius
reliqui ſe dederent, decretum eſt ut omnia pacta quæ Claudius aut eius le-
gati iciſſent, rata eſſent, quaſi à S.P.Q.R. facta. Achaiam & Macedoniam
iam inde à principatu Tiberij à præfectis electis adminiſtratas, ſorti reddi- *Circa magiſtra*
dit. Prætores qui pecuniæ publicæ curandæ præfuiſſent, abrogauit, Quæ- *tus quędam à*
ſtoribus eo munere, ut antiquitùs inſtitutum fuerat, mandato: non quidem *Claudio immu-*
ut annui ij eſſent (ſicut olim & Quæſtores, & hi deinde Prætores fuerant) *tata.*
ſed ut duo ad triennium ei negocio præeſſent: atq; hi ſtatim Prætores dein-
de creabantur, pecuniamq; pro eo ac uiſi fuiſſent ſuum munus obijſſe, acci-
piebant. Præfecturas autem Italiæ extra Romam omnes aboleuit, ac Quæ
ſtoribus mandauit: Prætoribus quædam iudicia, à Conſulibus olim cogni-
ta, commiſit: militibus, quia ex lege uxores habere nequibant, ius maritorū
conceſsit. M. Iulio Cottio paternum principatum, quem ad Alpes ſui nomi *M. Iulius Cot-*
nis habebat, adauxit, tunc primùm eum regem appellans. Rhodios liberta- *tius.*
te priuauit, quòd Romanos quoſdam in crucem ſuſtuliſſent. Vmboniū Si- *Rhodijs liber-*
lionem præfectum Bæticæ aecitum, Senatu mouit, quòd in Mauritania mi *tas adempta.*
litantibus parum frumenti miſiſſet: hoc ei crimen obtentum, cum ob id ple- *Vmbonij Si-*
cteretur, quia libertos quoſdam offendiſſet. Atque is quidem Silio omnem *lionis caſus.*
ſuam ſupellectilem proſcripſit copioſam & elegantem, quaſi omnem di-
uenditurus, nihil tamen uendidit quàm ueſtem Senatoriam, oſtendens ni-
hil ſibi mali accidiſſe, ac poſſe ſe priuatū bene uiuere. Nundinæ quoq; tum *Nundinæ trāſ-*
propter ſacrificium in alium diem translatæ: id ipſum aliàs quoque ſæpe fa- *latæ.*
ctum. Annus inſequens M. Vinicium iterum, Statilium Coruinum habuit *An. V. C. 798.*
Conſules. Tunc Claudius omnia ſolita iuramēta præſtauit, reliquos uiritim
iurare prohibuit, atque ita ut olim, unus ex Prætoribus, Tribuniſplebis, ac

reliquis collegijs pro omnibus iuſiurandum dixit, quod per multos annos

Statuas ponendi modus imperatus. ſeruatum eſt. Quoniamquidem uerò urbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus qui uellent pictura, ære, lapideq; ſuam effigiem publicare) pleraſq; earũ loco mouit Claudius, interdicto ne quis in poſterum priuatus iniuſſu Senatus hoc ageret, niſi quis opus aliquod ædificaſſet aut refeciſſet: his ac eorũ cognatis permittebat, ut ijs in locis memoriã ſui poneret. Cum Præfectum quendam prouinciæ propter dona capta exilio puniret, omnia quæ is præfecturę tempore acquiſiuiſſet, in publicũ redegit: ac ne ſubterfugere iudicium Præfecti poſſent, nulli ſtatim unum poſt alterum imperiũ dedit. Decretum quidem id iam antè fuerat, ut alij poſt alios citra excuſationẽ ſorte in prouincias mitterentur, ac ne quis exacto officio aliam ex alia peregrinationem ſuſciperet, ne uidelicet delicta uel imperijs, uel peregrinationibus continentib. impunita redderentur, uerùm exoleuerat iam. Claudius uerò utrunque tam diligenter ſeruauit, ut ne ſuorum conſiliariorum ullum paſſus ſit ſtatim prouinciam ad ſe pertinentem ſortiri, quanquam nonnullos pateretur biennio toto præeſſe, ac aliquando delectos in eas mitteret. Qui peregrinationem extra Italiam petebant, concedebat quidem ijs non conſulto Senatu, tamen ut ij lege abeſſe uiderentur, iubebat Senatuſconſultum fieri. Verùm id poſteriore demum anno factum eſt. Eo uerò tempore ludos uotiuos, quos ſuæ expeditionis cauſa promiſerat, edidit, plebiq; quæ

Donatiuum Claudij. ex publico frumentum accipiebat, in ſingula capita trecenos ſeſtertios diuiſit, quanquam fuere qui plus acciperent, & nonnulli mille ducẽtos quinquaginta adepti ſunt. Eam pecuniam non ipſe omnẽ diſtribuit, ſed partem generi eius, cum plures in dies ſe largitio proferret, quibus ipſe ius uolebat dicere. Saturnalibus quintum diem, à Caio additum, ac ademptum deinde,

Claudius Solis defectum & eius cauſas prædicit. reſtituit. Quia uerò natali ſuo defectus ſolis futurus erat, ueritus ne quis inde tumultus exiſteret, cùm alia quoq; prodigia quædam accidiſſent, publicè edidit non modò futurum id deliquiũ, ſed tempus etiam, quantitatemq; eius, cauſaſq; ob quas neceſſariò euenturũ eſſet. Cauſæ ſunt huiuſmodi. Lu-

Cauſæ eclipſis Solis & Lunæ. na infra ſolem (ut certum habetur) ſiue proximè ei ſubiecta, ſiue Mercurio etiam, Veneriq; ſuppoſita, mouetur in longitudinem ac altitudinẽ, quemadmodum & Sol uidetur curſum habere ſuum: ſed præterea etiam in latitudinem, quod Soli nequaquã conuenit. Proinde Luna ſi reſpectu aſpectus noſtri rectà ſub Solem ueniat, ac infra eius radios currat, ſplendorẽ eius qui in terram defertur, hominum alijs magis, alijs minus occultat, nequaquam uerò eum obſcurat: nimirum cum Sol ſemper proprium lumen obtineat, neque unquam id amittat. unde his etiam quibus Luna non ita opponitur, ut Solem obtegat, integer uidetur. Hoc ita Soli accidit, ac tum ita ſub Claudio editum eſt. Porrò Luna (neque enim alienum fuerit de ea quoque lòqui, quando ſemel eum ſermonem attigimus) deficit, quoties è regione oppoſita Soli (quod ei in plenilunio, ſicut Soli deliquium in coniunctione obtingit) in umbram terræ, quæ habet metę ſeu turbinis figurã, incidit. Fit hoc, cum in medio latitudinis ſuæ mouetur, ac tunc luce quam à Sole accipit deſtituta, ipſa per ſe qualis ſit apparet. Circumacto hoc anno,

An. V.C. 799. Valerius Aſiaticus iterum, M. Silanus Conſulatum acceperũt. Silanus tempus magiſtratui ſuo præſcriptum exegit: Aſiaticus autem ad Conſulatum toto anno gerendum deſtinatus (quod alijs etiam euenit) ultrò ſe eo abdicauit, non ſine exemplo id quidem. Veruntamen alijs inopia cauſam præbuit, cum ſumptus ludorum Circẽſium immodicè excreuiſſent, quia uicies

quater

quater certabatur: Aſiaticum ipſæ diuitiæ mouerũt, quas cum magnas poſſideret, ne prætereà propter ſecundum Conſulatum moleſtus, inuidiæq́ aliorum obnoxius foret, demittere ſe ſponte ſua ſtatuit, quò tutior à periculis eſſet. Verùm id ei conſilium irritum fuit, ac propter ſuam opulentiam perijt. Vinicius uir illuſtris nihil quidem à Claudio paſſus eſt, cùm ſe ocio & cura ſuarum rerum ſeruaret: at à Meſſalina, cui ſuſpectus erat, quoniam ea uxorem eius Iuliam occiderat, indignante inſuper quòd coitum ſuum recuſaſſet, ueneno necatus eſt, publicoq́ funere & laudatione (multis enim ea concedebantur) ornatus.

M. Vinicius Iuliæ maritus à Meſſalina ueneno necatus.

Verùm Aſinius Gallus, Druſi frater uterinus, inſidiatus quidem eſt Claudio, nõ tamen morte, ſed exilio mulctatus: fortaſſis propterea etiam, quòd neq́ exercitum parauerat, neq́ pecuniam cõtraxerat, ſed multa eum inſania, quaſi generis cauſa in Romanos uolentes imperium habituro, ad ferociã prouexerat: potiſsimùm autem ideò, quòd ſtatura minima, ac deformitate ſumma præditus, deſpiceretur, ac riſum magis quàm periculum mereretur.

Aſinius Gallus Claudio inſidiatus relegatur.

Laudi hæc ſummæ Claudio fuerunt, ac profectò id quoq́: cum quidam Libertus Tribuno plebis patronum ſuum deferret, ac contra eum lictorem peteret, acciperetq́, indignatus, hunc & eius ſocios ſupplicio affecit, edixitq́, ne quis auxilium eis qui contra dominos ita agerent, ferret: qui tuliſſet, eum ius alios accuſandi amiſſurum. Atqui cõtrà ægrè omnes ferebant, mulieris eum, et libertorum ſuorum eſſe mancipium, potiſsimùm ubi in gladiatorio quodam certamine Sabinum Galliæ ſub Caio præſidem perdere Claudio alijsq́ cupientibus, eum (erat enim adulter ipſius) Meſſalina eripuit.

Claudius uxoris & famulorum mancipiũ. Sabinus.

Eadem Meſſalina quoque non ſine omnium dolore detinebat Mneſterem, abſtractum à theatro, ac quoties cur non ſaltaret, mentionẽ populus faceret, miratus Claudius id eſſet, excuſaretq́ inter alia, eum ſecum non eſſe.

Mneſter Meſſalinæ adulter.

Etenim credentes uerè eum quæ fierent ignorare, dolebant ſolum ipſum neſcire quid in regia rerum gereretur, quę iam hoſtibus etiam innotuiſſent, indicare tamẽ ea nolebant, uerecũdia Meſſalinæ: & Mneſteri parcentes, qui non minus populo propter artem, quam formæ cauſa Meſſalinæ gratus erat. Tam egregius uerò artifex ſaltãdi erat, ut cum ab eo magno populus ſtudio contenderet, ut quandam fabulam præſtantem ageret, è ſcena proſpexerit, dixeritq́, non poſſe ſe id facere, quia cum Oreſte dormiuiſſet. Claudius porrò, cum cauſæ innumeræ diſceptarentur, ac qui ſe caſuros ſua timebant, uadimonium deſererent, edicto teſtatus eſt, ſe contra abſentes etiam intra certum diem pronunciaturum, idq́ re confirmauit. Annus ſequens Claudium IIII, L. Vitelliũ III. Conſules habuit, Anno Romæ octingenteſimo.

An. V.C. 800.

Mouit tum Senatu aliquos Claudius, quorum pleriq́ non inuiti, ſed libenter propter egeſtatem exciderunt. Et cum Surdinius quidam Gallus, cui ad Senatorium ordinem tuendum opes ſufficiebant, Carthaginem migraret, celeriter eum Claudius reuocauit, aureisq́ ſe eum compedibus ligaturum dixit: ergò dignitate à principe illigatus, Romæ manſit.

Surdinius Gallus. Aurea compedes.

Porrò in alienorum libertorum ſcelera grauiter animaduertens Claudius, ita ſuis indulſit, ut cum quidam Pantomimus in theatro uulgatũ illud protuliſſet:

Tolerarier nequit beatus uerbero,

uniuerſusq́ populus in Polybium eius libertum intueretur, ac Polybius clamaret, dictum eſſe ab eodem poeta:

Reges quoq́ extitere de caprarijs,

impunè id tulerit.

Polybij Claudij liberti licentia.

Quibuſdam delatis, quaſi inſidias ipſi ſtruxiſſent, contempti reliqui, quia diceret non eodem

Claudij uox.

modo

Valerij Aſiatici interitus.
modo de pulice ac de fera uindictam expetendam: Aſiaticus autem apud eum cauſam dicere iuſſus, parũ abfuit quin euaderet. Inficias enim ibat, neque ſe quenq́ horũ, qui cõtra ipſum producti eſſent teſtes, agnoſcere dicebat: tum miles qui ſe conſilijs eius interfuiſſe perhibebat, iuſſus Aſiaticum demonſtrare, caluum quendã fortè adſtantem indicauit: ea re in riſum uerſa multum, Claudioq́ iam de abſoluendo Aſiatico cogitãte, Vitellius Meſ-

Vitellius callidè Aſiaticum morti tradit.
ſalinæ gratificans, oratum ait ſe ab Aſiatico, ut liceret ſibi qua uellet morte perire: ita demum Claudius exiſtimans conſcientia uictũ eum ſeipſum morte damnaſſe, hominem interfecit. Eodem anno apud Theram inſulam par-

Inſula enata.
ua inſula enata eſt, antè non uiſa.

De ſeruis ægrotis.
Quia multi ſeruos ægrotantes nulla cura dignabantur, ſed domibus eijciebant, legem tulit Princeps, ut qui ita exturbati ad ſanitatem redijſſent, liberi eſſent.

Titus patrem Veſpaſianũ eripit.
In Britannia circundato à Barbaris Veſpaſiano, & in extremo periculo uerſantem, Titus filius eius patri metuens, coronam hoſtium incredibili audacia diſiecit, fugienteſq́ inſecutus cecidit. Plautius Britannici belli cauſa, quòd egregia id geſsiſſet confeciſſetque, à Claudio laudatus eſt, ac triumphauit.

Cn. Domitij Corbulonis in Germania res geſtæ.
Chauci.
At Cn. Domitius Corbulo in Germania exercitui præfectus, milites exercuit, ac Barbaros, in primis autem Chauchos uexauit: cuius ubi uirtutem ac ſtudia Claudius cognouit, non paſſus maiora augmenta accipere, ex hoſtico reuocauit. Et redijt Corbulo dicto parens, hac tantùm uoce emiſſa, felices fuiſſe quondam exercituum duces: quo oſtenderet priſcis illis licuiſſe citra periculum præclarè rem gerere, ſuæ uirtuti Imperatoris inuidiam officere. Triumphauit tamen nihilominus.

Foſſa inter Moſam et Rhenũ.
Iterum copijs præpoſitus, nihilo minus eas in exercitijs habuit, cumq́ pax eſſet, eorum opera foſſam à Rheno ad Moſam perduxit, longam ad millia paſſuum XXI. ne ij fluuij æſtuante Oceano refluentes ſtagnarent.

Meſſalinæ ſtupra & nuptiæ cum C. Silio.
Meſſalina uerò adulterijs & ſtupris nõ contenta, (iam enim etiam in lupanari in Palatio ſeſe & alias primarias fœminas proſtituebat) maritos quoque ſimul multos, ſcilicet lege quadam habere cupiuit. Ideo C. Silio nupſit, nuptiaſq́ magno ſumptu parauit, regiamq́ ei donauit, precioſiſsimis quibuſq́ Claudij rebus in eam congeſtis, deniq́ Conſulem eum deſignauit. Hæc omnibus audita uiſaq́, ſolus Claudius ignorabat. Quippe rei frumẽtariæ explicandæ cauſæ Oſtiam iuerat: Meſſalina uerò relicta Romæ ſimulatione morbi, magnum conuiuiũ inſtruxerat, in eoq́ ſumma cum

Narciſſus index rei.
Claudius Mneſterem et Meſſalinam cædit.
libidine luxuriata fuerat. Narciſſus Claudio ab ea ſeiuncto pellicũ miniſterio omnem rem aperit. Ergo reuerſus in urbem Claudius, Mneſterẽ & multos alios trucidauit, ipſamq́ deinde Meſſalinam: pauloq́ pòſt fratris ſui filiam Agrippinam, matrẽ Domitij Neronis, uxorẽ duxit, forma inſignem,

Nuptiæ Claudij cum Agrippina.
& quæ ad eum ut patruum crebrò cõmearet, ſolaq́ cum eo eſſet, blandiùs accepta, quàm fratris filiam decet. Agrippina ubi primùm in regiam uenit, mulier tractãdis negocijs aptiſsima, Claudium ſtatim ſui iuris effecit, quiq́ eius beneuolentia utebantur, alios metu, alios beneficijs ſibi deuinxit. Claudio, quanquam ipſe ex ſe natos liberos haberet, perſuaſit ut filiũ ſuum ado-

Nero adoptatur à Claudio.
Seneca.
ptaret, eumq́ ad gerendũ Imperium inſtruxit ſub præceptore Seneca, collegitq́ ei ineffabiles diuitias, nihil ſordidiſsimum etiam ac minimum quod ad pecuniam parandam faceret, omittẽs, omnes quacunq́ ratione locupletes demerendo, multos propter opes interimendo. Aemulatione impulſa

Lolliam Paulinam Agrippina tollit.
nonnullas etiam illuſtres fœminas morte affecit, inter quas Lolliam Paulinam, quòd ſpem ea nuptiarum Claudij aliquam habuiſſet. Huius occiſæ caput allatum ſibi, cum non agnoſceret, ſua manu os eius aperuit, denteſq́ pe-

culiare

culiare quippiam habentes inſpexit. Mox in Meſſalinam planè commuta-
ta eſt, tum præſertim, cùm Senatus ei honores quoſdam, utque carpento lu-
dis ueheretur, decreuit. Quo tempore Claudius Neronem Agrippinæ
filium adoptauit, generum quoque eum ſibi fecit, filia tamen prius ado- *Nero gener fit*
ptanda in aliam famiam tradita, ne ſororem fratri coniungere exiſtimare- *uitrici.*
tur. Eo tempore haud leue prodigium accidit, cùm ea die ardere cœlum ui-
deretur. In palude quadam Claudius exhibere naualem pugnam cupiebat, *Ardor cœli.*
cinxeratque eam ligneo muro, fixeratque tabulata, conueniente ad ſpectandū *Naualis pu-*
immenſa multitudine. Veſtitum quiſque ſuo arbitrio, militarem Claudius & *gnæ ſpectacu-*
Nero geſtabant, Agrippina chlamydem auro intertextā induerat. Quibus *lum à Claudio*
depugnandū fuit, morte damnati erant: utrinque naues quinquaginta ha- *editum.*
bebant, partiū alteri Rhodiorum, alteri Siculorum nomen. Primùm utrique
in unum congregati, Claudium his uerbis compellauere: Aue Imperator,
morituri te ſalutant: pòſt cum ſalutē non impetrarent, ſed nihilo minus pu-
gnam naualem cōſerere iuberentur, tantùm nauibus ordines inuicem per-
uadentes, non antè ad manus uenerunt, quàm ui coacti mutuò ſe trucida-
runt. Cæterùm Narciſſus ita ludibrio habebat Claudium, ut fama ſit, cum
Bithyni ius dicēte Claudio multis clamoribus Iunium Cilonem munerum *Iulius Cilo men*
haud mediocriter captorū accuſarēt, qui præfectus ipſis fuerat, Claudiusque *dacio Narciſſi*
præ turba non intelligens quid uellent, aſsiſtentes interrogaret, quid'nam *ſeruatus.*
dicerent Bithyni, Narciſſum mentitum reſpōdiſſe, agere eos gratias Iunio:
idque credentem Principem ſubdidiſſe: Præſit ergo adhuc eis biennium. Por
rò Agrippina publicè quoque perſæpe de Republica reſpondenti, aut lega-
tos audienti Claudio adfuit, in proprio tribunali locata, maximum id ſpe-
ctaculum. Iulio Galico oratori cauſam agenti iratus, in Tiberim iuxtà ipſe *Iulius Galicus*
iuriſdictionem exercens, eum abijci iuſsit. Vnde extat perelegans Domitij *orator.*
Afri, patroni reorum ſuo tempore præſtantiſsimi, iocus, cuius auxiliū cum *Domitij Afri*
quidā imploraret, à Galico deſtitutus: Quis, inquit, tibi indicauit, me nata *iocus.*
torem Galico meliorem eſſe? Enimuerò Claudius Agrippinæ actionibus,
quas quidem comperiſſet, iam infenſus, filiumque ſuum requirens Britanni-
cum, (quem ipſa conſultò plerunque aſpectui ſubducebat, Neroni filio ſuo
ex priori marito Domitio, omni modo Imperium parans) nec ferens mo-
dò quæ fiebant, conſilia Agrippinæ deprimendæ, filiumque ſuū ſucceſſorem
Imperij relinquendi rationes cogitabat. Quod ea ſentiens, metuque percul-
ſa, ueneno conſilia eius præuenire ſtatuit. Et quoniam uinum, quod pluri-
mo ſemper ingerebat, ac cætera uictus ratio, qua ad ſui cuſtodiam Impera-
tores utūtur, ne læderetur obſtabat, Locuſtam famoſam ueneficiorum cau- *Locuſta uene-*
ſa mulierem ad ſe uocauit, uenenumque eius opera immedicabile præpara- *fica.*
tum, boleto infudit: proinde ipſa de reliquis comedens, medicatum Clau- *Claudius ab A-*
dio, maximum uidelicet, & pulcerrimum, manducandum exhibuit. Hoc pa *grippina uene-*
cto circumuentus inſidijs ille, è conuiuio quaſi temulentia oppreſſus elatus *no necatur.*
eſt, quòd erat ipſi frequens: noctu autem amiſſa loquendi audiendique omni
facultate diem clauſit, III Idus Octobris, cum uixiſſet annos LXIII, impe-
raſſet XIII, menſesque præterea VIII. dies XX. Vt efficere hoc poſſet Agrip-
pina, Narciſſum in Campaniā, quaſi aduerſus podagram aquis eius regio- *Aquæ C*
nis uſurum amandauerat, attentiſsimum domini ſui eum cuſtodem, & quo *niæ.*
præſente nunquam id facinus perpetrare potuiſſet. Ipſius quoque interitus *N*
Claudij obitum ſubſecutus eſt. Fuit is Narciſſus hominū ea tempeſtate po-
tentiſsimus, ut qui amplius quater millies ſeſtertiûm poſſederit, quem

bes regesq́ coluerint: idemq́ iam inſtante percuſſore, egregium factum edidit, crematis omnibus Claudij literis, quibus ſecreta contra Agrippinam ac nonnullos alios continebantur, quæ in ſua ipſe poteſtate, principi à libellis quòd eſſet, habebat. Hic fuit Claudio uitæ exitus, nimirũ à Cometa tam diu uiſo, pluuia ſanguinolenta, fulmine in ſigna prætorianorum militum delato, ſpontanea templi Iouis uictoris apertione, examine apum in caſtris congregato, ac morte ſingulorum ex omnibus magiſtratibus hominũ pręmonſtratus. Sepultura, & alij honores ei, qui Auguſto, omnes cõtigerunt.

Prodigia quæ mortem Claudij portenderunt.

L. Iulij Gallionis de morte Claudij iocus.

Senecæ liber de morte Claudij.

Neronis de fungis facetè dictum.

Agrippina autem ac Nero lugere ſe eum, quem necauerant, ſimulauere, euexeruntq́ in cœlum, quem è conuiuio extulerant. Vnde L. Iulij Gallionis, qui frater fuit Senecæ, urbaniſsimum extat dictum. Scripſit quidem Seneca etiam librum, ἀποκολοκυίντωσιν titulo, quaſi diceres de immortalitate fungo parta: ſed Gallionis iocus memoratur, paucíſsimis uerbis plurima ambiens. cum enim eos qui in carcere necantur, magnis uncis in forum carnifices, ac inde in profluentem protraherẽt, unco Claudium in cœlum raptum dixit. Neq́ illud Neronis memoria indignum, qui fungos deorum cibum eſſe dicebat, quoniam Claudius etiam boleti eſu Deus eſſet factus.

FINIS DIONIS ROMANAE HISRORIAE,

[redacted] *Auguſtano interprete.*

DIONIS NICAEI, rerum Romanarũ à Pompeio Magno, ad Alexandrum Mamææ filium Epitome, Ioanne Xiphilino autore, & Guilielmo Blanco Albienſi interprete.

Quæ uerſio diligenter eſt, quibus in locis oportuit, à GVIL. [redacted] [redacted] *caſtigata.*

N

1,22

GVILIELMVS BLANCVS GEORGIO ARMENIACO, Illuſtriſsimo atq; ampliſsimo Cardinali ſuo S.

CVM me domum tuam ſuperiore anno recepiſſes, Georgi Illuſtriſsime atq; optime, nihil mihi potius fuit, quàm curare, ut eximium et ſingulare ſtudium meum, quod in te habui ſemper, multis rebus perſpiceres. Conſtitueram enim cùm Romam uenirem, me tibi totũ aliquando dedere, et in te omnia mea ponere, & quaſi conſecrare. Ad quam rem multæ me impellebant cauſæ, ſed in primis uera illa & firma, quæ de tua ſingulari humanitate, ſuauiſsimisq; moribus habebatur, opinio. Accedebant etiam ſtudia doctrinæ, quibus tu non ſolùm à pueritia deditus fuiſti, ſed etiam ad ea diligenter exercenda ita reliquos omnes inflammaſti, ut apud Ruthenos, cùm factus eſſes eius gentis epiſcopus, multos tuo exemplo, maximisq; beneficijs ad hæc ſtudia literarum ac humanitatis excitares. Quæ cùm ſtatuiſſes nunquã intermittere in maximis occupationibus tuis, eſſesq; poſtea à Franciſco rege Gallorũ optimo ac tui amantiſsimo miſſus ad Venetos legatus, atq; inde huc Romam ad Paulum III. Pontificem Maximum, nactus occaſionem, magnam operam poſuiſti in reſtituendis optimis authoribus, & ab obliuione uindicandis. Quorum magnum numerum non ſolùm undiq; perquiri ac deſcribi iuſsiſti tuis ſumptibus: ſed etiam Regi omnium bonarum artium ſtudioſiſsimo, ut idem faceret, miſsis in omnes partes Europæ doctiſsimis hominibus, facilè perſuaſiſti. Deinde cùm eſſes propter has legationes obitas libere cooptatus in ordinem Cardinalium, ad illuſtrandam nobilitatem tuam, & ad memoriam laudum domeſticarum, nempe ut tu unus memoriam maiorum tuorum Armeniacorum principum, quos uiros clariſsimos fuiſſe conſtat, & potentiſsimos in Aquitania, dignitate ſimul & uirtute renouares: exiſtimaſti manendum tibi eſſe ſemper in propoſito, ſuſceptoq; conſilio, ut abs te ueteres libri ab obliuione hominum atque ſilentio uindicarentur. In quibus fuit Epitome Dionis: quæ cùm fortè domi tuæ in meas perueniſſet manus, cuperemq́ue (ut principiò dicebam) ut tu meam erga te uoluntatem cognoſceres, cœpi tua cauſa ipſam è Græco in Latinum conuertere. Qua in re cùm tibi opera mea ſatisfacere uideretur, iuſsiſſesq; mihi, ut inchoatum opus abſoluerem: magna lætitia ſum affectus, propterea quòd tibi, quo nemo authoritate apud me plus ualet, neq; uoluntate, rem gratam feciſſem. Itaq; cum ruſticarer hac æſtate cum Iacobo Sabello, nobiliſsimo & clariſsimo Cardinali, omni ſtudio contendi, ut hunc Xiphilinum tuum, cùm in urbem rediſſemus, tibi poſſem latinum offerre, ac dicare. Quod cùm faciam hoc tempore, non ab re erit, ut opinor, ſi pauca de Dione & Xiphilino, deq; ratione, quam ſum in interpretando ſecutus, dixero, quò poſsis rem omnem facilius cognoſcere. Igitur Dion Nicæus nobili genere natus, patrem habuit Apronianum proconſulem Ciliciæ. Ipſe uir ſenatorij ordinis, & bis conſul fuit. Verſatus eſt in ſtudijs bonarum artium, uideturq;, ut de Socrate accepimus, habuiſſe diuinum quoddam, quod dæmonium appellat, cui parebat ſemper, ita ut ob eam cauſam coniector ſomniorum, & interpres portentorum eſſet. Scripſit enim librum de Somnijs, & prodigijs, quorum cauſa Seuerus principatum ſperabat. Quo libro in lucem edito, miſſoq; ad Seuerum, imperatum eſt ei in ſomnis, ut animum ad ſcribendam hiſtoriam applicaret. Itaq; ſcribere cœpit ea, quæ gerebantur illis temporibus: quæ cùm ipſi Seuero, & cæteris maximè ſatisfacerent, ſtatuit omnia, quæ ſpectabant ad populum Rom. perſcribere, præſertim quòd ei confirmatum eſſet diuinitus, hanc hiſtoriam, quam relinqueret, magiſtram uitæ, nullo unquam temporis ſpacio eſſe perituram. Itaq; primò conſumpſit annos decem in colligendis & coaceruandis ijs rebus omnibus, quas geſsit populus Romanus ab urbe condita uſque ad mortem Seueri: ijsq; compoſitis rebus, ſpacio annorum duodecim, cætera, uti ſucceſſerunt, uſque ad ſecundum conſulatum ſuum, qui fuit Alexandri temporibus, perſecutus eſt. De quo Imperatore ſcripſit pauca, propterea quòd non eſt Romæ diu cõmoratus, & quòd incidit in morbum, cùm ex Aſia in Bithyniam ueniſſet: quodq; ex Bithynia miſſus eſt præfectus in Aegyptum. Cumq; inde reuertiſſet in Italiam, non ita multo pòſt prætor in Dalmatiam, atq; inde in Pannoniam ſuperiorem profectus eſt. Pòſt ubi Romam uenit, in Bithyniam, quæ

patria eius erat, reuertit, dimiſſus, quòd laboraret ex pedibus, ut poſſet reliquum uitæ tempus in patria degere. His de cauſis factum eſt, ut ibi finem acceperit hiſtoria, quam diligenter uereq; propterea uidetur ſcripſiſſe, quòd ut uacaret à publicis muneribus, & otium in ſcribenda hiſtoria conſumeret, Capuam delegerat ad habitandum, quoties in Italia moraretur. Neq; uerò tam difficile fuit Dioni Conſulari & prætorio uiro hiſtoriam Romanorum principum ſcribere, quàm cæteris priuatis hominibus. Nouerat enim, ut opinor, cauſas bellorum, cæterarumq; rerum, quæ ab ipſis gerebantur: quippe magnam partem audiebat in ſenatu, & optimatibus, atq; adeò ipſis imperatoribus ita familiaris erat, ut ei facile eſſet eorum conſilia cognoſcere. Nec uerò reprehendi debet, ut ego quidem arbitror, quòd ſæpe dicat uolatibus auium, cantibusq́., & ſomnijs multorum, declaratas eſſe res futuras. Nam cùm Romanis nihil ferè liceret inauſpicatò gerere, eſſetq́. collegium augurum ob eam cauſam conſtitutum, & ſcientia iuris augurandi magno in honore ſemper haberetur, nihil præcipuè peccauit illis quidem temporibus Dion, dum prodigia, quæ futura prædicerent, narrauit. Quæ cùm ita ſint, illud potius optare omnes debemus, ut hiſtoriam populi Romani, quam ille ab urbe condita uſq; ad tempora Alexandri multis uoluminibus erat complexus, integram aliquando inuenire & ſaluam poſsimus. Quæ tamen ipſa fortaſſe nobis uideretur prolixior, non aliter quàm Ioanni Xiphilino, qui eius Epitomen cōfecit. Hic enim cùm eſſet Ioãnis Xiphilini Patriarchæ Conſtãtinopolitani nepos, Michaelis Imperatoris temporibus, uideretq́; fortaſſe hiſtoriam Dionis, qui annis circiter CCCCC antè ſcripſerat, negligi, quòd multis longiſsima eſſe uideretur, hanc eius Epitomen fecit. An autem idem fecerit in ſuperioribus libris Dionis, qui pertinebant ad id tempus, quo reſpublica populi Romani in nullius uiri deuenerat poteſtatem, an à Pompeio initium ſumpſerit, ut nunc habemus, mihi quidem non conſtat. In hoc autem maximè probandus eſt Xiphilinus, quòd cùm hanc Epitomen ſcriberet, atque ea, quæ nimia eſſe uidebantur, reſecaret, in cæteris à uerbis, quibus Dion uſus fuerat, non diſceſsit: pauca enim adiecit de ſuo, ut Dionem ipſum magna ex parte, non Xiphilinum loqui putes. Itaque cùm Xiphilinus hanc fidem Dioni in Græco ſermone præſtiterit: mihi fuit elaborandum, ut cuius uerba latinè totidem uerbis interpretari non poteram, ab eius ſententia nuſquam diſcederem. In primis autem illud egi, quoad facere potui, ut eſſet in hac Epitome latina ſermo non ille quidem ornatus, ſed tamen non abiectus, ne Græcam ad intelligentiam hiſtoriæ magnopere deſiderares. quod pleriſque uideo interpretibus contigiſſe, qui dum religioni uerborum ſeruiunt, ut latina ad uerbum de Græcis exprimant, ipſi latinè ſine Græco intelligi nō poſſunt. Habet enim unuſquiſq; ſermo propria multa, quæ ſi quis uelit, ita ut ſunt, in alium transferre ſermonem, obſcurus ijs, qui non habent utriuſque linguæ ſcientiam, & inſolens in uerbis, ac odioſus ſit neceſſe eſt. Nam (ut exempli cauſa dicam) ſi, quod Græci dicunt factum eſſe, πρώτῃ ἡμέρᾳ ποσιδεῶνος, id ego non dicam latinè Calendis Decembris eſſe factum, ſed uelim Græcos imitatus, primo die Decembris interpretari, uidebor omnino Latini ſermonis ignarus atq; inſolens eſſe. Cùm igitur ſint multa eiuſdem generis, nunquam putaui in hoc libro interpretando, ſi dicat Dion dediſſe imperatorem, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δραχμῶν, latinè me poſſe dicere XXV myriadas drachmarum, aut CCL millia drachmarum: ſed potius aureorum decem millia, communi conſuetudine ſermonis latini. Nam cùm ipſe Dion teſtis ſit, in aureo eſſe drachmas XXV, & conſtet ex multis iuris conſultorum reſponſis, aureos in numeranda ſumma pecuniæ maximè in uſu fuiſſe illis quidem temporibus, pro centum drachmis mihi dicendum eſſe quatuor aureos putaui. Itemq; in itineribus non dixi abeſſe aliquem ab urbe ſtadia CCCC, ſed paſſuum quinquaginta millia, complexus uidelicet octo ſtadia in ſingulis millibus paſſuum, ne ab uſu latini ſermon[is] diſcederem. Nam ſi Dion, cùm de rebus Romanis ſcriberet Græcis hominibus, ipſe Græco mo[re] locutus eſt, dixitq; drachmas & ſtadia, quò Græci facilius intelligerent, cur mihi de iſdem rebus Romanis tractanti non liceret Romano more dicere, ſanè nō uidebam. Et quanquam tibi Georgi erudi tiſsime hanc rationem meam probari certò ſcio, tamen ut ſatisfacerem omnibus, ſi fortè hic liber pe[r]ueniret in manus hominum, utrumq; ſemper in margine adſcribendum curaui. Præterea ut nihil o[m]nino prætermittam, quod dubitationem afferre queat, quoties dicetur ab eodem Dione, uel Xiphili no, θέατρον κυνηγετικόν, id eſt theatrum uenatoriū,

τὸ

ego amphitheatrum ponere malui, propterea quòd, ut idem Dion author eſt, ita proprio nomine appellatum eſt illud, in quo uenationes fiebant, quòd ſedes abſq; ſcena undequaque haberet. Reliquũ eſt, ut cùm omnia, quæ ad hunc Xiphilinum tuum pertinent, cognoueris: nunc quales fuerint oppreſſa republica principes populi Romani, mecum recognoſcas. Multa uerò hic inuenies, quæ aut non ſunt tractata ab alijs ſcriptoribus, aut non tam latè fuſeq; explicata: & quod mihi uidetur eſſe maximum, omnia utilia, ut in Epitome, atque neceſſaria, ſcilicet inanibus rebus amputatis & circumciſis. Nec ego nunc poſtulo, ut tu hanc tralationem meam in lucem proferas, nondum enim talis eſt: tamen, cùm ornatior erit & limatior, ſi, ut tibi conſecrata eſt, ita apparebit in tuo nomine, non recuſo. Illud peto, ut eam in tuam fidem recipias, meq; perpetuò pro tua ſumma humanitate ames, & habeas in tuis. Vale, Romæ VII Cal.

Martias. M.D.L.

EPITOME ROMANAE HISTORIAE DIONIS NICAEI DE VIGINTIQVINQVE PRINcipibus Romanis, à Pompeio Magno, uſque ad Alexandrum Mamaeæ filium, Ioanne Xiphilino authore, & Guilielmo Blanco Albienſi interprete.

E' DIONIS LIBRO XXXV.

Hortenſius urbe magis quàm bello delectatus. *Metellus in Cretam miſſus.* *L. Luculli in Aſia res geſtæ.* *L. Lucullus.* *Naphtha.* *Tigranis de Romanorum exercitu dicterium.* *Virtus excellit in bello multitudinem.* *Pacorus Parthorum rex.* *Niſibis.*

CVM Conſules ſortitētur, Hortenſio, ut bellum gereret cum Cretenſibus, obuenit. Sed is urbe delectatus, & foro, in quo primum locum poſt Ciceronem obtinebat, collegæ ultrò exercitum ceſsit, ipſe in urbe remanſit. Metellus autem in Cretam miſſus, totam inſulam cepit: deinde etſi impediebatur à Pompeio Magno, qui per id tempus habebat totius maris imperiū, & continentis, quę non abeſſet à mari longiùs itinere trium dierum, tanquam inſulæ ad ipſum quoque ſpectarent, tamen eo inuito bellum Cretenſe confecit, de quo triumphauit, & Creticus cognominatus eſt. Iiſdem temporibus L. Lucullus, cum Mithridatem, Tigranemq́; Armenium, reges Aſię bello ſuperaſſet, & terga uertere coegiſſet, Tigranocerta obſidebat. Sed eum grauibus incommodis affecere barbari, non ſolùm coniectis telis, ſed etiam naphtha, quam tormentis quibuſdam emittebant. Eſt autem naphtha ex genere bituminis, uſque adeò ardens, ut omnia, quibus adhæreſcit, prorſus exurat, nec ulla re humida facilè reſtinguatur. Quare Tigranes cōfiſus, properè cum tantis copijs uenit, ut Romanos, qui tum aderant præſentes, irriſerit. Itaque dixiſſe fertur eos, ſi quidem ad bellum gerendum ueniſſent, perpaucos eſſe: ſi uerò ut legatione fungerentur, permultos. Neq; tamen diuturna affectus eſt uoluptate. ſtatim enim intellexit, quantum uirtus & ars multitudini antecellat. Cùm profugiſſet, milites inuētam eius tiaram, uittasq́; L. Lucullo dederunt. Tigranes enim metuens, ne ex ijs agnitus caperetur, ea diſciderat atq; abiecerat. Captis Tigranocertis omnia diripuit, mulieribus ab iniuria milium cōſeruatis: quo facto earum uiros, qui cum Tigrane fugiebant, ſibi deuinxit. Pacoro Parthorum regi, quòd intellexerat eum Tigrani eſſe auxiliaturum, per literas minatus eſt. Sed is nec P. Romani amicus fuit, nec Armenio auxilia miſit. Lucullus quoque Niſibin, quod erat oppidum Tigranis, cepit. Cæterùm etſi Lucullus fuit rei militaris peritiſsimus, qui primus è ciuibus Romanis Taurum montē tranſijt belligerandi cauſa, qui duos potentiſsimos reges bello uicit, quiq; in Aſia longiſsimè progreſſus eſt: tamen infidis ad omnia militibus eſt uſus, à quibus etiam ad extremū deſertus eſt. Multa enim ipſis imperabat, parum erat affabilis, in primis acer in rerum geſtarum rationibus repoſcendis, inexorabilis in ſupplicijs, neſciebat aut molli oratione placare, aut muneribus quenquam ſibi cōciliare. Cuius rei argumēto eſt, quòd Pompeius, cum eoſdem milites poſtea recepiſſet, eos ne minimū quidem ſeditioſos habuit. tantùm homo homini præſtat.

DIONIS LIBER XXXVI.

Bellum cum piratis.

Eodem tempore Romani bellum cum piratis geſſerunt, quo bello non minus quàm ullo alio ſunt conturbati. Nam piratarum multitudo in mari exorta,

exorta, iamq́ (quia populus Romanus in bellis gerendis occupabatur) ſecuritatem nacta, ac ſupra modū aucta, nō ſolùm mare quàm plurimis damnis claſſe uexabat, ſed etiam cōtinentem, in quám ingreſſa, uicos exurebat, atque urbes depopulabatur. Poſtremò, quia propter eos mercatorum nauigatio conquieſcebat, in multis ciuitatibus, ſed Romæ præſertim ingens fames fuit. Nam piratæ ad Oſtiam uſque nauigabant, naues exurebant, poſtremò cuncta rapinis uaſtabant. Contra hos populus Romanus claſſem comparat: huic claſsi Pompeium præficit, cumq́ ſummum imperatorē deligit in triennium contra uoluntatem Senatus. Plebs intellecta patrum uoluntate, qui grauiter ijs, qui Pompeiū delegiſſent, ſuccēſebant, in eos, dum adhuc ſederēt, impetū facit, eosq́, niſi de loco abijſſent, oppreſsiſſet. Pompeius id imperium ficto ſermone deprecabatur, cuius tamen eum auidum eſſe conſtabat. Roſcius perſpecto plebis ſtudio non audebat ſententiam dicere, tamen porrecta manu iubebat, ut duos uiros deligerent, ut hac uia diminueretur aliquid de Pompeij poteſtate. Dum hæc manu ſignificat, turba uſque adeò graueis ac minaces clamores tollit, ut coruus, qui tum fortè ſuperuolabat, quaſi fulmine cōſternatus cecideriṫ. Cumq́ Catulus unus ex optimatibus ita populum rogaret: Si Pompeius, inquit, ad certa pericula, qualia in certaminibus, præſertim maritimis, euenire ſolent, miſſus fuerit, quem uirum ad res magis neceſſarias in eius locū ſufficietis? Vniuerſa multitudo una uoce conclamauit, Te. Itaq́ Pompeius imperium maris, inſularum, & continentis ad millia quinquaginta paſſuum à ſupero mari accipit: accipit præterea legatos quindecim, ac naues omnes: id Senatus inuitus confirmat. Parta uictoria ex piratis, eorum magnā curam gerit, tum in primis ne rurſum inopia coacti, eiuſmodi ſcelera committant. Quę loca deſerta eſſe uidet, eis diſtribuit: præterea urbes dat, quæ hominibus ad habitandum egerent. Igitur ab iſtis cum aliæ multę habitatæ ſunt, tum ea, quę Pompeiopolis eſt apellata. Eſt autem urbs in Cilicia maritima, quam Tigranes depopulatus fuerat, ea Soli antea dicta eſt. Præclara certè ſunt hæc Pompei facta, & plena humanitatis. Poſt hæc Lucullo ſuccedit: quanquam optimates etiam in hac cauſa reſiſtunt: ſed ei plebs fauet, Cæſar, Ciceroq́ opitulantur & cauſam eius agunt. Id propterea faciūt, quòd alter eorum plebem iam inde à principio ſequebatur & colebat: alter utriuſq́, modò plebis, modò Senatus partes ſuſtinebat, principatū in Republica affectans: tum oſtendebat ſiue cum plebe, ſiue cum patribus ſe coniungeret, omnino ſe utriſq́ profuturum: ex quo tamen transfuga eſſe dicebatur. Igitur Pompeius ducto in Aſiam exercitu, Mithridatem nocturno prælio ſuperat. Eum enim, quia pugnam detrectare conſueuerat, in ualle collibus circumdata, nocte obſcura inuadit, exercitu in locis ſuperioribus collocato. Hic tubicines ſimul omnes ſignum canere cœperunt: mox milites, cæteraq́ multitudo ingentem clamorem edere: pars ſcuta haſtis, pars arma ex ære lapidibus percutere. Huiuſmodi ſonitum concaui montes recipere, receptumq́ reddere multo horribiliorem, ut eo barbari uehementer perterriti ſint. Romani primùm ſagittis telisq́ præliabantur: conſumptis telis omnibus, in eos irruerunt. Qui erant ad alas, cædebantur, ijsq́, quòd magna ex parte eſſent leuis armaturæ, unū ad necem uulnus ſatis erat. qui in ipſa acie conſiſtebant, premebantur, propterea quòd ij, qui in alis erant, eò præ timore perfugiebant. Itaque Barbari neque ſibi auxilio eſſe, neq́ in hoſtes quicquam moliri poterant. Mithridates cum paucis in Colchidem profugit: inde ad Mæotidem

Roſcius.

Catulus.

Pompeius imperator contra piratas delectus.

Stadia CCCC.

Pompeiopolis.

Soli.

Cæſar popularis.

Cicero transfuga.

Mithridates uincitur.

tidem & Boſphorum peruenit, atque in ea regione, interfecto per inſidias Machare filio, qui Romanis fauebat, regnauit. Pompeius urbem ædificat
Nicopolis. in agro, in quo ſibi uictoriam peperit, in eaq; ſaucios milites, & eos qui iam per ætatem bellum gerere non poſſent, habitare iubet. Hi iam Nicopolitæ appellati, legibus Cappadocũ utuntur. His rebus geſtis, poſtquam tranſiſ-
Araxes. ſet Araxem fluuium, Artaxata oppidum cepit, Tigrane eius oppidi, ſuiq; i-
Artaxata. pſius deditionẽ faciẽte. Is cum in caſtra Pompeij eques ueniret, Pompeius
Tigranes. eum ex equo deſcendere per lictorem iuſsit. Sed cùm eum uideret ingreſſum proiecto diademate ad terrã accidiſſe, & adorare ſe, miſericordia commotus acceſsit, hominem erigit, diademate coronat, in proxima ſede collocat: denique conſolatur cùm alijs uerbis, tum inprimis quòd diceret eum non ſolùm regnum Armeniorum non amiſiſſe, ſed etiam ueniſſe in amicitiam populi Romani. Ipſe in regione Tanaitide ad Cyrnum fluuium exer-
Albani. citu in tres partes diuiſo hyemauit: ibi bello uicit Albanos, à quibus cõtenebatur: quo in bello maximus eorum numerus trucidatus fuit.

DIONIS LIBER XXXVII.

Phraates. Eodemq; modo Iberis, qui Caucaſum incolunt, uſus eſt. Phraate Parthorum rege, qui antè amicitiam per literas cõfirmauerat, inſolentiûs uſus eſt, incuſsitq; timorem, ſe etiam ei bellum illaturum. Is ad Pompeium reſcribit, eumq; grauiter accuſat, ac crimina nonnulla populo Romano obijcit. Quamobrẽ Pompeius affectus pudore, & obſtupefactus, conſilio deſtitit. Itaq; neq; Tigrani, cui Parthi bellum inferebant, auxiliatus eſt, nec amplius contra Phraatem quicquam hoſtiliter admiſit: ambobus tamen arbitros dedit, à quibus eorum diſſidia componerentur: quibus utrinq; admiſſis, ipſi omnem inter ſe controuerſiam diremerunt. Reuerſus ex Armenia, cùm de rebus omnibus inter reges principes'ue, qui ipſum adiuuerãt, ius dixiſſet, cumq; alijs regna confirmaſſet, aliorum dominia auxiſſet, aliorum comminuiſſet potentiam, Cœleſyriam & Phœnicem nuper regibus liberatas, atq; ab Arabibus & Tigrane uaſtatas coniunxit. eas enim Antiochus quanquam eſt auſus repetere, tamen non obtinuit, ſed in idem imperium cõiunctæ leges acceperunt, ita ut more populi Romani adminiſtrarentur. Dum
Mithridates à hæc aguntur, corpus Mithridatis à Pharnace filio eius interfecti ad ipſum
filio occiſus. perfertur: id cõſpectum in monumentis maiorum ſepeliri iubet. Arabibus
Syria Palæſtina. abſque labore ſubactis, in Syriam Palæſtinam proficiſcitur, quòd ij populi Phœnicem populati eſſent. Apud eos regnabãt Hyrcanus & Ariſtobolus
Hyrcanus. fratres, qui de ſui dei (quiſquis ille eſt) ſacerdotio (ſic eorum regnũ eſt ap-
Ariſtobolus. pellatũ) inter ſe diſsidebant. Igitur Pompeius reliquos facilius deuicit. Sed Hyrcanum nihili facit, Ariſtobolum in uinculis habet, poſtquam is neq; pecunias dat, neque arcem tradit. quorum utrunq; deditionem faciens pro-
Hieroſolyma miſerat. Inde Hieroſolyma obſidet: in cuius urbis obſidione uehemẽter la-
capta. borat. quinetiã niſi Iudæi Saturni diebus ocioſi omnino fuiſſent, nunquam urbem cepiſſet: ſed illi, cùm dies feſtos agerẽt, tradebant Romanis murum ad percutiendum: Romani, quoties dies huiuſcemodi redijſſent, fortiſsimè percutiebant. Itaque cùm non reſiſterẽt ipſo die Saturni, cuncti capti ſunt: dein omni pecunia direpta, ac regno Hyrcano reddito, Ariſtobulus captiuus abducitur. Cæterùm Iudæis unde id nomẽ eſſe cœpit, equidem neſcio, quod nomen tamen latiſsimè patet. nam ad cæteros quoque homines ſpectat, qui etſi alterius nationis ſunt, tamen legem eorum imitantur. Fuit hæc gens à Romanis ſæpenumero imminuta, ita tamẽ creuit, ut legem ſua liber-

tate

tate uicerit. Iudæi diſtincti ſunt à cæteris gentibus, cùm in omnibus ferè re- *Iudæi.*
bus, quæ ad uiuendi ritum pertinent, tum maximè, quòd aliorum deos om
nes negligunt, unus quidam eſt, cui ſoli ampliſsimos & maximos honores
habent. Simulacrum Hieroſolymis nunquam habuerunt, ſed ... Deo, cuius
nomen dici non poſſe, quemq́ forma uacare arbitrantur, magnificè præter
cæteros homines, religioſeq́ ſeruiunt. Huic etiam templum ampliſsimũ at- *Templum Iudæorum.*
que pulcerrimũ, niſi quòd uaſtum & ſine tecto erat, ædificauerunt, diemq́,
qui Saturni nomẽ habet, conſecrauerũt: cui diei cùm alia multa ab illis pro-
priè ſunt attributa, tum id potiſsimum, quòd eo die negotia nullo pacto tra
ctant. Hæc ſunt, quæ ad hunc deum pertinere uidẽtur. Quis autem ipſe ſit,
aut unde in tanto honore fuerit, & quemadmodum eum colant, cùm à mul
tis antea dictum eſt, tum nihil ad præſentem hiſtoriam facit. Quòd uerò ex *Dierum ordo.*
ſtellis ſeptem, quæ Græcis planetæ, Latinis errantes dicuntur, dies diſpoſi-
ti ſunt: primùm eſt ab Aegyptijs conſtitutum, deinde ad reliquas gentes e-
manauit, nec olim id quidem, (ut ego arbitror) cùm id nullo modo fuerit,
quod ſciam, à ueteribus Græcis intellectum. Sed quoniam his temporibus
& cæterarũ gentium, et ciuium Romanorum ita proprium eſt, ut in cuiuſq́
patria quodam modo natũ eſſe uideatur, placet de hac re, quemadmodum
acciderit, paucis diſſerere. Cuius quidem rei duplex eſt ratio, nec ea diffici-
lis, ſi quis animaduertat diligentius. Nam ſi quis eam harmoniam, quæ διὰ
τεσσάρων appellata eſt, qua totius muſicæ fundamentũ contineri ueteres cre
diderunt, ad eas ſtellas retulerit, quibus uniuerſus cœli ornatus uariatus ac
diuiſus eſt, & ad eum ordinem, quo ſingulæ earum mouentur: deinde ſum-
pto principio ab extremo orbe Saturni, proximis duob. relictis, quarti or-
bis principem numerauerit, pòſt duobus alijs prætermiſsis, ad ſeptimũ per-
uenerit, eodemq́ modo eaſdem ſtellas, earumq́ principes deos percurren-
do ad dies applicauerit, eos omnes inueniet muſica ratione quodam mo-
do cum cœli ornatu conuenire. Atque hæc quidem ratio ſic ſe habet. Alte-
ra eſt huiuſmodi. Horas diei noctiſq́ omnes recenſe, ita tamẽ, ut Saturnus *Saturnus.*
primum locum teneat, alterum Iupiter, Mars tertium, Sol quartum, Venus *Iupiter.*
quintum, Mercurius ſextum, Luna ſeptimum: nam hunc eſſe ordinem or- *Mars.*
bium Aegyptij arbitrantur. Id ſi facies, quatuor & uiginti horis connume- *Sol.*
ratis, reperies primam horam diei ſequentis Soli tribui. Rurſum ſi in ijſdem *Venus.*
xxiiij horis ſupradicta ratione perges, Lunæ primã horã diei tertij aſsigna- *Mercurius.*
bis. Poſtremò ſi reliquos perſequère, unuſquiſq́ dies ſibi proprios deos ha- *Luna.*
bebit & accommodatos. Igitur hæc in hunc modum tradita ſunt. Cæterùm
ex rebus à Pompeio geſtis, magnam partem earum, etſi præclarę ſunt, quas
nullus ex ueteribus Romanis adæquauit, tamen fortunæ tribuere, & mili-
tibus fortaſſe aliquis poteſt. Hoc uerò omnium rerum eſt maximum atque
pulcerrimum, quòd cùm poſſet totius Italiæ imperio potiri, Romæq́ pro-
pter ampliſsimã potentiam, quam habebat, ſolus regnare, id noluit: ſed ſta-
tim ut Brunduſium uenit, exercitum dimiſit, nihil plebe aut Senatu de eo
decernente. Parta uictoria, trophæa ſingularũ rerum abs ſe geſtarũ in pom
pam triumphi miſit, quorum unum erat clarum & ornatum in primis, cui a-
ſcriptum erat, orbis terrarum eſſe. Iiſdem temporibus Iulius Cæſar, & M.
Cato florere ceperunt. Cæſar popularis & aſſentator ciuis eſſe, & Pom- *M. Cato.*
peio fauere, quem tamen non diligebat: ſed quoniam ei clam infeſtus e- *Cæſar.*
rat, propter honorum multitudinem in odium plebis trahebat. Cato ſæpe
Pompeio aduerſari: nam Catoni mortalis nullus admirationi fuit: Rempu-
blicam

blicam præter cæteros charam habere, eiq;, quicquid ſupra modum excel-
lebat, odio eſſe, propter ſuſpicionem poteſtatis: ſi quid plebeium erat, idcir
co (quia erat imbecillum) charum eſſe: deniq; de rebus iuſtis etiam pericu
lo imminēte liberè loqui. Porrò multis partibus hiſtoriæ prætermiſsis, quæ
ualdé ſunt ab his temporibus alienæ, præſertim cum noui nihil afferant, aut
utilitatis, id unum dicendum uidetur, fuiſſe patefacta à Cicerone Conſule,
coniuratione Catilinę, quæ ad Reipublicę perniciem ſpectabat, & coniura
Aulus Fuluius tis omnibus, qui capti fuerāt, ſupplicio affectis, Aulum quendam Fuluium
à patre ſuo oc- Senatorem à patre ſuo interfectum. Cæſari autem facinus aliquod præcla-
ciſus. rum facere ſemper cupiēti, cum Luſitaniæ præeſſet, equus fiſsis ungulis an-
Equus Cæſaris. teriorum pedum natus eſt. Is equus ferox & elatus Cæſarem uehebat, ſeſſo-
rem præterea admittebat neminem. Ex eo Cæſar in maximam ſpem uenit.

DIONIS LIBER XXXVIII.

Conſulq; cum eſſet, reuerſus ex Luſitania, leges populares tulit. Qua in
re perterritis cæteris omnibus, coactisq; tacere, ui & grauitate orationis, ei
Cato per ſe ſolus obſtitit, quem iam ex ipſa Curia abſtractum Cæſar in car-
Cato in carce- cerem erat coniecturus. Sed dum Cato ſe æquo animo deduci patitur, con-
rem. ſequūturq; permulti, quorū unus M. Petronius à Cæſare increpatus, quòd
Senatu nondū dimiſſo abiret, Malo (inquit) in carcere cum Catone, quàm
hîc eſſe tecum: pudore affectus, Catonem dimiſit: Ciceroni uerò, à quo mul
tis conuicijs fuerat laceſsitus, ne reſpondit quidem. quippe natura mitis e-
Cicero exul. rat, nec admodum iracundus. Clodium tamen in ipſum concitauit, ac per
eum, ut Roma exularet, fecit. Itaq; Ciceronis bona publicata, ædes diſtur-
Stadiorū tria batæ, ipſe procul ab urbe expulſus eſt, millia paſſuum circiter quadringen-
millia. DCCL. ta ſeptuaginta. Id quidem in Cæſare fuit, ut qui ipſi negocium facerent, eos
propter magnitudinem animi deſpicere ſimularet, ſed per alios ſine ulla ſu-
ſpicione inimicos ulciſceretur. Ciceronem fugientem in Macedoniam Phi
liſcus, qui ei iam inde Athenis fuerat familiaris, uerbis philoſophicis conſo
latus eſt. Sed is non multo tempore pòſt ſtudio & diligentia Pompeij Ro-
mam reuertitur. Cæſarem res præclarè geſtæ in Gallia, cuius adminiſtratio-
nem in quinquennium ſortitus fuerat, mirificè extulerunt. Nam etſi barba-
ri multitudine & magnitudine Romanis antecellebāt, tamen Romani bel
li ſcientia atq; armis ſuperiores erant. Quinetiam quæ contra ferocem ani-
Galli. mum & temerarium impetum Gallorum opponeretur, prudentia Cæſaris
inuenta eſt. Etenim eos tot prælijs ſuperauerat, tantamq; eorum multitudi
nem oppreſſerat, ut cùm Romani tot gentes, quarum ne nomina quidem
antea ſciebāt, ab eo debellatas eſſe intelligerēt, ob eam rem dies XV, quod
antè factum non fuerat, ſacrificauerint.

DIONIS LIBER XXXIX.

Ptolomæus. Iiſdem temporibus Ptolomæus rex Aegypti, poſtquam Aegyptij cōtra
eum rebellaſſent, quòd ipſis ui magis quàm iure imperaret, Romam perfu-
git, ubi muneribus alliciebat potentiſsimos quoſq;, ut à populo Romano
in regnum ſuum reſtitueretur. Miſerunt præterea Aegyptij Romam lega-
tos centum, ad regem accuſandum, quos ille omnes potuit uenenis per in-
ſidias necare. Id ſcelus populo Romano grauiſsimū eſt uiſum. Sed & Dio-
nem, qui eius legationis principem locum obtinebat, à quo conſtabat eum
accuſatū iri, pariter interfecit. Cuius ſceleris ideò nullas pœnas dedit, quòd
Pompeius eum domum ſuam receperat, atq; multis modis adiuuabat. tan-
tum Romæ per id tempus poterat largitio. Cyprus inſula in regno Ptolo-

mæ

mæi tum primum in populi Romani poteſtatem uenit. Eadem tempeſtate Pompeius theatrum, quod nunc percelebre eſt, ædificauit, in quo leones quingenti diebus quinq; abſumpti ſunt: præterea elephanti decem & octo cum armatis hominibus certauerunt, quorum pars ſtatim, pars non multo pòſt interijt. nam eorum populus miſertus eſt contra Pompeij uoluntatem: propterea quòd ſaucij non ſolùm certandi finem fecerunt, ſed etiam lugubri uoce miſſa circumeuntes roſtra ſua in cœlum intendebant. Ferunt ab hoc genere animalium non modò patriam linguã, ſed ea quoq;, quæ in cœlo fiunt, intelligi. Itaq; noua Luna, priuſquam ea ueniat in hominum cōſpectum, ad aquam limpidam proficiſcuntur, ubi ſe abluunt. Accepi præterea id theatrum non eſſe à Pompeio, ſed à Demetrio liberto eius ex pecunia, quam cum eo militando quæſierat, ædificatum: ſed Pompeium id ſibi uendicaſſe, ne propterea malè audiret, quòd libertus eius tam magnã pecuniã conflaſſet, ut tantos ſumptus potuiſſet ſuſtinere. Cæſar primus Romanorũ Rhenũ tranſijt, deinde in Britanniã profectus eſt, Pompeio & Craſſo conſulibus. Ea regio minimum abeſt à continenti Celtica, ab ea parte, qua Morini ſunt, millia paſſuũ quinquaginta ſex, porrectaq; in pelagus ad reliquam Galliam pertinet, & Hiſpaniam ferè omnem: quæ regio an eſſet, omnino à ueteribus tum Græcis tum Romanis eſt ignoratũ: nouis uerò, eſſet'ne continens, an inſula, in dubitationem uenit. Itaq; ſcripſere permulti in utramq; ſententiam, qui propterea nihil certi habebant, quòd neq; uidiſſent ipſi, neque ab eius regionis hominibus audiuiſſent: ſed ut ocio & ſtudio abundabant, ita coniecturam faciebãt. Progrediente uerò tempore antea quidem Agricolæ proprætoris, modò autem Seueri imperatoris temporibus inſulam eſſe, certò compertum eſt. Igitur Cæſar in Britanniam profectus, rebus non planè geſtis ex animi ſententia, & acceptis à Britannis obſidibus paucioribus quàm putabat, in Galliã reuertit, quòd audierat Gallos res nouas moliri. Eadem tempeſtate Tiberis ſiue immenſis imbribus de cœlo, ſiue nimio uento fluxum eius in mare arcente, ſubitò in planicie urbis inundauit, ædeſq; multas deiecit, ac multos mortales perdidit.

Theatrum Pompeij. — *De elephantis.* — *Demetrius.* — *Britannia.* — *Stadia CCCCL.* — *Tiberis ſtagnauit.*

DIONIS LIBER XL.

Cæſar iterum traiecit in Britanniã, uicit bello Barbaros, ijſq; tributis imperatis, & obſidibus acceptis, in Galliam reuerſus eſt ad bellum gerendum. Porò ut Cæſar Gallias, ita Craſſus & Pompeius ſortiti fuerãt, uel potius occupauerant, ille Syriam, hic Hiſpaniã. Dum Pompeius ducibus belli in Hiſpaniam miſsis Romæ ſedet, populiq; fauorem captat, Craſſus in Parthos ſtudio & cupiditate pecuniæ quærendæ exercitum ducit, quamuis ei prodigia ad Zeugma iuxta Euphratem (ſic enim is locus à tranſitu Alexandri dictus eſt) parum proſperè euenerunt. Nam aquila aurea (ſic enim appellatur ea, quæ ſacellum habet perexiguum, in quo collocata eſt, quæ longiſsimæ haſtæ affixa geſtatur in omnibus exercitibus ex delectu comparatis: cuius quidem haſtæ pars inferior peracuta eſt, ita ut poſsit in terram defigi) ea inquam aquila cum Craſſo Euphraten tranſire noluit, ſed terrę perinde adhærebat, atq; ſi in ea nata fuiſſet, donec eam multitudo, quæ circumſtabat, conuulſit, ipſaq; ui conſequuta eſt. Præterea pons, antequam omnes tranſijſſent, fractus eſt. Quibus rebus cùm milites animos demitterẽt, eos Craſſus conſolabatur his uerbis. Bono animo eſte (inquit) ô uiri: uobis enim iuro, neminem ueſtrûm hac eſſe reuerſurum, nam redire per Armeniam cogito. Milites his uerbis, quòd ea uia iuraſſet neminem reuerſurum, multo magis

Cæſar iterũ in Britanniam. — *Syria Craſſo, Hiſpania Pompeio, & Gallia Cæſari.* — *Zeugma.* — *Aquila.*

De Parthis. giſ conciderunt. Parthi, qui olim ſub imperio Perſarum in exigua regionis parte habitabant, neq; magnam admodum potentiam fuerãt adepti, poſtquam labefactato Perſarum imperio res Macedonum floruerunt, deinde ſucceſſores Alexandri multis magniſq; inter ſe ſeditionib. debilitari & frangi cœperunt, primùm duce quodam Arſaco, à quo reges eorum deinceps ſunt Arſacidæ nominati, in medium prodierunt: atq; Aſia potiti, eam per ſatrapas retinuerunt. *Vnde Arſacidæ.* Sunt omnes equites ſagittarij, ad quam rem plurimum eis confert cœli regioniſq; opportunitas. nam cœlum, quod in primis ſiccum eſt, neruos arcuum intentos facit: regio uerò tota plana eſt, & ob eam rem equis accommodata. Hi populi Romanis infeſti ſunt: itaq; Craſſus contra eos, atq; eorum regem Orodem exercitum duxit. *Orodes rex.* Ibi ipſe cum Craſſo filio, cunctoq; ferè populi Romani exercitu interijt. Parthi quoq; auro in os Craſsi infuſo, hominem irriſerunt. Erat enim Craſſus uſq; adeò diues, & pecuniæ cupidus, ut eorum ueluti pauperum misereretur, qui ſuis redditibus exercitum Romanum alere non poſſent. Inde Parthi cùm iam Antiochiam uſq; ueniſſent, atq; omnia, quæ obuiam facta eſſent, occuparent, à C. Caſsio Longino repulſi, domũ reuerterunt. *C. Caßius Longinus.* Hunc exitum Craſſus contra Parthos habuit, cuius calamitatis acerbitas propter magnitudinem memoriæ hominum commendabitur ſempiternæ.

DIONIS LIBER XLI.

Hoc prælio facto, bella ciuilia maxima atque durißima Romanis extiterunt, Pompeio & Cæſare diſsidentibus: quorum bellorum multæ cauſæ feruntur: ſed certißima cauſa fuit primarum partium, & dominãdi cupiditas. *Cauſa bellorũ ciuilium.* Pompeius enim etſi antea Cæſarem auxerat, tamen eius fortunæ & gloriæ poſtea cepit inuidere: atq; cùm initio potentiã eius impedire clàm ſtuduiſſet, deinde grauiter & apertè ſe inimicum oſtendit. Cæſar, qui nihil de dignitate ſua detrahi patiebatur, quiq; potiùs omnium maximus eſſe cupiebat, relicta Gallia, Romam cõtendit, ſcilicet imparatum adhuc Pompeium offenſurus. Cæſar enim propter belli apparatum, militeſq; tanto tempore in bellis Gallicis exercitatos, & tot uictorijs exultantes, ac donis eius promiſſiſq; permotos, paratißimus erat. Ex quo factum eſt, ut Pompeius Roma deceſſerit, & paulo pòſt Italia. is ſecum habebat Senatum ferè omnem, atq; pecuniam. Itaq; qui Romæ remanſiſſet, quamuis nõ eſſet partium Cæſaris, eum tamen æquè hoſtem iudicauit. Cùm Dyrrhachium ueniſſet, cõuocatis ſocijs, milites exercebat. Igitur per id tempus multà ab optimis & potentißimis uiris præclarè geſta ac dicta fuerunt. Sed quia ſumma rerum omnium ad Cæſarem & Pompeium uenerat, horum, quia ſummã rerum ſcribimus, facimus mentionem. Cæſar à Lepido, qui poſtea fuit in triumuiratu, Dictator dictus eſt: quo magiſtratu ſuſcepto, ultrò ſe ſtatim abdicauit: *Cæſar dicitur Dictator.* quamuis eius factis perinde atq; Pompeius uteret. nam uterq;, quòd paratos exercitus haberent, omnia pro libidine ac uoluntate faciebant. Cæſar, cùm ei pecunia opus eſſet, donaria cæteraq; omnia ex Capitolio abſtulit. Cumq; Fortunæ ſacrificaret, taurus priuſquam feriretur, extra urbem profectus, ad lacum quendam peruenit, eumq; enatauit. Quo facto aruſpices Cæſari, ſi Romæ remaneret, exitium: ſi mare tranſiret, ſalutem ac uictoriam fore prędixerunt. His rebus confiſus Cæſar, contra Pompeium exercitum duxit. Quo iam profecto, pueri in urbe in duas partes ſua ſponte diſtributi, ac partim Pompeiani, partim Cæſariani nuncupati, abſq; armis quodammodo certauerunt: tandem uerò, qui nomen à Cæſare habebant, uictoriam reportauerunt.

runt. Cæſar, cùm ignorante Bibulo, cui maris præſidia cõmiſſa fuerant, tran
ſiſſet Apolloniam, & alia loca finitima Pompei præſidijs deſtituta occupa- *Apollonia.*
uit. Ea regio in pulcerrima terræ parte maris ac fluminum ſita eſt. Sed id o-
mnium maximè admiratus ſum, quòd cùm magna copia ignis ad ſuperum
flumen exiſtat, tamen ad proximam terram non ualde diffunditur, ſed neq;
eam, in qua eſt, adurit, aut facit aridiorem: quinetiam herbas, ac uirides arbo
res proximè habet, augetur imbribus, & ſublimè tollitur. Cæſar cunctante
Antonio, cui mandatum erat, eos qui Brunduſij remanſerant, adducere, ſo-
lus nauigare in Italiam coſtituit: & tanquam aliquis alius nauiculã conſcen
dit, ſeq; à Cæſare miſſum eſſe dixit, ac gubernatorem etiam aduerſo uento
ſoluere coegit. Iam procul à terra nauigabant, cùm uentus uehementer ur-
gere, & tempeſtas eos grauiter conturbare cepit. Quam obrem cùm gu-
bernator inuito Cæſare regredi conaretur, Cæſar ſe, quis eſſet, patefecit,
tanquã eſſet ex eo uim tempeſtatis placaturus: Bono animo es, inquit, nam
Cæſarem uehis: tam magno enim animo erat, atq; in tantam ſpem uenerat,
ſiue ex uatũ prædictionibus, ſiue alia ratione, ut præter ea quæ uiderentur,
faceret idoneam fidem ſalutis: tamen nihilo magis tranſijt. Pompeius ſpe-
rans ſe eum, priuſquam cum Antonij copijs coniungeretur, facilè confectu
rum, in Apolloniam cum exercitu properauit, atq; Apſum flumẽ, ad quod
erant caſtra Cæſaris, tranſire conatus eſt: ſed ponte grauitate oneris colla-
pſo, cæſaq; parte militum, qui iam pertranſierãt, à ſuis deſtituta, idcirco ani-
mum deſpõdit, quòd ei ſtatim in ipſo belli principio malè ſucceſsiſſet. Dum
ea geruntur, uenit Antonius: itaq; Pompeius timens, Dyrrachium cõfugit.
nam Brunduſio excedere, quouſq; Bibulus uixit, Antonius auſus non erat: *Bibulus.*
ſed poſtquam Bibulus multis laboribus defatigatus mortem obijt, & Libo *Libo.*
dux præfectùſq; claſſis factus eſt, Antonius hominem cõtempſit, atq; inde
ſoluit. Dyrrachium erat ἐπίδαμνος Corcyrenſium, quo nomine à Romanis *Dyrrachium*
propter ſcopulorum difficultatem quidam appellatum ferunt. Nam cum
damni appellatio Latinorum lingua magni incommodi ſignificationẽ ha-
beat, ipſis, ut poſſent eò traijcere, mali ominis eſſe uidebãt. Igitur Pompei-
us, poſtquam Dyrrachium confugit, extra oppidum caſtra locat, eaq; pro-
fundis foſsis, & magnis aggeribus munit: ibi perſæpe, ſed tamen nullo ma-
gno momento pugnatum eſt. Cæſar Dyrrachium ſpe deditionis inter palu
des atque ipſum mare nocte adortus, in loca anguſta uenit, ſed inde multi
antè à tergoq; irruunt, qui nauibus uecti repentè eum inuadunt: itaq; per-
multis ſuorum amiſsis quin ibi interiret, parum abfuit: mox inde in Theſſa-
liam properauit. Pompeius tanquam confecto iam bello Imperatoris no-
men accepit, etſi nihil propterea agebat inſolenter, atq; poſtea Cæſarẽ inſe
cutus, in Theſſaliã peruenit. Hic cepere exercitus conferri. Pompeius ne- *Pugna Pharſa-*
mini ſecundus, Cæſar omnium primus eſſe cupere: ambo, qui duces eſſent, *lica.*
& uictoriam obtinerẽt, dignißimi, reiq; militaris ſupra omnes homines pe
riti. Pompeius Aphrica, Sertorio, Mithridate, Tigrane, ac maritimis uicto-
rijs fretus erat: Cæſar de Gallia, Hiſpania, Rheno, Britannia gloriabatur.
Cum iam utrinq; irruptio facta eſſet propter utriuſq; appetitum dominan
di, atq; eiuſdem gentis homines inter ſe confligerent, res erat miſerabilis &
calamitoſa, eodẽ tempore aduerſarios agnoſcere, mox ſauciare: uocare ad
ſe, deinde occidere: ſimul patriæ mentionem facere, & ſpoliare: multa etiam
ipſis interfectoribus, quæ domum referrent, mandare. Pompeiani uideban
tur equitatu & ſagittis ſuperiores eſſe, itaq; eminus contra eos, quos inter-

cludebāt, repentè iaculari & cōturbare, mox regredi, deinde eos iterū atq; iterū inuadere, locis ſępenumero huc & illuc cōmutatis. Cæſariani hęc obſeruare, ſuos ordines cōuertere, deinde iaculātibus occurrere, ac cum propiùs acceſsiſſent, uiros equosq; capere, poſtremò alacriter pugnare. Nam pedites leuis armaturæ ob eam rem erant unà cum equitibus inſtructi. Id non ſemel, ut ſuprà dixi, ſed ſimul ſæpe in uarijs locis gerebatur. Igitur cùm illi eminus, hi cominus pugnarēt, cumq; percuterēt alij, alij percuterentur, hi fugerent, illi inſequerentur, multæ pedeſtres equeſtresq; pugnæ eſſe uidebantur. Dum hæc geruntur, multa præter opinionem acciderunt. Qui alterum fugaſſet, mox ipſe terga uertebat: qui fugiſſet, ſtatim aggrediebatur: percuſſerat aliquis, ipſe ſauciebatur: lapſus erat, ſtantem occidebat: pleriq; etiam nullo accepto uulnere moriebantur: multi uix ſemiuiui alios interficiebant: lætābantur alij & canebant, alij mœrebant & lamentabantur: omnia clamore gemitibusq; complebantur. Tandem cùm utrinque diu æquo Marte pugnatum eſſet, Pompeius, quippe qui magnam partem exercitus Aſiaticam, & minus exercitatam habebat, uictus eſt. Id illi antea fuerat diuinitus ſignificatū, quòd fulmina de cœlo in caſtra eius cecidiſſent, apesq; militaribus ſignis inſediſſent. Cæſar equitibus & Senatoribus captis perhumaniter eſt uſus; quinetiam literas inuētas in ſcrinijs Pompeij, quibus multorum erga illum beneuolentia, atq; odium in Cæſarem ſignificabatur, neque legit, neq; deſcripſit, ſed eas ſtatim igni combuſsit, ne ijs fortaſſe commotus, grauius aliquid committere cogeretur. quamobrem permultos ſibi deuinxit.

Humanitas Cæſaris.

Pompeius, quòd ſe ſuperiorem fore Cæſare ſperaret, ea, quæ ſibi magno uſui futura erant, non prouidit: neq; enim caſtra in idoneis locis collocauerat, neq; quò uictus perfugeret, conſtituerat. Deinde, cum poſſet ſine periculo cunctando rerum potiri, tamē ſiue ſua ſponte, tanquam eſſet omninò uictor futurus, ſiue coactus à ſuis, conflixit. Itaq; repentè uictus, grauiter perterritus eſt, ut nec conſilium ullum opportunum, aut ſpem firmam in periculis habuerit. nam metus tempore ratio omnis & conſilium deeſt: quibus rebus ſi quis antè animum ſuum præmunierit, metū omnem ſuperare egregiè poteſt: ſin minus, facilè uinci. Itaq; relicto munito loco, in Aegyptū profectus ibi per inſidias obtruncatus eſt. Poſt id facinus Aegyptij, quod antè minime uoluerant, Cleopatræ imperio ſubiecti ſunt: deinde uenerunt in ditionem populi Romani. Placet enim eiuſmodi facinorū ſceleſtorū uindictā, etiam præter rationē hiſtorię, rebus ipſis geſtis annectere.

Fractus animo Pompeius.

IVLIVS CAESAR.

POMPEIVS potentiſsimus Romanorum eſt habitus, ita ut Agamemnon, quòd ipſe quoq; mille nauibus imperaſſet, uocaretur. Is ipſa octaua die *, qua olim de Mithridate & piratis triumphauerat, occiſus eſt. Id uerò multo magis eſt admirandum, quòd cùm Caſsios omnes ciues Romanos ex aliquo reſponſo ſuſpectos haberet, ei nullus eorum unquam inſidias parauit: ſed apud montem, cui Caſsius nomen erat, mortem obijt, in eoq; ſepultus eſt. Cæſari uerò omnia adeò proſperè ſuccedebant, ut cùm in Helleſpontum cum nauicula traijceret, inciderit in claſſem Pompeij: qua ex re non ſolùm nullum damnum ſuſtinuit, ſed eos quoq; perterrefactos in ſuam poteſtatem redegit. Is in Aegyptum proficiſcens, ut uidit allatū ad ſe caput Pompeij, collachrymauit: qui tamen huius inanis & fictæ

Cæſar in Helleſpontum.

Cæſar uiſo capite Pompeij fleuit.

ſimulationis

ſimulationis cauſa ridiculus erat. Nam cum iam inde initiò dominationem expeteret, eum ſe deſiderare, eiusq; mortem grauiter ferre ſimulabat, quē olim non ſecus oderat, quàm aduerſarium & hoſtem: qui etiam ob nullam aliam cauſam in Aegyptum feſtinauerat, quàm ut eum, ſi quo pacto conſequi poſſet, conficeret. Cùm autem opera Caluini legati Athenas cepiſſet (nam eæ ultrò poſt mortem Pompeij Cæſari deditionem fecerant) omnes Athenienſes impunitos reliquit: hoc unum inquiens, eos cum multa deliquiſſent, à mortuis cōſeruari. Annulum Pompeij, in quo, quemadmodum in Syllæ annulo trophæa tria inſculpta erant, Romam miſit, quo mortuum iam eſſe Pompeiū Romanis perſuaderet. Ipſe interim captus amore Cleopatræ, in Aegypto commorabatur. nam ita libidinoſis amoribus ſeruiebat, ut cum alijs quàm plurimis mulieribus, in quas incidiſſet, conſuetudinē haberet. Cleopatra autem pulcherrima fuit, tum uerò flore ætatis, & facundia omnibus præſtabat, eratq; apud omnes, cum quibus uerſabatur, gratioſa. Ea fortè, cum per id tempus cum fratre ſuo diſſideret, ac primùm apud Cæſarem per amicos cauſam ageret, deinde uerò ab illis ſe prodi confirmaret, ipſa ſuam cauſam agere inſtituit: quàm ubi uidit, & dicētem audiuit Cæſar, ſtatim captus eſt, moxq; Ptolemæum accerſiri iuſsit, ab eaq; magis ſtare, quàm utrique iudex æquus eſſe cepit. Itaque adoleſcens cùm ob hoc, tum poſtquam intus ſororem de improuiſo conſpexit, exiluit ira cōcitatus: congregataq; iam hominum multitudine, prodi ſe uociferabatur. Eo die Cæſar Aegyptiorum tumultū uix reprimere, aut eos ſibi recōciliare potuit. quinetiam paulo pòſt, cum nō haberet apud ſe milites (nam eos dimiſerat in diuerſas partes Syriæ, quaſi ipſorum opera minus indigeret) in maximum periculum atque diſcrimen uenit: propterea quòd ipſum Achillas dux Aegyptiorum inuaſit. Cumq; aliquando Cæſar introijſſet in urbem Pharum, atque eius urbis habitatores interfeciſſet, re animaduerſa Aegyptij, qui continentem incolebant, factis pontibus auxilio ſuis uenerūt: cæſisq; frequentibus Romanis, reliquos ad naues compulerūt: quorum magna pars in mare prolapſa eſt, et Cæſar ipſe grauiter affectus. Oberant ei in primis ueſtimēta: nam quòd purpurea eſſent, in eum Aegyptij facilè iaculabātur: ſed is poſitis ueſtimentis enatauit, pòſt nauiculam conſcendit, itaq; ſaluus euaſit, literis, quas nando in ſiniſtra manu gerebant, ab aquæ iniuria cōſeruatis. Huius ueſtem Aegyptij ſuſpenderūt in trophæo, quod ſtatuerant. Verùm ubi milites conuenerunt, ipſe Aegyptum in ſuam ditionem poteſtatemq; redegit, deditq; Cleopatræ, cuius cauſa bellum geſſerat. Ex Aegypto profectus ad Pharnacen Mithridatis filiū, qui Pontum ſibi uendicabat, eum, quo die aggreſſus eſt, ſuperauit: deinde in Italiam uenit. Fuit Cæſar diligēs in pecunijs faciendis. Quippe potentiam duabus rebus, pecunia ſcilicet, & militibus parari, conſeruari, atque augeri dicebat, eaq; ſeſe mutuo conſequi: exercitum commeatu retineri, rurſum commeatum armis comparari: idq; non tantùm dicebat, ſed etiam ſentiebat. Cum Romæ eſſet, milites ex Campania, ubi erant, ut inde in Aphricam traijcerent, Romam nemini obuio parcentes uenerunt: quorum aduentum ut Cæſar intellexit, ſtatuit contra eos mittere Prętorianas cohortes: ſed ueritus, ne illę etiam aliquid ſeditioſe molirentur, continuit ſe, tantùm ad eos iam in ſuburbia ingreſſos, paucos obuiam miſit, qui rogarent, quid uellent, & quamobrem ueniſſent. Qui cùm Cæſari ſe dicturos reſpondiſſent, eos ipſe inermes uenire, enſes ſolos geſtare, (neque enim depoſuiſſent) ita in urbem ingredi paſſus eſt. Hîc cœpere

Caluinus. Athenienſes deditionem fecerunt. Annulus Pompeij. Cleopatra. Achillas. Cæſar nando euaſit. Seditio militū.

milites uehementer inſtare, ut ſe miſſos facerent: ſimul oſtendere, ſe magnos labores ſuſtinuiſſe, nec dum tamen ea quæ ſperauerant, fuiſſe conſequutos. Id milites dicebant, nō quòd uellent priuatam & quietam uitam agere, ſed quòd exiſtimarent his uerbis, Cæſare perterrito, ſe omnia ex animi ſententia confecturos. At Cæſar contra omnium expectationē, Vos uerò, inquit, rectè. Itaque ſtatim omnes tanquam amplius nullo uſui forēt, dimiſit: denique datis poſtremis muneribus, promiſit ijs, qui per legitimum tempus militaſſent, ea quæ dari conſueuerunt. Tum cepere milites obſtupefacti conſilium mutare, ſeq; in poſterum ſtrenuos milites fore polliceri. Is negare ſe illorum opera indigere, idq; aſtute: ualde enim indigebat. illi Cæſarem uehementer rogare, ab eoq;, quòd tumultuati eſſent, ueniā petere: qua ad extremum data, ac ferociſsimis quibuſq; militibus dimiſsis, cæteris uſus eſt. Porrò tumultuoſos & ſeditioſos milites, nactus occaſionem in bellis conſumebat, atque hoſtes per eos conficiebat. Poſt hæc conſueta celeritate, qua multa proſperè gerebat, hyeme in Aphricam trāſmiſit. Cumq; è naui egrederetur, fortè euenit, ut in terram caderet: quem ut milites conſpexerunt pronū cecidiſſe, ipſi quoq; animis conciderunt, atque grauiter ferentes, tumultuati ſunt. Cæſar ne dubitauit quidē, ſed porrecta manu, quaſi de induſtria cecidiſſet, terram apprehendit: dein eam oſculatus, Teneo te (inquit) Aphrica. Eo tempore Cato & Scipio Aphricā obtinebāt, cum quibus Iuba Lybs erat ſocietate cōiunctus. Cato prudentia, iuſticiaq; antecellebat: Scipio nobilitate generis, & dignitate ſuperior erat. idcirco Catone concedente exercitui imperabat: quo tandē à Cæſare ſuperato, Iuba ita metu perculſus eſt, ut iam deſperata ſalute cum Petreio legato Scipionis, qui & ipſe rebus ſuis diffidebat, in certamen uenerit, eo animo, ut in eo uterq; moreretur. Cæſar quēdam nomine Salluſtiū, qui fortè tum apud ipſum erat, à quo etiā de ijſdem rebus hiſtoria conſcripta eſt, Aphricæ uerbo quidem, ut præeſſet, iuſſit, re autem ut diriperet & expilaret, idq; fecit. Nam etſi multa contra expilatores prouinciarum ſcripſit, tamen conſtat eum aliter feciſſe, nec non grauiter accuſatum, tandem impunitum à Cæſare relictum eſſe, licet ſe ipſe in hiſtoria ſatis infamauerit. Poſt hanc uictoriā Romani ad gratiam Cæſaris, quem ut antea ſemper metuebant, multa decreuerunt: eumq; ſuper æream ſtatuam orbis terrarum collocatum, Semideum eſſe ſubſcripſerūt. Cum autem continuis quatuor diebus triumpharet de Gallis, Aegypto, Pharnace, Iuba, atque Arſinoen reginam Aegypti inter captiuos duceret, dum eum propter magnitudinem & multitudinē rerum geſtarum cæteri admirabantur, ſoli milites irridebant: amorem Cleopatrę, & conſuetudinē, quam puer cum Nicomede rege Bithyniæ habuerat, exprobrabant. itaque canebant, Cæſar Gallias ſubegit, Nicomedes Cæſarem. Poſt hæc frequentes clamabant: Si rectè facics Cæſar, punieris: ſin malè, regnabis. Quibus uerbis ſignificabant, Cæſarem, ſi libertatem patriæ redderet, quod ipſi iuſtum exiſtimabant, ſupplicio affectum iri, quia contra leges feciſſet: ſi uerò dominari pergeret, ut inſtituerat, quod factum improbi ciuis erat, tum demum imperaturum. Cæſar ut non moleſtè ferebat, cum ei amorem Cleopatræ obijcerent, ita calumnias de Nicomede iniquo animo patiebatur. quod factum cum adhibito etiam iureiurando negaret, magis irridebatur. Poſtremo ſupplicationis die relicta plebe in forū ſuū introijt crepidatus, & uarijs floribus coronatus: inde comitante uniuerſo ferè populo, atq; multis elephantis faces geſtantibus, domum deductus eſt. Poſt deinde multa & uarij generis ſpectacula

Teneo te Aphrica. *Mors Iubæ & Petreij.* *Salluſtius.* *Cæſar Gallias ſubegit, Nicomedes Cæſarem.*

ſpectacula edidit, theatro ad uenationem extructo: id poſtea amphitheatrum appellatum eſt, quòd ſedes abſque ſcena undequaque haberet. Planè de reliquo genere animantium accuratè differere longum eſſet: de Camelopardali dicendum uidetur, quæ bellua tum primùm Romã uenit. Ea, quòd quidem ad reliqua ſpectat, camelus eſt, niſi quòd membra ſine proportione habet: ſunt enim poſteriora paulo humiliora, ut ſi à natibus incipias, paulatim altior eſſe, & quaſi aſcendere uideatur: atque ita cum ſit, corpus ad anteriora crura & ceruicem ad iuſtam altitudinem extendit. Color eſt ueluti pardalis uariatus, idcirco commune utriuſq; nomen habet. In his certaminibus cùm alij multi certauerunt inter ſe, tum nonnulli ab elephantis quadraginta pugnauerunt. Poſtremò nauale prælium non in mari, ſed in terra fecit, loco in campo Martio defoſſo, immiſſaq; aqua, ac nauibus introductis. Pugnauerunt captiui multi, et qui erant rerum capitaliũ damnati. Fuit quoque equeſtris ludus, cui Troia nomen eſt, à pueris nobiliſsimis antiquo more paratus. cum quibus iuuenes itidem nobiliſsimi ex curribus certauerũt. Hominum interfectorum Cæſar magnam culpam ſuſtinuit, quòd nondum ſanguine ſatiatus aut expletus uideretur: multo uerò maiorem, quòd infinitam pecuniam in edendis huiuſmodi ſpectaculis cõſumpſiſſet. nam uulgò circumferebatur, quòd eam per iniuriam feciſſet, idcirco in eos uſus impendiſſe. Porrò autem magnificentiſsimi apparatus argumentum eſt, quòd ne Sol ſpectatoribus moleſtus eſſet, conopea ſerica ſuprà extenſa fuerunt: qui panni facti primò ad barbarorum uoluptatem, ab illis ad nos ad muliebres delicias fuerunt importati. Poſt hęc milites tumultuati ſunt: neque antè deſtiterunt, quàm Cæſar repentè ueniſſet, atq; unum ex ijs captum manu ſua trahi ad ſupplicium iuſsiſſet. Multas leges tulit, ſed in primis dies anni parum antea inter ſe conſentientes. Nam tum, cùm Lunę ratione menſes congruebant, in præſentem ordinem adduxit, prioribus ſexaginta diebus, ſeptem alijs adiectis, qui ad perfectam rationem facere magnopere uidebantur. Id Cæſar ex Alexandria, in qua commoratus erat, reportauit: niſi quòd apud illos ſinguli menſes triginta diebus conſtant, deinde toti anno quinque dies adijciuntur. Cæſar uerò ijſdem menſib. ad eos quinque duos quoque, quos uni detraxit, addidit: adiuncto ad extremũ quinto cuique anno, eo die, qui quatuor partibus compleretur. Itaque ſic annos ordinauit, ut rara ſit horarum cõmutatio. nam annos mille quadringẽtos ſexaginta unum uno alio die intercalari tantummodo cõſtat indigere. Cum filij Pompeij in Hiſpania maximum bellum mouerẽt, ipſe cum ijs pugnat: quæ pugna cum permagna fuiſſet, & ita pares utrinque exercitus, ut etiam belli duces, quia de ſumma rerum decertabatur, ex equis deſcenderent, atq; graui imminente periculo inter cæteros pugnarẽt: Bogud qui fortè cum alijs ducibus non erat, aliunde in caſtra Pompeij irruit. Quod ut uidit Labienus, relictis ordinibus illum eſt conſequutus. Pompeiani rati Labienum fugere, illico animos deſponderunt, neq; poſtea, cum id, quod uerum erat, reſciuiſſent, colligere ſe aut recipere potuerunt. Hanc Cæſar poſtremam uictoriam reportauit: etſi ſperabat longè maxima ſe confecturũ. Nam in quo loco pugnatum eſt, ramus palmæ ſtatim poſt uictoriã natus eſt: quæ res tamen nihil de Cæſare, ſed de Octauio eius ſororis nepote portendebat. Is tum erat in exercitu, & multis laboribus ſuſceptis, periculiſq; aditis, clarus erat futurus. Igitur Cæſar rerum potitus perfecit, quanquam ciuibus inuitis, ut publico decreto in conuentibus regia ueſte indui, coronaq; laurea ornari perpetuò ſibi liceret:

Theatrum. *Amphitheatrum.* *De Camelopardali.* *Ναυμαχία.* *Troia.* *De diebus, menſibus, & annis.* *Bellum cum filijs Pompeij.* *Labienus.* *Prodigium palmæ.*

ceret: cuius rei cauſam, quòd caluus eſſet, afferebat. Idem mollioribus ueſtibus utebatur, & interdum caligis paulò altioribus, ac rubri coloris. Quam cincturæ laxitatem Sylla adeò ſuſpectam habuit, ut eum occidere uoluerit, Deprecantibus autem nonnullis, Ego (inquit) hoc uobis gratificabor, uos uerò hunc malè præcinctũ cauete. Quã rem etſi Cicero nõ intellexit, tamẽ rebus fractis ait: Nunquã putaui Pompeiũ ab homine malè præcincto ſuperatum iri. Decretũ publicè fuit, ut Cæſar Imperator nominaretur, non quemadmodum Imperatores dicuntur ij, qui ex magno prælio uictoriam reportauerũt, aut qui in magna potentia ſunt, ſed quomodo ij, qui quòd ſummũ imperium habent, idcirco noſtris temporibus Imperatores appellãtur. qua ratione Cæſarem primum omnium Imperatorem, deinde poſt illum cæteros Romanorũ Imperatores numeramus. Cæſari ſtatua eburnea iuxta ſtatuam Bruti, eius qui reges exegerat, eſt collocata: qua ex re euentũ rerũ admirari licet. Futurum enim erat, ut à Marco Bruto, qui ex illo ſuperiore genus ducebat, ipſe ex inſidijs necaretur. Cùm alia multa faceret contra mores inſtitutaq́ maiorum, tum ſingulis annis plures Conſules faciebat, adeò ut poſtremo anni die, Conſule uita functo, Caniniũ in locũ demortui Conſulem ſuffecerit. De quo Cicero iocoſe: Conſulem (inquit) habuimus uigilantiſsimum & fortiſsimum, qui in toto ſuo Conſulatu ſomnum non uidit. Carthaginem et Corinthum urbes antiquiſsimas atque florentiſsimas, quæ fuerant à Romanis deletæ, inſtaurauit, in easq́ colonias deduxit: quæ ſicut antea unà eodemq́ tempore dirutæ fuerant, ita tum unà reficiebantur, ac florere incipiebant.

Cæſaris ſtatua eburnea iuxta ſtatuam Bruti poſita eſt.

Dictum Ciceronis in Caninium.

DIONIS LIBER XLIIII.

Cùm iam compararet exercitum contra Parthos, eum M. Brutus, & C. Caſsius inſidijs factis interfecerunt, furore atq́ amentia impulſi, ut autor hiſtoriæ metuens Cæſares ſcribit. Sic enim fortaſſe loqui decebat Senatorem, & nobilem uirum, qui illuſtrem hiſtoriam componebat. Reuera autem, ut & Plutarchus in Parallelis oſtendit, prudentes eò uenere, & cum dignitate ſuſcepto conſilio, ut ſe Remq́ publicam in libertatem uendicarent: nam tales eos fuiſſe conſtat. Dion uerò unius uiri dominationem reipublicæ præponendam putat, idq́ planum facere ijs rationibus conatur. Cùm tanta ſit (inquit) urbis Romæ magnitudo, quæ pulcerrimi atque ampliſsimi orbis terrarum imperium tenet, in quo diuerſis & cõtrarijs inter ſe moribus multarum gentium homines uiuunt, quæ omnibus diuitijs referta, uarijs actionibus & fortunis priuatim publiceq́ utitur: fieri non poteſt, ut in republica mediocritas teneatur: multoq́ ait eſſe facilius, unum bonum & moderatum uirum, quàm multos inueniri: poſtremò neceſſe eſſe grauiora damna, acrioresq́ iniurias à multis, quàm ab uno exiſtere. Cæſari autem adulatores mortis cauſam fuiſſe idem autor teſtis eſt. ab his enim nouis ſummisq́ honoribus elatus & inflatus, eorundem calumniam poſtea non effugit. Cœperunt iſti mẽſem, in quo natus erat, Iuliũ appellare: deinde Cæſarẽ ipſum, deumq́ præterea Iouem coràm nominare: poſtea templum ei facere, eiq́ templo ſacerdotem Antonium, ut Dialem quendam, præeſſe uoluerũt: decretis, quæ de his rebus facta ſunt, in columnis argenteis aureis literis ſcriptis. Id idcirco faciebant, quòd eiuſmodi decretis eum exultantem, atq́ omnia ferè admittentem uiderent, partim quidem aſſentantes, partim uerò illudentes, ut ob eam rem in inuidiam ueniret, & odium acerbiſsimum, itáque celeriùs, id quod euenit, moreretur. Regium nomen, quo fuit à pleriſq́ nominatus, recuſauit:

Plutarchus.

Adulatores.

Antonius Cæſaris ſacerdos.

recuſauit: de quibus tamen cùm tribuni confidenter quæſiuiſſent, eſſentq́ ſupplicium ſumpturi, ac de ſtatua eius diadema quod ei fuerat impoſitū, liberè detraxiſſent, eos iratus tribunicia poteſtate priuauit, & Senatu mouit: quæ res hominibus ſuſpicionem attulit, eum nomen regium affectare, ſed ad id accipiendum cogi quodammodo uelle: itaque tum magno odio apud omnes fuit. Subſcriptum à quibuſdam fuit Lucij Bruti ſtatuæ, Vtinam uiueres: item tribunali M. Bruti, nam is tum erat Prætor urbanus, (ſella uerò, de qua iudex pronunciat, tribunal appellatur) Dormis Brute, nec tu quidem Brutus es, nos uerò Bruto egemus. Maximè autem in ſuperbiā & arrogantiam eius odium concitatum eſt. Nam cùm Senatus uniuerſus ad ipſum ueniſſet ſalutandi cauſa, eum ille ſedens accepit. id peccatū defendebant nonnulli excuſatione profluuij uentris, quod cùm eum antea arripuiſſet, necdum planè cōſtitiſſet, meritò dicebant ſediſſe, ne quid excerneret: ſed hanc cauſam ideo minus multis probauit, quòd paulo pòſt cùm inde ſurrexiſſet, pedibus domum reuertit. Sed Cæſari futura cædes multis portentis antea ſignificata eſt. Martis enim arma, quæ tum apud ipſum more maiorum ſeruabantur, quia Pontifex erat, ſonuerūt: præterea fores cubiculi in quo dormiebat, ſua ſponte apertæ ſunt: ille nihilo magis dubitabat. Nam aruſpici, qui olim, ut eum diem caueret, pręmonuerat, ridens fertur dixiſſe: Vbi ſunt reſponſa & uaticinationes tuæ? Non uides eum diem, quem metuebas, ueniſſe, & me uiuere? tum ille, Venit, (inquit) necdum præterijt. Igitur coniurati, qui inſidias fecerant, ſedentem in Senatu undiq; circunſtant, eiq́ de improuiſo irruentes uulnera infligūt. Hic M. Bruto grauiter percutienti dixiſſe fertur, Καὶ σὺ τέκνον: Et tu fili. Poſt Cæſaris necem Lepidus armatis militibus forum occupauit, quòd diceret ſe Cæſarem eſſe uindicaturū: uerè autem rebus nouis ſtudebat, & ſibi dominationem quęrere nitebatur. Brutus uerò & Caſsius in Capitolium aſcenderunt. Igitur cùm Roma in maximo periculo eſſet, Cicero habita oratione ciues in concordiam reduxit. Antonius huic reconciliationi operam & ſtudium ſuum nauauit, non quò pacis author eſſet, ſed quia per id tempus priuatus ciuis, & dominandi cupidus, nolebat in illa ſeditione & tumultu dominationem ab alio cōparari. Cùm inde ſimul abirent, Brutus ad Lepidum propinquum ſuum, Caſsius ad Antonium proficiſcitur. Inter cœnandum cùm ſermonem, ut par eſt, de multis rebus habuerunt, tum uerò Caſsium Antonius interrogauit: An nunc etiā, inquit, pugionem ſub axilla geris reconditum? Certè, inquit, longè maximum, ſi quidem tu quoque regnum affectabis. Poſt hæc teſtamento Cæſaris publicè recitato, in quo ſeptuaginta quinq; denarios populo uiritim legauerat: deinde ipſo Cæſare mortuo in foro poſito: poſtremò habita de eo Antonij oratione, plebs ira accenſa atq; commota, Cæſarem in foro cōbuſſit, poſtea ſepeliuit, tum aram ei dedicare, ad eamq́; tanquam eſſet deus Cæſar, ſacrificia facere conata eſt: deinde effrænata & furioſa contra interfectores contendit, atq; Helium Cinnam tribunū plebis, errore nominis ducta, propter alium Cinnam ſocium & participem coniurationis, interemit: neque prius ceſſauit, quàm Conſulēs eandem aram euerterūt, latis legibus de quibuſdam temerarijs ac nefarijs hominibus è ſaxo Capitolino præcipitandis: ſanxeruntq́; execrationibus publicis, neminem in reliquū tempus Dictatorem fore. tanquam enim in ſolo uerbo factorum acerbitas eſſe uideretur, non ex armis. aut cuiuſq; moribus, aut ex ipſis rebus nomina magiſtratus, in quo res ipſæ geruntur, calumniabantur. In hoc tumultu id prætereun

Ceſetius et Marulus.

Signa cædis Cæſaris.

Lepidus.

dum non eſt, quòd Caius Caſca tribunus plebis, cùm reſciuiſſet Cinnam ex ſimilitudine nominis occiſum eſſe, timuit, ne ipſe quoq; necaretur, quòd P. Seruilius Caſca, idemq; tribunus plebis ex illo grege interfectorum erat. Itaq; ſcripto promulgato, ſimul communionē ſanguinis, & conſilij differentiam ſignificauit. Antonius ad exiſtimandas & ponderandas res ab Cæſare geſtas cōuerſus, ut primùm tabulas eius habuit in ſua poteſtate, ex his multa deleuit, multa repoſuit: pòſt uerò quàm plurima expilauit, ex priuatis ciuibus, populis, atq; regibus magnam pecuniam conflauit: quorum nonnullis regionem, alijs libertatem, alijs ciuitatem, multis immunitatem uēdidit: ad extremum cōtempto Octauio, ut puero adhuc & rerum imperito, quaſi hæres non ſolùm pecuniæ Cæſaris, uerùm etiam potentiæ, omnia adminiſtrabat. Et quia Lepidus magnam habebat poteſtatem, filiam ſuam in matrimonium filio eius dederat, eumq; Pontificem Maximum fieri curauerat, ut nihil de ſuis rebus inueſtigaret curioſiùs. Deinceps de cæteris imperatoribus dicendum eſt, hoc opere in tot partes diſtributo, quot imperatores Romæ poſt Iulium fuiſſe comperimus.

OCTAVIVS CAESAR AVguſtus.

DIONIS LIBER XLV.

CAIVS Octauius Pias, nam id fuit nomen filio Attiæ, filię ſororis Cæſaris, Velitris oppido Volſcorum natus, pupillus ab Octauio patre relictus eſt apud matrem, & uitricum Lucium Philippum: cumq; adoleuiſſet, à Cæſare non diſcedebat. Cæſar enim, quòd nullos liberos ſuſcepiſſet, quodq; iam in eo magnam ſpem poſitam haberet, ualde eum diligebat, eiusq; curā habebat, quippe quem nominis ſui & pecuniæ hæredem, ac imperij ſucceſſorē erat relicturus: præſertim cùm Attia ſine ulla dubitatione confirmaret, eum ſe ex Apolline cōcepiſſe, in cuius templo obdormiens, rata eſt cum dracone commiſceri, peperitq; expletis ad pariendum menſibus. Ad hæc antequā pareret, ſomniauit uiſcera ſua ſublime in cœlum tolli, & in totum orbem terrarum diffundi. Item eadem nocte Octauius ſolem ex uulua uxoris oriri in ſomnis uidit.

Nigidius Figulus Aſtronomiæ peritiſſimus.

Cumq; puer iam natus eſſet, Nigidius Figulus Senator ſtatim ei ſummum imperium prædixit. Nouerat is ſupra omnes homines ſuæ ætatis totius cœli ordinem & curſum: tenebat ſtellarum uim atq; differētiam, quid ipſæ per ſe, aut cum alijs coniunctæ poſsint & efficiant: quorum etiam ſtudiorū cauſa culpatus eſt, quaſi magicis artibus uteretur. Is igitur ut uidit Octauium ſerius propter partum uxoris in curiam uenientem, (nam tum fortè Senatus erat) ſtatim exclamat, Nobis Octaui dominum genuiſti: deinde ea reperculſum Octauium, atq; idcirco puerulū necare uolentem prohibuit. nam ut hoc modo (inquit) moriatur filius tuus, fieri certè nullo pacto poteſt. Cùm uerò puer ruri paruulus educaretur, aquila de manibus eius panem rapuit, mox euolauit: atq; ubi paulo pòſt reuolaſſet, ei reddidit. Item eo adhuc

Somnium Ciceronis.

puero, & Romæ commorante, Cicero ſomniauit, eum catenis aureis ſuſpenſum è cœlo in Capitolium pendére, eiq; flagellum ab Ioue datum eſſe: cumq; ipſe puerū ignoraret, poſtero die in Capitolio obuiam ei factus eſt:

Somnium Catuli.

quem ut agnouit, ſomnium ijs qui aderant præſentes, narrauit. Sed & Catulo, qui antea Octauium nunquam uiderat, uiſum eſt in ſomnis, à nobiliſsimis

mis quibuſq; pueris Iouem Capitolinum adiri, & ab eo Romæ ſtatuam in ſinum Octauij demiſſam fuiſſe. Qua te exterritus, properauit in Capitolium precandi cauſa: ibi fortè aſcendentem Octauium inuenit, eiusq; faciem reuocauit ad ſomnium, idq; poſtea uerum eſſe confirmauit. Præterea ut primùm ex pueris exceſsit, cùm ſumeret uirilem togam, ea ab humeris utrinq; fracta uſq; ad pedes demiſſa eſt: quæ res quaſi per ſe nihil boni portēderet, eos qui aderant præſentes, conturbauit, quia eo tempore, quo primùm togam uirilem ſumebat, euenerat. Atq; tum fortè Octauius: Tenebo (inquit) omnem Senatoriam dignitatem in mea ditione & poteſtate. id quod poſtea factum eſt. Igitur Cæſar his tebus permotus omnibus, de eo quàm plurimum ſperare cepit, eumq; introducere ad nobiſsimos uiros, & ad regnādum exercere: poſtremò docete accuratè omnia quæ conuenire uidebantur ei, qui ſummum imperium benè geſturus eſſet, & cum ampliſsima dignitate. Nam in omni genere dicendi Græcè & Latinè exercebatur: militiæ labores perferebat: perdiſcebat omnia quæ ad rempublicam, quæ ue ad regnum pertinerent: fuitq; Octauius ſtudiorum cauſa, cùm Cæſar necaretur, in Apollonia, ad ſinum maris Ionij. nam eò Cæſar præmiſerat, quòd bellum contra Parthos paratet. Itaq; de morte Cæſaris accepto nuncio, ubi ſe ab eo hæredem factum intellexit, nihil cunctandum ratus, ſtatim Cæſaris nomen ſumpſit, hæreditatemq; adijt, ac res gerere inſtituit: atq; ita Octauius antea uocatus, tunc Cæſar, pòſt Auguſtus, ad magnas res gerendas animum applicat: easq; fortiùs adminiſtrat atq; diligentiùs, quàm omnes uiri: prudentiùs, quàm ſenes omnes. Nam principiò ut priuatus, quaſi ſolius hæreditatis ſucceſſor, cum paucis nullo magnifico apparatu in urbē ingreſſus eſt: tum Antonium, licet ab eo iniuriam acciperet, coluit, plebemq; ſibi deuinctam habere conatus eſt. Itaq; cùm Antonius in foro de ſuperiore loco ipſum in Curia ut uiuo patre cōſueuerat, de ſublimi loco dicere nō paſſus fuiſſet, ſed eum expelli & eijci per lictores iuſsiſſet, cuncti grauiter & iniquo animo tulerūt: potiſsimū quòd Cæſar, ut conflaret inuidiā Antonio, & ſibi multitudinis animos ad beneuolentiā alliceret, ampliùs in forū nō ueniebat. Quocirca metuens Antonius, Cæſari reconciliari uoluit: cum quo rurſum propter aliquam ſuſpicionem diſſenſio facta eſt. Interea Senatus ſecuritatem & impunitatē decernit Sexto Pompeio Cnei minori filio: ſimul decernit, ut quæ pecunia numerata ex hæreditate patris in ærariū redacta fuerat, ea filio reddatur. Is tum maximas copias habebat, uiceratq; à Bætica pugna Caium Aſinium Pollionem, multasq; urbes partim ui, partim de uoluntate ipſarum ceperat. Huic cùm Antonius prædia ab ſe occupata non reſtitueret, Lepidus, qui finitimam Hiſpaniam obtinebat, perſuaſit, ut cum eo in gratiam rediret, quò poſſet omnia recuperare facilius. Porrò in urbe omnia confuſa & conturbata erant propter Cæſaris & Antonij diſſenſionem. Etenim iura ciuibus minimè reddebantur, propterea quòd iſti ſimulata cauſa libertatis, cuncta ad dominandi cupiditatem trahebant. Antonius, quia Conſul erat, apertè ampliſsimam potētiam uſurpabat: ſed multitudo ſtudio in Cæſarem accendebatur, non ſolum permota patris autoritate, ſed etiam adducta ſpe, quam de eo conceperat. Ad hæc ualdè Antonium oderat, quòd petulanter uiueret, & homo imperioſus eſſet. Caſsius autem & Brutus erant in prouincijs, quas ſortiti fuerāt: hic in Macedonia, ille in Syria. Igitur Antonius omnibus copijs ad Galliam occupandam profectus eſt. Cæſar milites Antonij, quàm maximè poteſt, ſuos facere, atq; eorum nōnullos propter eam quam

erga patrem habuerant beneuolentiam, contra Antonium ducere, eiq́ue impedimento eſſe in tempore conatur. Senatus, perſuadēte Cicerone uetere odio in Antoniū, eum hoſtē iudicat, pecunias & milites ad Cæſarē mittit. Quib. rebus omnib. cùm nondū Antonio par eſſet, eò properè ambos Cōſules cū magnis copijs ire iubet. Eodē ferè tēpore multa portenta uiſa ſunt. præter cetera enim fax ardēs ab oriente ſole ad occaſum cōmeauit, & noua quædā ſtella multis diebus apparuit, ſplendorq́ue ſolis diminui & extingui, ac tribus orbibus contineri uiſus eſt: quorū unus ignea corona cinctus eſſe putabatur: quæ omnia fatalem caſum reipublicæ portendebant.

Antonius hoſtis iudicatur.

DIONIS LIBER XLVI.

Poſtquam pecunia ad bellum gerendum opus eſſe compertum eſt, omnes ſuarum facultatum quintam & uiceſimam partem cōtribuunt: Senatores uerò etiam in ſingulos lateres, quos habebāt in ædibus urbanis, nō ſuis ſolùm, ſed etiā alienis, in quibus habitabāt, quatuor obolos perſoluunt. Inſuper ditiſsimi quiq́ue ſeparatim alia permulta conferunt: præterea arma, cæteraq́ue militibus neceſſaria multæ ciuitates, multiq́ue priuati homines gratis ſuppeditant. tum enim ærarium exhauſtum erat. Igitur magna pars hominum à Cæſare cōtra Antoniū ſtabat, etſi neuter eorum in cura et cogitatione Reipublicæ uerſabatur, ſed ab utroq́ue pari ſcelere, diſpari tamen fortuna & opinione cuncta afflicta erant & labefactata. Cæſariani fortunatiſsimi eſſe, proſpicere & conſulere Reipublicæ, eamq́ue ex animo curare uidebantur. Contrà Antoniani miſerrimi, hoſtes patriæ, ac ſceleratiſsimi homines eſſe dicebantur. Placet autem cuncta ſigillatim perſequi: nam mihi quidem in eo magna uis eſſe uidetur, ſi acta & euentus rerum ex cuiuſque conſilijs, quemadmodum ea inter ſe cōſentiant, iudicauerimus. Fortuna Antonium in uarios caſus miſit. Is enim principio Hircium & Cæſarem feliciſsimè intra munitiones continuit: deinde Vibium uenientem ad opem collegæ ferendam factis inſidijs ſauciauit, quo ex uulnere paulo pòſt mortuus eſt. Verùm inde contra Hircium & Cæſarem conuerſus, occurrēte Hircio ſe in caſtra ſua recepit, quòd belli laboribus defatigatus, & de uia ſeſſus erat: atque quia caſtra tueri non poterat, cum paucis ad Lepidum confugit. Conſul fortiter pugnando caſtra cepit, in qua tamen pugna ipſe occiſus eſt. Apud cæteros, qui ſe periculis commiſerant, fuerunt bellicæ laudis & uictoriæ inſignia: ſed poteſtas omnis, & rerum bene geſtarum gloria penes Cæſarē fuit: quanquam in maximis periculis è caſtris non exierat, quippe adoleſcens erat decem & octo annos natus. Fracto Antonio, Senatus Cæſarem ſuſpectum habere cepit, atq́ue id agere, ut imperium deponere, ac priuatus eſſe cogeretur. Qua re cognita, Cæſar ſtatuit milites, quos apud ſe habebat utriuſq́ue Conſulis paulo ante in bello cōtra Antonium defuncti, ſibi donis & promiſsis deuincire, atque clam legatos ad Antonium & Lepidum mittere, eoſq́ue ad recōciliationem cohortari. Miſit quoque milites ad Senatum, ac per eos Conſulatum petijt: quem dum ei negaret Senatus, quidam è militibus manu gladium, quem gerebat, attigit, Mox (inquit) niſi uos Patres conſcripti Cæſarem Conſulem facietis, hic eſt facturus. Huic Cicero ita reſpondit: Siquidem (inquit) ita Conſulatū petitis, obtinebit. Poſt hæc Cæſar cum exercitu Romam contendit. Senatus principio eum prohibere, atque urbem tueri nitebatur. Sed cum iam Cæſar adeſſet, impenderetq́ue urbi grauiſsimum periculum, mutato conſilio, frequens obuiam ei proceſsit, ut bemq́ue inuitus permiſit. Ea res mirificè extulit Cæſarē, tum etiam, quòd primo

De fortuna Cæſaris & Antonij.

Dictum militis in Senatum:

mo die comitiorū in campum Martium ingreſſus,ſex uultures uidit, & paulo pôſt duodecim,cùm apud milites cōcionaretur. quod ille ad Romulum, atque eius auguria referens,ſperauit ſibi regnum futurum. Porrò militibus magnam pecuniam largitus eſt,ijsq́ maximas gratias egit,propterea quòd ſine eorum præſidio & cuſtodia in Senatum uenire non audebat. Adoptatus in familiā Cæſaris,ex eo Caius Iulius Cæſar Octauianus dictus eſt.nam hæc eſt eorum qui adoptantur conſuetudo, ut adoptantiū quidem nomen accipiant,priſtinum uerò aliqua ratione formatum ac paulùm mutatum ſeruent. Poſtmodò etiam Auguſtus cognominatus eſt, quo nomine reliqui poſt eum Imperatores appellati ſunt. Igitur Cæſar ubi milites ſibi deuinctos habuit, redegitq́ Senatum in ſuam poteſtatem, ad ulciſcēdam necem patris animum appulit. Itaque contra interfectores contendit:pôſt properantibus Antonio & Lepido cum magnis copijs, cum ipſis fœdus inire ſtudet,quòd eos opprimere nō poterat,& quòd ſperabat Brutum & Caſsium iam potentiſsimos uiros per eos confici poſſe, ſeq́ poſtea ſeparatim utrunque eorum eſſe ſuperaturum. Itaque ad paruam inſulam eius fluuij, qui Bononiam præterfluit,conueniunt, nec illi quidem ſoli, ſed pari militū numero comitati. Pôſt ubi ſatis exploratū eſt, ne quis eorum in occulto gladium haberet,in congreſſum colloquiumq́ ueniunt, ibiq́ dominationem in omnes communem eſſe inter ſe iubent: præterea contra communes inimicos coniurant,etſi propria quædam & præcipua ſibi relinquūt. Cæſar enim Lybiam & Siciliam accipit:horum alter Hiſpaniam,alter Galliam.

Octauianus. *Triumuiratus*

DIONIS LIBER XLVII.

Inde Romam profecti, proſcriptorum tabulas in albo proponunt, multo certè crudeliùs,quàm in Syllæ dominatione factū fuerat. Sylla enim inimicos tantùm ſuſtulerat, amicis uerò ſuis pepercerat:at iſti non modò perdebant inimicos,ſed etiam amiciſsimos quoſq́ in poteſtatē aduerſariorum mutuò tradebant,quibus traditis,acciperēt infeſtos ſibi homines, eosq́ ad extremū ulciſcerentur. ex quo fiebat,ut in his nulla firma amicitia eſſet,ſed irarum ardor acerbiſsimus. Prius quàm Romam cum exercitu uenirent, multa prodigia uiſa ſunt,quibus eorum magna potētia, & grauiſsimi caſus demōſtrabantur. Nam Lepido anguis gladium Centurionis cuiuſdam circumplicauit,& lupus ingreſſus in caſtra, intra tentorium Lepidi cœnantis uenit,ac menſam deiecit,ampliſsimam potentiam eius oſtendens: ſed in ea conſeruanda difficultatem. Antonio uerò foſſa lacte circunfluēs,& concentus de nocte auditus, magnas animi uoluptates ſignificauit, ob easq́ exitū pernicioſum. Sed Cæſari aquila ſtatim inito cum ambob. fœdere,ſupra tentorium ſtetit,moxq́ coruos duos aduolantes, qui ex alis eius plumas euellere conabantur,occidit:itaq́ ex utroque uictoriam portendit. Interim milites Antonij,Fuluiæ uxoris eius filiam, quam ipſa ex Clodio habuerat,Cæſari, etſi antè ſponſalia cum alia fecerat, deſponderūt, Antonio ſcilicet eam rem procurante, quæ res etiam non eſt à Cæſare recuſata. Dum hæc geruntur,cædes indigniſsimę maximæq́,ut antea Syllanis temporibus,fiunt.Etenim urbs tota interfectorum hominum referta erat, capita pro roſtris poſita,reliqua corpora proiecta iacebant,atque à canibus & uolucribus comedebantur. In his rebus hanc ſolam proprij & alieni ratione habebant,quòd eorum nemo inimicum ſuum, qui eſſet alterius amicus, ulciſci poterat, niſi pro eo alium tradidiſſet. ita aut ira uetere incitati, aut futura ſuſpicione adducti,amici ſalutem ſupplicio inimici poſtponebant,permutabantq́ facilime,

Album. *Portenta contra Lepidum & Antonium.*

mè. Nam amici pro inimicis, ſocij pro hoſtibus inuicem dabantur: & commutabantur aut pares cum paribus, aut plures cum uno: aut cum pluribus pauciores, quaſi uenales eſſent, precijs & licitationibus factis. Tum enim ſimplex erat permutatio, cùm pares erant inter ſe: ſin minus, pauci pro multis moriebantur. Commune autem in primis eorum fuit, ut cum locupletibus inimicitias gererent, non eas quidem ſuſceptas ex aliqua ſimultate uel odio, ſed quòd erat in ipſis ſumma auaricia, & infinita pecuniæ cupiditas. Antonius & Lepidus his nefarijs & truculentis ſceleribus potiſsimùm aſtringebantur: ſed & Cæſar in eadem culpa eſſe uidebatur, communicato

Cæſar mitis natura. cum illis imperio. natura quidem certè crudelis non erat, in moribus patris educatus. Præterea modò ad res gerendas acceſſerat, nec, cur multos odio haberet, cauſa erat: denique ipſe ſe diligi & amari cupiebat: quin rerum potitus, ex quo tempore regnum habuit, non ſolùm nihil tale commiſit, ſed

Tanyſiæ uirtus. multos etiam conſeruauit. Magno argumento eſt, quòd Tanyſia matrona nobilis, cum Titum Iunium uirum ſuum proſcriptum in arcam conieciſſet, ac eam apud Philopœmenem libertum repoſuiſſet: cumq; propinquus eius diem feſtum celeberrimum acturus eſſet, curauit, Cæſarem per Octauium ſororem ipſius ſolum ex triumuiris eò uenire, ibiq; de improuiſo accedens, Cæſari rem omnem aperuit, allataq; arca, uirum ex ea eduxit. Quam rem Cæſar admiratus, omnibus ueniam dedit: etſi capi-

Philopœmen. tale erat, ſi quis proſcriptum hominē occultauiſſet: hoc amplius Philopœmenem in equeſtrem ordinem perduxit. Itaq; Cæſar tali ingenio præditus erat. Sed neq; Lepidus in propinquos ſuos & alios erat inexorabilis: Antonius uerò acerbè & crudeliter nulla miſericordia permotus occidebat non modò eos quos proſcripſerat, ſed eos quoq; qui proſcriptis opem ferre conarentur: quorum capita etiam inter epulas ſpectabat, eaq; ſpectatione nefaria & calamitoſa magna ex parte ſatiabatur. Eodem modo Fuluia nō tam odio impulſa, quàm ſtudio pecuniæ quærendæ, ſæpe morte afficiebat homines uiro ſuo incognitos. itaq; is, ut caput cuiuſdam ad ſe perlatū uidit, Hunc

Ciceronis caput. hominem (inquit) ignorabam. Sed capiti Ciceronis allato contumelioſiſsimè maledixit, iuſsitq; in Roſtris, quò magis inter cætera emineret, collocari in præcelſo atq; ædito loco, ut unde in concione auditus fuerat in ipſum dicere, ibi cum amputata dextra cōſpiceretur. Idem caput, antequam inde exportaretur, Fuluia ſumit in manus, conſectatur conuicijs, ſpuit in faciē, ſupra genua collocat, ex eoq; ore aperto linguā extrahit, deinde pungit acu, qua ad ornamenta capitis ſui utebatur: ad extremum illudit ei maledicè & contumelioſe. Sed ut illis temporibus uariæ cædes factæ ſunt, ita pleriſq; ſalus multis modis data eſt: quorū pleraq; prætermittere uiſum eſt, eaq; tantùm

Seruorum fides erga dominos. quæ commemoranda eſſe uidebantur, referre. Igitur cùm quidam ſeruus in ſpeluncam dominum incluſiſſet, eumq; nō mulò pòſt alius indicaſſet, ita ut mors ei haud dubia impenderet, ſeruus ueſte cum domino commutata, ingredientibus properauit obuiam, & quaſi ipſe dominus eſſet, occidi ſe paſſus eſt: ita illi rati ſe, quem uolebant, interfeciſſe, abierunt. hic poſtea aliò ſe contulit. Sed & alius pariter mutatis cum domino ueſtibus, in opertam lecticā ingreſſus, domino perſuaſit, ut eam deferret: pòſt ubi ambo depręhenſi ſunt, ſeruus ne conſpectus quidem necatus eſt, dominus quaſi lecticarius euaſit. Id ſerui dominis beneficio eorum affecti præſtiterunt. Cæterùm ſtigmatias quidam non modò non prodidit dominum à quo notis fuerat cōpunctus, ſed etiam ad eum ſeruādum promptiſsimus fuit. Cùm enim clàm

dominum

dominum exportaret, cumq; inimici re cognita inſequerentur, hominem
ſibi fortè factum obuiam interemit, eiq; ueſtem detraxit, ac domino induit:
deinde mortuo in rogum impoſito, acceptaq; ueſte domini, annnuloq; e-
ius, perſequẽtibus occurrit, ijs ait ſe fugere, quòd dominum occidiſſet, atq;
eius rei fidem ex ſpolijs & notis fecit: qua ratione non modò conſeruauit
dominum, ſed ab his quoq; beneficium accepit. Verùm memoria nominis
iſtorum, quòd obſcuri homines erant, nullis monumentis conſecrata eſt.
Oſiæus quoq; Geta quò patri ſuo opem & ſalutem ferret, eum pro mortuo
extulit. Porrò Quintum Ciceronem M. Tullij oratoris fratrem filius in oc- *Quintus Cicero, & eius filius.*
culto habuit, & quantum potuit conſeruauit. nam eum ita abdidit, ut nullo
pacto poſſet inueniri, cumq; ob eam rem uerberibus & tormentis afficere-
tur, nihilo magis indicauit. Quintus autem poſtquam ea res ei nunciata eſt,
admiratus filij conſtantiam, atq; eius miſericordia permotus, ultrò prodijt,
ſeq; inimicorum poteſtati permiſit. Marcus uerò Terentius Varro, quòd
uni ex proſcriptis idem nomen erat, metuens ne quod Cinnæ euenerat, ſibi
quoq; eueniret, (erat enim tribunus plebis) edito ſcripto eam rem expo-
ſuit, & ob eam cauſam irriſus eſt. Per hæc tempora permulti etſi proſcripti
non erant, tamen uel quòd inimicitias gererent, uel quòd locupleres eſſent,
occidebantur. Pleriq; etiam proſcripti, qui incolumes euaſerant, poſtea re-
ſtituti ſunt, & magiſtratus geſſerunt. Ex quo intelligi poteſt, quanta ſit ua- “
rietas rerum humanarũ & inconſtantia. Multi ad Brutum & Caſsium con- “
fugiebant, plurimi ad Sextum Pompeium, quòd claſsi præerat, & aliquan-
to tempore in mari potens erat, tenebatq; Siciliam prouinciã. Poſtea quam
proſcriptio de eo facta eſſet, cumq; ueniret in proxima loca Italiæ, pecuniã,
receptumq;, & honores promittebat ijs, qui ex impetu percuſſorum ciues
eripuiſſent ac ſeruaſſent: itaq; permultos conſeruauit. Triumuiri autẽ nõ ſo
lùm occidebant eos quos in albo proſcripſerant, ſed eos etiã quos iam miſ-
ſos feciſſe uidebantur, quodammodo perdebant, dum eos ex locupletibus
egentes facerent. nam ab his exigebant penſionẽ ædium quas habitabant,
capiebantq; redditus prædiorum, & pecunias maximas inter milites diſtri
buebant, eosq; fouebant ac alliciebant multis muneribus, ut dato prius ſti-
pendio, eos haberent ad omnia facinora paratiores. Quamobrem cùm bo-
na damnatorum uænalia proponerent, cæteros quidem minis deterrebãt,
quò minus emerent: pòſt uerò ſolis militibus ea paruo precio uendebant.
Sed in hoc maximo mœrore & acerbiſsimo luctu urbis, rem crudelem fece
runt, ac omnibus modis irridendã. Iuſſerũt enim ciuibus, ut iſta proſcriptio-
ne lætarentur, grauiter minati, niſi parerent. Eo pacto cuncta ad eorum ar-
bitrium libidinemq; gerebantur, ita ut regnum Iulij Cæſaris aureum fuiſſe
uideretur. Poſt id tempus tabulas rurſum in albo proponunt, ex quibus ne
mini quidem mortem afferunt, tamen uiuos fortunis ſpoliant, exigentes à
ſingulis ciuibus decimam partem bonorũ, ut aiebant: uerè autem uix cuiq;
decimam partem reliquerunt. Iidem Iulio Cæſari ſepulchrum fecerũt in fo-
ro, ubi combuſtus fuerat, eosq; qui ad ipſum confugerent, tutos & inuiola-
tos eſſe uoluerunt, ædem in qua fuerat occiſus, inacceſſam in poſterum ef-
fecerũt. His rebus geſtis, Lepidus Romæ remanſit: Cæſar & Antonius con
tra Brutum & Caſsium profecti ſunt. Nam hi ubi intellexerunt Rempubli- *Brutus & Caßius.*
cam arbitratu Antonij & Cæſaris adminiſtrari, contempta Creta & Bithy-
nia, quas prouincias ſortiti fuerant, contendunt, hic in Syriam, ille in Mace
doniam: quę prouinciæ nõ ſolum erant opportunitate, ſed etiam pecunijs,

& magnis copijs florentiſsimę. eas cōfeſtim ſine pugna capiunt, deinde A-ſiam omnem in ſuam redigunt poteſtatem, deditione populorum, ſi res ita ferebat, & ui facta ijs qui reſiſterent. Erant per id tempus magiſtratus in ſingulis prouincijs, quorum alij ad Brutum propter eius dignitatē & gloriam ſtatim ſe recipiebant: cæteri, qui Antonij & Cæſaris partes ſuſtinebant, facilè capiebantūr. In eo fuit numero Dolobella, à quo Trebonius Smyrnæ ex inſidijs necatus fuerat, eiusq́; caput ad ſtatuam Cæſaris proiectū, quòd cædis eius particeps fuiſſet. Fuit & frater Antonij in Macedonia, quem Antonius eò miſerat, ut exercitui præeſſet. Hi omnes obſtupefacti Brutum admirabantur propter ea quæ ab omnibus ciuitatibus facta erant. Nam Athenienſes Bruto & Caſsio ſtatuas ex ære iuxta ſtatuam Armodij et Ariſtogitonis publico decreto poſuerant. In primis autem id eos celeriter auxit, quod à triumuirorum crudelitate & ſcelere longiſsimè aberant, præſertim Brutus: quodq́; ad Senatum referebāt omnia, eiq́; ſe resq́; ſuas omnes permittebant: id enim Senatui erat gratiſsimum. idcirco cōfirmabat ea omnia quæ ab illis geſta eſſent, quouſq́; ſeruire omnino coactus eſt. Hi poſtquam intelligunt Senatum redactum eſſe in ſeruitutem, & cædes nefarias in urbe factas, omnibus copijs in unum conductis, properè contendunt de libertate dimicaturi. Dum autem adhuc eſſent in Aſia, adfuerūt Antoniani, qui ut Ioniū mare tranſierūt, apud Philippos Macedonię caſtra locant. Illi ubi uenerunt ex Aſia, ex aduerſo caſtra ponunt, eorumq́; duas partes faciūt, quò magis liberos & expeditos milites habeant, eisq́; facilius queant imperare: deinde foſſa ualloq́; circūdant. quæ res utraq́; caſtra uno ambitu cingebat, ac communiter utrunq́; exercitum munitum & tutum præſtabat. Cùm ita eſſent inter ſe oppoſiti, utrinq́; crebræ excurſiones fiunt: & quanquam prælium aliquanto tempore commiſſum non eſt, tamē ad extremum congreſſi ſunt. Hanc pugnam præceſſerūt nonnulla portenta, quibus eius belli exitus & caſus Reipublicæ demonſtrabantur, quòd eam Deus optimus maximus in meliore ſtatu & cōditione regni erat collocaturus. Nam ut tum res erant, pax & cōcordia ciuibus diu non poterat inſidere. Reſpublica enim, in qua penes populum omne ſit imperium, potentiſsima, & in ſummo faſtigio collocata, modum tenere nullo pacto poteſt. Itaque Romani multa utique huiuſmodi in poſterum quoq́; bella ſuſcepiſſent, ac tandem cadere & ſeruire coacti fuiſſent. Sed huiuſmodi portēta ijs quibus ea curæ ſunt, puto relinqui oportere: multoq́; melius Dion, ut opinor, feciſſet, ſi ea ſupra modum admiratus non eſſet, ſibiq́; Polybium propoſuiſſet aliqua ex parte ad imitandum. Ille enim hiſtoriam de Carthaginis & Græciæ captiuitate conſcripſit, itemq́; de graui diuturnaq́; clade, quam Romani antea ab Annibale acceperant: nuſquam tamen monſtra eiuſmodi referre, aut calamitates urbibus antè ſignificatas eſſe, dicere uidetur. Id ſi facit, ratus ea nunquam accidiſſe, culpa non caret: portentorum enim plena eſt hiſtoria. quòd ſi eueniſſe putauit, tamen ea ſcribere noluit, ueniam meretur: hiſtoriam enim conficiebat. Ego uerò ex his omnibus quæ temporibus Cæſaris & Antonij acciderunt, hoc unum referam, quo commutatio rerum, ut ego arbitror, ſignificabatur: flumina quædā in Italia in contrarias partes fluxiſſe, quædam prorſus exaruiſſe. Pugna autem in hunc modum commiſſa eſt. Principiò utrinque unus tuba ſonuit. pòſt reliqui omnes, ſed primùm ij qui continebantur certo & præfinito loco, ut tuba canerent: deinde alij, ut animos militum ad prælium ineundum excitarent: mox repente ſilentiū factum eſt. Illi rurſum

Polybius.

Res mira.

Pugna in Philippis.

Vide noſtras in Dionem annotationes.

ſonos

ſonos acutiſsimos fuderunt, & utrinque exercitus cōclamauit. Tum cepere milites grauis armaturæ ſcuta haſtis percutere, easq; contra ſe inuicē torquere, funditores & ſagittarij tela lapidesq; iacere, equitatus irruere, ſubſequentibus militibus grauis armaturæ. Ita res ad manus atq; ad pugnam uenit. Fit grauis impetus, diſtringūtur gladij: id primùm omnes agunt, ut multos uulnerēt, ipſi uerò nullum uulnus accipiant. Pòſt ubi animi, ut fit, ira incendi & inflammari ceperunt, accurrūt propiùs, & temerè irruunt. Hic rationem nullam habent ſui, neque ſentiunt accepta uulnera, quòd mors dolorem anteuertat. Itaque morientium nullus eſt gemitus, nulla lamentatio: etenim abſque cruciatu corporis ſtatim moriebantur: in primisq; utriq; in ſuis locis conſiſtebant. neque enim recedebant aliò, ut quenquam inſequerentur, ſed in iiſdem locis in quibus eſſent, ſauciabant, pariterq; ſauciabantur, cumq; hoſtes occidiſſent, ibidem ipſi non multò pòſt cadebant. Manſit ea pugna quouſq; dies iam inclinaret. Igitur ſi Brutus cum Antonio prælio decertaſſet, & Caſsius cum Cæſare, ipſi pares inter ſe fuiſſent. Sed dum Brutus Cæſarem imbecillum uicit, atque Antonius Caſsio, qui par ei in bellicis rebus non erat, ſuperior fuit, uictores quodammodo uicti diſceſſerūt. Caſtra enim Cæſaris & Antonij, & quæ in caſtris erant, omnia capta ſunt: *Capta caſtra Cæſaris.* Cæſar mirabiliter ſaluus euaſit. Nam ei, antequam prælium cōmitteretur, medicus ſomniū narrauit, quo eum caſtris excedere iubebat. Caſsius quoque incolumis ex prælio amiſsis munitionibus profugit: ſed cum exiſtimaret Brutum iam occiſum eſſe, cumq; quidam è uictoribus ad eum properaret, mortem ſibi ipſe intulit. Brutus quamuis poſtea exercitum Caſsij recepiſſet, tamē iterum ſibi confligendum eſſe non putabat, quòd ſperabat cunctando ſe poſſe hoſtes ſine periculo conficere. Cæterùm de nocte conturbare eos maximo tumultu conabatur, quin etiam aliquādo alueo fluminis auerſo, munitiones eorum inundatione repleuit. Dum Brutus hæc ageret, Cæſar & Antonius commeatu & pecunijs maximè indigebant, ob eamq; rem nihil dederant militibus, quo damna, quę captis caſtris in rebus eorum facta erant, reſarcirent. Ad hæc copias nauales iam à Bruto ſuperatas amiſerant: ita in armis ſpes relicta erat, non modò uictoriæ, ſed etiam ſalutis. quamobrem experiri & tentare omnia etiam cum periculo cupiebant. Brutus quoque, quòd crebrò milites ab eo deficiebāt, idem facere coactus eſt: iamq; acies inſtructæ erant, cùm duæ aquilæ uolantes ſuper utrunque exercitum inter ſe concertarent, finem belli prænunciantes, propterea quòd ea quæ ad Brutum ſpectare uidebatur, uicta eſt. Bruto ſuperato, plerique militum in diuerſas partes fugæ ſe mandarūt, quos uictores inſequebantur; etſi neminem eorum occidebāt, aut capiebant, ſed noctu locati in inſidijs prouidebant, ne rurſum cogerentur. Brutus deſperata ſalute, ratus turpiſsimū eſſe capi, & indigniſsimum, ad mortem confugit. Itaque cùm exclamaſſet illud Herculis, O misera uirtus, ergò nihil quàm uerbum eras, atqui ego te *Bruti morituri ſententia.* tanquam rem exercebam, ſed tu ſeruiebas fortunæ: cohortatus eſt aliquem ex ſuis, ut ſe interficeret. Quo facto Antonius corpus eius ſepultura affecit, niſi quòd caput Romam miſſum orta tempeſtate, cum Dyrrhachio ſoluiſſent, in mare proiectum eſt. Morte Bruti cognita, uxor eius carbonem candentem abſorbuit: ita mortua eſt. Cumq; permulti clariſsimi uiri cum Bruto eſſent, plures eorum ſtatim mortem ſibi conſciuerunt, quàm captiui deceſſerint. In his fuit Fauonius amicus Catonis: reliqui in Siciliā ad Sextum *Fauonius.* ſe receperunt.

DIONIS LIBER XLVIII.

Antonius pecuniæ faciendæ cauſa in Aſiam profectus eſt. Cæſar Romã uenit, ut eſſet impedimento Lepido, ſi quid moliri conaretur, atq; ut Sexto *Fuluia.* bellum inferret. Per id tempus Fuluia ſocrus Cæſaris & Antonij uxor, contempto Lepido ita adminiſtrabat omnia, ut nihil à Senatu decernerẽt uel à plebe cõtra eius uoluntatem. Cum ea erat Lucius Antonij frater. Igitur poſteaquam Cæſar uenit, in pace aliquanto tempore fuerunt, pòſt uerò diſsidere ceperunt, atq; in apertum odium uenire. Nam Cæſar propter inſolentiam ſocrus, quam ferre non poterat, filiam eius repudiauit, ut uirginem adhuc: quam rem iureiurando cõfirmauit. Cùm autẽ apertas inimicitias gererent, proderat in primis Fuluiæ odium hominum, quod paulò antè in Cæſarem concitatum fuerat. Cauſa odij hæc fuit, quòd cùm Cæſar Italiam omnem teneret, niſi ſiquid ueterani milites ab eo dono ceperant, aut ex publico emptum poſsidebãt, ope auxilioq; ſeruorum, alijsq; rationibus adiutus, bona dominis eripiebat atq; auferebat, eaq; deinceps dabat ſuis militibus. Cùm autem ij, qui partis bonis priuabantur, grauiter ferrẽt, atq; ut par erat, indignarentur: ita eos interrogare ſolitus erat, Vnde igitur, inquit, ueteranos remunerabimur? quaſi aut bellum gerere, aut tot promiſſa facere quiſquam ei iuberet. Sed cùm Lucius & Fuluia iniuria affectos à Cæſare beneficijs ſibi deuincirent, eisq; omnibus in rebus auxiliarentur, Cæſar & quidẽ inuitus remittere aliquid de crudelitate ſua, nec amplius quenquam fortunis ſpoliare uiſus eſt. Quare non modò apud Senatum, ſed etiam apud omnes charus haberi cepit: milites autem grauiter ferre. Idcirco interfecerunt Centuriones, aliosq; permultos, qui eorum tumultum compeſcere, eosq; placare nitebantur. Parum quoq; abfuit quin ipſe Cæſar ab ijs fuerit interfectus. Etenim qualibet cauſa incitati, uim iracundiamq; ſubibant: neq; prius deſtiterunt, quàm propinquis ſuis & patribus, liberis ue eorum qui in prælijs cecidiſſent, prædia quæ ab alijs poſsidebantur, reſtitui iuberet. Quo impetrato, milites Cæſari fuerunt amiciores: ſed populus Romanus iterum acerbè tulit, ita ut ipſi inter ſe uenirent ad manus, & pugnarent continenter. Quare timore permotus Cæſar, ſtudebat cum Fuluia & Lucio reconciliari: id tamen per legatos impetrare non potuit, propterea quòd multi Senatorij & equeſtris ordinis cum Fuluia erant, cum quibus conſilia communicabat: eaq; nonnunquam, quod mirum fortaſſe uidebitur, accingebat gladiũ, ſignaq; diſtribuebat inter milites, atq; apud eos ſæpenumero concionabatur. Quapropter Cæſar ad ueteranos confugit. (erant ueterani, qui militia dimiſsi erant, ubi per legitimum tempus militauerant.) Cùm igitur eſſent in Italia complures ueterani, ab ijs contendit, ut ſe Fuluiæ conciliarent, cõponerentq; controuerſias omnes, de quibus eos iudices ſumebat. Itaq; ueteranorum magna multitudo Romam uenit: deinde frequentes in Capitolio tabulas, in quibus ſcripta erãt fœdera quæ Cæſar cum Antonio fecerat, legi coràm iuſſerunt: ibi Cæſari præſenti, abſentibus autẽ per legatos diem dicunt, quam ad diem Romam ipſi ueniant cauſam ſuam acturi. Die conſtitura, cùm Cæſar paratus eſſet iudicium accipere, illi non adfuerunt, timore fortaſſe adducti, aut certè quòd ea res indignisſima uideretur. Irridebant igitur ueteranos, & Senatum Caligam uocabant, ex uſu caligarum militarium. Veterani nihilominus Lucium & Fuluiam iniuſtè facere pronunciãt, resq; Cæſaris comprobant. Quo facto Cęſar Lucio & Fuluiæ bellum indixit, mox ea quæ in fanis religionis cauſa erant, cæteraq; ex quibus pecuniam

Fuluia Antonij uxor gladium accingebat.

Cæſar ad ueteranos confugit.

niam facere poterat, nec ea ſolùm quæ Romæ, ſed etiam omnia quæ in Italia, & in ditione ac poteſtate eius repoſita erãt, ſuſtulit. Dum Cæſar bellum appararet, Lucius & Fuluia, comparatis etiam rebus ad bellum gerendum neceſſarijs, copias cogunt. Tandem autem datis acceptisq; utrinq; magnis incommodis, Cæſar ſuperior fuit, atq; oppidum in quo Lucius erat, diuturna obſidione fameq; afflictum cepit. Et quanuis Lucius cum paucis ſaluus & incolumis euaſerit, tamen complures Senatorij & equeſtris ordinis perierunt: Fuluia uerò cum liberis ad maritum perfugit. Iulia Antoniorum mater primùm in Siciliam profecta ad Sextum Pompeium, ab eodem honorificè ad filium remiſſa eſt. Claudius quoq; Tiberius Nero cum ijs fuit qui ſe ad Antoniũ receperãt. Nam cùm pręeſſet præſidio in Campania, intelligeretq; Cæſarem bello ſuperiorem fuiſſe, fugit cum Liuia Druſilla, filioq; ſuo Claudio Tiberio Nerone, ut poſtea mira res accidiſſe uideatur, quòd Liuia Cæſari quem antea fugerat, nupſerit, atque Tiberius is, qui cum parentibus ſuis fugæ ſe mandauerat, Cæſari in imperio ſucceſſerit. nam utrunq; poſtea factum eſt. Cæſar poſtquam urbem grauiſsimis morbis affligi propter famẽ uidet, Sexto Pompeio maris imperium obtinente, iamq; Italiam inuadente, cum eo decertare nauali prælio conſtituit, ac primùm naues ex pellibus facere conatus eſt, ut ij ſolent, qui in Oceano nauigant, quas contextas uiminibus integebat crudis boum corijs, quę non aliter extendebat, quàm in rotundis ſcutis fieri ſolet. Itaq; irridebatur, putabaturq;, ſi quid cum ijs tentaſſet, in maximum periculum eſſe uenturus: ſed alia claſſe comparata uſus, tamen uictus eſt. Hîc ſtuduit ſtatim cum Sexto pacem facere, ſed eum in fœderibus faciendis concordẽ non habuit. In his rebus cùm occuparetur Cæſar, Antonius ex Aſia amore Cleopatræ in Aegyptum profectus eſt: quo tempore Labienus qui præfuerat equitibus Pompei Magni, uel potius filius eius hic Labienus fuit, qui primò ad Parthos ſe cõtulit, deinde unà cum filijs Pompei bellum contra Cæſarem geſsit, ijsq; ſuperatis, ad Parthos confugit: Orodi Parthorum regi perſuaſit, ut bellum inferret Romanis. Huic Orodes Pacorum filium tradit, deinde eum ab ſe cum exercitu dimittit. Ab ijs Syria omnis præter Tyrum capta eſt: Palæſtina quoq;, Cilicia, ac urbes Aſiæ, quæ in continenti ædificatæ erant, omnes ferè captæ ſunt. Quæ quanquam ad Antonium perferebantur, tamen homo temulentus, & amoribus irretitus, nec ſocios curabat, nec hoſtes. Tandem uerò coactus, quòd omnia occupata eſſe intelligeret, Aegyptum reliquit: cur id faceret, bellũ Sexti in cauſa eſſe dicebat. Inde uenit in Græciam, ubi cum matre & uxore cõiunctus, Cæſarem hoſtem, Sextum uerò ſibi amicum fecit. Poſt hæc in Italiam tranſijt, ac repentè occurens Publio Seruilio, qui Cæſaris exercitum cõtra eum ducebat, multos occidit, multos etiam cepit. Hoc prælio facto Fuluia moritur, tunc ambo ab armis diſcedunt, hac reditus in gratiam uſi præſcriptione, ad quam eò ueniebant, quòd eorum copiæ atq; ſpes æquales erant. In eo fœdere Cęſar Sardiniam, Dalmatiam, Hiſpaniam, & Galliam ſortitus eſt: Antonius ea quæ trans mare Ionium, quæq; in Europa Aſia'ue erant in ditione ac poteſtate populi Romani. Lepidus enim Lybiam, Sextus Siciliam tenebat. Contra hunc cùm Cæſar & Antonius bellum appararenr, in maxima damna incurrerunt, quòd ipſe omnes qui Romæ eſſent, infeſtos eis inimicosq; reddidit: uſq; adeò mari potens erat, præſertim quòd Menæ liberti ſui opera & cõſilijs uteret̃. Tum Romanos, quia Sardinia occupabat̃, uexabaturq; maritima regio, res frumẽtaria defecit. Quamobrẽ cùm ingẽs

L. Antonius uictus.

Fuluia.

Iulia Antoniorum mater.

Claudius Tiberius Nero.

Labienus.

Parthi in Syriam.

Fuluia moritur.

Reconciliati Antonius & Cæſar.

Mena libertus.

fames eſſet, eaq; grauiter affligerent, hortabant Cæſarē & Antoniū ad pa-
cē cum Sexto faciendā, ob eamq; rem multū clamorem profundebant. Sed
ut nihil ꝓficere ſe intelligunt, celeriter ad eos interficiēdos cōtendunt. Qua
re animaduerſa Cæſar, etſi iam ſuos uulneratos habebat, tamē ueſtē diſcid t,
ſupplexq; eorum fidem obteſtari, & miſericordiam implorare cepit. Anto-
nius maiore ui adhibita reſtitit: tandem uerò legatos de pace ad Sextū mit-

L. Cornelius Balbus.

tere coacti ſunt. Per id tempus L. Cornelius Balbus Gaditanus uir conſula
tum gerebant. cuius mentio fit in hiſtoria propterea, quòd ita omnibus co-
pijs circumfluebat, tantaq; erat magnitudine animi, ut omnes homines ſuæ
ætatis facilè ſuperauerit. moriēs enim denarios XXV populo Romano ui-

Lex Falcidia.

ritim reliquit. Eodem quoq; tempore lex Falcidia, quæ nunc etiam obtinet
in hæreditatibus, ut grauatus hæres quartam partem retineat, reliquum o-
mittat, à Publio Falcidio Tribuno plebis lata eſt. Interea Cæſar & Anto-
nius multa faciebant contra ius faſq;: nam complures non modò alia ratio-
ne indigniſsimos, ſed etiam ſeruos in Senatorum ordinem cooptabāt. Ete-
nim Maximum quendam, qui Quæſtoris officio functurus erat, agnitum,
dominus in ſeruitutem uindicauit. Alius quoq; inter milites, ut miles de-
præhēſus, è cliuis Capitolinis præcipitatus eſt, data prius ei libertate, ut ma-

Pax facta cum Sexto.

iorem autoritatem haberet animaduerſio. Cæſar autem & Antonius tandē
cum Sexto in colloquiū uenerunt, cum quo initis fœderibus, paceq; facta,
tantus præ gaudio clamor eorum qui aderant præſentes fuit, tot belli ſcili-
cet laboribus exantlatis, & pace longo tempore expetita, ut montes maxi-
mè perſonarent, ob eamq; rem magnum horrorem incuterent. Pompeiani
non ſuſtinebant, quouſq; in terram ueniſſent, (erant enim in nauibus) ſed
ſtatim ſaliebant in mare: alteri quoq; ſe in profundum iaciebant, ſeq; dein-
ceps natantes mutuò ſalutabant, & complectebantur. Poſt hæc conuiuia
uiciſsim utrinq; acta ſunt: primùm à Sexto in naui: deinde in cōtinenti à Cæ
ſare & Antonio. Poterat Sextus utrunq; cùm eſſent in naui cum paucis, in-

Menæ conſilium.

terficere, idq; Menæ conſilium erat: tamen noluit, ſed cum Antonio iocaba

Carinæ.

tur familiariter, à quo ædes eius paternæ quas in Carinis habebat, occupa-
bantur. Eſt autem locus in urbe, cui Carinæ nomē eſt: quæ appellatio cùm
ad partem quoq; nauis inferiorem pertineat, facetè dicebat Sextus, ſe ipſis
in Carinis epulum dare. Idem filiam ſuam deſpondit M. Marcello Cæſaris
ex ſorore nepoti. itaq; hoc bellum dilatum eſt. Antonius ex Italia in Græciā
reuerſus, multa fecit contra mores inſtitutaq; maiorum. Etenim damna mul

Antonius Dionyſius.

ta attulit ciuitatibus, in ijsq; cupiditates ſuas expleuit: deniq; Dionyſius ap
pellari uoluit. Quare animaduerſa Athenienſes Mineruam ei deſponde-

Centum myriades drach.

runt. Is nuptias ſibi placere reſpondit, ab ijsq; quadragies ſeſtertiûm exegit
dotis nomine. Cumq; eſſet in his rebus occupatus, in Aſiam præmiſit Pu-

Ventidius ad Parthos.

blium Ventidium, qui Parthos, qui in munitis locis caſtra poſuerant, à qui-

Captus Labienus, victi Parthi.

bus etiam inuadebatur, contra opinionē Labieni, cui paulo antè res ex ſen
tentia ſucceſſerant magna ui in fugam cōuertit, Syriaq; expulit, ipſum de-
nique Labienum cepit: * *Hic nonnihil deeſt. De Domitio enim Caluino, non Ventidio hæc Dio ſcribit.* ac propterea Romæ triumphauit. Hic ex eo tempore cùm
propter magnificentiā et ſumptum cæterarum rerum clarus erat: tum uerò,
quòd Palatium incendio conſumptum reſtituit, atque ſtatuis quas à Cæſa-
re acceperat, uidelicet poſtea redditurus, adornauit. eas enim, cum Cæſar
paulo pòſt repeteret, non reddidit: ſed ei ita facetè reſpōdit: Mihi quidem,
inquit, ſeruorum copia non eſt, tu uerò ſeruos tuos ad Palatium mitte, atq;
inde

inde ſtatuas accipe. Cæſar autem eas reliquit, metuens, ne ſi inde eximeret,
ſacrilegij accuſaretur. Poſt hæc Liuiam uxorem duxit, cuius amore olim ca
ptus fuerat. Erat Liuia uxor Neronis, quîcum fugerat, ut ſuprà dictum eſt,
ex eoq́ puerum ſex menſium in aluo cõtinebat: eam Nero quaſi pater, non
maritus eſſet, Cæſari uxorem dedit: ibiq́ cum epulum fieret, in eoq́ pueru- *Liuia nubit Cæ*
lus quidem garrulus interueniſſet, quales ſolent eſſe ij, qui nudi à mulierib. *ſari.*
deliciarum cauſa educantur, uidiſſetq́ Liuiam unà cum Cæſare eſſe, Nero-
nem uerò ſeorſum cum alio ſedere, ad eam acceſsit, mox ait: Quid hîc agis
Domina? ecce enim uir tuus (Neronem mõſtrabat) illic ſedet. Liuia cum
Cæſari nupſiſſet, peperit Claudium Druſum Neronem, quem Cæſar educa
uit, deinde ad patrẽ miſit. Tiberius non multo pòſt moritur, Cæſaremq́ ei-
dem Druſo, Tiberioq́ liberis ſuis tutorem relinquit. Interea plebs de his re
bus multum ſermonem habebat, ſed id potiſsimũ circũferebatur, τοῖς εὐτυ-
χοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία, quòd fortunatis hominibus liberi tertio menſe naſce *Fortunatis ter*
rentur, idq́ poſtea in prouerbij conſuetudinẽ uenit. Sub hæc tempora Mæ *tio menſe filios*
na à Sexto ad Cæſarem defecit, quem Cæſar Sexto repoſcenti non modò *naſci.*
non tradidit, ſed eum in honore habuit, atque in equeſtrem ordinem coo-
ptauit, conceſſo ei iure aureorum annulorum. Eſt autem ius aureorum an- *Ius aureorum*
nulorũ, quod ſolus princeps libertis dat: propterea quòd olim ciuibus Ro- *annulorum.*
manis, niſi ijs qui Senatorij erant aut equeſtris ordinis, aureos annulos fer-
re non licebat. Sextus hac re permotus, à pace recedit, præſertim quòd Cæ
ſar promiſſa ſibi non exoluebat: nam is etiam querebatur à Sexto fœdera a-
liqua ex parte uiolari. Cæſar Lepidum & Antoniũ uenire iubet ad bellum
Sexto inferendũ. Sed dum illi non ſtatim paruerũt, Cæſar ſolus cum Sexto
bellum geſsit: quo in bello primùm aduerſa fortuna uſus eſt. nam nõ ſolùm
quibuſdam prælijs naualibus inferior fuit, ſed etiam magna ui tempeſtatis
complures naues amiſit. Quibus rebus Sextus efferebatur, diripiebat & ue
xabat Italiam, ſeq́ Neptuni filium appellabat. Qua re cognita, Cæſar in om
ni ferè Italia naues ædificari iubebat, multas aliunde conducebat, cõſcribe-
bat milites, cõgregabat pecuniam, ita ut in nauibus ædificandis, ac quæren
dis pecunijs, exercendisq́ remigibus biennium conſumpſerit hac ratione.
Hæc aliaq́ permulta, quæ ad Italiam & Galliam ſpectabãt, prouidebat. M.
Vipſanium Agrippam comparandæ claſsi præfecit, eumq́, quòd iam bel- *M. Vipſanius*
lum contra Gallos confecerat, & ſecundus ciuium Romanorũ belli geren- *Agrippa.*
di cauſa Rhenum tranſierat, accerſiri iuſsit, atq́ ei ut triumpharet conceſ-
ſit: mandauitq́, ut milites qui in ea claſſe futuri erant, in laborib. exerceret.
Agrippa cum Lucio Gallo Conſul erat, & idcirco triumphare noluit, quòd
ſibi turpiſsimum eſſe exiſtimabat, efferri gloria in aduerſa fortuna Cæſaris.
Claſſem uerò celerrimè cõparauit: tum quòd ea loca ſine portu erant, opus
magnificum & præclarum fecit. Nam apud Cumam, quę ciuitas eſt in Cam
pania, inter Miſenũ & Puteolos, locus quidam interiectus inſtar Lunæ in- *Puteoli.*
curuus & inflexus eſt, eumq́ exigui montes ambiũt, uacui ab arboribus &
nudi, paucis tamen exceptis: præterea tres ſinus maris habet. quem locum
ubi Agrippa perforauit, in eo portus tutiſsimos fecit. Iam uerò quæ in eo lo
co uidi, quia cõmemoranda eſſe uidentᷣ, paucis exponam. Nam in his mon
tibus, quos iuxta ſinus maris eſſe paulo antè dictum eſt, fontes ſunt ignis &
aquæ pleniſsimi: & qui conſtet ex altero ſeparatim, omnino nullus inueni-
ri poteſt. Nec uerò per ſe ignis, aut aqua frigida eſſe uidetur: ſed quia com-
miſcentur, aqua calida, & ignis quodammodo humidus eſt: atq́ cum aqua

P 4 per

per canales in ciſternas influat, eius uaporem ij qui ea loca incolunt, indu-
cunt per tubos in altiſsima domicilia, ac poſtea calefiunt in illis. Nam is ua-
por quanto longius à terra abfuerit, & ab aqua, tanto magis exſiccatus et a-
ridus eſt. Quamobrem utrinq; ædes magnificæ ædificantur & ſumptuoſæ,
quæ ſunt uitæ hominis & ualetudini aptiſsimæ. Idem quoq; mons eam ter-
ræ naturam efficit. Cùm ignis exurere eam non poſsit (quippe uim eius &
flammas contraria uis aquæ, quæ cum eo commiſcetur, reſtinguit) nihilo-
minus tamen ea quæ proxima ſunt, diſsipare atq; conſumere poſsit, fit ut ea
pars terræ quæ pinguis & humida eſt, calore eliquetur: quæ uerò aſpera eſt
& dura, conſiſtat. Ex quo neceſſe eſt in glebis eius terræ cauernas exiſtere:
quæ ſi in locis aridis collocatæ ſunt, in puluerẽ rediguntur: cõiectæ uerò in
aquam, & mixtæ puluere, cõſiſtunt: atq; adeò, quandiu in aqua ſunt, cõcre-
ſcunt, magisq; obdurantur. Cuius rei cauſa afferri poteſt, quòd ea pars quæ
arida eſt, igni augetur propter naturæ ſimilitudinem, ab eoq; frangitur: ſed
admixta re humida, ita refrigerat̃, ut propterea cõcreſcat, atq; omnino con-
Baiæ. ſolidetur. Cùm igitur Baiæ eiuſmodi ſint, in eas Agrippa uenit, fecitq; por-
Portenta. tus, naues celeriter cõparauit, ac remiges delegit. Tum in urbe multa portẽ
ta nũciata ſunt. ſed in primis cõplures delphinos ad Aſpidẽ oppidũ Aphri-
cæ concertantes inter ſe interijſſe: in eodemq; oppido pluiſſe ſanguinem,
eundemq; ſtatim à uolucribus in uarias partes dilatum eſſe. Porrò quod Li-
uiæ euenit, magnam ei attulit uoluptatem. nam aquila in ſinum eius conie-
Ramus lauri. cit gallinam albam, quæ ramum lauri ſerebat, in qua baccæ erant: quæ res
cùm magnum aliquid ſignificare uideretur, Liuia gallinæ magnam curam
habuit, ſeuitq; laurum, quæ cùm creuiſſet, lauream ſuppeditabat ijs, qui par
ta uictoria triumpharent. Sed Liuia Cæſarem in ſinu ſuo atq; omnino in po
teſtate erat habitura. Eodem tempore Antonius ex Syria in Italiam uenit,
propter bellum Sexti, ut aiebat, à quo magna clades Cæſari allata eſſet: ſed
poſtea cum Cæſare diſsidere cepit, ita ut ei propè bellum intulerit: tamen
Antonius Octauiam ſororem Cæſaris uxorẽ duxerat. rurſum cum eo opera Octauiæ reconciliatus eſt. nam eam, quia ſoror erat
Cæſaris, ſuperiore fœdere in uxorem duxerat. Antonius Cæſari naues dat,
ab eoq; milites accipit, quorum opera contra Parthos uteretur. Hæc illi fa-
ciebant, non beneuolentia adducti, ſed quòd commodi ſui cauſa ita facien-
dum eſſe putarẽt. Antonius quoq; Octauiã Corcyra ſtatim in Italiã remiſit.

DIONIS LIBER XLIX.

Cæſar comparata claſſe, tranſmiſit in Siciliam: cumq; ei bello nauali A-
grippam præfeciſſet, ipſe pedeſtres copias ducebat, obſeruabatq; omnia
Demochares. quæ gererentur. Sextus quoq; claſſe tradita Demochari cuidam, è terra pu
gnam ſpectabat. Igitur Agrippa pugnam cum Demochare committit: quę
cùm æqualis utrinque multo tempore fuiſſet, eſſetq; iam ad noctem perdu
cta, tandem Cæſariani ſuperiores fuerunt. Pugnatũ eſt apud Mylas urbem
Siciliæ. uictos uerò non ſunt longiùs inſecuti, mea quidem ſententia, & ut
ueriſimile eſt, propterea quòd eos compræhendere nõ potuiſſent propter
nauium magnitudinem, tùm quòd imperiti uadorum, quæ erant ad proxi
mam terram, naues eò compellere nolebant. Quidam tamen exiſtimãt A-
Dictum Agrippæ. grippam ſatis duxiſſe hoſtes in fugam cõuertere, quòd Cæſaris, non ſuam
ipſius rem gereret. Nam familiaribus ſuis dicere ſolebat, hunc eſſe morem
» principum, ut nolint quenquam habere ſe potiorem. Nam ea quidem, in-
» quit, quæ facilem & exploratam uictoriam uidentur eſſe habitura, ipſi gere
» re ſtatuunt: peſsima uerò quæq; & difficilima alijs committere. Quod ſi e-
ueniat,

ueniat, ut opportuna negocia alijs mandare cogantur, grauiter & acerbè fe- «
runt laudem & gloriam eorum, qui ea geſſerint. Neque enim uinci eos uo- «
lunt, aut parum fortunatos eſſe: at uerò rerum præclarè geſtarum gloriam «
apud alios eſſe non facilè patiuntur. Itaq; ſæpe cohortabatur eos, qui ſe ſal- «
uos & incolumes eſſe uellent, darent operam, ut principes liberarent om- «
nium rerum difficultate & moleſtia, ſed tamen eis rerum geſtarum gloriam «
reſeruarent. Hæc Agrippa ut dicere, ita facere conſueuerat. Sed cùm præ- «
lium nauale commiſſum eſſet, intelligeretq; Cæſar Meſſana Sextum abijſſe, fretumq; eſſe omni præſidio deſtitutum, nactus occaſionē belli eam non prætermiſit, ſed ſtatim cum nauibus quas ab Antonio acceperat, Meſſanā contendit: nec tamen felix fuit ad caſum fortunamq; belli, propterea quòd Sextus ei cum claſſe ac pedeſtribus copijs occurrit. Cæſar enim contemnēs Pompeianos, quòd iam ab Agrippa ſuperati fuiſſent, cum ijs conflixit: quo in prælio non ſolùm amiſit magnam partem claſsis, ſed ipſe quoq; in maximum periculum & diſcrimen uenit, cùm non poſſet ad ſuos, qui in Sicilia erant, perfugere: ſatiſq; ei fuit, ſe recipere in proximam continentem, atque ibi tutò eſſe. Sed cùm exercitum ſuum in inſula interceptū eſſe animaduerteret, iniquo animo ferebat: nec antè animum recepit, quàm piſcis ultrò è mari ſaliens ad pedes eius accidit: atq; à uatibus ob eam cauſam reſponſum eſt, mare in eius fore poteſtate. Cornificius autem, qui Cæſariano exercitui in Sicilia præfectus erat, periclitabatur, ne ſi in loco conſiſteret, inopia cibariorum expugnaretur: quòd ſi recederet, ne unà cum exercitu periret, circunſtantibus hoſtibus, & eminus iaculātibus, ac opportunis locis inuadentibus: tamē quia Agrippa tranſierat in Siciliam, Mylasq; ceperat, ac hoſtes inſecutus ad eum uenerat, præter ſpem euaſit. Qua ex re propter ſuam & militum ſalutem tanta lætícia efferebatur, ut Romæ, quoties foris cœnaret, elephanto ueheretur. Igitur etſi Cæſar eo tempore Sicilia non eſt potitus, tamen paulò pòſt coniunctis cum Lepido copijs, poſtquam in eam trāſiiſſet, opera Agrippæ uicit Sextū prælio nauali. Quare Sextus de Sicilia diffidens, fugæ ſe in Aſiam mandauit, ibiq;, quòd res nouas moliretur, ab Antonio miſsis militibus occiſſus eſt. nam eum Cæſar neq; confeſtim eſt inſecutus: neq; poſtmodò, propter diſſenſionem quam fecerat cum Lepido. Lepidus enim, quòd bellum ex æquo geſsiſſet, æquum eſſe ſtatuebat, ſe quoq; Sicilia potiri. Verùm Cæſar eo ueluti legato in rebus omnibus utebatur, agitareq; eum cum Sexto occulta colloquia ſuſpicatus, eam ſuſpicionem tamen non patefecit, ne eum apertè inimicum & hoſtem haberet. Pugna autem celeriùs, quàm uolebat, cum Sexto commiſſa, priuſquam Lepidus aliquid palàm moliretur, Pompeio ſuperato, cum Lepido apertas inimicitias geſsit. Lepidus petebat ea quæ ex primis fœderibus ad ſe pertinebāt, præterea Siciliā ſibi uendicabat, quòd in ea expugnāda ſocius fuiſſet: ob eamq; rem Cęſarem in ius uocabat, cum ſecum haberet copias, quas adduxerat ex Libya. Adhæc Cæſar nihil reſpondit, ſed ratus ius in armis eſſe, quòd ipſe potentior eſſet, confeſtim aduerſus Lepidum cum paucis cōtendit, ut eum perterreret, hominem uidelicet minimè ſtrenuum: ac primùm ut amicus in caſtra Lepidi ingreſſus, pauca apud milites concionatus eſt: ſed poſtquam nihil dicit ad eorum uoluntatem, magis concitati ſunt, ac facto in ipſum impetu, nōnullos ex ijs militibus, quos ſecum habebat, occiderunt: ipſe, quòd ei celerrimè auxilia uenerūt, ſaluus euaſit, eoſq; omnib. copijs poſtea adortus eſt. Tum milites Lepidi uniuerſi Cæſarē adierunt, ipſeq; Lepidus cum

Cæſar uictus in Sicilia, fugit.

Cornificius.

Cæſar aduerſus Lepidum.

pulla

pulla ueſte ſupplex fuit, atque ob eam rem omnem dominationem amiſit, uixit que in Italia non ſine cuſtodia. Cùm autem Antonius eſſet in Græcia, Ventidius legatus eius Pacorum filium Orodis regis Parthorum bello deuictum interfecit, qui non infra cæteros reges propter iuſticiam & manſuetudinem apud ſuos charus fuerat: præterea Parthos omnes qui ex ea pugna ſupererant, expulit ex Syria. Tum Antonius Ventidio ob res præclarè geſtas inuidere cepit: eumq́ imperio depoſuit, nec opera eius amplius uſus eſt: tamen poſt mortem Antonij primus ciuium Romanorum de Parthis triumphauit, qui triumphus fuit ei decretus à Senatu, & maximè, quòd eodem die eandem cladem Parthis intuliſſet, quam ab ijs populus Romanus Craſsi temporibus acceperat. Propter inopinatum quoq; caſum magnam gloriam adeptus eſt. Nam cùm antè per triumphū Pompeij Strabonis cum reliquis captiuis ductus fuiſſet, de Parthis ipſe poſtea triūphauit. Tunc Antonius Soſsium præfecit Syriæ & Ciliciæ: à quo cùm alia multa præclarè geſta, tum uerò ab eo Hieroſolyma expugnata ſunt, ac primùm quidem capti ſunt ij, qui templū eius urbis defendebant: poſt deinde reliqui omnes ipſo die Saturni: tantaq́ fuit eorum religio, ut ij qui antè unà cum templo capti eſſent, à Soſsio impetrauerint, ut liceret ſibi, poſtquam idem dies redijſſet, de more ſacrificare. Antonius Herode rege apud eos conſtituto, Antigonum, qui per id tempus in ijs regnum obtinebat, cruci alligatum flagris cædi iuſsit: quod nulli regi antea acciderat à populo Romano. Poſt hæc in Parthos exercitum duxit, cumq́ ad † Phraata ueniſſet, cepit eam urbem obſidere: quo tempore tamē nihil magnum gerebat, ſed à barbaris, qui extra urbem erant, multis magniſq́ incommodis afficiebatur. In hac obſidione urbis, Phraates ad Antonium quoſdam ſubmiſit, qui ei perſuaderent, ut ad ſe legatos de pace mitteret: ita facilè fieri poſſe, ut quæ petebat, obtineret. Deinde legatis miſsis ab Antonio, ſedens in ſella aurea, reſpondit, eosq́ multis conuicijs conſectatus, ac neruo arcus quem habebat in manibus, ſæpe pulſato, promiſit, ſi mox inde caſtra moueret Antonius, ſe pacem eſſe cum eo confirmaturū. Erat Phraates omniū hominum ſceleratiſsimus, qui Orode patre, ac fratribus ſuis interfectis, regnum Parthorum occupauerat. Antonius cum hæc à legatis accepiſſet, metuens Phraatem quia ſe iactauerat inſolentiùs, inde caſtra mouit: deinde paulo pòſt exercitū in maximum periculum adduxit: ex quo tamen contra opinionem euaſit. Nam milites eius labores militiæ uehementer pertulerunt: cumq́ in inſidias incurriſſent, ceperunt coniunctis ſcutis teſtudinem repentè facere, flexisq́ genibus ſiniſtris in terram conniti. Barbari rati eos defeſſos eſſe ex uulneribus, abiectis arcubus, ex equis deſcendunt, diſtrictisq́ gladijs proximè accedunt, ſcilicet omnes ſimul interfecturi. Romani inſurgūt ſubitò, & ſigno dato totam phalangem explicant: inde irruentes uidelicet inermes armati, imparatos parati, ſagittarios grauis armaturæ milites, barbaros Romani confertos trucidant. Teſtudo autem in hunc modum fit: Impedimēta & milites leuis armaturæ cum equitibus medium locum tenent, ij qui ſunt grauis armaturæ, quiq́ utuntur ſcutis longiſsimis, ad alas inſtruuntur, & reliquos inſtar laterculi circundant: cæteri, quorum ſcuta lata ſunt, conferti in medio agmine conſiſtunt, atque ſcuta ſua nō ſupra ſe ſolùm, ſed etiam ſupra cæteros extollunt, ita ut nihil præter ſcuta uideatur: quæ cum denſa ſint, omnes defendūt à telis cuiuſitis generis, tantumq́ roboris habent, ut ſupra eam teſtudinem nō modò homines ire, ſed etiam equos agere poſsint, & uehicula, quoties fuerint

Caius Soſsius. *Hieroſolyma capta.* *Herodes rex Iudæorum.* *† Dio habet Praaſpa.* *Teſtudinis forma.*

fuerint in concauo & anguſto loco: cui rei propterea teſtudo nomen eſt, quòd fortiſsima ſit, atq; tectiſsima. Ea duas ob cauſas utuntur: una eſt cum propugnacula quædam adoriri uolunt, ſic enim plerunq; nonnullos extollunt, ut eos ſupra muros collocent: altera cauſa eſt, quòd ita circũuenti à ſagittarijs, ſimul omnes ſubſidunt. (nam equos etiam genua flectere, ſeq; inclinare docent) Ita hoſtib. opinionem præbent laſsitudinis, quibus ob eam cauſam irruentibus ſubitò inſurgũt, eisq; terrorem inijciunt. teſtudo ergo fieri ad hunc modum ſolet. Antonius regem Armeniorũ dolo cepit, quòd ſibi in bello contra Parthos ſubſidio non ueniſſet: quem cum uinctum primò catenis argenteis ſecum adduxiſſet, pòſt aureis conſtrictum ad Cleopatrã duxit: cum qua deinceps relictis armis ſeſe dedidit uoluptatibus, atq; filios eius reges regum appellauit. Nec ſolùm inter eos partitus eſt Armeniam, & quas habebat prouincias, ſed etiam Indiam & Parthiã. Interea Cæſar milites exercebat, dum Pannonios & Dalmatas in ſuam ditionem et poteſtatem redigeret. In quibus prælijs & laboribus nonnunquam etiam uulneribus acceptis periclitabatur. Per id tempus Agrippa Romę aquam, quę defecerat uitio aquæductuũ, ſumptu ſuo reſtituit, atque in complures partes urbis deduxit: præterea refecit ædificia publica, uiasq; omnes ſine ullo ſumptu publico. Cloacas uerò ita purgauit, ut per eas in Tiberim nauigaretur. Cumq; in Circo errare homines animaduerteret, in numero circuituũ, quos Græci δαύλας, uocãt, delphinos & ouata opera fieri iuſsit, ut ex ijs circuitus curriculorum oſtenderentur. Ad hæc oleum ſalemq; omnibus dedit ciuibus: balneaq; gratis per annum uiris mulieribusq; conceſsit, in quibus lauarẽtur. Conduxit etiam tonſores ludis, ut nemo quicquam impenderet de ſuo. Præterea de loco ſuperiore in theatrum tęſſeras iecit, quibus argentum promittebatur, aliæq; res permultæ. Res quoq; uænales multas in medio poſitas populo ad diripiendum dedit. Aſtrologos & magos omnes ex urbe expulit. Hæc omnia Agrippa, cum eſſet Aedilis, fecit. Cæterùm rege Medorũ à Parthis deuicto, Armenia Mediaq; in poteſtatẽ Parthorũ uenit.

Agrippa.

Delphini.

Locus hic eſt mancus, uide Dionem noſtrum.

DIONIS LIBER L.

Quibus rebus geſtis Antonius & Cæſar paulo pòſt bello concertare ceperunt, atq; alter alterum multis modis criminari. Cæſar obijciebat Antonio, quòd Cleopatræ daret ea quæ eſſent populi Romani: quaſi præſtigijs quibuſdam factum eſſet, ut ei ueluti mancipium ſeruiret, cuius rei cauſa nõ planè Antonio, ſed Cleopatræ bellum indixit. Antonius Cæſarem accuſabat, quòd ab eo iniuriam accepiſſet, à quo Antonij adhuc ſuperſtitis tabulas teſtamenti apertas eſſe & publicatas ferebatur. Fuerunt & aliæ cauſæ: nam cùm ſtatuiſſent longo tempore antè bellum inter ſe gerere, cauſæ eis non defuerunt. Huius belli apparatus omnes uicit ſuperiores: nam utrique auxilio fuerant quàm plurimæ nationes & gentes. Cum Cæſare erant Gallia, Hiſpania, Illyria, atq; Afri, qui antea fuerant in ditione populi Romani, exceptis his, qui circum Cyrenem incolebant: itemq; ij, apud quos Bogud & Bocchus regnũ obtinuerant. Sardinia quoq; & Sicilia, aliæq; inſulæ proximæ ſupradictis regionibus opem ei ferebant. Antonius ſecum habebat Aſiaticos eos qui parebant populo Romano: item Thraciam, Græciã, Macedoniam, Aegyptios, Cyrenæos, cum finitimis nationibus & inſulis: præterea omnes ferè reges & principes, aut eorum legatos, qui uicini erãt prouincijs populi Romani, quas Antonius tenebat. Idem Antonius, antequã bellũ gereretur, iurauit militibus, ſe parta uictoria in duob. menſibus proxi

Cæſar & Antonius hoſtes.

mis

mis imperium depoſiturum, traditurumq; omnem poteſtatem ſenatui po-
puloq; Romano: uixq; ei perſuaſum eſt, ut id ſexto menſe faceret, quò faci-
lius res in meliore ſtatu collocarentur. Ante id bellum hæc portenta uiſa
ſunt: Bubo primùm uolauit ad templum Concordiæ, deinde ad reliqua, in
Dion taxatur. quibus etiam conſidebat: niſi Dion ridiculus eſt, qui dicat uolatibus bubo-
num, & ſimiarum introitibus in templa, & ſi qua ſunt eius generis, bella &
calamitates tam magnas declarari, aut etiam eruptione Aetnæorũ ignium
Draco biceps. finitimis ciuitatibus uaſtatis. Porrò quòd draco biceps uiſus ſit in Hetruria,
longus pedes LXXXV, ſitq;, cùm multa uaſtaſſet, fulmine percuſſus: ſi ue-
rum eſt, mirabile profectò eſt. Romæ autem pueri ſponte ſua in duas partes
diuiſi, ac partim Antoniani, partim Cæſariani nuncupati, cùm biduum cer-
tauiſſent inter ſe, Antoniani uicti ſunt. Quæ res caſum Antonij futurũ præ-
monſtrauit. Eidem quoq; ſua ſtatua interitum portẽdit, quæ in Albano col-
locata, cùm lapidea eſſet, multum ſanguinem miſit. Pugnatum eſt apud A-
ctium, ubi nunc eſt Nicopolis. Antonio amici maximè offenſi erant, quòd
in eo bello ſociam ſibi adiunxiſſet Cleopatram, propter quã uictus eſt præ-
lio nauali, quod in hunc modum factum eſt. Naues Antonij erant nauibus
hoſtium longè maiores, in quibus triremes paucæ, quinqueremes & decire
mes complures, reliquæ erant inter has mediæ: in his altiſsimas turres ædi-
ficari, atq; magnum numerum hominũ imponi in turribus iuſſerat: ex quo
efficiebatur, ut pugna diſsimilis eſſet. Nã Cæſariani, quòd minores & cele-
riores naues haberent, impetum in hoſtes faciebant, undiq; tecti, ne ſaucia-
rentur. Itaq; aut ſubmergebant naues eorum, aut ſi id non facerent, recede-
bant, antequam ad manus uenirent: rurſumq; irruebant in eoſdem ſubitò,
aut ijs relictis, alios aggrediebantur: quibus celeriter confectis, alios atq; a-
lios petebant, ut quàm maximè poſſent, offenderent imparatos. nam quòd
uires hoſtium, quodq; pugnare cum ijs timerent, ubi eos agreſsi erant, non
expectabãt diutius: ſed ubi de improuiſo irruiſſent, ne tempus darent ſagit-
tarijs cõtra ſe iaculandi, procul à telis fugiebant, uulneratis aut perturbatis
hoſtibus, ne ab ijſdem poſtea caperentur. Antoniani Cæſarianos ad hunc
modũ celeriter contra ſe nauigantes percutiebant crebris lapidibus, teliſq;
Manus ferreæ. in eos cõiectis: quòd ſi acceſsiſſent propius, manus ferreas inijciebant: quæ
ſi opportunè cecidiſſent, ipſi ſuperiores erant: ſin minùs, ſubmergebantur,
ſuis nauibus impetu hoſtium fractis: quòd ſi in eo prohibendo tempus tra-
herent, aggreſsionibus aliorum hoſtium fiebant opportuniores. nam duæ
tres'ue naues contra unam magno curſu ferebantur, aliæ earum præſtabãt
quod poterant, aliæ affligebantur. Igitur erant ex Cæſarianis gubernatores
potiſsimum & remiges labore defeſsi: ex Antonianis milites. atq; Cæſaria-
ni, quòd celeriter impellerent nauigia, ac ſubitò in cõtrarias partes agerẽt,
comparabantur cum equitibus, qui equos concitant & reflectunt: Anto-
niani armatis hominibus ſimiles erant, ex quo uictores eſſe uidebantur &
uicti. Nam illi ad naues horum proximè accedentes remos frangebant: hi
de ſuperiore loco ſubmergebant illos lapidibus, & alijs machinis. Sed cùm
diu pariter eſſet pugnatum, accidit ut Cleopatra, quæ poſt tergum pugnan
tium erat, ſtabatq; in anchoris, non potuerit exitum belli ancipitem atq; in-
certum expectare, ſed muliebri & Aegyptio animo propter dubium certa-
men ſuſpenſa metu & ſolicita expectatione in fugam ſe contulit, ſuiſq; ſi-
gnum dedit: quos Antonius, poſtquam ſubitò uela feciſſe, ac tum fortè ſe-
cundiſsimo uento in alto nauigare intellexit, ſubſecutus eſt. Qua re cogni-

ta,

ta, cùm cæteri milites animos demitterent, & uehementer conturbarentur, Cæſar ſuperior fuit, eo prælio nauali ad quartum nonas Septembris confecto: quem diem, etſi mihi mos non eſt ita faciendi, tamen propterea notaui, quòd eo die penes unum Cæſarem ſumma rerum eſſe cepit, ut ex eo anni principatus eius numerentur.

Quo die Antonius uictus.

DIONIS LIBER LI.

Cæſar urbem ædificauit in eo loco, in quo ſibi uictoriã pepererat, eamq; Nicopolim appellauit: preterea cum locum, in quo caſtra habuerat, lapidibus quatuor pedum magnitudinem habentibus extruxit, ornauitq; roſtris nauium quas ceperat ab hoſtibus: & in eo Apollini templũ ſine tecto fieri iuſsit. Agrippa in eo bello Cæſari magno uſui fuit: nam & Antonij quaſdã urbes euertit, in quibus habebat bellicos apparatus, & eius aduerſarios crebrò uicit. Quas ob res ei atq; Mæcenati tantam poteſtatem detulit Cęſar in rebus omnibus, ut literas quaſcunq; ad Senatum, uel ad alios mitteret, ipſi prius legere poſſent, & ex eis quæ uellent immutare: cuius rei cauſa annulũ ab eo acceperant, quò literas obſignarent. nam duo ſigna fieri iuſſerat, quibus eo tempore multũ utebatur, quorum in utroq; primò ſphinx erat pariter impreſſa: ſed poſtea in eis ſuam imaginem imprimi uoluit: quibus ſignis omnia deinceps obſignauit, ijſq; reliqui poſt eum Imperatores præter Galbam uſi ſunt. Nam is ſigillo accepto à maiorib. ſuis uſus fuiſſe dicitur, quod habebat canem ex prora nauis caput inclinantem.

Mecenas.

Duplex ſigillum.

Sphinx.

MONARCHIA AVGVSTI *Cæſaris.*

FACTO prælio nauali, Antonius qui fugerat in Aegyptum cum Cleopatra, ubi poſt aduentum Cæſaris ab amicis ſocijſq; relictus eſt, mortem ſibi conſciuit, atq; in ſinu Cleopatræ obijt. Cæſar iam ceperat Alexandriam, & Cleopatram ſolutã à uinculis in cuſtodia palatij retinebat. ea ſupplicabat Cæſari, ut ad ſe ueniret, cupere ſe pauca cum eo colloqui. Deinde poſtquam Cæſar promiſit ſe uenturum, negligenter ornata in luctu & ſqualore erat: ſed ita, ut ualde uenuſta eſſe uideretur: ſedebatq; in lecto, ſtatuis Iulij Cæſaris patris eius multis uarijſq; iuxta ſe collocatis: continebat etiam in ſinu literas omnes, quas ad ſe olim Iulius miſerat. Itaq; poſtquam Cæſar uenit, exiliens ſubito rubore perfuſa: Domine (inquit) nam id nomen tibi datum à dijs immortalibus, mihi ademptum eſt: uides patrem tuum quemadmodum ſæpe ad me uenit: intelligis, quos honores mihi tribuit, & quomodo mihi regnum Aegyptiorum dedit. ut igitur (inquit) cum audias de me aliquid dicentem, accipe has literas, & lege, quas ad me ſua manu ſcripſit. Hæc cùm diceret, oculos conijciebat in Cæſarem, & lamẽtabatur ſuauiter, utebatur molli & delicato ſermone: interdũ dicebat: Quid mihi iſtæ tuæ literæ proſunt Cæſar? mox addebat, Sed tu quidem mihi es in hoc ſuperſtes: ac rurſum, Vtinam (inquit) habuiſſem te ſuperſtitem: mox cõtrà, Sed hunc cùm habeo, te certè habeo. Cæſar licet eam intelligeret, tamen diſsimulabat, tandem uerò oculis ad terrã ſpectantibus reſpondit: Fac (inquit) bono animo ſis ô mulier: nam tibi quidem certè nihil accidet mali. Cupiebat eam Cæſar Romam adducere, ut nobilem Cleopatram, & omnium ſermone celebratam per triumphum duceret. idcirco

In Cleopatræ ſinu Antonius moritur.

eam bene ſperare iubebat, & curam eius habebat maximam, neq; eam priuabat ſuo famulatu. Quam rem Cleopatra (quippe ſtolida nõ erat, ſed ſtrenua mulier & intelligens) cùm eſſet facilè ſuſpicata, pulcerrimam ueſtem *Mors Cleopatræ.* induit, ornataq; elegantiſsimè, ac in lectulo recumbens mortua eſt, aſpide ad ſe in urnula portata, uel ut quidam putant, brachio compuncto acu, qua ſolebat capillos ſuos criſpos facere: quæ quòd uenenata eſſet, interitum ei perceleremattulit. Cæſar cognita morte Cleopatræ, grauiter & moleſtè tulit, uoluitq; corpus eius uidere, præterea medicamenta parari, & pſyllos ad- *Pſylli.* hiberi iuſsit, ſi fortè poſſet ullo pacto uitã ei reſtituere. Hi pſylli omnes maſculi ſunt: mulier enim pſylla eſſe non poteſt. Eorum ea uis eſt & poteſtas, ut queãt ſubitò uenenum ſerpentium cuiuſuis generis ſugere, priuſquã homo interierit, nec eorum morſu uulnerantur aut læduntur. Solent ex alijs pſyllis naſci, atq; infantes ſuos in hunc modum experiri, ut uel eos, ubi primùm nati ſunt, conijciant inter ſerpentes, uel faſcias eorum: quæ res nihil nocet infantibus, à quorum etiam ueſtibus ſerpentes torporem concipiũt. Itaque Pſylli huiuſcemodi ſunt. Sed cùm Cæſar nullo pacto poſſet efficere, ut Cleopatra reuiuiſceret, eam eſt admiratus, atq; eius miſericordia permotus, magnam animo moleſtiã cepit, quòd totius uictoriæ laude & gloria priuatus eſſe uideretur. Igitur Antonius & Cleopatra hunc finem habuerunt. Cæſar autẽ Alexandrinis pepercit propter Alexandrum conditorem eius urbis, & propter Areum philoſophum, cuius opera utebatur in ſtudio philoſophiæ: ſed re uera id fecit, ne graue damnũ inferret tantæ hominum multitudini, quæ antea ſæpe ſeruierat utilitatibus & commodis populi Roma- *Cæſar corpus Alexandri uidit.* ni. Deinde uoluit corpus Alexandri uidere, uiditq; & contrectauit, ita ut ferant naſum illius ab eo paululũ fractũ eſſe. Sed cùm Alexandrini in primis cuperent ei corpora Ptolemæorũ oſtendere, ea non aſpexit: Cupiui enim (inquit) regem, non mortuos uidere. Qua de cauſa Apim quoq; adire no- *Aegyptus tributaria.* luit, quòd ſe deos adorare non boues diceret conſueuiſſe. Aegyptum uerò tributariam fecit, eiq; præfecit Cornelium Gallum: nam eam Senatori con- *Cornelius Gallus.* cedere non ſolùm non eſt auſus, ſed neq; Senatorem quenquam in Aegypto paſſus eſt commorari, niſi ſicui hoc ipſe nominatim permiſiſſet. Pecunia uerò in Aegypto conflata, partim ad milites peruenit, partim ea impetium Romanorum locupletatum eſt, & templa eorum ornata. Itaq; Aegyptus ſubacta eſt, quod futurum eſſe Dij antè manifeſtè oſtenderãt. Nam in *Prodigia.* ea loca imber non ſolùm aquæ, ſed etiam ſanguis effluxit, in quæ ne ſtilla aquę quidẽ antea ceciderat. Præterea draco miræ magnitudinis, ut primùm ab Aegyptijs uiſus eſt, ſtatim mirum in modum ſibilauit. Stellæ quoq; uiſæ ſunt, quas Græci Cometas uocant. Apparuerũt etiam imagines hominum *Apis.* mortuorum, & ſimulacra deorum mœſta fuerunt. poſtremò ipſe Apis mugitus ingentes & miſerabiles edidit, ac uim lachrymarũ profudit. Poſt hæc Cæſar Romam uenit, de quo multa ampliſsima & ornatiſsima decreta à Senatu facta ſunt, quæ commemorare non eſt neceſſe. Sed ante omnia glorioſe triumphauit, & ornamenta Cleopatræ in templo poſuit. Itaq; Cleopatra licet bello uicta & capta fuerit, tamen omnium ſermone celebrata eſt: nam ea in templo Veneris aurea conſpicitur. Cæſar ob res feliciter adminiſtra- *Rinoceros.* tas cõplures dies feſtos egit: in quibus equus fluuiatilis, & rinoceros tunc primùm introducti ſunt in theatrum. Eſt autem rinoceros ſimilis elephanto, cornu iuxta naſum habens, quamobrem hoc nomine appellatus eſt. Per id tempus M. Craſſus per Græciam & Macedoniam ad Danubium miſſus,

eſt,

eſt,ubi crebris prælijs Myſos & Baſternas deuicit, Deldonemq; regem eorum ipſemet occidit. Deinde Thraces ſubegit, ac Getas magnis affecit incommodis: cuius rei cauſa Cæſari decernebantur honores ampliſsimi.

DIONIS LIBER LII.

Itaque populus Romanus cùm fuiſſet uel in ditione regum, uel in autoritate reipublicæ ac magiſtratuum ſeptingentos quinq; & uiginti annos, rurſum cepit in regiam poteſtatem uenire. Quanquam Cæſar in deliberationem uenit, & conſultationẽ de armis deponendis, ac rebus omnibus ſenatui populoq; Romano permittendis: eamq; deliberationem habuit cum Agrippa & Mæcenate, cum quibus communicabat omnia arcana conſilia. Ex his Agrippa conſulebat iuſtiùs, ut imperium depôneret, remq; publicã reſtitueret. Mæcenas maiorem rationem habebat utilitatis: aiebat enim regnum iuſtum & legitimè comparatum in primis conducere rerum magnitudini. Cæſar Mæcenati aſſenſus eſt, magisq; regnum cõfirmauit, ſumplitq; nomen imperatorium, non illud quidem uetus, quo parta uictoria olim Imperatores appellabantur: ſed hoc, quo ſignificatur ſummum imperiũ, quod & Cæſari patri eius, filijsq;, & deinceps nepotibus decretum fuit. Poſt hæc Cenſor factus cum Agrippa, Senatum correxit: non quòd Senatorẽ quenquam mouerit Senatu, ſed quòd eos cohortatus ſit, ut qui ſibi cõſcij eſſent ſui generis, aut antè actæ uitæ, de ſe ipſi iudicium facerent: præterea cauit, ne Senatores ex Italia, niſi iuſſu aut permiſſu ſuo proficiſcerentur: id quod etiam obtinet uſq; ad hæc tempora. Non enim ius eſt Senatoribus proficiſci niſi in Siciliam, aut in prouinciam Narbonenſem. Poſſunt autem in has prouincias abire nõ habita licentia, propterea quòd proximæ ſunt, & quòd eas incolunt homines inermes.

Cæſar deliberat de imperio deponendo.

Mæcenatis ſententia.

Cæſar Cenſor cum Agrippa.

DIONIS LIBER LIII.

Agrippæ Cæſar ſororis ſuę filiam in matrimonium dedit, & quoties unà in caſtris erant, ei concedebat, uti ſimili tentorio uteretur: quinetiã ab utroque ſigna militibus dabantur. Igitur confectis bellis ciuilibus, accidit ut populus Romanus à Cæſare bene & ratione regeretur, eumq; deinceps ſapiẽtiſsimi quiq; non modò nõ oderant ut regem, ſed etiam charum habebant, ut optimum & præſtantiſsimum uirum. Vrbem enim afficiebat beneficijs quàm plurimis, quòd partes eius ruinoſas reficeret atq; reſtitueret, quodq; daret operam ut eſſet optimus ſtatus ciuitatis. Præterea priuatim homines beneficijs ſibi deuinciebat, ob eamq; rem erat chariſsimus. Quibus rebus confiſus & ornatus, conuocato Senatu, cepit agere de regno deponendo, ac Republica reſtituenda: tamen ei contra uoluntatem accidit: niſi id ei magis ex animi ſentẽtia dicamus eueniſſe, quòd ficta hæc fuerit & ſimulata poſtulatio. Nam qui per uim & iniuriam regnum occupauerũt, cupiunt id uideri ſibi de uoluntate ciuium eſſe delatum, ob eamq; cauſam ad hanc delinitionem & ſimulationem procedunt. Dum hæc Cæſar petit, cõclamant omnes partim doloſo & malicioſo cõſilio, partim timore adducti, qui eam rem ſuſpectam haberent: nonnulli etiam ex animo, qui paulò erant prudentiores, principe deinceps opus eſſe, & quæ eò ſpectabant, cõgerebant omnia, quouſque eum imperare coegerunt. Nam iam quibuſdam odio erat populi principatus, quòd ſæpe ſeditionẽ faceret: tum eis Cæſar placebat, & Reipublicæ commutatio. Itaque iuſſerunt ſtipatoribus Cæſaris duplex ſtipendium dari eius, quòd cæteri milites merebantur, ut ſe firmiore præſidio defenderet. Quocirca imperium eius hoc modo à Senatu populoq; cõfirma-

Cæſar tentauit regnum deponere.

Q 2 tum

tum eſt. Sed cum uellet popularis uideri, curam eorum quæ publica erant,
adminiſtrationemq́ʒ ſuſcepit, quòd res ita poſtulare uidebatur, tamē negauit ſe omnibus nationibus & gentibus imperare uelle, easq́ʒ quibus impe-
Quaſdam ſibi prouincias retinuit. rabat, ſe in poteſtate perpetuò habiturum. Igitur quarum gentium uires debiles erant & imbecilles, eas in Senatus reliquit poteſtate, quòd eas diceret
poſſe abſque armis ſummo in ocio teneri, ac proinde Senatum ex imperio
fructus maximos atque iucundiſsimos eſſe capturum: potentiſsimas quaſque gētes ipſe tenere ſtatuit, ut quàm plurimos labores ſuſciperet, adiretq́ʒ
pericula propter ociū Senatus. Verè autem id fecit, ut illi inermes & imbecilles eſſent, atque ut ipſe armatus ſecum milites haberet. Quanquam promiſit poſt decem annos ſe non modò regnum, ſed eas quoque prouincias,
quas antea ſortitus fuerat, relicturum, cōceſſurumq́ʒ Senatui: tamen id non
fecit, ſe elapſo eo tempore, alterum decennium, eoq́ʒ trāſacto, rurſum aliud
ei decretum eſt. Itaque ſæpe prorogato ſibi decennio, regnum quandiu uixit, obtinuit: ex quo deinceps factum eſt, ut Imperatores omnes licet in imperio præfinitum tempus non habeant, ſed in perpetuum facti ſint, tamen
decimo quoque anno diem feſtum celebrent, & ſibi prorogent imperium.
Poſt hæc complura decreta de Cæſare facta ſunt. Decretum eſt enim, ut ante palatia ſua haberet lauros propoſitas, ex quibus penderet corona quæ facta eſſet ex quercu, quaſi ipſe hoſtes perpetuò uinceret, & ciues cōſeruaret.
Palatia. Porrò regiæ Palatia appellanť, nō quòd ſint ita ex decreto aliquo nominatæ: ſed quòd Cæſar habitabat in Palatio, atq́ʒ ibi ſuos milites habebat. Domus enim Romuli Palatiū dicebatur à loco in quo eſſet ædificata. Quamobrem licet alibi habitet Imperator, tamen domus ubi habitat, Palatij nomen habet. Ad hæc Cæſar Auguſtus à Senatu populoq́ʒ Romano cogno-
Romulus. minatus eſt. nam etſi Cæſar ualde cupiebat Romulus appellari, tamen ſenſit ob eam rem ſuſpicionem eſſe ab ſe regnum affectari: non igitur amplius
Augusti appellatio. id nomen uſurpauit, ſed Auguſtus dictus eſt, quaſi hominum naturam excederet. nam ea quæ ſacroſancta & in maximo honore ſunt, auguſta eſſe dicuntur. quamobrem Græci eum σεβαστὸν nominabant, ſcilicet cultu & honore digniſsimū. Cuius nominis appellatio quemadmodum Imperatoris, ad
cæteros qui eum ſubſequuti ſunt, pertinuit propter ſummum & ampliſsimum eorum imperiū: nec ſunt Reges aut Dictatores appellati, quæ nomi-
Dictator. na ſemel ſunt profligata è Republica, ſed eorum facta et poteſtas Imperatoris uerbo continentur. Hanc autem uim habent ſuprà dicta uocabula, ut ex
ijs poſsint cōſcribere milites, colligere pecuniam, inferre bella, pacem facere, ac poſtremò Senatoribus mortē afferre: ſed quòd Cenſores ſunt, de moribus noſtris iudicium faciunt, cenſent populum arbitratu ſuo, legunt in Senatum, & Senatu mouent. Quòd autem ſunt omnibus ſacerdotijs cōſecra-
Tribunicia poteſtas. ti, eo pontifices faciunt, & ſacris præſunt. Tribunicia uerò poteſtas eos facit
inuiolabiles: nam ſi quis eis maledicere, aut uim afferre uiſus fuerit, indemnatus ut ſacrilegus occiditur. Igitur Imperatores his nominibus fulciuntur,
ut omnia habere uideantur conceſſu populi. Id uerò ſibi uſurpauerūt, quod
Imperatores ſoluti legibus. antea ciuium Romanorū datum eſt nemini, ut ſoluti legibus eſſe dicantur,
hoc eſt, omni legis neceſsitate liberati, nec ijs quæ ſcripta ſunt ſubiecti. Itaque dempta nominis acerbitate, regiam obtinēt poteſtatem. Nam Cæſaris
aut Auguſti appellatio nullam eis potentiā tribuit, ſed altero familia ſignifi-
Patris appellatio. catur, altero ſplendor dignitatis. Patris uerò cognomen fortaſſe eam eis poteſtatem in nos omnes dat, quam patres in liberos habent, neque tamē pro

ptet

pter imperium, ſed reuerētiæ & honoris cauſa ita nominati ſunt, ut quos in
poteſtate habent, perinde ut filios diligant, & hi eos ut patres reuereantur.
Igitur Reſpublica in meliorē ſtatum ac magis ſalutarē commutata eſt: nam
omnino fieri nõ poterat, ut ea, ſi apud populum fuiſſet imperiũ, ſalua eſſet.
Cæterùm ea quæ deinceps geſta ſunt, non poſſunt eodem modo cum ijs
quæ præceſſerũt, narrari, quòd antè ad Senatum & ad populum omnia refe-
rebantur, licet procul accidiſſent. Ex quo fiebat, ut ea nõ ſolùm nota eſſent
omnibus, ſed etiam à multis ſcriberentur: tum etiam ex annaliũ monumen-
tis ueritas cõquirebatur. Pòſt uerò magna pars rerum occultè geri & admi-
niſtrari cepit. Quòd ſi qua diuulgata ſint, idcirco fidem non habent, quia
probari non poſſunt. nam omnia dici fieri'ue putantur in gratiam Impera-
torum, aut eorum hominũ, qui plurimum apud Imperatores poſſunt. Itaq;
multa, quæ nunquam acciderũt, omnium ſermone celebrantur, multa quo-
que ſilentio prætereuntur, quæ acciderunt: cætera ferè narrant̃ aliter quàm
facta ſunt. Nam magnitudo Imperij efficit, & multitudo rerũ geſtarũ, ut ne-
queãt omnia accuratè perſcribi. Siquidē in urbe multa quotidie penè fiũt,
& in prouincijs, quæ ſubiectæ ſunt imperio, ut ea nemo certò ſciat, præter
eos à quibus gerunt̃, plurimi ne audierũt quidē geſta eſſe. Quamobrem ea
quę reſtant proſequar, quomodocunq; ſe habeãt, ſed ita uti ea putabo acci-
diſſe, ſi quid præter ea quę uulgò circũferunt̃ ex ijs quę legi, audiui aut uidi,
nõnunquam poſsim conijcere. Poſtquam igitur Cæſar, ut paulo antè dixi,
Auguſtus cognominatus eſt, ei ſubitò de nocte prodigium non paruũ ex-
titit. Tiberis enim in æquis & planis locis urbis ita ſtagnauit, ut in ijs naui-
garetur: qua ex re uates Cæſarem maiorem in modum auctum iri prædixe-
runt, urbemq; omnino in eius futurã poteſtate. Itaq; Auguſtus ea quæ per-
tinebant ad imperium, alacrius faciebat & diligētius, quaſi id ſibi omnium
conſenſu datum eſſet. Multas leges condebat, non ſuo conſilio, ſed eas ad
populum ferebat, atq; omnibus ijs qui poſſent, emendandi faciebat pote-
ſtatem. præterea conſultabat de multis rebus cum Conſulibus & optimati-
bus: nam & ſorte quindecim Senatores adhibebat in conſilium in ſex men-
ſes, cum quibus nonnunquam ius reddebat. Quinetiam Senatus per ſe iu-
dicabat, ut antea, dabatq; reſponſa legatis quorundam regum & popu-
lorum: populus quoque ad magiſtratus eligendos congregabatur, etſi ni-
hil fiebat contra Cæſaris uoluntatem. Nam partim proponebat eos qui eſ-
ſent magiſtratus futuri, partim id more maiorum relinquebat in populi &
plebis uoluntate: ſed tamen prouidebat, ne minus idonei, aut largitione fa-
cta, precibus'ue deſignarent. Cumq; cuncta initiò adminiſtrauerit in hunc
modum, mihi de ſingulis dicendum eſt: id enim neceſſe eſſe nunc potiſsi-
mum arbitror, quòd res ualde ſunt à noſtra memoria remotæ. quod ego nõ
dico Dionis nomine, qui fuit Imperatorum Alexandri & Seueri tempori-
bus, ſed ut Ioannes Xiphilinus Ioannis patriarchæ fratris filius, qui tempo-
re Michaelis Imperatoris filij Ducæ ex multis libris Dionis hanc Epitomē
compoſui. Igitur cùm Auguſtus rebus bene adminiſtratis, & latis legibus
magnam gloriam conſequeretur, Cornelius Gallus cui ſuerat Aegyptus cõ-
miſſa, propter magnitudinem honoris cepit omnibus modis iniuriam face-
cere. nam & uana quædam conuicia iactauit in Auguſtum, & ſuas ſtatuas
in omnibus ferè partibus Aegypti collocauit, iuſsitq; res ab ſe geſtas in py-
ramidib. inſcribi. Is à Largo amico ſuo accuſatus magno dedecore affectus
eſt, & ſuis facultatibus priuatus: quæ cùm decreto Senatus ad Cæſarē per-

Difficile eſt hiſtoriam Imperatorum ſcribere.

Senatus iudicabat.

Dion & Ioannes Xiphilinus.

Hiſtoria Romana Dionis ampliſsima & plurima uolumina cõtinens.

Cornelius Gallus ſe interficit. uueniſſent, mortem ſibi conſciuit. Quo facto multi in partes Largi tranſie-
runt, quòd ipſum augeri uidebant: in quibus tamen nõ fuerunt optimates.
Nam Proculius, cùm primùm ei factus eſſet obuiam, cepit nares ſuas & os
Largus. manu occludere, atq; ita ſignificare ijs qui aderant præſentes, tutũ non eſſe
corã eo reſpirare. Præterea alius quiſpiam ad eum acceſsit cum teſtibus, ta-
metſi erat incognitus, eumq; interrogauit, an ſe cognoſceret: & cùm ille ne-
gaſſet, iuſsit id reſponſum in libello ſcribi. quaſi nõ liceret homini quãtum-
uis improbo calumniari eum, quẽ antea nunq; uidiſſet. Auguſtus Aſtures
uicit, & Cantabros gentes Celticas, opera Terentij Varronis & Titi Cari-
ſij, cepitq; multa oppida earum gentium, propter quas cùm templum Iani
apertum fuiſſet, ab eo clauſum eſt, quòd omni ex parte pacem Romanis pe
periſſet. Idem poſtquam domus, quæ Antonij antea fuerat, pòſt Agrippæ,
ac Meſſalæ data, deflagrauit, Meſſalæ aliam dedit, & Agrippam apud ſe ha
Publius Seruilius Prætor. bitare iuſsit. Per id tempus Publius Seruilius Prætor percelebre nomen ha-
buit, quòd trecentos urſos, totidemq; alias feras Libycas occidiſſet quibuſ-
dam ludis. Senatus Cæſarem, à quo magno honore afficiebatur, communi-
cato ſæpe conſilio rerum gerendarum, mutuò colebat, eumq; ut Imperato-
rem decreto liberauit omnibus legum uinculis, ut ea quæ uellet faceret, &
ab ijs quæ nollet abſtineret. Hæc cùm Romę gererentur, alia expeditio po-
puli Romani eodem penè tempore principiũ & finem habuit. Cùm enim
Largus. Largus præfectus Aegypti exercitum duxiſſet in Arabiam, quæ Felix no-
** Sabos Dioni.* minata eſt, in qua * Samo regnum obtinebat, principiò nemo omniũ eius
regionis ad bellum proceſsit, ſed ſolitudo, ſol, & aquæ, quarum natura mo-
leſta erat, Largo magnam cladem attulerũt, cuius magna pars exercitus in-
terijt, non quidem uſitato morborum genere, ſed quodam alio, qui cùm
caput inuaſiſſet, ipſumq; aridum relinqueret & exiccatum, ſubitò opprime
bat ægrotantes: uel cùm peruagatus eſſet cæteras partes corporis, deſcen-
debat in crura, eaq; maximè affligebat. Huic morbo remediũ non erat. præ-
ter oleum cum uino commixtum, quod uel ægrotus potaret, aut eo ungere
tur. cuius tamen copia non erat: propterea quòd neq; regio ferret, neq; ipſi
ſecum multum apportarent. Itaq; barbari in eos quos ualde laborare intelli
gerent, irruptionem fecerunt. Nam primùm quidem cõgreſsi inferiores fu
erant, & quædam loca amiſerant: poſt uerò morbi qui Romanos preme-
bat auxilio uſi, non modò ſua receperunt, ſed eos quoq; qui ſuperfuerant,
expulerunt è ſuis finibus. Hi Romani primi, &, ut ego arbitror, ſoli lon-
giſsimè belli gerendi cauſa in hanc Arabiam progreſsi ſunt: peruenerunt
** Athlula eſt apud Dionem.* enim ad ea loca celebrata, quæ * Epibula appellantur. Auguſtus cùm
antea ſæpe in graues morbos & periculoſos incidiſſet, tum rurſus factus
Valetudo Auguſti. XI. conſul cum Calpurnio Piſone, uehementer ægrotauit, ut nullam
ſpem haberet ſalutis. Itaque quaſi eſſet paulo pòſt moriturus, omnia con-
ſtituit, conuocatis magiſtratibus & principibus ciuitatis: & quanquam om
nes ſperabant Marcellum in hac re omnibus præpoſitum iri, tamẽ nullum
ſucceſſorem reliquit. ſed cùm apud eos nonnulla diſſeruiſſet de Repub. li-
bellum Piſoni Conſuli dedit, in quo ſcriptæ erant copiæ & redditus ciuita-
tis. Annulum Agrippæ tradidit. Sed cùm ita ægrotaret, ut nequiret quic-
Antonius Muſa. quam facere eorum quæ ſunt in primis neceſſaria, Antonius Muſa eum fri-
gidis quibuſdam potionibus & lauationibus curauit, ac ſeruauit incolumẽ.
Quamobrem Cæſar magnam ei pecuniam dedit, conceſsitq; ius aureorum
annulorum: (erat enim libertus) nec ſolùm ei, ſed etiam cæteris omnibus,

qui

qui eandem artem profiterentur, uel eſſent in poſterũ profeſſuri. Sed oportebat nimirum Muſam, qui fortunæ, aut (ut ipſe ſentio) Dei opus ſibiјpſi adſcribebat, è ueſtigio redargui. Marcellus enim cùm nõ multo pòſt ægrotaret, atq; eodem modo à Muſa curaretur, mortuus eſt. *Marcellus moritur.* Mirabantur omnes cur Cæſar noluerit Marcello imperiũ relinquere (is ex poſteris at Marcelli eius qui cum Annibale pugnauerat) quem ut generum & nepotem charũ habebat, tantisq; afficiebat honoribus, ut cum is eſſet Aedilis, uoluerit tota æſtate forum cortinis ſuprà coopertum eſſe. At in hac re nondum ingenio adoleſcentis ſatis confidere uidebatur: ſed uel reddi populo libertatem uolebat, uel Agrippam conceſſu populi imperium obtinere: quippe ſciebat eum apud omnes eſſe chariſſimum. Poſteaquam cõualuit, intellexitq; Marcello ob eam rem non ſatis cum Agrippa conuenire, ſtatim Agrippam in Syriam miſit, ne fortè inter eos fieret diſsidium ac diſſenſio. Agrippa tamẽ Roma ſubitò profectus non peruenit in Syriam, ſed cùm cõſideratius temperantiusq; faceret omnia, illuc legatos miſit, ipſe in Lesbo remãſit. Quod autem poſtea factum eſt à Cæſare, ualde approbatum atq; laudatũ eſt. nam Lucium Seſtium Conſulem in ſuum locum deſignauit, etſi antea Bruti partes ſemper ſuſtinuerat, eiq; militię affuerat, atq; tum adhuc memoriam eius libenter uſurpabat, & ſtatuas habebat, ac eum ornabat laudibus.

DIONIS LIBER LIIII.

Præterea Cæſar cùm à populo Dictator crearetur, cogereturq; parére oblatis quatuor & uiginti faſcibus, ueſtem diſcidit. quo facto rectè inuidiã & odium nominis declinauit, quamuis honore atque autoritate Dictatores antecelleret. Cumq; M. quidã Primus Prætor Macedoniæ bellũ Odryſis intuliſſet, diceretq; in iudicio nonnunquã, ſe de ſententia Auguſti, nonnunquàm, de Marcelli uoluntate id feciſſe, *Primus.* Auguſtus ultrò in ius uenit: deinde à Prætore interrogatus, an Primo bellum gerere præcepiſſet, negauit: cumq; Licinius Murena patronus & defenſor Primi multa in Cæſarem maledicta iaceret, eumq; ita rogaret: Quid igitur hîc facis, aut quis te accerſiuit? tantum reſpondit, ſe uocatum à Republica ueniſſe. Iiſdem temporibus Aethiopes qui ultra Aegyptũ incolebant, uſq; ad urbem quæ Elephantina dicitur, progreſsi duce ac præſente Candace regina, omnia quę fierent obuiam, uaſtabant. *Candace.* Quo cognito Caius Petronius præfectus Aegypti contra eos contendit: *Petronius.* illi regredi ceperunt, ſeq; in fugam conijcere. Petronius eos in itinere conſecutus, atq; in patriam eorum attractus, cum ijs prælium feliciter commiſit, cepitq; Tanapem urbem regiam, quam retinuit relictis in ea præſidijs. Nam cum nollet progredi longius, nec poſſet in ea regione diutius remanere, regreſſus eſt. Interim Aethiopes præſidia à Petronio relicta adorti ſunt: quamobrem ipſe exercitum reduxit, ſuosq; liberauit, atque Aethiopes domum compulit. Sed cum Auguſtus in Siciliam profectus eſſet, populus in creandis Conſulibus ſeditionem fecit. nam etſi exigua erat populi poteſtas, tamen ubi populus dominium habebat, ciues ſalui eſſe non poterant. Hanc ob cauſam Auguſtus indignatus, quòd Romę ſemper eſſe nõ poſſet, nec eam auderet ſine præfecto relinquere, Agrippam accerſiri iuſsit, eiq; Iuliam quę tum uidua erat, uxorẽ dedit, deinde eum Romam miſit. *Iulia filia Augusti Agrippæ nupſit.* Ferunt Mæcenatem id conſilium Cæſari dediſſe, propterea quòd Agrippam tot tantisq; honoribus auxiſſet. Nam eum, inquit, generum tuum eſſe, aut interire neceſſe eſt. Poſtquam tranſijt in Græciam, Lacedæmonijs magnos honores tribuit, quòd Liuia, cùm fugeret olim cum Nerone

uiro ſuo apud eos commorata fuerat. Athenienſes uerò multis incommo-dis affecit, atque ijs Aeginam ademit. *Aegina.* Cyzicenos autem, & alias ciuitates, quæ contra quoſdam ciues Romanos nonnihil uidebantur commiſiſſe, in ſeruitutem adduxit. *Phraates ſigna et captiuos reddit.* Phraates per id tempus metuēs ne Cæſar cōtra ſe exercitum duceret, captiuos ad eum remiſit, & ſigna militaria quæ à Craſſo acceperat: qua ex re Cæſar gloria efferebatur, quòd abſq; labore recuperaſſet ea quæ alij magnis prælijs amiſiſſent: ob eam cauſam ſacra fecit, atq; ouans urbem ingreſſus eſt. Tum laudabatᷣ, quòd ſibi nihil præterea acquirendum eſſe putaret, quodq; ſtatueret contentus eſſe rebus præſentibus. Cùm eſſet in Aſia, regnaq; & principatus partim alijs cōfirmaſſet, partim ad alios trāſtuliſſet, condemnatis quibuſdam regibus, nonnullis etiam laudatis, atq; in amicitiam receptis, quàm plurimæ legationes ad eum uenerunt. *Indorum legati.* Nam Indi qui antea quoque legatos miſerant, tunc amicitiam confirmauerunt datis muneribus, in quibus præter cætera fuerunt tigres, quæ tum primùm à Romanis uiſæ ſunt: præterea adoleſcentulus abſq; humeris ei datus eſt, *Adoleſcēs abſque humeris.* qui pedibus perinde ac manibus in rebus omnibus utebatur: pedibus arcum tendebat, mittebat ſagittas, tuba canebat. id quemadmodū faceret, neſcio, tantùm ſcribo quæ uerſantur in ſermone omniū. Eodem tempore Zamarcus Indus ſophiſtes, *Zamarcus Indus. Zamarus Dio habet.* ſiue gloriæ cupiditate permotus, ſiue ſenectute, ut eſt mos regionis, uiuus ſe in ignem coniecit. Cæſari Romam redeunti Romani ſe cōparabant, ut obuiam procederent: ſed is de nocte Romam aduectus eſt, ut ſemper cōſueuerat, cùm uel in urbem introiret, uel ex urbe proficiſceretur. ſtudebat enim diligenter clàm utrunq; facere, ut nemini moleſtus eſſet.

Senatorum numerus diminutus. Cum autem ueller Senatores pauciores eſſe, certoq; & definito numero contineri, pleriſque moleſtiam exhibuit. tum ei à permultis inſidiæ paratæ ſunt: atque ipſe coegit permultos ſibi mortem afferre: in quorum numero fuit Murena, qui cum eo olim cōſtanter & liberè ſe geſſerat: quoſdam alios condemnauit, in quibus erat filius Lepidi: Lepidum uerò patrem tractauit contumelioſe, quem inuitū rure iuſsit in urbem uenire, ac poſtea ſemper in conuentus adduxit, ut propter autoritatis & dignitatis commutationem maiorem iniuriam ſuſtineret, eſſetq; ludibrio & deſpectui. neq; uerò iuſsit eum interfici, neq; ei, cùm Pontifex eſſet, pontificatum ademit, quandiu uixit. *Antiſtij de Cæſare dictum.* Cùm autem haberetur ſermo in Senatu, ut Senatores Auguſtum uiciſſim cuſtodirent, Antiſtius qui repugnare non eſt auſus, ſed neque uolebat acquieſcere: (is erat homo nobiliſsimus) Sterto, inquit, quamobrē nequeo apud Cæſarem excubare. hunc Cæſar, etſi alia contra uoluntatem eius fecerat, tamen non puniuit. Cùm autem de ornatu mulierum, & uirorum continentia præcepta dare conaretur, irriſus eſt, quòd propter ea quæ domi ſuæ fiebant nō haberet de ijs rebus loquendi libertatem: cum multis enim rem habebat, Liuiæq; quam uiuo marito eius duxerat, erat, ut aiunt, ſubiectus. *Liuia obnoxius Cæſar.* Itaq; adducto ad ſe adoleſcente, qui duxerat in uxorem eam cum qua adulterium commiſerat, eoq; grauiter accuſato, Cæſar in dubitationem uenit, quòd neq; auderet id facinus negligere, neq; in adoleſcentem animaduertere, tamen ita reſpondit: Seditiones, inquit, nobis attulerunt multa & grauia incommoda, quæ recordari non eſt neceſſe, quare prouideamus in poſterum, ne quid huiuſmodi committatur. *Pylades. Bathillus.* Florebant per id tempus Pylades & Bathillus ſaltarores, propter quos cùm ſæpe fieret populi concitatio, Cæſar Pyladi iratus eſt. At ille dixiſſe fertur: Id tibi quidem conducit Cæſar, populum propter nos occupatum & diſtentum eſſe. Cæterùm conſuetudine

Mæcenatis

Mæcenatis propter uxorem eius non perinde delectabatur, ut antea: nam Mæcenas eam uſq; adeò diligebat, (ei Terentia erat nomen) ut ea aliquando ſit auſa cum Liuia de pulchritudine contendere. Sub id tempus cetus latitudine pedum XX, triplicata uerò longitudine, atque in omnibus præter caput mulieri ſimilimus ex Oceano in Celticam uenit. Licinius quidam Iulij Cæſaris libertus, quem Auguſtus Galliæ præfecerat, adductus barbara & immani auaricia, præditusq; Romana dignitate, Gallis plurima damna & detrimēta attulit. Tanta enim fuit eius improbitas atq; peruerſitas, ut cùm ſolerent ſingulis menſibus à Gallis tributa conferri, ipſe quatuordecim mēſes fecerit. Hunc cùm Galli uehementer accuſarēt apud Cæſarem, ferrentq; grauiter, Cæſar partim eis concedebat, partim excuſabat Liciniū: quædam negabat ſe ſcire, nonnulla ſe credere diſsimulabat, cætera occultabat, pudore ſcilicet affectus, quòd eum hominem Gallis præfeciſſet. Sed Licinius capto aſtuto & callido conſilio omnes irriſit: nam ut ſenſit Auguſtum ſibi iratum et offenſum eſſe, ac de ſe ſupplicium ſumptum iri, eum in domum ſuam introduxit, eiq; theſauros oſtendit, magnam uim argenti & auri, aliaq; permulta cumulatè in eum locum congregata: mox inquit, Domine, hæc omnia coegi & coarceruaui tua & populi Romani cauſa, ut ne nationes huiuſmodi copioſæ & locupletes abs te deficerent: omnia quidem certè tibi ſeruaui, eaq; in præſens do. Itaq; Licinius ſaluus euaſit, quaſi in gratiam Auguſti uires barbarorum eneruaſſet. Cæſar Tiberium & Druſum uxoris filios contra hoſtes miſit. Hi uicerūt barbaros qui iuxta Danubiū, & Germanos qui prope Oceanum incolunt: poſtea Druſus admodum adoleſcens mortuus eſt. Tiberius diu uixit, accepitq; imperium Auguſti: quanquam Auguſtus Caium & Lucium (quos Iulia filia ſua ex Agrippa pepererat) imperatores fecerat, & filios ſibi eos, adoptauerat, quò minus ſibi inſidiæ pararentur: nec enim expectauit, dum ad uirilem ætatem peruenirēt, ſed ſtatim eos ſucceſſores imperij renunciauit: quoniam thoracem quem ſub ueſte gerebat, etiam cùm in Senatum ueniret, putabat parum ſibi profuturum, tametſi ciues Romani adducti beneuolentia ad eum ineunte anno uenerant, argentumq; omnes dederant, diſpari tamen numero: ille quoq; tantundem, aut plus eo nō modò Senatoribus, ſed etiam reliquis omnibus reddiderat. Tanto enim amore erat in amicos inflammatus, ut cùm Mæcenas & Apuleius malè audirēt in iudicio, quòd adulteri cuiuſdam patroni & defenſores eſſent, ipſe in ius uenerit: ac cùm ſediſſet in tribunali prætoris, nihil quidem admiſerit grauius, ſed accuſatori interdixerit, ne amicis ſuis propinquis ue conuicium faceret, atq; inde ſtatim ſurrexit. Cùm autem Cornelium quendam de uita uxoris accuſaret, isq; in Senatu reſpondiſſet, ſe de uoluntate & conſilio Cæſaris eam duxiſſe: ira uehementer incitatus, nihil dixit acriter, nihilq; fecit acerbè, ſed ſtatim exiluit è Senatu, ac paulo pòſt reuerſus: Malui, inquit ad amicos, hoc facere, quamuis rectū non fuerit, quàm hîc manere, coactus maleficium aliquod committere. De Vedio uerò Pollione, qui mortem obijt iiſdem temporibus, mentionem faciam, quanuis nihil memoria dignum fecerit: quippe libertino patre natus erat, tamen quòd maximas opes habuit, & eius eſt nobilitata crudelitas, ſolet nomen eius hiſtorijs mādari. Porrò autem moleſtum eſſet omnia quæ ab eo dicta ſunt aut facta, cōmemorare: ſed in piſcinis muræn as habuit, quæ carnibus humanis ueſcerētur, eisq; ſeruos propoſuit, de quibus uoluit ſupplicium ſumere. Itaq; cùm Auguſtum conuiuam accepiſſet, pincernā qui fortè ſcyphum cryſtallinum

Vxor Mecenatis. *Cetus.* *Licinius libertus Iulij Cæſaris.* *Conſilium Licinij aſtutiſsimum.* *Cornelius.* *Vedij Pollionis crudelitas.* *Murænæ carnibus humanis ueſcuntur.*

fregerat, murænis offerri iuſsit. Auguſtus, cuius ad pedes puer ſupplex iace
bat, primùm conabatur ei perſuadere, ne id faceret: ſed dum ille non obtem
perat, Affer, inquit, ad me cætera pocula quæ ſunt huius generis, & reliqua
omnia quæ precioſa habes, ut ego quoq; ijs uti poſsim: pòſt ubi allata ſunt,
cõfringi iuſsit. Tum Pollio, ut cui maior terror iram unius poculi cauſa con
ceptam excuſsiſſet, inuitus conquieuit. Idem poſtea moriens Auguſto do-
Pauſilypum. mum ſuam, & eam uillam cui Pauſilypum nomẽ eſt, quæq; eſt inter Neapo
lim & Puteolos, reliquit. Sed domum Vedij Auguſtus, ut memoria nomi-
nis eius ex urbe deleretur, funditus euertit, atq; in eo loco porticum nomi-
Porticus Liuiæ. ne Liuiæ ædificauit. Idem cùm in complures alia locos, tum in Hiſpaniam
& Galliam multas colonias deduxit, extruxitq; templũ Quirino L X X V I
Templum Quirini. columnis ornatũ: cumq; ita tot annos uixiſſet Cæſar, uiſum eſt quibuſdam
id ei non caſu & fortuitò, ſed iudicio deorum immortalium, & fato quo-
dam eueniſſe.

DIONIS LIBER LV.

Druſus autem Tiberij frater miſſus contra Celtas qui trans Rhenum in-
Albis fluuius. colunt, captis rebus omnibus quæ factæ eſſent obuiam, uſq; ad Albim flu-
uium eſt progreſſus, qui à Vandalorum montibus maximus in eum Oce-
Mulier Druſum increpat. num influit, qui ſpectat ad Septentriones. Ibi quædam mulier inuſitata ma-
gnitudine fertur ei occurriſſe, atq; ita dixiſſe: Quò pergis Druſe cupide &
inexplebilis? non enim potes hæc omnia ex fatis uidere: quamobrem rece-
Mors Druſi. de, nam tibi iam adeſt exitus uitæ, & rerum tuarum omnium. Itaq; Druſus
cum celeriter reuerteretũ, tamen in itinere morbo extinctus eſt. Tum Liuiæ
ſtatuæ poſitæ ſunt conſolandi eius cauſa, eaq; in numero matrum, quæ tres
Ius trium liberorum. liberos peperiſſent, ſcripta eſt. Lex enim antea quidẽ ex Senatus, nunc au-
tem ex Imperatoris autoritate eadem iura beneficij loco tribuit quibuſdam
mulieribus, quæ data ſunt ijs quę ter pepererint, ut non ſubijciantur pœnis
ſterilium, ſed eis omnia ferè præmia tribuantur, quæ mulieres fœcundiſsi-
** Vide annota ta in Dionem.* mæ conſequuntur, * quæ non modò ſunt hominum, ſed etiam deorum in-
uenta, ut accipiãt ſi quid à morientib. ſibi relictum fuerit. id enim huiuſmo-
di eſt. Cæſar nomina Senatorum omnium ſcripta in albo propoſuit, quod
ex eo tempore quotannis fieri ſolet, ijſq; qui ſine cauſa deſijſſent in Senatũ
uenire, mulctam auxit: pòſt uerò quoniam iam ſolebãt impunes relinqui
propter magnam multitudinẽ eorum qui in pœnam inciderent, iuſsit quo-
ties multi deliquiſſent, ut inter eos ſortes ducerẽtur, quibus ductis, quintus
quiſq; pœnas perſolueret. Senatores etiam abſente Cæſare conſultabant,
ſcribebaturq; eorum ſententia, neque tamen uim Senatuſcõſulti habebat,
Autoritas. aut rata erat, ſed tantùm Autoritas Senatus dicebatur. nimirũ ut tamen Se-
natorum ſententia nota eſſet: nam ea eſt uerbi ſignificatio, quæ Græcè uno
uerbo exprimi non poteſt. In primis cupiebat popularis eſſe: itaq; cum qui-
dam qui cõmilito ipſius fuerat, egeret eius patrocinio, principiò quòd ſibi
per ocium non liceret, cuidam ex amicis præcepit, ut cauſam eius defende-
ret: ſed cum cõmilito indignatus ita reſpondiſſet, Ego uerò quoties tibi ne-
ceſſaria fuit opera mea, neminem ad te miſi, ſed præſens ipſe tua cauſa peri-
cula ſuſcepi: tum ei Cæſar aduocatus uenit. Cumq; quiſpiam amicus eius
reus eſſet factus, ei ipſe patrocinatus eſt, re prius cum Patribus communica
ta, eumq; ſeruauit, nec ſolùm accuſatori non eſt iratus, cuius fuerat magna
in accuſando licentia: ſed etiam eum, cum morũ reus citaretur, abſoluit, di-
xitq; propter multorum hominum nequitiam, eam libertatem loquẽdi ne-
ceſſariam

ceſſariam eſſe: de ijs uerò ſupplicium ſumpſit, qui nunciabantur ipſi inſid.as
Quæſtio de ſeruo contra dominum.
feciſſe. Cum autem non liceret quæſtionem habere de ſeruo contra domi-
num, cõſtituit, quoticſcunꝗ id uſu ueniret, ut is ſeruus uel Reipublicę uen-
deretur, uel ſibi: atque ita, cùm non eſſet amplius in rei poteſtate, torquere-
tur. Quamobrem eum alij accuſabant, quòd futurum eiſſe dicerẽt, ut domi-
ni mutatione lex abrogaretur: alij contendebant id eſſe neceſſarium, quòd
multi his de cauſis in ipſum Auguſtum, ac magiſtratus conſpirarent. Poſt
hæc imperium, quanquam iam ab ſe depoſitum eſſe dicebat, ſcilicet pręteri
to altero decẽnio, rurſum tamen inuitus ſuſcepit. Menſem ſextilẽ, etſi men-
Sextilis Auguſtus.
ſe Septembri natus erat, Auguſtũ cognominauit, quòd tum primùm Con-
ſul eſſet factus, quodꝗ ſibi in eo multas magnasꝗ uictorias peperiſſet, de
quibus rebus omnib. maximè gloriabatur. Sed ei mors Mæcenatis magnũ
& acerbum dolorem commouit. nam is cùm multum cæteris in rebus pro-
deſſet Cæſari, tum uerò, quoties paulò uehementius iraſcebatur, iram eius
placabat atꝗ leniebat: idꝗ ex eo licet animaduertere, quòd cùm Cæſar ali-
quando ius diceret, adeſſetꝗ Mæcenas, ac præuideret eum multos morta-
Mecenatis amici admonitione, Cæſar ſæpenumero ad meliorem mentem eſt reuocatus.
les cõdemnaturum, conatus eſt reiectis ijs qui circunſtabant, ad Cæſarem
proximè accedere: ſed cùm non poſſet, ad eum ſcripſit in hæc uerba: Tandẽ
aliquando ſurge carnifex: deinde quaſi aliud ſcriptum eſſet, epiſtolam ei in
ſinum coniecit: ita Cæſar, nemine capitis condemnato, ſtatim ſurrexit: tan-
tumꝗ abfuit, ut ex ea re moleſtiam ceperit, ut gauiſus ſit maximè ſe quoties
ſupra modũ iraſcebatur, coactus uel natura ſua, uel rebus neceſſarijs, liber-
tate ac licentia amicorum corrigi. Mæcenas quamuis propter uxorem indi
Mecenas.
gnatus eſſet, tamen eum hæredem reliquit. Hic primus balneum aquæ ca-
lidæ in urbe conſtruxit, primusꝗ quaſdam notas literarum inuenit ad cele-
Mecenas inuentor notarũ.
riter ſcribendum, easꝗ cõplures per Aquilam libertũ docuit. Eodem tem-
pore propter incendia facta nonnulli curatores angiportuum à plebe con-
ſtituti ſunt, quos Græci ϛενωπάρχας uocant. His toga uti magiſtratuum, & li-
ctores duos habere in ijs angiportubus quibus præſunt, datum eſt. Cæſar
Angiportuum in urbe curatores.
propter Caium & Lucium, quos Agrippa ex filia eius ſuſceperat, nõ ſolùm
quòd petulanter uiuerent, ſed etiam quòd eſſent adeò temerarij, ut Caius
nondum adoleſcens Conſulatum petierit, graui dolore affectus, precatus
In conſules qui potiſsimum creandi.
eſt, ne unquam inciderent huiuſmodi tempora, in quæ olim ipſe inciderat,
ut minor XX annis Conſul fieret: cumꝗ adhuc inſtaret, reſpondit, id impe
rium deferẽdum eſſe ei qui nihil peccaret, quiꝗ poſſet cupiditatibus popu
li Romani obſiſtere: deinde ut eos modeſtiores efficeret, Tiberio Tribuni-
Tiberius Tribunus plebis.
ciam poteſtãtem dedit in quinquẽnium, eiꝗ Armeniam, quæ alienata erat
à populo Romano, attribuit. Cæterùm id factum eò tecidit, ut omnes iſtos
Auguſtus offenderet, dum illi ſe negligi putabant, dumꝗ Tiberius eos me
tuebat iratos: qui ob eam cauſam Rhodum ſe cõtulit, quaſi doctrina opus
eſſet & ſtudijs literarum, eoꝗ non modò non duxit alienos, ſed neꝗ fami-
liares omnes ut celerius omnino conſpectum, factaꝗ Lucij & Caij uitaret:
uel, ut quidam dicebant, propter Iuliam uxorẽ, quam ferre amplius non po
terat: eam enim Romæ reliquit. Auguſtus autem cùm infinita eſſet populi
multitudo, cui frumentum dabatur, eam redegit ad hominum ducenta mil-
Præfecti prætorianorum ab Auguſto creati.
lia, & ut à quibuſdam dictum eſt, populo uiritim ſexaginta denarios dedit,
præbuitꝗ ſpectacula, aqua in Circum Flaminium introducta, in quo ſex &
triginta crocodili interfecti ſunt. Tum primùm duos præfectos Prætoria-
norum creauit: nam ita mihi nominãdi ſunt, cùm iam hoc uerbum in uſum

Iulia. uenerit. Porrò laſciuia Iuliæ tanta fuit, ut in foro, atq; adeò in roſtris noctur-
no tempore comeſſationes ageret, et compotaret. Quam Cæſar ut tandem
deprehendit, grauiter iratus eſt: nam et antea ſuſpicabatur eam minus pudi
„ cè uiuere, etſi pro certo non habebat, propterea quòd ij qui principatum te
„ nent, omnia potius, quàm ea quæ ad ſe ſpectant, intelligunt: utq; non poſ-
„ ſunt clam ſuos quicquam agere, ita ſuorum facta nunquam optimè perci-
„ piunt. Ob hanc cauſam Cæſar uſque adeò commotus eſt, ut iram domi ſuæ
continere non potuerit, ſed rem omnem detulerit ad Senatum. Iulia in Pan
Pandateria. dateriam inſulam finitimã Campaniæ relegata eſt, eamq; eſt Scribonia ma-
Scribonia mater Iuliæ. ter ſponte conſecuta. Ii qui cum ea rem habuerant, Iulius Antonius, qui ſpe
regni id fecerat, cum quibuſdã alijs uiris illuſtribus occiſus eſt, reliqui ſunt
in inſulas relegati. Sed cùm aliæ quoque mulieres permultæ accuſarẽtur de
ijſdem ſceleribus, non omnes accuſationes admiſit, ſed tempus præſtituit,
ut de ijs quæ ante facta eſſent, non quæreretur: & cùm erga filiam nulla cle-
mentia uſus eſſet, dixiſſetq; ſe malle patrem Phœbes, quàm illius fuiſſe, cæ-
Phœbe. teris pepercit. Erat Phœbe liberta Iuliæ & ſocia, quæ mortem uoluntariam
Caius. ſibi cõſciuit, & ob eam rem ab Auguſto laudata eſt. Cum Caius ad bellum
Tiberius. contra Armenios miſſus eſſet, Tiberius in Chium uenit, eumq; in magno
honore habuit: nec ſolùm Caio humilem ſe præbuit, ſed etiam cæteris om-
Phraates. nibus qui cum ipſo erant, ſubmiſſus fuit. Cum autem Phraates rex Partho-
rum de pace ad Cæſarem literas miſiſſet, Cæſar'que Phraati ſimpliciter ſi-
ne regis nomine reſcripſiſſet, iuſsiſſet'que de Armenia decedere, Phraates
Rex regum. non ſolùm non eſt timore perterritus, ſed etiam ad eum reſcripſit arrogan-
ter, ſeq; regem regum, illum tantummodo Cæſarem appellauit. Tamen in
gratiam reditum eſt, poſtquam Phraates Caium in Syria adeſſe expertus,
domeſticamq; ſeditionem ob ſui odium ueritus, Armenia ceſsit. His per-
actis rebus, defunctis'que Lucio & Caio, factum eſt ut Tiberius Rhodo
in urbem redierit. is propter ſtellarum cognitionem erat uates exercitatiſ-
Thraſyllus mathematicus. ſimus, habebatq; Thraſyllum uirum in aſtronomia peritiſsimum, qui ſcie-
bat optimè quid ſibi atque alijs eſſet euenturum. Nam ferunt Tiberium a-
liquando ſtatuiſſe Rhodi Thraſyllũ è muro præcipitare, quòd is ſolus om
nes cogitationes eius cognoſceret: ſed ut eum mœſtum eſſe animaduertit,
rogauitq; cauſam mœroris, atq; is reſpondit ſe periculi cuiuſdam ſuſpicio-
nem habere, Tiberium admiratum, quod propoſuerat, non feciſſe. Sic enim
omnia certò ſciebat, ut cum procul uidiſſet nauem in qua nuncius uehe-
batur, quẽ de reditu in urbẽ mater & Auguſtus ad Tiberium mittebat, ſtatim
quod ille nunciaturus erat, prædixerit. Lucij autem & Caij corpora tribuni
militum cum primarijs ſingularum ciuitatum Romam tulerunt: ſcuta quo-
Haſta. que aurea & haſtæ, quas ineunte adoleſcentia acceperant ab equitibus Ro
manis, in curia repoſita ſunt. Auguſtus cùm eſſet aliquando dominus à po
Nomen Domini. pulo nominatus, non ſolùm uetuit ne quis ſe appellaret eo nomine, ſed e-
tiam id cauit diligenter. Tertio autem expleto decennio, quartum impe
rium inuitus ſuſcepit: quod ſenectute mitior iam ac minus ad offendendos
Incendium Palatij. Senatores procliuis factus, nolebat cuiquam infenſus eſſe. Palatio incẽdio
cõſumpto cùm multi ipſi multa offerrent, nihil accepit præter aureum à ſin
Aureus nummus continet drachmas uiginti quinq;. gulis populis, & à priuatis denarium. Aureum appello more Romano ge-
nus monetæ; quinq; & uiginti denarios cõtinens: eundem Græci quidam,
quorum libros propterea legimus, quòd Attici ſunt, χρυσοῦν appellant. Au-
guſtus reſtitutum palatium omnino publicauit, uel propter ſtipem quam à

populo

populo acceperat, uel quòd pontifex erat, ut in publico ſimul & priuato ha bitaret. Inſtabat populus Auguſto, ut filiam ſuam reſtitueret. is reſpondit, ci tius ignem cum aqua commiſceri poſſe, quàm illam reſtitui. Itaq; populus multum ignem in Tiberim coniecit, ſed tamen nihil egit, quanuis eum po ſtea coegerit, ut ſaltem eam ex inſula in cõtinentem reduceret. Cæſari mul ti inſidias fecerunt, atq; in primis Cneus Cornelius Pompeij Magni ex filia nepos: quos cum nollet occidere, propterea quòd morte eorum nõ magis ſe ſecurum eſſe intelligebat, neq; liberare, ne ob eam rem cæteros contra ſe incitaret, adeò in magnam dubitationem uenit, ut dies noctesq; curis ange retur. Itaq; Liuia eum interrogare cepit, Quid hoc rei eſt mi uir, quamob rem non dormis. Tum Auguſtus, Ecquis poſſet, inquit, mea uxor uacuo animo eſſe, cui tot perpetuò inimici ſunt: an non uides, quot homines mihi & principatui inſidias parent, quos nõ modò non deterrent damnatorum ſupplicia: ſed contrà, tanquam ſpe alicuius boni propoſita, cæteri ad imma turam mortem contendunt. Liuia poſtquam hæc audiuit, Mirum non eſt, « inquit, quòd tibi inſidiæ parentur: partim quòd alienum non ſit ab humana « cõditione, partim quòd in tam magno imperio multa facias, ex quibus par « eſt pleroſq; moleſtiam capere. Princeps enim non ſolùm non poteſt omni « bus placere, ſed etiam quãtumuis rectè imperet, ei multos iraſci neceſſe eſt. « Neq; enim tam multi homines iuſti ſunt, quàm ij qui uolunt iniuriam face « re, quorum cupiditates expleri nõ poſſunt. Boni autem uiri & uirtute præ « diti, partim multa & ea quidem magna expetunt, quæ non poſſunt aſſequi; « partim cum habeantur alijs inferiores, moleſtè ferunt: ob eamq; rem utriq; « culpam in principem conijciunt. Itaq; damnum quod ab his infertur, & ab « ijs qui non te, ſed regnum tuum inuadũt, uitari nullo modo poteſt. Etenim ſi ciuis priuatus eſſes, nemo tibi iniuriam faceret, niſi qui prius à te iniuriam accepiſſet. Regnum autem atq; eius cõmoda magis expetunt ij, qui poten « tiam aliquam habent, quàm qui egentiores ſunt: quod etſi eſt improborum « hominum atq; amentium, tamen ut cætera uitia, ita hoc quoq; natura com paratum eſt, quę ex quibuſdam hominibus nulla oratione, nullo metu poſ ſis extirpare ac tollere: neque enim lex ulla, aut timor plus poteſt, quàm ea « quæ mortalibus à natura tributa ſunt, quę omnia ſi animum tuum induces, « contemnes cæterorum uitia, teq; maioribus præſidijs, ac imperium tuum firmabis, ut id non multorum ſupplicijs, ſed fida & diligenti cuſtodia tenea mus. Ad hæc Auguſtus reſpondit, Scio, equidem, inquit, mea uxor, cùm o mnia quę præclara ſunt, tum in primis ſummum imperium inuidiã habere, nec tutum unquam ab inſidijs eſſe. Nam niſi curæ noſtræ, timores & nego cia maiora eſſent, quàm priuatorum omnium, profectò dijs omnino æqua les eſſemus: quę res eò mihi maiorem moleſtiam affert, quòd ita fieri neceſ ſe ſit, nec ullum poſſit inueniri remedium. Tum Liuia, Quoniam, inquit, pleriq; omnes homines ad iniuriam procliues ſunt, ab ijs caueamus, cum ha beamus milites permultos, quorũ alij contra hoſtes parati, alij apud te ſunt, propter quos omnes domi & foris tutò eſſe poſſimus. Tum Auguſtus, « Mihi, inquit, neceſſe nõ eſt commemorare, quàm multi ſæpenumero à ſuis « familiaribus interfecti ſint: regna uerò præter cætera hanc difficultatem ha « bent, quòd non ſolùm hoſtes, ut cæteri faciunt, ſed etiam amicos & neceſſa « rios timemus, à quibus inſidiæ multo pluribus factę ſunt, (quippe qui nudi « & dormientes cum illis dies noctesq; uerſentur, ab ijsq; cibum paratum & « potionẽ capiant) quàm ab alienis & externis hominibus. Poſſumus enim «

Reducitur Iulia.

Hortatur & admonet Liuia Auguſtum.

Reſpondet Auguſtus.

R amicos

» amicos & familiares noſtros hoſtibus opponere, amicis autem poſſumus
» neminem. Itaq; ſolitudo nobis pariter atque multitudo grauiſsima eſt, me-
» tuendumq; eſt, eſſe ſine cuſtodia, ſed multo etiam magis cuſtodes metuen-
» di ſunt. Inimici quidem certè moleſti ſunt, ſed amici multo magis, quòd eos
» oporteat, quãuis nõ ſint, amicos appellare. Quòd ſi quis fortè ſit fidos ami-
» cos nactus, tamen eis tantam fidem non habet, ut cum ijs poſsit ſincerè abſ-
» que ulla ſuſpicione uerſari. Igitur cùm hoc grauiſsimum eſt, tum uerò alios
» inſidiatores punire oportere: nam bonis uiris puniẽdi neceſsitas magnum
» dolorem affert. Tum Liuia: Tu uerò, inquit, rectè: at ego tibi conſilium da-
bo, ſi quidem uoles capere, nec debebis propterea reijcere, quòd cùm ſim
mulier, id tibi conſulere audeo, de quo ne amici quidem te admonebunt,
non quòd id planè non intelligant, ſed quòd non audeant explicare. Iam

Oratio Liuiæ, qua regni ritè adminiſtrandi uia ac ratio demonſtratur.

uerò, inquit Auguſtus, dic mihi quicquid eſt. Tum Liuia: Dicam, inquit,
non grauatè: nam & ego commodorum partem ſimul et incommodorum
habeo, quia te ſaluo & incolumi ſum regni particeps: atque ſi quid mali ti-
bi accidat, quod dij omen auertant, tecum unà pereo. Igitur ſi natura quoſ-
dam homines incitet ad peccandum, profectò eius impetus reprimi nõ po
» teſt. Et ut ne multorum hominũ uitia perſequar, ea quoque quæ bona qui-
» buſdam eſſe uidenť, quàm plurimos cõmouent ad iniuriam faciendã. Nam
» nobilitas generis, copia diuitiarum, amplitudo dignitatum, fortitudo ani-
» mi, & magnitudo potentiæ in errorem homines inducunt. Non enim po-
» teſt uir generoſus & nobilis uilis effici, nec fortis timidus: nec qui prudens
» eſt, ſtultus reddi poteſt. Iam hominibus facultates adimere, aut diminuere
» hominum ſtudia, præſertim ſi nihil deliquerint, nullo pacto oportet. Cùm
» enim ius nõ ſit eos ulciſci, aut cruciare, antequam peccauerint: nos ob eam
» cauſam moleſtia affici, ac malè audire neceſſe eſt. Age uerò mutemus ſen-
» tentiam, & quibuſdam ignoſcamus. mihi quidem uidetur multo plura cor-
» rigi poſſe humanitate & beneuolentia, q̃ ulla crudelitate. Etenim ij qui ue-
» niam dant, non ſolùm chari ſunt ijs quibus ſe miſericordes præbuerunt, ita
» ut illi ſtudeant his meritam gratiam et debitam referre: ſed etiam apud cæte
» ros omnes ſummo in honore ſunt, & coluntˉ ab omnibus, ita ut ijs iniuriam
» facere audeat nemo. Contrà autem homines irati atq; inexorabiles nõ tan
» tùm odio ſunt ijs à quibus timentur, ſed etiam ſunt reliquis omnib. permo
» leſti: ex quo fit ut ijs plerique parẽt inſidias, ne prius ipſi pereant. An non ui-
» des medicos quàm raro ueniant ad urendum & ſecandum, ne morbos effi-
» ciant grauiores, & ut eos perfuſionibus ac mitibus medicamẽtis curent at-
» que molliant. Nec uerò exiſtimare debes, inter morbos corporum & has
» animorum perturbationes intereſſe. Nam ea quæ corporibus accidunt, ſæ
» pe ſolent cum animis noſtris, quamuis incorporei ſint, conuenire: metu e-
» nim contrahuntur, ita turgeſcunt & tument: mœror quoq; quoſdã deijcit,
» alios inflat audacia, ita ut corpus & animus non multum inter ſe differant,
» & ob eam cauſam egeant conſimili medicina. Lenis enim et placida oratio
» ferocitatẽ reprimit, quemadmodũ aſpera manſuetũ hominẽ ferocem & in-
» feſtum facit: præterea data uenia immanem & ferum continet atq; coercet,
» non aliter atq; ſupplicium mitem & placidum incendit. nam facta uiolenta
» quamuis iuſtiſsima ſint, omnes concitant, manſueta uerò mitigant & rela-
» xant. Quocirca perſuadẽdo facilius unuſquiſq; eò adducetur, ut toleret ea
» quæ grauiſsima ſunt, quàm ſi coactus ſit. Adeò autem utriſque id naturane
» ceſſariò ineſt, ut etiam bruta animantia & rationis expertia, quæ robuſtiſsi-

ma

ma & ferociſsima ſunt,blanditijs quibuſdã manſuefiãt, et eſcis capiant̃,con- “
trà ca quæ timidiſsima ſunt, ac maximè imbecilla, dolore cõturbent̃ & me- “
tu,atq; in irã accendant̃. Neq; uerò id dico,oportere generaliter iniuſtis & “
nefarijs hominib.parcere:imò uerò temerarios, inquietos, ſceleratos, mala “
cõſilia agitãtcs, & poſtremò omncs quorũ uita ita eſt omnib.uitijs & flagi- “
tijs dedita, ut ſanari nequeãt, tollẽdos eſſe cenſeo,nõ ſecus q̃ eas partes cor “
poris, quibus medicina adhiberi nõ poteſt:cæteros uerò qui propter adole “
ſcentiam,aut imprudentiã,aut ignorantiã,alió ue caſu uolentes deliquerũt, “
aut inuiti,eos eſſe arbitror admonẽdos,et ꝓpoſitis minis cõtinẽdos,nõnul “
lis quoq; utendũ eſſe moderatè, quemadmodũ in reliquis ſceleribus alij a- “
lijs maiore pœna afficiunt̃. Quæ cum ita ſint,tibi licet in primis ſine pericu “
lo hæc facere mediocriter, ut alios exilio, alios infamia, nonnullos pecunia “
mulctes,urbesq́; quibuſdam,aut alia loca habitandi circumſcribas. Quine- “
tiam pleriq; hominũ iam reſipuerunt, quòd non eſſent ea quæ ſperauerant “
& diutiſsimè concupierant,conſecuti. Nonnulli quòd uiles & abiecti ac cõ “
tumelioſe eſſent habiti, facti ſunt meliores: quanuis nobiles & fortes uiri, “
antè quàm hæc patiantur, mortem ſibi anteponendam putent. Ex quo in- “
telligi poteſt cis non modò nõ eſſe leue id genus ſupplicij,ſed multò etiam “
grauius atq; moleſtius,nosq́; culpa uacuos tutò eſſe,& ſine periculo uictu- “
ros. Nunc autem multos uel cupiditate pecuniæ,uel timore uirium eorum, “
uel inuidia uirtutis interficere uidemur. Non enim facilè cuiquam perſuade “
ri poteſt, inſidias ab homine priuato & inermi fieri poſſe ei qui tantum im- “
perium obtineat,quiq́; ſit tam magnam potentiam conſecutus. Hæc quidẽ “
dicuntur à quibuſdam:ſed alij putant nobis plerunq; falſa pro ueris nuncia- “
ri,nosq́; eis temerè credere & imprudenter:aiuntq́; eos qui iſta uidẽt & au- “
diunt,adductos odio,ira, nonnunquam etiam accepta pecunia ab inimicis “
eorum, aut ab ijs ipſis de quibus loquuntur ipſis negata, multa confingere “
& comminiſci, commemorantes eorum non ſolum præterita & futura fa- “
cta, ſed etiam quædam ab alijs dicta eſſe renunciãtes,tacuiſſe alios,poſtea- “
quam audiuiſſent,riſiſſe,ploraſſe. Equidem poſſem enumerare ſexcenta e- “
iuſdem generis, quæ etſi ueriſsima ſunt, non tamen digna quæ à liberis ho- “
minibus inueſtigentur curioſius, aut tibi referantur. Nam ea ignorata tibi “
nullum damnum afferent:intellecta autem & cognita, te inuitum,quod mi “
nimè decet,ad iracundiam prouocabunt. Quæ cùm ita ſe habeant,plerique “
putant à nobis multos indemnatos, multos etiam confictis falſisq́; ſenten- “
tijs damnatos contra ius fasq́; interfectos eſſe. Non enim adhibita teſtimo- “
nia ut uera,non habitas quæſtiones,non ea quæ ſunt eiuſdem generis,con- “
tra eos admittunt,neq; approbant:quæ etſi ab illis magna ex parte non iu- “
re,ſed falſo dicuntur de ijs qui ſupplicio affecti ſunt, tamen uulgò circunfer “
ri ſolent. Atqui oportet Auguſte te non ſolùm nihil facere per iniuriam,ſed “
nec omnino facere uideri. Nam priuatis quidẽ hominibus ſatis eſt nihil de- “
linquere:principem uerò decet ne ſuſpectũ quidem eſſe: hominibus enim “
imperas, non bellųis, nec alio pacto uerè potes eorum animos ad beneuo- “
lentiam allicere, atq; id pariter omnibus perſuadere, quàm ſi nemini uolens “
inuitus'ue iniuriã feceris. Etſi enim ut alterum metuat, cogi aliquis poteſt, “
tamen ut amet, id ei perſuaderi neceſſe eſt. Cùm igitur uidet in ſe atque in “
alios beneficia conferri, facilè perſuadetur:cùm uerò putat quempiam non “
iure cæſum eſſe, mox ne idem ſibi eueniat, timet, cogiturq́; eum qui id fece- “
rit, penitus odiſſe. Odio autem eſſe ſubditis, præterquam quod bonum non “

» eſt,damnum quoq; affert & detrimentum maximum.Nam pleriq; arbitran
» tur neceſſe eſſe reliquis hominibus eos ulciſci, à quibus uel minimam iniu-
» riam acceperint,ne cõtemni aut ſuperari uideantur: principes oportere tan
» tùm in eos animaduertere,qui contra rempublicam committunt: eos uerò
» qui in ſe peccant, toleranter ferre. Non enim eis iniuriam fieri propterea
» quòd contempti atq; abiecti ſint, ſi quidem ſunt magnis multiſq; præſidijs
» & cuſtodijs muniti. Quæ cùm mihi perſpecta ſint atq; cognita, omnino id
» tibi conſilium do, ne uelis ob eam rem quenquam iſtorum occidere. Nam
» principatus propter ſalutem ſubiectorum conſtituuntur:ut ij nullum dam-
» num capiant non modò ab alienis,ſed neq; à ſuæ gentis hominibus,non au
» tem ut à ſuis principibus uexentur & affligantur: multoq; eſt profectò ma-
» gnificentius atq; glorioſius multos ciues conſeruare poſſe, quàm occidere.
» Quamobrem ij ſunt inſtituendi continendiq; legibus, beneficijs, admoni-
» tionibus,ut modeſti ſint & prudentes,tum uerò uſq; adeò diligenter obſer
» uandi & cuſtodiendi, ut ſi maximè iniuſti eſſe cupiant, tamen non poſsint:
» qui uerò infirmi ſunt atq; imbecilles, ſanari debent quodammodo & reſti-
» tui,ne omnino corrumpãtur.ferre autem multorum hominum delicta,ma-
» gnæ prudentiæ eſt atque potentiæ.Quòd ſi quis omnibus ſceleribus iuſtas
» & debitas pœnas conſtituat,is certè magnam partem hominum breui tem
» poris ſpacio uidebitur perdidiſſe. Quamobrem te Auguſte hortor & mo-
» neo,ne de iſtis capitale ſupplicium ſumas, ſed alia ratione caſtiges, ut nul-
» lum graue ſcelus in poſterum committant. Quid enim, obſecro te, peccare
» poterit is qui erit in inſulam deportatus, aut in uilla ciuitate'ue aliqua con-
» cluſus,nõ ſolùm deſtitutus multitudine famulorum, & copia pecuniarum,
» ſed etiam in cuſtodia retentus, ſi res ita poſtulet? Quòd ſi propè hoſtes ad-
» eſſent, aut ſi aliqua pars huius maris à nobis eſſet aliena, ut qui nobis dam-
» num attuliſſent,poſſent eò perfugere:aut ſi eſſent in Italia ciuitates firmiſsi-
» mis muris ſeptę ac telis munitę,ut qui eas cepiſſet,eũ nobis metuendũ puta
» remus,alia eſſet ineũda ratio:nunc aũt cùm omnia loca ſine armis ſint, & pa
» rũ munita ad bellũ gerendũ, abſintq; hoſtes longiſsimè,diſiũcti à nobis lon
» go maris interuallo,terræq;,fluminũ ac montiũ qui nequeũt ſine magno la-
» bore trãſiri,quis eos metuat nudos,inermes,& priuatos homines in medio
» regni tui poſitos,ac in tuis armis cõcluſos? Equidẽ arbitror neminẽ unquã
» hæc in animũ inducere,aut quãtũuis furore exardeat,perficere poſſe.Quas
» ob res hinc capiamus exordium, & periculum faciamus.Eo pacto & illi for
» taſſe conſilium mutabunt, & cæteros efficient meliores. Primûm uide Cor
» nelium nobilem & clarum uirum:deinde tecum,ut decet omnem hominẽ,
» reputa,gladium nõ eſſe omnia tibi confecturum. Etenim magna eſſet eius
» utilitas atq; commoditas, ſi is poſſet prudentes homines facere, perſuade-
» re,cogereq;,ut uerè aliquem diligãt. At is profectò dum corpus duntaxat
» alicuius occidit, à nobis reliquorum animos alienat,nec ſunt homines ami-
» ciores cuiquam propter aliorum ſupplicia:ſed quòd timent, infeſti atq; ini-
» mici fiunt,idq; certum eſt & exploratum.Si autem homines ueniam conſe
» cuti ſint,pœnitentia atq; pudore adducti, non modò nòn audent ijs à qui-
» bus beneficium acceperũt,iniuriam facere, ſed etiam plerunq; beneficium
» remunerantur,quòd ſperãt ſe multò maiora accepturos:Etenim qui eſt ſal-
» uus & incolumis ſeruatus ab eo cui ipſe iniuriam intulit, putat eundem ac-
» cepto ab ſe beneficio,nihil eſſe omnino ſibi negaturum.Quamobrem mihi
» crede uir chariſsime,ſine te perſuaderi,& muta ſententiam:hoc enim pacto

uideberis

uideberis omnia quæ grauia fuerunt & moleſta, neceſsitate coactus & inui “
tus feciſſe, propterea quòd non poteſt Reſpublica uſq; adeò magna & po- “
tens in regnum mutari ſine ſanguine: ſi autem manebis in propoſito, ſuſce- “
ptoq; conſilio, uideberis profectò illa libenter ſtudioſeq; feciſſe. Hac ora- “
tione Liuiæ permotus Auguſtus, reos omnes uerbis admonitos dimiſit,
deſignauitq; poſtea Cornelium Conſulem, atq; in poſterū non eum ſolùm,
ſed etiam reliquos omnes tanto ſibi amore coniunxit, ut nemo amplius ei
uerè inſidias faceret, aut omnino facere uideretur. Cornelio autem & Va-
lerio Meſſala Conſulibus magni terręmotus facti ſunt. Tiberis pontem diſ- *Tiberis exundatio.*
turbauit, fecitq; ut urbs ſeptem dies nauigaretur. Alebantur eadem tem-
peſtate tres & uiginti legiones populi Romani, ex quibus noſtris tempo- *Exercitus populi Romani.*
ribus tantùm decem & nouem ſuperſunt. Earum ſecūda Auguſtalis nomi-
nata hybernat in ſuperiore Britānia. Tertiæ tres ſunt: Gallica in Phœnicia,
Cyrenaica in Arabia, Auguſtalis in Numidia. Quarta Scythica in Syria.
Quinta Macedonica in Dacia. Sextæ duæ, quarum altera uictorum ap-
pellata eſt in inferiore Britannia: altera ferrea, in Iudæa. Septima in Myſia
ſuperiore: huic Claudianæ nómen eſt. Octaua Auguſtalis in Germania ſu-
periore. Decima in ſuperiore Pannonia: ea Gemella appellatur, quòd con
ſtet ex duabus legionibus permixtis inter ſe & confuſis. Vndecima Clau-
diana in Myſia inferiore: habuere enim duæ legiones nomen à Claudio,
propterea quòd ei in ſeditione Camilli non reſtiterunt. Duodecima fulmi-
nifera in Cappadocia. Decimatertia in Dacia, gemella. Decimaquarta in ſu
periore Pānonia. Decimaquinta Apollinaris eſt in Cappadocia. Poſtrema
eſt uigeſima, ij Valeriani & Victores appellantur: hæ reſtant ex Auguſti le
gionibus, cæteræ diſperſæ & omnino ſublatæ, aut cum alijs permixtæ ſunt,
quę ob eam cauſam credūtur gemellę eſſe nominatę. Aluntur inſuper ſtipa
tores, qui in decem partes diſtribuuntur. Sex autem millia hominum collo
cata in præſidijs urbis, diuiduntur in partes quatuor. Delecti ſunt etiam e-
quites peregrini, ac extraordinarij, nominati Bataui à Batauia, quæ inſula *Bataui.*
eſt in Rheno flumine. hi ſunt equites optimi. Igitur Auguſtus, cùm ei ma-
gna pecunia opus eſſet ad alendos tot exercitus, iuſsit dari ſibi uigeſimam *Vigeſima.*
partem hæreditatum, legatorum ac donationū, quæ mortis cauſa fiunt, niſi
ſi qua eſſent proximis agnatis, aut pauperibus hominib. relicta: idq; fecit,
quaſi in commentarijs Cæſaris hoc genus tributi ſcriptum repeteriſſet. Qua
re conturbatus eſt populus Romanus, & quòd tanta fame afflictus eſſet, ut
gladiatores & uenales ſerui expulſi fuerint ab urbe ultra quatuor & nona- *DCCL. ſtadia.*
ginta millia paſſuum, Auguſtusq; & cæteri magnam partem famulorū ſuo-
rum dimiſerint, ac iuſtitium indictum ſit. Poſtquam fames ceſſauit, Augu-
ſtus Germanici (is erat Druſi filius) atq; fratris eius nomine ludos Circen
ſes fecit, in quibus elephantus ſuperauit rhinocerotem, & uir equeſtris or-
dinis, qui fuerat olim locupletiſsimus, obijt munus gladiatorum. Cùm autē
non poſſet Cæſar propter ſenectutem atq; imbecillitatem corporis omni-
bus qui auxilio eius indigebant, reſpondere, ſedens ius dicebat in palatio
pro tribunali, negotijs cum aſſeſſoribus ſuis communicatis: permiſitq; tri-
bus uiris conſularibus, ut legatos regum populorumq; qui ad ſe uenirent,
ipſi ſinguli audirēt ſeparatim, ijsq; reſponderent: niſi fortè quædam accide
rent, in quibus ſuo & Senatus decreto opus eſſet. Per id tempus cùm Ger- *Germanicus in Dalmatia.*
manicus Druſi filius eſſet in Dalmatia cum exercitu, obſideretq; munitum
aliquod oppidum, nec poſſet id capere, Pulio eques Germanus iactu lapi-

dis in murum ita pinnam eius cõcuſsit, ut ea ſtatim ceciderit, traxeritq́ ſe-
cum hominem, qui tum fortè ad eam adhærebat. Quo facto, cæteri obſtu-
pefacti ac timore perterriti, relicto muro in arcem confugerunt, eamq́ po
ſtea ſeq́ ipſos dediderunt. Cùm autem Bato, qui Dalmatis defectionis au-
tor fuerat, & Romanis magna damna attulerat, tandem aliquando ad Ti-
berium ueniſſet pacis componendæ gratia, ac poſtero die cum eo ſedente
in tribunali colloqueretur, eum Tiberius ita interrogauit, Dic, inquit, quam-
obrem uiſum eſt uobis deficere, tantoq́ tempore nobiſcum bellũ gerere?
Is reſpondit: Vos, inquit, cauſam dediſtis, qui ad greges ueſtros cuſtodien-
dos non canes mittitis aut paſtores, ſed lupos. Tum Dalmatia uenit in di-
tionem populi Romani.

DIONIS LIBER LVI.

Quintilius Varus. Sed idem populus incidit in graue caſum in Germania. (ei præerat Quin-
tilius Varus) Nam Germani quantiſper paulatim, ac ratione & cautela ad-
hibita dediſcebant mores & inſtituta patriæ, eatenus mutatione uitæ non
grauabantur, quam ne animaduertebant quidem. At poſtquam Varus, qui
Quintilij Vari in Germanos crudelitas. Syris præfectus fuerat, imperium Germaniæ accepit, & ad eam gentem im-
mutandam ſubitò animum adiecit, cepitq́ Germanis perinde atque ſeruis
imperare, & pecuniam tanquam à ſubditis exigere: Germani id ferre non
potuerunt. Neq́ tamen defecerunt apertè ac palàm, ſed ſimulata beneuo-
Aſtuta à Romanis defectio Germanorum. lentia. Cumq́ is exercitum contra quoſdam Barbaros duceret, ad eum ue-
nerunt, quaſi ſocij futuri eſſent ei ad bellum gerendum. pòſt eum nihil tale
cogitantem inuadunt in locis quibuſdam difficilimis, & circun ſtantes un-
dique iaculantur, quoad exercitus populi Romani, qui neque ſibi auxi-
lio eſſe, neque ſe fugæ mandare poterat, interijt, Varusq́, & qui cum
eo erant clariſsimi uiri mortem ſibi conſciuerunt. Auguſtus cognito Va-
ri caſu, ueſte ſubitò diſciſſa, magno in mœrore fuit, partim propter eos qui
interierant, partim quòd ei Germani magnum timorem inijcerent, quos
uerebatur non ſolùm in Italiam, ſed etiam Romam properè eſſe uenturos.
** Dio melius pro urbem, urbanum exercitum habet.* neq́ enim ullã * urbem munitam reliquam habebat, & ſocij omnes qui o-
pem ferre ei potuiſſent, magnis erant incommodis affecti: tamẽ ut tum po-
tuit, ex rebus præſentibus parauit omnia. Sed poſtquam nemo eorum qui
per ætatem bellũ gerere poterant, conſcribi uoluit, iuſsit eos ſortiri, ac quin
tum quenq́ ex ijs qui nondum quinq́ & triginta annos attigiſſent, ex ijs au
tem qui eſſent natu grandiores, decimum quemq́ ſorte lectum priuauit fa
cultatibus, & notauit ignominia: & poſtremò cum plerique ne ſic ei obtem-
perarent, nõnullos interfici iuſsit. Tum coacto ueteranorum libertorumq́
quàm maximo potuit numero, eos cum Tiberio contendere in Germaniã
celeriter iubet. Sed poſt quam intellexit aliquot milites ſaluos et incolumes
euaſiſſe, nec audere hoſtes ad Rhenum uſque uenire, magno timore libera-
Cautum, ne uates de morte cuiuſquam reſpondeant. tus eſt. His rebus in hunc modum geſtis, uatibus prohibitum fuit, ne cui-
quam remotis arbitris, aut etiam præſentibus de morte reſponderent: quã-
quam Auguſtus ea quæ ad ſe pertinebant, adeò parui faciebat, ut deſcriptũ
ſtellarum ordinem, ſub quibus natus erat, palàm omnibus oſtenderet. Cùm
ſenex eſſet, Germanicum Senatui, & Senatum Tiberio per literas commẽ-
dauit, quas non ipſe legit in Senatu, (uoce enim deſtituebatur) ſed Ger-
manicus, ut ſolebat antea: deinde propter cladem Germanicã, ut aiebat, pe-
tijt à patribus, ne ſe amplius domum uenirent ſalutatum: ne'ue moleſtè fer-
rent, ſi eis in reliquum tempus epulum nõ daret: nam tum eum, quoties ſe-
debat

debat in foro, interdum etiam in Curia, quoties ueniret in Senatum, aut inde diſcederet, plurimum ſalutabant. Iam uerò in palatio id non modò faciebat Senatus, ſed etiam equites ac plebei multi, ſedente eo, ac nonnunquam iacẽte. Auguſtus rurſum quinto decennio ſuſcepit curam & adminiſtrationem reipublicæ, L. Munatio & Caio Silio Cõſulibus. Hic propter ſenectutem, qua ingraueſcente perrarò ueniebat in Senatum, petijt uiginti conſiliarios annuos, nam antea quindecim tantũ adhibebat in ſex menſes. Cumq; uigeſima omnes ferè grauari intellexiſſet, ratus eos ob eam cauſam eſſe aliquid noui molituros, literis ad Senatũ miſsis petijt à Patribus, ut alia genera tributorum quærerent: id faciebat, non quò uellet uigeſimam remittere, ſed ut eam nullo præterea tributo inuento magis idoneo & accommodato abſq; ulla eius calumnia comprobarent: atq; ut ne ſuſpicarentur Germanicum & Druſum, cùm de ea re ſentẽtiam dicerent, id iuſſu ſuo facere, ideoq; eam nihil præterea diſcutientes aut examinantes admitterent, utriq; ne ſententiam diceret, interdixit. Itaque à pleriſq; dicta ſunt multa, eiq; per literas ſignificata. Ex quib. ubi intellexit eos paratos eſſe, omnia potius quàm hæc perpeti, tributũ ex ædibus agriſq; conferri iuſsit: neq; tamen definiuit, quãtum aut quemadmodum perſolui uellet: ſed aliquot homines miſit in diuerſas partes orbis, à quibus prædia priuatorum hominum, atq; adeò ipſarum ciuitatum deſcriberentur, ut metu damni incommodiq; maioris mallent uigeſimam ſoluere, id quod euenit. Dum hæc ita ab Auguſto gererentur, accidit ludis Auguſtalibus, qui natali die ipſius fiebant, ut quidã furioſus homo conſederit in ſella, quæ Iulio Cæſari poſita & conſecrata fuerat, eiq; cocoronam ademerit, ſibiq; impoſuerit, quæ res in Auguſtum nonnihil portendere uiſa eſt, idq; uerum eſſe conſtitit poſtea. Nam ſequenti anno Auguſtus profectus in Campaniam, ludis apud Neapolim factis, Nolæ mortuus eſt, Sexto Apuleio & Sexto Pompeio Cõſulibus. Id ei multis prodigijs antè denunciatum fuit, nec paruis ijs quidem aut difficilibus ad intelligendũ, quòd ſol totus hominib. deficere, & cœli magna pars ardere uiſa eſt, quódque ignitæ trabes cadere de cœlo, & ſanguinolẽti cometæ uiſi ſunt. Cumq; Senatus decreuiſſet, ut publicè ſupplicaretur propter eius ualetudinem, curia clauſa reperta eſt, buboq; qui ſuper eam conſederat, cecinit: & fulmen quod cecidit in ſtatuam eius poſitam in Capitolio, primam literam è nomine Cæſaris deleuit. Ex quo aruſpices reſponderunt, eum * centeſimo pòſt die participem fore alicuius diuinitatis: idq; conijciebant ex eo, quòd prima litera eius nominis, centũ apud Latinos, reliqua pars Hetruſco ſermone Deum ſignificabat. Itaq; Auguſtus morbo extinctus eſt. Neq; tamẽ abeſt ſuſpicio, quanquam mihi non ſit ueriſimile, Liuiam ei mortem attuliſſe. Ea enim uerita (ut aiunt) ne Agrippam filium Agrippæ in urbem reuocaret, ad principatum ei relinquendum, (is tum exulabat in quadam inſula) ficus pendentes adhuc in arbore, quas Auguſtus manu ſua decerpere conſueuerat, illiuit ueneno: cumq; ipſa cum Auguſto comederet eas quæ illitæ non erant, ei uenenatas offerebat. Sed poſtquã ex hac cauſa uel alia in morbum incidit Cæſar, conuocatis amicis, expoſuit ea quæ neceſſaria eſſe uidebantur: tandemq;, Vobis (inquit) urbem, quam latericiam accepi, marmoream relinquo. quod ipſe non ad magnificentiam ædificiorum, ſed ad amplitudinem & magnitudinem imperij retulit. Poſtremò petijt ab ijs, ut plauderent, quemadmodum ab hiſtrionibus fieri ſolet mimo peracto, eoq; pacto humanæ uitæ conditionem riſit, Mortuus eſt XIIII Cal. Septembris,

Quintũ decennium principatus.

Orbis deſcriptio.

Ludi Auguſtales.

Auguſtus Nolæ moritur.

Prodigia.

Sic legendum oſtendi apud Dionem.

Liuiæ in Auguſtum maritum impietas.

Vrbs marmorea pro latericia.

Anni uitæ Augusti.
quo die primùm Cõſul factus fuerat, uixitq́ annos ſeptuaginta quinq́, mẽ
ſes decẽ, dies XXVI. erat enim nono Cal. Octobris natus. Regnauit, poſt-
quam uictoria potitus eſt apud Actiũ, quatuor & quadraginta annos, die-
bus tredecim exceptis. Mors eius non eſt ſubitò cognita, quòd eam, cùm
Augusti Cæſaris mors aliquandiu celata.
adhuc Tiberius eſſet in Dalmatia, Liuia metuens ne fieret aliqua ſeditio, ce
lauit, quouſq́ Tiberius ueniſſet. Augusti corpus primarij ſingularum ciuita
tum Nola uiciſsim exportauerunt: cumq́ Roma non longè abeſſet, ipſum
equites Romani de nocte in urbem intulerũt. Fuit poſtridie eius diei Sena-
tus, in quem cæteri uenerunt equeſtri ueſtitu, magiſtratus Senatorio, niſi q
purpura prætextas ueſtes nõ habebãt. Tiberio, Druſoq́ filio eius toga pul-
la erat, qualis ſolet in iudicijs geſtari: ab utroque thus eſt adhibitũ in ſacrifi
cio. tibicinem intereſſe noluerunt. Sedebat quiſque ferè in quibus locis an-
tea cõſueuerat. Conſules ſedebant in ſubſellijs inferioribus: unus in ijs quæ
Prætorum, alter in ijs quæ tribunorum plebis ſunt. Poſt hæc quidam Poly-
bius Cæſarianus tabulas teſtamenti eius recitauit, quòd eas non deceret Se
Teſtamentum Augusti.
natorem legere, in eoq́ teſtamento Tiberius ex beſſe, Liuia ex triente, ut
nonnulli putant, hæredes ſcripti erant. nam Auguſtus, ut eam augeret ſuis
facultatibus, petiuerat à Senatu, ut liceret ſibi tantundem ei etiam cõtra le-
ges relinquere. Ab his hæredib. ſcriptis multa prædia magnamq́ pecuniã
pleriſq́ hominibus propinquis ſuis & extraneis legauit: nec Senatoribus
ſolùm, ſed etiam equitibus regibusq́: ad hæc reliquit populo Romano qua
Mille myriades drachmarum.
dringenties ſeſtertiûm. Sed et militibus legata reliquit: prętorianis quidem
uiritim CCL denarios: ijs autem qui erant in præſidijs urbis collocati, ſingu
LXXV. drach.
lis eius ſummæ dimidium: cæteræ multitudini urbanæ trecenos ſeſtertios
uiritim dari iuſsit. Præterea mandauit, ut quæ ſibi hæreditas teſtamento ob
ueniſſet à parentibus filiorum impuberum, ea cum fructibus perceptis reſti
tueretur ijs, cùm ad uirilem ætatem perueniſſent: quod ipſe uiuus faciebat.
Nam quoties ſuccederet ei, cui eſſent liberi ſuperſtites, ſiquidem tum erant
adulti, ſtatim eis omnem hæreditatem reſtituebat: ſin minus, ubi adoleuiſ-
ſent. Cumq́ talem ſe præſtaret erga liberos alienos, tamen filiam ſuam non
reduxit ab exilio, licet eam donatione quarundam rerum honeſtauerit: ſed
uetuit, ne in ſuo monumẽto ſepeliretur. Hæc cùm eſſent ex teſtamento co-
Libri quatuor.
gnita, allati ſunt libelli quatuor, quos Druſus legit: in quorũ primo ſcripta
erant ea quæ ad funus pertinebant. Secundus continebat res omnes ab eo
geſtas, quas in columnis æneis ad ſepulchrum ſuum collocatis inſculpi iuſ-
ſit. In tertio erant ea quæ ad milites, quæ ue ad redditus ſumptusq́ publi-
cos, & ad eam pecuniam ac theſauros, cæteraq́ eiuſdem generis ſpectabãt,
quibus principatum, quem habebat, tueretur. In extremo præcepta manda
Præcepta Cæſaris.
taq́ dabat Tiberio, atq́ reipublicæ, præſertim, ne multis libertatem daret,
quo minus urbẽ multitudine cuiuſuis generis implerent, utq́ paucos dona
rent ciuitate, quò plurimũ differrẽt ab ijs quos haberent in poteſtate. Præ-
terea monebat, ut Rempub. cõmitterent ijs qui uſu & experientia rerũ plu
rimũ poſſent, nec eam ſinerẽt ullo tẽpore pendere ex unius cuiuſquã uolun
tate, ne fortè is in regni cupiditatẽ ueniret, aut ne aduerſa paſſo eo Reſpub.
periclitaretᷣ: cõſulebat, ut cõtenti rebus præſentibus, augere & dilatare im-
periũ nollẽt, quòd futurũ eſſet ut id tuerenᷣ difficilius, immineretq́ pericu-
lum, ne quę iam parta erãt, amitterẽt. id quod ab eo nõ uerbis modò, ſed re
etiã fuerat obſeruatũ: nam cum poſſet ex barbaris nationib. multo plura ac
Funus Cæſaris.
quirere, id noluit, Poſtquã huiuſmodi præcepta recitata ſunt, funus ducitᷣ.

Erat

Erat lectus ex ebore & auro factus, ornatus ſtragulis purpureis atque auro intextis, ſubter quæ tanquam in feretro corpus eius iacebat occultum. Ante omnia ſtatua cerea ueſtitu triumphali uidebatur, eaq́ ferebatur ex Palatio ab ijs qui erant in ſequenti anno magiſtratus futuri: deinde ex Curia, altera aurea: tertia curru triumphali uehebatur, ſubſequebanturq́ ſtatuæ maiorum ipſius atque propinquorum, qui è uita diſceſſerant, uno tantùm Cæſare excepto, propterea quòd eſſet in numerum heroum relatus. Ferebantur deinde ſtatuę ciuium Romanorum, quicunq́ principatum unquam tenuerant, capto ab ipſo Romulo exordio: ſed & quædam Pompeij Magni ſtatua ferri uiſa eſt. Aderant etiam omnes prouinciæ pictæ atque nationes, quæ partę ab eo fuerant & deuictę. Poſt hæc lectus ſiſtitur in roſtris, ubi ſolebat haberi concio, de quo loco ubi Druſus legiſſet nõnulla, Tiberius Auguſtum pro roſtris, quæ Iulia nominantur, apud populum decreto Senatus laudauit. Tum qui lectum antea ferebant, eundem tulerũt porta triumphali, ut ſenatus decreuerat. Aderat autem ſenatus præſens, mortuumq́ pariter efferebat: aderant quoq́ omnes equeſtris ordinis, eorumq́ uxores, intererant prætoriani milites, cæteriq́ omnes ferè, qui tum in urbe erant. Cùm eſſet impoſitus in rogum extructũ in campo Martio, eum primò cuncti ſacerdotes circumeunt: deinde equites: pòſt ij qui magiſtratu fungebantur: poſtremò cæteri milites qui erant in præſidijs urbis, concurrunt, præmiaq́ uictoriæ quæ acceperant ob præclara facinora, dum in eius exercitu militarent, in eum conijciunt. Rogum centuriones poſtea admotis facibus incendunt. is comburitur: mox aquila ex rogo dimiſſa, quaſi animum Auguſti in cœlum ferret, euolauit. Peractis his rebus omnibus, cæteri abeunt. Liuia in eodem loco cum primarijs equitibus manſit dies quinq́, oſſaq́ eius collegit & ſepeliuit. Viri in luctu fuerunt perpaucos dies, ut erat cõſuetudo: matronæ eum decreto Senatus annum luxerũt. Et quanquã pauci reuera mortem eius doluerunt in præſentia, tamen omnes poſtea ſunt in maximo mœrore uerſati. Erat enim Auguſtus omnibus affabilis, multosq́ mortales pecunia adiuuabat, amicos omnes habebat in honore, eorumq́ libertate loquendi lætabatur & gaudebat. Quibus rebus argumẽto eſt Athenodorus, qui cùm in cubiculum eius lectica pro muliere uectus eſſet, tenensq́ pugionem in manu de ea deſiluiſſet, atque ita dixiſſet, Non times, inquit, ne te aliquis eodem modo ingreſſus interficiat: Auguſtus non modò ei non eſt iratus, ſed etiam gratias egit. Quæ cùm de eo, aliaq́ permulta commemorarentur, tum illud in primis, eum nunquam ijs à quibus erat affectus moleſtia, iratum grauiter & intemperanter fuiſſe, fidemq́ ſeruaſſe pepetuò, ijs etiam qui id non mererẽtur. Nam cùm Coracotæ latroni inſigni in Hiſpania principiò ita fuiſſet infenſus, ut edixiſſet ſe ei qui Coracotã uiuum cepiſſet, daturum decies ſeſtertiûm, poſtquam is ultrò uenit, non modò ei nullum damnum attulit, ſed etiam pecuniam dedit, eumq́ locupletauit. Itaque Romani adducti his rebus omnibus, Auguſtum luxerunt, ſed in primis quòd regnum cum Republica permiſcuerat, libertatemq́ conſeruauerat, ſeq́ ita ornauerat, & ſecuros reddiderat, ut populi temeritate, & tyrannorum iniurijs liberati, ſimul in moderata libertate atque regno quietam & ſecuram uitam agerent, regerenturq́ ſine ſeruitute, & abſq́ ulla ſeditione Rempublicam obtinerent. Quòd ſi qui etiam recordabantur ea quæ ſuperioribus bellis ciuilibus facta fuerant, tamen eorum omnium culpam in tempora & neceſsitatem conferebant, putabantq́ ex eo tempore eſſe animũ eius ſpectandum

Statua Pompeij Magni in funere Auguſti.

Tiberius laudat Cæſarem.

Mulieres annũ luxere.

Athenodori factum.

Coracotã latro.

XXV. myriades drach.

dum

dum ex quo cepit ſine controuerſia regno potiri. Maximè uerò ei contulit ad gloriam diuturnitas principatus: etenim complures qui fuerant in Republica potentiſsimi uiri, mortem iam obierant, quorum poſteri ignorantes qualis ſtatus Reipublicæ fuiſſet, cõtentiq; rebus præſentibus, in quibus erant educati, non ſolùm ex ijs nullam moleſtiam capiebant, ſed etiam eorum cõſuetudine delectabantur. uidebant enim potiora eſſe ijs quæ ex maioribus audiuerant, longeq; tutiora. Quas res etſi uiuo Auguſto non ignorabant, tamen eodem uita functo eas penitus perſpectas planeq; cognitas

Hominum ſtulticia.

» habuerunt. Quippe ea ſolet eſſe, neſcio quomodo, hominum natura et con» ditio, ut quandiu fortunæ muneribus fruuntur, non tam felicitatem agno» ſcant, quàm afflicti & calamitoſi eandem requirant atq; expetant. id quòd accidit Auguſti temporibus: cuius deſiderio, poſtea quàm eſſent Tiberiũ haud eius ſimilem experti, omnes tenebantur. Tantum enim hi duo diſcrepabant inter ſe, ut quibuſdam nõ abfuerit ſuſpicio, Auguſtum ob eam cauſam Tiberium, cuius mores habebat cognitos, de induſtria ſucceſſorem reliquiſſe, quò ipſe maiorem gloriam cõſequeretur. Cùm autem Auguſto populus Romanus æternitatẽ immortalitatemq; donauiſſet, ei Liuiam, quæ

XXV myriades drach.
Numerus.

tum Auguſta nominabatur, ſacerdotem creauit. Dedit Liuia decies ſeſtertiûm cuidam Numerio Attico, Senatori & Prætorio uiro, quòd is iuraſſet, quemadmodum de Proculo Romuloq; traditum eſt, ſe Auguſtum, cùm in cœlũ aſcẽderet, uidiſſe. Eidem Auguſto ſanũ in urbe decretũ eſt, idq; Liuia poſtea & Tiberius ædificauerunt. Fuere quoq; alia ædificata in pleriſq; locis, partim aſſentiẽtibus populis & approbantibus, partim etiam contra eorum uoluntatem. Aedes quoq;, in qua Nolæ mortuus eſt, ei fuit cõſecrata, decretumq; fuit, ne ſtatua ipſius in funere cuiuſquam deferretur, atq; ut Tri

Auguſtales ludi.

buni plebis, quòd eſſent ſacroſancti, ludos Auguſtales facerent. Hæc facta ſunt Auguſti temporibus.

TIBERIVS.

DIONIS LIBER LVII.

Tiberius in occultandis affectibus uafer.

TIBERIVS patricius erat, et doctus, ſed ingenio & moribus peculiaribus, rariſq;. Nam ita omnes animi affectus occultabat, ut quæ cupiebat, nunquam ferè diceret, pugnaretq; cum oratione uoluntas eius & deſiderium. Id enim diffitebatur, quod expetebat maximè, & quod oderat, diſsimulabat. Iraſcebatur nulla re conturbatus: iratus, tranquilliſsimo æquiſsimoq; animo eſſe putabatur. commiſerabatur eos, in quos grauiter animaduertebat, & quibus ueniam dabat, ſuccenſebat nonnunquam. ſic amplexabatur inimiciſsimos homines, ut ſibi familiariſsimos & coniunctiſsimos: cõtrà autem cum amiciſsimis non aliter ſe gerebat, quàm cum a-

Principũ conſilia ſecreta eſſe oportere.

lieniſsimis hominibus. Denique putabat principis animum nemini cognitum eſſe oportere. Quòd ſi id in Tiberio tantum fuiſſet, cauere ſibi ab eo nemo, cui cum ipſo res fuiſſet, potuiſſet: cùm omnia contrario atq; is ſenſiſſet modo accipiens unuſquiſq;, eo quæ is nolebat, uelle, & non cupere ipſum ea quę maximè expetebat, iudicaſſet Sed præter ea quæ ſuprà dixi, grauiter ferebat, dum ſuſpicabatur aliquem eſſe conſcium & participem cõſiliorum ſuorum, multoſq; non aliam ob cauſam interfici iuſsit, quàm quòd ſentiret ab ijs uoluntatem ſuam animaduerſam & perſpectam eſſe. Itaq; is ſolus fe-

rè tutus erat (quod tamen perrarò accidit) qui neq; ingenium eius ignoraret & mores, neq; patefaceret cognitos. Nam eo pacto qui ei parérent, non decipiebantur, nec própterea in odium eius ueniebant, quòd oſtenderent ſe ea quæ ageret, percepiſſe. His moribus præditus Tiberius, ſicut Imperator, non modò ad exercitum, ſed etiam ad nationes omnes Roma literas miſit, in quibus tamen non ſcripſit ſe Imperatorem, propterea quòd id nomen ſibi unà cum cæteris nominibus decretum à Senatu repudiauit, hæreditatemq; Auguſti, non cognomen admiſit. Sed cùm iam haberet ſtipatores ſui corporis, tamen petiuit à Senatu ut ſibi opem ferret, ne quam iniuriam pateretur. Quod facetè quidam interpretatus, cenſuit cuſtodiam ei, quaſi nullam haberet, dari oportere: à quo Tiberius poſtquam irrideri ſe cognouit, non ſuos eſſe milites reſpondit, ſed populi Romani. Cumq; hæc ageret, adminiſtraretq; omnia quæ pertinerent ad principatum, tamen eo ſe negabat indigere, quem primò tum propter ætatem (natus erat annos ſex & quinquaginta) tum propter ſenſum oculorum hebetem & imbecillum (noctu enim plurimum, interdiu parum uidebat) omnino negabat ſe uelle: pòſt autem ſocios quoſdam petijt et collegas, non quidem rerum omnium, ut fit in ea republica cuius poteſtas penes paucos eſt, ſed totius in tres partes diuiſi principatus, quarum unam haberet ipſe, collegæ reliquas. Earum partium una erat Roma cum cætera Italia: altera exercitus: tertia reliqui omnes, qui ſunt ſub imperio Romano. Cumq; inſtaret ut id ſibi concederent, illi negarent contenderentq; ab eo, ut omnibus imperaret, Aſinius Gallus utens, plus quàm ſibi utile fuiſſet, patria loquendi libertate, Opta igitur, inquit, quam partẽ uelis. Huic Tiberius ita reſpondit, Quî fieri poteſt, inquit, ut is optet, qui ipſe partes faciat? Gallus, ut cognouit ſe ob hanc cauſam in periculo uerſari, cepit eum lenire ſermone, atq; ita reſpondit, Non, inquit, hæc à me dicta ſunt, ut tu tertiã tantummodo partẽ habeas, ſed id propterea tibi propoſui, quòd principatus diuidi nullo pacto poſsit. Tiberiũ tamẽ uerè nihilo magis placauit, ſed acceptis poſtea multis & grauibus incõmodis, ad extremũ occiſus eſt. Iam enim ei antè odio erat, ꝙ eam quę à Tiberio dimiſſa fuerat, ipſe poſtea uxorẽ duxiſſet, quodq; Druſum tanq; filiũ ſuum tractaret. Sed cùm milites, qui tum erant in Germania, animaduerterẽt Germanicũ & Cæſarẽ eſſe, & patre ſuo meliorẽ, Tiberio maledicere, Germanicũ Imperatorem nominare ceperunt. Cum his Germanicus egit pluribus uerbis, ne id facerent: pòſt ubi uidet eos nõ poſſe de ſententia dimoueri, gladium, tanquam ſibi mortem inferre uellet, diſtrinxit. Tum ei unus è militibus gladium ſuum offerẽs, Tu uerò potius, inquit, hunc meum accipe, eſt enim acutior. Hanc ſeditionem militũ Germanicus uix tandem ſedare potuit. Tum Caius Caligula filius eius (nam id ei cognomen erat, propterea quòd cùm eſſet magna ex parte in exercitu educatus, caligis militaribus pro urbanis utebatur) à militibus retentus eſt. Itaq; Germanicus cùm ſummum poſſet adipiſci principatum, (beneuolentia enim populi Romani, atq; ſubditorũ omniũ omnino erat in eum propenſa) noluit. Quare Tiberius eum, eiusq; uxorem Agrippinam magnis laudibus affecit. Vtrunq; enim ſuſpectum habebat, propterea quòd Agrippina erat fœmina magni animi. Igitur Tiberius, quouſq; Germanicus uixit, principatum obtinuit modeſtius atq; moderatius. pauca enim faciebat ex ſeſe, uel nihil potius, ſed de minimis quibuſq; rebus referebat ad Senatum, cum eoq; communicabat omnia, & conſiliarios, ut Auguſtus conſueuerat, capiebat. Cumq; ſuam ipſe ſententiam

Imperatoris nomen recuſauit Tiberius.

Diuidere uoluit principatũ in tres partes.

Aſinius Gallus.

Punita loquendi libertas.

Militum amor in Germanicũ.

Vnde Caius uocatus ſit Caligula.

Tiberius conſilia ſua alijs libenter communicauit examinanda.

dixiſſet,

dixiſſet, non modò dabat poteſtatem omnibus, ut contra ſe dicerent, ſed etiam facta ſæpenumero decreta in contrarium, æquo animo ferebat. Interdum palàm ſuam ſententiam proponebat, ſæpe ita dicebat, ne libertatẽ eis eripuiſſe uideretur: Si mihi ſtatuẽdum aliquid fuiſſet, hæc aut alia expoſuiſſem. Præterea ius dicebat, uocatusq; à magiſtratibus accedebat in forum, ubi ius reddebant, eoq; nonnunquam ueniebat inuocatus. Cumq; concederet magiſtratibus, ut in ſuis locis ſederent, ipſe in ſede eregionè collocata, uidelicet ut princeps, exponebat ea, quæ ſibi uidebantur. Dominus à liberis hominibus, aut Imperator, præterquàm à militibus, uocari nolebat.

Cognomina Tiberij.

Patris patriæ nomen omnino repudiauit, princepsq; Senatus, ut erat uetus conſuetudo, nominari uoluit. Crebrò dicebat ſe dominum ſeruorum, Imperatorem militum, principem reliquorum eſſe, optabatq; uiuere obtinereq; principatum, quouſq; Reipublicæ utilitas poſtularet. Sic enim popularis erat in rebus omnibus, ut nihil ſuo natali die fieri permitteret, quod antè fieri non conſueuiſſet. nemini licebat per fortunã eius iurare: ſed neq; animaduertebat in eos, qui per eandem fortunam iurantes peieraſſent: nec uerò in his ſolùm popularis erat, ſed etiam in eo, quòd ei nullum templum dedicatum eſt, quodq; nemini licebat ſtatuã ei facere. Edixit enim palàm, ut ne ciuitas ulla, ne'ue priuatus quiſquã id faceret: cui edicto addidit hæc uerba, Niſi ego permittam: moxq; adiecit, Atqui non permittam. Cumq; ei maledicerẽt homines, aut contra eum aliquid impiè facerent, (nam id ſcelus nominabant impietatem, eiusq; grauiſsimas pœnas repetebant) minimè curabat, nec quenquam ob eam rem accuſari patiebat, cum tamẽ Auguſtum ea in re ueneraretur.

Impietas erat committere in Imperatorem.

Nam principio quidem in eos qui contra Auguſtum deliquerant, non animaduertit, progrediente tempore de pleriſque ſupplicium ſumpſit, ac tum Auguſtum propterea maximè honorauit, tum etiam quòd conſueuiſſet ædificijs, quorum fundamenta iecerat, nec tamen abſoluerat, nomen eius inſcribere. Idem Tiberius conſecrabat ſtatuas & monumenta Auguſti, nonnunquã mandabat pontificibus ut id facerent.

Auguſti Cæſaris ſtatua.

Cumq; reſtituiſſet ædificia, quæ in urbe corruerant (nullum enim extruxit nouum præter Auguſti ſacrarium) nullum prorſus ſibi uendicauit, ſed eis nomina reddidit eorum, à quibus ædificari cepta eſſent. In ſuos uſus parum, in publicos multum impẽdit, reſtitutis operibus publicis, aut ornatis, maximaq; ope ciuitatibus & priuatis hominibus allata.

Auguſtale.

Cumq; pecuniam daret aliquibus, aut alia munera, iubebat ea coràm numerari ſubitò, aut repræſentari. Intelligebat enim Auguſti temporibus magnam diminutionẽ de donis eius ſæpenumero à miniſtris eſſe factam: itaq; magnopere prouidebat, ne idem ſuo ſempore eueniret. Hos ſumptus faciebat ex legitimis redditibus.

Munera ſua Tiberius coràm uolebat numerari.

Neq; enim pecuniæ cauſa quenquam occidebat: nullius tum bona proſcribebat, nulla ui atque uiolẽtia pecuniam exigebat. Etenim Aemilio Recto, qui ad ſe aliquando miſerat maiorem ſummam pecuniæ ex Aegypto cui præerat, quàm imperata fuiſſet, reſcripſit in hæc uerba: Tonderi, inquit, oues meas uolo, non ad uiuum radi.

Tonderi oues, non deglubi.

In primis erat affabilis, comis & humanus. Itaque iuſsit ut Senatores ſimul omnes ſe ſalutatũ uenirent, ne dum alius aliũ præuenire cuperet, ſe inuicem truderent. Aequitatem maximè colebat: nam cùm Rhodij magiſtratus ad eum ſcripſiſſent, nec ei in extrema epiſtola, ut erat conſuetudo, uota feciſſent, eosq; ob eam rem accerſiri iuſsiſſet, tanquam ſtatuiſſet in ipſos animaduertere: ut uenerunt, nihil fecit acerbius: ſed eos, poſteaquam uota quæ deerant epiſtolæ, ſubſcripſerunt, dimiſit.

Conſuetudo ſubſcribendi ſalutem in epiſtolis.

ſit. Magiſtratus habebat in honore non aliter atque ſtante Republica, aſſurgebatq; Conſulibus, atque, quoties eis cœnam dabat, ingredientibus ad fores procedebat obuiam, & comitabatur abeuntes. Cumq; ſella ueheretur, neminem Senatorij aut equeſtris ordinis conſequi patiebatur, ueniebatq; ſæpiſsimè ad ſpectacula, non ſolùm ut honoraret eos qui ea facerent, ſed etiam ut plebem ornaret, atq; ut unà cum ea dies feſtos celebrare uideretur. Non enim his rebus ſtudere unquã, aut fauere cuiquam iſtorum eſt uiſus. Etenim cùm populus uellet ſeruum ſaltatorem donare libertate, id ipſe non antea comprobauit, quàm dominus eius conſenſit, & precium accepit. Cum amicis uerſabatur ut priuatus, ijsq; cùm rei eſſent, præſtabat patrocinium: intererat eorum ſacrificijs: uiſitabat ægrotantes, nullis cuſtodibus ſtipatus. Quinetiam defunctum amicum, & familiarem ſuum laudauit in funebri concione. Cumq; conuentus & ludi celebrarentur, eos ipſe ſpectabat de domo cuiuſdã Cæſariani aut liberti, quò ſe poſſent homines proximè & facilimè conuenire. Liuiam uerò matrem ſuam temperãtiorem humilioremq; præſtitit, cuius tanta erat inſolentia, ut ſuperbiam mulierũ omnium quę antea fuerant, ſuperaret. Ea Senatum & plebeios homines, ſi qui uellent, domum admittebat ſalutatum, idq; in annalibus ſcriptum eſt: præterea nomen eius aliquanto tempore ſcribebatur in epiſtolis Tiberij, cæteraq; omnia, ut imperatrix adminiſtrare conabatur. Nam obtinente Auguſto principatum, ſumma fuerat eius autoritas, & dicebat ab ſe Tiberium Imperatorem eſſe factum: ob eamq; cauſam non ſolùm uolebat ex æquo cum Tiberio imperare, ſed etiam eo ſuperior eſſe. Itaq; decernebãt aſſentatores præter cætera, Tiberium ex ea nominari debere, ut quemadmodum Græci ex patribus, ita ille ex matre nominaret. Qua re indignatus Tiberius, pauca confirmabat eorum quæ Liuiæ decernebantur, eamq; remouit omnino ab adminiſtratione rerum publicarum, ac ei tantummodo curam rei familiaris reliquit. Qua in re cùm etiam offenderetur poſtea, eam relicta urbe fugit, & ob eam cauſam Capreas habitatum uenit. Druſo quoq; filio ſuo petulantiſsimo & crudeliſsimo uiro, ex quo acutiſsimi gladij Druſiani appellabãtur, inſenſus eſſe cepit, eumq; ſæpenumero priuatim publiceq; increpare. Huic enim dixit aliquando multis præſentibus: Tu certè me uiuo nemini uim afferes, neque facies iniuriam: quod ſi quid audebis tentare, ne mortuo quidem. Fuit enim Tiberius aliquandiu continentiſsimus, nec ſinebat alios libidinoſe quicquã agere, ſed ob eam cauſam in multos animaduertebat. Cumq; purpurea toga pleriq; uterentur, quod antea uetitum fuerat, neminem quidẽ ipſe repræhendit, aut mulctauit: ſed cùm fortè pluiſſet in conuentu quodam, pulla penula ſe induit, quo facto, uti alio genere ueſtium nemo deinceps eſt auſus. Hæc omnia ab eo facta ſunt quouſq; uixit Germanicus: quo defuncto, quaſi aduerſario imperij ſublato, mores commutare cepit. Legata, quæ populo Romano in teſtamento Auguſti relicta erãt, quanquam non ſoluit illico, ea tamen præſtitit poſtea: ad quam rem hæc ei oblata eſt occaſio. Cùm enim mortuus efferretur, ac fortè per forum funus procederet, quidam in aurem mortui inſuſurrauit, rogatusq; ab ijs qui aderant præſentes, quid ei dixiſſet, Auguſto ut diceret ſe mandaſſe reſpondit, populum legatam pecuniam nõdum accepiſſe. Hunc Tiberius ſtatim occidi iuſſit, uti ipſe de ijſdem rebus nuncium ferret Auguſto, (hoc enim illudens ei dicebat) ipſe non multò pòſt reliquis ſatisfecit, trecenis nummis uiritim diſtributis. Singulari quorundam equitum certamini intereſſe noluit: ſed alte

Tiberius Senatoribus debitũ tribuit honorem.

Orationẽ pro amico mortuo habuit.

Liuiæ nomen ſcriptum in literis Tiberij.

Druſi petulantia ac crudelitas.

Acuti gladij Druſiani appellati.

Legata, quæ populo Romano Auguſti teſtamento erãt, ſerius repræſentata.

ro occiſo, uetuit alteri ne eo genere certaminis in reliquum tempus uteretur. Eodem tempore cùm nepos eius quem ex Druſo habebat, exceſsiſſet è uita, nihil fecit præter conſuetudinem. putabat enim nō debere principem

Druſi humilitas.

ſui incommodi cauſa curam Reipublicæ omittere. Druſus quoq; cùm eſſet factus Conſul, officio Cōſulis cum collega ſuo ut priuatus pariter fungebatur, heresq; à quodam inſtitutus, corpus eius ſimul extulit. Is ira incitabatur acerbiſsima, ita ut percuſſerit equitem nobiliſsimum, quamobrem Caſtor cognominatus eſt: eratq; uſque adeò temulentus, ut cùm aliquando de nocte coactus eſſet cum Prętorianis ſubuenire incendio, ſuos aquam poſtulātes feruenti aqua iuſſerit perfundi. Tauro autem Statilio, & L. Libone con-

Tiberij decreta.

ſulibus Tiberius interdixit uſum ſericarum ueſtium, uetuitq; ne quis niſi ad ſacra uaſis aureis uteretur. Cumq; poſt ea dubitaretur à quibuſdā, an ea quoque quæ haberent emblemata, interdicta eſſent, de hoc etiā edixit: & quanquam Latinè id propriè ſignificare non poterat, tamen id uerbum propte-

De idiomate Græco prohibito.

rea quod Græcum erat, edicto inſeri noluit. Centurioni quoq; uolenti Græcè in Senatu teſtimonium dicere non permiſit: etſi enim antea in eo complures cauſas audierat Græco ſermone, & multas examinauerat, id tamen

Vibius Rufus.

non ſatis conuenienter fecit. Vibium Rufum ne accuſauit quidē, quòd ſella in qua ſemper Iulius Cæſar ſederat, interfectusq; fuerat, uteretur: qui cùm etiam uxorem Ciceronis duxiſſet, atq; de utroq; gloriaretur, quaſi aut propter ſellam Cæſar, aut orator propter uxorem eſſet futurus, tamen harū rerum non ſolùm nullam culpam ſuſtinuit, ſed etiam conſulatum geſsit. Tibe-

Aſtrologi & magi ex Vrbe expulſi.

rius aſtrologos magosq; peregrinos morte affecit: ciues Romanos miſit in exiliū, etſi cum Thraſyllo erat ſemper, cuius uaticinatione quotidie utebatur, eiusq; ſciētiæ ipſe periniſsimus erat. Nam cùm eſſet iuſſus in ſomnis cuidam pecuniam dare, facilè intellexit arte magica dęmonem ad ſe miſſum eſ-

Clemēs Agrippæ ſeruus, domino perſimilis.

ſe, ob eamq; rem hominem interfici iuſsit. Per id tempus quidam Clemens nomine, qui fuerat Agrippæ ſeruus, eiq; ſimilis erat quodammodo, Agrippam ſe eſſe dixit, atq; eo pacto magnam hominum manum ſibi coniunxit, comprehenſusq; tandem à Tiberio, interrogatusq; quomodo Agrippa factus eſſet, Eodem, inquit, modo quo tu Cæſar es factus. Cùm autem in quodam edicto uerbo parum Latino uſus eſſet, idq; poſtea noctu animaduertiſſet, omnes qui erant in huiuſmodi uerbis diligenter uerſati, accerſiuit ad

Tiberius amauit ſermonis Latini puritatem.

ſe, ſtudebat enim Latinè & eleganter loqui. Cumq; Ateius Capito dixiſſet, Quanquam hoc uerbo nemo uſus eſt antehac, tamen id tua cauſa recipiemus in poſterum, & inter uetera referemus: atq; Marcellus quidam ad hæc ita reſpondiſſet, Hominibus, inquit, dare potes Cæſar ciuitatem Romanā, uerbis non potes: hunc Tiberius, quanquam nimia licentia loquendi uſus

Archelaus rex Cappadociæ.

fuerat, nullo damno affecit. Archelaum uerò regem Cappadociæ, cui iratus erat, accerſitum, quaſi res nouas moliretur, tradidit Senatui, ut de eo cognoſceret, hominem non ſolùm ſumma ſenectute, ſed etiam podagræ doloribus cōſectum: fuiſſetq; Archelaus affectus ultimo ſupplicio, niſi teſtis qui contra ipſum productus fuerat, aſſeruiſſet eum dixiſſe ſe Tiberio oſtenſurū, poſtquam domum redijſſet, quales ſibi nerui eſſent. Qua ex re riſus tam magnus excitatus eſt, propterea quòd ille non ſolum ſtare non poterat, ſed ne

Cappadocia Romanorum prouincia facta.

ſedere quidem, ut Tiberius eum amplius occidi noluerit: Itaq; Archelaus tunc ſaluus euaſit, qui tamen non multò pòſt mortuus eſt. Poſt cuius mortem Cappadocia uenit in poteſtatem populi Romani, eiq; uir equeſtris ordinis prępuit. Tiberius, quandiu reliquas uirtutes etiam exercuit, magnope

rè abſti-

rē abſtinuit ab alienis. Non enim adiuit hæreditates quæ ſibi erāt à propinquis relictæ, multaq́ impendit in uſus ciuitatum & priuatorum hominum: cuius rei cauſa nullum honorem poſtulauit, nullam laudem admiſit. Legatis ciuitatum nationumue nunquam reſpōdebat ſolus, ſed pleroſq́, eoſq́ potiſsimum qui apud eas gentes cum imperio fuerant, ſuæ ſententiæ participes faciebat. Germanicus aūt exercitu proſperè cōtra Germanos ducto, uſq́ ad Oceanum peruenit, barbariſq́ fortiter deuictis, oſſa eorū qui cum Varo interierant, collegit & ſepeliuit, ac poſtremò ſigna militaria recuperauit. Tiberius, cùm ei inſtaret Senatus, ſtatueretq́ Nouembrem (eo menſe *Senatus uolebat Nouembrē appellare Tiberium.* natus erat XVI. Cal. Decembris) Tiberium appellandum eſſe, ita reſpondit, Si uobis, inquit, Cæſares erunt XIII, quid facietis? Poſt hæc Marco Iunio, & Lucio Norbano cōſulibus, Calendis ipſis Ianuarijs prodigium non paruum extit, quo Germanici interitus prædici quodam modo uidebatur. Nam eo die Norbanus Conſul, qui ſemper in id incumbebat, ut tuba caneret, in eoq́ ſtudioſe exercebatur, prima luce, cùm iam domi adeſſet magna hominum multitudo, tuba canere cepit, quæ res omnes pariter conturbauit, quaſi Conſul bellicum cecinisſet. Augebat timorē, quòd ſtatua Iani ceciderat, quodq́ per id tempus quædam oracula canebantur pro Sibyllinis, *Sybillina carmina.* quæ licet ad hæc noſtra tempora potius quàm ad illa pertinerent, tamen ijs omnes ualde commouebantur: ea erant,

Τεὶς δ᾽ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις
Ἀφροσύνα. id eſt:
Aſt ter tercentum reuolutis protinus annis
Romana inteſtina perdetur ſeditione,
Et furor exitium Sybariticus afferet urbi.

Hæc Tiberius ut falſa calumniari cepit, libroſq́ omnes ſcriptos de uaticinijs inſpici, ex quibus eos qui inutiles eſſe uidebantur, damnari atque rejci, cæteros reponi & retineri iuſsit. Mortuo Germanico, Tiberius & Liuia magna lætitia affecti ſunt, cæteri omnes tulerūt grauiter. Erat Germanicus *Germanici mores atq; uirtutes.* egregia forma, optimo ingenio præditus, omni doctrina ornatiſsimus, magnis uiribus corporis, uir perhumanus & modeſtus. nihil enim contra Druſum faciebat inuidioſe, nihil contra Tiberiū quod repræhendi poſſet. Nam cùm ſæpenumero potuiſſet adipiſci imperiū, noluit. Is Antiochiæ mortuus *Germanici mors.* eſt, inſidijs ei à Piſone & Plancina factis. Etenim oſſa hominū mortuorum defoſſa in ædibus, in quibus habitabat, & laminæ plumbeæ, in quibus erat nomē eius ſcriptum cum quibuſdam execrationibus, eo adhuc uiuo inuentæ ſunt, eiuſq́ necis Piſo reus à Tiberio factus, introductuſq́ in Senatum, dilatione poſtulata, mortem ſibi conſciuit. Tiberius poſtquam neminem habuit aduerſariū & competitorem in Imperio. ab ijs rebus quas antea bene gerebat, deficere, & cuncta acerbè adminiſtrare cepit. Tum enim reus erat impietatis is, qui non modò in Auguſtū, ſed etiam in eum aut eius matrem feciſſe aliquid, aut minus commodè dixiſſe deferretur, ac in eum animaduertebatur grauiter. Torquebantur non modò ſerui contra dominos, *Tiberij crudelitas.* ſed etiam liberi & ciues. Qui accuſauerant, aut teſtimonium contra reos dixerant, cōſequebantur eorum bona. adipiſcebanturq́ honores & magiſtratus. Multos interfici iuſsit explorata die & hora qua nati fuiſſent, atque inde animaduerſa fortuna eorum et moribus. Quem enim excellere uidebat, aut ſperare principatum, eum funditus perdebat, didiceratq́ fatum cuiuſq́

Galbæ principatum prædicit Tiberius.

ciuis primarij:ita ut Galbæ,qui poſtea principatū obtinuit, factus obuiam quo die ille ſponſalia fecerat, dixerit, Et tu aliquando principatū deguſtabis:cui propterea pepercit, ut ego quidem arbitror, quòd id ei certum & fatale erat:ut autem ille dicebat, propterea quòd in ſenectute & longo tempore poſt mortē ſuam eſſet regnaturus.Aderat ei ſemper, & diligenter conficiebat omnia Lucius Aelius Seianus (is erat Strabonis filius) qui olim

Apicij luxus.
** Dio Gabio legit.*
CCL. Myriades drachmarum.

M. * Sabio Apicio in delicijs fuerat. Hic Apicius luxurioſe uixerat ſupra omnes homines. Cùm enim aliquando uoluiſſet intelligere quantos ſumptus feciſſet, et quantum reſtaret, cognouiſſetq́; ſibi ſupereſſe centies ſeſtertiûm,magna moleſtia affectus,metuensq́; ne fame moreretur, mortem ſibi conſciuit. Igitur Seianus aliquanto tempore unà cum patre prætorianis præfuit:ſed poſtquam eius pater in Aegyptum miſſus eſt, atque ipſe præfectus eorū fuit ſolus, præter cætera quæ conſtituit, prætorianos milites ſeorſum antè per cohortes cubantes unum in locum atque in eundem murum conduxit,ut conferti celerius poſſent imperata facere, utq́; quòd in eodem muro eſſent, metuerentur ab omnibus. Huic Tiberius coniuncto ſibi morum ſimilitudine Prætorios honores tribuit,quod antea nemini qui ſimilis eius eſſet,contigerat,eumq́; cōſiliarium ac miniſtrum in rebus omnibus cepit.Poſtquam Tiberius Conſularem dignitatē cum Druſo adeptus eſt, ſtatim plerique omnes ex eo mortem Druſo prædixerūt.Nemo enim fuit eorum qui cum Tiberio Conſulatum geſſerunt, qui infeliciſsima morte non obierit.Siquidem Quintilius Varus, Cneus Piſo, atque adeò Germanicus miſerè perierunt, idq́; ei fato quodam uidetur cōtigiſſe. Druſus quidem eo tempore & Seianus poſtea,cùm collegæ eius fuiſſent,mortui ſunt. Cùm autem abeſſet ab urbe Tiberius, Caius Lutorius Priſcus eques Romanus, ac poeticæ in primis peritus, qui Germanici epitaphiū cōpoſuerat, ob eamq́; rem magnam pecuniam acceperat, accuſatus eſt in Druſum ægrotātem carmen ſcripſiſſe. Quamobrē cùm damnatus à Senatu, occiſus eſſet, Tiberius moleſtè tulit, non quòd eſſet affectus ſupplicio,ſed quòd Senatus aliquem interfici iuſsiſſet nō cognita ſua uoluntate. Itaque increpatis patribus iuſsit

Seianus prætorianos unum in locum congregauit.
Omnes qui cū Tiberio conſulatū geſſerunt, morte infauſta ſublati.
C. Lutorius Priſcus.
· Vetuit,ne de damnatis ſupplicium intra decem dies ſumeretur.

ut decernerent,ne de ijs quos ipſi damnauiſſent, intra decem dies ſuppliciū ſumeretur,ne'ue decretum quod de capite alicuius eſſet factum, intra idem tempus publicaretur,quò poſſet abſens decreta eorum intelligere, eaq́;, an iure facta eſſent, cognoſcere. Poſt hæc functus Conſulatu,atque in urbem reuerſus,uetuit Conſulibus ne quenquā in iudicio defenderent. Nam ego, inquit,ſi Conſul eſſem,id non facerem. Cùm autem unus ex Prætoribus argueretur contra eum impiè dixiſſe aliquid aut feciſſe,ac poſtea de curia deceſsiſſet,reuerſusq́; relicta ueſte magiſtratus,petijſſet,ut ſtatim ueluti priuatus accuſaretur : id Tiberius uehemēter doluit,eumq́; nullo damno affecit.

Saltatores expulſi.

Saltatores autem Roma expulit,uetuitq́; ut eam artem nuſquā exercerent, quòd notarent ac uituperarent mulieres, & quòd ſeditiones concitarent. Pleroſq́; qui exceſſerant è uita,ſtatuis ornauit & publicis monumētis.

Honores habiti Seiano.

Seiano quidem uiuenti ſtatuam æneam in theatro collocauit, eiuſdemq́; ſtatuæ multæ poſtea à multis factæ ſunt : eſtq́; apud populū & in Senatu maximis laudibus affectus. Hunc Seianū Conſules nedum cæteri clari uiri domum prima luce ſemper ueniebant ſalutatum, cum eoq́; communicabāt omnia, quæ priuatim eſſent à Tiberio petituri: itemq́; ea quę publica erant,de quibus Tiberium reſpondere oportebat. omnino enim nihil eiuſmodi abſque Seiano gerebatur. Per id tempus cum Romæ porticus maxima in alteram

partem inclinaret, eam quidam architectus contra omnium opinionem erexit, cuius nomẽ propterea ignoratum eſt, quòd Tiberius permotus inuidia rei admirabilis, id ſcribi in annaliũ monumẽtis noluit. Is igitur quiſquis fuit, fultis undique fundamentis porticus, ne moueretur, ac ſuperiore parte eius uelleribus ouium, & craſsis ueſtimẽtis cincta, & circumligata funibus, eam adhibitis multis hominibus, & machinis in priſtinum locum reſtituit. Tiberius hominem admiratus ei inuidit: cui quanquam ob id factum pecuniam largitus eſt, tamen eum ex urbe per inuidiam expulit. Is aliquãto tempore poſt ad Tiberium reuertitur, atque interim dum eum uehemẽter obſecrat, cõſultò poculũ uitreũ quod gerebat, clàm de manib. abijcit, fractũq; primò & colliſum, mox integrũ illæſumq; in ſuis manibus oſtendit: cumq; ob eam rem ſe ueniam conſecuturum putaret, eum Tiberius interfici iuſsit. Druſus filius eius ueneno ſublatus eſt. Nam cùm Seianus propter potentiã & dignitatem quam obtinebat, cætera omnia faceret petulantius atq; inſolentius, tandem ſe ita contra Druſum conuertit, ut cum eo pugnis aliquando certauerit. Quocirca eum metuens, Tiberiumq;, ſimul ſperans, ſi adoleſcentem de medio ſuſtuliſſet, ſe facilimè arbitratu ſuo ſenem eſſe tractaturũ, Druſo uenenum dedit, uſus opera famulorum eius, uxoriſq; (ea Liuilla à quibuſdam nominata eſt) cum qua antea adulterium commiſerat. Huius facinoris culpa penes Tiberium quoq; nonnullorũ arbitratu fuit, quòd Druſo ægrotante mortuoq;, nihil fecit præter conſuetudinem, nec alijs ut facerent, permiſit. Quę ratio ideo mihi non probatur, quòd eodem modo ſe gerebat erga reliquos omnes, quodq; erga Druſum unicum filium, & certè legitimum ualde affectus erat, & quòd de ijs qui eum necauiſſent partim ſtatim, partim poſtea ſupplicium ſumpſit: uenitq; in Senatum, & filium, ut par erat, laudauit, inde domum reuectus eſt. Vetuit Tiberius ne ij quibus aqua & igni interdictum eſſet, teſtamentum facerent, quòd etiam obtinet hiſce temporibus. Aelium uerò Saturninum, à quo carmina quædam in ipſum ſcripta erãt minus commodè, reum factum in Senatu, conuictumq; iuſsit è Capitolio præcipitari. Memorare poſſem complura eiuſdem generis ſi uellem omnia perſequi. ſed in ſumma permulti homines ex huiuſmodi cauſis ab eo interfecti ſunt. Id uerò prætereundum non eſt, Tiberium ſingula diligenter inueſtigare quæ ſibi homines exprobrarẽt, eaq; comperta contra ſe patefacere conſueuiſſe. Etenim ea quæ nonnulli ſecretò collocuti eſſent, ea ipſe ita dictitabat palàm, ut poſtea in publicis commentarijs ſcriberentur: præterea quò uideretur iraſci iuſtius, ea ſæpe quæ nemo dixerat, ſed quorũ erat ſibi conſcius, dicta eſſe mentiebat. Ex quo fiebat ut contra ſe delinqueret in ijs, propter quæ alios ut impios puniebat. Hanc ob cauſam ridiculus erat, cùm ea quæ rei ſe negabant dixiſſe, ipſe dicta eſſe confirmans, iuranſq;, ſibi uerius iniuriam faceret. Qua ex re eum non eſſe ſanæ mentis plerique arbitrati ſunt: neque tamen demens eſſe omnino putabatur, cùm cætera adminiſtraret ſapienter. Senatori enim qui petulãter & luxurioſe uiuebat, curatorem dedit nõ ſecus ac pupillo: & Capitonem qui procurator fuerat in Aſia, detulit ad Senatum, eumq; accuſatum quòd milites habuiſſet, ſeciſſetq; multa, quaſi præeſſet ei prouincię cum imperio, in exiliũ miſit. Nam illis quidem temporibus nihil amplius licebat ijs quibus cura pecunię Principis mandata erat, quàm redditus legitimos colligere: iudicabanturq; eorum controuerſiæ in foro, atque ex iure ciuili, pariter cum cauſis priuatorũ ciuium. Itaque in rebus à Tiberio geſtis magna fuit uarietas, magna incon-

Venenum Druſo à Seiano datum.

Teſtamenti factio prohibita ijs, quibus aqua & igni interdictum eſt.

Tiberius eorũ diligens inueſtigator, quæ ſibi exprobrarentur.

Tiberius non eſſe ſatis ſanæ mentis exiſtimatus.

Primum decennium Tiberij. ſtantia. Poſtquàm decem anni prærerierunt, etſi non petiuit principatum
cõfirmari Senatus cõſulto, nec enim opus erat, propterea quòd nõ repudia
bat eum, ut Auguſtus, tamen celebrati ludi, qui decimo quoque anno fieri
cõſueuerant. Cremulius autem Cordus, quòd Seianum offendiſſet, manus
ſibi afferre coactus eſt: nam cùm eum Tiberius non poſſet reum facere ali-
cuius ſceleris (erat enim iam ſenex, uixeratq; ſemper honeſtiſsimè) propte
Cordi hiſtoria. rea condemnauit, quòd in hiſtoria quam olim de rebus geſtis ab Auguſto
cõpoſuerat, & quàm Auguſtus ipſe legerat, Caſsium & Brutum laudauiſ-
ſet, & Senatum populumq; Romanum repræhẽdiſſet: quodq; Cæſarem &
Auguſtum, etſi nihil contra eos ſcripſerat, tamẽ non ornauiſſet ſummis lau-
dibus. De ijs enim rebus accuſatus, occiſus eſt: atq; ſcripta eius in urbe qui-
dem ædiles cremauerunt, foris autem præfecti ſingularum ciuitatum: quæ
tamen poſtea rurſum in lucem edita ſunt: fuerant enim & ab alijs multis, &
à Marcia filia eius occultata: ac tum propter Cordi calamitatẽ multò cepe-
re legi ſtudioſius. Eodem tempore Tiberius prætorianos milites corã Se-
natoribus, tanquam uires eorum ignorarent, curauit exerceri, ut ſe magis ti
merent, animaduerſa eorum multitudine & uiribus. Quæ cùm illis tempo-
Cyzicenis libertas erepta. ribus facta fuerint, & hiſtoriæ mandata. Cyzicenis, quòd ciues aliquot Ro-
manos tenuiſſent in uinculis, nec templum quod Auguſto ædificare ince-
perant, abſoluiſſent, libertas iterũ erepta eſt. Cùm autem quidã ſimul cum
ædibus ſuis ſtatuã Tiberij uendidiſſet, eum Tiberius ob hanc cauſam con-
demnari iuſsiſſet atque interfici, niſi primus eſſet à Conſule ſententiam ro-
gatus. nam ita affectus pudore, ne in rem ſuam dicere uideretur, reum ſua
ſententia liberauit. Sed cùm Lentulus Senator, homo ſuaui ingenio & mo
deſto, ac iam grandis natu, accuſatus Principi inſidias feciſſe, accuſatores
(aderat enim præſens) uehementer irrideret, Tiberius, quòd ob eam cau-
Lentuli dignitas apud Tiberium. ſam cõmotus fuiſſet Senatus, Siquidẽ, inquit, me Lẽtulus odit, hac luce me
indignũ puto.

DIONIS LIBER LVIII.

Itaq; Roma profectus eo tempore, nunquam in urbem reuerſus eſt, licet
ſe uenturum ſemper polliceretur. Retiarius uerò quidam amicus & familia
ris Sabini uiri primarij in urbe, ut Seiano rem gratam faceret, Sabinum do-
mum ſuam in qua habitabat, introduxit, nonnullis Senatoribus ſub tecto
eius occultatis, cepitq; ibi cum eo cõferre ſermones, eumq; paulatim pelli-
cere, quibus rationibus cõſueuerat, ut omnẽ animi ſui ſententiã explicaret.
» Solẽt enim calumniatores principiò alteri maledicere, ac quędã arcana pa-
Calumniatores. » tefacere, ut eos accuſent poſtea, qui ſe maledictis nõ abſtinuerint. Itaq; illi,
» ut qui id cõſultò faciãt, tutò loquunt & ſine periculo. nõ em̃ ita ſentire exi-
» ſtimant, ſed propterea obtrectare, quòd alios captare & coarguere uelint;
hi, ſi paulò dixerint aliter q̃ deceat, puniunt ſubitò, ut tum accidit. Nam Sa-
Sabini mors. binus eodem die coniectus in carcerem, poſtea eſt indemnatus occiſus, cor
puſq; eius in Gemonias tractum, inde in flumen proiectum eſt. Hunc ca-
Canum fides. ſum grauiorẽ fecit canis eiuſdem Sabini, qui cum eo unà in carcere fuit ſem
per, nec reliquit mortuum, quinq; ſe ad extremum in flumen coniecit. Iiſdem
temporibus Liuia annum agẽs ſextum & octuageſimum mortua eſt. Eam
Liuia mors, eiuſq; uita anni. Tiberius non uiſitauit ægrotantẽ, nec exequias funeris eius proſecutus eſt,
nulloſq; honores ei tribuit præter funus publicum, ſtatuaſq;, aliaq; nonnul
la quæ nihil habere momenti uidebantur, uetuitq; palàm ne immorralitate
donaretur. Huic Senatus non ſolùm decreuit ea quę Tiberius mandauerat,
ſed etiam cenſuit, ut eam matronę annum lugerent, laudato in primis Tibe
rio

rio quòd ne tum quidem Reipublicæ curã omitteret, arcumq́ ei decreuit,
quod antea fœminæ acciderat nunquã, propterea quòd multos Senatores
conſeruauiſſet, educaſſetq́ eorũ liberos, ac cõplures filias eorũ in matrimo-
niũ elocãdas dote iuuiſſet. Quas ob res nonnulli Liuiã matrẽ patriæ appel-
lauerunt: eaq́ in monumento Auguſti ſepulta eſt. Multa ab ea ſapienter di-
cta referunt, quę uocãtur ἀποφθέγματα. Nam cùm nudos homines qui ſibi fa *Liuiæ apo-*
cti erãt obuiã, mori ob eam cauſam oporteret, dixit eos matronis quidẽ ho *phthegmata.*
neſtis & cõtinentibus, nihil à ſtatuis differre, ſicq́ eos ſeruauit. Cumq́ inter
rogaretur, quibus rationibus Auguſtũ ſibi ſubieciſſet: reſpondit multa mo
deſtia, quòd ea quæ placerẽt Auguſto, faceret libenter, quòd res ipſius nõ
inquireret curioſe, quodq́ ſe ſcire diſsimularet, quibus ille rebus uenereis
domi frueretur: talis enim Liuia fuit. Cęterùm arcus qui Liuiæ decretus fue
rat, nõ eſt ædificatus, propterea quòd Tiberius promittebat ſe eum ædifica
turũ ſuis ſumptibus. nam decretũ quod aperta oratione nõ erat auſus reſcin
dere, hoc pacto irritum fecit: nec enim opus fieri permiſit pecunia publica,
nec ipſe fecit ſuis ſumptibus. Tum Seianus efferri cepit inſolentius, decre-
tumq́ eſt à Senatu, ut natalis dies eius publicè celebraretur. Statuarum uerò *Natalis dies Se*
multitudinẽ quas ei Senatus, equeſtris ordo, tribus omnes, & primarij uiri *iani publice ce-*
poſuerũt, numerare certè nemo poteſt. Senatus enim legatos ſeparatim, i- *lebratus.*
temq́ equites & plebs ipſa ex tribunis ſuis & ædilib. ad utrunq́ mittebant:
de utroq́ uota faciebãt: ſacrificabãt utriq́, & per utriuſq́ fortunã pariter iu
rabãt. Interea Tiberius Gallũ qui uxorẽ eius duxerat, quiq́ fuerat liberè de *Tiberij crudeli*
principatu locutus, nactus occaſionẽ adortus eſt. Nam cùm ad ſe legatus *tas in Gallum.*
ueniſſet, ei conuiuiũ fecit, eumq́ excepit perhumaniter, mox contra eundẽ
ad Senatũ ſcripſit, ita ut acciderit ei res quędã admirabilis, & quã nemini ui
deo adhuc cõtigiſſe. nam quo die cœnabat apud Tiberiũ, eiq́ propinabat
amicè, cõdemnatus eſt à Senatu, miſſusq́ Prætor, qui eum uinctũ ad ſuppli
ciũ duceret. Cumq́ id Tiberius feciſſet, tamẽ ei mortẽ obire cupiẽti, cogni-
to decreto Senatus, nõ permiſit: ſed eum, quò magis affligeret, iuſsit bono
animo eſſe, utq́ ſolutus à uinculis in cuſtodia teneretur, quouſq́ ipſe in Vr-
bem ueniret, idq́, ut paulo antè dixi, ut hac ignominia affectus & perculſus
metu, diutiſsime miſer & calamitoſus eſſet. idq́ factum eſt. Semper enim cu
ſtodiebatur à Conſulibus, cùm non eſſet Tiberius Conſul: tum autẽ à Præ-
toribus, non ut ne fugeret, ſed ut ne ſibi manus afferret: cum eo nullus ami-
cus, nullus famulus uerſabatur, loquebatur nemini, uidebatq́ neminem, ni-
ſi quoties cibum capere cogeretur. Cibus uerò eiuſmodi erat, ut non ei uo-
luptatem afferret, non uires eius reficeret, & quod erat omniũ grauiſsimũ,
eum nõ fineret mori. Id Tiberius ſæpenumero in multis alijs fecit. nam cùm
teneret amicum conſtrictum uinculis, ſermoq́ de ſupplicio & morte eius
incidiſſet, negauit ſe ei adhuc eſſe reconciliatum. Cumq́ magnis tormentis
quempiam alium affeciſſet, deinde cognouiſſet eum non iure accuſatũ eſſe,
mox interfici iuſsit, dixitq́ eum grauiorẽ iniuriam accepiſſe, quàm ut poſ-
ſet bene beateq́ uiuere. Syriacus uerò qui nullam ei iniuriam fecerat, homo *Syriaci mors.*
doctus & eruditus occiſus eſt, quòd Tiberius diceret eum Galli amicum
& familiarem eſſe. Seianus autem indies augebatur, & ualde formidoloſus *Seianus.*
erat, quem cùm Senatores cæteriq́ quaſi Imperatorem ſequerentur, & Ti-
berium paruifacerẽt, Tiberius metuẽs ne apertè eum deſignarẽt Imperato- *Seiani apud*
rem, etſi nõ putauit omnino eam rem cõtemni aut negligi oportere, tamen *omnes autori-*
nihil egit apertè, propterea quòd intelligebat Seianũ in primis ſibi deuin- *tas.*

xiſſe Prætorianos milites, ac Senatores partim beneficijs, ſpeꝗ bona iniecta, partim timore ſibi coniunxiſſe: præterea Tiberij familiares omnes uſꝗ adeò ſibi feciſſe beneuolos, ut omnia dicta eius factáue ſubitò ipſi renunciarent: quæ aũt ipſe faceret, ea nemo ad Tiberiũ perferret. Itaꝗ Tiberius aliã ſibi rationem eſſe ineundã ratus, maturauit eum deſignare Conſulem, uocareꝗ ſociũ & participẽ conſiliorũ ſuorũ. ſæpe ita dicere, Seianus meus, Seianus inꝗ meus. idꝗ ſcribere in literis quas ad Senatũ aut ad populũ mittere ſolitus erat. Quibus rebus homines credentes deceptiꝗ, utriꝗ in locis omnibus ſtatuas æneas pariter ponebãt, utriuſꝗ nomẽ pariter inſcribebãt, utriꝗ ferebãt ſellas aureas in theatra: factũꝗ eſt Senatuſcõſultũ, ut ambo ſimul deſignarentur Conſules in quinquennium, faciebantꝗ ſacra ſtatuis eius, non aliter quàm ſtatuis Tiberij. Rebus Seiani in hunc modũ ſuccedentibus, complures alij nobiliſsimi & clariſsimi uiri interfecti ſunt. In eorum numero fuit Caius Rufus Geminius, qui cùm eſſet impietatis in Tiberium accuſatus, tabulas teſtamenti ſui attulit in Senatum, in quibus filios ſuos & Tiberium hæredes faciebat ex æquis partibus: tamen accuſatus quòd mollis & effœminatus eſſet, domum reuertit, antequàm aliquid decerneretur. Pòſt ubi intellexit quæſtorem adeſſe ad renunciandam ſententiam, qua fuerat condemnatus, ſe ipſe percuſsit, ac uulnere quæſtori demonſtrato, Refer, inquit, ad Senatũ, fortem uirum mortem oppetere. Huius uxor Publia Priſca rea facta alicuius ſceleris, in Senatum uenit, ibiꝗ pugione quem ſub ueſte condiderat, ſe ipſa interemit. Seianus autem in tantam arrogantiã uenerat propter magnitudinem poteſtatis, ut (quò omnia in ſummma dicã) ipſe Imperator, Tiberius inſulę cuiuſdam princeps uideretur, quòd inſulam incoleret cui Capreæ nomen eſt. Ad Seiani fores frequentes homines aſsiſtebant, dimouebantꝗ ſe mutuò de loco, & expellebant: quòd metuerent, ne aut ab eo non conſpicerentur, aut ne uiderentur in poſtremis eſſe, quòd ille obſeruaret cuncta diligentiſsimè, atꝗ in primis uerba nutuſꝗ primariorum hominum. Vt enim ij qui eam dignitatem obtinent quam merentur, non magnopere poſtulant honores ſibi ab alijs exhiberi, neꝗ ſi quid ab illis prætermiſſum aut peccatum fuerit, repræhendunt, ſibi enim conſcij ſunt

C. Rufus Geminius, iniuſtè accuſatus ſibi ipſi infert manus.

Publia Priſca ſe interemit in Senatu.

Seiani arrogantia.

Nobilium & ignobiliũ differentia.

» ſe non contemni: ita qui ſubſidium ſibi comparant ad decus atꝗ ornamen-
» tum, ſtudioſe quærunt omnia quæ ſpectant ad augendam dignitatem: quę
» ſi nequeunt aſſequi, moleſtè ferũt, quaſi illudi uideantur, dolentꝗ, quaſi ſint
» magnis iniurijs laceſsiti. Ex quo fit, ut maior cura adhibeatur in fouendis e-
» iuſmodi hominibus, quàm in ipſis Imperatoribus ambiendis. Nam hi ſerua-
» re ſe dignitatem ſuam putant, & uirtutem colere, cùm huiuſmodi peccato-
» rum pœnas prætermittunt: illi dum ignoſcunt, exiſtimant argui ſuam imbe-
» cillitatem: dum autem puniunt, tum demum potentiã ſuam intelligi & con-
» firmari putant.

Sed cùm Calendis quibuſdam frequentes domi Seiani conueniſſent, lectus poſitus in aula, ubi ſalutabatur, propter multitudinem ſedentium fractus eſt, feleſꝗ exiens tranſiuit medius. Cumꝗ Seianus deſcenderet in forum, peractis ſacrificijs in Capitolio, ſatellites eius ea uia quæ eſt ad carcerem, profecti, quòd eum propter multitudinem hominũ conſequi non poſſent, corruerunt ad ſcalas, è quibus damnati præcipitabantur. Seianus ob hanc rem egit auſpicia, in quibus nullæ aues proſperæ, ſed corui multi circum eum uolare & canere, deinde aduolare domum eius, & ſuper eam conſidere uiſi ſunt: quę auguria tamen nec Seianus curare, nec quiſquam alius. nam ſiquis deus ex ijs rebus quæ tum uidebantur, certò prædixiſſet tantam

Prodigia Seiani mortem præcedentia.

Scalæ Gemoniæ.

tam

tam mutationem futuram, ei fidem habuiſſet nemo. Tum enim pleriq; fortunam eius iurabant, eumq; Tiberij collegam appellabant non in conſulatu, ſed in orbis terræ imperio. Quæ cùm non ignoraret Tiberius, conſultaretq;, quo pacto eum interficeret, nec quemadmodum id faceret palàm tutò reperiret, rationem admirabilem Seiano cæteriſq; omnibus inire cepit, quò perſpectos animos eorum & cognitos haberet: multa enim de ſe ad Seianum, atq; ad Senatū crebrò ſcribere, interdum dicere ſe grauiſsimo morbo laborare, & in mortis periculo uerſari, nonnunquam optimè ualere, ſeq; Romam propediem eſſe uenturum. Seianum tum extollere, tum maximè deprimere, nōnullos ſocios eius, ipſius cauſa honore, nonnullos dedecore afficere. Quibus rebus Seianus partim elatus, partim depreſſus, ſuſpenſus ſemper & incertus erat. non ei ueniebat in mentem timere, ac proinde res nouas moliri, erat enim in honore: nec rurſum uſq; adeò confidere, ut ageret aliquid audacius, ſiquidem imminuebatur eius potentia. Cæteri, cùm uiciſsim ac paruo temporis interuallo audirent contraria, non amplius Seianum admirari, nec eum omnino contemnere, ſuſpicariq; Tiberium aut breui tempore moriturum, aut eſſe in urbem uenturum: itaque dubij omnes & incerti eſſe. Perturbabatur his rebus omnib. Seianus, ac multo magis, quòd ex ſtatua ipſius fumus prodierat, abſciſſoq; eius capite ut cauſam cognoſcerent, magnus inde ſerpens proſiluetat: cumq; eidem ſtatuæ ſubitò alterum caput repoſitū eſſet, atq; propter eam cauſam ſibi ipſe ſacrificare ſtatueret, (ſibi enim etiam ſacra facere ſolebat) funiculus in collo eiuſdem ſtatuæ religatus repertus eſt. Hîc Seianus multo magis contēni cepit, manifeſteq; deſeri, & abiectus eſſe. Quare Tiberius confiſus, ſperanſq; ſe populū & Senatum ſocios habituros, hominem inuadit ſparſis rumoribus, ſe ei tribuniciam poteſtatem daturum, quò eum maximè imparatum offenderet. Interim contra eum ſcribit ad Senatum: literas dat Næuio Sertorio Macroni, quem uirum prætorianis militibus ſecretò præfecerat, docueratq;, quid ſe facere oporteret. Is ubi nocte quaſi ob alias cauſas Romam uenit, mandatis quę à Tiberio habebat, cum Memmio Regulo Conſule, (nam eius collega fauebat Seiano) & cum Gracino Lacone præfecto uigilum communicatis, prima luce palatium conſcendit: (erat enim futurus Senatus in templo Apollinis) ibi Seiano qui nondum ingreſſus erat, fortè fit obuiam, quem ut uidet perturbatum, quòd Tiberius nihil ad ſe ſcribat, eum conſolatur, dicit ſecretò ſe ei tribuniciā poteſtatem afferre. Ea re lætatus Seianus in Curiam ingreditur: Macro prætorianos qui apud Seianum & Senatum erant, in caſtra mittit, patefacta eis ſua poteſtate, oſtenſiſq; literis Tiberij, in quibus Tiberium nonnulla eis largiri ſignificabatur: pro his excubias uigilum circum templū diſponit, dein ipſe ingreditur: mox datis literis Conſulibus, exit antequàm legantur, præcipitq; Laconi, ut ibi cuncta tueatur, ipſe in caſtra, ne qua ſeditio fiat, proficiſcitur. Recitantur longæ literæ in Senatu, in quibus nihil erat perpetuum contra Seianum. Harum principium erat de alijs rebus ſcriptum: ſubſequebatur breuis cōtra eum expoſtulatio, pòſt alia quædam diuerſa: rurſum in Seianum aliquid: ad extremum ſcribebat in duos Senatores familiares Seiani animaduerti oportere, ipſum eſſe in cuſtodia retinendū. nihil enim apertè de morte eius ſcripſit, ueritus ne tumultus ob eam cauſam cōcitaretur. Quę literæ cùm eſſent eiuſmodi, multa, eaq; inter ſe uaria audire licebat ac uidere. Nam principiò antequàm literę legerentur, omnes Seianum laudabant, acclamabaturq; ab omnibus, ſe iam ea quæ diu ſperauetant,

Tiberij contra Seianum inſidiæ aſtutiſsimæ.

Seiani ſtatua.

Næuius Sertorius Macro.

Gracinus Laco præfectus uigilum.

Tiberij contra Seianum ad Senatum literæ.

rauerant, adeptos eſſe: pòſt ubi nihli horum eſt in literis inuentum, atq; omnia contra expectationem audita ſunt, dubitare omnes, mœrere, & conturbari: nonnulli quoq; qui unà cum eo conſederant, ſurgere: Prætores & tribuni plebis eum circũſtare, ne fortè proſiliens foras, concitaret aliquid atq; commoueret, id quod initiò feciſſet, ſi graui aliqua fuiſſet oratione perterritus: ſed dum ea quæ recitabantur, contemneret ut leuia, nec metueret quicquã niſi de ſe grauius ſcriberetur, non exceſsit è loco. Interim Regulus eum ad ſe uocat, is primò non paret, nec id facit ſuperbia (iam enim erat humilior) ſed quòd non conſueuerat imperata facere. Conſul eum iterum ac tertiùm uocat, porrectaq; manu, Huc ades, inquit, Seiane. Tum ille, Me'ne, inquit, uocas? ita tandem ſurgit, & ad Conſulem pergit, eumq; Laco conſequitur. Perlectis literis, cepere omnes uno ore contra eum uociferari atq; ei maledicere, non ſolùm ij qui ab eo iniuriam acceperant, ſed etiam ij qui eum metuebant antea: pleriq; diſsimulabant conſuetudinem & amicitiam quam cum eo habuerant: multi iſta commutatione lætabantur. Regulus educit eum extra Curiam, comitatusq; reliquis magiſtratibus in carcerem perducit. Ex quo intelligi debet imbecillitas rerum humanarum & inconſtantia, nec nos unquam ullo pacto extolli oportere. nam quem omnes manè ut potiorem ſe comitati fuerãt in Senatum, eum paulo pòſt in carcerem trahebant ut abiectum & nefarium hominẽ: & cui coronam paulò antè dederant, eundem poſtea uinculis conſtringebant: quemq; antea ſatellites ſtipabant ut dominum, eum deinde ut fugitiuum cuſtodiebant. Hîc plebs cõmota irridere & uociferari cepit propter eos qui ab eo interfecti fuerant, eiq; propter ea quę ſperauerat, illudere, omnesq; eius ſtatuas deturbare, affligere, cõminuere, diſsipare, tanquam eo pacto uulnus homini infligeret. Ex quibus rebus omnibus Seianus iam tum poterat præuidere, quid ſibi eſſet euenturum. Nam non multò pòſt decreto Senatus in Gemonias proiectus eſt, plebsq; corpus eius triduo magnis opprobrijs affectũ, tandè in flumen proiecit, & liberi eius Senatusconſulto ad mortem ducti ſunt, filia uirgine quæ filio Claudij deſponſa fuerat, prius à carnifice uitiata, quòd nefas eſſet uirginem in carcere necari. Tunc in Vrbe magnus tumultus concitatus eſt. Plebs enim occidere properabat eos quos intelligebat plurimum apud Seianum potuiſſe, atque eius autoritate fultos, ſæpe multis iniuriam feciſſe: milites dolere, quòd in ſuſpicionem ueniſſent Seiani beneuolentiæ, quodq; ſibi uigiles in fide erga Imperatorẽ præpoſiti eſſent, ob eamq; rem facere incendia & rapinas. Senatus decreuit locari in foro ſtatuam Libertatis, atq; eum diem quo mortuus erat, celebrari certaminibus equorum & belluarum cædibus annuis, quod antea factum erat nunquam: atque ut nemini in poſterum honores immoderati tribuerentur: ne'ue per alium quàm Imperatorem iuraretur. Quibus decretis factis nihilominus Macronem paulo pòſt & Laconem adulari ceperunt, quamuis hi proximo exemplo perterriti, ampliſsimos honores repudiarent. Tiberius nactus occaſionem ex Seiani delictis, magnum numerum hominum ſuſtulit, quos partim tradidit in manus carnificum, partim afferre ſibi manus coegit. Erat idonea cauſa ad accuſandum, Seiano amicum fuiſſe, aut fuiſſe uideri, quaſi uerò Tiberius eum non dilexiſſet plurimũ, aut ipſius cauſa cæteri ſtudioſi eius non fuiſſent. Sed in hac tam magna crudelitate tamen uiſus eſt aliquid humaniter agere, quòd Caſsiano & Lucio Seiano Prætori, ac Marco Terentio equiti pepercit. Hic Seianus in contumeliã Tiberij ſpectaculum

Seianus deprehenſus incarceratur.

Rerum humanarum mutatio.

Seianus è ſcalis præcipuatur.

Virginem in carcere necari nefas erat.

Libertatis ſtatua.

Dies necis Seiani celebratus.

ctaculum per caluos homines præbuerat uſque ad ueſperum. erat enim Tiberius caluus. Præterea abeuntibus ex theatro à quinque millibus puerorum, qui omnes raſi erant, lumina præferri curauerat. Qua de re Tiberius non modò iratus non eſt, ſed etiam principiò ſe intellexiſſe diſsimulauit ea quæ ſibi de ijs rebus nunciata eſſent. Ex eo tempore calui omnes Seiani dicti ſunt.

Spectaculum per caluos in contumeliam Tiberij à Seiano exhibitum. Seiani calui.

Terentius uerò reus factus propter amicitiã Seiani, nõ ſolùm eam non negauit, uerùm etiam ſe ſtudioſum eius fuiſſe dixit, eumq; coluiſſe maximè, propterea quòd apud Tiberium in magno honore haberetur. Nam ſi Tiberius, inquit, rectè fecit utens eo familiariter, ego certè nihil peccaui: quòd ſi errauit Imperator omnium rerum peritus, quid mirum ſi ego unà cum eo errore ductus ſum? quandoquidẽ nos decet amare & uereri eos quos ille afficit honore, nec quales ſint, inueſtigare curioſiùs, ſed hac una regula metiri eorum beneuolentiã, ſi principi grati ſint. Itaq; Senatus non modò liberauit Terentium, ſed etiam accuſatores acerbè increpauit. Tiberius comprobata hac ſentẽtia Senatus, magnis laudibus affectus eſt, præſertim quòd uno die iſtos inſignes delatores occidi iuſsit.

Terentij excuſatio elegans.

Delatores occiſi.

Cæterùm dedecore atque infamia opprimebatur, quòd amore nobiliſsimorũ puerorum pariter atque fœminarum captus eſſet, cuius rei unum tantũmodo exemplum ponam. Sex. Marius amicus eius erat, ob eamq; rem adeò magnas opes & potentiam ſibi cõparauerat, ut cùm aliquando uicino ſuo infenſus fuiſſet, eiq; biduũ conuiuium feciſſet, ac primo quidem die uillam eius eſſet demolitus, poſtridie uerò ampliorem magnificentioremq; ædificauiſſet, ignoranti domino, à quibus id eſſet factum, utrunq; cõfeſſus dixerit, ſe eo pacto homines ulciſci & remunerari poſſe. Is ergo filiam ſuam pulcerrimam fœminam aliò miſit, ne Tiberius eam uitiaret, eapropter ipſe cùm eadẽ filia rem habuiſſe accuſatus, ſimul cũ ea occiſus eſt.

Sexti Marij diuitiæ, & egregium factum.

Tiberio nepos erat ex filio Druſo Tiberius adhuc puer: alter ex Germanico, nomine Caius, cui futuro Imperatori magis fauebat, quòd ſciret ea quæ ad utrunq; pertinerẽt. Nam Caio, cum is aliquãdo cũ Tiberio diſsideret, ferũ dixiſſe: Tu hũc occides, alius te. Cumq; non haberet ſibi propinquitate cõiunctiorem, ſciretq; eum peſſimum & ſceleratiſsimum fore, libenter ei, ut aiunt, Imperium reliquit, quò memoriam ſcelerum ſuorum maioribus Caij ſceleribus obrueret, utq; maxima atq; nobiliſsima pars Senatus poſt mortem ſuam necaretur. Sæpe enim dictum illud uetus fertur uſurpaſſe,

Cur Tiberius reliquit imperium Caio.

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί,
Me mortuo, terram ignis undiq; hauriat.

Magna Tiberij crudelitas atq; inſania.

Sæpenumero Priamum fortunatũ dixiſſe, quòd ei unà cum patria & regno perire cõtigiſſet. Quæ de eodem Tiberio uerè licet ſcribere ex ijs quæ tum acciderunt. Tam magna enim multitudo Senatorũ interijt, & reliquorum hominum, ut magiſtratus prouincias quas ſortiti fuerãt, Prætorij quidem uiri triennium, Conſulares autem ſex annos penuria ſucceſſorum obtinerent. Gallus fuit in eorum numero qui mortui ſunt. Tum enim Tiberius ei, ut dicebat, uix tandem reconciliatus eſt: ita ille præter conſuetudinem aliorum, uitam ſupplicij, mortem beneficij loco ducebat. Marcus quoq; Aemilius Scaurus, nullo ſcelere admiſſo captus ob tragœdiam quam compoſuerat, in atrociorem eo quem ſcripſerat caſum incidit. Atreus poemati nomen erat, in eoq; cohortabatur ad exemplum Euripidis eum, qui foret ſub imperio, ut principis ſtulticiã ferret. Qua re cognita, Tiberius rem omnem ad ſe ſpectare arbitratus, ſeq; propter cædes factas intelligi Atrei nomine,

Aſinij Galli mors.

M. Aemilius Scaurus propter Tragœdiam, cui nomen erat Atreus, occiſus eſt.

dixit ſe Scaurum Aiacem facturũ, id quod euenit. nam ipſum eò deduxit, ut ſibi mortem afferre cogeretur: nõ tamen de hac re facta eſt accuſatio, ſed quòd Liuillæ ſtuprum intuliſſet. multi enim ob hanc cauſam ſupplicio affecti ſunt. Eodem anno, ſi quid res Aegyptiorũ ad Romanos pertinẽt, Phoenix in Aegypto uiſa eſt, ea Tiberio mortẽ denunciare putabãt. Etenim ſequenti anno grauiter ægrotauit: cui Caius, metuens ne conualeſceret, poſtulanti cibum non ſuppeditabat, quod ei diceret obfuturum, quodq́ afferret eum caloris indigere, ita multis & grauibus ueſtimentis cooperiebat, ut eum ſuffocauerit. Macro in hac re Caio præſtabat operã, ac propter grauiſsimum morbum Tiberij adoleſcẽtem fouebat, eiusq́ animum ad amorem Enniæ Thraſyllæ uxoris ſuæ pellexerat. Quam rem cum Tiberius aliquando ſuſpicatus eſſet, Tu quidem, inquit, Macro occidentem deſeris, & ad orientem feſtinas. Itaq́ Tiberius homo magnis uirtutibus prȩditus, coopertusq́ ſceleribus, ac ambobus pariter uſus, quaſi tantũ in alterutro ſe exercuiſſet, mortuus eſt. Vixit annos ſeptuaginta ſeptẽ, menſes quatuor, dies nouem. Regnauit annos uiginti duos, menſes ſeptem, dies quinque: publica ſepultura affectus, & à Caio laudatus eſt.

Phœnix uiſa in Aegypto, quo anno Tiberius mortuus eſt.

CAIVS CALIGVLA.

DIONIS LIBER LIX.

Tiberij teſtamentum irritũ à Caligula factum.

CAIVS factus Imperator, tabulas teſtamenti Tiberij miſit ad Senatum, easq́ irritas fecit, quòd Tiberius eo tempore ſanæ mentis non fuiſſe uideretur. (Nam Tiberium nepotem ſuum puerum adhuc, cui ne ius quidem erat introire in Senatum, Imperatorem unà cum Caio deſignauerat) eundemq́ Tiberium paulo pòſt ſuſtulit. Reſtituit ſaltatores, cepitq́ in eos, equosq́ ac gladiatores ita magnos & effuſos ſumptus facere, ut maximos theſauros breui tempore conſumpſerit, in quib. cùm inueniſſet uicies ter millies, ac octogies ſeſtertiũ, ea ante annum tertium dilapidauit. Adulter præter cæteros homines fuit. nam mulierem iam deſponſam uiro eripuit, & cõplures alias nuptas, iamq́ cum maritis habitantes abduxit, easq́ omnes poſtea prȩter unam odio habuit, cui etiam inimicus fuiſſet, ſi uixiſſet diutius. Impius fuit plus quàm dici poſsit in auiam & ſorores. Nam & illam aliquando ab ipſa increpatus, eò deduxit ut ſibi mortem uoluntariam afferret: & duas ſorores quibus ſtuprũ intulerat, in inſulam relegauit: tertia obierat antea. Adeò uerò inconſtans erat, & difficilis in rebus gerendis, ut nemo ſciret, quid ſe apud eum dicere aut facere oporteret: quòd ſi quid illis proſperè ſucceſsiſſet, id magis eueniebat fortuna quàm conſilio. Solebat hominum frequẽtia delectari, mox amare ſolitudinem: iraſci, cùm quid ab ſe peteretur: ſæpenumero, cùm nihil eſſet petitum, ſuccenſere: accedere ad res gerẽdas celerrimè: in quibuſdam negligentiſsimus eſſe: prodigus in profundenda pecunia, in quærenda ſordidiſsimus. Aſſentatoribus & liberè loquẽtibus hominibus pariter ſuccenſere, & delectari: multos ſceleratos homines impunitos relinquere: multos bonos uiros interfici iubere: animaduertere in amicos, eisq́ grauiſsimas iniurias afferre. Itaq́ populus Romanus poſtquam uenit in huiuſmodi Imperatoris poteſtatem, exiſtimare cepit Tiberij facta, quæ alioqui crudeliſsima uiſa fuerant, tantum à Caio ſuperari, quantum illa à rebus ab Auguſto

Theſaurus Caij.

Quinq; myriades myriadũ, ſeptem millia ſeptingẽtæ myriades drach.

Stuprum illatũ ſororibus.

Caligulæ in rebus gerẽdis inconſtantia.

geſtis diſcrepauerant. Igitur Caius primò ſeruire cepit ſaltatoribus & ſceni
cis hominibus, Apellemq; tragœdum celeberrimum publicè ſecum habe- *Apelles Tragœdus.*
re: progrediente uerò tempore eorum etiam facta æmulari, cum ijsq; con-
tendere, currus agitare, deſcendere in certamen gladiatorum, deniq; ſalta-
re, & tragœdias agere. Iuſsit enim aliquando de nocte accerſiri feſtinatò
principes Senatus, tanquam de rebus neceſſarijs ab ijs eſſet conſilium ca-
pturus: pòſt ubi conuenerunt, ſaltauit: uerùm initiò Senatum modeſtè allo *Caligula inſignis ſaltator.*
quebatur, promittebatq; ſe cum eo communicaturum imperium, filiumq;
atq; alumnum eius ſe eſſe dicebat. Natus erat annos quinq; & uiginti, men
ſibus quinq; & diebus quatuor exceptis. Eos autem qui erant in carcere, li-
berauit: in quorum numero fuit Quintus Pomponius, qui iam ſeptem an- *Q. Pomponius ex carcere liberatus.*
nos, poſtquã geſſerat conſulatum, in carcere afflictus erat. Functus eſt con-
ſulari dignitate cum Claudio patruo ſuo. Hic fuerat uſq; ad ea tẽpora eque-
ſtris ordinis, ſed defuncto Tiberio miſſus ad Caium legatus pro equeſtri or
dine, licet ſex & quadraginta annos natus, tum primùm ſimul conſulatum
geſsit ac Senator factus eſt. Caius hæc omnia modeſtè & prudenter facere
uiſus eſt, atq; in Senatu eiuſmodi orationem habuit, ut patres ueriti ne im-
mutaretur, decreuerint eam ſingulis annis legi. Præbebãtur uaria ſpectacu- *Spectacula.*
la, in quibus urſi quadringẽti cum alijs Libycis belluis interfecti ſunt. Cur-
rum triumphalem quo ipſe uehebatur, ſex equi trahebant, quod antè factũ *Senatorum puluini & pilei.*
fuerat nunquã. Tum primùm, ne Senatores ſederent in nudis ſubſellijs, pul
uini adhibiti ſunt, ijſdemq; conceſſum eſt ad defendendos ſolis ardores pi-
leos in theatrũ ferre more Theſſalico: cumq; eſſent calores ardentiſsimi, di-
ribitorio pro theatro utebãtur. Quibus rebus cõfectis, in morbum incidit, *Diribitorium.*
neq; tamẽ mortuus eſt: ſed Tiberiũ nepotẽ Tiberij interfici iuſsit, quòd di-
ceret ab eo mortẽ ſuam optatã & expectatã fuiſſe: qua de re cõplures alios
occidit. Nam cùm Publius Afranius Potitus homo plebeius ſtulta quadã *Afranij iuramentum.*
aſſentatione, non modò uolens, ſed etiam adhibito iureiurando promiſiſ-
ſet, ſi Caius conualeſceret, ſe libenter moriturũ, cumq; Afranius Secundus
uir equeſtris ordinis dixiſſet ſe uelle ob eandem cauſam in ſingulare certa-
men deſcendere, ambos pro pecunia quam ſe ſperauerãt accepturos, quòd
uitã pro Caio profundere uoluiſſent, coegit promiſſa facere, ne peierarent.
Cumq; hæc fuiſſet eorum necis cauſa, Marcus Silanus ſocer eius, qui neq; *M. Silanus ſocer Caij.*
promiſerat quicquam, neq; iurauerat, poſtquàm ſenſit ſe propter uirtutem
ſuam, & nobilitatẽ generis grauem eſſe Caio, ob eamq; rem ab eo iniuriam
accipere, mortem ſibi conſciuit: quem tamen Tiberius in tanto honore ha- *Silani apud Caligulã autoritas et exiſtimatio.*
buerat, ut nollet ab eo prouocari poſſe: quòd ſi eſſet prouocatum, rurſum ei
cognitionem earundem rerum dabat. Caius autem eum uexabat omnibus
contumelijs, uocabatq; pecudem auream, filiaq; eius eiecta, Corneliam O- *Cornelia Oreſtilla.*
reſtinam uxorẽ duxit ereptam in nuptijs (quibus intererat ipſe) Caio Cal-
purnio Piſoni cui ea deſponſa erat: ac utrunq; nondum præteritis duobus
menſibus, in exilium, quod nimirum coiuiſſent, miſit: cumq; conceſsiſſet Pi
ſoni decem ſeruos ſecum abducere, atq; is plures peteret, permiſit ut quot
uellet ſeruis uteretur, dicẽs totidem cum eo milites futuros. Porrò ipſis Ca-
lendis Ianuarijs Macho ſeruus in lectum Iouis Capitolini conſcendit: deq;
eo loco multa & ea quidem grauia uaticinatus, catellum quem ſecum attu-
lerat, occidit, mox ſe ipſe interfecit. Cum autem Caius ſanguine expleri nõ
poſſet, curabat ut quàmplurimi inter ſe dimicarent, eoſq; nonnunquam bi
nos, interdum etiam confertos tanquam in acie cõgredi iubebat, ita ut ſex

Crudelitas Caij. & uiginti equites uno die cæſi ſint. Tanta enim fuit eius crudelitas, ut cùm defeciſſent damnati ad beſtias, nonnullos ex ea turba quæ in tabulis conſederat, corripi iuſſerit, & beſtijs obijci: ijsq́, quo minus loqui poſſent, aut quenquã accuſare, linguas præcidi mãdauit. Coegit etiam illuſtrem equitẽ deſcendere in certamẽ gladiatorium, quaſi Agrippinæ matri ſuæ iniuriam feciſſet, eumq́ poſtea, cum uictor fuiſſet, accuſari et interfici iuſsit: patremq́ eius qui nihil cõmiſerat, coniectum in caueam, ſicut alios permultos, interfecit. Primùm inſtituit huiuſmodi certamina in ſeptis, eo loco perfoſſo atq́ aqua impleto, ita ut in eum nauis introduci poſſet. Idem fecit in alijs locis deſtructis maximis ædificijs, ac tabulatis defixis. Quibus rebus omnibus, tum etiam propter nimios ſumptus, & propter cædes factas in magnum o-
Macronis & Enniæ interitus. dium uenit, tum uerò quòd Macronẽ Enniamq́ immemor priſtinæ illius beneuolentię, & amoris huius, acceptiq́ ab eo beneficij, coegit mortem uoluntariam oppetere cum maximo dedecore ac turpitudine, cuius ipſe maximam partem ſuſtinebat. Eum enim præter cætera accuſauit lenocinij. Occiditq́ quamplurimos accuſatos de uarijs criminibus: uerè autem id fecit, ut eorum facultates conſequeretur. nam ei pecunia opus erat, quòd theſauros ſuos exhauſiſſet, quodq́ nihil ei ſatis eſſet. Paucis pòſt diebus uxorẽ duxit
Lollia Paulina. Lolliam Paulinam, cuius uirum Memmium Regulum coegit eam ſibi deſpõdere, ne eam quæ deſponſa nõ eſſet, contra ius faſq́ duceret: eandemq́ paulo pòſt repudiauit. Cùm autem magnã copiam luti cõſpexiſſet in quo-
Flauius Veſpaſianus. dam angiportu, id omne in ueſtem Flauij Veſpaſiani, cui purgãdorum angiportuum cura mandata erat, conijci iuſsit. Quod factum etſi tum animaduerſum nõ eſt, tamen poſtquàm Veſpaſianus res omnes cõturbatas confuſasq́ recepit atque reſtituit, uiſum eſt diuinitus accidiſſe, ut tum ei Caius curam purgandæ urbis commiſerit. Conclamãte uerò aliquando populo, A-
C. Caligulæ magna crudelitas. doleſcens Auguſte, ratus ſibi iniuriã illatam eſſe, quamplurimos occidi iuſſit, eosq́ partim abſtrahi à ſpectaculis, partim abeuntes è theatro ab[illegible]pi. id enim ſæpe facere ſolebat: quinetiam aliquando uniuerſo populo minatus eſt his uerbis: Vtinam, inquit, omnes unam ceruicem haberetis. Hi[illegible] temporibus in quodam ſpectaculo quingẽti urſi uno die interfecti ſunt, ac poſtridie eius diei totidem belluæ Libycæ. Cùm autẽ, ut ſuprà diximus, aurigarum equorumq́ ſtudioſus eſſet, pleroſque aduerſarios palàm, nonnullos ueneno ſuſtulit. Adeò autem ſtudebat homini uiridi ueſte induto, cui ex co
Praſinus. lore eius ueſtis Praſinus nomẽ fuit, ut noſtris etiam temporibus locus, ubi
Equus Caij. ille currus agitabat, Caianus appelletur. Vnum uerò ex equis ſuis quẽ Incitatum nominabat, inuitabat ad cœnam, ita ut ei hordeum ex auro apponeret, funderetq́ uinum in poculis aureis, ac per ſalutem eius & fortunam iuraret, ſeq́ eum Conſulem facturum polliceretur, id quod feciſſet omnino, ſi uixiſſet diutius. Cùm uerò frequẽs conueniſſet Senatus, orationẽ habuit
Caligulæ in Senatum oratio. in qua laudes Tiberij cõplexus, Senatores pluribus uerbis accuſauit: Vos enim, inquit, illũ aſperè tractaſtis, Seiano animos inflaſtis, pòſt eum occidiſtis: itaq́ intelligo me nihil boni expectare à uobis oportere. Cumq́ hæc dixiſſet, ipſum Tiberiũ ita ſibi loquentẽ fecit: Tu uerò, inquit, Cai omnia uerẽ rectẽq́ dixiſti: quamobrẽ diligas eorum neminẽ, nemini in poſterũ parcas,
» omnes te oderũt, te mortuũ omnes cupiunt. nemo enim libenter ſubijci po
» teſt, ſed unuſquiſq́, quãdiu timet, potentiorẽ colit & obſeruat: pòſt ubi ce-
» pit reb. ſuis cõfidere, ulciſcit imbecilliorẽ. Cùm peroraſſet, exceſsit è Senatu, atq́ eodẽ die in ſuburbia profectus eſt. Senatus hac oratione obſtupefactus,

ctus,ac timore perterritus,ne uerbũ quidem facere potuit.Poſtero die rur-
ſum cogitur:ibi omnes Caiũ efferũt ſummis laudibus,magnas gratias agũt,
quòd nõ perierint antea:decernũtq́;,ut quotãnis, quo die hęc lecta fuerint,
boues immolẽtur eius humanitati, eumq́; omnibus ferè rationibus fouere
in reliquũ tẽpus cœperunt. Sed Caius ea parui pendere, & in mari equitare
quodam modo cupere,ponte inter Puteolos & Baulos facto, qui locus op
poſitus ciuitati, diſtat ab ea amplius tria millia paſſuum. Ad hunc pontem
faciendum naues coactæ & ædificatæ fuerunt: nec enim ſufficiebant colle-
ctę, propterea quòd pons ita factus nõ eſt,ut liceret tantummodò per eum
tranſire:ſed fuêre etiam in eo diuerſoria quædam ita ædificata,ut in ea aqua
bibendi cauſa deduceretur.Quibus rebus inſtructis paratisq́;,Caius thora-
cem induit Alexandri,(ſic enim appellabat) deinde ſericam chlamydẽ pur
puream,multo auro,multisq́; lapillis Indicis ornatam:tum accinxit gladiũ,
ſcutumq́; accepit, & ex quercu coronatus eſt: pòſt factis ſacrificijs Neptu-
no atq; Inuidiæ,ne ſibi,ut ipſe dicebat,inuideretur,Baulis pontem ingredi-
tur,introducta magna equitum ac peditum armatorum multitudine,atque
inde ſtatim tanquam in hoſtes in ciuitatem irruptionẽ fecit. In qua cùm po
ſtero die uelut ex pręlio requieuiſſet,curru per eundem pontem uectus eſt,
indutus ueſte auro intexta. Vehebant eum ferociſsimi equi & uictores,
eumq́; multa pro ſpolijs conſequebantur. In his fuit Darius Arſacides, qui
tum erat in obſidibus Parthorũ. Sed cùm oporteret aliquid eum apud tam
magnum exercitum,ac tam magna parta uictoria concionari, tribunal con
ſcendit ſupra naues ac in medio ponte factum. Hîc cepit ſe ipſe efferre lau-
dibus, quaſi præclari operis autor fuiſſet: dein milites extollere, quaſi ma-
gnis laboribus ſuſceptis,ac periculis aditis,diceretq́; præter cætera, eos ma-
ria ambulauiſſe.Hac oratione habita,ipſe in ponte,tanquam in inſula,cæte
ri in reliquis nauibus conſiſtunt,reliquamq́; diei partem in conuiuijs conſu
munt. Ex eo loco atque ex montibus multus ſplendor undique relucebat.
Nam cùm locus natura curuus ſit inſtar falcis, lumina ex omnibus partibus
non ſecus, quàm in theatro uidebantur. Poſtquam fuit cibo uinoq́; confe-
ctus,pleroſq́; ſocios de ponte deiecit in mare:multosq́; cùm ueheret naui-
bus roſtratis,faciebat in profundum,ita ut aliquot ex ijs interierint.nam ma
gna pars,etſi ebrij erant, euaſit, quòd mare tranquillum & placatum eſſet.
Qua ex re efferebat ſe mirificè, ſeq́; à Neptuno dicebat timeri:Dariumq́; &
Xerxem multis modis irridebat, quòd pontem multo maiorem, quàm ipſi
unquam fecerant,in mari faciendum curauiſſet.Difficile eſt enumerare no-
biles uiros qui ab eo interfecti ſunt: dicendum tamen de quibuſdam uide-
tur,ut ex ijs quãta fuerit Caij inſania, conſtare manifeſtè poſsit. Iunius qui-
dem Priſcus Prætor de quibuſdam alijs rebus accuſatus propterea occiſus
eſt,quòd locuples erat: quem ut Caius intellexit nihil dignũ ſupplicio com
miſiſſe,orationem habuit admirabilem,in qua ſe à Priſco deceptum eſſe di-
xit,eumq́; fruſtrà mortuum eſſe,cùm potuiſſet uiuere.Domitius uerò Afer
ut in graue ac mirum periculũ uenit, ita ſalutem multo adeptus eſt admira-
bilius.Hic,cùm Agrippina Caij mater olim fortè uiuo Tiberio facta ſibi eſ-
ſet obuiam, deceſſerat de uia,pudore adductus, propterea quòd quandam
propinquam eius accuſauerat: quo cognito Agrippina,eoq́; ad ſe uocato,
Bono animo es,inquit,Domiti: non enim tu mihi huius cauſa es,ſed Aga-
memnon.Hac re Domitius confidens,ſtatuam Caio poſuit, ſubſcripto epi-
grammate,ex quo intelligebatur,Caium agentem annum ſeptimum & ui-

Sacrificia Romæ in Caligulæ honorem instituta.

Pons in mari.

Stadia XXVI.

C. Caligulæ confictum ad Baulos prælium.

Caligulæ ad milites oratio.

Iunius Priſcus innocenter accuſatus et damnatus.

Domitius Afer.

Caligulæ ſtatua a Domitio poſita.

geſimum, alterum Conſulatum geſsiſſe. Huic Caius ſuccenſere ob eam cau
ſam cepit, quaſi ſibi adoleſcentiam exprobraret, ac ipſe contra leges feciſſe
uideretur. Itaq; eum qui potius ob id factum magnos honores ſperauerat,
in Senatu reum fecit, lectaq; longa eius accuſatione, (credebat enim Caius

Caligulæ eloquentia.

ſe eloquentia omnes oratores anteire, atq; hunc quem ſciebat eſſe eloquen
tiſsimum uirum, dicendo ſuperare conabatur) eundem interfici iuſsiſſet, ſi
dicendo uel minimùm contendere inſtituiſſet. Sed Domitius non ſolùm ni
hil reſpondit, uerùm etiã ſe Caij eloquẽtiam obſtupeſcere, & admirari ſimu
lauit, cepitq; actionis ſingula uerba repetere, eaq; uehementer laudare, ita
ut ſi auditor eius nõ reus fuiſſet: deinde poſtquam ipſi reſpondendi facul-
tas data eſt, ſe ad preces & lamentum conuertit: poſtremò etiam in terram
cecidit, atque in ea iacens ſupplicabat, quaſi Caium oratorem magis, quàm

Calliſtus Caligulæ libertus.

Cæſarem timeret. Qua re cõfiſus Caius, ratusq; ſe apparatu orationis eo ſu-
periorem fuiſſe, tum etiam propter Calliſtum libertum quem ipſe habebat
in honore, eumq; Domitius fouebat, iratus eſſe deſijt: quem dum Calliſtus
poſtea reprehenderet, quòd illum accuſauiſſet, reſpondit ſe tam præclaram
orationem in occulto habere non potuiſſe. Itaq; Domitij eloquentia con-

Lucius Annius Seneca ferè à Caligula occiſus.

demnata, ipſe liberatus eſt. Lucius autem Annius Seneca, qui omnes homi
nes ſuæ ætatis alioſq; permultos ſapientia antecelluit, penè occiſus fuiſſet,
nullo commiſſo delicto, ac ne ſuſpicione quidem facta: ſed quòd præſente
Caio in Senatu cauſam aliquã accuratè eleganterq; dixiſſet: ſed eum iuſſum
interfici dimiſit, perſuaſus à muliere cum qua conſuetudinem habebat, cum
tabe miſerè nec ita multò pòſt eſſe moriturum. Domitium uerò ſtatim Con
ſulem deſignauit: mouitq; magiſtratus, quòd dies feſtos egiſſent, ut erat cõ
ſuetudo, propter uictoriam quam Auguſtus cõtra Antonium obtinuerat.
Nam ut eos calumniaretur, maluit Antonio, quàm Auguſto prognatus ui-
deri: dixeratq; antea ijs, cum quibus cõmunicabat cætera, illos, utrumlibet
facerent, omnino eſſe peccaturos, ſiue ſacrificarent propter cladem Anto-

Carinæ exiliũ.

nij, ſiue propter uictoriã Auguſti ſacra non facerent. Carinam uerò Secun-
dum oratorem exilio mulctauit, quòd exercendi ſui cauſa cõtra Tyrannos
declamauerat. Cæterùm conſumpta Vrbis ac totius Italiæ pecunia, Caius

Caligulæ in Gallia res geſtæ.

in Galliam proficiſcitur, ad eam gentem fortunis quæ tum erant maximæ
atq; florentiſsimæ, unà cum Hiſpanis ſpoliandam: eoq; duxit ſaltatores, gla
diatores, equos, milites, atq; oblectamenta eiuſdem generis. Ibi publicum
crimẽ fuit diuitem eſſe: atque horum poſſeſsiones cùm uenderet ipſe, inde
multo maiorem pècuniam redegit, quòd omnes cogebantur pluris, quàm

Caius theſauros uendit.

res eſſent, emere. Qua de cauſa iuſsit theſauros imperij pulcerrimos atque
precioſiſsimos afferri, eoſq; ſub pręcone ſubiecit: cumq; eos uenderet, dice
bat de ſingulis, Hoc meus pater, hoc mater, hoc auus, hoc proauus poſſe-
dit: hoc Antonius ex Aegypto attulit, hæc ſunt Auguſti ſpolia. neque uerò
acquirebat quicquam, aut aſſeruabat, ſed inſumebat omnia, ut cõſueuerat.

Caligulæ horrenda in milites ſuos crudelitas.

Magnum exercitum comparauit, in quo erant militum ducenta quinqua-
ginta millia, eorumq; magnam partem cõſumpſit: nam eos ſigillatim, non-
nunquam etiam confertos occidebat. Cumq; aliquando conſpexiſſet ma-
gnam hominum multitudinem, ſiue eorum qui erant in uinculis, ſiue alio-
rum quorundam, eos omnes à caluo ad caluum, ut dici ſolet, occidi iuſsit.

A' caluo ad caluum.

Cùm autem luderet alea, ſibiq; pecuniam deeſſe intelligeret, ob eamq; cau
ſam Gallos cenſeri, ac eorum locupletiſsimos interfici iuſsiſſet, ad colluſo-
res ſuos reuerſus ait, Vos quidem de paruo drachmarum numero contem-
ditis

ditis: at ego collegi ſexies millies ſeſtertiûm. Vtq́ illi occiſi ſunt contra ius faſq́, ita Iulius ſacerdos locuples, non tamen uſq́ adeò diues, ut propterea deberent ei inſidiæ parari, tamen propter ſimilitudinē nominis interfectus eſt: adeò Caius faciebat omnia nullo adhibito iudicio. Claudium quoque ſuſtuliſſet, niſi contempſiſſet hominem natura & iudicio ſegnem. Profectus ad Oceanum, quaſi ducturus exercitum in Britanniam, in littore inſtructis militibus, triremem conſcendit: cumq́ inde ſoluiſſet, paulo pòſt retrò ceſsit, ſeditq́ pro tribunali, deditq́ ſignum militibus à tubicinibus tanquam ad confligendum excitatis: tum imperauit ijs, ut conchylia colligerent. Quibus ſpolijs acceptis (ſcilicet hoc bellum exuuias huiuſcemodi ad triumphum poſtulabat.) magnificè gloriabatur, quaſi Oceano ſubacto: deinde multa largitus militibus, conchylia Romam attulit, ut hæc ſpolia populo Romano oſtenderet. Senatus quemadmodum de his rebus taceret (nouerat enim hominis inſolentiam) aut quamobrem eum laudaret, neſcire. Nam qui factum perexiguum ſummis laudibus extollit, eiq́ magnos honores tribuit, id ludificari quodammodo & calumniari uidetur: tamen Caius, ut eſt in urbem ingreſſus, ferè uoluit uniuerſum Senatum perdere, quòd ſibi honores propè diuinos non decreuiſſet. Congregato uerò populo, magnam uim auri argentiq́ profudit de ſuperiore loco, quæ pleriq́ dum colligerent, mortui ſunt, quòd ferramenta quædā exigua, ut aiunt, cum ijs commixta fuerint. Prẹterea Caſsium Becillinum occidi iuſſit, coegitq́ Capitonem patrem eius uirum bonum nullius accuſatum delicti, ſupplicio filij intereſſe: qui dum à Caio peteret, ut ſibi oculos claudere liceret, iuſſus eſt pariter occidi. Erat Caio Protogenes quidā miniſter in crudeliſsimis ac difficilimis rebus: hic perpetuò duos libros ſcrebat, quorum alterum gladium, pugionem alterum nominabat. qui dum aliquando alias ob cauſas introijſſet in Senatum, eumq́ Senatores omnes ſalutarent & amplecterētur, toruè Scribonium Proculum aſpiciens, Tu ne etiam, inquit, me ſalutas, qui tam acerbè Imperatorem odiſti? Quod ubi Senatores qui aderant præſentes, audiuerunt, Proclum circunſiſtunt, eúmque diſcerpunt & dilacerant. Qua re lẹtatus Caius, ſẹ patribus reconciliatum eſſe dixit. Illi decreuerunt, ut Caius ſederet in Senatu in præcelſo atque edito tribunali, ne quis ad eum accederet, ibiq́ cuſtodia militari uteretur. Heros autem à multis, & deus à quibuſdam uocatus maximè efferri cepit: cupiebat enim antea ſe humana conditione ſuperiorem uideri, cum Luna coijſſe, & à Victoria coronatum eſſe. Iouem enim ſe eſſe fingere, dicerecq́ ob eam cauſam ſe cum pleriſque mulieribus, ſed præſertim cum ſororibus rem habere. Fiebat ſæpenumero Iuno, Diana, Venus, ac præter mutationem nominum ueſtes capiebat dijs proprias & accommodatas. Interdum enim mollis & effœminatus craterem thyrſumq́ gerebat bacchātium ritu: interdum ſeuero & uirili uultu clauam ac pellem leonis ferebat: rurſum imberbis, mox barbatus eſſe uidebatur, tridentē aliquando tenebat, nonnunquam iaciebat fulmen, ſæpe bellicoſẹ uirgini ſimilis factus, nō multo tempore pòſt mulierē repręſentabat. Ita cōmutatis ueſtibus, alijſq́ rebus acceptis demptiſq́, uarias formas capiebat, dum cætera omnia potius, quàm homo cupiebat uideri. Itaq́ eum Gallus quidam, ut uidit ſedentem in ſolio eminentiſsimo, Iouis ornatu, atque inde reſpondentem, irridere cepit. Qua re animaduerſa Caius, ad ſe uocauit hominem, rogauitq́ quid ſibi uideretur. is reſpondit (dicendum eſt enim quod dixit) hanc magnam dementiam uideri: ſed is, quòd ſutor e-

Quindecim millia myriadum.

Iulij ſacerdotis Galli mors.

Claudius.

Egregium Caligulæ aduerſus conchylia marina certamen.

Oceanum ſubigit.

Caſsius Becillinus.

Protogenes.

Scribonij Proculi mors.

Caligulæ faſtus ac ſuperbia.

Deorum formas induebat.

Sutor Gallus.

Galli ſutoris de ueſtitu atq́; faſtu Caligulæ liberè dictum.

rat, nullo damno affectus eſt. adeò principes huiuſmodi æquiore animo ferre ſolent plebeios homines liberè loquentes, quàm præditos aliqua dignitate. Cùmq; ſe deum eſſe fingeret, caperetq; formas eius generis: tum uerò ei ſupplicationes fiebant, uotaq; & ſacrificia accõmodata adhibebantur: alioqui ueſtitu ſerico & triumphali procedebat in publicum. Complectebatur & oſculabatur paucos, manum ſuam, pedem' ue plurimis, ijsq; Senatoribus ad oſculandũ prębebat, ita ut ij quos ipſe oſculatus eſſet, ei etiam in Senatu gratias agerent, licet ſaltatores quotidie in cõſpectu omnium oſcularetur. Aſſentiebantur ei etiam ij qui aliquid poſſe uidebantur. Nam

L. Vitellius aſſentator.

L. Vitellij in Syria res geſtæ.

Lucius Vitellius homo non ignobilis, nec ſtultus, ſed clarus propter Syriã, quam prouinciam obtinuerat, in eaq; cùm cætera omnia glorioſe adminiſtrauerat, tum uerò Artabanum, quem nemo propter Armeniam ultus fuerat, quiq; iam tum inhiabat Syriæ, perterrefecerat, dum ei repẽtè ad Euphratem occurriſſet, collatisq; ſermonibus coegiſſet ſtatuis Auguſti Caiq; ſacra facere, ſancireq; fœdera ad commodum & utilitatem populi Romani, filijs eius obſidibus acceptis: ubi accerſitus eſt à Caio ad ſupplicium, (nam quòd Parthi regem ſuum excegerant, culpa omnis in ipſum conferebatur) cognouitq; odium in ſe cõcitatum eſſe propter inuidiam, ac ſibi propter timorem

Vitellij aſſentatio.

inſidias eſſe factas, ſimulare cepit ſe longè minorem eſſe opinione: dein accidere ad pedes Caij, profundere magnam uim lachrymarũ, ei diuinos honores tribuere, uenerari, uoueréq;, ſi incolumis ſeruaretur, ſe ei ſacra facturum. Itaq; non modò euaſit ſaluus. ſed eum ita leniuit & placauit his rebus omnibus, ut nõ ſolùm uiueret, ſed etiam in familiarib. eius haberet. Cumq;

Caligulæ inſania atq; impietas erga deos.

Caius aliquando ſe cum Luna coire diceret, interrogaretq; Vitellium, an deam uideret coeuntem ſecum, obſtupefactus tremensq; cepit deorſum inſpicere, locutusq; pauca, Licet, inquit, Domine, uobis dijs tantummodo uos inter uos uidere. Itaq; Vitellius inde facto initio, cæteros aſſentatores in reliquũ tempus ſuperauit. Caius eò deductus eſt, ut & templũ in urbe faciendũ ſibi curauerit, & domũ in Capitolio, quò poſſet, ſicuti dicebat, unà

Cum Ioue contendit.

cum Ioue habitare: ſed indignatus poſtea, quòd ſibi habitanti cum Ioue ſecundæ partes darentur, eum propterea accuſare cepit, quòd Capitoliũ occupauiſſet: ob hanc cauſam templum alterum ædificari in Palatio celeriter iuſsit, eoq; uolebat ſtatuam Iouis Olympij cõmutatam in ſuam formam transferre: ſed id non potuit. propterea quòd nauis quę ad tranſuectionem

Templa Caligulæ.

eius parata erat, fulmine percuſſa fracta eſt: præterea quoties ibatur ad eam ſtatuam tangendam, multus riſus audiebatur. quare Caius minatus Ioui, aliam ſibi faciendam curauit. templumq; Caſtoris & Pollucis, quod erat in foro, demolitus, inter medias ſtatuas eorum aditum ſibi ad Palatium patefecit, ut Caſtorẽ & Polucem, ſicuti dicebat, ianitores ſuos haberet. Dialem

CCL. Myriades drachmarum.

Equus in ſacerdotem à Caligula deſignatus.

ſe nominabat. Cæſoniã uxorẽ, & Claudium, aliosq; locupletiſsimos homines ſacerdotes creauit, cuius rei cauſa exegit à ſingulis centies ſeſtertiûm. Cumq; ſe ipſe ſacerdotem feciſſet, equum collegam in ſacerdotio deſignauit, eiq; ſingulis diebus aues teneræ & precioſæ ſacrificabant. Tonabat machinis quibuſdã, & fulgurabat: ac quoties fulmen de cœlo caderet, ipſe contrà iaciebat lapidem, dicebatq; in ſingulis iactibus illud Homeri,

Iliad. XXIII.

—ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε, Aut tu me interficias, inquit, aut ego te. Igitur is deus atque Iupiter, ut omittam cætera facinora turpiſsima, ex quibus pecuniam colligebat, cellas habuit ædificatas in Palatio, in quibus uxores, pueroſq; primorũ ac nobiliſsimorũ hominum incluſerat, ex ijsq; fructum

capiebat

capiebat partim ui, partim de uoluntate ipſorum, ne ei moleſti eſſe uiderentur: quod facinus prætermittere quis poteſt? præſertim cum in auro argentoq; ab eis collectio quotidie uolutaretur. Cùm igitur inſaniret in rebus omnibus, Caſsius Chærea, & Cornelius Sabinus, etſi erant Tribuni prætorianorum militum, contra eum coniurauerũt, fuereq; multi conſcij huius coniurationis: in quorũ numero fuit Calliſtus & Eparchus, ſed illi percuſſores fuerunt. Erat Chærea uir antiquæ uirtutis morumq;, qui Caio certis de cauſis infenſus erat, quòd Caius eum, etſi fortiſsimum uirum, mulierem uocabat, eiq;, quoties ad ſe ueniret, ſignũ dabat Cupidinis, aut Veneris, aut aliud eiuſmodi. Caius quidem oraculũ acceperat, quo admonebatur, ut Caſsium caueret. Quod cùm ad Caium Caſsiũ pertinere ratus eſſet, prognatum illo Caſsio percuſſore Cæſaris, ac tum Aſiam obtinentem, eum cõſtrictum uinculis accerſiri iuſsit: quamuis ex oraculo hic Caſsius Chærea intelligeretur. Apollonius autem uir Aegyptius domi eundem eius caſum prædixit, qui ob eam cauſam Romã miſſus, ad Caium eo die perductus eſt, quo ille mortem erat obiturus: ſed dilato paululum ſupplicio, cùm futurum eſſet, ut non multo pòſt puniretur, cõſeruatus eſt. Negociũ uerò ſic cõfectum eſt. Caius dies feſtos agebat in Palatio, & ſpectaculũ edebat, cumq; ipſe comederet, & epulum alijs daret, Pomponius Secundus Conſul cibum capiebat ad pedes eius, eosq; frequenter oſculabatur. Pòſt ubi Caius ſaltare & tragœdias agere uoluit, Chærea nihil cunctandum ratus, ut eum animaduertit exeuntem è theatro, inſpiciendorum puerorum cauſa, quos ex Græcia atque Ionia nobiliſsimos acciuerat ad canticum de ſuis laudibus canendum, concluſum in paruum & anguſtum locum interfecit: quo facto, nemo eorum qui aderant præſentes, manus ab illo abſtinuit, ſed mortuum confecerũt uulneribus: nõnulli etiam carnem eius deguſtauerũt, eiusq; uxorem ac filiam ſubitò occiderunt. Ita Caius, cùm ea quæ ſuprà ſcripta ſunt, feciſſet annis tribus, menſib. nouem, diebus octo & uiginti, tandem re ipſa ſe nõ eſſe deum intellexit. Recordabantur, qui tum aderant, eius quod aliquando ad populum dixerat, Vtinam unam ceruicem haberetis: ſimul oſtendebãt, ſibi complures manus, ei unam ceruicẽ eſſe. Interfecto Caio, Prætoriani milites conturbati concurſanteſq; quærebant, quis eum occidiſſet. Hos Valerius Aſiaticus uir cõſularis præter opinionem ſedauit. aſcendit enim in excelſum atque editum locum, atq; inde uociferatus: Vtinam, inquit, eum ego interfeciſſem. Quibus uerbis obſtupefacti, tumultuari deſierunt.

Conſpiratio.

Oraculum Caligulæ datum.

Apollonij Aegyptij de morte Caligulæ uaticinium.

Caligulæ mors.

Valerij Aſiatici audax facinus.

CLAVDIVS.

DIONIS LIBER LX.

CLAVDIVS hocmodo Imperium adeptus eſt. Sublato Caio, Conſules præſidijs in omnibus locis Vrbis collocatis, Senatũ uocauere in Capitolium: dictæ ſunt ibi multæ & uariæ ſententiæ, quòd multi exiſtimabant reſtituẽdam eſſe populo Rempublicam, pleriſque in regno eſſe oportere uidebatur: & quòd alij hunc Imperatorem, illum alij deſignabant. Quibus in rebus reliqua parte diei noctisq; conſumpta, cùm nihil adhuc perfectum eſſet, pauci milites palatium ingreſsi prædandi cauſa, Claudium in obſcuro angulo latitantem inuenerunt. nam quòd fuerat unà cum Caio, proptereà in illo tumultu formidabat. Hunc illi principiò a-

Magna de nouo Imperatore deligendo contentio.

lium, quàm erat, eſſe arbitrati, ſecumq́ aliquid habere, foras extrahũt: pòſt ubi agnoſcunt, Imperatorem ſalutant, eumq́ ad exercitum ducunt, ac unà cum cæteris militibus, quòd ſtirpe regia ortus, & uir bonus habitus eſſet, regnum ei deferunt. Conſules ſtatim ad eum nonnullos, atq; in primis tribunos plebis mittunt, mandantq́, nequid eiuſmodi committat, utq́ uelit ſub imperio Senatus populiq́ Romani, & legum autoritate uiuere. Verùm ubi ſe deſertos eſſe uident ab ijs militibus, quibus antea fulciebantur, ipſi quoq; aſſentiri ceperunt. eiq́ decernere omnia quæ ad principatũ eius ſpectare uidebantur. Itaq; Tiberius Claudius Nero Germanicus, filius Druſi Liuiæ filij, ſummum principatum adeptus eſt, cùm antè nullo unquã in Imperio cognitus fuiſſet, niſi quòd Conſulatum geſſerat. Degebat eo tempore annum quinquageſimum, eratq́ uir nõ malo ingenio, præterea eruditus in literis: nam cõmentarios ſcriptos reliquit: ualetudine uerò et natura infirmior, tremuloq́ capite & manibus, ita ut ob eam cauſam uoce hæſitaret. Is

Lectica.

lectica operta primus Romanorum eſt uſus, atq; ex eo nunc omnes nõ modò Imperatores, ſed nos quoq; conſulares uiri lectica uehimur. nam antea quidem Auguſtus & Tiberius grabatis quibuſdam paruis, qualibus adhuc mulieres utuntur, interdum uehebantur. Claudius homo in cęteris minimè quidem malus, palàm autẽ familiaribus ſuis atq; mulieribus pluſquã quiſquam alius ei ſimilis inſeruiuit, quòd à puero languẽs & timidus educatus

Mulieribus deditus Claudius.

erat, ob eamq́ cauſam, plus quàm eſſet reuera, ſe ſtupidum eſſe ſimulabat, idq́ ipſe aliquando in Senatu confeſſus eſt. Propter uerò concubitus ſuos cum mulieribus nihil libero homine dignum poſsidebat. parabantur ei inſidiæ in conuiuijs & concubitibus, quibus utriſq; maximam operam dabat,

Claudij timiditas.

cùm capi facilè poſſet illis temporibus. Erat uſq; adeò timidus, ut perterritus ſæpenumero nequiret, quid ſibi faciendum eſſet, animaduertere. Quæ cùm familiares eius cognoſcerẽt, eum magis agitabãt, perterrefaciebantq́, ut ex eo fructus caperent maximos. Iidem tam magnũ timorem inijciebant reliquis hominibus, ut (ne pluribus uerbis agam) cùm multi eodem die ad cœnam eſſent à Claudio & ab illis uocati, illo quaſi ob aliam cauſam prętermiſſo, apud iſtos cœnatum uenirẽt. Itaq; Claudius abſq; ijs ſceleribus, quæ commiſit iſtorum cauſa, in cæteris cõmodus & bonus Imperator fuit. Chæream uerò & paucos alios interfecit, propterea quòd rebus ſuis longo tempore antè proſpiceret: idq́ fecit, nõ ut Caium ulciſceretur, ſed quòd eos diceret ſibi inſidias feciſſe. Erat Claudius, quod pertinet ad pecuniam faciendam, admirabilis: abſtinebat enim ab omni ſordida exactione pecuniæ, modeſtiamq́ & temperantiam populi Romani plurimi faciebat. Nam nimias

Claudij Imperatoris temperantia atq; modeſtia.

delicias, quæ fuerãt Caij temporibus, ſuſtulit, latis legibus quæ ad eam rem ſpectare uiderentur. Cauponas enim, in quibus compotare ſolebant, euertit, uetuitq́ ne caro cocta, aut aqua calida uſquam uenderetur, atque in eos qui non obtemperarẽt, animaduertit.

Sumptuariæ leges à Claudio latæ.

Ingens fames.

Per id tempus ingens fames fuit, qua in re tanta fuit Claudij prouidentia, ut ea non ſolùm ijs qui tum erant, ſed etiam poſteris uilem annonam fecerit. Nam cùm ferè frumentũ omne aliunde ad populum Romanum adueheretur, neq; regio quæ erat ad Tiberis oſtia, tutas ſtationes & portus commodos haberet, foretq́ propterea inutile maris imperium: cumq́ præter id quod aduectum fuerat opportunis temporibus, & in horrea repoſitum, hyeme nihil importaretur, atque ei qui in hac re ueller periculum ſuſcipere, malè ſuccederet: Claudius his cognitis re-

Portus.

bus, portum ædificare inſtituit: nec eum deterruit quòd præfecti fabrorũ,

Magnificentia Claudij.

cùm interrogarentur, quantos ſumptus ea res poſtularet, reſponderũt tam magnos, ut nollet eum portum facere: ſperabãt enim eum cognita ſumptus magnitudine, ſi prædixiſſent, à propoſito deterreri. Sed is nihilo minus ſibi faciẽdum putauit, induxitq́ in animum rem dignam gloria, atq; magnificẽtia populi Romani. Primùm quòd loco non paruo perfoſſo in continenti, iactisq; circùm undiq; fundamentis, eò mare intromiſit: deinde in ipſo mari factis utrinq; magnis aggeribus, ac multo mari concluſo, in eo inſulam fecit, atq; in ea turrim ædificauit, ex qua lumen nauigantibus nocturno tempore præberetur. Is locus, ut eſt, ita patria lingua Portus appellatur. Exhibuit crebrò ludos gladiatorios, quibus ualde delectabatur. præter cætera libenter ſpectabat ſub prandij tempus eos qui in medio theatro dilaniabantur: etſi leonem doctum hominem comedere, plebiq; ob eam cauſam gratum interfecit, quòd non deceret populum Romanum huiuſmodi ſpectacula uidere. Igitur cùm ſoleret expleri ſanguine & cædibus, multas ſubitas & temerarias cędes fecit. In cauſa fuerunt domeſtici, uxorq́; eius Meſſalina, quæ temeraritate atq; intemperantia omnes fœminas ſuæ ætatis ſuperauit. Nam iſti cùm aliquem interfectum eſſe cuperent, Claudium perterreſacere ſolebant, ut hac ratione facerent omnia, quæ ſibi collibuiſſet. Itaq; Claudius cùm ſæpe repentino metu perterritus occidi aliquem iuſsiſſet, eundem paulo pòſt, cùm ad ſe redijſſet, requirebat: quem dum iam interfectum eſſe cognoſceret, adeò grauiter dolebat, ut eum facti maximè pœniteret. Harũ cædium initium fuit à Caio Appio Silano, quem uirum nobiliſsimum accerſi atq; interfici iuſsit, propterea quòd Meſſalinam offenderat libidinoſam & petulantem fœminã, cum qua coire noluerat, quodq́; Narciſſo liberto Claudij propter illã inuiſus erat. Finxit Narciſſus ſe in ſomnis uidiſſe Claudium ab eodem Appio necari, eiq; in lecto adhuc recumbenti ſomniũ tremebundus narrauit: quo facinore aucto à Meſſalina & exaggerato, Appius propter ſomnium occiſus eſt. Poſt cuius cædem populus Romanus nihil amplius de Claudio bene ſperauit. Itaq; factũ eſt, ut Vinicianus & Furius Camillus præſides prouinciarum contra eum coniurauerint. Quia ex re Claudio tantus timor iniectus eſt, ut imperium eis ultrò ferè ceſſerit: ſed illi perierunt deſerti à militibus, ob eamq́; cauſam complures non ſolùm uiri, ſed etiam fœminæ mortem obierũt. Etenim propter crebras calamitates eò uentum erat, ut nihil amplius uirtus eſſe putaretur, q; fortiter & glorioſe mortem oppetere. Claudius hunc uerſum perpetuò ſignum militibus dabat,

Portus.

Subitæ atq; temerariæ cædes à Claudio factæ.

Meſſalinæ intemperantia.

C. Appius Silanus Meſſalinæ do o a Claudio occiſus.

Narciſsi ſomnium confictũ.

Furius Camillus.

Conſpiratio in Claudium ſopita.

Ἄνδρ᾽ ἀπαμύνασθαι, ὅς τις πρότερος χαλεπήνῃ, — Odyſſ. XXI.

Oportere eum ulciſci, qui prius moleſtiam exhiberet. Multa eiuſdem generis in Senatu Græco ſermone dicebat. Sed cùm Lycijs aliquando reſponderet, unum ex legatis qui olim Lycius, tum ciuis Romanus erat, Latina lingua interrogauit, ei que non planè intelligenti quod ipſe dixiſſet, ciuitatem ademit, dixitq́; eum qui non haberet huius linguæ ſcientiam, non oportere ciuem Romanum eſſe. Poſtquam enim Romani externos homines in ciuitatem receperunt, habueruntq́; in honore, id beneficium à Claudio peti, emiq́; à Meſſalina & Cæſarianis ceptum eſt: quod cùm primò magno precio uenderetur, poſtea adeò facile & uile factum eſt, ut uulgò diceretur eum qui uaſa uitrea, & ea quidem fracta dediſſet, ciuem Romanum fore. Meſſalina libidinoſa & intemperans fœmina cæteras mulieres cogebat luxurioſe & petulãter uiuere, efficiebatq́; ut multæ in Palatio uiris ſuis præſentibus ac uidentibus cum adulteris coirent, earumq́; uiros ipſa diligere,

Lycius ob Latinæ linguæ ignorantiam urbe eiectus.

Ciuitatis donatio.

Meſſalinæ infamia libido.

ac honoribus & dignitatibus augere: cæteros qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere ſolebat.

Meſſalinæ libido.

Claudius multo tempore harũ rerum ignarus fuit, propterea quod Meſſalina ancillulas quaſdam ei ſuggerebat, cum quibus rem haberet: & quos ſuſpicabatur iſta Claudio ſignificaturos partim beneficijs, partim propoſitis ſupplicijs prouidebat ne id facerent. Cùm autem ſeditio in exercitu facta eſſet, Claudius ad eam ſedandam Narciſſum miſit:

Narciſsi ad milites ſeditioſos oratio.

ſed poſtquam is in tribunal conſcendit orationem habiturus, milites ob eam cauſam multo magis irati ſtatim ex clamauerunt, ἰὼ Σατουρνάλια, id eſt ô diem feſtũ Saturni: quòd eum diem ſerui ornatu dominorũ celebrent.

Seruorum dies feſtus.

Veſpaſianus.

Itaque indignati Narciſsi cauſa, Plautio Imperatori ſuo obedientes in Britanniam traiecerunt. In eo bello Britannico Veſpaſianus, unus ex legatis Plautij, præclarè ſe geſsit: atq; ad id bellum profectus Claudius, hoſtibus cum quibus congreſſus eſt, ſuperatis, captisq; eorum regijs, Britannicus cognominatus eſt.

Meſſalinæ cum ſaltatore concubitus à Cæſare per fucum impetratus.

Meſſalina uerò amore Mneſteris ſaltatoris capta, cùm ei perſuadere non poſſet ut ſecum coiret, petiuit à Claudio uiro ſuo, ut illum ſibi obſequi iuberet, tanquam ipſi in quibuſdã alijs rebus opera eius neceſſaria foret. Is, poſtquam ei Claudius præcepit, ut omnia quæ Meſſalina imperaret, libenter faceret, cum illa rem habuit, tanquam id quoque ſibi imperatũ fuiſſet. id enim Meſſalina ſæpe in multis alijs fecit. nã quaſi Claudio conſcio ſinenteq; ei petulanter uiuere, mœchabatur.

Solis defectio.

Claudius ut præuidit ſuo natali die defectionem ſolis futurã, ueritus ne tumultus ob eam cauſam concitaretur, ſcripſit aliquanto tempore antè, non ſolùm defectionem fore, & quando, aut quanta eſſet futura: ſed etiã cauſas ſcripſit, propter quas id eſſet neceſſariò euenturum. Cauſæ hæ ſunt. Luna, ut creditum eſt, mouetur ad curſum ſolis, ſiue ſtatim poſt eum, ſiue Mercurius & Venus interiecti ſint. Mouetur autem in longitudinem, ut ſol: atq; in altitudinem, ut etiam ille fortaſsis: poſtremò in latitudinem. quod ſoli nullo modo accidit. Cùm igitur ea ſupra cõſpectum noſtrum ſimul cum ſole fuerit rectis lineis, ac ſub eius ſplendore curſum ſuum habuerit, radios eius, qui terrã attingũt, etſi nõ eodem modo apud omnes gentes, occultat: nec uerò id facit in locis omnibus. nam ſol perpetuò ſplendorem ſuum habens, eum nunquam deſerit: ex quo fit, ut totus uideatur, ijs quibus luna ita oppoſita nõ eſt, ut ipſum obſcurare poſsit. Hæc quidem de ſolis defectione dicũtur.

Lunæ defectio.

Luna uerò (nec enim alienum erit à propoſito de ea dicere, poſtquam in hunc ſermonẽ incidimus) quotieſcunq; ſoli oppoſita fuerit (id quod ei, cùm plena eſt tantummodo, perinde atq; ſoli, cùm ipſa noua eſt, contingit) atq; in umbram terræ cono ſimilem inciderit: quod fit, quoties media in latitudinem mouetur, tunc ſolis priuatur ſplendore, & qualis eſt natura, conſpicitur. atq; hæc eiuſmodi ſunt. Cęterùm Meſſalina apud ſe Mneſterem habebat abductum à Theatro, de quo cum ſermo apud populum haberetur, quòd non ſaltaret amplius: Claudius miratus iurabat eum ſecum non fuiße. Itaq; omnes magnam moleſtiam capiebant, quòd unum Claudium neſcire intelligerent ea quæ gerebantur in Palatio, quæ iam apud hoſtes percrebuerant, tamen ea nihilo magis aperiebant, quòd Meſſalinam reuererentur, & Mneſteri parcerent.

Saltatoris de Meſſalina dicterium.

cuius ars tantum ſatisfaciebat populo, quantum Meſſalinę forma eiuſdem placebat. erat enim ſaltator egregius. Hic, cùm ab eo populus aliquando magno ſtudio cõtenderet, ut ſaltaret in celebri fabula, de ſcena quaſi per tranſennam populum aſpiciens, ita reſpõdit: Non poſſum, inquit, nam cum Oreſte dormiui.

Claudij cum Vitellio conſulatus.

Sequenti anno Claudius quartùm, Lucius Vitellius tertium

tium Conſules facti ſunt. Is annus erat ab Vrbe cõdita octingẽteſimus. Eo
tempore Claudius quoſdam Senatu mouit, è quibus complures inopia rei
familiaris haud grauatim ea dignitate ceſſerunt. Idem multos in Senatoriũ
ordinem cooptauit, in quorum numero fuit Sardinius Gallus, qui princi- *Sardinius Gal-*
piò cùm poſſet Senator eſſe, Carthaginem migrauit. Cui accerſito prope- *lus.*
rè Claudius: Ego te, inquit, aureis uinculis conſtringam. Itaque ille de-
uinctus dignitate, in urbe remanſit. Claudius quamuis libertos alienos,
quoties eos deliquiſſe cognouerat, acriter puniret, tamen erga ſuos indul-
gentiſsimus erat. Nam cum ab hiſtrione tritũ illud in theatro quãdoq; dice
retur, ἀφόρητος ὅτι ὁ εὐτυχῶν μαστιγίας, Intolerabilis eſt fortunatus uerbero: &
ob eam cauſam in Polybium libertum eius omnes oculos conieciſſent, isq; *Polybius Clau-*
magno clamore reſpondiſſet, dictum eſſe ab eodem poeta, Βασιλῆες ἐγένον- *dij libertus.*
το οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι, Reges quoq; extitere de caprarijs: in eum ipſe nõ ani-
maduertit. Cumq; ad eum perferret quoſdã ſibi inſidias parare, cæteris pro
nihilo habitis reſpondit, non eodem modo pulicem, & feram belluam ulci
ſcendam. Aſiaticus uerò apud eum condemnatus eſt, parumq; abfuit quin *Aſiaticus.*
abſolueretur. nam cùm negaret factum, ſeq; neminem ex ijs, qui contra ſe
teſtimonium dixerant, noſſe confirmaret: miles qui ſe unà cum eo dicebat
fuiſſe, interrogatus quis eſſet Aſiaticus, caluũ quendam, qui tum fortè ade- *Vitellij impro-*
rat præſens, oſtendit: nam id ſignum eius tantummodo didicerat. quamob *bitas.*
rem cùm magnus riſus concitatus eſſet, Claudiusq; eum liberare ſtatueret,
Vitellius, quò Meſſalinę rem gratam faceret, ſe ab Aſiatico rogatum eſſe di *Aſiaticus accu-*
xit, ut ſibi liceret mortis genus eligere. Quod cùm Claudius audiuiſſet, A- *ſatus apud*
ſiaticum necauit, ut quem cõſcium culpæ ſeipſum morte iam damnaſſe exi *Claudium, atq;*
ſtimaret. Eodem anno parua inſula prope Theram inſulam, quæ nunquam *condemnatus*
antea uiſa fuerat, apparuit. Sed cùm multi ſeruos ſuos morbo laborantes *ſibi ipſi infert*
non modò negligenter tractarent, uerùm etiam domo expellerent, legem *manus.*
tulit, qua lege omnes huiuſmodi qui conualuiſſent, liberos eſſe iuſsit. Cùm *Edictum Clau-*
autem Veſpaſianus in Britannia obſideretur à barbaris, atq; in extremum *dij de ſeruis æ-*
periculum ueniſſet, Titus filius eius patris ſaluti metuens, incredibili auda- *grotantibus.*
cia eum obſidione liberauit, fuditq; barbaros, eosq; longius inſecutus occi- *Titi Veſpaſia-*
dit. Plautius de bello Britannico, quod bene feliciterq; geſſerat, laudatus à *ni in parentem*
Claudio triumphauit. Cneus uerò Domitius Corbulo, qui Prætor in Ger- *pietas.*
mania exercitibus in unum cõductis uexabat multos, eosq; præſertim qui *Cn. Domitius*
Chauchi nominantur, è ſolo hoſtili à Claudio euocatus eſt. Cognita enim *Corbulo.*
eius uirtute, exercitationeq; armorum, amplius eum augeri non permiſit. *Domitij Cor-*
Quod ubi Corbulo intellexit, in urbem reuerſus eſt: prius tamen exclama- *bulonis contra*
uit, ueteres duces fortunatos fuiſſe, quibus licuerit eſſe fortibus ſine periculo, *Chauchos res*
lo, ſe autem inuidia à Cæſare prohiberi. Claudius tamen ei ut triumpharet *geſtæ.*
conceſsit, eundemq; poſtea exercitui iterum præfecit. Quem cum ille acce
piſſet, eodem modo exercebat milites: & quoniam eo tempore pax erat, a-
grum qui inter Rhenũ & Moſam interiacet, ab illis perfodi curauit. is ager
patet ad millia paſſuum XXI. idq; fecit ne inundante Oceano flumina re-
ſtagnarent. Interea Meſſalina, cui non ſatis erat adulteria cõmittere & ſcor-
tari (iam enim cubiculum habebat in palatio, in quo ſe & primarias fœmi- *Cupit Meſſali-*
nas proſtituebat) cupiuit pluribus uiris, tanquam legibus id permiſſum, nu *na pluribus ui-*
bere. Itaque nupſit Caio Silio, harumq; nuptiarum cõuiuium magnificũ & *ris nubere.*
ſumptuoſum fecit, ei'que regiam domum donauit, in qua congeſsit omnes
Claudij theſauros precioſiſsimos, eumq; ad extremum Conſulem deſigna-

uit,

uit. Quæ cùm audirentur & uiderētur ab omnibus, ea ſolus Claudius ignorabat: qui cum Oſtiam eſſet profectus ut rei frumentariæ prouideree, Meſſalina Romæ relicta ſimulatione ægræ ualetudinis, conuiuium ornauit magnificè & ſplendidè, in eoq́ omnia libidinoſe & petulanter fecit.

Meſſalinæ petulantiſſimum conuiuium.

Itaq́ Narciſſus Claudio, cùm ſolus eſſet, per pellices ipſius omnia quæ gererentur, ſignifieauit: quib. cognitis rebus Claudius in urbem ſubitò reuerſus, magnū numerum hominum, ſed in primis Mneſterem occidit: pòſt ipſam quoque Meſſalinam iugulauit: nec multo tempore pòſt Agrippinam fratris ſui filiā & matrē eius Domitij qui Nero cognominatus eſt, in uxorem duxit.

Meſſalina iugulatur.

Agrippina.

Erat enim fœmina egregia forma, ad quam ipſe antea ſæpenumero accedebat, eaq́ cum Claudio ut patruo ſola conuerſabatur libidinoſius quàm neptem deceret.

Agrippinæ in rebus gerendis induſtria.

Igitur Agrippina, ut primùm regalem poteſtatem habuit, Claudiū ſibi deuinxit (erat enim acris fœmina & induſtria in rebus gerendis) eosq́ quos à Claudio diligi animaduerterat, minis atque beneficijs ſuos fecit. Ea Claudio liberos habēti perſuaſit ut filium ſuū adoptaret, eumq́ interim ad principatū exercebat, dum à Seneca inſtitui atq́ erudiri curaret. Huic etiam quàm maximas opes cōparauit: nihil enim tam paruū erat aut uile, quod pecuniç cauſa nō faceret, colebatq́ eos qui aliquantū locupletes erāt, & compluresob eandem cauſam occidebat: multas illuſtres & nobiles fœminas nonnulla inuidia perdidit, in quarū numero fuit Lollia Paulina, quæ ab ea propterea necata eſt, quòd ſe Claudio nupturā eſſe aliquando ſperauerat: cuius caput ad ſe perlatū cùm non agnoſceret, os eius manu ſua aperuit, ut dentes inſpiceret, quos illa nō perinde ut cæteræ ſolent habuerat.

Lollia Paulina ab Agrippina zelotypa occiſa.

Itaq́ Agrippina repētè altera Meſſalina facta eſt, præſertim cùm Senatus ampliſſimos honores ei decerneret, & in primis, ut in cōuentib. publicis carpento uteret. Sed cùm Claudius Neronē filium eius adoptaſſet, eumq́ ſibi poſtea generū faceret emancipata filia, ne fratres matrimonio coniungi uiderenť, magnū prodigiū extitit. nam eo die cœlū ardere uiſum eſt.

Claudius Nero à Claudio adoptatus Imperatore.

Cupiuit Claudius nauale prçliū in quodā lacu apparare, cuius muro de lignea materia ædificato, defixisq́ trabibus, eò magnam hominum multitudinē coegit. Ibi cæteri arbitrio ſuo, Claudius autem & Nero militari ueſte induti fuerunt, Agrippina aurea chlamyde fuit ornata.

Nauale præliū per ludum à Claudio inſtitutum.

Qui eo prælio nauali decertaturi erant, damnati fuerant rei capitalis. Erant utrinq́ quinquaginta naues, alteri Rhodij, Siculi alteri nominabantur. Hi principio ſimul omnes Claudium ſalutauerunt his uerbis, Salue Imperator, pereuntes ſalutamus te. pòſt ubi ſalutem impetrare non potuerunt, fuitq́ mandatum, ut, quemadmodū iuſſi fuerāt, dimicarēt: eruptione facta, non ſe prius adorti ſunt, quàm fuerunt neceſsitate coacti.

Narciſsi petulantia.

Narciſſus uerò adeò Claudium ludificabatur, ut cùm Bithynij contra Iunium Cilonem qui ipſis præfuerat, exclamarēt, dicerentq́ eum magnis muneribus corruptū fuiſſe, & Claudius eos qui circumſtabāt rogaret quid dicerent: (non enim propter tumultum intellexerat) Narciſſus mentiens, eos magnas gratias habere Iunio reſpondit: Claudius Narciſſum uera dicere arbitratus, Iunium eis præeſſe alterum biennium iuſsit. Agrippina ſæpenumero ſedens in ſuo tribunali, Claudio aſsidebat, cùm is legatos audiret, aut eis reſponderet. quo genere ſpectaculi nullum erat ſanè pulcrius.

Iudæus Galicus orator in Tiberim proiectus.

Claudius iratus aliquando Iudæo Galico oratori cauſam apud ſe agenti, iuſsit eum in Tiberim proijci, à quo tū, cùm ius redderet, non longè aberat.

Facetè dictum.

Hac in re Domitius Afer qui omnes patronos cauſarum ſuæ ætatis ſuperabat, perbellè iocatus eſt. nam cùm is qui erat à Iudæo deſtitutus, opē

ab eo

ab eo peteret, ita reſpondit: Quis tibi nunciauit, inquit, me melius quàm illum natare? Cæterum Claudius iratus propter ea quæ ab Agrippina fiebant, quæꝗ iam ad ipſum perferebantur, requirebat Britannicum, quem illa ſæpenumero de induſtria in conſpectũ patris propterea uenire nolebat, quòd Neroni filio ſuo quem ex Domitio priore marito habebat, imperiũ parare conaretur. Quam rem Claudius cùm perferre non poſſet, parabat eius potentiam minuere, & filium ſuum ſucceſſorẽ imperij deſignare. Quo cognito Agrippina metuens, eius conſilium præuenire ſtatuit. Itaque ut cognouit ei propter uinum noceri nõ poſſe, multum enim bibebat: tum propter aliam rationẽ uiuendi, qua plurimum Imperatores utuntur, ut ſalutem tueantur, Locuſtam ueneficam mulierem, eamꝗ celeberrimam accerſi, ac per eam uenenum, cui remedium adhiberi nõ poterat, in boleto parari iuſſit. Quo facto Agrippina cepit ex cæteris boletis comedere, illum uerò in quo uenenum erat, maximum atque pulcerrimum, ut Claudius comederet, perfecit. Ita ille ex inſidijs captus, ex conuiuio, quaſi uino cõfectus, exportatus eſt, id quod antea crebrò factũ fuerat. Noctu autem poſteaquam obmutuiſſet atꝗ obſurduiſſet, mortuus eſt tertio Idus Octobris. Vixit annos LXIII. regnauit annos XIII. menſes VIII. dies XX. Id Agrippina facere potuit, quòd Narciſſum præmiſerat in Campaniã, ut aquis quæ erant in ea regione ad podagram uteretur. nec enim id eo præſente confeciſſet, quòd ille domini cuſtos uigilantiſsimus erat. Idemꝗ poſt mortem Claudij ſublatus eſt, homo illis quidem temporibus omnium hominum potentiſsimus: poſsidebat enim quater millies ſeſtertiûm, eó que amplius, applicabantꝗ ſe ad eum ciuitates regesꝗ. Is priuſquã iugularetur, facinus præclarum fecit. Nam arcanas literas, quas Claudius contra Agrippinam & nonnullos alios ſcripſerat, & quas ipſe cui ea cura incũbebat, apud ſe habebat, omnes combuſsit. Itaque Claudius mortuus eſt, cuius mortem hæc denunciare uidebãtur. Nam cometa longo tempore uiſus eſt, pluitꝗ ſanguinem, & fulmen de cœlo in ſigna Prætorianorum militum cecidit, templumꝗ Iouis Victoris ſua ſpõte apertum eſt: deniꝗ ex ſingulis generibus magiſtratuum ſinguli mortui ſunt. Claudius eundem honorem ſepulturę & reliquorum omnium, qui Auguſto habitus fuerat, adeptus eſt. Tum Agrippina & Nero cum ſe lugere ſimulabant, quem necauerant, atque in cœlum efferebant eum, quem in conuiuio ex inſidijs ſuſtulerant. Itaꝗ Lucius Iulius Gallio Senecę frater facetè & urbanè dixit (ſcripſit etiam Seneca librum, quem ἀποκολοκύντωσιν quaſi immortalitatem quandam eſu boleti partam nominauit) ſed ille cùm multa dixiſſe fertur, tum hoc in primis. Nam cùm eſſet conſuetudo necatos in carcere trahi à carnificib. in forum magnis quibuſdam uncis, deinde in flumen proijci, dixit Claudium unco in cœlum attractum eſſe. Ipſius quoꝗ Neronis dictum non indignum memoria uidetur. Is dicebat boletos cibum deorum eſſe, quòd Claudius boleto in numerum deorum relatus fuiſſet.

Domitij in Claudiũ dicterium facetiſsimum.

Locuſta uenefica.

Claudius inſidijs Agrippinæ, à uenefica ueneno ſublatus.

Narciſsi mors.

Claudij aduerſus Agrippinã atꝗ alios literæ à Narciſſo combuſtæ.

Prodigia.

Iulij Galij de Agrippinæ ac Neronis luctu ſimulato facetiſsimum dicterium.

RELIQVA APVD DIONEM INterciderunt.

NERO.

Britannicus.

Adoptionis ius.

POST Claudij mortem Britannicum optimo iure Imperio ſuccedere oportebat, quòd erat eius naturalis & legitimus filius, quodq; ualebat uiribus corporis, & flore ætatis uigebat. Iure autem ciuili propter ius adoptionis Imperium ad Neronem quocq; pertinebat. „ Sed nullum ius profectò plus poteſt, quàm arma. „ Vt enim quiſq; potentiſsimus eſt, ita iuſtiſsimè dicere omnia & facere uidetur. „

Claudij Imperatoris teſtamentum à Nerone reſciſſum.

Agrippinæ de Neronis uaticinio inſanum reſponſum.

Agrippina.

Itaq; Nero tabulis teſtamenti Claudij de medio ſublatis, non ſolùm eſt Imperium adeptus, ſed etiam Britannicũ, & ſorores eius interfecit: quis enim calamitates cęterorum hominũ facilè deploret? huic autem Imperium antè hoc modo ſignificatum eſt. Cùm natus eſſet prima luce, antequam ſol ortus eſſe uideretur, radij circum eum fulſerunt: qua ex re, tum etiam animaduerſo ſtellarum curſu, qui tum erat, atq; earum coniunctione quidam aſtrologus duo ſimul prædixit, eùm regnaturũ eſſe, & matrem necaturũ. Quod cùm Agrippina intellexiſſet, demens ſubitò exclamare cepit, Me uerò inquit occidat, dum regnet. Cuius quidem rei futurum erat, ut eam maximè „ pœniteret. Sed pleriq; hominum adeò ſtulti ſunt, ut ſi bona ſe ſperent ade„ pturos, quæ cum malis coniuncta ſint, ſtatim incenſi cupiditate melioris, „ quod peius eſt, negligant: cùm autem id quod malum erat, aduenerit, adeò „ grauiter & moleſtè ferunt, ut ſe maximè cupiant ab optimis quibuſq; rebus „ abſtinuiſſe.

Domitius pater Neronis.

Vaticinium de potẽtia Neronis.

Porrò nequitiam & petulantiam Neronis Domitius pater non ex uaticinio, ſed ex ſuis & Agrippinę moribus prædixit. Non enim, inquit, fieri ullo modo poteſt, ut ex me & illa uir bonus naſcatur. Progrediente uerò tempore propter exuuias ſerpentis ad ceruicẽ Neronis pueri inuentas, uates prædixere eum ab homine ſene magnam potẽtiam accepturum. ſerpentes enim poſitis exuuijs, unà exuere ſenectutem exiſtimantur. Natus erat decem & ſeptem annos, cùm imperare cepit: deinde profectus ad exercitum, lectis ijs quæ Seneca ſcripſerat, militibus, quantum eis Claudius dederat, promiſit. Quæ autẽ legit in Senatu ab eodem Seneca ſcripta, tantam uim habuerunt, ut decreto Senatus inſculperentur in columna argentea, ac quotannis cum noui Coſs. magiſtratum inirent, legerentur.

Agrippinæ imperium.

Quibus rebus omnibus id agebant, ut tanquam ad certum quoddam præſcriptum optimè regerentur. Agrippina principiò adminiſtrabat omnia quę ad principatum ſpectabant: ambo unà exibant foras, ſæpenumero eadem lectica uehebantur: quanquam illa magna ex parte uehi, hic conſequi ſolebat: illa reſpõdebat legatis, literaſq; ad populos, & principes, & reges mittebat.

Seneca Neronis præceptor.

Quod cùm diu factum eſſet, ferre grauiter ceperunt Seneca & Burrus homines ſapientiſsimi, & apud Neronem maximæ autoritatis. Horum alter prætorianis militibus præerat, alter doctor eius erat. Itaq; commodam occaſionem nacti, huic rei finem impoſuerũt. Cùm enim legati Armeniorum ueniſſent, ueletq; Agrippina in tribunal, ex quo Nero cum eis colloquebatur, aſcendere, eamq; illi appropinquare uiderent, adoleſcenti, ut antè deſcenderet, & ad matrem excipiendam procederet obuiam, perſuaſerunt. Quo facto non ſunt reuerſi, alia ſimulata cauſa, ne barbaris hanc labem ignominiamq; Imperij patefacerent: cumq; perfeciſſent poſtea, ut ne deinceps permitteretur ei cura rerum publicarum, ipſi omnem potentiam conſecuti ſunt, quam quouſq; obtinere potuerunt, omnia ſunt ab ijs optimè & iuſtiſsimè adminiſtrata.

ſtrata. Nero enim ocium & tranquillitatem uitę ſecutus, non facilè negotijs implicabatur, eumq́ illi uoluptatibus ſinebant indulgere: ut cùm expleuiſſet cupiditatesq́ ſuas ſine magno reipublicæ detrimento, conſilium mutaret: quaſi neſcirent præfractos iuuenum animos, educatosq́ in ſecura uoluptate, & maxima licentia non modò expleri non poſſe, ſed ex ijs multo magis corrumpi. Is primò tantummodo conuiuia faciebat, cum libidinoſis luxurioſe uiuebat, crebrò ebrius erat, amabat. Sed poſtquam nemo increpauit eius libidinem, nec reſpublica propterea peius adminiſtrabatur, putauit ſe non ſolùm ea bene gerere, ſed etiam poſſe ijſdem in poſterum uti. Itaq́ cepit partim cōtemnere, præſertim cùm crebrò audiret à familiaribus ſuis, Tu hæc pateris? tu hos times? ignoras te Cæſarem eſſe? teq́ illorum poteſtatem habere, non illos tui? partim contendere, ne matri cederet, tum erubeſcere quòd Seneca & Burro prudentiſsimis hominibus inferior eſſe uideretur. denique omnia eorum præcepta prætermittere atque negligere, & ad mores ac inſtituta Caij ſe conferre: quem ut primum imitari ſtatuit, facilimè ſuperauit: exiſtimans Imperatoriæ maieſtatis ac poteſtatis eſſe, efficere ut nemini ne in peſsimis quidem rebus cederet. Qua ex re cepit, ut par eſt, magnam pecuniam conſumere, multa per iniuriam quærere, multa per uim eripere: nec enim illiberali animo erat. Cuius rei argumento eſt, quòd cùm prętoriano militi, qui libros imperij eius adminiſtrabat, dari iuſſiſſet centies ſeſtertiûm, eaq́ Agrippina, ut ipſum intuentem ſummam tantæ pecuniæ pœniteret, uno in loco coaceruaſſet, interrogauit, quantum eſſet numeratum, cognitaq́ ſumma, eam duplicari iuſsit. Non enim putaui, inquit, me tam exiguum munus dediſſe. Id uerò multo magis perſpicuum eſt ex magnitudine ſumptuum, quos fecit. Siquidem theſauros quos habebat in thalamo regio, ita exhauſit, ut ei ſtatim opus fuerit nouis redditibus. Itaque non ſolùm exegit noua uectigalia, ſed etiam inhiauit locupletum facultatibus, quas per iniuriā abſtulit à multis, eorumq́ nonnullos occidit. Sed cum Nero in ſumma talis fuerit, ſupereſt ut de ſingulis eius factis dicamus. In primis igitur curſu & certaminibus equorū delectabatur, ita ut ob eam cauſam inſignes equos uictores, & iam ſenio confectos ſtola forenſi non ſecus quàm homines ornaret, eosq́ honeſtaret pecunia ſtipēdij loco. Quamobrem cum propter hoc Neronis ſtudium, ij qui equos alebant unà cum aurigis ſuperbè extollerentur, ac proinde Prætoribus ſæpe & Conſulibus graues iniurias facerent, Aulus Fabricius Prætor uti noluit illis, iuſta mercede cum quibuſdā certare recuſantibus: ſed canes doctos currus agere pro equis introduxit. Quo facto qui albo, quiq́ fuluo ornatu erant, ſtatim currus dimiſerunt: cumq́ praſini & ueneti nihilo magis exirent, Nero præmia equis propoſuit, itaque ludi Circenſes peracti ſunt. Interea grauiter ferebat Agrippina, quòd non amplius in eos qui erant in Palatio, præſertim propter Acten imperium teneret. Fuerat Acte empta ex Aſia, cuius amore Nero ita captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali, ac Octauia uxore multo chariorem habuerit. His de cauſis præſertim, alijsq́ Agrippina ægrè ferens, primò admonere Neronē conatur, eosq́ qui cum ipſo uerſabantur, partim uerberibus caſtigat, partim procul amouet. Pòſt ubi ſe nihil proficere cognouit, multo grauius tulit, aitq́, Ego te Imperatorem feci: tanquam poſſet ei principatum arbitratu ſuo adimere: neſciebat enim ſummum imperium poſtquam eſt à priuato alicui delatum, ſtatim deficere eum qui detulit, et ad eum qui accepit, contra eum qui dedit, transferri. Tum Ne

Nimia licentia etiam bona corrumpuntur ingenia.

Nero Caligulam malis moribus ac crudelitate longè ſuperauit.

Neronis liberalitas.

CCL. myriades drachmarum.

Donum Neronis duplicatū.

Prodigalitas Neronis.

Equis uictoribus præmia atque perpetua ſtipendia à Nerone inſtituta.

Canibus pro equis in certaminibus uſi.

Circenſes ludi.

Acte, mulier.

Agrippinæ cū Nerone expoſtulatio.

Britannicus à Nerone ueneno ſublatus.

ro Britannicum ueneno ſuſtulit: cuius corpus ut uidit propter uenenum liuore decoloratum eſſe, gypſo oblinendum curauit: cumq; per forum eius efferretur, maximo imbri de cœlo omne gypſum, quod adhuc molle & tenerum erat, ſublatũ eſt, ut nefarium ſcelus nō ſolùm audiretur ab omnibus, ſed etiam apertum ante omnium oculos poneretur. Poſt hæc incipit palàm inſanire, multa domi, multa in ſuperiore parte urbis, noctu atq; interdiu latitans libidinoſe facere, in cauponas ingredi, & ut priuatus omnia loca peruagari. Quia ex re multis uulnera & graues iniuriæ inferebantur. Iam matri

Neronis in Agrippinam matrem odium.

palàm & apertè inimicus erat, fiebatq; ex eo, ut multa, quæ quotidie ferè cõtra ſe dicerent facerent'ue, proferrentur extra Palatium, licet omnia in ore uulgi non uerſarentur Multa uariè dici, multaq; conijci ex utriuſque nequitia atque libidine ſolebant: nam quæ facta fuerant nunquam, pro factis diuulgabantur: quæq; aliquo modo credibilia erant, pro ueris credebantur. Tum primùm multi cùm uiderent eam abſque ſatellitibus, cauebant, ne facti obuiam cum ea ſermones conferrent. Quòd ſi quis ei aliquo caſu atque

Ludi, atq; taurorum ſpectacula à Nerone edita.

fortuna occurriſſet, ſtatim nullo habito ſermone diſcedebat. Per id tempus editum eſt ſpectaculum, in quo homines in equis inſidentes, magno curſu atque impetu in tauros facto, eos occiderũt: tum ab equitibus ſtipatoribus corporis Neronis quadringẽti urſi cum trecentis leonibus haſtis transfixi ſunt, uiriq; equeſtris ordinis triginta munus gladiatorium obierunt. Cùm

Neronis libido atq; crudelitas.

autem hæc apertè faceret, tum occultè noctu per totam urbẽ debacchabatur: mulieribus puerisq; ſtuprum inferebat, ſpoliabatq; eos qui ſibi fierent obuiam, percutiebat, uulnerabat, occidebat. Cumq; hæc faceret, putabat clam homines eſſe propterea quòd uarijs generibus ueſtiũ & appoſitis comis uteretur: ſed ex comitatu factisq; facilè agnoſcebatũ. Nec enim eſſet auſus quiſquam tot & tantas res ſecuro animo facere. Nam domi eſſe nulli tu-

Nero à Montano uxoris cauſa, uerberibus tractatus.

tum erat., Nerone in domos atque officinas inſultante. Itaq; Iulius Montanus Senator commotus uxoris cauſa, facto in Neronem impetu, ei multas plagas inflixit, ita ut per multos dies in cõſpectum hominum non ueneril. Quæ res Montano nullum damnũ attulit, cui Nero ne iratus quidem omnino fuiſſet, etſi putabat ſe iniuriã accepiſſe, niſi ipſe ueniam per literas petiuiſſet. Quibus literis lectis Nero ita reſpondit: Non ergo percuſſor Neronis ſeipſum uita iam ſpoliauit? Cum autem in theatro ſpectacula præberet, primùm eodem theatro de repentè aqua maris expleto, in qua piſces & a-

Nauale Perſarum cum Athenienſibus bellum.

lia animalia natabant, bellum nauale Perſarum cum Athenienſibus fecit: deinde ſubitò aquam eduxit, exiccato'que ſolo rurſum multos pedites, non modò binos, ſed etiam conſertos paribus utrinque numeris congredi iuſsit. Poſt hæc ſecuta ſunt certamina iudicialia: ex quibus multi exulauerunt, multi interfecti ſunt. In his Seneca reus factus eſt multorum ſce-

Seneca.

Senecæ uita longè turpiſsima.

lerum, ſed præſertim, quòd cum Agrippina rem haberet. Nec enim in hac re ſolum, ſed in pleriſq; alijs contrà facere uiſus eſt, quàm philoſophabatur. Cùm enim tyrannidem improbaret, tyranni præceptor erat: cumq; inſultaret ijs qui cum principibus uerſarentur, ipſe à palatio nõ diſcedebat. Aſſentatores deteſtabatũ, cùm ipſe reginas coleret & libertos, ac laudationes quo-

Septem millia quingentæ myriades drachmarum.

rundam componeret. Repræhendebat diuites is, cuius facultates erant ter millies ſeſtertiûm: quiq; luxum aliorum damnabat, quingẽtos tripodas habuit de ligno cedrino, pedibus eburneis, ſimiles & pares inter ſe, in quibus cœnabat. Ex quibus omnibus ea quæ ſunt ijs cõſentanea, quæq; ipſe libidinoſe fecit, facilè intelligi poſſunt. Nuptias enim cum nobiliſsima atq; illu-

ſtriſsima

ſtriſsima fœmina contraxit: delectabatur exoletis, idꝗ Neronem facere docuerat, etſi antea tanta fuerat morum ſeueritate, ut ab eo peteret, ne ſe oſcularetur, ne'ue unà ſecum cœnandi cauſa diſcumberet. Cum Nerone M. Saluius Otho tanta morum ſimilitudine & ſocietate ſcelerum cõiunctus erat, ut Neroni aliquando dixerit, Tu me quoꝗ Cæſarem uidebis. Quod dictũ ei nihil obfuit, tantum Nero reſpondit, Te uerò, inquit, ne conſulem quidẽ uidebo.

M. Saluius ſimilitudine morũ ac ſcelerum ſocietate Neroni perſimilis.

Huic Sabinam nobilem fœminam abductam à uiro, uxorẽ dedit, cum qua uterꝗ pariter rem habebat. Cuius rei cauſa Agrippina metuens, ne ea Neroni nuberet, ualde enim amare ceperat, facinus nefarium eſt auſa. Nam quaſi non eſſet ſatis graue dictu, quòd Claudium patruum præſtigijs quibuſdam & libidinoſis aſpectibus atꝗ oſculis in amorem ſuum illexiſſet, tẽtauit eodem modo Neronem ſub ſuam poteſtatem ſubijcere: quod an uerè factum ſit, an propter mores eius confictum, pro certo non habeo: ea uerò refero, quæ uerſantur in ore omnium, fœminã æqualem & ſimilem Agrippinæ ob hanc cauſam maximè ab eo amatam fuiſſe: ad quam alludens, atꝗ rem alijs aperiens, dicebat ſe cum matre conſuetudinem habere.

Sabina Saluij & Neronis Imperatoris uxor communis.

Nero qua ratione cum matre conſuetudinem habuiſſe dicatur.

Hac cognita re, Sabina perſuaſit Neroni, Agrippinam de medio tollere, ꝙ ab ea diceret ei inſidias parari. Ad id facinus quòque, ut à permultis fide dignis hominibus dictum eſt, Seneca eum incitauit, ſiue crimen à ſe deriuare cuperet, ſiue Neronem ad nefariam cædem faciendam perducere, ut eum quàm celerrimè dij hominesꝗ perderent.

Sabina.

Seneca in cauſa quòd Agrippina à filio ſit interfecta.

Quod facinus cùm palàm facere timerent, nec poſſent eam clàm ueneno tollere (cauebat enim diligenter omnia) cumꝗ uidiſſent in theatro nauim per ſe diſſolui, ac belluis quibuſdã emiſsis, rurſum integram & firmam conſiſtere, alteram conſimilem huic ædificari iuſsit. Qua naui ædificata Agrippina maximè foueri, & quibuſcunque rebus poterat, coli çepit, ne quid ſuſpicata caueret. Sed cùm Romæ nihil facere eſſet auſus, ne ſcelus diuulgaretur, procul in Campaniam profectus eſt, acceptaꝗ matre in ea ipſa naui magnificentiſsimè atꝗ ſplendidiſsimè ornata nauigauit.

Neronis in Campaniã cum matre Agrippina nauigatio.

Id faciebat ut illa in reliquum tempus eodem nauigio uti cuperet. Cumꝗ Baulos ueniſſet, magnificentiſsima cõuiuia per multos dies egit: in his matrem amicè & beneuolè accipiebat, ſimulabatꝗ ſe abſentis eius magno deſiderio teneri: præſentem oſculabatur, petere iubebat ſi quid uellet, eiꝗ multa antè quàm peteret, concedebat. Poſt cœnæ tempus media nocte eam ſumma beneuolentia complexus, atꝗ oculos eius & manus oſculatus, comitatusꝗ abeuntem dixit, Mea mater uale mea cauſa, & cura ualetudinẽ tuam, ego quidem certè tua cauſa uiuo & regno. Poſt hæc eam tradidit Aniceto liberto, quaſi is eam domum deducturus eſſet in naui, quam ſuprà ad interitum eius comparatam eſſe diximus.

Agrippinæ inſidiæ à filio ſtructæ.

Sed mare has futuras tragœdias in ſe perferre non potuit, neꝗ celare diutius fraudem nefarij ſceleris. Licet enim diſſoluto nauigio Agrippina in mare ceciderit, non tamen mortua eſt. Nam cùm in tenebris eſſet, & plena uini, ac nautæ remis ſic in eam uterentur, ut Aceroniam Pollam, quæ unà nauigabat, interfecerint, tamẽ ea ſalua & incolumis euaſit.

Pollæ Acceronæ interitus.

Poſtquam domum uenit, omnia diſſimulauit. nec enim patefecit inſidias, ſed nuncios de ijs rebus ad filiũ celeriter miſit, quas ſibi caſu & fortuna dicebat eueniſſe, quodꝗ ſalua eſſet, ad eum ἀναγγέλλει mittere. His auditis rebus Nero impotenti animo nuncium puniuit, tanquam ad ſe interficiendum ueniſſet. Mox Anicetum unà cum nautis aduerſum matrem ire iubet, nec enim hanc cædem Prætorianis credidit. Hos ut uidit Agrippina, cognouitꝗ quamobrem ueniſſent, repentè

Neronis in Agrippinam matrẽ magna impietas.

Agrippina interficitur.

de lecto deſiluit, diſciſſaq́ ueſte denudataq́ aluo, ait: Hanc tu percute Anicete, percute, quoniam peperit Neronem. Itaq́ Agrippina Germanici filia, Agrippæ neptis, Auguſti abneptis, à filio ſuo cui regnum detulerat, & cuius cauſa præter alios multos patruum quoq́ necauerat, interfecta eſt. Nero poſtquam accepit eam mortuam eſſe, non credidit: nimirum propter magnitudinem temerarij facinoris diffidebat. Itaq́ cupiuit eam uidere, & denudatam penitus conſpexit, tum uulnera eius contemplatus, nefarium ſermonem habuit plus quàm cædes fuiſſet: Neſciebam, inquit, me tam pulchram matrem habere. Deinde pecuniam dedit prætorianis militibus, uidelicet ut multa facinora eiuſdem generis libenter facerent: ſcripſitq́ ad Senatum literas, in quibus præter cætera enumerabat, quot ſcelerum conſcia ſibi fuiſſet, ab eaq́ ſibi inſidias eſſe factas, atq́ in eo deprehenſam, mortem ſibi conſciuiſſe.

Neronis ad Senatum literæ.

Malè ſibi conſcius Nero, ubique periculū imminere exiſtimat.

Quibus literis miſsis ad Senatum, ille nocturno tempore tanto metu conturbabatur, ut de lecto repentè proſiliret, interdiu perterrefaciebant eum tubicines auditi bellicum canere cum maximo tumultu, quo in loco Agrippinæ oſſa ſepulta erant, quamobrem aliò migrabat. Cumq́ ibi idipſum ei accideret, perterritus, aliò proficiſcebatur. Hæc dum Romam nunciarentur, cæteri, etſi erant indignati, gaudebant: putabāt enim ob eam cauſam eum omnino eſſe periturū. Senatores uerò cuncti ſe iſtis operibus Neronis lætari ſimulabant, cōgratulabant ei, decernebantq́ multa in quibus ſe putabant ei gratum facturos.

P. Thraſea Pætus.

Vnus P. Thraſea Pætus, etſi uenit in Senatum, ac legi epiſtolam audiuit, tamen prius ſurrexit, quàm aliquid ſtatueretur, exijtq́ foras, propterea quòd ea quę uellet, dicere non poſſet: quæ autem poſſet, nollet. Cætera egit in eandem ſententiā: nam ita dicere ſolebat:

Libertas ſummum bonum.

Si me tantum, inquit, Nero interfecturus eſſet, aliquam tribuerem adulatoribus eius ueniam: ſed ſi eos à quibus maximè laudabatur, ſuſtulit, ſublaturusq́ eſt, cur oportet fruſtra turpiter & ſeruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat retenta libertate? De me enim, inquit, aliquis ſermo habebitur in poſterum: de ijs nullus, niſi tantummodo eos interfectos fuiſſe.

Melius eſt retenta libertate mori, quàm ſeruiliter uiuere.

Cumq́ Thraſea eſſet eiuſmodi, tum ita de ſe dicere ſolebat: Nero me poteſt occidere, lædere quidem non poteſt. Neronem in urbem uenientē, matre interfecta, omnes publicè colebant: priuatim autem quoties tutò & liberè loqui poterant, carpebant & uellicabant.

Culeus.

Calumniæ in Neronem.

nam culeum in quadam ſtatua ipſius de nocte ſuſpenderunt, ut ex eo ſignificarent, Neronē in culeum conijci oportere, expoſueruntq́ puerulū in foro, alligata ad eum tabella, in qua ſcriptum erat: Non te tollo, ne matrem occidas. Legebatur in pleriſque locis ſcriptum,

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι: Nero, Oreſtes, Alcmæon matricidæ.

Nero iniuriarum patientiſsimus.

Audire licebat eos qui ita dicerēt, Nero matrem interfecit, eosq́ multi deferebant, magis ut Neronem criminarentur, quàm ut eis interitum afferrēt. Cuius rei ipſe nullam pœnam repoſcebat, ne fama magis omnium ſermone percrebreſceret, uel quòd ſermones habitos de ijs rebus contemneret.

Prodigia horrenda poſt Agrippinam interfectam uiſa.

Cæterùm in medijs ſacrificijs, quæ Agrippinæ cauſa fiebant decreto Senatus, ſol omnino defecit, adeò ut ſtellæ uiderentur. Præterea elephanti, qui currum Auguſti egerant, in circum ingreſsi, cùm eò uſq́, ubi Senatores ſedebant, ueniſſent, non ultra progreſsi, conſtiterunt. Et quod maximè conijcere licet diuinitùs accidiſſe, cœna, quæ ad eum perferebatur, tota fulmine deflagrauit, quaſi harpya quædam cibos ei eriperet.

Domitiæ mors.

Mare Rauennate.

Porrò Domitiam amitam ſuam ueneno ſuſtulit, ac bonis eius, quæ Baijs, & in mari Rauennati erant,

rant, ablatis, in ijs magnifica trophæa ſtatuit, quæ ad noſtram ætatẽ uigent. Ludos maximos & magnificẽtiſsimos in honorem matris fecit: nam ſimul in quinq; ſex'ue theatris complures dies feſtos egit. Quo tempore elephas introductus in theatrum, in ſummum eius fornicem conſcendit, atq; inde uehens hominem in fune ambulauit. id uerò turpiſsimum uiſu atq; grauiſsimum fuit, quòd uiri fœminæq;, non ſolùm equeſtris, ſed etiam Senatorij ordinis in orcheſtram, & circum, & amphiteatrum ingreſsi ſunt, ut homines turpiſsimi atq; inhoneſtiſsimi. nonnulliq; eorum tibijs cecinerunt, ſaltauerunt, tragœdias & comœdias egerunt, citharœdi fuerũt, equos agitauerũt, belluas occiderunt, munus gladiatorium obierunt. Id multi fecere uolẽtes, multi inuiti. Viſæ ſunt eo tempore ueteres & illuſtres familiæ Furij, Fabij, Porcij, Valerij, cæteriq; omnes, quorum trophæa atque templa conſpiciebantur, ea de inferiore loco facere, quæ ne ab alijs quidem hominibus fieri unquam uiſa fuerant. Itaque uiciſsim digito commonſtrabantur. Dicebant enim Macedones, Hic eſt nepos Pauli: Græci autem, Ille Mummij: tum Siculi aiebant, Videte Claudium: mox Epirotæ, Vos uerò Appiũ uidete, Aſiatici Lucium oſtendebant, Hiſpani Publium, Carthaginẽſes Aphricanũ, Romani uerò, omnes. Nam hæc exordia turpitudinis ſuæ facere uoluit. Quod cùm uiderent ij qui mente præditi erant, tum etiam propter magnitudinem ſumptuũ ingemiſcebant. Etenim magnificentiſsima quæq; & lautiſsima, quibus homines ueſcuntur, cæteraq; omnia precioſiſsima, equos, mancipia, uehicula, argentum, ueſtem diuerſi generis in ſignis & notis quibuſdam dabat: iaciebat enim ad plebẽ paruos globos inſcriptos, tanquam in ſingulis eorum aliquid ineſſet, & ut quiſq; ſignum collegerat, ita ei largiebatur. Quamobrem ſic cogitabãt, eum qui tantos ſumptus faceret ad ignominiã, nullo modo lucrifaciẽdi cauſa ab indigniſsimis et inſolẽtiſsimis reb. abſtinentem fore. Poſt hæc uiſis nõnullis portẽtis, aruſpices reſpõdere, interitum Neroni denunciari: dedereq; ei conſilium, ut in alios id periculum auerteret: qua ex re cõplures interfeciſſet ſubitò, niſi ei Seneca ita dixiſſet: Licet, inquit, quamplurimos occidas, tamen non potes ſucceſſorem tuum occidere. Tunc ſacrificia pro accepta ſalute, ſicuti dicebat, fecit, forumq; obſoniorum, quod uno uerbo macellum dicitur, dedicauit. Poſt hæc celebrauit feſta alterius generis, quæ dicuntur Iuuenalia: ea propter barbam eius, quæ tum primùm raſa fuerat, facta ſunt: cuius pilos in ſphæram auream coniectos, Ioui Capitolino conſecrauit. His ludis interfuerunt multi, ſed inprimis nobiliſsimi uiri. cuius rei argumentum eſt, quòd Aelia Catula fœmina nobiliſsima atq; ditiſsima, ac iam grandis natu (nata erat annos octoginta) ſaltauit: cæteri qui propter ſenectutem & morbos præcipuè nihil poterant facere, choreas canebant. Se enim exercebat unuſquiſq; ut poterat, erantq; ob eas res ſcholæ cõſtitutę, quas frequentabãt clariſsimi uiri, mulieres, puellæ, adoleſcentuli, uetulæ, ſenes. Quod ſiquis non poſſet aliter ſpectaculum præbere, ad choreas ibat: cumq; multi pudore adducti, ea facerent perſonati, Nero petente populo, ab eis perſonas auferebat, eoſq; patefaciebat hominibus, apud quos ipſi paulo ante magiſtratus geſſerãt. Tum illi præſertim, cæteriq; mortuos beatos eſſe aiebant. Nam eo anno magnus numerus primorum hominum mortem obierat, atq; eorum nonnullos accuſatos Neroni inſidias feciſſe, milites lapidibus obruerant. Quoniam autem oportebat extrema principijs reſpondere, ipſe quoque Nero in theatrum prodijt, Gallionis uoce nominatim citatus. Stetitq; Cæſar in ſcena habitu citharœ-

Sex theatra.

Elephas funambulus.

Spectacula à Nerone in Agrippinæ matris honorem edita.

Neronis magnificentia.

Portenta mortem Neroni minitantia.

Dictum Senecæ de ſucceſsione imperij.

Iuuenalia feſta ob barbã Neronis primùm raſam inſtituta.

Aelia Catula.

Saltatio à Nerone inſtituta.

Nero more hiſtrionũ in theatrum prodit.

di. Quinetiam ipſe Imperator dixit, Domini mei audite me libenter. Et Augustus cecinit Attin quandam & Bacchas coram magno militum numero & uniuerſo populo, quantum ſedes capiebant: etſi, ut traditum eſt, tam parua obſcuraq; uoce erat, ut riſum fletumq; ſimul omnibus excitaret. Aſsiſtebant ei Burrus & Seneca, ut magiſtri, ſuggerentes aliquid: cumq; dixiſſet, plaudebant manibus & ueſtimentis, ut reliquos ad idem faciendum inducerent. Erant ob eam cauſam parata quinq; millia militum, qui Auguſtales nominati, incipiebant eum laudibus extollere: poſt hos cæteri omnes inuiti acclamare cogebantur, uno Thraſea excepto, qui nunquam ei uiſus eſt aſſentiri: reliqui atq; in primis nobiles uiri ſtudioſe ſimul & ingemiſcentes omnia comprobabant, quæ ab Auguſtalibus dicta eſſent, atq; unà ſimulata lætitia conclamabant. Tum licebat audire, qui ita dicerent, quàm pulcher Cęſar, Apollo, Auguſtus, unus ueluti Pythius, nemo te per Cæſarem uincit Cæſar. Peractis his rebus, populo epulum dedit intra naues, in eo loco, in quo ab Auguſto bellum nauale factũ fuerat. Inde media nocte per foſſam in Tiberim nauigauit. Hęc ſunt facta propterea quòd mentum pilis nudaſſet: poſtea pro ſalute ac diuturnitate Imperij ſui (ſic enim edixit) certamen quinquennale inſtituit, quod appellauit Neronia, cuius cauſa gymnaſium ædificauit, in cuius dedicatione Equitibus ac Senatoribus oleum gratis diſtribuit. Hîc coronam obtinuit citharœdorum, quos ipſe non uicerat, cæteris omnibus, ut indignis uictoria iudicatis. Itaq; reliquæ citharœdorum coronæ ad eum ex omnibus certaminibus, quaſi ſolus uictoria dignus eſſet, poſtea mittebantur. Dum hæc Romæ geruntur, in Britannia grauis caſus accidit, duabus urbibus expugnatis, & octoginta millibus ciuium Romanorum aut ſociorum peremptis, ipſa inſula alienata. Quæ clades à muliere illata eſt populo Romano, ut maiore ignominia afficeretur: eaq; antea diuinitus denũciata fuerat. Nam in curia barbaricum murmur cum multo riſu, & tumultus in theatro cum magno fletu audiebatur, cùm ibi nemo hominũ loqueretur aut lugeret. Præterea ædes quædam infra aquam Tameſis fluuij uidebantur, deniq; Oceanus inter eam inſulam & Galliam ſanguinolentus inundauit. Cauſa belli fuit publicatio bonorum, quæ cùm eſſet primarijs eorum à Claudio remiſſa, Decianus Catus eius inſulæ procurator dicebat eam renouari oportere. Ad hanc cauſam acceſsit, quòd cùm eis inuitis Seneca quadringenties ſeſtertiũm ſub magnis uſuris credidiſſet, eam ſummam omnem ſimul magna ui atq; uiolentia exigebat: maximè uerò excitauit, perſuaſitq;, ut bellum cum Romanis gererent, Bunduica Britannica fœmina, orta ſtirpe regia, quæ nõ ſolùm eis cum magna dignitate præfuit, ſed etiam bellum omne adminiſtrauit, cuius animus uirilis potiùs, quàm muliebris erat. Comparato enim exercitu ad centum uiginti millia hominum, in tribunal factum ex terra paluſtri more Romano conſcendit fœmina proceriſsimo corpore, forma honeſtiſsima, uultu ſeuero, uoce aſpera, capillo ualde promiſſo fuluoq;, nam ad nates uſq; demiſſus erat: ferebat magnum torquem aureum, induebaturq; tunica uarijs coloribus diſtincta & ſinuoſa, deinde craſſa chlamyde: cumq; ita ueſtita eſſet ſemper, ac tum haſtam quoque haberet in manibus, ut ea omnes perterrefaceret, in hunc modum dixit: Equidem uos re ipſa perſuaſos eſſe puto, quantum libertas antecellat ſeruituti. Nam ſi quis ueſtrũm ignorans, utra melior eſſet, blandis promiſsis populi Romani deceptus ſit, nunc quidem certè utramque experti, erratum ueſtrum agnoſcere potuiſtis, quòd externam dominationem antepoſuiſtis

Marginal notes: *Attis.* — *Bacchæ.* — *Aſſentatores Neronis.* — *Auguſtales milites.* — *Epulum Neronis.* — *Neronia certamina.* — *Romanis cruẽtiſsima ſtrages in Britannia à muliere illata.* — *Decianus Catus.* — *Senecæ diuitiæ atq; uſuræ.* — *Bunduica.* — *Bunduicæ fœminæ Britannicæ contra Romanos uirile facinus.* — *Oratio Bunduicæ.* — *Libertatis cõmendatio.*

ſuiſtis moribus & inſtitutis patriæ. intellexiſtis profectò, quanto præſtantior ſit libera paupertas opibus, quæ in ſeruitute poſsidetur. Quid enim eſt obſecro tam turpe, quid tam moleſtū hominibus, quod nobis, ex quo tempore Britannia ab illis primùm conſpecta eſt, non acciderit? Nónne maximis atque ampliſsimis facultatibus priuati ſumus? nónne reliquorum tributa pendimus? non'ne præter cætera quæ damus, & agros quos colimus, ad eorum utilitatem, noſtrorum etiam corporum omnia tributa conferimus? At quanto melius fuit ſemel fortunatos eſſe, quàm fictis falſisque nominibus libertatis ſingulis annis redimi? quanto uerò honeſtius mortem occumbere, quàm capita tributaria circumferre? Sed quid ego iſta cõmemoro, cùm per illos ne mortem quidem liceat immunes cum uita commutare. Etenim quot & quanta penſitemus mortuorum nomine, omnes profectò ſcitis. Cumque ij qui ſeruitutem ſeruiunt apud alias gentes, morte liberentur, ſoli populo Romano mortui uiuunt, quæſtus & compendij cauſa. Quid quòd & ſi quis noſtrûm pecuniam non habet (quomodo enim aut unde habere poſsit?) denudamur, ſpoliamur, tãquam interfecti ſimus? Quam uerò continentiam eorum expectamus in reliquum tempus, qui nos à principio ita tractent illiberaliter? cùm tamen omnes homines, feras belluas, quas proximè ceperunt, fouere ſoleant, & blanditijs delinire. Sed nos ipſi, ut uerè dicam, autores fuimus malorum omnium, qui eis principiò pedem in hac insula ponere permiſimus: qui non eos ſtatim, ut illum Iulium Cæſarem expulimus: qui non ijs, cùm adhuc longè abeſſent, ut contra Auguſtum & Caligulam egimus, nauigationem tentatam periculoſam eſſe oſtendimus. Nos igitur tantam inſulam, uel potius continentem ac quodammodo circumfluam, diuiſam & ſeparatam habitantes, tantumque Oceano à cæteris gentibus diſiuncti, ut alias terras, aliud cœlum incolere uideamur, quorum nomen ne ſapientiſsimis quidem eorum planè fuit cognitum: nunc cõtempti conculcatique ſumus ab ijs, qui omnino præterquam alijs ſuperiores eſſe, nihil agere, nihil moliri uidentur. Quamobrem ô ciues, amici, & propinqui, nam ego omnes, cùm eandem inſulam habitemus, & commune nomen habeamus, propinquos puto nunc quidem, quod antea non fecimus, ac dum adhuc libertatis memoriam tenemus, quod nobis dignū eſt, cenſeo eſſe faciendum, ut non ſolùm libertatis nomen, ſed etiam uim & facta poſteris relinquamus. nam ſi nos honeſtè & liberaliter educati, prorſus obliuiſcamur noſtræ felicitatis, quid eos nutritos in ſeruitute facturos eſſe ſperamus? Neque uerò hæc à me idcirco dicuntur, ut hunc ſtatum, qui nunc eſt, odio habeatis (odiſtis enim) neque ut ea quæ nobis euentura ſunt, magnopere metuatis (iam enim metuiſtis) ſed ut uos laudibus afficiam, agamque gratias, quòd per uos ipſi omnia, quæ neceſſaria eſſe uidētur, facere ſtatuatis: quòd mihi atque uobis ipſis promptis animis opem feratis, quodque uobis Romanos metuendos eſſe non putetis. non enim plures ſunt numero quàm uos, non fortiores. idque intelligi poteſt ex galeis, thoracibus, ocreis, quibus muniti eſtis: præterea ex aggerib. & muris & foſsis, quas feciſtis ad propellendas excurſiones hoſtium: quandoquidem malunt excurrere timoris cauſa, quàm pugnare cominus, ut eſt noſtra conſuetudo. Quocirca tantum eos excedimus uiribus, ut tentoria noſtra muris eorum tutiora, & ſcuta omni eorum armatura potiora putem. Qua ex re, ſi apud nos erit uictoria, facilè eos capiemus: ſi uerò aliqua neceſsitas obuenerit, effugiemus. Quòd ſi ſtatuerimus nos aliquò recipere, ſic nos in paludes abdemus & montes, ut ab

Britanni ſeruitutis ſuæ ſunt autores.

Angliæ ſitus.

Britãni Romanis in rebus bellicis longè ſunt fortiores.

ijs

» ijs inueniri, aut capi nequeamus. Illi uerò grauitate & pondere armorũ im-
» pediti, neq; quenquam noſtrûm inſequi poterunt, neq; ſe in fugam confer-
» re. Quòd ſi excurrent aliquando, mox ad certa loca perfugient, in quæ tan
» quam in caueam à nobis compellentur. Quibus in rebus cùm multo nobis

Britannorum frugalitas.

inferiores ſint, tum maximè; quòd famem, ſitim, frigus, calorem perferre no-
biſcum pariter non poſſunt: umbra, tecto, ſubacto cibo, uino, oleo, ita indi-
» gent, ut ſi quid eorum deficiat, moriantur: nobis autem quæuis herba & ra-
» dix cibus eſt: quilibet ſuccus, oleum: omnis aqua, uinum: omnis arbor, do-
» mus. Ad hęc loca ipſa nobis ſunt familiaria & quaſi ſocia ad bellũ gerendũ;
» illis incognita & inimica. nos fluuios nudi & nates tranſimus, illis ne naui-
» bus quidẽ facilè traijciunt. Itaq; quod felix fauſtumq; ſit, contendamus in
» eos cõfidenter, oſtendamusq; eos, cùm lepores ſint atq; uulpes, temerè co

Leporis omen.

nari canib. & lupis imperare. Hęc cum dixiſſet, leporẽ è gremio dimiſit omi
» nis capiẽdi cauſa: qui poſtq; proſperè ꝓceſsit, uniuerſa multitudo lætantib.
» animis cõclamat. Tum Bunduica paſsis palmis, Gratias ago tibi, inquit, A-
» draſte, teq; mulier mulierẽ inuoco, nõ baiulis Aegyptijs imperãs, ut Nito-
» cris: nõ Aegyptijs mercatoribus, ut Semiramis (hæc enim iam à Romanis
» accepimus) nec rurſum populo Romano, ut paulò antè Meſſalina, pòſt A-

Bunduicæ in Neronẽ hominem effœminatiſsimũ calumnia.

grippina, nunc Nero, qui nomine uiri appellatus, re ipſa mulier eſt: idq; ex
eo intelligi poteſt, quòd uoce & cithara canit, quodq; ornatur muliebriter:
ſed Britãnis hominib. imperãs, qui nõ agros colere, nõ opifices eſſe, ſed bel
la gerere optimè didicerunt: qui cùm cætera omnia, tum liberos & uxores
» cõmunes eſſe inter ſe putant, atq; illæ ob eam cauſam eandem uirtutẽ cum

Britannorum ritus ac mores.

maribus exercent. Cùm igitur ego apud huiuſmodi uiros atq; fœminas re-
gnum obtineam, peto abs te eorum uictoriam, ſalutem, libertatem contra

Romanorum luxus atq; mollicies.

uiros contumelioſos, improbos, inſatiabiles, ſceleratos: ſi uiri appellandi
ſunt homines, qui calefactis aquis lauantur, qui lautè & opiparè epulantur,
uini pleni, unguentis delibuti, molliter cubantes, cum pueris, atq; ijs exole-
» tis coeuntes, citharœdo & quidem malo ſeruientes. Non mihi, obſecro, nõ
» uobis in reliquum tempus imperet Neronia aut Domitia, ſed illa canens
» dominetur populo Romano. dignus eſt enim huic mulieri ſeruire, cuius
» tyrãnidem longo temporis ſpacio ſuſtinet. Tu uerò domina ut nobis ſola
» ſemper adſis, à te uehementer peto. Hæc atq; alia huiuſmodi cùm Bundui-
ca in concione dixiſſet, contra Romanos omnibus copijs cõtendit, qui per
id tempus Imperatore deſtituti erant, quòd Paulinus eorum Imperator in

Mona inſula.

Monam, quæ inſula eſt finitima Britanniæ, exercitũ duxerat. quamobrem
Bunduica duas urbes populi Romani expugnauit, atque diripuit, in eisq;

Bunduicæ in hoſtes magna crudelitas.

cædem infinitam, ut ſupra dixi, fecit. Captis autem hominibus, omnia quæ
grauiſsima eſſe poſſunt, facta ſunt. Id uerò eſt crudeliſsimum atque imma-
niſsimũ, quòd fœminas nobiliſsimas & honeſtiſsimas nudas ſuſpenderunt,
exciſasq; mammas earum ad ora ipſarum conſuerũt, ut eas comedere uide-
rentur, earumq; corpora porrecta in longitudinem, palis præacutis transfi
xerunt. Quæ omnia faciebant contumelioſe, dum ſacrificarent in ſuis tem-

Paulini Imperatoris res geſtæ.

plis, & epularentur, & maximè in luco Andates: ſic enim uictoriam appella
bant, eamq; colebant ſtudioſiſsimè. Paulinus, qui iam Monam ſubegerat,
ſtatim ut Britannicam cladem intellexit, ex Mona in Britanniam renauiga-
uit. Is belli, quod cum barbaris erat, fortunã tentare ac periclitari ſubitò no-
luit, quòd eorum multitudinem & uecordiam timeret: tamẽ cum pugnam
in tempus magis idoneum differret, ubi inopia frumenti laborare cœpit, in-

ſtantibus

ſtantibus ac urgentibus barbaris coactus eſt contra uoluntatem ſuam præ-
lium cum eis cōmittere. Bunduica, cuius exercitus erat ad militum ducen-
ta triginta millia, curru uehebatur, ſuosq; porrecta in longum acie inſtrue-
bat: Paulinus, qui neque extendere ad eandem longitudinem ſuam phalan
gem poterat, neque enim Romani inſtructi ſinguli ſuffeciſſent, adeò nume
ro pauciores erant: neque rurſum ſimul confligere, ne cinctus ab hoſtibus
cæderetur: tandem audacter exercitum in tres partes diſtribuit, ut ſimul in
uarijs locis pugnarent, ſingulasq; partes confertas denſasq; præſtitit, ne fa-
cilè frangerētur. Dum eos inſtruit, & certis locis collocat, ita cohortari inci-
pit: Agedū, inquit, cōmilitones & Romani uiri, oſtēdite his peſtibus, quan
tum nos eis etiam afflicta fortuna antecellamus. Turpe enim eſt, quæ pau-
lo antè uirtute peperimus, ea nos hoc tempore turpiter amittere. Sæpenu-
mero uos ipſi, cùm pauciores eſſetis quàm nunc, multo plures hoſtes uici-
ſtis, idemq; à maiorib. ueſtris crebrò factum eſt. Nolite igitur multitudinē «
pertimeſcere, aut ſtudium nouandarum rerum, eorum qui inermes inconſi «
deratiſsima & dementiſsima temeritate confidunt: qui etſi quaſdam urbes «
incenderunt, tamen id ab ijs non ui, aut pugnando factum eſt, ſed alteram «
proditam, alteram deſertam ceperūt: quas ob res nunc iuſtas & meritas pœ «
nas de ijs ſumite, ut quibus uiris quales ipſi iniuriam fecerint, rebus ipſis in- «
telligant ac factis. Hos ita cohortatus, ad alteros proficiſcit, quibus ait: Hoc
tempus, cōmilitones, alacritatem atque audaciam ueſtram poſtulat: hodier «
rio die nō ſolùm uiri fortes eritis, ſed etiam res amiſſas recuperabitis, ſi iſtos «
uincetis. Nemo omnium uobis in poſterum reſiſtet hoc uno prælio facto: «
ſed ea quæ uobis nunc adſunt, cōfirmabitis, ac reliqua ſubigetis. Cæteri mi «
lites ubicunq; erunt, uos æmulabuntur, uos hoſtes pertimeſcent. Itaq; nunc «
dum in ueſtra manu eſt, an tuti ab omnib. hominib. retinere uelitis ea quæ «
uobis à maiorib. ueſtris relicta ſunt, quæq; uos ipſi antea quæſiuiſtis, an his «
rebus omnibus priuati, miſeri, afflicti & calamitoſi uiuere. eligite quæſo Im «
perium, opes, felicitatem potius, quàm ea quæ ſunt ijs contraria, ſocordes «
& negligētes pati. Hæc cùm dixiſſet, ad tertios progreſſus ait: Audiuiſtis
quæ nobis homines impuriſsimi ac ſceleratiſsimi fecerunt, uel potius ma- «
gnam eorum partem uidiſtis. Itaque ſtatuite, utrum uos eadem quoq; pati «
malitis, ac penitus Britanniam amittere, quàm uictores non modò ulciſci «
eos qui interfecti ſunt, ſed etiam exemplum relinquere cęteris hominibus, «
non ſolùm gratæ ad obediendum beneuolentiæ, ſed etiam neceſſariæ con- «
tra nouarum rerum molitores acerbitatis. Spero equidem in primis uos ſu- «
periores fore, confiſus beneuolentia atq; ſocietate deorum immortalium, «
qui plurimum auxiliantur ijs qui iniuriam acceperunt: deinde ueſtra patria
fortitudine. uos enim Romani eſtis, uos uirtute atq; experiētia ueſtra om-
nes homines uiciſtis, uos eos ipſos, qui nunc uobis reſiſtūt, cepiſtis: poſtre-
mò dignitate. non enim cum hoſtibus, ſed cum ſeruis noſtris confligemus,
quibus liberis eſſe, & ſuo iure uiuere conceſsimus. Quòd ſi quid nobis con
tra ſpem euenerit (neq; enim id grauabor dicere) multo melius eſt pugnā- «
tes fortiter occumbere, quàm captos in crucem tolli, aut uiſcera noſtra ex- «
ciſa conſpicere palis ardentibus transfigi, feruentiq; aqua conſumi & interi «
re, tanquam in feras belluas ſceleratas & impias incidamus. Quamobrem «
ſiue ſuperiores fuerimus, ſiue mortem hîc obierimus, tamen Britanniam ha
bebimus clariſsimum monumentum, quam ſi cæteri Romani amiſerint, ta-
men nos eam corporibus noſtris perpetuò retinebimus. Hæc cùm dixiſſet,

Bunduicæ contra Paulinum ducem Romanorum res geſta.

Paulini Imperatoris ad milites ſuos oratio cohortatoria.

Altera oratio.

Tertia oratio.

Dij ijs potiſsimum auxiliantur, qui iniuriā iniuſtè acceperunt.

Romānorum cum Britannis pugna.

atq;

atq; alia eiuſdem generis, ſignum pugnæ dat. Tunc omnes utrinq; conueniunt. Barbari magnos clamores edunt, & cantus minaces: Romanis ſilentium eſt & ordo, quouſq; eò ueniunt, quò telum adijci poſſet: mox accedente turba hoſtium, ſigno dato ſimul in eos irruunt, eorumq; ordines primo congreſſu facilè perturbāt: pòſt cincti undiq; magna multitudine prælium ineunt. Ibi uarium certamen fuit. cepere utrinq; milites leuis armaturæ ſe percutere, milites grauis armaturæ utrinque inter ſe oppoſiti eſſe, equites cum equitibus congredi, ſagittarij Romani certare cum curribus Barbarorum. Barbari curribus ſuis impetum in Romanos facere, eosq; deijcere. Illi quòd abſq; thoracibus pugnarent, telis horum propulſari: pedes ab equite

Romanorum præclara uictoria.

opprimi, eques à pedite exturbari: multi coniuncti ſimul contra currus contendere: multi ab iiſdem curribus fundi ac fugari: alij ſagittarios propius accedentes in fugam conuertere, alij procul ab ijs cauere. Quæ cùm non uno in loco, ſed ſimul in tribus pariter gererentur, diu utrinq; pugnatum eſt pari alacritate & audacia: tandem Romani ſuperiores diſcedūt, multis in ipſo prælio, multis ad impedimēta, & ad ſyluam cæſis, deniq; multis uiuis captis.

Bunduica moritur.

Effugere cōplures, qui parabant iterū pugnare. Sed interim Bunduica morbo extincta eſt, eamq; illi luxerunt & humauerunt magnificè: pòſt, quòd uerè ſuperati eſſent, fuſi ac diſperſi ſunt. Sed de Britannicis rebus hactenus.

Octauia Augusta repudiata & occiſa.

Romæ autem Nero Octauiam Auguſtam primò propter Sabinam pellicem repudiauit, pòſt interfecit, cui tamen Burrus in ea re obſtiterat, prohibueratq;, quo minus eam repudiaret: ſic enim Neroni dixerat, Dotem igi-

Burri in loquendo libertas.

tur ei, hoc eſt principatum redde. Burrus enim tam magna libertate loquendi utebatur, ut cùm à Nerone rogaretur aliquando iterum de iiſdem rebus ſentētiam dicere, planè & apertè reſponderit: Ne me, inquit, de quibus re-

Burrus ueneno ſublatus.

bus ſemel dixero, bis interroges. eum Nero ueneno ſuſtulit: Tigellinumq;

Tigellinus.

Sophronium, qui petulans & homicida fuit, ſupra omnes homines ſuæ ætatis, unà cum altero, prætorianis militibus præfecit. de hoc Pythiæ ancillæ

Pythiæ in Tigellinum Sophronium ſalſe atq; facetè dictum.

ἀπόφθεγμα dictum eſſe fertur. Nam cùm omnes famuli præter Pythiam unà cum Sabina Octauiam inuaderent, quòd eam contemnerent afflicta fortuna, & illi, cuius magna poteſtas erat, aſſentarentur, ſola Pythias, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in eam mentiri: cumq; Tigellinus inſtaret uehementius, faciem eius conſpuit: Mundior eſt, inquit, Tigelline, uulua dominæ meæ, quàm os tuum. Sed Nero mulierum mala riſu iocisq; excepit: i-

Pluti mors.

dem Pluto interfecto, poſtquam uidit caput eius ad ſe perlatum, Neſciebā, inquit, hunc hominem magnum naſum habere, quaſi ei pepercíſſet, ſi id cognouiſſet antea. Nero omnē ferè uitā degebat in popinis, uetuitq;, ut nihil in eis coctū alijs hominibus præter olera & legumina uenderetur. Pallantē

Myrias myriadum drach.

interfecit, quòd magnas opes pepeniſſet, ad quater millies ſeſtertiûm, ac ita difficilis & moroſus erat, ut neq; cum ſeruis, neq; cum libertis ſermones cōferret, ſed ijs omnia quæ uellet, mandaret'ue, in libellis ſcribere conſueue-

Neronis petulantia.

rat. Tanta erat Neronis petulantia, ut publicè currus agitaret. Is aliquando belluis interfectis, ac ſubitò aqua in amphitheatrum deducta, bellum nauale confecit: eodemq; amphitheatro exhauſto, præbuit certamen gladiatorium: mox aqua rurſum introducta, publicè ſumptuoſam cœnā dedit. Huic

Inhoneſtū conuiuium.

cœnæ Tigellinus præfectus fuerat, eratq; eius cœnæ magnificus apparatus. Fuêre in medio amphitheatro, & in aqua poſita magna uaſa uinaria lignea, & ſuper ea tabulæ fixæ: circum erant undique tabernæ & diuerſoria ædificata: cum'que Nero & Tigellinus cum conuiuis ſuis medium

locum

locum tenerent, ac in tapetis purpureis & mollibus ſtragulis epularentur, cæteri in tabernis magnam lætitiam capiebant, intrabant'que lupanaria, & cum omnibus mulieribus, quæ tum ibi conſederant, palàm rem habebant & impudenter. Aderant autem pulcerrimæ & clariſsimæ ancillæ, liberæ, ſcorta, uirgines, uxores multorum ciuiũ, non ſolùm plebeiæ, ſed etiam nobiliſsimæ, & puellæ, & mulieres. poterat quiſq; ea quam cuperet, potiri: negare licebat nemini. multitudo congregata uidelicet ex plebeis hominibus largiter potabat, faciebatq; iniuriam libidinoſe. Tum enim ſeruus cum domina, pręſente domino ſuo, & gladiator cum uirgine nobili, inſpectante patre, rem habuerunt. Sequebantur inde grauiſsimæ & turpiſsimæ altercationes, uulnera, tumultus, non ſolùm ab ijs qui intus erant, ſed etiam ab ijs qui foris remanſerant. Quibus ex cauſis multi homines mortui, multæ mulieres ſuffocatæ, multæ raptæ ſunt. His confectis rebus, cupiuit quod antea ſemper optauerat, urbem atque Imperium uiuus funditùs perdere. Quam quidem ob cauſam ipſe quoque Priamum mirum in modum beatum fuiſſe dicebat, quòd patriam ſimul cum regno perditã uidiſſet. Igitur paucos homines quaſi ebrij eſſent, aut alia maleficia facerent, clàm in uarias partes urbis dimiſit. Hi primò unum & alterum locum plura'ue incenderunt: quod cùm eſſet factum, omnes homines dubitauere maximè, quòd neq; principium mali, nec finem poſſent inuenire, quodq; multa uiderẽt & audirent inſolentia. nihil enim aliud quàm ignes, ut in caſtris, licebat uidere, nihil audire ab alijs, quàm hoc aut illud cõburi. ubi? quomodo? à quo? auxiliamini. Ingens erat ubique omnium perturbatio, omnes huc & illuc cõcurſabant obſtupefacti: multis, dum opem alijs ferrent, domi omnia ſua comburi nunciabatur: multi, antequam res ſuas audirent incendio deflagrare, eas cõſumptas eſſe intelligebãt: alij ex ædibus ad angiportus currebant, ut inde ædibus ſubuenirent: alij de uia intrò properabant, ut intus aliquid perficerent. Ingens erat clamor & ululatus puerorum, mulierum, uirorum, ſenum, ut nihil propter fumum uideri, nihil propter clamorẽ intelligi poſſet: multi, quaſi muti eſſent, ſilere uidebãtur: multi ſua exportare, multi aliena rapere, ſe inuicem decipere, in ſarcinis errare, nec quò progrederentur, aut ubi ſtarent, ſcire: tum expellere, & expelli: exturbare alios, mox ipſi exturbari: multi ſuffocari, multi opprimi: poſtremò nihil, quod in huiuſmodi calamitate hominib. accidere poſsit, prætermitti. Neque uerò aliò facilè poterant perfugere: nam ſi quis proximum euaſiſſet ſaluus, mox incidebat in alium, atque ab eo necabatur. Id non uno tantùm, ſed pluribus diebus atq; noctibus eodem modo factum eſt: multę domus deſtitutæ ab ijs qui opem ferrent, conciderunt: multæ manibus eorum qui auxiliabantur, deflagrauerunt: quòd & milites cæteri, & excubiæ nocturnæ ad rapinas ſpectantes, non ſolùm non reſtinguebant incendiũ, uerùm etiam magis incendebant. Cumq; uaria in uarijs partibus euenirẽt, tandem uentus ignem ſimul ad reliqua omnia pertulit. Quo facto nulla amplius cura de uaſis, nulla de ædibus eſſe cepit, ſed ij qui reliqui erant, de tutis quibuſdam locis ueluti multas inſulas, aut urbes ſimul inflammatas intuebantur: iamq; amplius nemo rerum ſuarum cauſa mœrore cõficiebatur, Rempublicam tantummodo lugebant, recordabanturq; magnam partem urbis à Gallis incenſam aliquando, eodem modo cõflagraſſe. Cùm cæteri omnes in his rebus eſſent, ac multi in hoc grauiſsimo dolore in ignem ſe conijcerent, Nero in ſummum Palatij, unde magna pars incendiorum uideri poterat, conſcendit, ibiq; ornatu

Conuiuij libidinoſi fructus.

Neronis magna in patriã ſuam impietas.

Incendium urbis.

Excidium Troiæ. citharœdi excidium Troiæ, ut ipſe dicebat, cecinit, uel potius urbis Romę, ſicuti uidebatur. Itaq; urbs eo tempore in tantam calamitatẽ incidit, quantam nec antea unquam, nec pòſt præter Gallicam accepit. Nam mons Palatinus omnino, & theatrum Tauri, & cæteræ urbis duæ partes exuſtæ ſunt, ac innumerabiles homines perierunt. Tum populus Neroni omnia malè precari, non quòd nomen eius nominaret, ſed quòd execraretur eos, qui urbem incendiſſent. In primis omnes commouebat recordatio oraculi, quod decantatum fuerat Tiberij temporibus: id erat:

Tauri theatrũ incendio conſumptum.

Oraculum Romanis datum.

Τρὶς ἢ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις,
His ter trecentis circumuoluentibus annis,
Seditio perdet Romanos. Cumq; Nero populi conſolandi cauſa hos uerſus nuſquam repertos eſſe diceret, mutata ſentẽtia hunc uerſum, ut uerè Sybillinum, canere ceperunt:

Nero ultimus ex familia Iulia Imperator.

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει,
Vltimus Aeneadũm matrem necat Induperator. Id quod accidit, ſiue uerè prędictum diuino oraculo, ſiue afflatu multitudinis ex ſtatu rerum qui tum erat. (nam is ultimus ex Iulij familia, quæ ab Aenea profecta erat, regnauit) Nero magnam pecuniã à priuatis & populis propter incendiũ factum partim ui, partim de uoluntate ipſorum exegit, & populo diuiſionem frumẽti abſtulit. Quę dum à Nerone gererentur, nuncius ex Armenia, lauruſq; parta uictoria ad eum allata eſt. Nam Corbulo reſtituta exercitataq; re militari, quæ iam antea diſperſa & neglecta erat, Vologæſum regem Parthorum, & Teridatem principem Armeniæ aduentu ſuo perterruit. Is non ſolùm genere clarus & uiribus corporibus, ſed etiam prudentiſsimus erat, poteratq; cum ueteribus Romanis comparari, uir magna fortitudine & iuſticia & fide non modò in ſuos, ſed etiam in hoſtes. Cuius rei cauſa Nero eum pro ſe ad bellum gerendum miſit, eiq; tantam poteſtatem dedit, quãtam unquam nemini. Credidit enim eum ſuperaturũ eſſe Barbaros, & ſecum in fide perpetuò manſurum. quibus in rebus haud eum fefellit opinio. Nam Corbulo reliquos homines ob hanc unam cauſam offendit, quòd Neroni fidem ſeruaret, eumq;, dum principem pro illo habere cuperent, hac in re duntaxat non probabant. Corbulo Artaxata abſq; pugna cepit, urbemq; diruit: pòſt ad Tigranocerta contendit: regioni eorum parcebat, qui deditionem facerent: agros uerò, urbeſq; eorum, qui reſiſterent, depopulabatur: ſicq; & illa à uolentibus capiebat. Cumq; alia multa præclarè & glorioſe faceret, Vologeſum licet horribilem & formidoloſum hoſtem adduxit ad fœdera facienda pro dignitate populi Romani. Itaq; Corbulo magnã potentiam & gloriam adeptus, cùm poſſet faciliìmè Imperator deſignari, omnibus hominibus Neroni grauiter infenſis, omneſq; res ipſius admirantibus, non modò nihil unquam molitus, accuſatuſq; nunquam eſt, ſed tum etiam magis continẽs fuit. At Seneca & Rufus præfectus prætorij, cum alijs uiris illuſtribus contra Neronem coniurauerunt. Non enim amplius eius turpitudinẽ perferre, non petulantiam, non crudelitatem poterant. Itaque ſe, atque illum ſimul his malis liberari cupiebãt, idq; palàm Sulpicius Aſper centurio, & Subrius Flauius tribunus ſtipatorum militum apud Neronem confeſsi ſunt. Horum ille rogatus à Nerone cauſam coniurationis, reſpondit: Quoniam inquit, alio pacto tibi non poterã ſubuenire. Flauius uerò: Dilexi te, inquit, & odi ſupra omnes homines. Dilexi, quòd te ſperabam bonum principem fore:

Corbulonis cõtra Parthos atq; Armenios res geſtæ.

Corbulonis in Neronẽ fides.

Senecæ atque Rufi in Neronem conſpiratio.

Sulpicij atq; Subrij in Neronẽ dicteria.

ore:odi, quòd hæc facias. non enim poſſum aurigæ & citharœdo ſeruire. Hi pateſacta cõiuratione, atq; alij multi horum cauſa ſupplicio affecti ſunt. Nam ſi cui crimina poterant inferri ex effuſa lætícia, mœrore, ſermone, nutu, ijs criminibus illatis fides habebatur: nec erat ullum crimen, licet confictum eſſet, quod non ob ea, quæ uerè à Nerone facta fuerant, credibile uideretur. Qua in re amici mali multorum, ſeruiq; plurimum potuerunt. nam alienos quidem ſeruos atq; inimicos, quòd eos habebant ſuſpectos, cauebant, ſuis autem ſe uel inuiti pateſaciebãt. ac de reliquis quidem dicere difficile eſt. Seneca uerò Paulinam uxorem interficere uoluit. dicebat enim ſe ei perſuaſiſſe mortem cõtemnere, eamq; ſecum unà mortem obire cupiuiſſe: igitur eius quoque Seneca uenas incidit: ſed cùm is difficilè moreretur, militibus mortem ei accelerantibus, antè mortuus eſt quàm uxor. Ita Paulina ſuperſtes fuit: neque prius ſibi manus attulit, quàm libellũ quem ſcribebat, cæteraq; emendauiſſet, quæ non audebat apud quenq; deponere, metuens, ne ſi fortè in manus Neronis ueniſſent, interirent. Itaque Seneca hoc modo diſceſsit è uita, licet ut homo imbecillo animo Neroni cõſuetudinẽ, quam cum ipſo habuiſſet, exprobraret, ſuasq; facultates omnes propter ædificia, quæ extruebãtur, contuliſſet. Fratres Senecæ poſtea interfecti ſunt. Thraſea quoque & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere uirtutis primas partes tenebant, etſi culpam coniurationis non ſuſtinuerunt, tamen propterea quòd tales erant, poſtea mortui ſunt. Contra Soranum Publius Egnatius Celer philoſophus falſum teſtimoniũ dixit. Cùm enim duo homines præſertim cum Sorano uerſarentur, Caſpius Aſclepiodotus Nicæus, & ille Berythius, Aſclepiodotus nõ modò nihil in eum dixit, ſed contrà bonitatẽ integritatemq; eius confirmauit. quamobrem tunc in exilium miſſus eſt, licet eũ Galba Imperator poſtea reſtituerit. Publius uerò, quòd eum calumniatus erat, pecuniam & honores adeptus eſt, ut cæteri omnes, qui idem fecerãt, quamuis poſtea in exilium miſſus ſit. Soranus, quòd uſus eſſe artibus magicis diceretur opera filiæ ſuæ, factis Nerone ægrotante ſacrificijs, occiſus eſt. Thraſea propterea moritur, quòd raró, tanquam minimè approbaret Senatus decreta, in Senatum uenerat: et quòd nunquã Neronem audiuerat, dum cithara caneret: neque uoci eius ſacræ, ut reliqui omnes, ſacrificauerat, aut approbauerat quicquam eius generis: quanquam Pataui in patria tragœdiam egit, ut mos erat in quibuſdam ludis, qui trigeſimo quoq; anno fieri conſueuerant. Hic cùm uenam ſecuiſſet, porrecta manu ait: Hunc tibi Iupiter libertatis patrone ſanguinem libo. Neque uerò mirari quiſquam debet, ſi Nero huiuſmodi rebus ad homines interficiendos adducebatur, quando ab eo homines duo, quòd alter eorũ habitaret in foro, & tabernas conduceret, amicosque in eas reciperet: alter, quòd ſtatuam Caſsij haberet, eius qui Cæſarem interfecerat, damnati, interfecti ſunt. Hoc loco prætereunda non eſt Epicharis mulier, de qua cùm quęſtio haberetur de cõiuratione, cuius ipſa in primis conſcia fuerat, ac crebris tormentis adhibitis ſæuicia Tigellini cruciaretur, nihil unquam pateſecit. Quis uerò recenſere poſſet ea, quæ huius coniurationis cauſa prætorianis militibus data, aut ampliſsima atque magnificentiſsima decreta, quæ de Nerone, amicis'ue eius facta ſunt? Rufus Muſonius philoſophus his de cauſis in exiliũ miſſus eſt, & Sabina eſt à Nerone interfecta, quam prægnãtem ſeu uolens, ſeu per imprudentiã calcib. oppreſsit. Sabina adeò delicatè uixit, ut (nam hoc uno breuiter cognito res manifeſta erit) mulas quibus agebatur, habe-

Mors Senecæ, & Paulinæ.

Thraſeas & Soranus à Nerone interfecti.

Egnatij philoſophi falſum contra Soranum teſtimonium.

Caſpij Aſclepiodoti exilium.

Mors Sorani.

Thraſeæ accuſatio.

Mors Thraſeæ.

Neronis crudelitas.

Epicharidis conſtantia.

Rufi Muſonij philoſophi exilium.

Sabinæ luxus atq; ſuperbia.

ret aureis funibus ſubligatas, & quingẽtæ aſinæ, quæ proximè peperiſſent,
quotidie mulgerentur, ut ipſa earum lacte lauaretur. Formam enim et nito-
rem corporis magno ſtudio curabat. nam cùm aliquando ſe non ſatis bona
Neronis libido fœdißima. forma in ſpeculo cerneret, mori prius, quàm ſeneſceret, optauit. Nero tan-
to eius deſidero teneri cepit, ut puerum libertũ (is Sporus nominabatur)
Sporus exciditur, & nubit Neroni. exſecari iuſſerit, quòd Sabinę ſimillimus erat, eoq́ in cæteris rebus pro uxo
te uſus ſit. Quinetiam progrediente tempore eum in uxorem duxit: quan-
quam ipſe nupſit Pythagoræ liberto, dotemq́ ei per ſyngraphã conſtituit;
quas nuptias populus Romanus celebrauit unà cum cæteris gentibus, li-
cet hæc poſtea facta ſint. Sed tunc, ut paulo antè dicebam, mors quamplurі-
mis allata eſt, multiq́ etiam ſalute à Tigellino magna pecunia redempta li-
Neronis de rebus Troianis ſcripta. berati ſunt Nero cùm multa ridiculè faceret, tum aliquando in orcheſtram
inſpectante uniuerſo populo cõſcendit, ibiq́ quædam poemata ſua ſcripta
de rebus Troianis legit: propter quæ, ut propter cætera omnia quæ facie-
bat, ſacrificia multa facta ſunt. Cogitabat de rebus geſtis Romanorũ uerſi-
bus ſcribere, cùm tamen euolueret magnum numerum librorum, anteq́ ali
Anneus Cornutus. quid eorum cõponeret. Qua in re pręter cæteros adhibebat Anneum Cor-
nutum, uirum illis temporibus doctrina & eruditione clariſsimũ: quem ta-
men parum abfuit quin interfici iuſſerit, eum quidem certè in inſulam rele-
gauit, propterea quòd nonnullis exiſtimantibus quadringẽtos libros à Ne
rone ſcribi oportere, nimiũ multos eſſe dixit. Cumq́ alter ita obijceret: At-
Chryſippi lucubrationes. qui Chryſippus, quem tu laudas & imitaris, multo plures compoſuit, illos
utiles eſſe uitæ hominum reſpondit. Huius rei cauſa Cornutus exilio mul-
ctatus eſt. Lucano uerò, quòd arte poetica clarus erat, uetitum fuit ne car-
men faceret. Cæterùm Caio Teleſino, & Suetonio Paulino Conſulib. duo
facta ſunt, quorum unum honeſtiſsimum, alterum turpiſsimum fuit. Nam
Neronis cum citharœdis certamen. Nero certauit inter citharœdos, eiq́ uictori magno applauſu corona impo
ſita eſt, perfectisq́ ludis citharœdorũ in circo currus agitauit. Et Teridates
Teridates rex Armeniorum, magna pompa Romam ducitur. habens ſecum non ſolùm ſuos, ſed etiã Vologeſi, Pacori, & Monobazi libe
ros, Romam deductus eſt, fuitq́ eorum iter ut in triumphis per omnes re-
giones ab Euphrate. Vigebat Teridates ætate, forma, nobilitate, prudẽtia,
magnoq́ famulorum comitatũ & apparatu regio: cõſequebantur eum tria
millia equitum Parthorum, cum frequentibus Romanis, cumq́ urbes ma-
gnificè ornatæ, ac populi magnis lætisq́ clamoribus excipiebãt: quæq́ ne-
ceſſaria erant, omnia gratis ei præſtabantur. In quam rem populus Roma-
XX. myriades drach. nus ſumptum faciebat ſingulis diebus octingẽta ſeſtertia, idq́ nouem men
ſibus, quibus iter fecit, factum eſt. Teridates equo ubique uehebatur, quo-
uſque in Italiam uenit: itidem uxor eius faciebat. gerebatq́ galeam auream
pro integumento, ne contra morem patriæ conſpiceretur. In Italia uehi ce
pit curribus à Nerone miſsis, ad eumq́ Neapolim per agrum Picentinum
uenit. Dum Neronem conueniret, quanquam iuſſus eſt gladium quem ge-
rebat deponere, tamen noluit, ſed eum uaginę clauis aflixit: quamuis illum
genu flexo, ac manus uiciſsim ad cœlum tendens, ueneratus dominum ap-
Ludi gladiatorij apud Puteolos à Nerone facti. pellauerit. Hunc Nero ob eam cauſam admiratus, benignè & comiter exci
pit, ac præter cætera ludos gladiatorios Puteolis facit. Pręfectus ludorum
fuit Patrobius libertus eius, tantaq́ fuit eorum magnificẽtia atq́ ſumptus,
ut unius diei ſpatio nemo præter uiros & mulieres, & pueros Aethiopes
amphitheatrũ ingrederetur: quibus de cauſis Patrobius aliquo honore di-
gnus erat. Ibi Teridates de ſuperiore loco in quo ſedebat, belluas iaculo
traiecit,

traiecit, duosꝗ tauros uno ictu, ſi tamen credibile eſt, uulnerauit ac confecit. His perfectis rebus Nero Romam eum adduxit, eiꝗ diadema impoſuit. Ibi tota urbe luminibus ſertisꝗ ornata, magna uiſa eſt ubique hominũ multitudo, ſed forum in primis refertum erat. nam populus albatus, laureatusꝗ certis ordinibus medium forum tenuit, cætera tenebant milites armati ſplendidiſsimè, eorumꝗ arma & ſigna relucebãt inſtar fulguris, nulliusꝗ apparebant ædificij tecta, propter multitudinem eorum qui in ea aſcenderant. Quibus rebus de nocte cõparatis, Nero ornatus ueſte triumphali, prima luce forum introijt cum Senatu & Prætorianis militibus, deinde tribunal cõſcendit, & in ſede principali conſedit. Teridates cum ijs quos ſecũ habebat, per ordines armatorũ, qui utrinꝗ inſtructi fuerãt, tranſijt pòſt ubi ad tribunal ueniũt, Neronẽ, ut antea fecerãt, uenerant. Quas ob res editis magnis clamoribus, Teridates perterritus, mutusꝗ, quaſi actum de ſe foret, aliquanto tempore remãſit. ſed ubi indicto ſilentio animũ recepit, coactus ſeruire tempori, & neceſsitati parére, nõ curauit, ſiquid paulò humilius loqueret, adductus ſpe eorũ, quæ poſtea cõſecutus eſt. Ego, inquit, domine, Arſaci nepos, Vologeſi & Pacori regum frater, tuus ſeruus ſum, ueniꝗ, ut te deum meum nõ ſecus ac *μίθραν*, id eſt ſolem colerẽ. Equidem is ero, quem tu me fato quodã efficies. Tu enim fatũ meum es & fortuna. Huic Nero ita reſpondit: Tu quidẽ quòd huc ueneris, rectè, inquit, feciſti, ut pręſens præſente me fruereris. nam quæ neꝗ pater tuus tibi reliquit, neꝗ fratres quę dederant, ſeruauerũt, ea ipſe tibi nunc do, teꝗ regẽ Armeniæ facio, ut tu atꝗ illi ſimul intelligatis, in mea eſſe poteſtate, regna dare & adimere. Hæc cùm dixiſſet, iuſsit eum adſcẽdere in ſedẽ quę ante tribunal ob eam cauſam parata fuerat. Tum Teridates ad pedes Neronis conſedit, eiꝗ Nero diadema impoſuit, & ingentes clamores editi ſunt. Poſt hæc actus eſt decreto Senatus celebris conuentus in theatro, cuius non modò ſcena, ſed etiam ipſum totum circuitu intus erat inauratum, itemꝗ cætera omnia, quę intromittebantur, auro ornata erant. Quibus de cauſis ille dies aureus nominatus eſt. Peripetaſmata, quæ in aere extenſa erant ad defendendos ſolis ardores, purpurea fuerunt, ſtellis aureis circùm undiꝗ relucentibus: in medio horum Nero currum agitans, acu pictus erat. inde magnificum conuiuium actum eſt. Poſt hæc Nero cithara publicè cecinit, currusꝗ praſina ueſte indutus, & galero aurigarum ornatus agitauit. Hîc Teridates Neronem reprobare & deteſtari, Corbulonẽ in primis laudare: hoc tantùm in eo repræhendere, quòd talem dominum perferret. Qua de re nec ipſum quidem Neronem celauit. nam ei ita aliquando dixit: Domine, inquit, optimum ſeruum Corbulonem nactus es. Sed id Nero non intellexit, quòd ei Teridates in cæteris rebus aſſentaretur, ſeꝗ ſtudioſiſsimè in eius familiaritatem inſinuaret. Cuius rei cauſa multa munera accepit, quorum precium aiunt fuiſſe ad bis millies ſeſtertiûm, permiſſumꝗ eſt ei Artaxata inſtaurare, ob eamꝗ cauſam magnũ numerum fabrorum, quos partim à Nerone acceperat, partim perſuaſerat pecunia, Roma abduxit, ex quibus Corbulo eos tantùm, quos à Nerone acceperat, paſſus eſt in Armeniam tranſire. Quamobrem Teridates hunc magis admirabatur, illum damnabat. Reuerſus eſt non per Illyricum, & trans Ionium, qua uia uenerat, ſed Brunduſio Dyrrachium nauigauit, uiditꝗ urbes Aſiæ munitiſsimas atꝗ pulcerrimas, ac propter eas obſtupuit Imperiũ populi Romani: pòſt Artaxata inſtaurauit, eaꝗ cognominauit Neronia. Vologeſus autem ſæpenumero accerſitus uenire ad Neronem noluit, cui etiã

Teridates in ſpectaculis duos uno ictu tauros conficit.

Teridatis ad Neronem oratio deprecatoria.

Teridates in Armeniæ regẽ à Nerone coronatur.

Dies aureus.

Corbulonis laus apud Neronem à Teridate decantata.

Quinque millia myriadum drach.

Teridatis in Armeniam reditus.

Artaxata reſtauratur.

Neronia ciuitas.

Neronis ad Vologeſum literæ.

ad extremum infeſtus fuit, atque ita reſcripſit: Tibi quidem, inquit, longè facilius eſt tam magnũ mare tranſire, quàm mihi. Si ergo in Aſiam ueneris, conſtituemus, quando nobis congrediendũ ſit. Nero tamẽ nec aduerſus eum, nec contra Aethiopas, & Pylas Caſpias, uti cogitabat, nauigauit: ſed miſsis utroque exploratoribus, in Græciam tranſijt, non ut maiores eius fecerãt, Flaminius, Memmius, Agrippa, Auguſtus: ſed ut currus agitaret, cithara caneret, præconis officio fungeretur, & tragœdias ageret. Non enim Roma ei ſufficiebat, non Theatrum Pompei, non Circus maximus: ſed expeditione opus fuit, ut fieret, ſicuti dicebat, περιοδονίκης, tantamque ſecum multitudinem adduxit, non ſolùm Auguſtalium, ſed etiam aliorum hominum, quantus ſi bellicus exercitus fuiſſet, aut Parthos, alias ue gentes cepiſſet. Sed illi erant uidelicet Neroniani milites, proque armis ferebãt citharas, plectra, perſonas, ſoccos. Itaque reportauit uictoriã dignam tali exercitu, Terpnumque, & Diodorum, & Pammenẽ pro Philippo, Perſeo, Antiocho ſuperauit. Nam Pammenem illum, qui fuerat Cai temporibus, licet iam ſenectute confectũ, certare coegit, ut uictor ſtatuas eius contumelioſe uerberaret. Quæ ſi tantummodo à Nerone eſſent facta, ipſe quidẽ ridiculus fuiſſet: etſi quis audire aut uidere æquo animo potuit imperatorem Auguſtum in albo athletarum inſcribi, uocem exercere, meditari cantilenas, comam nutrire, mentũ pilis nudare, in curriculo ueſtem reijcere, ire cum uno duobus'ue comitibus, toruè aſpicere aduerſarios, eisque ſemper maledicere, præfectos certaminum & flagelliferos pertimeſcere, ijsque clam pecuniam largiri, ne depræhenſus flagello cæderetur: atque hęc omnia facere, ut cùm in certaminibus citharœdorum uinceret, Cæſaribus inferior eſſet. Quas res quis ſolus deploret, quando is, dum ſoccos indueret, omnem potentiam exuebat, ac dum perſonam ſuſciperet, dignitatem abijciebat Imperij: uinculis enim conſtringebatur ut ſeruus fugitiuus, deducebaturque ut cæcus: concipiebat, pariebat, inſaniebat. Oepidum, Thyeſtem, Herculem, Alcmæonem, Oreſtem plurimùm agebat, ac perſonas illis nonnunquam ſimiles gerebat: in muliebri quidem ornatu Sabinam imitabatur. uinciebaturque catenis aureis. non enim conuenire uidebatur, principem Romanũ ferreis conſtringi. Hæc omnia cùm cæteri omnes, & milites uiderent, patiebantur, & collaudabant, ipſumque præter alia quę conſueuerant, Pythicum, Olympicum, Periodicum, omnium denique certaminum uictorem nominabant, Imperij nomina cum his nominibus permiſcentes, ita ut poſt unumquodque eorum Cæſaris aut Auguſti nomen poneretur. Nemo infelicitatem iſtius miſereri eſt auſus, nemo odio habere. Vnus quidem è militibus ut eum uinctum & religatum conſpexit, accurrit ac diſſoluit. Alter rogatus, quid faceret Imperator, Parit, inquit: tum enim Canacem agebat. Nemo quicquam fecit dignum homine Romano: tantam enim pecuniam ab eo conſequebantur, ut quò maiorem acciperẽt, optarent, ut idem ſæpe faceret. Quæ ſola, ſi, ut paulò antè dixi, facta eſſent, tamen ea res nimium ſecura, ignominia notata, & ludibrio habita fuiſſet: nunc autem quaſi uerè ad bellum gerendum ueniſſet, Græciam depopulatus eſt, licet eam liberam reliquerit. fecitque cædes infinitas, & bona quorundam adhuc uiuentium publicauit, atque innumerabilia donaria, quæ uel Romæ in templis repoſita erant, abſtulit. Qui in urbe erant, atque in omni Italia, eos omnes dedidit Helio Cæſariano, cui tanta facta erat rerum omnium poteſtas, ut inconſulto Nerone bona proſcriberet, mitteretque in exilium, ac nõ modò plebeios homines, ſed etiam uiros equeſtris ſenatorijque ordinis iuberet

Inſignis Neronis mollicies.

Periodonices, qui in ſtadio et aurigatione uincit.

Pammenis cum Nerone certamen.

Neronis magna inſania.

Græcia à Nerone miſerè depopulata.

Helius Cæſarianus.

Cæſariani uocantur liberti Cæſarum.

ret occidi. Ita eo tempore imperium populi Romani duobus ſimul Imperatoribus ſeruiebat, Neroni & Helio: quorum uter eſſet nequior, nõ queo dicere. Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumq́ diſcrepabant in eo, quòd alter è ſtirpe Auguſti citharœdos, alter Claudij libertus Cæſares imitabatur. Tigellinũ enim pono quaſi auctarij loco, quippe cum Nerone coniunctum. Polycletus autem & Caluia Criſpinilla ſeparatim raptabãt, depopulabanturq́ & ſpoliabant omnia quę occurrerent. ille cum Helio in urbe, hæc cum Nerone, & Sporo Sabinæ nomen iam gerente, cuius cuſtodia ei, etſi erat nobilis fœmina, data fuerat, totiusq́ ueſtis procuratio. Quam ob cauſam omnes ab ea ſpoliabantur.

Polycleti & Caluiæ Criſpinillæ nefanda facinora.

Sporum Sabinam nominauit, nõ ſolùm quòd propter eius ſimilitudinẽ exſectus fuerat, ſed etiam quòd ut ei antea Sabina, ita hic in Græcia pactis conuentis nupſit, cumq́ Tigellinus, ut lex iubebat, deſpondit. Hæ nuptiæ ab omnibus Græcis celebratę ſunt, multaq́ ſunt in eam rem, ut par erat, dicta: ſed in primis optabant, ut ab ijs legitimi liberi procrearentur. Ex eo tempore duo ſimul cum Nerone coibãt, Pythagoras pro uiro, Sporus pro uxore, ac Nero præter cætera domina & regina appellabatur.

Neronis cum Sporo exſecto nuptiæ.

Nero nupſit Pythagoræ.

Illud uerò quis dignè mirari poteſt? quòd cùm adoleſcentes & puellas nudas alligaret palo, capiebat pellem feræ, deinde quaſi deuoraret aliquid, in eos irruebat petulanter. Cumq́ hæc turpiter faceret, parua tunica indutus, eaq́ floribus ornata, ac linteum circum collum habens, Senatores ſalutabat. Quibus in rebus ità faciebat contra ius faſq́, ut etiam tunicis diſcinctis publicè indueretur. Ferũt equites Romanos Neronis temporibus, dum quotannis recenſerentur, primùm ephippijs uſos fuiſſe.

Equites Romani Neronis tẽporibus primũ ephippijs uſi.

Nero in Olympijs currum agitauit: cumq́ ex eo decidiſſet, ita ut ferè eo caſu attereretur, tamen corona donatus eſt. quamobrem dederat Hellanodicis (hi iudices erant Olympiorum) decies ſeſtertium: quam ſummam Galba poſtea repetiuit.

Hellanodicæ Olympiorum iudices.

XXV. myriades drach.

Apollini, ſiue iratus quòd ei moleſtum & graue reſpõſum dediſſet, ſiue alio pacto inſaniens, Cirrhæam regionem abſtulit, eamq́ dedit militibus, & locum, unde oracula petebantur, deleuit, hominibus ad os ipſum, ex quo ſpiritus dei mittebatur, interfectis.

Neronis in deos magna impietas.

Certauit in omnibus urbibus, in quibus fiebant certamina, ibiq́ quotieſcunq́ præconio opus fuit, Cluuio Rufo uiro conſulari eſt uſus.

Cluuius Rufus Neronis præco.

Athenas & Lacedæmonem excipio, quas urbes ne uiſitauit quidem, quòd in altera leges Lycurgi erant contrariæ eius inſtituto: in altera Erinnyes eſſe dicebantur. Præconium autem fiebat his uerbis: Nero Cæſar uictor huius certaminis coronat populum Romanum, & ſuum orbem terrarum. Cùm enim orbem terrarum in ſua poteſtate eſſe diceret, cithara canebat, fungebaturq́ præconis officio, & tragœdias agebar.

Neronis præconium.

Senatum autem adeò oderat grauiter, ut ei Vatinius propterea maximè gratus eſſet, quòd ei ſemper diceret, Odi te, inquit, Cæſar, quòd Senator es.

Odium in Senatum.

Obſeruabantur diligenter ingreſsiones & egreſsiones omnium, oris habitus, nutus, acclamationes: tum qui cum eo erãt ſemper, eumq́ attentè audiebant, acclamabantq́ uehementer, laudibus & honoribus afficiebantur: cæteri aut notabantur ignominia, aut alias pœnas dabant. Itaq́ multi, cùm pati non poſſent diutius, quòd ſpectacula à matutino tempore producerentur uſque ad ueſperũ, ſimulata morte è Theatris pro mortuis elati ſunt. Porrò præter inſtitutum ſuſceptæ peregrinationis in Græciam, Iſthmum Peloponneſi cupiuit perfodere. Quã rem eſt aggreſſus hominibus id grauatè facientibus, propterea quòd ijs qui primùm rem attigerunt, ſanguis è terra erupit, audítaq́ ſunt lamenta, & mugitus, & ſpectra multa apparuerunt,

Perfodere Iſthmum.

runt: quocirca Nero accepto ligone ipſe aliquantulum effodit, eo'que facto cæteros adduxit, coegitq́ ut idem facerent. Ad hoc opus faciendū magna multitudo hominum etiam ex exteris gentibus accerſita eſt. Qua in re, atq; multis alijs cùm magna pecunia opus eſſet (magnificus enim & liberalis erat) metueretq́ potentiſsimos homines, ne ipſum, quòd hæc faceret, inuaderent, multos bonos uiros ſuſtulit.

Neronis magnificentia atque in amicos crudelitas.

Quibus prætermiſsis (erat enim crimen publicum omnibus uirtus, opes, nobilitas: atq; ob eam cauſam uel ſibi mortem inferebant, uel ab eo occidebantur) tantùm Corbulonis, Rufiq́, ac Procli, Sulpiciorum, Scriboniorum mētionem faciam. Nam hi cùm fratres eſſent, ac ferè æquales, nihilóq; unquam diſiuncti et ſeparati feciſſent, ut erant genere & inſtituto uitæ & facultatibus coniuncti, diuq́ ſimul utranq; Germaniam adminiſtrauerant: ita ſimul accerſiti in Græciam uenerunt, tanquam Nero eorū opera indigeret. Cumq́ rei facti criminum, quæ illa tempora ferebant, nō poſſent cum Nerone colloqui, aut in cōſpectum eius uenire, ac proinde ab omnibus pariter deſpicerentur, mortē obire ſtatuerunt, tandemq́ inciſis uenis mortui ſunt.

Mors Procli & Rufi.

Corbulo à Nerone interfectus.

Corbulo autem accitus honorificentiſsimè, quem uirum Nero præter cætera patrem & beneficū appellabat, poſtquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi iuſſus eſt, priuſquam in conſpectum eius ueniret. Nero enim, ut aiunt, cum ſtatueret cithara canere, Orthoſtadium (quòd eſt muſicæ ueſtis nomen) habens, ab eo ſe uideri non ſuſtinuit: ſed Corbulo, ut mandatum Neronis intellexit, gladiū accipit, ſeq́ ipſe fortiter percutiens, ait: *Aξιος*, Dignus. Tum enim primùm erratum ſuum agnouit, quòd citharœdo pepercíſſet, & quòd ad eum inermis ueniſſet.

Mors Corbulonis.

Quæ cùm ita facta ſint in Græcia, quid opus eſt referre Paridē ſaltatorem iuſſum eſſe à Nerone interfici? quòd cùm ab eo doceri ſaltare cuperet, diſcere non potuit. Quid Cinnam Tuſcum? quem mulctauit exilio, propterea quòd cùm is eſſet præfectus Aegypti, lotus eſt in balneo, quod Neroni uenturo Alexandriam paratum fuerat.

Mors Paridis ſaltatoris.

Cinna in exiliū à Nerone mittitur.

Per id tempus Romæ Helius multas & graues res fecit: nam Sulpicium Camerinum unum ex primis ciuitatis, ac filium eius interfecit, accuſatos, quòd cùm iam inde à maiorib. Pythici cognominarentur, non deſinerent eo cognomine appellari, ſed in Pythicas uictorias Neronis ex ſimilitudine nominis impij forent. Cumq́ ſtatuam eius mille librarum Auguſtales ſe facturos promiſiſſent, omnem equitatū ad eam impenſam faciendam conferre coegit. Quæ uerò facta ſunt à Senatu, difficile eſt ſingula percenſere. Ab eo enim ſupplicationes ſingulis Calendis, alijsq́ diebus fieri decretæ ſunt, ut ad eas peragēdas ne annus quidem ſufficeret.

Sulpitij Camerini mors.

Supplicationes.

Helius cùm antea ſæpe Neronē per literas hortatus fuiſſet, ut quàm celerrimè reuerteretur, neq; is pareret, in Græciam ſeptem diebus peruenit, eumq́ perterruit, quòd magnam coniurationem in urbe contra ipſum fieri diceret: quod ubi intellexit Nero, ſubitò in Italiā nauigauit. Spes erat ui hyemis illum periturum, uerùm fruſtra id gaudium fuit: ſaluus enim euaſit, fuitq́ hoc ipſum multis exitio, quòd eius interitū optaſſent aut ſperaſſent.

Helij ad Neronem literæ, atque in Græciā profectio.

Neronis in Italiam periculoſa nauigatio.

Cùm autem non longè abeſſet ab urbe, pars muri diruta eſt, & portæ aliqua ex parte fractę ſunt. Leges enim iubent, ut quorundam ſermo fuit, utrunq; ab ijs qui coronas certaminum ferebant, fieri. Primi omniū introierunt qui coronas quas meruiſſent, ferebant, hos ſequebantur ij qui tabellas longis haſtis affixas ferebant, in quibus ſcriptum erat nomen & genus certaminis, utq́ Nero Cæſar primus è ciuibus Romanis, qui unquam extitiſſent, uictor ex eo rediret. Deinde ipſe Nero curru triumphali, in quo Auguſtus

Neronis de Græcis triumphus.

Auguſtus olim tot triumphos egerat, uehebatur: amictus erat ueſte purpu
rea auro intexta, & oleaſtro coronatus, laurũ Pythicam præ ſe ſerebat: cum
eo unà Diodorus citharœdus uehebatur, eoq́ pacto per Circum & forũ *Diodorus citharœdus.*
cum militibus, & equitibus, ac Senatoribus tranſijt: tum aſcẽdit in Capito-
lium, atq́ inde in Palatium uenit, tota urbe coronata, lychnisq́ ac ſuffimen-
tis plena. Acclamabant omnes & Senatores in primis: Oua Olympionica,
oua Pythionica, Auguſte, Auguſte, Neroni Herculi, Neroni Apollini: q́
ſolus περιοδονίκης, ſolus ex æterno tempore Auguſte: Sacra uox: Beati qui te
audiunt. Nihil enim attinet ea uerba ſilentio inuoluere, neq́ ea quæ iam di-
xi, dedecori ſunt hiſtoriæ, quin potius, dum nihil reticetur, decus atque or- *Circenſes ludi à Nerone facti.*
namentum afferunt. His rebus confectis, Circenſes imperauit: has coronas
& reliquas omnes quas ex curru certando uictor obtinuerat, attulit in Cir-
cum, & obeliſco Aegyptio impoſuit. Hæ erant numero mille octingentæ
octo. Poſt hęc currum agitauit. Tum quidam Larcius Lydus ad eum uenit, *Larcius Lydus.*
obtulitq́ ei decies ſeſtertiûm, ut cithara caneret: quos etſi Nero repudia-
uit, ratus ſibi turpiſsimũ eſſe, mercede aliquid facere, tamen hanc ſummam *XXV. myriades drach.*
Tigellinus à Larcio accepit, ne eum interficeret. Itaque Nero ingreſſus in
theatrum, cithara cecinit, egit tragœdias, ex curru certauit creberrimè:
nõnunquam etiam ſponte uinci ſe patiebatur, ut magnam partem aliorum
uerè uiciſſe crederetur. Cùm igitur Nero uteretur hoc genere uitæ, & prin-
cipatum hoc modo teneret, nobis nunc, quemadmodum mortem obierit,
& imperium amiſerit, dicendum eſt. Erat Caius Iulius Vindex natione *C. Iulius Vindex.*
Gallus propter maiores è ſtirpe regia, propter patrem ordinis Senatorij,
homo magnis uiribus corporis, & multa præditus prudentia, peritusq́ rei *Oratio Vindicis, qua nefanda Neronis facinora enumerat, indeq́ indignam Imperio iudicat.*
militaris, & ad omne præclarum facinus audax. Hic igitur congregata Gal-
lorum multitudine, qui crebris pecuniarũ exactionibus grauiſsima quæq́
à Nerone pertulerant, & adhuc perferebant, in tribunal aſcendit, atq́ inde
multa contra Neronem dixit, non ſolùm ab eo deficere ſed etiam ei inſulta
re oportere. Omnem enim inquit orbem terrarum, cuius imperium tenet,
compilauit: florentiſsimos quoſq́ Senatores ſuſtulit: matrem, quam ince- “
ſto ſtupro polluerat, interfecit: poſtremò nullum decus, nullam dignitatem “
Imperij ſuſtinet. Nam ẽtſi cædes, rapinæ, iniuriæ ab alijs multis ſæpenume- “
ro factæ ſunt, tamen cætera quis unquam ſatis dignè percenſere poteſt? E- “
go quidem uiri & ſocij chariſsimi, uidi, mihi credite, uidi inquã illum uirum “
(ſi uir nominandus eſt is qui Sporum duxit uxorem, quiq́ Pythagoræ nu- “
pſit) in ipſo theatro, atq́ adeô in orcheſtra gerentem citharam, orthoſta- “
dium, cothurnos, nõnunquam ſoccos & perſonam. Sæpe illum, cùm cane- “
ret, præconiumq́ faceret, & tragœdias ageret, audiui: uidi conſtrictum uin “
culis, lacer[illegible]m, concipientẽ, parientem: poſtremò omnia quæ fabulis pro- “
dita ſunt, dicentem, audientem, patiẽtem, facientem. Quæ cùm ita ſint, quis “
iſtum Cæſarem, quis Imperatorem, quis Auguſtum appellabit? Ne polluã- “
tur quæſo tam ſancta nomina, quæ Auguſtus & Claudius habuerunt. Iſte à “
nobis Thyeſtes, Oedipus, Alcmæon, Oreſtes optimo iure nominetur: illos “
enim refert, illorum flagrat cupiditatibus. Quamobrem tandem aliquando “
commoueamini ſubuenite uobis ipſis, opem ferte populo Romano: deni- “
que orbi terrarum libertatem reddite. Hæc atq́ alia multa à Vindice in ean “
dem ſententiam dicta omnes comprobant. Vindex cùm principatum ſibi
parare minimè ſtuderet, Sergio Sulpicio Galbæ (is iuſticia omnibus præſta *Sulpitij Galbæ laus.*
bat, ac gloria bellicæ uirtutis, præeratq́ Hiſpanijs, & magnas copias habe-
bat)

Galbæ Imperium à militibus oblatum.

bat) imperium detulit: idemq; Galba ab exercitu Imperator deſignatus eſt.
Ferunt eo tempore Neronem per præconem cõſtituiſſe centies ſeſtertiûm

CCL. myriades drach.

ei qui Vindicem occidiſſet: atq; eo cognito, Vindicem ita dixiſſe, Qui Neronem interfecerit, & ad me caput eius attulerit, is meum accipiet caput in mercedis loco. Cumq; Vindex eo animo eſſet, Rufus qui Germaniam ob-

Rufi cum Vindice bellum.

Virginius Rufus.

tinebat, inde profectus eſt ut Vindici bellum inferret. Is poſtquam Veſontionem uenit, cepit eam urbem obſidere, quòd ab ea non fuiſſet exceptus.
Vindex ad opem urbi ferẽdam cõtendit, nec procul caſtra poſuit. Tandem

Veſontionis obſidio.

ambo miſsis ad ſe literis in colloquium uenerunt remotis arbitris. Ibi ſuſpicio fuit eos unà contra Neronem cõiuraſſe. Poſt hęc Vindex properat cum exercitu, quaſi ſtatuiſſet urbem capere: quorum aduentum ubi cognoſcunt milites Rufi, rati eos apertè contra ſe uenire, iniuſsi impetum faciunt, imparatosq; & parum inſtructos inuadũt, ac poſtremò magnum numerum eo-

Vindex ſibi ipſi infert manus.

rum concidunt. Quod cùm Vindex uideret, ferretq; grauiter, ipſe ſibi manus attulit. Id enim uerum eſſe conſtat, quamuis multi illatis mortuo uulneribus falſam opinionem iniecerint, eum ab ſe interfectum fuiſſe. Rufus ca-

Rufus oblatũ principatum repudiat.

ſum eius acerbè luxit, & principatum, quem facilè poterat adipiſci, deferentibus ſæpenumero militibus atq; urgentibus, repudiauit. Vir erat in rebus gerendis acer & induſtrius, in conficiendis fortis promptusq;. Itaq; milites

Neronis ſtatuæ à militibus demolitæ.

ſtatuis Neronis diſsipatis & comminutis, ceperunt illum Cæſarem & Auguſtum nominare. Cumq; perſuaderi non poſſet, quidam è militibus uni ex ſignis eius idem inſcripſit ſubitò, idq; Rufus poſtea deleuit: ac uix tandem ſedatis militibus perſuadebat, ut autoritatem Senatui populoq; reſtituerent, ſiue quòd indignum putaret imperium cuiquam à militibus deferri (id enim ad Senatum populumq; pertinere) ſiue quod uir forti & excelſo animo principatum, cuius cauſa cæteri omnia facerent, ipſe deſpiceret. Nero cognitis his rebus, primò ſimulat ſe ea cõtemnere, uerſaturq; in delicijs, ac ludit, ut antea conſueuerat. Quinetiam accitis derepentè principibus Senatorij & equeſtris ordinis, quaſi uellet cum eis communicare conſilia rerum

Prodigia multa ante Neronis mortem uiſa & audita.

præſentium, Inueni, inquit (ſcribendum eſt enim quod dixit) quomodo hydraula ampliores ſonos & magis concinnos efficiet. Hæc etſi prodigijs antè declarata ſunt, tamen ille nihil curabat, neq; quòd ambæ fores & mauſolei & cubiculi ipſius eadem nocte ſua ſponte apertę fuerant: neque quòd in Albano tanto ſanguine pluerat, ut fluuij ſanguine fluerent, aut quòd mare longo interuallo retrocedens ab Aegypto, magnam partem Lyciæ occupauerat. Sed poſtquam Galbam à militibus Imperatorem deſignatum eſſe, Rufumq; ab ſe deſciſſe intellexit, magno timore perculſus eſt: dumq; Ro-

Rubrius Gallus Neronis cõtra deſertores dux.

mæ bellum apparat, contra eos Rubrium Gallum cum paucis mittit, à quibus pariter deſertus, deliberauit interficere Senatores, incenſaq; urbe nauigare Alexandriam. Etſi enim, inquit, amittemus imperium, tamen nos alet in illa regione ars noſtra et ſuſtinebit: adeò ſtultus erat, ut ſe priuatum uiuere, & cithara canere poſſe arbitrarerĩ. Sed ubi ſenſit ſe à ſuis ſtipatoribus eſſe

Neronis fuga.

deſtitutum (tum enim in quibuſdam hortis dormiebat) conabatur fugę ſe mandare, ueſteq; uili amictus, equum nihilo meliorem conſcendit, in quo

Phaonis prædium.

ſedens atq; obuolutus ad prædiũ Phaonis Cæſariani, unà cum ipſo Phaone, & Epaphrodito, & Sporo ſub noctem uenit. Tum ingens terræ motus

Terræmotus ingens.

factus eſt, ita ut terra funditùs conquaſſari, & animæ hominum ab eo interfectorum inſultare ipſi putarentur. Ferunt eum agnitum à quodam, qui fortè ei in itinere factus eſt obuiam, Imperatoremq; ſalutatũ diuertiſſe de uia,

atq;

atque in arundineto, quouſque illuceſceret, abiectum delituiſſe, ut à nemine uideretur: tum cœpit ſuſpectos habere eos qui cum ipſo erant, quaſi contra ſe impetum facturos, omnemq́ꝫ uocem, quaſi ab ea requireretur, perhorreſcere. Si catulus pauidum latraret, aut caneret gallina, aut ſi uirgultum, uel ramus arboris uento moueretur, grauiter conturbari: quibus ex cauſis conquieſcere nullo modo poterat. Non enim audebat loqui cum ijs qui aderant præſentes, ne ab alio intelligeretur: ipſe ſecum animo ingemiſcere, plorare, multa ſecum reputare: ſed præſertim qui maxima famulorum multitudine ſuperbus fuerat ſemper, ſe in præſentia cum tribus libertis iacere. Hanc enim ueluti extremam fabulam Deus ei conſtituerat atq́ꝫ parauerat, ne iam cæteros matricidas, aut errantes, ſed ſe ipſe repræſentaret. Hîc cœpit illum pœnitere eorum quæ antea fecerat, quaſi uerò poſſet ea infecta facere: cumq́ꝫ Nero has tragœdias ageret, crebrò illũ uerſum memoria repetebat,

Conſcientiæ mirabile memorabile exemplum.

Sera Neronis pœnitentia.

οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, πατήρ: Mori me iuſsit miſerè uxor, pater. Tandem cùm nemo eum perquirerere uideretur, introierũt in ſpeluncam, in qua, quòd eſuriebat, panem comedit, aquamq́ꝫ ſitiens bibit, qualem nunquã antea. Ita ferens grauiter: Hæc eſt, inquit, illa mea præclara potio. Dum Nero in his rebus eſſet, populus Romanus ampla ſacra faciebat, magnaq́ꝫ lætitia perfruebatur, ferebantq́ꝫ pileos multi, quaſi eſſent libertatem conſecuti. Galbæ omnia quæ ad principatum pertinent, decernuntur. Ante omnia Nero ſtudioſe perquiritur: ignoratum eſt aliquandiu, quò profectus fuiſſet: pòſt ubi cognitum eſt, aduerſum eum equites mittũtur: quos ille poſtquam aduentare intellexit, imperauit ijs qui ſecum aderant, ut ſe interficerent: cumq́ꝫ illi non obedirent, ingemiſcens ait: Ego ſolus nec amicũ, nec inimicum habeo. Interim appropinquantibus equitibus, ipſe ſibi manus attulit, dixitq́ꝫ peruulgatum illud, ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι, Dij immortales, inquit, qualis artifex pereo. Cumq́ꝫ ægrè moreretur, Epaphroditus eum confecit. Vixit annos XXX. menſes IX. Regnauit annos XIII. menſes VIII. Vltimus eorum, qui ab Aenea & Auguſto genus ducebant. Interitum eius, lauri quæ à Liuia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ antè occiderant, non obſcurè denunciauerunt.

Hæc eſt decocta Neronis.

Pilei libertatis.

Nero ſibiipſi manus infert.

Nero ex Iulia & Auguſti familia ultimus Imperator.

Liuiæ lauri.

GALBA.

IGITVR Galba Imperator deſignatus eſt, quod ei Tiberius aliquãdo prædixerat, cùm diceret eum Imperium degustatutũ: idq́ꝫ certiſsimis ſignis demonſtratũ fuit, quando ſibi uiſus eſt audire fortunam dicentem, ſe iamdudum ante fores ſtare, nec dum tamen domum recipi: proinde ſi arceretur diutius, ad alium migraturam. Ad hæc nauigia per eoſdem dies onuſta armis ſua ſponte in Hiſpaniam ſine nautis appulerunt. Inſuper mula peperit: quam rem uates ei prædixerant ſignum futuri principatus. Eidem quoq́ꝫ ſacrificanti puer thus obtulit, ac ſubitò canos miſit. Qua ex re dictum eſt à uatibus, Imperium à minore natu ad ſenectutem eius eſſe tranſiturum. Ita quæ ad principatum ſpectabant, ei antè denunciata ſunt. Galba in regno cõtinens erat, inuiſusq́ꝫ nemini: ſibi enim Imperium delatum eſſe, non ſe ſuſcepiſſe arbitrabatur, idq́ꝫ ſæpenumero confirmabat: ſed erat in coaceruanda pecunia inexplebilis, tanquam multis rebus indigeret,

Præſagia futuri Imperij.

Galbæ Imperatoris auaricia.

ret, deq; ea ita parum impendebat, ut non drachmas, ſed obulos nonnullis largiretur. Liberti uerò eius delinquebāt ī multis, eorumq; culpa in ipſum cōjciebatur. Nam etſi ſatis eſt priuatis hominibus nullam iniuriam facere, tamē principē prouidere etiam oportet, ne cæteri faciant, propterea quòd nihil intereſt eorum qui iniuriam patiuntur, à quo eam acceperint. Itaque Galba, licet ipſe nihil per iniuriā faceret, tamē quòd ſineret illos facere, aut quòd ea quæ ab alijs gererent, ignoraret, malè audiebat. Nymphidius autē & Capito tanta fuere inſolētia in Galbam, ut Capito, cùm fortè quidā reus ab eo ius dicēte prouocauiſſet, ſtatim in ſellā excelſiorē tranſilierit, atq; ita dixerit: Age, inquit, dic cauſam apud Cæſarem: eumq; cauſa cognita capite damnauit. In hos Galba has ob cauſas animaduertit. Cùm aūt ad urbē aduētaret, ac iam propè eſſet, proceſſere ei obuiā prætoriani Neronis, petiereq; ab eo ut ſe in eodē gradu militię retineret. Is primò rem diſtulit, ut deliberaret: ſed cùm illi nō parērēt, magisq; tumultuarent, cōtra eos exercitū miſit, cæſaq; ſunt repentè prætorianorum ſeptem millia: reliqui poſtea decimati ſunt. Itaque Galba licet ætate & morbo confectus eſſet, tamen mente uigebat & conſilio, putabatq; indignum eſſe, Imperatorem coactum aliquid facere. Hac de cauſa prætorianis poſtulantibus pecuniam non dedit, ijsq; ita reſpondit, Legere, inquit, ſoleo milites, non emere. Cumq; populus poſtularet ut Tigellinus, & cæteri qui antè contumelioſi fuerant, ſupplicio afficerentur, non conceſsit, quos fortaſſe, ſi non eſſet ab eo poſtulatum, interfici iuſsiſſet. Helium uerò, Narciſſum, Patrobium, & Locuſtam ueneficam mulierem, cum quibuſdam alijs qui ſub Nerone ualuerant, uinctos per totam urbem duci, ac poſtea morte mulctari iuſsit. Vt Galba his de cauſis laudabatur, ita ridebatur maximè, quòd in itinere gladium ſemper accingeret, homo iam ſenex & imbecillis. Cæterùm quem exitum uitæ habuerit, nunc dicendum eſt. Milites Rufi, qui erāt in utraq; Germania, ira incenſi, quòd nullum à Galba beneficium accepiſſent, cupiditatem ſuam, quam in Rufo explere non poterant, in alio explere conabantur. Id fecēre præpoſito Aulo Vitellio, qui per id tempus inferiorem Germaniam obtinebat, defecereq; ad eum ſpectata tantūmodo ipſius nobilitate. Nec enim eis curæ fuit, quòd is Tiberio in delicijs fuerat, quodq; uita eius adhuc cum priſtina libidine cōſentiebat. Quin potius ob eam cauſam arbitrati ſunt, eum ſibi magis idoneum & accommodatum fore. Ipſe quidem Vitellius nequaquam tanti ſe eſſe exiſtimabat. nam cùm irrideret aſtrologos, hoc argumento confirmabat eos nihil ſcire, quòd dicerent ipſum Imperatorem futurum. Idem quoq; Nero cùm intellexiſſet, ita riſit hominē & contempſit, ut nihil grauius contra eum admiſerit. Galba cognita ſeditione Vitellij, adoptauit L. Piſonem adoleſcentem nobilem, magnaq; modeſtia ac prudentia præditum, eumq; Cæſarem deſignauit. Qua de cauſa indignatus M. * Saluius Otho, quòd ipſe à Galba non eſſet adoptatus, rurſum Imperium populi Romani multis incommodis difficultatibusq; affecit. Is erat apud Galbā in tam magno honore, ut ei, quo die mortuus eſt, ſacrificanti ſolus è Senatoribus præſto fuerit. Quæ res in cauſa fuit ut rerū potiretī. Cùm enim aruſpex Galbæ inſidias parari diceret, ac proinde moneret ne aliquò prodiret, id Otho intellexit, atque inde ſubitò alia ſimulata cauſa diſceſsit, rèceptusq; intra murum caſtrorum à paucis militibus qui unà cum eo cōiurauerant, cæterisq; qui iam Galbæ erant infenſi, perſuaſis, uel potius largitione corruptis, emptum principatum occupauit, idq; paulo pòſt à reliquis confirmatum eſt. Qua re cogni

ta

Principis officium eſt, homines ab omni defendere, præcipuè tamen ſuorū iniuria.

Nymphidij & Capitonis inſolentia.

Galbæ in milites prætorianos Neronis, cædes.

Imperatoris eſt, nihil cōtra dignitatem ſuā coactè facere.

Helius, Narciſſus, Patrobius Locuſta ſupplicio affecti.

Aulus Vitellius Germaniæ inferioris præfectus.

Aſtrologi à Vitellio irriſi.

L. Piſo à Galba Imperatore adoptatus, atq; Cæſar poſtea deſignatus.

** Siluius alijs dicitur.*

Saluij Othonis apud Galbam autoritas.

Otho pecunia & malis artib. cōemptū principatum occupat.

ta Galba paucos miſit ad exercitum, ut milites de ſententia dimoueret. Interea loci unus ex militibus cum diſtricto cruentoq; gladio ad eum uenit, Bono animo es, inquit, Imperator, quando ego Othonem interfeci, ut iam ſis ſine periculo. Id Galba credidit pro uero, atq; ita militi reſpondit, Quis tibi, inquit, mandauit, ut id faceres? poſt hæc in Capitolium proficiſcitur ſacrificandi cauſa. Occurrunt ei in medio foro equites pediteſq;, ibiq; ſenem, Pōtificem, & Imperatorem occidunt, multis Senatoribus multiſq; plebeis hominibus præſentibus: pòſt cadauer afficiunt ignominia cuiuſuis generis, caputq; ceruicibus abſcindunt, idq; figunt in pilo. Galba telis immiſsis in ſellam, qua uehebatur, cùm ex ea cecidiſſet, uulneratuſq; eſſet, id unum dixit, Quid enim mali feci? Ei Sempronius Denſus Centurio opem tulit, quoad potuit: ſed is non ſolùm nihil Galbæ profuit, ſed etiam ipſe occiſus eſt. cuius uiri nomen propterea ſcribendum putaui, quòd mihi memoria dignum eſſe uidebatur. Occiſus eſt Piſo, & reliqui multi, qui tamen Imperatori opem non tulerant. Sed Piſo propterea ſupplicio affectus eſt, quòd Cæſar fuerat deſignatus. Vixit Galba annos LXXII. Regnauit menſes IX. dies XIII.

Galba à ſeditioſis militib. interfectus.

Sempronius Denſus Centurio.

L. Piſonis mors.

OTHO.

GALBA hunc exitum habuit, eiuſq; cædis pœnam Othonem nō ita multo pòſt ſequi oportebat, quod ipſe ſtatim præſenſit: nam ut primùm ſacrificauit, exta minus felicia uiſa ſunt. Itaq; cepit eum ſubitò facti pœnitere, dixitq;, τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. Cur me, inquit, oportebat longis tibijs canere? Eſt autem uulgatū prouerbium de ijs, qui ea faciunt quæ ſibi ſunt inutilia. Præterea noctu adeò in ſomnis perterritus eſt, ut ceciderit de lecto, & excubitores perterruerit. Qui cùm accurriſſent celeriter, eum humi iacentem offenderunt, neq; tamen potuit ob has cauſas Imperium, quod ſemel adeptus erat, deponere, ſed in eo permanſit, ac pœnas dedit: quamuis multa faceret moderatè ad conciliandos animos multitudinis, non quòd eo ingenio eſſet aut moribus, ſed quòd multis ab eo propter Vitellium abalienatis, nolebat cæteros ſibi inimicos facere. Othoni decreta ſunt à Senatu ea quæ pertinebant ad principatum, quòd diceret ſe coactum à militibus intra murum introductū eſſe, ibiq;, cùm eis obſiſteret, in magnum diſcrimen ueniſſe. Hîc uti cepit placido ac leni ſermone, & ficto ſimulatoq; uultu indicare modeſtiam: ad hæc oſcula ad ſingulos ferè per digitos mittere: poſtremò multa polliceri. quanquam nō erat obſcurum, eum multo etiam petulantius atq; acerbius, quàm Neronem eſſe regnaturum. Nomen quidem eius ſibi ſtatim impoſuit, multiſq; Senatoribus, qui damnati fuerant, pœnam remiſit, cæteris muneribus affectis. Crebrò uenire in Theatrū, fouere multitudinem, peregrinos donare ciuitate, ijſq; multa alia promittere: quibus tamen rebus neminem ſibi præter paucos ſui ſimiles obſtringere potuit. Iam enim eo genere uitæ, quod inſtituerat, quodq; cum ſorore cōſuetudinē habebat, cæteriſq; Neronianis utebatur, omnes perterriti erant: milites uerò multitudine munerum, blandiſq; ſermonibus in tantam licentiam ſceluſq; induxerat, ut aliquando ſint auſi in Palatium irruptionem facere, cùm frequentes Senatores apud Othonem cœnarent, interfectiſq; ijs à quibus arcebātur, tandem irruere eò, ubi conuiuium agebatur, occidereq; omnes qui intus erant, ſo-

Prodigium.

Prouerbium.

Othonis ſomnium.

Otho petulantia Neroni perſimilis.

Othonis inceſtus.

his iis qui inde abierant, aut ſe antè aliquò abdiderant, conſeruatis. Cuius rei cauſa Otho pecuniam eis largitus eſt, perinde atq; ſi id facinus in gratiam eius feciſſent. Per id tempus quidam captus eſt, qui ſe Neronem eſſe ſimulabat, cuius quidem nomen à Dione ignoratum eſt: ſed is tandem ſupplicio affectus eſt. Otho ſæpenumero cohortatus Vitellium ad ſocietatem principatus, poſtquam ei perſuadere non potuit, ſtatuit apertè bellum gerere. Itaque contra eum exercitum miſit, eiq; exercitui complures præfecit: quæ res cauſa fuit Othonis calamitatis. Deſiderata ſunt utrinque in prælijs ad Cremonam factis hominum quadraginta millia. Antequam autem prælium iniretur, ferũt præter cætera prodigia, quæ tum accidere, auem eximiæ magnitudinis, quanta nunquam antè uiſa fuerat, per multos dies uiſam eſſe. Superatis Othonianis, unus ex equitibus cladem Othoni nunciauit, cui cùm fidem non haberent ij qui aderant præſentes (nam tum fortè multi conuenerant) eumq; fugitiuum atq; hoſtem appellarent, Vtinam, inquit, hæc falſa eſſent Cæſar, libenter enim te uictore mortem occumberem: nunc autem utcunq; ſit, moriar, ne uideâr ſalutis meæ cauſa fugiſſe: tu uerò, cùm hoſtes huc non multò pòſt uenturi ſint, ſtatue quid tibi faciendum putes. hęc cum dixiſſet, manus ſibi attulit. Quo facto id uerum eſſe creditum eſt ab omnibus: cumq; poſſent facilè bellum renouare (erãt enim permulti, aderantq; aliæ legiones ex Pannonia, & quod eſt in tali re maximum, Othonem amplectebantur, ſingularemq; ſuam fidem & beneuolentiam in eum non modò uerbis oſtendebant, ſed etiam ex animo) factum eſt ut ocioſe ceſſaret, quouſque cæterorum concurſu idem renunciatum eſt. Tum demum Otho pauca ſecum locutus, apud milites concionatur: qua in concione multa dicit, ſed hæc in primis: Sufficiunt, inquit, ea quæ facta ſunt: odi enim bellum ciuile, licet uincam: charumq; habeo populũ Romanũ, licet mecum diſſentiat. Vincat Vitellius, poſtquam ita uiſum eſt dijs immortalibus: ſint incolumes milites eius, quando id mihi perplacet. multò enim melius eſt multoq; iuſtius unũ pro multis, quàm pro uno multos interire. Ego quidẽ Mucius eſſe malim, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus, q; Marius, quàm Cinna, quàm Sylla, ut ne reliquos numerando perſequar. Quamobrem nolite me cogere, ut efficiar unus ex ijs quos odi: nolite etiam inuidere, ſi uelim facta alicuius ex ijs quos laudo, æmulari. Vos ad uictorem proficiſcimini, atque illum colite. Ego me ita liberabo, ut omnes homines intelligant eum eſſe Imperatorem à uobis delectum, qui nõ uos pro ſe, ſed ſe pro uobis dedit. Hac habita cõcione, milites eum propter ea quę audierant, admirari, miſerariq; eius fortunã, præſertim ſi quid ei grauius accideret: tum profundere lacrymas, lamentari, eum patrem appellare, ſibiq; ſuis liberis ac parentibus chariorem eſſe dicere. Quæ cùm iam in multam diem dicerentur, peteretq; Otho ut ſibi liceret mortem cum uita commutare, neque id illi concederent, facto ſilentio ita dixit: Non poſſum peior eſſe eo milite quẽ uos mortem ſibi propterea tantummodo conſciſcere uidiſtis, quòd Imperatori ſuo nunciũ acceptæ cladis attuliſſet. Itaque ego illum ſequar, ne quid tale uideã in poſterum, aut audiam. Vos, ſi me amatis, quæſo, ſinite me mori, ut uolo: nolite me cogere ut uiuam inuitus, ſed ad uictorem abite, eumq; ſtudioſe ac diligẽter colite. Hæc cum dixiſſet, ſeceſsit in thalamum, ſeq; pugione interemit. Corpus eius elatum milites ſepeliuerunt non ſine lacrymis: nonnulli propter eum mortem ſibi conſciuerunt. Igitur Otho hunc uitæ finẽ habuit, uixitq; annos XXXVII, detractis diebus undecim. Regnauit

Pſeudonero.

Othonis cum Vitellio bellũ cruentiſſimũ.

Prodigia dira ante cladẽ Othonis ad Cremonam uiſa.

Eques Romanus, ex partib. Othonis, ſibi ipſi mortem infert propterea quòd nuncium acceptæ cladis attuliſſet.

Othonis ad milites ſuos oratio.

Otho Imperator ſibi ipſi infert manus.

Othonis ſepultura.

uit dies XC. cumq́ peſsimè omnium uixiſſet, mortuus eſt honeſtiſsimè: & Imperiũ, quod cum magno ſcelere inuaſerat, cum maxima uirtute depoſuit.

VITELLIVS.

POSTQVAM Romæ clades Othonis audita eſt, populus Romanus ſtatim, ut par erat, ſentẽtiam mutare cepit, Othoniq́ quem laudauerat antea, & cuius uictoriam optauerat, nõ aliter atq́ hoſti contumelioſe maledicere: ac Vitellium, quem deteſtatus fuerat, collaudare, eumq́ Imperatorem dicere. Adeò nihil eſt in rebus humanis fixum ac perpetuum: ſed & ij qui florent maximè, & ij qui humiles & abiecti ſunt, exitus incertos habent: ac pariter pro fortuna ipſorum, laude, uituperio, honore, & ignominia afficiũtur. Vitellius, ut Romam uenit, cepit omnia ſuo arbitratu gerere: ſed in primis edicto propoſito aſtrologos expulit ex Vrbe: edixitq́ ut intra certam diem quam ipſe conſtituerat, ex omni Italia excederent. Illi cõtrà de nocte diem ei in tabulis præſcribunt, intra quam excedat è uita: isq́ ante eam diem mortuus eſt: adeò futuros rerum euentus præcognoſcebant. Interim Vitellius explere libidinem ſuam, inſeruire uoluptatibus, nullam curam habere diuinarum aut humanarum rerum. Nimirum principiò talis erat: quippe popinas frequentauerat, & ludos aleatorios, ſaltatorumq́ & aurigarum ſtudioſus fuerat, conſumpſeratq́ in eos infinitam pecuniam, atq́ eius rei cauſa magnum æs alienum contraxerat. Itaque tunc tantam potentiam conſecutus, cepit multo grauiora facere: magnam diei partem noctisq́ conſumere in comeſſationibus, crebroq́ uomere omnia. ut ſolo tranſitu ciborum nutriretur. Cui quidem rei ipſe ſufficere poterat: quãuis cæteri qui cum eo cœnabant, omnes miſerè interirẽt. Ex quibus Vibius Criſpus cùm incidiſſet in morbũ, & ob eam cauſam per multos dies non interfuiſſet conuiuio, facetè dixit, ſe, niſi ægrotauiſſet, omnino fuiſſe periturũ. Fuit tempus principatus Vittellij nihil aliud quàm ebrietas & comeſſationes. Etenim precioſiſsima quæq́ etiam ab ipſo uſque Oceano, ne dicam ulterius, undiq́ terra mariq́ conquiſita, uſq́ adeò opiparè apparabantur, ut omnes cupediæ, cibiq́ eiuſdem generis ex eo etiã nunc Vitelliani nominentur. Quæ omnia quis ſigillatim queat attingere? quando cõſtet inter omnes, eum, quo tempore principatum tenuit, cõſumpſiſſe in cœnas nouies millies ſeſtertiûm. ſed res huiuſcemodi precioſiſsimę breui tempore defecerunt, quòd omnia precioſa eſſe oporteret. Patinam quidem unam apparauit, in quam impẽdit decies ſeſtertiûm, linguis cerebrisq́ & iecoribus piſcium, & quarundam auium in eam cõiectis. Hanc patinam, cùm fictilis eſſe non poſſet propter magnitudinem, argenteam fecit: eaq́ diu permãſit, ueluti res dijs cõſecrata, quouſq́ Adrianus eandem conſpicatus cõflari iuſsit. Sed cùm de his rebus mentionem fecerim, illud etiã addẽdum uidetur, domum auream Neronis ei nequaquam ſatisfeciſſe. Cumq́ nomen & uitam, moresq́ eius laudaret, hac in re tantummodo reprehendebat, quòd diceret eum habitauiſſe perperam, uſumq́ fuiſſe paruo & humili apparatu. Vitellij uxor Galeria ridere ſolebat, quòd in regia parũ ornatus reperiſſet. Cæterùm quia hos ſumptus de alieno faciebant, quãuis eos magnopere non computarent, tamen ij qui epulum dabant uiciſsim, magno incommodo afficiebantur, licet conuiuiũ ab uno minimè totum diem age-

Vulgi in rebus gerendis inconſtantia.

Aſtrologi expelluntur ex urbe.

Vitellio mortis dies ab aſtrologis prædicta.

Vitellij luxus & ebrietas.

Vibius Criſpus.

Cibi Vitelliani.

Duæ myriades myriadum. duo millia, quingente myriades.

Patina Vitellij.

XXV. myriades drach.

Neronis aurea domus.

Galeria Vitellij uxor.

Vitellij uaria conuiuia.
Centum myriades drach.

retur. Dabant enim alij ientacula, alij prandium, alij cœnam, alij comeſſationes, ueluti ſolatium priſtinæ ſatietatis. Ex quo factum eſt, ut paucis pòſt diebus conſumpta ſint in cœnam quadragies ſeſtertiûm. Vitellius plerisq; riſum excitabat. Cùm enim uiderent grauitatem & maieſtatem eius in publicis conuentibus, cuius ſtupra antè cognouerant, ſedereq; in equo regio, ornatum chlamyde purpurea eum, quem ſciebant Veneto ueſtitu certatores equos in certaminibus abſterſiſſe: deinde cum tanta manu militum conſcēdere in Capitolium, quem nemo antè uidere poterat in foro propter multitudinem creditorū: poſtremò coli ab omnibus, quem ne oſculari quidem libenter uoluerat quiſquam: teneri non poterāt, quin riderent. At ij, qui ei

Creditores Vitellij.

proficiſcenti in Germaniam grandem pecuniam crediderant, inſtitiſſent, eumq; uix datis fideiuſſoribus dimiſiſſent, tunc non modò non ridebāt, ſed etiam lugentes ſeſe occcultabant. At Vitellius requiſitis poſtea creditoribus, dicebat ſe reddiſſe ſalutē pro credita pecunia, repoſcebatq; tabulas cōtractuum. Crebrò ueniebat in theatra, ut ad ſe plebis animos alliceret. Cœnabat familiariter unà cum optimatibus, ut eos ſibi maiorem in modum deuinciret. Sæpe mentionem faciebat ueterum ſodalium, eosq; habebat in honore. Neq; enim turpe, aut ſe indignum putabat, ſi aliquem ex ijs agnoſcere uideretur: quod pleriq; faciūt, qui elati maximis & inſperatis honoribus, oderunt eos, à quibus ſe intelligūt humiles antea & abiectos cognitos fuiſ-

Prodigia dira.

ſe. Dum hæc faceret, extitere ſiniſtra prodigia: nam & cometes apparuit, & Luna contra rationem ſtatuti temporis bis uiſa eſt deficere: Quarto enim, & ſeptimo die obſcurata eſt. Præterea in oriente atq; in occidente duo ſoles uiſi ſunt eodem tempore: quorum hic imbecillis & pallidus, ille potens & clarus erat. Inuēta quoq; ſunt in Capitolio multa & magna ueſtigia quorundam deorum, qui ex eo deſcendiſſe uidebant, renunciatumq; eſt à militibus, qui ea nocte in excubijs eius fuerant, templum Iouis ſua ſponte cum magno fragore apertum eſſe, atq; ob eam cauſam nonnullos cuſtodes per-

Veſpaſiani cū Iudæis bellum.

territos & exanimatos fuiſſe. Quæ cùm ita facta ſint, Veſpaſianus qui bellum cum Iudæis gerebat, ut audiuit diſſenſionem eſſe inter Othonē & Vitellium, deliberare cepit, quid ſe facere oporteret. Summa erat in eum beneuolentia omnium, non ſolùm propter gloriam belli Britannici, eius que quod tum gerebat, ſed etiam propter æquitatem & prudentiam ipſius: qui-

Mucianus.

bus rebus adducebantur, ut ſe ab eo regi cuperent. Inſtabat Mucianus uehementer, quòd ſe ſperaret etiam nomen Imperatoris habiturū, ac propter æquitatem Veſpaſiani Imperij participem fore. Quibus cognitis rebus milites circunſiſtunt tabernaculum Veſpaſiani, eumq; Imperatorē renunciāt. Neq; uerò defuere Veſpaſiano prodigia & ſomnia, quibus ei futurum Imperium fuerat longo tempore antè ſignificatum, eaq; nos, cùm ad uitam eius uenerimus, attingemus. Igitur Veſpaſianus primo quoq; tempore Mucianum in Italiam contra Vitellium mittit: ipſe obſeruatis rebus Syriæ, præfectisq; alijs ducibus bello Iudaico, in Aegyptum contendit, ibiq; pecuniā, qua maximè ei opus erat, colligit, comparatq; frumentum, ut Romā quàm maximum numerum poteſt, mittat. Legiones, quæ erant in Myſia, cognitis ijs quæ de Veſpaſiano perferrentur, Muciano nequaquam expectato,

Antonius Primus Pannonici exercitus dux.

quem audiebant eſſe in itinere, Antonium Primum ducem ſuum deligunt: is fuerat à Nerone miſſus in exilium, pòſt uerò à Galba reſtitutus Pannonico exercitui præerat, eoq; tempore neq; ab Imperatore, neq; à Senatu delectus, ſummum Imperium habuit: tanta erat in Vitellium indignatio mili-

tum, tanta prædandi cupiditas. Neq; enim milites hæc ob aliam cauſam a-
gebant, quàm ut Italiam diriperent, id quod factum eſt. Vitellius cognitis *Ludi à Vitellio*
his rebus omnibus, nihilo minus remanet in Vrbe: neq; uerò à delicijs abſti *editi.*
net, ſed præter cætera ludos gladiatorios facit. In his ludis Sporus cùm eum *Sporus.*
ornatu raptæ puellæ oporteret in theatrum uenire, neq; poſſet talem contu
meliam pati, mortem ſibi conſciuit. Vitellius Alienũ cum paucis bello præ-
ficit. Alienus Cremonam uenit, oppidumq; occupat, Pòſt ubi uidet ſuos mi *Cremona ab*
lites propter delicias Vrbis intemperantes, nimioq; ocio molles & effœmi *Alieno capta.*
natos eſſe: contraq; hoſtes corporibus exercitatis, magniſq; animis, timere
cepit: dein ut ei à Primo literæ amicæ uenerunt, conuocauit milites, ijſq;
expoſita imbecillitate Vitellij, uiribuſq; Veſpaſiani, ac utriuſq; moribus, *Alieni milites*
perſuaſit ut in partes Veſpaſiani tranſirent. Illi delent imagines Vitellij ex *à Vitellio ad*
ſignis, iurantq; ſe ſub Imperio Veſpaſiani fore: uixq; dimiſsi in tentoria re- *Veſpaſianum*
uerterant, cùm eos facti pœnitere cepit. Itaq; repentè magno ſtudio ac tu- *deſciunt.*
multu cõgregati, rurſum Vitellium Imperatorem uocãt, Alienumq;, quòd *Alienus ut*
eſſent ab eo proditi, uinculis conſtringunt, nulla conſulatus eius habita ra- *proditor à*
tione, quæ præſertim fieri ſolent in bellis ciuilibus. Cumq; iam eſſet ingens *proprijs mili-*
tumulus in exercitu Vitellij, tum lunæ defectio eum longè fecit maiorem, *tibus captus.*
non tantùm quòd obſcurata eſt (quanquam hæc terrorem inijciunt tumul *Prodigia.*
tuantibus) ſed etiam quòd ſanguinolenta atraq; eſſe, aliosq; horribiles co-
lores emittere uiſa eſt. Hi enim nihilo magis decedere de ſententia, aut ali-
quid remittere, ſed ad manus uenire inter ſe, pugnareq; alacriter: etſi, ut di-
xi, Vitellianis dux non erat, quòd Alienus Cremonæ eſſet in uinculis. Pu-
gnatur interdiu ac noctu utrinq; æquo Marte. Nox enim inuenit pugnan- *Vitellij cum Ve*
tes, nec ea quidem præliũ dirimere potuit, tanta erat ira, tanta uincẽdi cupi- *ſpaſiano bellũ*
ditas. Agnoſcebant ſe inter ſe, atq; unà colloquebant: non eos placabat fa- *cruentiſsimum.*
mes, non labor, nõ frigus, nõ tenebræ, nõ accepta uulnera, nõ cædes, nõ re-
liquiæ mortuorũ, non multitudo pereuntium: tanta deniq; inſania utroſq;
pariter ceperat, ut ne propter noctẽ quidẽ quæ ſupetuenit, ut dixi, aliquid
remitterẽt. Videre licebat, quoties luna luceret (nam interdum occultaba-
tur nubibus) pugnare illos nõnunquam, nonnunquam ſtare, ad haſtas ad-
hæreſcere, ſedere, ſimul clamorem tollere: hi Veſpaſianũ, illi Vitellium Im-
peratorem dicere, uocare ſe mutuò, cõuiciari, laudare: ſed & priuatim alter
ita alterum admonere, Mi cõmilito & ciuis quid facimus? cur pugnamus? *Ciuilis prælij*
huc tranſi ad me: Nequaquã, inquit alter, tu ad me potiùs. Cui uerò mirum *elegans deſcri-*
non uideatur, quòd cùm mulieres ex oppido eſculenta & poculenta de no *ptio.*
cte ad Vitellianos attuliſſenr, nõ modò ſe ipſi cibo potuq;, ſed etiam aduer
ſarios refecerunt. Vocabat quiſq; aduerſarium nominatim (omnes enim ſe
rè ſe nouerant, ac tum agnoſcebant) Accipe, inquit, mi commilito, ede: non
enim tibi gladium præbeo, ſed panem. accipe rurſum, & bibe: non enim ti-
bi ſcutũ, ſed poculum trado: ut ſiue tu me interficias, ſiue ego te, moriamur
facilius. atq; ut ne me eneruata aut imbecilli manu occidas, aut ego te, hæ
noſtræ ſint exequiæ nobis adhuc uiuẽtibus. Vitellius enim & Veſpaſianus
bellum gerũt inter ſe, ut nos ijs qui iam olim mortui ſunt, mactent. Hæc at-
que alia eiuſdem generis cùm inter ſe dixiſſent, ceſſatur aliquandiu, & co-
meditur, eoq; facto pugnatur iterũ: paulo pòſt pugnam intermittunt, dein-
de renouant. Hæc totam noctẽ, quouſq; illuxit, facta ſunt. Tum autem duo
ex militibus, qui Veſpaſiani partes ſuſtinebant, quiddam tale fecerũt. Cùm
enim graue damnum caperẽt ex aliqua machina, raptis ſcutis ex ſpolijs Vi-

tellianorum qui iam ceciderant, permixtiq; cum aduerſarijs clàm ad machinam ueniunt pro Vitellianis, funesq; eius incidunt, ut ex ea nullum telum amplius emitti poſſet.

Gallica legio Veſpaſiani partes defendit.

Orto ſole milites tertiæ legionis (ea Gallica nominatur) quæ hybernat in Syria, aderatq; tum fortè cum ijs qui Veſpaſiani partes tuebantur, eum illicò ſalutant, ut antè conſueuerant. Qua ex re Vitelliani rati Mucianũ ueniſſe, perterriti uictiq; clamore, in fugam ſe conijciũt:

Vitellianorum fuga.

& cùm antè maximos labores ſuſtinuiſſent, minima re perterrent. Poſt hæc ad murum ſe recipiunt, paſsisq; manibus obteſtantur uictores: cumq; à nemine exaudirentur, Conſulem diſſoluerunt, eumq; ornatum ueſte conſulari miſerunt cum faſcibus ſupplicandi cauſa, ac poſtulata fœdera per eum impetrauerunt. Alienus enim propter dignitatem ſuam facilè Primo perſuaſit, ut conditiones eorum acciperet. Poſtquam portæ urbis apertæ, atq; ipſi omnes in tuto fuerunt, concurrunt undiq;, cunctaq; rapinis & incendijs uaſtant.

Cremona à Vitellianis direpta.

Fuit hæc grauiſsima calamitas, propterea quòd Cremona erat maximis atque pulcerrimis ædificijs ornata, magnaq; uis pecuniæ à ciuibus & peregrinis in eam coacta fuerat. Huic urbi Vitelliani, ut qui ædes locupletum, & exitus uiarum nouerant, maiora incommoda attulerunt. Nec enim piguit eos ciues, pro quibus pugnauerãt, perdere, ſed quaſi ab ijs iniuriam accepiſſent, eosq; uiciſſent, uiolare, percutere, atq; occidere auſi ſunt, ita ut cum ijs qui in prælio ciciderunt, deſiderata ſint hominũ quinquaginta millia.

Prodigia Vitellio exitium minitantia.

Vitellius de hac clade certior factus, uehementer tumultuari cepit, non ſolùm perturbatus prodigijs, quòd peracto quodã ſacrificio, eùm eius cauſa apud milites concionaretur, magnus numerus uulturũ irruit, diſcerpſitq; exta, ac ipſum ferè de tribunali deturbauit: ſed multo etiam magis propter nuncium acceptę calamitatis. Itaque fratrem ſuum Tarracinas celeriter mittit, munitumq; oppidũ per eum retinet. Sed cùm exercitus Veſpaſiani Romam aduentaret, ita perterritus obſtupuit, ut nihil certi ageret, aut ſentiret, ſed temerè ſurſum deorſum ferretur, ueluti in maxima tempeſtate: modò enim

Imperatoris malè ſibi cõſcij ſtudia.

Imperiũ arctè tenere, accurateq; defendere conabatur, ſeq; ad bellum gerendũ parabat: modò ultrò deponebat, quòd ſtatueret priuatam uitam agere: interdum ferebat chlamydem purpuream, accingebatq; gladium: interdum pulla ueſte induebatur: cõcionem habebat in Palatio foroq;, ac milites nonnunquam ad prælium, nonnunquam ad pacem faciendã cohortabatur: partim deuouere ſe pro ſalute Reipublicę: partim captare miſericordiam, eiusq; rei cauſa filium quem tenebat in manibus, amplexari, & ante oculos eorum ponere: dimittere prætorianos, rurſum accerſere: domũ fratris ſe recipere relicto Palatio, mox eodẽ reuerti, ita ut ex ijs rebus permulti ſtudium quod habebant in ipſum, remitterent. Nam cùm is maximo furorè huc & illuc concurſaret, idq; illi uiderent, non amplius imperata facere, neq; res eius magis quàm ſuas curare, rideręq; eum multis de cauſis, ſed in primis quòd in concionibus gladium tradebat Conſulibus et Senatui, ut ex eo ſummũ Imperium deponeret: quem dum nemo ex Senatoribus auderet capere, ij qui aderant, multo magis ridebãt. Quas ob res præſertim cum iã Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex Conſules, & Sabinus propinquus Veſpaſiani, alijq; primarij uiri ſimul conueniũt, dictisq; ſententijs in Palatiũ cõtendunt cum militibus ſuarũ partiũ, ut aut perſuaderẽt Vitellio, aut eum cogerent Imperiũ deponere. Sed cùm

Factiones contra Vitellium.

incidiſſent in Germanos cuſtodes Vitellij, miſerè afflicti diſcedunt, atque in Capitolium perfugiunt. Eodem Domitianum Veſpaſiani filium, propinquosq;

quosq; eius accerſunt, preſidijsq; muniũt. Poſtridie eius diei Vitelliani contra eos irruere: hi impetũ illorum propulſauere aliquandiu. Sed cùm incenſis ijs quæ circum Capitolium erant, igni impedirentur, Vitelliani aſcendũt in Capitolium, magnumq; numerum eorum concidunt, direptisq; ijs omnibus quę in Capitolio repoſita erant, ac præter alia loca, magno templo Iouis Opt. Max. incenſo, Sabinum & Atticum captos ad Vitellium mittunt: nam Domitianus & Sabinus filius in primo tumultu fugerant ex Capitolio, & abditi in quibuſdam ædibus, latuerant. Poſtquam non longè abfuerunt Veſpaſiani milites, quos Petilius Cerealis unus ex primis Senatoribus, & Veſpaſiani affinis, & item Antonius Priſcus ducebant (nam Mucianus nondũ uenerat) Vitellius ſummè pertimuit. Illi enim primùm per nuncios, deinde per literas in urnas inter mortuos cõiectas, & in corbes, in quibus fructus erant, & item in arũdines aucupum, fiebant certiores omnium quæ in urbe gererẽtur, ita ut de ijs, quid opus eſſet facto, conſultarent: tunc autem quia ignem uiderant in Capitolio, tanquam è ſpecula, iter quàm celerrimè faciebant, primusq; omnium Cerealis cum equitatu in urbem contendit. Vitellius conuocato Senatu, legatos ex eo & ex Veſtalibus ad Cerealem mittit: hi cùm nemo uellet ipſos audire, fereq; in mortis diſcrimẽ ueniſſent, ad Primum, qui inde non longè aberat, proficiſcuntur, utq; cum eo colloqui poſsint, impetrant: nihil tamen efficiunt, ſed à militibus profectis contra Vitellium maximo furore præſidia pontis Tiberis franguntur. nam cùm tranſire prohiberentur ab ijs qui pontem tuebantur, equites flumen tranſierunt natando, eosq; cùm inuaſiſſent à tergo, alijs irruentibus ex alijs partibus, affecerũt acerbiſsimis & grauiſsimis incommodis. Tum ab ijs factum eſt id quod in Vitellio, ac Vitellianis criminabantur, cuius'que cauſa ſe cum eis bellum gerere ſimulabant. Cæſi ſunt uidelicet quàmplurimi mortales, multiq; contrà de tectis fictilibus deiecti, & in anguſtis locis propter multitudinem hominum oppreſsi interierunt, ita ut per illos dies obierint hominum quinquaginta millia. Dum urbs hoc modo diriperetur, pugnarentq; alij, alijq; fugerent, & ijdem poſtea rapinas & cædes pariter facerẽt, ut in numero eorum qui urbem inuaſerant, incolumes ſeruarentur, Vitellius ſordido attritoq; ſagulo amictus, ſe abdit in obſcurũ locum, ubi canes alebantur, ſperans ſe noctu Tarracinam ad fratrem fugiturũ: ſed inueſtigatus inuentusq; à militibus (non enim diu latêre poterat is qui fuerat Imperator) pannis obſitus, & ſanguine perfuſus, quòd eum canes læſerant, depræhẽditur: deinde ueſte eius diſciſſa, uinctisq; à tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Cæſarem è Palatio, ubi magnas uoluptates ceperat, deducunt, trahuntq; uia Sacra eum Imperatorem, qui ſuperbè plerunq; ſella uectus fuerat, ipſumq; Auguſtũ in forum in quo crebrò cõcionatus erat, perducunt: ibi ei colaphos impingunt, alij barbam uellunt, illudunt omnes, ac contumelioſe maledicunt, & comeſſationes exprobrant: nam uentre obeſo erat. Cumq; Vitellius ob has cauſas magno pudore affectus, demiſſo capite terram intueretur, milites ſub mento eum pungebant, ut caput extolleret inuitus, altumq; cerneret. Quod ubi quidam Germanus animaduertit, non pertulit diutius, ſed miſericordia permotus: Ego tibi, inquit, qua in re potero, opem feram: itaque illum percuſsit, deinde ſibi manus attulit. Neq; tamen Vitellius moritur ex eo uulnere, ſed trahitur in carcerẽ unà cum ſuis ſtatuis, quibus ridicula multa atque turpia exprobrabantur. Hic Vitellius ſummo dolore affectus propter ea quæ pateretur, & audiret: Ego quidem,

Capitolium à Vitellianis direptum.

Sabinus atque Atticus capti ducũtur ad Vitellium.

Petilius Cerealis.

Vitellij ad Cerealem legatio.

Pons Tiberis.

Strages cruentiſsima.

Vitellius captus contra dignitatem Imperij turpiter à militib. tractatur.

 inquit,

inquit, aliquando Imperator ueſter fui. Quamobrē irati milites eum ad ſcalas Gemonias perductum obtruncāt, abſciſſumq; caput eius per totam urbem geſtant. Vitellius poſtea ab uxore ſepelitur. Is uixit annos quinquaginta quatuor: regnauit annum unum, decem diebus exceptis. Frater eius cùm Tarracina profectus eſſet, ut ei opē ferret, accepiſſetq; in itinere eum mortuum eſſe, incidit in eos qui contra eum miſsi erant, cum ijsq; de ſalute ſua paciſcitur, licet et ipſe non multò pòſt, & poſt eum filius Vitellij occiſus fuerit: quanquam Vitellius nullum ex propinquis Othonis aut Veſpaſiani occiderat. His confectis rebus Mucianus uenit, isq; omnia unà cum Domitiano adminiſtrare cepit: quem etiam ad milites adduxit, fecitq;, quamuis puer eſſet, ut apud eos cōcionaretur, tum uiceni quini denarij dati ſunt ſingulis militibus.

Obtruncatus Vitellius à militibus, ab uxore ſepelitur.

XXV. drach.

VESPASIANVS.

HIS rebus geſtis Veſpaſianus etiam à Senatu creatur Imperator, Titusq; & Domitianus Cæſares deſignant̄: præterea Veſpaſianus & Titus abſentes conſularem dignitatem accipiunt. Horum alter in Aegypto, alter in Palæſtina erat. Veſpaſiano longo tempore antè regnum multis prodigijs ſomnijsq; ſignificatum eſt. Nam bos in agro in quo ipſe magnam uitæ partem degebat, cœnanti aſtitit flexis genibus, ac ceruice pedibus ſubiecta: rurſumq; cùm cibum caperet, canis ſub menſam eius manum hominis poſuit. Itemq; eximia cupreſſus magna ui uentorum euerſa radicitus, poſtero die per ſe ſtetit, ac floruit. Præterea accepit in ſomnis, ſe principem Romanum fore, cùm Cæſar Nero dentem perdidiſſet: idq; poſtridie quàm ſomniauit, accidit. Quinetiā ipſe Nero uidit per quietem currū Iouis in ædes Veſpaſiani intromitti. Sed hæc quidem omnia egebant interpretatione. At Ioſephus natione Iudæus antè ab eo captus conſtrictusq; uinculis ridens ait, Nunc quidem, me uincies, poſt annum autem ſolues, cùm fueris Imperator factus. Igitur Veſpaſianus, ut alij pauci, ad principatū natus erat. Sed cùm is adhuc abeſſet in Aegypto, Mucianus omnia ſumma poteſtate adminiſtrabat unà cum Domitiano, iactabatq; magnum aliquid eſſe, quòd Veſpaſianum Imperatorem feciſſet, quodq; ab eo frater appellaretur, haberetq; magnam potentiam. Nam omnia ſuo arbitratu abſque mandato Veſpaſiani gerebat, ſcribebatq; de rebus omnibus, tantummodo adſcripto Veſpaſiani nomine: ob eamq; cauſam ferebat annulum, quem ad ipſum Veſpaſianus miſerat, ut ea quæ ediceret, ſigillum principis haberent. Igitur eo tempore omnia nutu horum, quaſi ipſi Imperatores eſſent, ita gerebantur, ut Veſpaſianus ad Domitianū ita ſcripſerit; Ago tibi gratias fili, quòd me ſinas principatū tenere, quodq; me ex eo nondum expuleris. Mucianus undiq; quàm maximam pecuniam poterat, referebat in ærarium, eiusq; rei culpam, ne eam Veſpaſianus ſubiret, in ſe deriuabat, dicebatq; ſemper pecunias neruos eſſe principatus. Itaque hortabatur Veſpaſianum, ut undequaq; pecuniam faceret: quod cùm principio fecerit, grandem pecuniam Imperio ſibiq; confecit. Tum aliæ rebelliones contra Romanos in Germania factæ ſunt, quarum memoria, ut ego quidem arbitror, nulli uſui eſt. Id mirum fuit, quòd Iulius Sabinus, qui principatum tenebat in Lingonibus, ſeparatim magnum exercitum comparauit, fuitq; Cæſar cognominatus, quòd ſe Iulio Cæſare prognatum diceret.

Veſpaſianus et Titus abſentes deſignātur Imperatores.

Futuri Imperij præſagia.

Veſpaſiani ſomnium.

Ioſephi Iudæi hiſtorici de Veſpaſiani imperio uaticinium.

Domitiani Imperium.

Veſpaſiani ad Domitianum literæ.

Pecuniæ nerui ſunt principatus.

Iulij Sabini in Lingonib. principatus, atq; uita ſolitaria.

ret. deinde aliquot prælijs uictus, rus abijt, ibiq; in ſepulchrum ſubterraneū, quod ipſe prius incenderat, ingreſſus eſt: cumq; cōſtans eſſet opinio illum interijſſe, in eo nouem annos cum uxore delituit, ex eaq; duos filios ſuſtulit. Has rebelliones Germaniæ Cerealis compeſcuit, multis prælijs factis, tantaq; in uno ex ijs prælijs multitudo Romanorum, Barbarorumq; cæſa eſt, ut mortuorum cadauera profluentis curſum retinuerint. Domitianus propter ea quæ agebat (nihil enim niſi magnum moliebatur) patrem metuens, in Albano monte morabatur. Is animum ad amorem Domitiæ filiæ Corbulonis applicauerat, eamq; à Lucio Lamio Aemiliano uiro eius abductam ſecum habebat in numero amicarum, eandemq; poſtea uxorem duxit. Interim Titus præfectus bello Iudaico cepit Hieroſolyma, incenditq; templum, exiſtimantibus Iudæis non ſuum interitum, ſed uictoriam, ſalutem & felicitatē eſſe, quòd unà cum templo caderēt. Capti ſunt ab eo multi, præſertim Barporas, qui apud eas principatū tenebat, isq; ſolus in triumpho ſupplicio affectus eſt. Itaq; Hieroſolyma die Saturni. quem diem in primis Iudæi colunt ad hæc noſtra tempora, cōciderunt. Ab eodem Tito iuſsi ſunt quotannis didrachmū pendere Ioui Capitolino ij qui patrias leges eorum tuerentur. His de cauſis uterque Imperatoris nomen obtinuit, quanuis neuter Iudaicus cognominatus ſit, ſed alia multa, ut par erat, tā magna parta uictoria, atque in primis arcus triumphales eis decreti ſunt. Veſpaſiano ingreſſo in Alexandriam, Nilus inundauit uno die ultrà quàm conſueuerat amplius quatuor digitis, quod nunquam antea niſi ſemel factum eſſe dicebatur. Idem Veſpaſianus cæcum hominem, itemq; alterum, cui imbecilla manus erat, qui per quietem ipſum adire iuſsi fuerāt, ſanauit, oculis alterius ſputo conſperſis, & manu alterius conculcata: quæ opinio diuinitatis eum celeberrimum fecit. Neq; tamen Alexandrinis gratus erat, cui adeò grauiter infenſi erant, ut ei priuatim publiceq; illuderent, atque maledicerent. In cauſa erat, quòd cùm ſperauiſſent ſe ab eo, quem primi omnium Imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non ſolùm nihil eis largitus eſt, ſed etiam ab ijs pecuniam exegit, atq; tam multam collegit, nullo genere tributi prętermiſſo, ut ne mendicis quidem pepercerit, ac de diuinis humanisq; rebus pecuniam fecerit. Multa enim uectigalia quæ iam ſolui deſierāt, renouauit, auxitq; multa ex ijs quæ obtinebāt: idq; in cæteris prouincijs ſubditis Imperio Romano, ac poſtea in Vrbe fecit. Hanc ob cauſam Alexandrini multa conuicia in eum iactabant, dicebantq; præter cætera, eum ſex obolos exigere. Quamobrem Veſpaſianus uir alioqui mitiſsimus tanta ira cōmotus eſt, ut uiritim ſex obolos perſolui iuſſerit, ſtatueritq; ſupplicium de ijs capere. Quorum pœnam cùm Titus deprecaretur, eis nihilo magis pepercit. Neq; uerò Alexandrini ob eam cauſam deſiſtebant. Nam ita apud Titum frequentes exclamauere in publico conuentu, Ignoſcimus ei, inquiunt: non enim nouit imperare. Ita hi maledicendi libidinem ſuam, qua ſemper laborârunt, abundè explebant, abuſi Imperatoris comitate. Veſpaſianus poſt hæc Romā uenit. Huic Mucianus cum uiris primarijs Brunduſium proceſsit obuiam. Domitianum Beneuenti conuenit, qui conſcientia mentis, & rerum antè geſtarum ita diffidebat, ut interdum ſimularet ſtulticiam. Nam cùm magnam uitę partem degeret in Albano, faceretq; multa ridiculè, tum muſcas ſtylo transfigebat. Quod etſi indignum eſt grauitate hiſtoriæ, tamen quòd abundè eius mores oſtendit, neceſſariò ſcribendum putaui, potiſsimùm cùm factus Imperator idem fecerit. Ex quo facetè reſponſum

Cerealis cōtra Germaniæ rebelliones prælia cruētiſsima.

Domitiani erga filiam Corbulonis amor.

Hieroſolyma à Veſpaſiano obſeſſa, capta atq; direpta.

Veſpaſiani arcus triumphalis.

Nili inundatio.

Miracula Veſpaſiani.

Alexandrinorum in Veſpaſianum odium.

Veſpaſianus ne mendicis quidē parcebat in tributo exigēdo.

Conuicia Alexandrinorū in Veſpaſianum.

Domitiani ſtulticia atq; ignauia.

ſponſum eſt à quodam interrogāti quid ageret Domitianus, Solus, inquit,

Ne muſca quidem.

eſt, ne muſca quidem cum eo. Veſpaſianus ut deprimebat huius ſuperbiā, ita cæteros omnes non ut Imperator, ſed ut priuatus, memorq́ pristinæ fortunæ excipiebat.

In Capitolio templum à Veſpaſiano ædificatum.

Templum in Capitolio ſtatim ædificare cepit, primusq́ inde terram extulit, iuſsitq́ cæteris illuſtriſsimis & clariſsimis uiris ut idem facerent, quo minus cætera multitudo operā ſuam denegare poſſet. Cumq́ ſumptus publicos, qui neceſſarij erant, magnificentiſsimos ſemper faceret, publicosq́ conuentus ſumptuoſos præſtaret, in cæteris rebus ob eas cauſas parciſsimus erat, nihil´que impendebat, niſi neceſſariò, ita ut nihil cocti

Veſpaſianus non ad ſuum, ſed Reipublicæ uſum pecuniā collegit.

in popinis pręter legumina uendi pateretur. Qua ex re perſpicuum eſſe cepit, eum tam magnam pecuniam non ad ſuas uoluptates, ſed ad uſus publicos collegiſſe. Porrò Veſpaſianus ita uitam inſtituerat. raró habitabat in Palatio, in hortis autem Salluſtianis plurimûm erat, eoq́ recipiebat quęcunque, nō ſolùm Senatorij, ſed etiam cuiuſuis ordinis.

Horti Salluſtiani.

Ante lucem, cùm etiam adhuc eſſet in lecto, colloquebatur cum ijs qui ſibi ualde erant familiares, eumq́ cæteri in uijs ſalutabant.

Veſpaſianus noctibus utebatur.

Portæ regiarum interdiu ſemper apertæ, ac omni cuſtodia deſtitutæ erant. Veniebat in Senatum ſemper, & cum patribus communicabat omnia: ſæpe etiam ius reddebat in foro.

Veſpaſiani humanitas erga Senatum atq; priuatos etiam homines.

Quòd ſi fortè de quibuſdam rebus nō poſſet cognoſcere propter ſenectutem, aut ſiquid abſens ſcripſerat ad Senatum, ea filijs, ut in Senatu legerent, plurimùm iubebat. Neq; uerò in hac re ſolum Senatum affecit honore, ſed etiam quòd ex eo ordine frequentes & quotidianos conuiuas acciperet: ipſe quoque crebrò apud amicos & familiares ſuos cœnabat. In ſumma quod ad curam reipublicæ pertinet, Imperator habebatur: in cæteris rebus æquabili iure cum reliquis uiuebat. Nec enim tantùm iocabatur populariter, uerùm etiam iocoſe ludi ſe libenter patiebatur. Cumq́ ſcripta quædam in principes ſine nomine, ut aſſolet, atq; in contumeliam eius proponerentur, ipſe contrà nihil

Phœbus.

commotus ea, quæ cōducerent, proponebat. Cùm autem Phœbus ad eum ueniſſet purgandi ſui cauſa in eo, quòd Neronis temporib. in Græcia atq; in Theatro, cùm Veſpaſianus uidens Imperatorem cōtra decorum facere, frontem contraxiſſet, iratus iuſſerat eum abire: dein roganti quò iuberet, reſpondit in malam crucem. Itaq; Phœbo defendenti ſe in hac cauſa non modò nullum damnum attulit, ſed ne quid aliud, quàm hoc ipſum reſpondit,

Vologæſus.

Abi in malam crucem. Vologæſum, qui ad ſe ſcripſerat his uerbis, Rex Regum Arſaces Flauio Veſpaſiano ſalutem: ne repræhendit quidem, ſed ei ijſdem uerbis, nō adſcriptis Imperatorijs nominibus, reſpondit.

Heluidius Priſcus.

Thraſeas.

Cùm autem Heluidius Priſcus Thraſeæ gener, ac in præceptis Stoicorum ab ineunte ętate uerſatus, Thraſeæ loquendi libertatem imitaretur, quamuis minus opportunis temporibus, ac tunc cùm eſſet Prætor, nihil faceret in honorē Imperatoris, ſed ei ſemper malediceret, atq; ob eam cauſam captus, à tribunis plebis lictoribus traditus eſſet: confuſus Veſpaſianus fleuit, eq́ Senatu exijt, hoc unum inquiens, Aut mihi filius meus ſuccedet, aut nemo.

Demetrius Cynicus.

Philoſophi ex urbe Romana per Veſpaſianum eiecti.

Sed cùm alij multi excitati ex Stoica diſciplina, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, multa ignominioſa publicè diſſererent occaſione philoſophiæ, atque ita multos occultè in uarias ſententias traherēt, Mucianus Veſpaſiano perſuaſit, ut omnes qui eſſent eius ſectæ, ex urbe expelleret, dixitq́ in eos multa, ira magis incitatus, q̃ ſtudio doctrinæ. Itaq; Veſpaſianus ſtatim philoſophos, præter Muſoniū, Roma expulit: Demetrium uerò & Hoſtiliū in

Hoſtilius.

inſulas relegauit. Hic Hoſtilius, cùm de ſuo exilio intelligeret, ac tum fortè

cum

cum alio diſſereret, magisꝗ cõtra regnũ loquerẽt, tamẽ ſubitò ſententiam mutauit. Demetrio uerò nondũ quieſcẽti Veſpaſianus mãdari iuſsit his uerbis: Tu quidẽ, inquit, nihil prætermittis, ut ego te interfici iubeam, ego tamen canẽ latrantẽ nõ occido. Per id tempus mortẽ obijt Cænis pellex Veſpaſiani, cuius propterea mentionẽ feci, quòd maxima fide, & excellẽti memoria fuit. *Cenis Veſpaſiani pellex.* Hæc enim heræ ſuæ Antoniæ matri Claudij, quę ad Tiberiũ per eam nõnihil de Seiano ſcripſerat, iuſſeratꝗ, ut id, ne quis fortè deprædenderet, ſtatim deleret, Fruſtrà, inquit, domina iuſsiſti: hæc enim atꝗ cætera omnia, quæ mihi imperas, ita ſemper in memoria habeo, ut ex ea deleri nõ poſſint. *Memoria inſignis.* Id igitur in ea admiratus ſum, tum etiã quòd Veſpaſianus ualde delectabatur eius conſuetudine, cuius etiã cauſa magnã potẽtiam aſſecutus eſt, ac per eam opes innumerabiles, ut creditum eſt, comparauit. Hæc enim multa accipiebat à multis, cùm magiſtratus, procurationesꝗ prouinciarum, & officia militum, ac ſacerdotia, ipſa quoque reſponſa principis nõnullis uenderet. Veſpaſianus quidem neminem occidi iuſsit pecuniæ cauſa, ſed pleroſque, quòd pecuniam darent, incolumes ſeruauit. *Cenis pecuniæ colligendæ ſtudioſiſsima.* Quas omnes cùm Cænis caperet, id fieri de uoluntate Veſpaſiani ſuſpicio erat ex cæteris quæ gerebat, quorum pauca exempli cauſa ponam. Cùm aliquot homines ſtatuiſſent ei ponere ſtatuam precio decies ſeſtertiûm, porrecta manu: Vos uerò, inquit, mihi argentum date, hæc enim eius fundamentum eſt. *XXV. myriades drach.* Præterea Tito grauiter ferenti propter uectigal quod ex lotio atꝗ alijs rebus capiebat, aureos ex eo uectigali quæſitos oſtendit, dixitꝗ, Vide, inquit, fili, num oleant. Veſpaſiano ſextùm, & Tito quartùm Conſulibus templũ Pacis dedicatum eſt: & coloſſus Sacra uia collocatus, quem ferũt fuiſſe altum pedes centum: huic imago Neronis erat, uel Titi, ut ab alijs traditũ eſt. *Templũ pacis. Coloſſus.* Cædes belluarum Veſpaſianus fecit in amphitheatris: ludis autem gladiatorijs nõ magnopere delectabatur. quanquam Titus ludis Iuuenalibus, qui in patria eius facti erant, armis certauit cum Alieno, uidelicet ficto certamine. *Iuuenales ludi.* Parthis bellum cum quibuſdam populis gerentibus, opemꝗ ab eo poſtulantibus, auxilia non miſit, negauitꝗ conuenire ſibi curam rerum alienarum. Per id tempus Beronice maximè florebat, ob eamꝗ cauſam cum Agrippa fratre Romam uenit. *Beronice.* Is Prætorijs honoribus auctus eſt. ipſa habitauit in Palatio, cepitꝗ cum Tito coire: ſpes erat eam Tito nuptum iri, iam enim omnia, ita ut ſi eſſet uxor, gerebat. Sed Titus cùm intelligeret populum Romanũ id moleſtè ferre, eam repudiauit, præſertim quòd de ijs rebus magni rumores perferrentur. Eodem tempore moleſti quidam ſophiſtæ clàm in urbem ingreſsi ſunt, *Sophiſtæ clam urbem ingrediuntur.* ex quibus Diogenes cùm prior in theatrũ ueniſſet refertum magna hominum multitudine, ac populum uexaſſet multis cõtumelijs, uirgis cæſus eſt. *Diogenes.* Poſt hunc Eras uenit, qui ratus nihil ſibi grauius euenturum, multò exclamauit inſolentius atꝗ impudentius: quamobrem ei caput detruncatum eſt. *Eras Cynicus.* Iiſdem temporibus in quadam taberna uas plenũ uini uſꝗ adeò redundauit, ut in uiàm proflueret. Itemꝗ Sabinus Gallus, qui ſe Cæſarem eſſe dixerat, atque cùm ad arma ueniſſet, uictusꝗ eſſet, in monumentum ſe abdiderat, agnitus & Romam adductus eſt, cum eoꝗ occiſa eſt Peponila uxor, quæ cum incolumem ſeruauerat: *Peponila.* quamuis ea Veſpaſiano filios ſuos propoſuerit, dixeritꝗ ad captandam miſericordiam: Ego, inquit, Cæſar, hos in monumento peperi, aluiꝗ, ut plures tibi ſupplices eſſemus. Qua oratione etſi ei cæterisꝗ qui aderant exciuit lachrymas, tamẽ ipſe eis non pepercit. Dum hæc gererentur, Alienus & Marcellus contra Veſpaſia- *Alieni atque Marcelli in Veſpaſianum coniuratio.*

num

num cõiurant, quos ipſe ſibi amiciſsimos eſſe arbitrabatur, ſummiſq́ auxerat honoribus: neq́ tamẽ ab ijs interficitur, propterea quòd patefacta coniuratione, Alienus in Palatio, ſtatim ut ſurrexit è cõuiuio, iuſſu Titi occiſus eſt, ne quid noctu moliretur: iam enim magnum numerum militum comparauerat. Marcellus autem damnatus in Senatu, guttur ſibi nouacula præcidit. Adeò homines malo ingenio præditi, nullis beneficijs uincũtur, quando iſti parauêre inſidias ei à quo tot beneficia acceperãt. Quæ cùm ita ſint, conſtat Veſpaſianum morbo, non quidem podagra, qua laborare conſueuerat, ſed febribus extinctũ eſſe in aquis Sabinis, quæ Cutiliæ appellantur. Alij Titum falſo criminantur, præſertim Adrianus, dicuntq́ eum ueneno in conuiuio ſublatum eſſe. Planè prodigia, quæ eò pertinebant, præceſſere. nam cometes diu uiſus fuit, & monumentum Auguſti ſua ſponte apertum eſt. Cùm autem increparet à medicis, quòd morbo correptus, nihil de quotidiana uictus ratione immutaret, faceretq́ omnia quæ ad principatum ſpectarent, reſpondit * Imperatorem ſtantem mori oportere. Iis uerò qui de comete neſcio quid inter ſe colloquebãtur, ait: Non mihi, ſed regi Parthorum mortem portendit: ille enim comatus eſt, ego caluus ſum. Poſteaquam autem credidit ſe moriturum, Ego, inquit, deus efficior. Vixit annos LXIX. menſes VIII. regnauit annos X. ſex diebus exceptis. Ex quo fit, ut à morte Neronis, uſque ad principatum Veſpaſiani annus unus intercedat, dieſq́ uiginti duo. Quod idcirco ſcribendum putaui, ne errore ducerentur ij qui numerum temporis ad eos qui principatum obtinuerunt, referrent. Non enim ſibi ſucceſſere inuicem, ſed uiuo adhuc & regnãte altero quiſq́ eorum Imperatorẽ ſe tum eſſe credidit, cùm primùm Imperium quodammodo occepit. Itaq́ dies eorum non ex ſucceſsione mutua numerãdi ſunt, ſed accurata exactaq́ ratione temporis: ut à me dictum eſt.

*Alienus. Marcellus. Ingratitudinis memorabile exemplum. Moritur Veſpaſianus. Aquæ Cutiliæ. Prodigia multa antè Veſpaſiani mortem uiſa. * Idẽ etiã Turbo præfectus prætorio Adriani Imperatoris dixiſſe fertur.*

TITVS.

TITVS ex quo tempore principatum ſolus obtinuit, nec cædes fecit, nec amoribus inſeruiuit, ſed comis, quamuis inſidijs peteretur, & continens, Beronice licet in urbem reuerſa, fuit. adeò mores ſtatim mutauit. Neq́ enim eodem modo ſe gerũt ij qui ſocij tantummodo regni ſunt, & ij qui ſoli regnum tenent: propterea quòd illi neglecta gloria principatus immoderatè eius poteſtate abutuntur, multaq́ ad inuidiam & calumniã eius faciunt. Qui autem intelligunt omnia ex ſeſe pendere, magnoperè exiſtimationi ſtudẽt. Id quod Titus aliquando dixit ei, cuius anteà ſtudioſus fuerat. Diſsimile eſt, inquit, egere opera alterius, & iudicem eſſe, perinde ac poſtulare ab alio, & dare. Is perpaucos annos ita principatum tenuit, ut in eo nullũ ſcelus ediderit. Vixit enim in eo duntaxat annos II. menſes II. dies XX. antè uerò quàm eſſet Imperator, annos XXXIX. mẽſes V. dies XXV. Quamobrem eum pleriq́ in hac re ita cum Auguſto comparãt, ut negent & illum, ſi celerius obijſſet, & hunc, ſi uixiſſet diutius, charos unquam fuiſſe: propterea quòd Auguſtus cùm coactus inimicorum multitudine & ſeditionibus principiò aſper fuiſſet, poſtea cùm diu uixerit, multitudine beneficiorum clarus eſſe potuit: Titus uerò, quòd eo tempore, quo comiter regnare ceperat, & ob eam cauſum magnã gloriam habebat, mortuus eſt, quam fortaſſe amiſiſſet, ſi uixiſſet diutius, manifeſtato, eum felicio-

Beronicæ in urbem reditus. Auguſti Cæſaris atq; Titi Veſpaſiani collatio.

manifeſtato.

Virtuoſiorem.

rem quàm uirtuoſiorem fuiſſe. Igitur Titus nō modò Senatorem, quand iu principatum tenuit, nullum interfici iuſsit, ſed nec alius quiſquam ſub eius Imperio morte affectus eſt. De crimine impietatis nunquam cognouit, neque permiſit alijs ut cognoſcerent. Nemo enim, inquit, iniuria me afficere, aut inſequi contumelia poteſt, propterea quòd nihil ago quod repræhendi mereatur: ea uerò quæ falſo de me dicunt, prorſus negligo. Porrò principes qui mortem cum uita commutarunt, ipſi ſe, ſi uerè heroes ſunt, aut ſi quicquam poſſunt, ulciſcentur, ſiquis eis iniuriam faciat. Multa quoq; cōſtituit ad ſecuritatem & tranquillitatem omnium, propoſitis edictis, quibus omnia beneficia, quæ ſuperiores principes dederant, confirmabantur, ne, dum quenq; pro ſe poſtulare oporteret, moleſtiam caperent. Delatores quoque ex urbe expulit. Eodem tempore alterum bellum extitit in Britannia, quo bello Cneus Iulius Agricola regionem hoſtium uaſtauit, primusq; omniū Romanorum, quod ſciamus, Britanniam circumfuſam eſſe mari undiq; cognouit. Cùm enim pauci milites facta ſeditione, interfectiſq; cēturionibus tribuniſq; ſuis, ad naues confugiſſent, atq; inde ſoluiſſent, nauigauére eam partem Britanniæ, quæ ſpectat ad occidentem ſolem, ut fluctibus uentoq; ferebantur: cumq; id feciſſent, atq; ad altera caſtra Romanorum, quæ tum ibi erant, appuliſſent imprudentes, Agricola alios miſit, qui nauibus eundem curſum tenerent, ex quibus etiam inſulam eſſe comperit. His rebus geſtis in Britannia, Titus Imperator XV appellatus eſt. Agricola reliquum uitæ tempus in ignominia & paupertate trāſegit, ſcilicet quòd maiora, quàm Prætori par eſſet, effecerat, ob eaſq; cauſas à Domitiano tādem interfectus eſt: quanuis permiſſu Titi triūphauiſſet. Per id tempus accidêre in Campania horribilia quædam, quæ magnam admirationem habent. Nam ſub autumni tempus ingens incendium repentè excitatū eſt, eoq; mons Veſeuus conflagrauit. Is mons mare ſpectat ad Neapolim, habetq; fontes ignis maximos: ac olim quidem ex omni parte excelſus erat, ſed tunc ex medio eius ignis extitit. Nam ea parte tantùm exuſtus eſt, extrinſecus enim intactus integerq; permanet ad hæc tempora. ex quo fit, ut cùm ignis externas partes non exurat, eaq; quæ ſunt in medio, conſumantur igni, rediganturq; in cineres, uertices qui circùm ſunt, uſq; adhuc ueterem altitudinem habeant, & quæ pars igni conſumpta eſt, dum in ſe coit, concaua facta ſit, ita ut totus mons (ſi licet parua cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina eius montis multas arbores habēt, uiteſq;: ipſe interiùs circuitu propter ignem decliuis eſt, utq; fumum interdiu, ita noctu flammā reddit, ita ut in eo ſuffimenta cuiuſuis generis fieri ſemper uideantur. Quod cum ita ſe habeat, nec ſemper eodem modo, id magis aliquando, interdum minus facit: ad hæc puluerem proijcit, quoties ſimul aliquid ſubſidit, emittitq; ſaxa facto impetu uentorum: tum reſonat mugitq;, quòd minimè denſas atq; cōſtipatas, ſed ratas & occultas reſpirationes habet. Cum igitur Veſeuus eiuſmodi ſit, hæc in eo quotannis ferè fieri ſolent. Quæ cum illis temporibus præter morem euenerint, magnaq; adhuc eſſe uideantur ijs qui ea ſemper inſpiciunt, tamen licet omnia ſimul cum cæteris, quæ tum quoq; euenerunt, comparentur. parua habeantur neceſſe eſt. Etenim eo tempore magnus numerus hominum inuſitata magnitudine, quales gigantes fingūtur, in eodem monte regioneq; finitima, ac proximis ciuitatibus interdiu noctuq; uagari, uerſariq; in aere uiſus eſt. Poſt hæc cōſecuta eſt maxima ſiccitas, ac repentè ita graues terræmotus facti, ut & omnis ea planicies ferui-

Titi Veſpaſiani clementia.

Titi dictū tanto Imperatore dignum.

Titi conſtitutiones.

Delatores.

Cneus Iulius Agricola.

Britannia inſula Romanis antè Veſpaſianū parum cognita.

Iulij Agricolæ ingens paupertas.

Veſeui montis conflagratio miraculoſa.

Siccitas atque terræmotus horrendi.

d: eſſet.& culmina montium ſubſiderent. Ad hæc ſonitus ſubterranei tanquam tonitrua, & ſuper terram mugitibus ſimiles extiterunt. Dein mare ſimul fremere, omne cœlum reſonare, ingensq; & repentinus fragor, quaſi montes ſimul conſiderenr, exaudiri. Tum exilire primùm immenſi lapides, & ad ſummos uertices peruenire: deinde magna copia ignis fumiq;, ita ut omnem aerem obſcuraret, occultaretq; ſolem non aliter quàm ſi defeciſſet. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant putantibus nonullis gigantes ſeditionem inter ſe facere, quòd multæ imagines eorum in fumo conſpicerentur, quod'que clangor tubarum audiretur. Alij exiſtimabant aut mundum in chaos redigi; aut igni conſumi, ob eamq; cauſam properabant alij ex ædibus in uias, alij de uijs in ædes confugere, atque e mari in continentem; & ex continenti in mare ſe recipere. Alij conturbati ea quæ nondum uenerant, exiſtimare tutiora rebus præſentibus. Tanta uerò erat copia cineris, ut terram mareq;, atq; adeò ipſum aerem compleret: quæ res multa damna, ut cuique ſors tulit, importauit, non ſolùm hominibus, prædijsq; ac pecoribus, ſed etiam piſces, uolucresq; omnes peremit, duasq; urbes, Herculanũ & Pompeios, populo ſedente in Theatro, penitùs obruit. Poſtremò tantus fuit cinis, ut inde peruenerit in Africam, Syriam, & Aegyptum, introieritq; Romam, eiusq; aerem compleuerit, & ſolem obſcurauerit. Id Romæ accidit paucis pòſt diebus, cùm omnes ignorarent id quod factum erat in Campania, nec quid eſſet, coniectura aſſequi poſſent. Itaq; etiam ij putare ceperunt, omnia ſurſum deorſum ferri, ſolemq; in terram cadere, aut terram in cœlum conſcendere. Quanquam autem hic cinis non attulit ſtatim grauia incommoda populo Romano, tamen poſtea morbũ peſtilentem & grauem immiſit. Inſequenti anno Tito ad uiſendam calamitatem Campaniæ profecto, multa Romæ conflagrauerunt, quod incendium tamen extiterat ex terra. Nam Serapis ac Iſidis fana, Septa, templum Neptuni, balnea Agrippæ, Pantheon, Diribitoriũ, theatrum Balbi, Scena Pompei, Octauiana ædificia unà cum libris, templũ Iouis Capitolini, cum proximis templis igni conſumpta ſunt. Ita id malum diuinum potius, quàm humanum fuit. Licet enim ex ijs quæ commemoraui, cætera quæ eo incendio perierunt, conijcere. Titus ad Campanos miſit duos uiros conſulares, qui colonias eò deducerẽt, ijsq; grandem pecuniam dedit, atque eam potiſsimùm, quam reliquiſſent ij qui ſine hæredibus mortui eſſent. Ipſe nihil à priuatis, aut ciuitatibus, aut regibus, cùm ei multa darent ac pollicerentur, accepit: quinetiam ea quæ adhuc apud ſe habebat, reſtitu t. Quod pertinet ad cætera, nihil præcipuum geſsit: tantùm amphitheatrum uenationum cauſa. & balnea ſuo nomine dedicauit: tum ibi multa eá que admirabilia fecit. Grues enim certauerunt inter ſe: præterea quatuor elephanti, ac pecorum ferarum'ue millia nouem interfecta ſunt. quæ mulieres quoque ignobiles confecerunt. multi obierunt munus gladiatorium: multi quoq; conſerti pedeſtria ac naualia prælia commiſerũt. Nam amphitheatro de repentè aqua impleto, in ipſum equos taurosq;, aliaq; manſueta animalia introduxit, quę facere didicerant ea quæ in terra conſueuerant. In hanc aquam introducti ſunt homines in nauibus. qui in Corcyrenſes & Corinthios diuiſi, pręlio nauali certauerunt. Extra hunc locum pugnatũ eſt ab alijs in horto Caij & Lucij, quem Auguſtus perſodi ob eandem cauſam iuſſerat. Ibi enim primo die bellum nauale, cædesq; belluarum facta eſt, lacu. qua parte ſtatuas ſpectat, tabulis inædificato, ac fixis undiq; trabibus. Poſtridie eius diei ludi Circenſes facti

Gigantum imagines in fumo aerio uiſæ.

Cineris multitudo.

Titi Veſpaſiani in Campaniam profectio.

Vrbis Romæ pernicio ſum incendium.

Titi amphitheatrum atq; balnea, & ludio.

Caij atq; Lucij horti.

ſcs facti ſunt. Tertio die nauale prælium factum eſt hominum trium milliũ: poſt hæc pedeſtris pugna conſecuta eſt. Nam Athenienſes ſuperatis Syracuſanis (his enim nominibus uſi pugnauerũt) cùm in paruam inſulam deſcendiſſent, magno impetu celeriter facto, monumentum quod ibi factum erat, inuadunt, capiuntq́. Fuêre per centũ dies ſpectacula eius generis. Sed & plebi utile fuit, quòd Titus paruos globos ligneos de ſuperiore loco iaceret in amphitheatrum, in quibus ſcripta erat nota alicuius eſculenti, ueſtis'ue, aut uaſis argentei, aut aurei, equorumq́ & iumentorũ ac mancipiorum. Quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetq́ ad diſpenſatores Titi, quod ſcriptum erat, conſequebatur. His confectis rebus, poſtremo die fleuit, inſpectante uniuerſo populo, nec amplius quicquam magnum geſsit: ſed inſequenti anno Flauio & Pollione cõſulibus, dedicatis ijs quę ſupradicta ſunt, in ijſdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus eſt. Fama eſt fratrem mortem ei attuliſſe, præſertim quòd ei inſidias antè parauerat: alij morbo extinctum tradunt. Cùm enim adhuc reſpiraret, poſſetq́ forſan cõualeſcere, Domitianus ipſum in arcam plenam niuis coniecit, quò celerius moreretur. Eo quidem certè uiuo Romam uenit, introijtq́ in caſtra, ac nomen & potentiã Imperatoris accepit, deditq́ militibus, quantum eis frater dederat. Titus moriens, ſe unius tantummodo rei pœnitere dixit: id autem quid eſſet, non aperuit, nec quiſquã certò nouit, aliud alijs conijcienribus. Conſtans fama fuit, ut nonnulli tradunt, quòd Domitiam uxorem fratris habuiſſet: alij putant, quibus ego aſſentior, quòd Domitianum à quo certò ſciebat ſibi inſidias parari, non interfeciſſet, ſed id ab eo pati maluiſſet, & quòd traderet Imperium Romanum tali uiro, qualem eum fuiſſe referemus. Regnauit, ut ſuprà dictum eſt, annos II. menſes II. dies XX.

Nauale prælium.

Globi lignei à Tito in amphitheatrum proiecti.

Titi mors.

Titus à Domitiano in arcam niuis plenam coniectus.

DOMITIANVS.

DOMITIANVS homo audax erat & iracũdus, præterea inſidiator & uafer: itaque ex altero temerarius, ex altero fraudulentus erat. Multa enim uaſtabat irruens celeriter inſtar fulminis: contrà multa damna paratus & præmeditatus inferebat. Mineruam præcipuè ex omnibus dijs coluit, atq́ ob eam cauſam Quinquatria magnificè celebrauit: in quibus certamina poetarum, oratorum, gladiatorumq́ quotannis ferè exhibebat in Albano. nam eum locum ſub Albano monte, ex quo ita cognominatus eſt, tanquam arcem aliquam elegerat. Neminem unquã uerè & ex animo dilexit, prætar paucas mulieres: quanquã eum ſe diligere ſimulabat ſemper, quem maximè interfectum cupiebat. Adeò uerò diffidebat ijs qui ei aliquid gratificabantur, aut obſequebantur in moleſtiſsimis atque grauiſsimis rebus, ut eos qui ei maximam pecuniam darent, aut qui multos homines calumniarentur, penitus perderet, præſertim ſeruos, ſi quid contra dominos detuliſſent. Cumq́ ſe talem erga omnes pręſtiterit ſemper in ſuo principatu, tum uerò ſeipſum in eo longè ſuperauit, quòd patrem fratremq́, & amicos ignominioſe & perditè tractauit. Eos enim oderat, propterea quòd ei non conceſsiſſent omnia quæ poſtulauerat, præſtitiſſentq́ multa, quæ nõ ſatis idonea aut recta eſſe uidebãt, & quòd antea in aliquo honore fuiſſent. Quas ob res etſi Earinum eunuchum amabat, tamen quòd Titus exectos quoque dilexerat, uetuit in eius contume-

Domitiani natura atq; ingenium.

Quinquatria feſta.

Albanum.

Domitiani erga patrem, fratrẽ, aliosq; ſuos amicos odium.

 liam,

Edictũ, ne quis intra Romani imperij fines caſtraretur. liam, ne quis in poſterum intra fines Romani imperij caſtraretur. Omnino dicebat Imperatores, à quibus permulti homines non punirentur, fortunatos magis quàm bonos eſſe: & quaſi in ſcena eſſet, ſimulabat ſe fratrē amare ac lugere, laudabatq́ non ſine lacrymis, cùm tamen omnia contrà, quàm *Circenſes ludi.* uellet, præ ſe ferret. nam Circenſes ludos, qui natali die illius fiebant, diremit: cæteri, quemadmodum condolerent, aut ei congratularentur tutò, neſciebant, ne aut ei moleſtiam afferrent, aut eius diſsimulationem percipere *Domitia repudiata.* uiderentur. Cùm autem de cæde Domitiæ uxoris ſuæ conſultaret, propter admiſſum adulterium, capto cōſilio de ſententia Vrſi, eam repudiauit, pro*Paris.* pter quam Paridem ſaltatorē in media uia occidit: ac poſtquā accepit eum locum à multis hominibus floribus frondibusq́ & uirgultis ornari, eos in*Domitiani inceſtus.* terfici iuſsi. Quibus confectis rebus, palàm cum fratris ſui filia Iulia tanquā cum uxore coibat. Multos primarios uiros compluribus de cauſis morte et *Grauis in Veſtales uirgines animaduerſio.* exilio de medio ſuſtulit. Sed neq́ Veſtalibus pepercit, in quas animaduertit, quaſi cum uiris cōſuetudinem habuiſſent: de quibus cùm eſſet aſperè & acerbè quæſitū, ac multi qui accuſati fuerant, ſupplicio afficerentur, id unus *Eluij Agrippæ mors.* è pontificibus Eluius Agrippa non ferens, atque eo perterritus, in Senatu, ubi tum erat, extinctus eſt. Domitianus profectus in Germaniā cum exercitu, hoſte nuſquam uiſo, reuertit. Hoc loco mihi cōmemorare nō neceſſe eſt ea quæ tum ob eam cauſam ei, cæterisq́ Imperatoribus eius ſimilimis ſemper tributa ſunt, ne paruos honores adepti, ac proinde rati ſe contemni, moleſtè & grauiter ferrent. Illud fuit in eo grauiſsimū, quòd cùm ſe adulari cuperet, utriſq́ & colentibus eum, & nō colentibus pariter ſuccenſebat: illis, *Domitianus conſul fuit decē annos perpetuos.* quòd aſſentari, his, quòd negligere uiderentur. Adeò uerò ſtultè elatus eſt & inſolenter, ut Conſul decem annos perpetuos, & Cenſor, quandiu uiueret, primus ſolusq́ ex priuatis ciuibus atque Imperatoribus deſignatus ſit. Lictores cepit quatuor & uiginti: utq́ ueſte triūphali uteretur, quoties ue*October Domitianus appellatus eſt.* niret in Senatum, obtinuit. Menſem Octobrem, quòd in eo natus erat, Domitianum cognominauit. Aurigarum duo genera adiunxit, quorū unum *Factiones aurigarum duæ.* aureum, alterum argenteum appellauit. Spectatatoribus multa crebrò largiebarur in ſphæris paruulis: nonnunquam conuiuiū faciebat eis in eodem *Domitiani ob pecuniam colligēdam magna crudelitas.* loco ſedentibus, præbebatq́ ſæpenumero uinum fluens nocturno tempore. Quæ res ut multitudini erat uoluptati, ut par eſt, ita potentibus uiris cauſa erat interitus. Multos enim occidebat, cùm nō haberet unde tantos ſumptus faceret, partim reos factos in Senatu, partim abſentes accuſatos: nonnullos quoque ex inſidijs, clandeſtinis uenenis ſuſtulit. Per id tempus maxi*Daci.* mum bellū fuit populo Romano cum Dacis, apud quos Decebalus regnū *Decebali militaris fortitudo.* obtinebat. Is erat in cognoſcendis rebus bellicis perſpicax, in agēdo ſolers, promptusq́ ad inuadendum, & ad regrediendum, ſi res ita poſtulabat. Nouerat enim optimè inſidias facere, prælium cōmittere, optimè uti uictoria, & acceptam cladem ferre moderatè. Quamobrem diutiſsimè aduerſarius grauis fuit populo Romano. Porrò eam gentem Dacos appello: nam ita ſe ipſi nominant, eodemq́ nomine à Romanis appellantur, etſi non ignoro eos à quibuſdam Græcis Getas eſſe dictos. Quod an rectè factum ſit, ne*Getæ.* ſcio: illud quidem ſcio, Getas trans Hæmū apud Danubiū incolere. At Do*Domitiani in rebus gerendis mollicies.* mitianus ducto in eos exercitu, quanquam ipſe bellum nulla ex parte attigit (erat enim nō ſolùm impatiens laboris corporis, ſed etiam animo timido & imbelli, petulansq́ & libidinoſus non modò in mulieribus, ſed etiam in pueris) tamen miſsis ducibus ad bellum gerendum, ac magna parte mili

tum

tum turpiter amiſſa, ut uictor Romam literas miſit. Quamobrē ei tot & tanta decreta facta ſunt, ut in omni ferè orbe terrarū, qui ſub ditione eius erat, ſtatuæ aureæ atq; argenteæ poſitæ ſint.

Statuæ Domitiani.

Edidit ſumptuoſum ſpectaculum, ex quo nihil dignum hiſtoria accepimus, præterquam quod uirgines curſu certauerunt. Poſt hæc dies feſtos egit, uidelicet triumphales: exhibuit crebra certamina, prælijs peditum, ac deinde equitum commiſsis in circo, tum etiam in nouo quodam loco bello nauali facto, in quo non ſolum omnes ferè qui pugnauerunt, mortui ſunt, ſed etiā multi ex ſpectatoribus, propterea quòd maximo imbri, & uehementi tempeſtate repentè commota, nemini permiſit abire ex ſpectaculo: & quanquam ipſe penulam mutauit, tamē cæteros nihil mutare paſſus eſt. Qua ex re non pauci in graues morbos inciderunt, & mortui ſunt.

Spectacula à Domitiano edita.

Itaque populo nocturnum epulum dedit, eius conſolandi cauſa. Noctu enim ſæpe exhibebat certamina, in eaq; nonnas & mulieres introducebat. Vtq; plebi eo tempore, ita pòſt principibus Senatorij & equeſtris ordinis conuiuium in hunc modum fecit. Apparauit ædes nigerrimas ex omnibus partibus: erant enim atra laquearia, parietes ac pauimentum, in eoq; ſedes nudæ eodem modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet abſque comitibus: ac primùm omnium iuxta unumquemque columnam collocat, factam inſtar ſepulchri, in qua nomen eius ſcriptum erat, pendebatq; de ea lychnuchus paruus, ut aſſolet in monumentis: tum nudi pueri, atramentoq; obliti, tanquam ſpectra quædam ingrediuntur, ipſoſq; horribili ſaltatione circumeunt, eoq; facto ante pedes ipſorum conſiſtunt, ad extremum omnia quæ in exequijs mortuorum adhiberi ſolent, in uaſis eodem modo eis appoſita fuerunt.

Cœna ſepulcralis, et conuiuiū laruale.

Quas ob res quiſq; maximè reformidare cepit, & perhorreſcere, quòd ſe iam expectarent interfectum iri, præſertim quòd cæteris magnum ſilentium erat, quaſi iam mortui eſſent, quodq; Domitianns ſermonem habebat de ijs rebus quæ ad mortem, quæ ue ad cædes pertinerent. Tandem uerò illos dimittit, præmiſsis famulis ipſorū qui in ueſtibulis ædiū remanſerant. Cumq; præparaſſet alios incognitos homines, à quibus domum reducerentur, uehiculis & lecticis datis, ijs metum multo maiorem incuſsit. Iam quiſque domum uenerat, iamq; reſpirare quodam modo incipiebat, cùm nunciatum eſt, nonnullos ab Auguſto uenire. Qua ex re eis mori omnino expectantibus, ab uno horum oblata eſt columna argentea, ab altero aliud quippiam, ab alio uas ex ijs quæ in cœna appoſita fuerant, quæ que erant precioſiſsima: poſtremò puer ille qui antè dæmonem repræſentauerat, unicuique locus & ornatus oblatus eſt: eo que pacto illi totam noctem magno timore perculſi, munera acceperunt. Et Domitianus hos triumphos egit, uel ut uulgò loquebantur, exequias eorum qui in Dacia, Romæq; mortem obierant.

Exequiæ eorū qui in Dacia Romæq; obierant.

Iiſdem temporibus interfecit quoſdam primarios uiros, priuauitq; facultatib. eum qui unum ex ijs in prædijs ſuis defunctū ſepultura affecerat. Cęterùm Dacico bello hęc accidêre memoria digna. Iulianus, cui cura belli gerendi ab Imperatore mandata erat, cęteris rebus bene cōſtitutis, iuſsit militibus ut ſua & centurionum nomina in ſcutis inſcriberent, quò facilius ij qui præclarè aliquid aut turpiter feciſſent, agnoſcerentur: cōgreſſusq; cum hoſtibus in Tapis, magnum numerum eorū concidit.

In Dacico bello à Iuliano quid geſtum.

ex quibus Vezinas, qui ſecundum locum poſt Decebalum obtinebat apud ſuos, cùm uiuus nō poſſet ſe in fugam cōijcere, de induſtria pro mortuo cecidit: deinde noctu clàm profugit.

Vezinas.

Decebalus ueritus, ne Romani quaſi uictores in regias eius

Stratagema Decebali.

 irruerent,

irruerent,arbores,quæ prope eas erant,excidi mandauit, & arma trũcis im
poni,ut hoſtes ueriti,ne milites adeſſent,regrederẽtur, id quod factum eſt.
Antonius rebellionem facit in Germania. Lucius Maximus.
Per id tempus Antonius, qui Germaniæ præerat, inſurgere contra Domi-
tianum eſt auſus.Hũc Lucius Maximus deuicit,& bello cepit: qui etſi pro-
pter uictoriam non eſt magna laude dignus,tamen quòd literas omnes in-
uentas in arcis Antonij combuſsit,neglecto proprio periculo,ut cæteri ca-
lumniam effugerẽt,laudari dignè nunquam poteſt. Sed Domitianus inde
nactus occaſionem,etiam abſq; literis animum induxit ad cędes faciendas,
Iulius Caluſter.
nec quot homines interfici iuſſerit,dici poteſt. ex quotũ numero Iulius Cal
uaſter adoleſcens, qui fuerat tribunus militũ ſpe Senatorię dignitatis obti-
nendæ,contra opinionem euaſit. Nam cùm ſæpenumero ſolus cum eo ſer-
mones conferre depræhenſus fuiſſet, nec poſſet alio pacto cauſam coniura
tionis eluere,cum eo ſe conſuetudinem habuiſſe,& amore coniunctum eſ-
ſe dixit: erat enim talis ut amari poſſet.itaq; liberatus eſt. Cætera quæ facta
Lucianus Proclus.
ſunt illis temporibus,prętermittam,ſi hoc unum dixero,Lucianum Proclũ
Senatorem ætate prouectum,ac plerunq; ruri uitam agẽtem,coactum fuiſ-
ſe proficiſci ex Vrbe cum Domitiano,ne ſi uideretur eum in periculis deſe-
rere, morte afficeretur. Sed poſtquam nuncium de parta uictoria allatum
eſſe intellexit, Viciſti, inquit, Imperator,ut optabam: quamobrem,ut ruri
me reſtituas,peto.Itaque dimiſſus rus abijt:cumq; longo tempore diutiſsi-
Acus oblitæ ueneno.
mè uixerit, poſtea tamen amplius ad eum reuerſus non eſt. Per id tempus
cepere nonnulli acubus óblitis ueneno, quos collibitũ eſſet, pungere, qua
ex re multi eorũ ne ſentiẽtes quidem moriebantur.Multi ex illis,cùm dela-
ti eſſent, ſupplicio affecti ſunt: idq; non ſolùm Romæ,ſed etiam in omni
ferè orbe terrarum factum eſt. Vlpio uerò Traiano,& Aquilio Glabrioni,
qui unà tum Conſulatum gerebant, eadem prodigia dicuntur eueniſſe, ex
quibus Glabrioni interitus,Traiano ſummum imperium prædictũ eſt.Mu
lier quòd exuta fuerat ante ſtatuam Domitiani, damnata & interfecta eſt.
Veſpaſiano Imperium Metij Pompuſiani reſponſo prædictum.
In numero eorum qui tum interfecti ſunt, quorũ eſt magna multitudo, fuit
Metius Pompuſianus, quem Veſpaſianus propterea nullo unquam damno affecerat, quòd acceperat ex aliquo reſponſo eum regnaturum,ſed ob
eam cauſam habuerat in honore,de eoq; dicere ſolebat:Pompuſianus me-
mor erit officij mei,& remunerabitur.Hunc Domitianus antè in Cyrnũ re-
legauit,ac tum interfecit, accuſatũ præter cætera, quòd haberet orbem ter-
ræ pictum in parietibus cubiculi, quodq; conciones regum & cæterorum
principum,quæ ſunt apud Liuiũ ſcriptæ,euolueret,& ſtudioſe legeret. Ma
Maternus ſophiſta.
ternum ſophiſten occidit, quòd exercendi ſui cauſa in tyrannos dixerat.
Cum accuſatoribus & teſtibus unà aderat præſens, confingebatq; & com-
miniſcebatur omnia quæ dici ab ijs oporteret: ſæpe etiam cum ijs qui uin-
cti eſſent, colloquebatur, remotis arbitris, eorumq; uincula tenebat in ma-
Cęcilius Ruffus Senatu ob ſaltationẽ motus.
nibus,quòd nec alijs crederet ea quæ dicenda eſſe exiſtimaret,quodq; illos
uinculis conſtrictos timeret.Cæterùm Domitianus,ut Cenſor,rem memo-
ria dignam fecit.Nam Cæcilium Rufinum propterea Senatu mouit, quòd
Claudius Pacatus.
ſaltaret: & Claudium Pacatũ, etſi Centurio fuerat, domino reddidit,quòd
eum ſeruum eſſe conſtaret. Porrò quæ ſequuntur, diſsimilia ſunt, quæq; ab
Ruſticus Arulenus.
eo facta ſunt ſumma Imperatoris poteſtate. Nam Ruſticum Arulenum in-
terfici iuſsit,propterea quòd philoſophabatur, quodq; Thraſeam diuinum
Herennius Senecio.
fuiſſe hominem dicebat.Itemq; Herennium Senecionem, quòd cùm uixiſ-
ſet diutiſsimè poſt Quæſturam,nullum magiſtratũ petiuiſſet,quodq; Elui-
dij

dij Priſci uitam cōſcripſiſſet: compluresq; alij ex eadem cauſa, quòd ſtudio philoſophiæ operam darent, occiſi fuerūt, cæteris omnibus ex urbe iterum expulſis. Iuuenius uerò Celſus, qui cum quibuſdā primarijs uiris cōtra eum coniurauerat, fueratq; ob eam cauſam delatus, ſaluus nec opinatò cōſeruatus eſt. Iam enim damnandus petijt, ut ſibi liceret cum Domitiano ſecretò colloqui: ac deinde eum adorans, dominum & Deum, quibus nominihus iam quoque ab alijs appellabatur, crebrò nominans, Ego quidem, inquit, nihil tale commiſi: quòd ſi differre tibi placuerit, omnia inueſtigabo curioſe: deinde multos ad te deferam, multosq; cōiuratos indicabo. ita ob hanc cauſam dimiſſus, neminem in poſterum indicauit: ſed allatis alijs atq; alijs cauſis, rem in tempus diſtulit, quo Domitianus mortuus eſt. Iiſdē temporibus ea uia, quę inter Sinueſſam eſt & Puteolos, fuit lapidib. ſtrata. Eodē anno Domitianus cùm multos aliqs, tum uerò Fabiū Clementē Conſulē, etſi nepos eius erat, duxeratq; uxorem Flauiam Domitillam propinquā ipſius, morte affecit, illato ambobus crimine impietatis. Cuius rei cauſa multi, qui in mores Iudæorum tranſierant, damnati ſunt: quorum pars occiſa eſt, pars ſpoliata facultatibus: Domitilla tantummodo in Pandateriam relegata eſt. Glabrionem quoq; qui cum Traiano magiſtratum geſſerat, accuſatū præter cętera ſuperioris criminis, & quòd cum beſtijs pugnauiſſet, interfici iuſſit, cui præſertim propter inuidiam infenſus erat. Nam cùm eum Conſulem in Albanum uocaſſet ad Iuuenalia, coegiſſetq; immanem leonem expugnare, Glabrio non ſolùm à leone læſus non eſt, ſed etiam eum egregiè confecit. His de cauſis Domitiano omnes homines ſuſpecti eſſe ceperunt: non enim amplius in libertis, non in præfectis prætorio, quos etiam in præfectura curabat damnari, ſpem firmam habebat. Nam Epaphroditum libertum Neronis, quem antea relegauerat, tunc interfecit, criminatus eum opē Neroni non tuliſſe, ut ſumpto de illo ſupplicio, libertos ſuos ne quid tale committere auderent, multò antè deterreret. Quæ res tamen nihil ei profuit: ſiquidem inſequenti anno ex inſidijs occiſus eſt, Caio Valente (qui cùm nonaginta annos habens conſulatum geſsiſſet, mortuus eſt) & Caio Antiſtio conſulibus. Inuaſere eum homines inſidias moliti, Parthenius cubicularius eius, licet ab eo magno honore ferendi gladij affectus eſſet: & Sigerus, qui & ipſe cubicularius erat: itemq; Entellus, cui incumbebat cura libellorum Imperij, cum Stephano liberto: ſed neque Domitia uxor, neque Norbanus præfectus prætorio, neq; collega eius Petronius Secundus id dicuntur ignoraſſe. Nam & Domitia in odium eius uenerat, timebatq; ne ſe interfici iuberet, & cæteri amplius eum charum non habebant, quòd iam quibuſdam eorum nōnulla crimina inferebantur, quodq; cæteri, ne idem ſibi eueniret, metuebant. Equidem illud etiam accepi, Domitianum ſtatuiſſe eos omnes interficere, quòd iam ei ſuſpecti forent, atq; eorum nomina ſcripta in tabulis tiliaceis, ijſdemq; duplicibus ſub puluinari eius lecti in quo requieſcebat, abdidiſſe: quas cum inde nudus & garrulus puer fortè dormiēte eo accepiſſet, easq; interdiu haberet in manibus, ignorans quid ferret, Domitiā fortè occurriſſe, eaq; quę ſcripta erant, legiſſe, ac poſtremò rem omnem illis ſignificauiſſe. Qua re animaduerſa, maturauere inſidias: etſi antè ad rem gerendam non ſunt aggreſsi, quàm ſucceſſorem imperij confirmauerint. Qua de re cum ſermonem habuiſſent cum multis, nec uellet quiſquā Imperium adipiſci, quòd omnes tentari ſe ab ijs metuebant, tandem ad Neruam uenerunt: is erat uir nobiliſsimus atq; humaniſsimus, ueneratq; in periculum, ca-

Eluidius Priſcus. *Iuuenij Celſi aſtus.* *Domitilla in Pandateriam relegata.* *Glabrionis mors.* *Cædes Epaphroditi Neronis liberti.* *Parthenius.* *Sigerus.* *Entellus.* *Stephanus libertus.* *Norbanus.* *Petronius Secundus.* *Tabula interficiendorum in lecto Domitiani fortè inuenta.*

Dominandi inſana libido.

lumniantibus cum aſtrologis, ita ut ex hac re multò facilius ei perſuaſerint, ut Imperium reciperet. Nam Domitianus indagatis diebus horiſq; in quibus principes uiri nati eſſent, pleroſq; etiam ex ijs qui potẽtiam nunquam ſperauerant, ſuſtulerat: adeoq; Neruam occidi iuſsiſſet, niſi unus ex aſtrologis pro ſua in ipſum beneuolentia dixiſſet, eum paucis pòſt diebus moriturum. Sed nihil eſt eiuſmodi, quod non antè proſpectum & præuiſum ſit.

Prodigia ante Domitiani mortem uiſa.

Euenêre Domitiano prodigia, quòd Ruſticum ad ſe cum gladio accedere, et Mineruam, quæ in cubiculo eius collocata erat, arma abiicere, eandemq; ex curru, qui nigris equis trahebatur, in magnũ hiatum deſcendere in ſomnis uidit.

Largini Proculi de Domitiani morte uaticinium.

Illud uerò maximè eſt admirandum, quòd Larginus Proculus publicè prædixit in Germania, Domitianum, quo die excelsit è uita, mortem obiturum: cumq; eſſet ob hanc cauſam ab eo qui prouinciæ præerat, Romam miſſus, introductuſq; ad Domitianum, id ita etiam tunc confirmauit fore. itaq; rei capitalis damnatus eſt: ſed dilato ſupplicio, quo tum demum afficeretur, cùm ille periculũ effugiſſet, tandem necato Domitiano ſaluus euaſit, & à Nerua quadringenta ſeſtertia accepit.

Decem myriades drach.

Oraculum ingens.

Fuit alius, qui cùm Domitiano tẽpus & genus mortis prædixiſſet, ab eoq; uiciſsim interrogatus, quẽ exitum uitæ ipſe eſſet habiturus, reſpõdiſſet, fore ut à canibus dilaniaretur, uiuus exuri iuſſus eſt: ſed admoto igni, tantus imber aquæ effluxit ſubitò, ut rogus extingueretur, in quo canes eum cùm uinctis à tergo manibus reperiſſent, dilacerauerunt. Poſſum referre præterea aliud quod dictu eſt inopinatum atque mirabile, idq; ego, poſteaquam de Domitiani morte dixero, exponam. Igitur poſtquam Domitianus de tribunali ſurrexit, uoluitq; interdiu, uti conſueuerat, requieſcere, primùm Parthenius gladium ferreum, qui ſub eius puluinari erat ſemper, accepit, ne eo Domitianus uteretur: mox Stephanum uirum robuſtiorem cæteris omnibus intromiſit, iſq; uulnus ei

Domitiani mors.

inflixit, non lethale illud quidem, & à Domitiano ad terram proſtratus eſt: tum Parthenius ueritus ne Domitianus euaderet, irrupit, aut Maximum libertum, ut quidã putant, immiſit. Ita Domitianus occiſus eſt: tum etiam Stephanus, accurrentibus ſubitò, irruentibuſq; ijs qui cõſcij coniurationis nõ fuerant. Quod uerò paulò antè dicebam mihi omnino admirabile uideri,

Apollonij Tyanei de morte Domitiani uerba ad populũ.

eſt, quòd Apollonius Tyaneus eo ipſo die & hora, qua Domitianus occidebatur (nam id poſtea reſcitum eſt ex ijs qui utrobiq; fuerunt) cùm in præcelſum atq; editum ſaxum ſiue Epheſi, ſiue alibi conſcendiſſet, multitudine hominum conuocata, in hunc modum dixit: Rectè Stephane, euge Stephane, percute homicidã, percuſsiſti, uulneraſti, occidiſti. Quæ etſi pleriſq; uidẽtur eſſe incredibilia, tamẽ ita facta ſunt. Vixit Domitianus annos quatuor et XL. menſes. X dies ſex & XX. Regnauit annos XV. dies V. Corpus eius Phyllis nutrix furata ſepeliuit.

NERVA

NERVA

POST cędem Domitiani Nerua Cocceius Romæ Imperator deſignatus eſt: deinde pleræqꝫ ſtatuæ Domitiani, argenteæ atqꝫ aureæ (quippe odio apud omnes erat) ſublatę ac diſsipatę ſunt, ex quibus grandis pecunia redacta eſt. Fuêre quoqꝫ arcus triumphales, quos ei plurimos fecerant, diſturbati. Nerua autem eos qui rei facti erant impietatis, abſoluit, exulesqꝫ reſtituit. Seruos uerò ac libertos, qui inſidias dominis patronis'ue ſuis fecerant, omnes interfici iuſsit, cauitqꝫ, ne eis liceret crimen ullius facinoris dominis inferre: neminem quoqꝫ impietatis, aut ritus Iudaici accuſari permiſit. Tam multi enim per calumniam damnati fuerãt, in quorum numero Seras philoſophus fuit, ob eamqꝫ rem ingens tumultus concitatus erat (omnes enim accuſabantur ab omnibus) ut ferant Frontonem Conſulem dixiſſe, malum quidem eſſe, Imperatorem habere, ſub quo nemini licet quicquam facere: ſed multo peius eſſe, cùm omnia licent omnibus. Quibus cogniris rebus Nerua talia fieri in reliquum tempus uetuit. Erat Nerua ſenectute & languẽti ſtomacho imbecillior: nam ex eo cibum, quem ceperar, euomebat. Statuas aureas aut argenteas ſibi fieri uetuit, bonaqꝫ, quæcunqꝫ adhuc inuenta ſunt in Palatio, reſtituit ijs quibus ea Domitianus per iniuriam ademerat. Ciuibus Romanis, qui in ſumma forẽt egeſtate, agrũ dedit ad ſexcenties ſeſtertiûm, eius agri emptione diuiſioneqꝫ quibuſdam uiris Senatorij ordinis imperata. Cumqꝫ egeret pecunia, magnum numerum ueſtium, multaqꝫ uaſa argentea atque aurea, et reliquam ſupellectilẽ non modò de priuatis ſuis, ſed etiam de principalibus rebus, multa etiam prædia, multasqꝫ domos, atque in ſumma omnia, præter ea quæ neceſſaria erant, uendidit. Neqꝫ uerò in precijs harum rerum ſordidus, ſed in hoc ipſo benignus erga multos & liberalis fuit. Multà ſacrificia, multosqꝫ ludos Circenſes, aliaqꝫ nonnulla ſpectacula ſuſtulit, ut ſumptus, quoad eius fieri poſſet, minueret. Iurauit in Senatu, nullũ è Senatutoribus ſuo iuſſu interfectum iri: idqꝫ iuſiurandum facta etiam cõiuratione contra ſe ratum fecit. Cumqꝫ nihil abſqꝫ primarijs uiris gereret, multas leges tulit, præſertim ne quis eunuchũ faceret, ne'ue quis neptem in uxorem duceret. Virginium Rufum, qui ſæpe Imperator appellatus fuerat, non eſt grauatus collegam in Conſulatu aſſumere: in cuius mortui ſepulchro inſcriptum fuit, eum ſuperato Vindice, nequaquam ſibi Imperium peperiſſe, ſed patriæ. Nerua quidem uſque adeò bonus princeps fuit, ut aliquando dicere auſus ſit, ſe nihil feciſſe, quo minus poſſer depoſito imperio priuatus tutò uiuere. Cum autem Calpurnius Craſſus, è celebri illa Craſſorum familia oriundus, atque alij nonnulli contra eum coniuraſſent, eos, cùm nondum reſcirent patefactam eſſe coniurationẽ, in ſpectaculo iuxta ſe collocauit, ijsqꝫ gladios tradidit in manus, ut, ſicuti dicebat, an ſatis acuti eſſent, inſpicerẽt, quemadmodũ fieri ſolet: reuera autem id fecir, ut eis oſtenderet ſibi nequaquam curæ eſſe, ſi uel in eodem loco ſtatim necaretur. Caſperius quoqꝫ Aelianus, quem, ut antea factum erat à Domitiano, prætorianis præfecerat, milites in eum cõcitauit, ut nonnullos ex ijs ad ſupplicium depoſceret. Cui adeò reſtitit Nerua, ut etiam nudum iugulũ præbuerit, quamuis nihil egerit. Ii quidẽ, quos uoluit Aelianus, interfecti ſunt. Hac de cauſa Nerua, qui propter ſenectutem minimè honorabatur, ſed contemptus erat, in Capito-

lium

Domitiani ſtatuæ diſsipatæ.

Arcus triumphales.

Neruæ lex contra ſeruos.

Seras philoſophus.

Fronto Conſul.

Mille quingentæ myriades drach.

Neruæ liberalitas atqꝫ benignitas.

Sacrificia atqꝫ ſpectacula à Nerua ſublata.

Leges à Nerua latæ.

Epitaphium Virginij Rufi.

Nerua optimi Imperatoris exemplar.

Caſperius Aelianus.

lium conſcendit, ibiq; magna uoce, quod felix fauſtumq; ſit, inquit, Senatui populoq; Romano, mihiq; ipſi M. Vlpium Neruam Traianũ adopto: eundemq; poſtea in Senatu Cæſarem deſignauit, atque ad eum ſua manu ſcripſit (is tum præerat Germaniæ.)

Traianus à Nerua Imperator dictus.

Verſus Homeri Iliad. α

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

Telis Nerua tuis lacrymas ulciſcere noſtras.

Itaq; Traianus, quanquam Neruæ propinqui non deerant, tunc Cæſar, ac poſtea Imperator factus eſt. Nec enim ille coniunctionem ſanguinis antepoſuit publicæ utilitati: neque rurſum eum deterruit, quòd Traianus homo Hiſpanus, nec Italus erat, nec Italicus, quodq; ante eum nemo alterius nationis Imperium Romanũ obtinuerat. Cenſebat enim uirtutem cuiuſq;, non patriam exiſtimari & ponderari oportere. His cõfectis rebus mortuus eſt. Regnauit annum unum, menſes IIII. dies IX. Vixit annos LXV. menſes X. dies X.

Hiſpanus Traianus.

In Cæſaris electione publica utilitas ſanguinis coniunctioni anteponẽda.

TRAIANVS.

Traiani ſomnium.

TRAIANO, priuſquam Imperium adipiſceretur, uiſum eſt in ſomnis, uirum iam grandem natu, ueſte purpurea & corona ornatum, qualis pingitur Senatus, primùm in ſiniſtram partem iuguli ipſius, pòſt in dextram annulo ſigillum impreſsiſſe. Vt autem Imperator factus eſt, multa ſua manu ſcripſit ad Senatum, atque illud in primis, ſe nullum unquam uirum bonum interfecturum, aut notaturum ignominia: idq; non tunc ſolùm, ſed etiam poſtea iureiurando confirmauit. Aelianum prætorianosq; milites, qui contra Neruam ſeditionem fecerant, quaſi uti uellet eorum opera, accerſi iuſsit, eosq; de medio ſuſtulit. Poſtquam Romam uenit, multa fecit ad emendandum corrigendumq; ſtatum reipublicæ, atq; in gratiam bonorum, quorum in primis curam geſſit. Nam ciuitatibus Italiæ multa largitus eſt ad educationem liberorum, in quos magna beneficia contulit. Huius uxor Plotina cùm primùm ingrederetur in Palatium, eſſetq; adhuc in gradibus: conuerſa ad multitudinem, Talis, inquit, huc ingredior, qualem me exire cupio. Ea quidem ſic ſe geſsit in principatu, ut iuſta reprehenſione caruerit. Traianus autem cùm Romæ aliquandiu commoratus eſſet, in Dacos cum exercitu proficiſcitur, quòd ſecum ea quæ ab alijs geſta eſſent, reputaret, quodq; pecunia quam ipſi quotannis capiebant, grauaretur: & quòd eorum copias indies augeri, efferriq; animos animaduerteret. Cognita eius profectione, Decebalus pertimuit: quippe ſciebat antea non populum Romanum, ſed Domitianum ab ſe ſuperatum eſſe: tunc autem bellũ ſibi fore cum populo Romano, Traianoq; Imperatore, qui iuſtitia, fortitudine, bonitate longè antecelleret, ac uiribus corporis præditus eſſet, (quippe regnare cepit agens annum ſecundum & quadrageſimum) & ita uigeret animo, ut non eum iuuentus temerariũ, non tardum efficeret ſenectus. Traianus quidẽ nulli inuidebat, perdebatq; neminem: bonos omnes ornabat honoribus, & dignitatibus augebat. Ex quo fiebat, ut neq; timeret quenquam, nec haberet odio. Nullam fidem habebat calumniatoribus, nulla ira tenebatũ: abſtinebat ab aliena pecunia non minus, quàm ab iniquis cædibus. Magnos ſumptus fecit belli pacisq; temporibus. Multa eaq; apprimè neceſſaria ædificauit, cuius generis ſunt uiæ, portus, ædificia publica, quorum tamen cauſa nullius unquam ſanguinem effudit.

Aelianus.

Plotina uxor Traiani.

Traiani in Dacos expeditio.

Traiani encomium.

Aedificia à Traiano erecta.

effudit. Magnificus enim natura & magnanimus erat. Itaq; poſtquam Circum collapſum reſtituit, maioremq; reddidit atq; pulcriorem, inſcripſit in eo, perfeciſſe ſe ut populo Romano ſufficeret. Amari à ciuibus cupiebat magis quàm honore affici. Cum populo humaniter, cum Senatu honorificè uerſabatur. Charus ciuibus, hoſti formidoloſus erat. Venationibus, conuiuijs, ſerijsq; ac iocoſis rebus ciuium intererat. Sæpe quartus diſcumbebat, ueniebatq; in ædes eorum, interdum nulla munitus cuſtodia, ibiq; nonnunquam requieſcebat. Bonarũ artium expers & ignarus fuit, licet uerè ea quæ ad uirum doctum pertinent, intelligere, ac facere uideretur. Cuncta in eo uiro optima atq; præſtantiſsima erãt: nam etſi erãt amoribus puerorum & uino deditus, tamẽ nihil ob eam cauſam turpiter aut nequiter fecit, paſſus ue eſt, quamobrem iure repræhenderetur. Licet enim uinum largiter biberet, tamen ſobrius erat, & quod ad pueros attinet, nemini moleſtus fuit. Cumq; eſſet auidus belli, ita ſibi in eo temperabat, ut hoſtes frangeret, amicos autẽ augeret. Non enim ei unquam accidit, quod euenire in huiuſmodi ſolet, ut milites feroces ſe & inſolentes præbuerint: uſq; adeò bene & ratione imperabat. His de cauſis Decebalus meritò eum uerebatur. Poſtquam Traianus in Dacos exercitum duxit, nec longè abfuit ab ijs locis in quibus Barbari caſtra poſuerant, fungus ingens ad eum allatus eſt, in quo ſcriptum erat Latinis literis, Burros ſociosq; omnes à Traiano petere, ut pace facta domũ reuerteret. ſed Traianus nihilo minus conflixit. Quo in prælio quanquã magna cædes hoſtium facta eſt, tamen multos ex ſuis ſaucios uidit. Cumq; deficerent ea quibus uulnera militum obligarẽtur, fertur ne ueſti quidem ſuæ pepercisse, ſed eam diſcidiſſe ad obliganda uulnera militum, cæſisq; in prælio ſtatuiſſe aram, in qua quotannis parentari iuſsit. Pòſt contendit ad editiora loca montium, indeq; alijs atq; alijs occupatis collibus, non ſine magno periculo ad regiam Dacorum peruenit: quos Lucius ex altero latere adortus, magnum numerum eorum concidit, cepitq;. Decebalus continuò primores eorum qui pileos geſtabãt, ad Traianum mittit, pacemq; per eos ab ipſo poſtulat, ſeq; imperata facturũ pollicetur. Is iubet arma, machinasq;, & earum artifices tradere, transfugas dedere, diruere propugnacula, de regione, quam ex finitimis cepiſſet, decedere, & amicos hoſtesq; eoſdẽ, quos populus Romanus haberet, exiſtimare. Has conditiones Decebalus deductus ad Traianum inuitus accepit, eumq; proſtratus ad pedes ueneratur. His cõfectis rebus Traianus in Italiam reuertitur. Tum legati Decebali intromittuntur in Senatum, depoſitisq; armis, iunctisq; manibus more ſeruorum, pauca ſupplices loquuntur: dein confirmata pace arma recipiunt. eoq; facto Traianus de Dacis triumphauit, & Dacicus cognominatus eſt. Pòſt in theatrũ gladiatores, quibus delectabatur, ſaltatoresq; reduxit, ex quorũ numero Pylades ei præſertim charus erat. Porrò in tanto armorum ſtudio curam habuit cæterarum rerum: nam in foro Auguſti, & in porticu Liuiæ, ac in plerisq; alijs locis ius pro tribunali dicebat. Dum hæc geruntur, nunciatur Decebalum multa cõtra fœdus facere, arma comparare, transfugas recipere, arces inſtaurare, finitimas nationes per legatos ad defectionem ſolicitare, eosq; qui ipſi antè non paruerant, diripere, iamq; Iazygum nonnullam partem regionis occupauiſſe: quam cùm illi poſtea repeterent, Traianus eam non reſtituit. ob has cauſas Decebalus hoſtis iterum à Senatu iudicatur. Traianus id bellum per ſe, non per alios duces confecit. Et quanquam Decebalus Traiano multo erat imbecillior, tamẽ parum abfuit quin

Traiani popularitas.

Optima belli gerandi ratio.

Fungus inſcriptus Latinis literis.

Traiani cum Decebalo Dacorũ duce conflictus.

Decebali cum Traiano pax quibus cõditionibus facta.

Traiani de Dacis triumphus. Pylades.

Decebali à Romanis defectio.

Nouũ bellum inter Dacos et Romanos exortum.

eum ex inſidijs tolleret. Miſit enim transfugas in Myſiam, qui Traianum occiderent: ad quem cùm antea erat ſemper facilis acceſſus, tum uerò belli tēporibus cum quibuſuis facilimè colloquebatur: ſed id facinus transfugæ facere non ſunt auſi, propterea quòd unus ipſorum cùm in ſuſpicionem ueniſſet, captus magna ui tormentorum, inſidias patefecerat. Sed Decebalus Longino, quem Romani ducem habebant peritiſsimum rei militaris, perſuaſit, ut ſe adiret, quaſi ſtatuiſſet imperata eius facere. Hunc cùm ueniſſet, compræhendi iuſsit, rogauitꝗ publicè Traiani conſilia. Pòſt ubi nihil potuit ex eo cognoſcere, mandauit ipſum ſolutum uinculis in cuſtodia retineri: deinde petijt à Traiano per literas, ut recepto Longino ſecum reconciliari uellet. Cui Traianus ita reſpondere uiſus eſt, ut Longinum neꝗ multi facere, neꝗ prorſus contemnere uideretur: cuius mortem licet nō expeteret, tamen eiuſdem ſalutem non magnopere poſtularet. Quæ dum animaduerteret Decebalus, ſtatueretꝗ quid ſibi faciendum eſſet, Longinus ſumpto ueneno, quod fortè nactus erat, moritur. Interim Traianus pontem lapideū in Danubio faciendū curauit, quem ego quidem dignè admirari non queo. nam etſi Traiani ſunt alia opera magnifica, tamen is pons longè omnibus antecellit. Eius pontis pilæ ſunt X X, ex lapide quadrato, ſingulæ abſꝗ fundamentis, altitudine pedum C L. latitudine pedum L X. diſtant inter ſe interuallo C L X X pedum, ſuntꝗ cum fornicibus coniunctæ. Cuius operis ſumptus licet ſit incredibilis, tamen plus admirationis habet, quòd hæc in fluuio gurgitibus pleno, limoſoꝗ alueo facta ſunt, quodꝗ fluxus eius fluminis aliò auerti non potuit. Neꝗ uerò latitudo ipſius idcirco à me dicta eſt, quòd permagna ſit: nonnunquam enim duplo triploꝗ maius inundat, ſed quòd tanta ſit in eo loco anguſtiſsimo, quo tamen nullus erat ad faciendos pontes accommodatior. Quo in loco quanto magis flumen ex lato in anguſtum fluit, rurſumꝗ ex anguſto multo fit latius, tanto rapidius fertur, altiusꝗ eſt, ut id pontis faciendi difficultatem maximè augeat. Ex quo Traiani magnitudo animi intelligi facilè poteſt. Is pons nobis quidem nulli eſt uſui: nec enim tranſitur: extant pilæ eius oſtentationis cauſa, quaſi tantummodo factæ ſint, ut conſtet ex ijs nihil eſſe, quod humano ingenio effici nō poſsit. Hunc pontem Traianus fecit, metuens ne Danubio conglaciato frigoribus, Romanis qui trans flumē eſſent, bellum inferretur: quod ſi eueniret, ut poſſet per eum copias facilè traducere. Sed Adrianus cōtrà metuēs, ne barbari oppreſsis cuſtodibus pontis, in Myſiam facilè tranſirēt, ſuperiores partes eius diſturbari iuſsit. Igitur Traianus eo ponte facto, Danubiū trāſijt, dein ſecurè bellū geſsit magis, ꝗ celeriter, ac Dacos uix tandē ſubegit. Multa in eo bello ipſe ſtrenui Imperatoris, ac uiri fortis facinora edidit, multaꝗ pericula milites eius adierunt, ſeꝗ fortes uiros præſtiterūt. Ex quibus unus eques ſaucius exportatus ex prœlio ad ſananda uulnera, ubi deſperatam eſſe ſalutē cognouit, ex tabernaculo (nondū enim uis mali eum oppreſſerat) iterum in aciem proceſsit, magnisꝗ rebus geſtis, mortuus concidit. Decebalus poſtquam regiam, regionemꝗ ſuam omnem captam eſſe cognouit, imminereꝗ periculum, ne ipſe quoꝗ caperetur, manus ſibi attulit. Eius caput Romam perlatum eſt, & Dacia in poteſtatem uenit populi Romani, in eamꝗ Traianus coloniam deduxit. Theſauri Decebali quanquam in Sargetia flumine, nō procul à regia eius repoſiti erant, inuēti ſunt. Decebalus enim flumine opera captiuorum auerſo, perfoſſoꝗ alueo, magnam uim argenti auriꝗ, tum precioſiſsimas quaſque res atque delicatiſsimas,

Longinus Traiani dux atq; legatus, contra ius gentiū turpiter à Decebalo tractatus.

Longini mors.

Pons magnificus in Danubio.

Traiani pons ab Adriano ruptus.

Traiani in Dacos noua expeditio.

Decebali mors.

Decebalus ſibi mortem conſciuit.

Theſauri Decebali in Sargetia flumine.

mas, quæ conſeruari poterant, eò congeſſerat, ijsq; rebus magnis lapidibus aggeribusq; tectis, flumẽ priſtino alueo reſtituerat. Præterea ueſtes, & alia quæ ſunt eiuſdem generis, abdiderat in ſpeluncas per eoſdem ſeruos, eosq; peracto negocio iuſſerat occidi, ne, quod actum erat, patefaceret. Sed Bicilis ſocius & familiaris Decebali, cui res erat cognita, captus hos theſauros indicauit.

Decebali theſauri a Bicile indicati.

Per id tempus Palma præfectus Syriȩ cepit eam Arabiæ partem, quæ Petram attingit, redegitq; in ditionẽ populi Romani.

Palmæ Syriæ præfecti res geſtæ.

Ad Traianum reuerſum in urbem quàm plurimæ legationes à barbaris gentibus, & in primis ab Indis uenerunt. is ſpectacula edidit dierum centum uigintitrium, in quibus interdum cæſæ ſunt feræ manſuetæ ue beſtiæ mille, interdum etiam ad decem millia: itemq; gladiatorũ decem millia inter ſe certauerũt.

Spectacula à Traiano edita.

Iiſdem temporibus ſtrauit paludes Pontinas lapidibus, extruxitq; iuxta uias ædificia, pontesq; magnificẽtiſsimos fecit, ac nummum omnem adulterinũ conflauit. Suram Licinium qui tum deceſſerat, affecit publica ſepultura, eiq; ſtatuam collocari iuſsit.

Licinij Suræ ſepultura ac ſtatua.

Hic adeò diues fuerat & potens, ut gymnaſium ædificauerit populo Romano ſuis ſumptibus, tantaq; fide atque amicitia fuerat cum Traiano coniunctus, ut cùm ſæpe eſſet apud eum ab inuidis & inimicis accuſatus, Traianus nihilo minus domum eius inuocatus ad cœnam uenerit, dimiſſaq; cuſtodia medicum Suræ primum omnium ad ſe uocauerit, eiq; permiſerit, ut ſuos oculos * Quo facto, tonſorem eiuſdem uenire iuſsit, isq; mentum Imperatoris raſit. nam hæc uetus cõſuetudo ciuium Romanorum ac principum fuit: Adrianus enim primus barbam nutriuit.

Adrianus primus Cæſar barbam nutriuit.

Poſt hæc Traianus cœnauit lotus poſteroq; die amicis ſuis, qui Suræ maledicere ſemper, eumq; calumniari conſueuerãt, reſpondit: Si me, inquit, Sura interficere uoluiſſet, heri quidem certè interfeciſſet. Itaque permagnum fuit, quod Traianus in homine accuſato inſidiarum periclitari uoluerit: ſed multo profectò maius, quòd nunquã timuerit, ut quicquam tale ab illo ſibi accideret. Cuidam etiam principiò, cùm præficeret eum prætorianis cohortibus, atq; ipſum ob eam cauſam gladium accingere oporteret, Traianus nudum porrexit, dixitq;: Accipe gladium, quem pro me, ſi bene atq; ratione imperauero, diſtringes: ſin minus, eo ad interitũ meum utere. Soſsio quoque, & Palmæ, & Celſo ſtatuas poſuit, quos uiros habuit in honore præ cæteris omnibus. In eos uerò qui contra ſe coniurauerant, in quorum numero Craſſus fuit, cauſa cognita à Senatu animaduertit. Bibliothecas extruxit, ac in foro ſuo columnam maximam collocauit, partim ſepeliẽdi ſui cauſa, partim ut opus, quod ipſe circa forum fecerat, poſteris oſtẽderet. nam eum locum montoſum, quanta eſt altitudo columnæ, perfodit, forumq; eo pacto cõplanauit.

Columna maxima Traiani ſepulchrum hodie uiſitur Romæ.

Poſt hæc bellum intulit Armenijs, Parthisq;, propterea quòd, ut ipſe dicebat, rex Armeniorum nõ ab ſe, ſed à rege Perſarum diadema acce piſſet: ſed reuera id bellum ſuſcepit adductus gloriæ cupiditate.

Expeditio in Armenios ac Parthos.

Poſt quã in fines hoſtium peruenit, ſatrapæ qui regionem tenebant, regesq; cum magnis muneribus ei proceſſerunt obuiam, in primisq; adduxerũt equum doctum hominem uenerari. ita ut flecteret anteriora genua, & ceruicem pedibus eius qui propè adeſſet, ſubmitteret. Traianus cepit cuncta nullo facto prælio: dein Satala & Elegiam, quæ ſunt urbes Armeniȩ, profectus, Heniochorum regem honore affecit, & Parthamaſirem regem Armeniorum puniuit: captaq; Armenia, reges qui deditionem fecerãt, habuit in numero amicorum: cæteros etiam mortuos abſq; pugna cepit.

Satala.

Elegia.

Tum ei multa decreta ſunt à Senatu, ſed in primis Optimus cognominatus eſt, Pedibus iter facie

Traianus Optimus cognominatus.

bat ſemper cum exercitu, inſtruebatq; milites, quoties proficiſcerẽt, eosq;
Militaris diſciplina.
uarijs modis ductabat. Pedibus non aliter quàm illi, tranſibat flumina: non-
nunquam falſos rumores pro ueris, et maximè de ijs rebus quas explorato-
res retuliſſent, ſpargebat, ut milites celeriter imperata facere aſſueſcerent,
promptiq; ad omnia & intrepidi eſſent. Ad hæc Niſibi Batniſq; captis, Par-
Traianus Parthici nomẽ adeptus.
thicus cognominatus eſt: ſed cognomiue Optimi multò magis gloriari ui-
debatur, ex quo natura moresq; eius ſuauiſsimi magis, quàm arma cogno-
ſcerentur. Dum moraretur Antiochiæ, ingens terræmotus factus eſt, quo
multis ciuitatibus, ſed Antiochię præſertim, magna clades allata eſt. In qua
urbe cùm Traianus hyemaret, cumq; eo magnus numerus militũ, magnaq;
priuatorum hominum multitudo, litium, legationum, negociationis, & ſpe-
ctaculorum cauſa undiq; cõuenisset, id damnum ad omnes nationes popu-
losq; ita pertinuit, ut in urbe Antiochia omnis orbis terrarum ſubiectus im-
Terræmotus horrendi deſcriptio.
perio Romano detrimentum acceperit. Hunc terræmotũ multa præceſſe-
re ſulmina, flauereq; uehementes uenti atque inſolentes: ſed ex ijs tanta ca-
lamitas nunquam ſperabatur futura. Primùm enim de improuiſo mugitus
terræ maximus, poſt fremitus horribilis auditus eſt. Terra ſublimè tolli ce-
pit, ædificia ſurſum erigi, erecta partim ruere & cõquaſſari, partim uelut in
ſumma tempeſtate nutare huc atque illuc commota: loca deſtituta ædificijs
mirum in modum agitari, materies ædificiorum frangi, lateres collidi, lapi-
des conquaſſari, ac poſtremò eorum omnium horribilis fragor eſſe. Tan-
tus uerò puluis excitatus fuit, ut non uidere, non alloqui, non audire quen-
quam per eum liceret. Multi mortales extra ædes afflicti eſſe, quòd agitati
iactatiq;, tandem uelut ex locis ſuperioribus præcipitati colliderẽtur. Qua
ex re alij mutilari, alij interire, quòd arbores etiam cõuellerentur radicitùs.
Eorum uerò, qui in urbe remanſerant, infinita multitudo perijt. Multi enim
impetu hominum cadentium aggerum'ue occiderunt: multi quoq; caſu la-
pidum oppreſsi, extincti ſunt. Qui parte aliqua corporis preſſa lapidibus li-
gnis'ue iacebant, miſerrimi erant, quòd neque uiuere, neque mori poſſent
ſubitò. Et quanquam multi ex infinita ſcilicet eorum multitudine euaſerũt,
tamen eorundem magna pars læſa & mutila fuit: cùm alij fractis cruribus,
alij priuati humeris, nonnulli fracta ceruice eſſe, complures ſanguinem euo
mere uiderentur. In eorum numero fuit Pedo Conſul. qui ſtatim mortuus
eſt. In ſumma nulla fuit grauis calamitas, quæ non ſit illis hominibus illata,
propterea quòd in hoc terræmotu facto diuinitùs, homines inopes cõſilij
neſciebant huic malo mederi, quòd alij cadentibus ædificijs opprimerenẽ,
alij fame interirent, id quod accidit ijs qui in uacuis locis, lignis forte ſuper-
ſtantibus, aut in fornicibus & periſtylijs incolumes ſeruabantur: Cum iam
ceſſaſſet terræmotus, fuit qui ruinas audacter conſcenderet, qui poſtquam
in ijs uocem uiuæ mulieris intellexit, quæ ſecũ habebat infantẽ, eumq; ipſa,
ſeq; lacte ſuo ſuſtentabat, locò, in quo erat, perfoſſo, utrunq; incolumẽ ſer-
uauit. Quo facto indagare ceperunt cætera, neminẽ tamen amplius uiuum
Traianus Antiochiæ in terræmotu diuinitus cõſeruatus.
inuenire potuerunt, præter puerum alterum, qui matris mortuæ ubera ſu-
gebat. Cumq; inde mortuos eruerẽt, nequaquam præ dolore ſaluos ſe eſſe
lætabantur. tanta calamitas Antiochiam inuaſerat. Traianus autem ſene-
ſtra ex ædibus, in quibus erat, effugit: nam eum quidam inuſitatæ, & plus q;
Coraſius mons terræmotũ grauiſſimo concuſſus.
humanæ magnitudinis, cùm ad ipſum ueniſſet, eduxit foràs. Quibus rebus
omnibus magno eſt timore perterritus: cumq; per multos dies terręmotus
ceſſauiſſet, tamẽ ſub dio uitã agebat in Circo. Coraſius quoq; mons ita con
cuſſus

cuſſus eſt, ut eius culmina ſubſidere & conquaſſari, atq; in ipſam ciuitatem cadere uidèrentur. Subſedere præterea alij montes, & aquæ, ubi antea uiſæ fuerant nunquam, extiterunt: contrà nonnullæ, ubi fluxerant, defecerunt. Ineunte uere Traianus in hoſtilem terram ingreditur. Cumq́; ea regio quæ ad Tigrim fluuium ſpectabat, materiam ad ædificandas naues non ferret, ea nauigia quæ in ſyluis apud Niſibin fecerat, plauſtris in flumen conuehi iuſsit. Sic enim comparata fuerant, ut diſſolui & coniungi poſſent, ægreq́;

Traiani pons ad Cardynũ mõtis radices.

ad radices Cardyni montis pontem fecit in flumine continuatis nauibus, quamuis hoſtes ex aduerſo collocati prohiberent. Nam Traiano tanta erat nauium copia, tantaq́; multitudo militum, ut aliæ celerrimè coniungerent̃,

Exercitus Traiani numeroſiſsimus.

aliæ plenæ grauis armaturæ militibus atq; ſagittarijs uim hoſtiũ antè prohiberent, aliæ huc & illuc ferrentur, quaſi tranſituræ eſſent. His rebus perterriti barbari, ſimul quòd tanta multitudo nauigiorum in regione uacua arboribus conſpiceretur, ipſi terga dant. Romani flumen tranſeunt, Adiabenemq́; omnẽ, quæ pars Aſſyriæ ad Ninum pertinuit, in ſuam poteſtatem

Traiani in Armenia res geſtæ.

redigunt. Ad hæc Arbela atq; Gaugamela, ubi Alexander olim Darium ſuperauerat, capiunt: ea Attyria nominatur, litera S in T à barbaris commutata. Pòſt Babylonem uſq; ueniunt, propter hoſtium à quibus prohiberentur, ſolitudinem. Nam Parthorum uires comminutæ erant bellis ciuilibus, eratq́; inter eos adhuc ſeditio. Ibi Traianus uidit lacum bituminis, ex quo

Aſphaltum uidit Traianus.

mœnia Babylonis ædificata fuerant. Cuius tanta uis eſt, ut permixtum cum lateribus, aut minutis lapidibus, quouis ſaxo ſit aut ferro potẽtius. Oſtium quoq; eiuſdem ſpectauit, unde tam grauis halitus manat, ut eum nulla animalia terreſtria, nullæ que uolucres perferant, cuius ſolo olfactu intereunt. Quod ſi is halitus ſeſe altius efferret, habitari certè circa eum locũ non potuiſſet: nunc quaſi in ſe reuolutus ille, in ſuo loco continetur. Ego quidẽ alterum huic conſimilẽ uidi Hierapoli, quod eſt oppidũ Aſiæ, feciq́; periculũ

Hierapolis.

Lacus admirandæ naturæ.

in auibus, & procubui ut inſpicerẽ eum halitum, qui in ciſterna quadã concluditur, ubi theatrum ædificatũ fuerat. Is ſpiritus omnibus animantibus peſtilens eſt, pręterquã caſtratis hominibus: cuius rei cauſam equidem afferre nequeo, ea tantùm, ut uidi audiuiq́;, refero. Conſtituerat Traianus Euphra-

Euphratem fluuiũ in Tigrim per foſſam deriuare conatur Traianus.

tem facta foſſa in Tigrim deriuare, ut per eam naues ad pontẽ faciendũ duceret. Sed ubi eum altiorem Tigri eſſe intellexit, mutauit cõſilium, ueritus, ne, ſi id faceret, Euphrates nauigari non poſſet, quòd fluxus eius in decliuẽ partem ferretur. Itaque conuectis nauibus, quòd paruum ſpacium inter utrunq; flumen intercedebat (nam Euphrates totus in paludem fluit, indeq́;

Euphrates fl.

cum Tigri coniungitur) Tigrim traijcit, pòſt Cteſiphontẽ ingreditur. Qua urbe capta, Imperator appellatus eſt, confirmato Parthici cognomine. Multa ei decreuit Senatus, ſed in primis, ut triũphos feſtosq́; dies ageret, quàm plurimos uellet. Poſtquam Cteſiphontem cepit, ſtatuit mare rubrum traij-

Mare rubrum.

Erythreũ mare.

Athambilus.

cere. Sinus eſt maris Oceani, quem ſinum Erythreum, ab Erythreo qui regnũ illic tenuit, appellant. Meſſanam quoq; inſulam Tigris, in qua Athambilus regnabat, nullo labore cepit, atq; ijs in locis propter uim hyemis, & rapidum Tigrum, æſtumq́; maris in magnum periculum uenit. Qui uallũ To-

Toſpaſini uallum.

ſpaſini habitabãt (nam ita ab incolis appellatur) erantq́; in ditione Athambili, Traianum amicè receperunt. Inde uenit ad Oceanum: cuius cognita natura, in eoq́; uiſo nauigio, quòd curſum in Indiam tenebat, ita dixit: Ego quidem ſi iuuenis eſſem, in Indiam traijcerem. De Indis enim cogitare cepit, ac de rebus eius gentis curioſe quærere: tum Alexandrum beatum di-

cere, nonnunquam tamen aſſerere, ſe longius progreſſum eſſe: idq; ſcripſit ad Senatum, cùm tamen ea quę ceperat, tueri nõ poſſet. Cuius rei cauſa Senatus præter alia multa decreuit, ut triũphos quotquot uellet, ageret. Nam cùm Traianus tot gentes ab ſe ſuperatas eſſe ſcriberet, Senatus eas neq; cognoſcere, neq; nominare ſatis poterat. Itaq; cùm alia multa, tum uerò arcũ triumphalem in foro ipſius ædificari iuſsit. Parabant ciues redeunti longius obuiam procedere: ſed is nunquam in Vrbem reuerſus eſt, neq;, ut extrema principijs reſponderẽt, efficere potuit: ea enim quæ ſubegerat, amiſit. Dum enim nauigat Oceanũ, atq; inde reuehitur, ea quæ ceperat omnia maximo tumultu defecerunt, præſidijs, quæ apud eas gentes reliquerat, deiectis cæſisq;. Atq; hæc ad Traianum, dum eſſet in naui, perferuntur: nauigabat autẽ adductus fama eorum quæ illic eſſe ferebantur, quæ tamen opinioni non reſponderunt. nihil enim uidit præter aggeres, fabulas, ruinas: itemq; propter Alexandrum, cui etiam parentauit in his ædibus, in quibus mortem obierat. Igitur cognita defectione, Lucium & Maximum cõtra rebelles mittit. Maximus prælio ſuperatus obijt. Lucius præclarè ſe geſsit, recuperauitque Niſibin, Edeſſam expugnauit, direptamq; incendit. Seleucia ab Erycio Claro, & Iulio Alexandro legatis capta & incenſa eſt. Traianus metuens ne Parthi quoque aliquid molirentur, regem eis dare conſtituit. Itaq; ut Cteſiphontem uenit, conuocatis in magnam planiciem Romanis omnibus, Parthisq; qui tum aderant, excelſum tribunal conſcendit. Ibi apud eos de rebus ab ſe geſtis gloriatur: deinde Parthis regem Parthamaſpatem deſignat, eiq; diadema imponit. Inde profectus in Arabiam, adoritur Agarenos, qui & ipſi defecerant, quorum ciuitas neque magna eſt, nec diues, finitimaq; regio magna ex parte deſerta eſt, quòd in ea aquæ rarò inueniantur, atq; illæ parum ſalubres, quodq; in ea ligni pabuliq; magna ſit penuria. Ex quo fit, ut ibi magna hominum multitudo diu eſſe non poſsit, tum uerò ardentiſsimis caloribus, quibus expoſita eſt, defenditur. Itaq; eam neq; Traianus tunc, neque poſtea Seuerus cepit, cùm tamen partem aliquam muri diruerint. Traianus quidem præmiſsis ad muros equitibus, qui graui damno affecti in caſtra reuerterunt, eosq; ipſe conſecutus, quanquam ueſtem regiam depoſuerat, ne ex ea agnoſceretur, tamen uix uulnera effugit. Barbari enim caniciei dignitate, uultusq; grauitate animaduerſa, rati Traianum eſſe, ut erat, non deſinebant contra eum iaculari, equitemq;, qui erat ei proximus, occiderũt. Ibi cœlum tonitru contremuit, irides uiſæ ſunt, fulgura, procellæ, turbines, fulmina in Romanos cadere, quoties in illos impetum facerent: cumq; cœnarent, muſcæ in cibis & poculis omnem moleſtiam exhibere. Itaq; Traianus inde proficiſcitur, nec multo tempore pòſt in morbum incidit. Interim Iudæi qui circum Cyrenem habitabant, Andrea quodam duce Romanos pariter atq; Græcos concidunt, ueſcunturq; eorum carnibus, eduntq; uiſcera, tum oblinuntur eorum ſanguine, & pellibus induuntur. Multos à uertice diſcidère medios, multos obiecère beſtijs, multos etiam certare inter ſe coegerunt, ita ut interierint hominum ad ducenta uiginti millia. Præterea in Aegypto Cyproq;, Artemione duce Cypriorum cædes conſimilis facta eſt, ubi deſiderata ſunt hominum ducenta quadraginta millia. Ex quo fit, ut Iudæo in Cyprum uenire non liceat: quòd ſi fortè ui tempeſtatis in inſulam appulerit, interficitur. Sed Iudęi & ab alijs, & maximè à Lucio, quem Traianus miſerat, ſubacti ſunt. Traianus cogitabat iterum exercitum in Meſopotamiam traducere, ſed ingraueſcente morbo, iter in Italiam cepit, Aelio Adriano

Triumphi Traiano à Senatu decreti.

Parthorum Armeniorumq; defectiones.

Lucij res geſtæ.

Seleucia capta & incenſa.

Parthamaſpates Parthorum rex à Traiano deſignatur.

Agarenorum defectio.

Prodigia.

Iudæorum motus.

Strages cruentiſsimæ.

Iudæo non licet in Cyprum uenire.

Iudæi à Lucio ſubacti.

driano in Syria cum exercitu relicto. Itaq; Romani capta Armenia, ac ma-
gna parte Meſopotamiæ, ſuperatisq; Parthis, fruſtrà tot labores ſucepiſſe,
totq; adiiſſe pericula uiſi ſunt, propterea quòd Parthi Parthamaſpatem de-
teſtati, regi ſuis moribus ceperunt. Traianus morbi ſui cauſam uenenum *Traiani mors.*
fuiſſe exiſtimauit: alij ſanguinem putant, qui dum ex inferioribus eius par-
tibus quotannis profluere conſueuiſſet, tum ſiſti cepit. Traianus quoq; a-
poplexia laborauit, ut parte aliqua corporis ſenſum amiſerit: ſed omnino a-
qua intercute laborauit. Tandem perlatus Selinuntē urbem Ciliciæ, quam
nos Traianopolim appellamus, mortem ilico obiit. Regnauit annos decē *Traianopolis.*
& nouem, menſes VI, dies XV.

ADRIANVS.

ADRIANVS à Traiano adoptatus non eſt, erat autem *Adrianus Traiani municeps.*
municeps eius, fueratq; in eius curatione, ac cum eo uin-
culis propinquitatis & affinitatis coniunctus erat: neptē
enim eius in uxorem duxerat, degebatq; cum eo omne
tempus ætatis, ab eóque Parthico bello Syriæ præfectus
fuerat, à quo tamen nihil aliud præcipuum unquam obti
nuit. neq; enim principiò cōſul factus eſt, ſed eum defun-
cto Traiano ſine liberis, Attianus, qui municeps eius erat, curatorq; fuerat, *Attianus.*
& Plotina, quæ amore ipſius capta erat, Imperatorem deſignauerunt, quòd
nō procul abeſſet, quodq; magnas copias haberet. Apronianus enim pater *Apronianus Ciliciæ procōſul,*
meus, qui Ciliciæ præfuit, quiq; res eius omnes certò cognouit, mihi ſingu- *pater Dionis.*
la recenſuit, atq; illud in primis, mortem Traiani per aliquot dies in occulto
fuiſſe, ut adoptio procederet, idq; ex literis eius ad Senatum cognitum fuiſ-
ſe: quibus literis non ipſe, ſed Plotina ſubſcripſit, quod in alio factum fuerat
nunquā. Erat Adrianus, quo die Imperator deſignatus eſt, Antiochiæ, quæ *Adriani ſomnium.*
urbs eſt metropolis Syriæ, cui præerat: pridie uerò eius diei, cùm cœlū ma-
ximè ſerenum eſſet, uiſum eſt ei in ſomnis ignem de cœlo in ſiniſtram par-
tem iuguli ipſius cadere, mox ſerpere in dexteram, quo igne neq; perterri-
tus, neq; læſus eſſe ſibi uideretur. Adrianus à Senatu petiit per literas, ut ſi-
bi Imperium confirmaret, negauitq; uelle ſibi ullos unquam honores decer
ni, ut erat antea conſuetudo, niſi eos ipſe à Senatu peteret. Traiani oſſa in *Parthica ſpectacula.*
columna ipſius ſepulta fuerunt, & ſpectacula quæ † Parthica nominaban-
tur, per multos annos celebrata ſunt: poſtea uerò, ut alia multa, in uſu eſſe *† Parthenica eſt in Græco.*
deſierunt. Adrianus quanquam fuit princeps humaniſsimus, tamen pro-
pter cædes quorundam bonorum ciuium, quas & initio principatus, & *Adriani crudelitas.*
paulò antè quàm moreretur, fecit, culpa nō caruit, parumq; abfuit quin ob
eam cauſam ne in heroum quidem numerum referretur. Ii, quos ſtatim ut a-
deptus eſt principatum, interfici iuſsit, fuêre Palma, Celſus, Nigrinus, & Lu *Palma, Celſus, Nigrinus, Lucius.*
ſius, quòd inſidias ei in uenatione feciſſe dicerentur: itemq; alij potentiſsi-
mi & præclariſsimi uiri ob alias cauſas occiſi ſunt: propter quos Adrianus,
cùm uulgò murmurari intelligeret, non modò ſe purgare uoluit, uerùm e-
tiam interpoſito iureiurando negauit eos iuſſu ſuo fuiſſe interfectos. Paulò
uerò antè quàm diſcederet è uita, Seuerianum, Fuſcumq; nepotem eius ne- *Seuerianus.*
cari iuſsit. Adrianus, quod ad gentem pertinet, fuit Adriani Afri filius, ſed *Adriani patria.*
ingenio ad ſtudia bonarum artium, & utriuſq; linguæ prompto. Itaq; non-
nullos libros ſoluta oratione, & complures uerſibus ſcriptos reliquit: erat

Adrianus gloriæ cupidiſsimus.

enim gloriæ & honoris cupidiſsimus, ob eamq́; cauſam cæteris uel minimis rebus operam dedit. Nam & ſtatuas fecit, & tabulas pinxit: tum ea quæ in pace belloq́; gerantur, quæq́; ad regem, priuatúmue pertineant, ſe profitebatur ſcire, multosq́;, propterea quod in aliqua arte aut facultate excellerent, oppreſsit, multosq́; ſuſtulit, cupiens ſcilicet ipſe omnibus anteecellere.

Fauorinus Gallus. Dionyſius Mileſius. Heliodorus epiſtolarum Adriani imperatoris magiſter.

Ea cauſa fuit, cur Fauorinum Gallum, ac Dionyſium Mileſiū ſophiſtas tollere conatus ſit, dum ſectatores eorū perderet. Dionyſius quidem Heliodoro magiſtro epiſtolarum Adriani ita ferebatur dixiſſe: Cæſar tribuere tibi honores, & largiri pecuniam poteſt, oratorem uerò facere nō poteſt. Fauorinus autem cùm cauſam immunitatis, quam habere in patria uolebat, apud Adrianum agere ſtatuiſſet, ueritusq́; eſſet ne in eo iudicio ſuperaretur, iniuriamq́; acciperet, poſtquā in ius uenit, nihil dixit, quàm preceptorem ſuum ea nocte ſibi in ſomnis aſtitiſſe, monuiſſeq́; ne in patria, in qua natus eſſet,

Fauorini ſomnium.

obire publica munera grauaretur. Adrianus utriq; quamuis grauiter iratus erat, tamē ignoſcendū putauit, propterea quòd idoneā cauſam ad mortem eis afferendā non habebat.

Apollodorus architectus. Forū, Odœū, & gymnaſiū Traiani. Cucurbitas pinge.

Apollodorū uerò architectū, qui forū & Odœū & gymnaſium opera Traiani Romæ fecerat, primùm exilio, deinde etiam morte mulctauit, propter admiſſa ſcelera, ſicuti dicebat: ſed tamen uera cauſa fuit, quòd cùm Traianus cum illo quædam de his operib. communicaret, atq; interim Adrianus ineptè, neſcio quid, diceret, ei Apollodorus ita reſpondit: Abi, inquit, & cucurbitas pinge: nam tu hæc quidē certè ignoras. Adrianus enim tum fortè tali pictura ſeſe iactabat. Itaque poſtquam imperium adeptus eſt, memor ueteris iniuriæ, licentiam qua tum ille uſus fuerat, non pertulit, ſed formam templi Veneris, quod Romæ fecit, ad eum miſit, ut magnum opus abſq; opera eius fieri poſſe oſtenderet: tum quæſiuit ex eo, num id templum bene & ratione ædificatum eſſe uideretur.

Veneris templum.

Is reſcripſit altius ampliusq́; multò fieri oportuiſſe, quo magis & propter altitudinem ipſius in uiam ſacram emineret, & propter amplitudinem machinas reciperet, quæ clàm in eo compactæ, de improuiſo in theatrum perducerentur. Porrò ſimulachra maiora facta eſſe dicebat, quàm ratio altitudinis amplitudinisq́; templi pateretur. Etenim, inquit, ſi deæ ſurgere, atq; inde exire uoluerint, non poterūt.

Apollodorus architectus ab Adriano interfectus.

Quæ cùm Apollodorus apertè reſcripſiſſet, Adrianus ira incitatus, magnum animo dolorem cepit, propterea quòd inciderat in eum errorem, quem iam corrigere non poterat. Itaque hæc res tantum ei cruciatū doloremq́; attulit, ut illum ob eam cauſam interfici iuſſerit.

Homerū abolere, & Antimachū introducere cogitauerat.

Cumq́; eſſet Adrianus tali ingenio præditus, Homerum è medio tollere, atq; Antimachum, cuius ne nomen quidem antè à pleriſq; cognitum erat, pro eo introducere cogitabat. Quæ cùm in eo reprehenderentur, tum uerò uitio ei dabatur, quòd nimis magnum ſtudium in inueſtigatione rerum poneret, quodq́; homo uerſutus & callidus eſſet. Hæc autem uitia leuiora faciebat, & compenſabat quodammodo ſedulitate, prouidentia, magnificētia, ſolertia: tum quòd non modò bellum nullum mouit, ſed etiam mota cōpoſuit, neq; ullius bona per iniuriam proſcripſit, quodq́; multa populis, priuatisq; hominibus, multa etiam Senatoribus & equitibus largitus eſt. Nec enim expectabat, quouſq; rogaretur, ſed agebat omnia, ut cuiuſq; neceſsitas poſtulabat. Rem militarem diligenter exercuit: cumq́; potens eſſet, nec pertinax, nec contumelioſus erat.

Adriani magnificentia.

Socias urbes, atque ſubditas imperio Romano, ex quibus multò plures, quàm ullus unquam Imperator uidit, magnificè iuuit, casq́; aquis, portubus, frumento, operibus publicis, pecunia, honoribus,

ribus,cæteriſq; rebus auxit,atque ornauit. Populum uerò Romanum aſpe
rè magis,quàm blandè tractabat, cui roganti aliquid uehementius in ijs lu-
dis in quibus armis dimicabatur, non modò non conceſsit, ſed etiam iuſsit
imperari illud Domitiani,Silete:quod uerbum tamen non eſt à præcone di
ctum. nam is cùm manum porrexiſſet, eſſetq; ob eam cauſam ſilẽtium con-
ſecutum,ut eſt cõſuetudo(uox enim præconis audiri ſolet magno ſilentio)
Hoc uerò,inquit,Princeps uult. Qua ex re Adrianus nõ modò præconi ira
tus non eſt,ſed etiam eum collaudauit,proterea quòd iuſſus ſeuerè impera-
ta pronunciare noluiſſet. Etenim ea quæ ſunt eius generis,ferebat æquiſsi-
mo animo,neque ſuccenſenſebat unquam, ſi qua in re præter opinionẽ uel
à plebeis hominibus iuuaretur.Nam cùm ei mulier fortè occurriſſet in uia,
ab eoq; ut ſe audiret, cõtenderet:quanquam primò ſibi eſſe ocium negauit,
tamen ubi mulier ita exclamare cepit,,Noli igitur regnare:conuerſus,liben
ter eam audiuit. Res uerò maximas atq; neceſſarias non gerebat,niſi inter-
poſita Senatus autoritate, dicebatq; ius cum primis ciuitatis in Palatio, fo-
ro,& Pantheo:ſæpe etiam in alijs locis,pro tribunali, ut quæ fierent,omnia
diuulgarent. Nonnunquã aſsidebat Conſulibus,cùm ius redderent,eoſq;
tanto afficiebat honore in ludis Circenſibus, ut ipſos domũ reduceret. Ve-
hebatur lectica,ne ei moleſti eſſent qui ipſum comitarẽtur. Cùm autem po
pulus dies feſtos ageret,neque domi manebat, neque quenquam,ne fami-
liarem quidem,niſi res accidiſſet neceſſaria, admittebat ſalutatum,ut ne per
petuis laboribus defatigaretur. Romæ ſemper & foris habere ſolebat apud
ſe optimates uiros,cum quibus uerſabatur, quos cùm conuiuas adhiberet,
ſæpe quartus diſcumbebat. Venabatur, quoties accideret, prandebat ſine
uino,,cœnabat cum omnibus primis & optimatibus:neq; aberat inter cœ-
nandum uarij ſermonis delectatio. Familiares ſuos ægrotantes inuiſere:
cumq; dies feſtos celebrarẽt,ipſe intereſſe,eorumq; prædijs ac domibus li-
benter uti conſueuerat. Pleriſq; eorum mortuis, nonnullis etiam uiuis ſta-
tuas in foro poſuit. Neq; tamen hi ob eam cauſam iniuriam cuiquam facere
uſi ſunt,aut ea quæ ab ipſo dicerent, fierent'ue, habere uænalia, quod à Cæ
ſarianis libertis, cæteriſq; qui aliquid apud principes poſſunt, fieri ſolet.
Quæ cùm in ſumma de moribus Adriani dicta ſint, nunc plenius ſingula,
quæ mihi memoria digna eſſe uidebuntur,attingam. Igitur ut primùm Ro
mam uenit, quicquid fiſco ærario'ue debebatur, remiſit, definito tempore
annorum ſedecim,ex quo id beneficium collatum eſſe uoluit. Præterea ſpe
ctacula ſuo natali die populo gratis dedit, ubi ita magnus numerus beſtia-
rum cæſus eſt, ut ſimul leones centum, ac totidem leænæ confectæ fuerint.
Dona in theatro et circo uiris atq; mulieribus ſeparatim in ſphæris miſsili-
bus dedit. & ne mulieres cum uiris lauarentur, uetuit. Quo anno hæc facta
ſunt, Euphrates philoſophus obijt mortem uoluntariam , cùm ei Adria-
nus propter ſenectutem & morbum cicutam bibere conceſsiſſet. Poſt hæc
Adrianus in alias ex alijs prouincias regioneſq; & urbes proficiſcitur uiſen
di cauſa. Hic in primis cuiuſque arces & mœnia cõſiderat,eorumq; partem
transfert in loca magis idonea, partem diruit, ædificat, atque in ſumma om-
nia non modò quæ ad uniuerſum exercitũ pertinent, arma dico, machinas,
foſſas,muros,aggeres,ſed etiam qualis ſit cuiuſq; & militum & ducum ipſo
rum uita, ſtatio, & mores, diligenter animaduertit. ibi mores indulgentia
deprauatos corrigit, & ædificia, quæ bene extructa non erant, ſubuertit.
Tum cepit eos ad omne genus pugnæ exercere, atque interim alios affice-

Silentij imponendi conſuetudo.

Mulieris Adrianum Imperatore reprehendentis libertas.

Adriani humanitas & popularitas.

Spectacula ab Adriano edita.

Euphrates philoſophus.

Diſciplina militaris.

re honore,alios caſtigare uerbis,poſtremò omnes ea quæ ſe facere oporteret,docere:atque ut milites haberent, unde exemplum peterent, ipſe duriter uiuere, pedibus iter facere, aut in quæuis loca admiſſo equo proficiſci. nunquam enim uehicula aut quadrigas conſcendere: nulloq́ calore,nullo frigore,ut capite operto eſſet, adduci:nec enim unquam aut propter niues Celticas,aut calores Aegyptios opertum caput habuit. Itaque ut uno uerbo dicam,ita milites,quandiu principatum tenuit,rebus ipſis exercuit, inſtituitq́ præceptis,ut quæ tum ab illo conſtituta ſunt,ad hæc tempora uim legis atq́ diſciplinæ militaris obtineant. Quamobrem præſertim cùm pax eſſet,apud populos externos morabatur.Illi enim quòd eius apparatum uiderent,quodq́ nõ modò nulla afficerentur iniuria,ſed etiam ab eo pecuniam acciperent,nihil moliebantur. Cumq́ ita milites exercuiſſet, equitatus qui

Batauus equitatus.

Batauus nominatus eſt,Danubium tranſijt armatus. Qua re animaduerſa, Barbari ita Romanos obſtupeſcere ceperunt, ut in ſe inuicem conuerſi, ad

Adrianus patriam ſuã nunquam inuiſit.

componendas controuerſias, quæ inter ipſos erant, Adriano arbitro uterentur.In hac peregrinatione ædificauit theatra in pleriſque ciuitatibus,inſtituitq́ certamina ſine regio apparatu aut magnificentia,quam niſi Romę nunquam adhibuit. Patriam uerò, quanquam ei magnos honores tribuit,

Adrianus uenationis ſtudioſus.

ornauitq́ maximis muneribus, nunquam tamen inuiſit. Adrianum ſtudioſum uenationis fuiſſe tradunt,in eaq́ clauiculam fregiſſe,et ob eandem crus penè mutilatum habuiſſe. Quamobrem urbem quam ædificauit in Myſia, Adriani uenationes appellauit. Nunquam tamen huius rei cauſa ea quæ ad principatum ſpectabant, prætermiſit. Magno autem argumento eſt, cum

Boryſthenes equus, quo Adrianus in uenationibus utebatur.

ſtudio uenandi delectatum fuiſſe, quòd Boryſtheni equo, quo libenter in uenationibus utebatur, mortuo monumentum ædificauit, erexitq́ columnam inſcripto epigrammate. Ex quo mirandum non eſt, ſi Plotinæ uita functæ,cuius opera,quòd ab ea maximè amaretur,Imperium adeptus erat,amplisſimos honores tribuit. Atratus enim per nouem dies fuit,eiq́ templum extruxit, & carmina de laudibus eius fecit. Fuit adeò agilis in uenationibus,ut aprum maximum uno ictu confecerit. Poſt quam uenit in Græciam, ſpectauit myſteria. cumq́ per Iudæam in Aegyptum ueniſſet, parentauit

Pompeij ſepulchrum ab Adriano reſtauratum.

Pompeio, de quo hunc uerſum fertur dixiſſe,

> Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου;
>
> *Ponè caret tumulo, cui tot modò templa fuerunt.*

Antinous. Claudianopolis.

Sepulchrumq́ eius penè collapſum reſtituit. In Aegypto quoq́ ciuitatẽ inſtaurauit Antinoi nomine. Erat Antinous Cithynide ortus ciuitate Bithynię,quam ciuitatem etiam Claudianopolim appellamus. Hic Antinous

Adrianus hiſtoricus.

cùm in delicijs eius fuiſſet,in Aegypto mortuus eſt, ſiue quòd in Nilum ceciderit,ut Adrianus ſcribit,ſiue quòd immolatus, id quod uerum eſt,fuerit.

Magicis artibus utebatur Adrianus.

Nam cùm Adrianus maximè curioſus eſſet, ut ſuprà dixi, tum uerò diuinationibus utebatur, & magicis artibus cuiuſuis generis. Itaq́ Antinoum, qui uel ob amorem ipſius, uel ob aliam cauſam uoluntariam mortem obierat (nam Adriano ad ea quæ parabat, opus erat animo eius qui uoluntariam mortem oppeteret) tanto honore affecit,ut urbem in eo loco in quo ille obijſſet, reſtitutam, ex eo nominari uoluerit, ſtatuasq́ ei, uel potius ſimula-

Antinoi ſidus.

cra in omni ferè orbe terrarum collocauerit. Sidus enim Antinoi ipſe ſe dicebat uidere: libenterq́ auſcultabat eis qui dicerent, uerè ex Antinoi animo ſtellam quæ tum primùm apparuiſſet, extitiſſe. Sed Adrianus ob hanc cauſam irridebatur. Cùm autẽ in urbem Hieroſolymam, quæ euerſa fuerat,

quamq́

quamq́ Aeliam Capitolinam appellauit, coloniam deduxiſſet, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum Ioui ædificari curauiſſet, magnum bellum & diuturnum moueri cepit, Iudæis grauiter ferentibus, quòd exteræ nationes in ſuam urbem habitatum uenilſent, quodq́ in ea fieri externa ſacra uiderentur. Tamen cùm Adrianus in Aegyptum, ac rurſum in Syriam aduentaſſet, quieſcendum ſibi eſſe putabant. Interim uerò arma quæ ipſis erant à Romanis imperata, minus apta de induſtria fecerunt, ut cùm ea Romani reprobaſſent, ipſi eis uterentur. Pòſt ubi Adrianus longè abeſſe uiſus eſt, palàm defecerunt: utq́ aperto prælio non audebant cum Romanis periclitari, ita loca ſuæ regionis opportuna cuniculis muniebant & mœnibus, ut ad ea, ſi urgeret neceſsitas, perfugerent: utq́ ad ſe mutuò ſub terram tranſeuntes laterent, uias ſubterraneas deſuper perforauerũt, quò uentum lumenq́ reciperent. Hos Romani primò nihili faciebant: ſed poſtquam totam Iudæam commotam eſſe, Iudæosq́ omnes ubiq́ gentium tumultuari, & conuentus facere intellexerunt, ac multa damna occultè aperteq́ Romanis inferre, cum iisq́ complures alias gentes lucri cupiditate coniungi. ac ferè ob eam cauſam omnem orbem terrarum cõmoueri, Adrianus optimos quoſq́ duces aduerſum eos mittit, quorum primus fuit Iulius Seuerus, qui ex Britannia cui præerat, contra Iudæos miſſus eſt. Hic nulla ex parte eſt auſus apertè cum hoſtibus congredi, multitudine ipſorum atque deſperatione cognita, ſed eos ſeparatim magno militum ac tribunorum numero adortus, commeatu prohibuit, atq́ interclusos, ſerius quidem, ſed minore cum periculo ita oppreſsit fregitq́, ut pauci admodũ euaſerint, & quinquaginta eorum arces munitiſsimæ, uiciq́ celeberrimi atq́ nobiliſsimi nongenti octoginta quinq́ funditus euerſi ſint. Cæſa ſunt in excurſionibus prælijs'ue hominum quingenta octoginta millia: eorum autem qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis penè Iudæa deſerta relicta fuerit. Id eis antè quàm bellum gereretur, fuerat denunciatum ex eo, quòd monumentum Solomonis, quod illi ſumma reuerentia colũt, ſua ſponte diuiſum corruerat, quodq́ lupi & hyænę multæ in urbes eorum rugientes atque ululantes introierant. Periere quoq́ ex Romanis complures in eo bello. Quamobrem Adrianus cùm ſcriberet ad Senatum, non eſt uſus illo exordio quo uti Imperatores conſueuerunt. SI VOS, LIBERI'QVE VESTRÌ VALETIS, BENE EST, EGO QVIDEM ET EXERCITVS VALEMVS. Poſt hæc Seuerum miſit in Bithyniam, ut ne prouincia Prætore præfecto'ue iuſto ac prudente, dignitateq́ prædito careret: nam hæc in illo erant omnia. Is quidem ita ſe geſsit, resq́ eorum priuatas atq́ publicas ita adminiſtrauit, ut nos ad hæc tempora memoriam eius crebris ſermonibus uſurpemus. Confecto ad hunc modum bello Iudaico, bellum Alanorum (hi ſunt Maſſagetæ) Pharaſmanes mouit, Mediamq́ uexata Armenia atque Cappadocia uaſtauit: poſt Alani partim adducti Vologæſi muneribus, partim timore Flauij Arriani, qui Cappadocię præerat, conquieuerũt. Eodem tempore Adrianus templum Iouis Olympij, in quo ipſius quoque ſtatua poſita fuit, Athenis ædificauit, iuſsitq́ in eo draconem allatum ex India collocari, ac Dionyſia defunctus maximo apud eos magiſtratu, patriaq́ ueſte indutus, magnificè celebrauit. Templũ ſuum quòd πανελλήνιον uocãt, Græcis ut ædificarẽt, permiſit, propter quod inſtituit certamina, magnãq́ pecuniam, & frumentum annuũ, omnemq́ Cephaleniam Athenienſibus dedit. Multas leges ſanxit, ſed pręſertim ut ne Senator per ſe, ne'ue per aliũ

Aelia Capitolina.
Iudæorum motus.
Adriani in Aegyptum atque Syriam profectio.
Iulij Seueri cõtra Iudæos res geſtæ.
Strages cruentiſsima.
Monumentum Solomonis.
Seuerus Bithyniæ præfectus.
Pharaſmanis contra Alanos res geſtæ.
Iouis Olympij templũ ab Adriano ædificatum.
Leges ab Adriano latæ.

uectigalia

uectigalia conduceret. Poſtquam Romam uenit, ac fortè in ſpectaculo populus ab eo magnis clamoribus contendit, ut cuidam aurigæ libertatem daret, negauit ſe facturum, ſcripſitq́ in tabella, non decere populum Romanũ ab ſe petere, ut aut ipſe alienum ſeruum donaret libertate, aut ut dominum ad id faciendum compelleret. Vt autem ægrotare cepit, quòd ſanguis qui per nares eius effundi antea conſueuerat, tum copioſe effluxit, uitam deſpe-

Lucius Commodus ab Adriano Cæſar deſignatus.

rauit: ob eamq́ cauſam Lucium Commodum, quamuis ipſe quoq́ ſanguinem euomeret, Cæſarem Romanis deſignauit. Seuerianum uerò, eiusq́ nepotem Fuſcum, qui id factum grauiter ferebant, interfici iuſsit: illum nonaginta, hunc decem & octo annos natum.

Seuerianus. Fuſcus nepos Seueriani.

Seuerianus antequam iugularetur, ignẽ popoſcit: deinde incenſo thure, Vos, inquit, dij immortales, quos habeo innocentiæ meæ teſtes, hoc unum rogo, ut Adrianus quamuis mortem obire percupiat, tamẽ nõ poſſit. Et ſanè Adrianus cùm ſæpe mori optaret, ac ſibi manus afferre uellet, diutiſsimè ægrotauit: extatq́ eius epiſtola, in qua oſtenditur, quàm miſerum ſit cupientem mori non poſſe. Hunc Seuerianum Traianus principatu dignum exiſtimauerat. Nam cùm in conuiuio petijſſet ab amicis, ut decem uiros dignos principatu nominarent, paulùm ſubſtitit: Ego enim unum, nempe Seuerianum habeo. Fuêre illis

Turbo.

temporibus optimi uiri, quorum celeberrimi erant Turbo & Similis, qui fortitudinis ergo magnos honores cõſecuti ſunt. Turbo, uir rei militaris peritiſsimus, præfectus prętorio fuit, nihilq́ unquam molliter facere aut inſolenter eſt uiſus. uiuebat enim tanquam unus è multis, quamuis totum diem moraretur cum principe, eumq́ ſępe adiret ante mediam noctem, quando

Cornelij Frontonis autoritas.

cæteri dormire inciperent. Fuit & Cornelius Fronto magnæ autoritatis, qui in agendis cauſis Romæ primũ locũ obtinebat. Hic cùm ueſperi à cœna ſerò domum redijſſet, intellexiſſetq́ ex eo cui patrociniũ pollicitus erat, principẽ ius reddere, ueſte cœnatoria indutus, ut erat, in ius uenit, eumq́ ſa-

Salue, matutina ſalutatio: Vale, ueſpertina. Χαῖρε, Ὑγίαινε.

lutauit, non uerbo Salue, quæ matutina eſt ſalutatio, ſed Vale, quæ ueſpertina eſt, uſus. Turbo autem nunquam interdiu ne ægrotus quidem domi uiſus eſt. Nam & Adriano conſulenti ſibi ut quieſceret, reſpondit, præfectum ſtantẽ mori oportere.

Similis uir memorabilis.

Similis uerò, cùm eos ætate & honore anteiret, nemini, ut ego quidem arbitror, moribus & uirtute ſecundus erat: idq́ licet ex re perexigua cognoſcere. Nã cùm Centurio eſſet, eumq́ Traianus ante præfectos aduocauiſſet, Turpe eſt, inquit, tibi Cæſar cũ Cẽturione remotis præfectis diſſerere. Is deinde prĕfecturã Prætorianorũ inuitus obijt, qua poſtea ſe ipſe abdicauit, ac uix tandẽ dimiſſus, ruri reliquos ſeptem uitæ annos conquieuit, ſuoq́ ſepulchro moriens inſcribi iuſsit hæc uerba:

Viuere quid?

HIC IACET SIMILIS, CVIVS AETAS MVLTORVM ANNORVM FVIT, IPSE SEPTEM DVNTAXAT ANNOS VIXIT. Adrianus autem ingenti effuſione ſanguinis contabuit, atque ob eam cauſam aqua intercute laborauit. Itaque poſtquam accidit Lucium Commodum magna quoq́ effuſione ſanguinis ſubitò extingui, domũ conuocauit principes Senatorũ ordinis, ijsq́ decumbens in lecto ait:

Oratio Adriani ægroti.

Mihi quidem, chariſsimi uiri, natura filium nõ dedit, uos uerò lege dediſtis. Multum
» aũt intereſt, naſcatur, an adoptetur filius, propterea quòd is qui naſcitᷣ, talis
» eſt, qualem eum fortuna dederit: eum uerò qui adoptatur, unuſquiſq́ ſibi
» ſuo arbitrio probatum deligit: ex quo fit ut ille ſępe naſcatur mutilus & de-
» mens: hic, quòd certo iudicio fit, integer & ſanæ mentis deligatur. Quam-
» obrem ego antea Lucium Commodum unum ex omnibus delegerã, qua-

lem

lem ne naſci quidem mihi optare potui. Sed cùm eum mortis fata peremerint, alterum pro illo uobis inueni: eumq́ uobis do nobilem, mitem, manſuetum, prudentem, qui nihil temere propter iuuentutem, nihil propter ſenectutem negligenter poteſt facere: uixit enim ſemper legibus, ſuitq́ cum Imperio moribus & inſtitutis patriæ, ut neq́ ea quæ ad Imperatorem ſpectant, ignoret, neq́ ijs omnibus male uti poſsit. Hunc dico Aurelium Antoninũ, quem etſi intelligo difficilimè moleſtis negocijs implicari, abeſſeq́ longiſsimè ab hac imperandi cupiditate, tamen nõ diffido eundem curam habiturum mei, ueſtriq́, & principatum inuitum recepturum. Ita Antoninus Imperator factus eſt, qui cùm mares liberos non ſuſcepiſſet, Commodum Commodi filium, ac deinde Marcum Antoninũ Verum ſibi adoptauit, quòd uellet longo tempore antè futuros principes deſignare. Marcus quidem Antoninus Catilius antea appellabatur, filius Annij Veri, qui tertiùm Conſul, ac tribunus militũ fuerat. Sed Antonius iuſſus erat ab Adriano utrunq́ adoptare. Verum tamen maiore honore affecit, cùm propter ius ſanguinis, tum quòd eum iam florentem ætate & ingenio cognoſceret: quem etiam ob eam cauſam facetè Veriſsimum nominabat. Interim Adrianus aquam intercutem curauit magicis artibus, qua tamen iterum nec ita multò pòſt laborauit. quæ cùm magis ac magis augeretur, atque ipſe quotidiè mortem quodammodo obiret, uehementer cupiebat è uita diſcedere, poſtulabatq́ ſæpenumero uenenum, aut gladium, quæ tamen à nemine impetrabat. Itaque poſtquam ei licet pecuniam & ſecuritatem pollicenti nemo paret, accerſi iubet Maſtorem, hominem barbarum, Iazygem natione, quo ſeruo in uenationibus propter eius uires & audaciã uſus fuerat, eumq́ partim minis, partim pollicitationibus cogit promittere, ut ſe interficiat: dein ei locum ſub mamma ab Hermogene medico commonſtratum deſignat, oblinitq́, ut ſecundum eum locum accepto mortiſero uulnere, minore ſuo dolore moreretur. Quod cùm ei minus ſucceſsiſſet (nam Maſtor timore rei perterritus aufugit) tum uerò flere & lamentari cepit, non tam morbi cauſa, quàm quòd non poſſet mortem ſibi conſciſcere, quam adhuc alijs afferre poſſet. tandem cõtempta diæta, uſuſq́ cibo & potu minus idoneo, mortuus eſt, morienſq́ exclamauit illud peruulgatum, πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν MVLTI MEDICI REGEM SVSTVLERVNT. Vixit annos LXII. mẽſes V. dies XIX. Regnauit annos uignti, menſes undecim. Sepultus eſt iuxta flumen. ad pontem Aelium, ubi monumentum fecerat, propterea quòd Auguſti Mauſoleum plenum erat, in quo nemo amplius ſepultus eſt. Adrianus in odium uenit propter nefarias & indignas cædes, quas initio & ſub finem principatus fecit: alioqui ad cædes procliuis non erat. Magno argumento eſt, quòd cùm eum aliquando nonnulli offendiſſent, ſatis eſſe dixit, ſi de ijs in patriam ipſorum ſcriberetur, illos ſibi nequaquam placere: tum quoties rei facti erant ij qui liberos habebant, pœnam eorum minuebat pro numero liberorum.

Aurelius Antoninus Adriani filius adoptiuus.

M. Antoninus Verus.

Annius Verus.

Adrianus morbum intercutis magicis artibus curat.

Maſtor Adriani uenator.

Hermogenes medicus.

Adriani Imperatoris mors.

Pons Aelius.

Adrianus ob cædes nefarias à multis odio habitus.

ANTO-

MARCVS ANTONINVS *Philoſophus.*

POSTEAQVAM Marcus Antoninus mortuo Antonino, à quo fuerat adoptatus, principatum adeptus eſt, ſtatim ſocium & participem Imperij cepit Lucium Verum, Lucij Commodi filium, eò quòd ipſe erat imbecillis, deditusq́ ſtudijs literarum. Ferunt enim non erubuiſſe eum, cum eiſet Imperator, nec puduiſſe unquam ad doctorem proficiſci, ſed adijſſe crebrò Sextum Bœotum philoſophum, & ad audiendos Hermogenis rhetoricorum libros libenter ueniſſe, atque in primis Stoicorum præcepta ſecutum eſſe. Lucius uerò robuſtus & adoleſcens erat, tum etiam ad rem militarem aptior. Huic Marcus Lucillam filiam ſuam in matrimonium dedit, generumq́ factum ad bellū cum Parthis gerēdum miſit, quòd Vologæſus prior bellum intulerat, quodq́ omnem exercitum Romanum collocatum à Seueriano ad Elegiam quæ eſt in Armenia, atq́ intercluſum undiq́ unà cùm ipſis ducibus, telis confecerat atque perdiderat, ob eamq́ cauſam ciuitatibus Syriæ ualde formidoloſus erat. Lucius ut uenit Antiochiam, comparato maximo militum numero, & optimis ducibus delectis, ipſe in oppido remanſit, ut inde conſtitueret omnia, & commeatum militibus compararet, Caſsio exercitu permiſſo. Caſsius adorientem ſe Vologæſum fortiter ſuſtinuit, deſertumq́ tandem à ſocijs ac terga uertentem inſecutus, Seleuciam & Cteſiphontem uenit: deinde uaſtata Seleucia atq́ incenſa, regias Vologæſi, quæ in urbe Cteſiphonte erant, ſolo æquauit. Cùm autem reuerteretur, magnum numerum militum amiſit, qui partim fame enecti, partim morbo extincti ſunt, redijtq́ tamen in Syriam cum reliquis militibus. His de rebus quanquuam maximè gloriabatur Lucius, tamen ei fortuna ad extremum non fauit, quòd aliquanto tempore pòſt Marco ſocero ſuo inſidias paraſſe dicitur, eſſeq́ ueneno ſublatus antè quàm negociū conficeret. Marcus Caſsium toti Aſiæ præeſſe iuſsit: ipſe barbaris qui circum Iſtrum ſunt, Iazygibus & Marcomannis, nunc his, nunc illis continenter, quandiu uixit, bella intulit: quibus in bellis Pæonia fuit ei receptaculū. Eodem tempore Germani, qui trans Rhenum incolūt, uenere uſq́ in Italiam, attulereq́ Romanis maxima ac grauiſsima incōmoda, quibus Marcus occurrit, Pompeiano atque Pertinace legatis exercitus factis. quo in bello optimè ſe geſsit Pertinax, qui poſtea Imperator factus eſt. Inter cadauera barbarorum, corpora mulierū armata reperta ſunt. Confecto maximo prælio, partaq́ inſigni uictoria, Imperator cùm rogatus eſſet à militib. pecuniam, tamen non dedit: quòd diceret, ſi quid plus quàm eſſet conſtitutum, acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorumq́ exactum iri. Principis enim ſolum deum iudicem eſſe poſſe. Adeò enim temperans & continens erat in Imperio, ut cùm tot tantaq́ bella gereret, nihil faceret contrà q̃ fas eſſet, aſſentationis aut timoris cauſa. Cùm autem Marcomannis in aliquo prælio bene ſucceſsiſſet, ab ijs' que Marcus Vindex præfectus interfectus eſſet, tres ei ſtatuas poſuit: illis uerò ſuperatis, Germanicus appellatus eſt. Germanos enim eos qui in ſuperioribus locis habitāt, appellamus. Ad hæc motus latronum in Aegypto qui Bucoli, quaſi paſtores boum, dicuntur, factus eſt, cæteris Aegyptijs à ſacerdote quodā & Iſidoro ad defectionem ſolicitatis. Hi enim primò ornati muliebri ueſtitu, ſimulanteſq́ ſe uxo-

Lucius Verus M. Antonini in imperij adminiſtratione collega.

Sextus Bœotus philoſophus.

Lucilla Marci filia.

Vologæſus rex Parthorum.

Lucij Veri contra Parthos res geſtæ.

Caßius.

Seleucia.

L. Veri in Antoninum ſocerū impietas.

Antonini contra Marcomannos res geſtæ.

Germanorū in Italiā eruptio.

Mulieres prælabantur.

Solus Deus iudex eſt Principis.

M. Vindicis ſtatuæ.

M. Antoninus Germanicus cognominatus.

Bucoli.

Bucolorum aſtutum conſilium.

res Bucolorum eſſe, Romanoq; Centurioni aurum pro uiris ſuis daturas, eum accedentem ad ſe doloſe interfecerunt, mactatoq; eius comite coniurauerunt in uiſceribus eius, quę etiam ad extremum comederunt. Hic Iſidorus fortitudine omnibus hominib. ſuæ ætatis antecelluit. Cumq; uiciſſent Romanos in Aegypto, penè cepiſſent Alexandriam, niſi Caſsius dux è Syria aduerſum eos miſſus, diſcordiam ſeditionemq; ita inter ipſos cōcitauiſſet, ut à ſe ipſi diſtraherentur. Nam propter eorum deſperationem atq; multitudinem Romani non ſunt auſi cum eis aperto prælio congredi, ſed eos Caſsius tumultuantes oppreſsit. In bello autem quod Marcus cum Germanis gerebat, ut hæc quoque memoria digna ſint, quidam adoleſcentulus captiuus Marco neſcio quid inrerroganti ita ait: Præ frigore non poſſum tibi reſpondere: quamobrem ſi quid ex me uis cognoſcere, iube mihi ueſtem, ſi quam habes, dari. Præterea miles quidam cùm eſſet noctu in Danubij cuſtodia audiretq; trans flumen clamorem captorum militum, ſtatim, ut erat, enatauit: & cùm liberaſſet captos, reuertit. Erat Marco Rufus Baſæus præfectus prætorio, uir bonus, ſed propter ruſticitatē ignarus literarum. puer enim in paupertate educatus fuerat. Hunc fortè cædentē arbores in ſylua quidam offendit, eumq;, quòd primo iuſſu non deſcenderat, increpauit his uerbis: Præfecte deſcende. Idq; etſi propterea uiſus eſt dicere, quòd humili loco natus is erat, tamen euenit poſtea, ut fortuna hunc ei honorem tribueret. Imperator autem quoties bellis non impediebatur, ſolebat ius reddere, iubetq; multos modios aquæ oratoribus dari. In cauſis autem diligenter cognoſceendis atque examinandis paulo longior eſſe, ut undecunque ius inueſtigaret. nam de eadē cauſa dies undecim, & ſæpe duodecim, aliquando etiam noctu cognouit. Cum enim eſſet amans laboris, tum uerò diligenter applicabat animum ad omnia quæ ad principatum pertinerent. Nihi dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere negligenter, ſed uel in minimis rebus diem ſæpenumero conſumere, quòd exiſtimaret non decere Imperatorem properè quicquā agere. Si quid enim prætermiſiſſet uel in minimis rebus, non putabat ſe poſſe in cæteris calumniam effugere. Et tamen erat ualetudine uſque adeò infirma, ut frigus principiò perferre non poſſet * congregatisq; militibus, ut ipſe imperauiſſet, priuſquam cum eis colloqueretur, ſecederet paululum, ac modico cibo, idq; noctu, ſemper uteretur. Nihil enim capiebat interdiu præter medicamentum, quod Theriacum appellant: quod pharmacum non tam ſumebat timoris cauſa, quàm quòd erat infirmo ſtomacho & pectore, ut eum ob hanc cauſam huic rei, & cæteris potuiſſe ſufficere arbitrentur. Eo tempore tandem Romani Iazygas uicêre primùm in terra, pòſt etiam in flumine, non quòd nauale prælium factum ſit, ſed quòd conglaciato Danubio fugientes conſecuti in eo perinde atque in continente pugnauerunt. Nam Iazyges cùm Romanos ſe ponè ſequi intelligerent, ſperarentq; facilè ſe poſſe eos conficere, quòd glaciei eſſent inſueti, impetum ſuſtinendum putauerunt. Ergo Romanos à fronte alij adoriuntur, alij à lateribus irruunt, quòd eorum equi in huiuſmodi glacie currere tutò didicerant. Qua re animaduerſa Romani nihilo magis timent, ſed conuerſi, aduerſiq; facti hoſtibus, magna pars ſcuta deponunt: atq; quò minus cadant, in ijs alterum pedem firmant. Hoc pacto eorū impetum primò ſuſtinent: pòſt frænis equorum, ſcutisq; hoſtium arreptis & pilis, eos ad ſe trahunt, atq; ita implicatos homines equosq; pariter deijciunt, nec enim poterant in lubrico loco uiribus noſtrorum reſiſtere: quan-

Rufus Baſæus.

Antoninus in cognoſcendis atq; examinandis rebus diligens.

Theriacum ſumebat Marcus.

Romanorū de Iazygibus uictoria.

Pugnatur in Danubio conglaciato.

quam

quam enim etiam Romani cadebant, tamen ſiue quis eorum caderet ſupinus, hoſtem pedibus trahebat, atque, ut in lucta fieri ſolet, ita retrò proijciebat, ut eo ſuperior eſſet: ſiue pronus caderet, hoſtem, qui antè ceciderat, carpebat dentibus. Nam Barbari ignari & rudes pugnę huius generis, quodq; leuioris erant armaturæ, reſiſtere minus poterãt. Ex quo factum eſt ut pauci de multis effugerint. Igitur Marcus multis magnisq; prælijs factis, aditisq; periculis, Marcomanos & Iazygas ſubegit. Poſt hæc præliũ acre, bellumq; magnum cum ijs qui Quadi appellantur, fuit: quo ex bello uictoria præter ſpem, uel potius Dei beneficio cõſecuta eſt, propterea quòd Romani, cùm eſſent in prȩlio, atq; in maximum periculum ueniſſent, mirabiliter ſanè ac diuinitus conſeruati ſunt. Cùm enim intercluſi à Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atq; interim Barbari differrent prælium, ſperãtes eos calore & ſiti perituros, quos circũm occupatis locis omnibus ſic cõcluſerant: erant enim multo plures, ut aquam habere nullo pacto poſſent: cumq; Romani in tantas difficultates incurriſſent, ut morbo, uulneribus, ardore ſolis, ac ſiti uexarentur, nec ob eas res pugnare poſſent, aut aliò ſecedere, ſed in acie ſtantes, atq; in locis conſtitutis arderent, nubes derepente ita coactæ ſunt, ut maximus imber aquæ ceciderit non ſine Dei beneficio. Fama eſt Arnuphin Magum Aegyptium, qui unà cum Marco erat, Mercurium illum qui eſt in aere, aliosq; dæmonas quibuſdam artibus magicis inuocauiſſe, ac per eos pluuiam extorſiſſe. Hęc quidem à Dione dicuntur, ſed is mihi mentiri uidetur, uolens an inuitus, neſcio: uolentem magis arbitror, cùm non ignoret legionem militum, quæ Fulminatrix appellatur proprio nomine (eius enim mentionem facit in recenſione cæterarum) ex nulla alia cauſa (neq; enim alia circumfertur) quàm ex ea quæ in eo bello accidit, id nomen accepiſſe: quæ cauſa etiam tunc Romanis ſaluti, barbaris exitio fuit. Non enim Arnuphis Magus erat, cùm nuſquam memoriæ proditum ſit Marcum Magorum ſocietate, aut præſtigijs fuiſſe delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale eſt. Cùm Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitenis, (hi omnes Chriſtum colunt) ad eum præfectus prætorianorum uenit, neſcientem in illo prælio, quid cõſilij caperet, timentemq; toti exercitui, eiq; fertur dixiſſe, nihil eſſe, quod ij qui Chriſtiani nominatur, precibus impetrare non poſſint, eſſeq; legionem unam in exercitu hominũ huius generis. Qua re cognita, Marcum ab ijs petijſſe, ut Deo ſuo ſupplicarent. Quod cùm feciſſent, Deum eos exaudiſſe ſubitò, percuſsiſſeq; hoſtes fulmine, ac Romanos pluuia recreaſſe: his rebus Marcum uehementer obſtupefactum, edicto Chriſtianos honore effeciſſe, ipſamq; legionem fulminatricem appellaſſe: atque his de rebus epiſtola Marci extare dicitur. Græci quidem ſciunt eam legionẽ Κεραυνοβόλον appellari, eiusq; rei teſtes ſunt: cauſam uerò cur ita appellata ſit, non dicunt. Dion addit, Romanos cùm primùm pluuia caderet, omnes ſuſpexiſſe in cœlum, eamq; in ora recepiſſe: deinde ſcutis galeisq; ſubiectis inde ſorbſiſſe largiter, equisq; ad bibendũ dediſſe: cum'que Barbari in ipſos impetum facerent, bibentes ſimul pugnaſſe, complures'que ſaucios ſanguinem infuſum in galeas, ſimul cum aqua abſorbuiſſe. Hi propterea grauia damna accepiſſent urgentibus hoſtibus, quòd magna ex parte in bibendo erant occupati, niſi uehemens grando, complura'que fulmina in hoſtes cecidiſſent. Itaque licebat uidere in eodem loco aquam ignemq; ſimul de cœlo cadere, atq; ob eam cauſam ualere alios & bibere, exuriq; alios, ac prorſus interire. Non enim ignis attingebat

Marcomanni & Iazyges à Romanis ſubacti.

Quadi à M. Antonino uicti.

Romanorum cum Quadis conflictus.

Arnuphis ſuis incantationib. pluuiam impetrat, qua diſſiparentur Quadorum milites. Dion à Xiphilino taxatur.

Piorum precibus uictoria paratur.

Quadi fulmine percuſſi atq; fugati.

Legio Chriſtianorum Κεραυνοβόλος appellata.

Prælium pluſquàm miraculoſum.

Romanos: quòd ſi fortè interdum cum eis miſceretur, extinguebatur ſubitò: neq; imber iuuabat Barbaros, ſed non ſecus inflammabat atq; oleum, ita ut aquam requirerent pluuia perfuſi, infligerentq; ſibi uulnera, quò ignem ſanguine reſtinguerent. Pars confugiebat ad Romanos, quaſi illis tantummodo aqua ſalutaris eſſet: ita ut eorum Marcus etiam miſertus ſit: eoq; facto à militibus ſeptimùm Imperator appellatur. Quod etſi admittere non conſueuerat, prius quàm eſſet decretum à Senatu, tamen non repudiauit,
Fauſtina mater exercituum. quaſi id diuinitùs acciperet: de quo etiam ad Senatũ ſcripſit. Fauſtina quoque mater exercituum appellata eſt. Pertinax autem ob res præclarè geſtas
Pertinacis conſulatus. conſul eſt factus: cuius cauſa multi indignati ſunt, propterea quòd erat obſcuro loco natus, canebantq; illud tragicum,

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, Talia infelix bellum efficit: uidelicet ignorãtes eundem principem Romanum fore. Cùm autem Caſsius res nouas moliretur in Syria, Marcus uehemẽter perterritus, Commodum
Caſsius. filium (is iam ephebus erat) accerſi ex Vrbe iubet. Erat Caſsius Syrus ex Cyri regione uir optimus, qualem Imperatorem habere eſſet optabile, niſi
Heliodorus rhetor. quòd erat filius cuiuſdam Heliodori, qui propter multam rhetorices artis ſcientiam, ad præfecturam Aegypti peruenerat. Id facinus graue Caſsius fe-
Fauſtina. cit, deceptus à Fauſtina, quæ cùm uirum ſuum imbecillum eſſe animaduerteret (ea erat Antonini Pij filia) ſperaretq; breui tempore moriturum, timuit ne ſi principatus ad alium deueniret, quòd Commodus adoleſcens erat, & ſtolidus quodammodo, ipſa priuatam uitam agere cogeretur. Itaque Caſsio ſecretò perſuaſit, ut ſe compararet, quò, ſi quid Antonino accidiſſet,
Caſsius Syrus imperium affectat. ipſum ſimul cum Imperio caperet. Hæc dum ſecum Caſsius reputat, nũcius de interitu Marci perfertur, ut ſolent iſta ſemper in deteriorẽ partẽ diuulgari. Quamobrẽ ſtatim affectauit Imperiũ, nulla adhibita maiore diligentia in ueri cognitione, quaſi uerò fuiſſet antè ab exercitu qui tum erat in Pannonia, Imperator deſignatus. Et quanquam nõ ita multò pòſt uerum reſciuit, tamen quòd ſemel motum fecerat, de ſententia decedendum ſibi eſſe non putauit. ſed omnia quæ intra Taurum erant, cepit breui temporis ſpatio, & ſibi Imperium armis comparare ſtatuit. Marcus cognita Caſsij rebellione per Verum qui Cappadociam obtinebat, primò rem diſsimulat, celat'que: pòſt ubi milites perlato rumore commoueri uehementer cœperunt, ac multa colloqui, eos conuocari iubet, atq; apud ipſos pauca in hanc ſententiam
Oratio Marci ad milites. exponit. Etſi, inquit, huc ueni commilitones non ſuccenſendi aut lamentan-
" di cauſa (cur enim Deo ſuccẽſere oportet, in cuius poteſtate ſunt omnia?)
" tamen eos qui meritò infelices ſunt, aduerſam fortunam lamentari neceſſe
" eſt: quod mihi euenit hoc tempore. Quàm enim graue eſt & moleſtum bel-
" la nobis ex bellis exiſtere? quàm porrò calamitoſum, ciuili bello nos impli-
" cati? quàm uerò utroq; grauius eſt, atque calamitoſius, fidem in hominibus
" nullam eſſe, fieriq; mihi inſidias ab homine amiciſsimo, meq; inuitum nulla
" facta iniuria, nulloq; commiſſo delicto in certamen uenire? Quæ uirtus un-
" quam tuta, aut quæ amicitia firma exiſtimabitur, ſi mihi hæc facta eſt iniu-
" ria? nónne fides, nónne ſpes omnis amiſſa eſt? Quòd ſi meum tantum eſſet
" periculũ, nihili certè facerẽ: (nec enim natus ſum immortalis) nunc autem
" cùm publica facta ſit defectio, uel rebellio potius, bellumq; ad nos omnes
" pariter pertineat, uellẽ, ſi fieri ullo modo poſſet, euocare Caſsium, cum eoq;
" apud uos, aut apud Senatum iure contendere: tum enim ego nullo prælio
" facto Imperium ei libenter cederem, ſi ita publicæ utilitati conducere uideretur.

retur. Etenim pro republica perpetuos labores ſuſtineo, qui tandiu hîc lon- “
gè ab Italia commoratus ſum, homo iam ſenex & imbecillis, ut neq; cibum “
ſuauem, neq; ſomnum uacuum curis poſsim capere. Sed quoniam Caſsius “
mecum nollet in hac cauſa conuenire, (quo pacto enim mihi credatis, qui “
mihi tam infidus fuerit) uos oportet commilitones forti animo eſſe: nec e- “
nim Cilices, Syri, Iudæi, Aegyptij uobis fuerunt unquam, aut erunt potio- “
res: non ſi millies, quanto nunc pauciores ſunt, quàm uos, tanto plures con “
gregentur. Sed neq; Caſsij ipſius, quanquam uidetur eſſe optimus Impera “
tor, multaq; proſperè geſsiſſe, ratio ulla haberi debet. Non enim aquila gra- “
culorum dux, aut leo hinnulorum aptus eſſe ad bellum gerendum poteſt. “
Iam uerò illud Parthicum & Arabicum bellum non Caſsius, ſed uos confe- “
ciſtis. Quòd ſi ille præſertim ex rebus contra Parthos geſtis habet gloriam, “
uos quoq; Verum habetis non modò non inferiorem illo, ſed multo etiam “
potiorem, à quo longè plura bello uicta & parta ſunt. Quinetiam iam illum “
pœnitere fortaſſe cepit, quòd me uiuere intelligit: nunquam enim id niſi “
mortuo me feciſſet. Quòd ſi manet adhuc in propoſito, ſuſceptoq; conſi- “
lio, tamen cùm profectionem noſtram intellexerit, omnino reſipiſcet: uos “
enim metuet, me reuerebitur. Itaq; tantùm illud uereor commilitones (li- “
cet enim apud uos uerum dicere) ne aut ipſe manus ſibi afferat, quòd pudo “
re ſcilicet adductus non audebit in conſpectum noſtrũ uenire, aut alius co- “
gnito aduẽtu meo, quòd contra illum proficiſcar, id faciat: mihi enim per- “
magnum præmium belli atque uictoriæ, quantum unquam accepit nemo, “
auferet. Quod uerò præmium dicet aliquis & homini qui iniuriam fece- “
rit, ignoſcere: ei'que qui amicitiam fidem'que uiolauerit, amicum & fi- “
delem permanere. Quæ etſi uobis fortaſſe uidentur eſſe incredibilia, ta- “
men ea uobis oportet perſuaderi. non enim bona omnia ex homini- “
bus prorſus exterminata ſunt, ſed ſunt adhuc apud nos antiquæ uirtutis re- “
liquiæ. Quòd ſi quis mihi fidem non habeat, tanto cupio uehementius ea “
quæ uidentur fieri nõ poſſe, facta ante oculos omnium ponere. Hæc enim “
ſola mihi ex malis præſentibus foret utilitas, ſi poſſem re optimè confecta “
oſtendere cunctis hominibus, nos quoq; bellis ciuilib. bene uti poſſe. Hæc “

Caſsij ingratitudo ab Antonino taxata.

Marcus & apud milites concionatus eſt, & ad Senatum ſcripſit, nihil Caſſium criminatus, niſi quòd illum crebrò ingratum uocabat. Caſsius quoq; de Marco nihil unquam dixit contumelioſe, aut ſcripſit. Dum Marcus ſe ad bellum ciuile comparat, multæ ei uictoriæ ex pleriſq; barbaris nationibus, ac mors ipſius Caſsij nũciatur.

Caſsius grauiter uulneratur & occiditur.

Nam Caſsio iter faciẽti Antonius Centurio occurrit, eumq; de improuiſo ſecundum ceruicem uulnerauit: quanquam id uulnus nõ fuit mortiferũ, propterea quòd Antonius impetu equi concitatus, facinus imperfectum reliquit, ita ut ille ferè euaderet, niſi eum Decurio interim confeciſſet. Hi abſciſſo eius capite ad Imperatorem proficiſcuntur. Ita Caſsius, qui hoc pacto tres menſes, & dies ſex imperium ſomniauerat, iugulatur: filiusq; eius, qui tùm erat abſens, interfectus eſt.

M. Antonini clementia atq; animi moderatio.

Marcus autem cùm eò ueniſſet, nationes omnes quæ rebellionem fecerant, tractauit perhumaniter, neq; quẽquam ex obſcuris hominibus aut ex illuſtribus interfecit.

Fauſtina moritur.

Sub id tempus Fauſtina moritur ſiue dolorib. podagræ, quibus laborabat, ſiue alia ex cauſa, ne ob ea de quibus cùm Caſsio conuenerat, argueretur: quanquam Marcus literas, antè quàm eas legeret, conſciderat, ne cogeretur quenquam inuitus odiſſe. Ferunt nonnulli Verum antea præmiſſum in Syriam, quam obtinuerat, literas in ſupellectili Caſsij inuentas

 conſcidiſſe,

conſcidiſſe, quòd eas nihil ad Marcum pertinere diceret. Quòd ſi fortè ob eam cauſam Marcus ſuccenſeret, longè fore melius, ſe unum pro multis interire.

Gladiatoribus interdictum ne acutis gladijs dimicarent.

Sed Marcus nõ delectabatur cædibus, idq́ ex eo licet animaduertere, quòd Romæ ſpectabat gladiatores tanquam athletas certantes ſine periculo. Nec enim gladiatoribus conceſsit acuto ferro dimicare, ſed obtuſis gladijs & tectibus omnes dimicabant. Mortem Fauſtinæ uehementer luxit: ſcripſitq́ ad Senatum, ne quis eorum qui opem Caſsio tuliſſent, morte afficeretur, tanquam in eo dolore, quem ceperat ex interitu Fauſtinæ, hoc uno ſolatio uti poſſet.

M. Antoninus ab omni cæde alienus.

Abſit enim, inquit, ut me tenẽte principatũ, ueſtrûm quiſquam meo ueſtro'ue decreto capite damnetur. Ad extremum addidit: Quòd ſi id à uobis non impetrabo, ad mortem ibo celeriter. uſque adeò à cædibus alienus, mitis & bonus & pius erat.

M. Antonini constitutio.

Quinetiam in pleroſque beneficia contulit, qui ipſi filioq́ necem machinati eſſent. Conſtituit autem ut nemo cum imperio eſſet apud eam gentem ex qua ortus eſſet, propterea quòd Caſsius, cùm in Syria patria ſua imperium haberet, res nouas molitus fuerat.

Marci & Fauſtinæ ſtatuæ.

Senatus Marco & Fauſtinæ decreuit ſtatuas argẽteas Romæ in templo Veneris collocari, aramq́ extrui, in qua uirgines omnes quæ nuberent in urbe, unà cum ſponſis ſacrificarent: præterea ut in Theatro ſtatua Fauſtinæ aurea in ſella eſſet ſemper, quæ, quoties Marcus ſpectaret, in principali loco, undè ipſa ſpectare cõſueuerat uiuens, póneretur, eiq́ omnes præſtantiſsimæ fœminæ aſsiderent.

Apud Athenienſes annua ſtipendia doctoribus diſciplinarum ab Antonino conſtituta.

Marcus poſtquam Athenas uenit, initiatusq́ fuit, magnos honores tribuit Athenienſibus, quorum in urbe doctores omnis doctrinæ annua mercede conductos cõſtituit ad omnium gentium utilitatem. Cum autem Romam ueniſſet, concionareturq́ apud populum, ac ſubinde diceret inter cætera, ſe multos annos peregrinatũ abfuiſſe, conclamaretq́ multitudo, Octo, idq́ ſignificaret porrectis manibus, ut totidẽ aureos in cœnam acciperet, ſubriſit: tum ipſe etiam, octo, inquit: ac poſtea octo aureos uiritim dedit, quantam ſummam nunquam ceperãt antea.

Octo aurei uiritim dati. C C. drach.

Liberalitas Antonini.

Quibus confectis rebus omnibus, remiſit id quod fiſco ærario'ue publico debebant, ab annis quadraginta, abſque ſedecim annis Adriani, iuſsitq́ ſyngraphas omnes ſcriptas de ijs rebus in foro comburi.

Smyrna terræmotu conquaſſata inſtauratur.

Pecuniam multis ciuitatibus largitus eſt, in quarum numero fuit Smyrna, quæ ingenti terræmotu conquaſſata fuerat, eamq́ Senatori & prætorio uiro ut reficeret mandauit. Ex quo fit ut mirer eos qui Marcũ reprehendunt, negantq́ magno animo fuiſſe. Is enim etſi reuera frugaliſsimus erat, tamẽ nulla in re deerat ſumptibus neceſſarijs, licet in exigenda pecunia, ut ſuprà dixi, nemini moleſtus eſſet, atque in rebus neceſſarijs, præter quàm in re familiari, maximos ſumptus ſuſtinebat.

Criſpina nubit Commodo.

Poſtquam res Scythicæ præſentiam eiũs iterum poſtulare uiſæ ſunt, Criſpinam celerius quàm uellet ob hanc cauſam filio in matrimonium collocauit. Nam Quintilij, etſi uterq́ eorum ualebat prudentia & fortitudine, ac uſu maximarum rerum, tamen id bellum conficere non potuerunt.

Marcus petebat à Senatu pecuniam ex ærario.

Quamobrem ipſi Imperatores neceſſariò profecti ſunt. Tum Marcus pecuniã ex ærario petiuit à Senatu, nõ quòd ea nõ eſſet in principis poteſtate, ſed q; diceret eam cæteraq́ omnia eſſe Senatusq́ populi Romani. Nos enim, inquit (id dicebat in Senatu) uſq; adeò nihil habemus propriũ, ut etiam ueſtras ædes habitemus. Cumq́ hæc dixiſſet, haſtam ſanguinolẽtam,

Belli hoſtibus indicendi cæremoniæ.

quæ in tẽplo Martis repoſita erat uerſus agrũ hoſtiũ, ut accepi ex ijs qui aderant præſentes, cõtorſit: deinde cõtra hoſtes proficiſcitur. Paterno magnas copias dat, eumq́ ad præliũ committẽdum mittit. Reſtitêre Barbari totam

diem:

diem: tandem uerò omnes à Romanis cæſi ſunt. Marcus decimùm Imperator appellatus eſt: qui ſi uixiſſet diutius, ea quæ in Scythia erant, omnia in ſuam poteſtatē redegiſſet: ſed is diſceſsit è uita XVII Cal. April. non morbo quo laborabat, ſed, ut ego certò accepi, peremptus à medicis qui Commodo gratificabātur. Cumq; eſſet morti proximus, Commodum militibus commēdauit. Nolebat enim uideri, ut mors ſibi ab illo afferretur: tribunoq; militum ſignum poſtulanti ita reſpondit, Abi, inquit, ad Orientem: ego enim iam ad Occaſum commeo. Mortuus cùm alijs magnis honoribus afficitur, tum uerò ſtatuitur aureus in curia. Itaque Marcus omnium hominum qui unquam principatum tenuerunt, optimus mortuus eſt: multis enim uirtutibus præditus fuit, ſed præſertim beneficentia, cui etiam templum ædificauit in Capitolio, eamq; proprio atq; inaudito antea nomine nuncupauit.

Antoninus à ſuis medicis in gratiam Commodi interfectus.

Antonini iam morientis dictum.

Beneficentiæ templum.

Neq; uerò ſolùm ſe ab omnibus uitijs abſtinuit, ſed etiam aliorum uitia, & maximè uxoris tulit, dum ea nec inueſtigaret curioſius, nec puniret. Si quis autem rem utilem faceret, eum collaudabat, eoq; homine ad eam rem utebatur, cùm interim aliena facta nunquam ſibi uindicaret. Ac Marcum quidem nihil ſimulatè, ſed omnia cum uirtute egiſſe, perſpicuum eſſe poteſt ex eo, quòd cùm octo & quinquaginta annos, menſesq; decem, ac dies uiginti uixerit, in ijsq; cum Antonino patre diu fuerit cum imperio, ipſeq; decem annos, & dies undecim regnauerit, tamen æquabilis in omni uita, nec ulla unquam in re immutatus fuit. Itaque uerè fuit uir bonus, cùm in eo nihil fictum, nihil ſimulatum eſſet. Magnum ei adiumentum attulerunt bonæ artes: nam rhetoricis & philoſophiæ præceptis exercitatus fuit, habuitq; illorum Cornelium Frontonem, & Claudium Herodem præceptores: horum autem Iunium Ruſticum, & Nicomedem Apollonium, homines in præceptis Zenonis exercitatos. Ex quo factum eſt ut magna hominum multitudo philoſophari ſimulauerit, ut ab eo locupletarentur. Multum uerò ei contulit natura: antequam enim cum ijs uerſaretur, magnopere cōtendebat ad ſtudium uirtutis: qua in re propinquis ſuis, qui multi erant, & potentes & locupletes, ita ſatisfaciebat puer, ut omnibus maximè charus eſſet, atq; ob eam cauſam præſertim ab Adriano adoptatus in familiam, nihilo magis inſolens fuit. Græco autem & Latino ſermone, tum rhetoricis ac philoſophię præceptis ſemper imbuebatur. Is antè quàm Cæſar deſignaretur, humeros eburneos manusq; habere in ſomnis uiſus eſt, ijsq; ad omnes humanos uſus uti. Sed ex illo uehementi ſtudio atq; exercitatione factum eſt, ut eſſet ualde infirmo & imbecilli corpore, etſi principiò fuerat bona ualetudine, ita ut armis certaret, aprosq; ex equo in uenatione conficeret: ſed ea, ut meritum erat ipſius, non ſucceſsit. Nam homo æger toto ferè tempore principatus in plurimos morbos incidit. Quas ob res eum magis admirari ſoleo, & quòd ſuperfuit alieniſsimis grauiſsimisq; negocijs, & quòd Imperium conſeruauit. Id unum fortunæ eius defuit atq; fœlicitati, quòd ſpe filij, quē optimè, quoad eius fieri potuit, educari atque inſtitui curauerat, fruſtratus eſt: de quo deinceps dicēdum eſt. Hiſtoria autem ex aureo regno in ferreum (nam ea tum accidit rerum Romanorum mutatio) delabitur.

Antoninus Imperator omnium doctiſsimus.

Antoninus ab Adriano imperatore adoptatus.

Somnium M. Antonini.

Antoninus in imperio ualetudinarius.

COMMODVS.

Commodi natura & ingenium.

COMMODVS nec uafer, nec malicioſus erat, ſed præter omnes homines apertus & ſimplex. Cuius rei cauſa, tum etiam quòd timidus erat, ſeruiebat ijs cum quibus uerſabatur, à quibus inductus ignorantia meliorum, primò in malam conſuetudinem, pòſt in immanem naturam, & mores nefarios deſciuit. Erat natus nouem & decem annos, cùm pater eius mortuus eſt, multis ei Senatoribus optimis uiris curatoribus relictis, quorum conſilijs & admonitionibus multam ſalutẽ dixit, factaq; pace cum Barbaris, Romam contendit, homo ocij & urbanæ tranquillitatis cupidiſsimus. Paratæ ſunt ei ſæpenumero inſidiæ à multis: ipſe magnũ numerũ uirorũ & mulierũ partim palàm interfecit, partim clàm ueneno ſuſtulit, & maximè eos omnes ferè, qui & patris temporibus, & ſuis florẽtes erant, præter Pompeianum, & Pertinacẽ, & Victorinũ. Hos enim neſcio quibus de cauſis non interfecit. Hæc autẽ ego, cæteraq; omnia quæ ſequuntur, non ab alijs tradita, ſed à me obſeruata notaui. Poſtquam Romã uenit, orationẽ habuit in Senatu, in eaq; meras nugas dixit. etenim præter cætera poſuit in ſuis laudibus, quòd cùm equitaret aliquando, patrẽ ex multo cœno, in quod ceciderat, liberauit. ſcilicet huius generis erat glorioſa ipſius oratio. Ingrediẽti in Amphitheatrum Claudius Pompeianus inſidias parauit, atq; in anguſto quodam introitu porrecto ei gladio: Ecce, inquit, hunc tibi non mittit Senatus. Hic cùm uxorem duxiſſet filiam Lucillæ, & cum utraq; ſimul rem haberet, Commodo ita familiaris erat, ut unà epularentur, & iuuentutem unà tranſigerent. Lucilla uerò fœmina nihilo melior aut cõtinentior, quàm Commodus frater, Pompeiano uiro ſuo infenſa perſuaſit, ut Commodo inſidias faceret, eumq; ipſa perdidit: quæ etiam patefacto poſtea ſcelere interfecta eſt. Criſpinam quoq; Commodus iratus adulterij cauſa occidit. Harum utraque ante Capreas relegata fuerat. Occiſa fuit etiam Marcia Quadrati unius ex ijs qui tùm interfecti ſunt, pellex, & Electus cubicularius Commodi, quo officio Quadratus quoque fungebatur, cuius Commodi hæc pellex primò, pòſt Electi uxor fuit, quorum utrumque poſtea morte acerba affecit. Hanc Chriſtianorum ſtudioſam fuiſſe, & quòd eſſet apud Commodum magnæ authoritatis, multa in eos beneficia contuliſſe memoriæ proditum eſt. Occidit præterea Commodus Seruium Iulianum, & Paternum, à quibus, ſiquidem uoluiſſent ipſi, facilè poterat occidi, quòd ille cùm eſſet uir clariſsimus, præerat magno exercitui: hic prætorio præfectus erat. Inſuper occidi iuſsit Cardianum & Maximum Quintilios, qui & doctrina & ſcientia rei militaris, concordiaq; & opibus percelebres erant. Hi enim etſi nihil moliebantur noui, tamen exiſtimabantur propter multitudinem bonorum quę habebant, ſtatum rerum qui tum erat, dolere: utq; unà uixerant ſemper, ita ſimul cum uno filio mortui ſunt. Fuere enim maximo amore coniuncti inter ſe, neque diſſenſere unquam in gerendis magiſtratibus, copioſi planè & locupletes. Cumq; ſimul magiſtratus gererent, ſibi uiciſsim aſsidebant. Sextus uerò Condianus Maximi filius, qui ingenio & eruditione præſtabat cæteris, ut intellexit ſe quoq; condemnatum iri (is erat in Syria) poto leporis ſanguine, equum conſcendit, ex eoq; paulo pòſt cecidit conſultò, & ſanguinem quem biberat, euomere pro ſuo cepit: mox erectus à ſuis, quaſi eſſet ſtatim moriturus, domum allatus delituit:

Curatores Cõmodi.

Crudelitas Cõmodi.

Commodi Imperatoris ad Senatum oratio.

Ab hoc loco uſq; ad finem hiſtoriæ Dion narrat ea, quorum teſtis oculatus fuit, non quæ ab alijs tradita accepit.

Lucilla ſoror Commodi, eius incontinentia & crudelitas.

Criſpina uxor Commodi occiditur.

Marcia Quadrati pellex.

Seruius Iulianus.

Paternus.

Quintilij duo.

Quintiliorum mutuus amor.

Sexti Condiani Quintilij aſtutiſsimum factũ.

tuit: tum aries pro eius corpore in arcam coniectus combuſtus'que eſt. Ipſe ex eo tempore uario ſemper habitu, mutataq; ueſte huc & illuc uagari cepit. Hac de re cùm eſſent rumores ſparſi (nec enim ea quæ ſunt huius generis diu latere poſſunt) ubique gentium diligenter perquiritur, multiq; pro eo partim propter ſimilitudinem, partim quòd cõſcij eſſe, eumq; recepiſſe putabantur, ſupplicio affecti ſunt: multo uerò plures, qui fortaſsis eum ne uiderant quidem unquam, priuati ſunt facultatibus: ipſe quidem an uerè occiſus fuerit (multa enim capita pro capite eius Romam allata ſunt) an effugerit, conſtat nemini. Fuit, qui poſt mortem Commodi Sextum ſe eſſe diceret, ac proinde recuperare facultates eius & dignitatem niteretur. Qui quanquã ſæpe, cùm examinaretur à multis, ſcitè reſpondebat, tamen poſtquam cum Pertinax Græcè, cuius linguæ ille peritus fuerat, interrogauit, errauit maximè, dum nõ poſſet intelligere id quod à Pertinace quæreretur. idq; ego præſens audiui.

Similitudinis formæ memorabile exemplũ.

Eſt autem Malli, quod eſt oppidum Ciliciæ, oraculum Apollinis, & ſomniorum interpretatio, ubi Apollo Sexto reſponſum dedit, & pictura, quid futurum eſſet, ſignificauit. Pictus erat in tabella puer, à quo duo ſerpentes ſuffocabantur: itemq; leo hinnulũ perſequens. Quam rem ego, cùm eſſem in Cilicia cum patre qui ei prouinciæ præerat, non potui conijcere, antè quàm fratres à Commodo, qui Herculem poſtea imitatus eſt, quodammodo ſuffocatos eſſe intelligerem, ut Herculem infantem adhuc, memoriæ proditũ eſt, ſerpẽtes à Iunone immiſſos ſuffocaſſe: (Quintilij enim ſtrangulati ſunt) iamq; Sextum fugere, eumq; potẽtiorem Commodum perſequi cepiſſe. Equidem confunderem & perturbarem hiſtoriã, ſi ſcriberem accuratè de ſingulis, quos ille adductus non ſolùm falſa calumnia, & ſuſpicione non uera, uerùm etiam propter opes maximas, nobilitatemq; generis, & excellentem præſtantiam doctrinæ, atq; ob alias uirtutes interfecit.

Mallus oppidũ Ciliciæ, & ibi oraculum.

Fuère Commodo quædam bella cum Barbaris, qui ultra Daciam incolunt, ex quibus Albinus & Niger, qui poſtea bellũ geſſerunt cum Seuero Imperatore, magnam gloriam cõſecuti ſunt. Sed bellum Britannicum omnium longè maximum fuit. Quamobrem cùm Britãni eſſent eum murum tranſgreſsi, qui inter ipſos & Romanorum caſtra intercedit, uaſtaſſentq; multa, Romano duce, & militibus quos ſecum habebat, cæſis, Commodus timore perterritus, contra eos Vlpium Marcellum miſit: is erat homo modeſtus & frugi. nam quòd ad cibum cæteraq; pertinet, uiuebat more cæterorm militum, eratq; fortis ac magnanimus, quoties bella gereret: pecunia quidem certè non corrumpebatur, minimè tamen lenis aut humanus erat. Dux fuit omnium uigilantiſsimus: cumq; uellet cæteros qui cum ipſo erant uigilantes eſſe, duodecim tabulas, quales ex tilia fieri ſolent, quotidie perſcribebat ueſperi, mandabatq; uni ex ſuis, ut alias alijs atq; alijs horis perferret ad diuerſos milites, quò Imperatorem ſuum uigilare ſemper rati, ipſi minus dormirent. Et quanquam ſomno alioqui reſiſteret natura, tamen quò magis id facere poſſet, inedia perfeeerat. nam ut ne pane repleretur, eum Roma ad ſe iubebat exportari, ne paulò plus quàm eſſet neceſſe, poſſet propter uetuſtatem comedere. Igitur Marcellus tali ingenio præditus, maximis atq; grauiſsimis damnis Barbaros affecit: quo facto quãquam parum abfuit, quin uirtutis ipſius ergô Commodus eum necaret, tamen ipſum dimiſit.

Commodi Imperatoris cum Barbaris bella.

Britannicum bellum.

Vlpij Marcelli fortiſsimi ducis natura & ingenium.

Contra Britannos res egregiè geſtæ.

Perennio uerò, qui poſt Paternum præfuit prętorianis cohortibus, accidit ut propter ſeditionem militũ necaretur. Cùm enim Commodus ſe ſtudio agitãdorum curruum, & libidinibus cuiuſuis generis dediſ-

Perennius præfectus prætorio ob militum ſeditionem interfectus.

ſet,

ſet, nec quiſquam ferè ageret ea quæ ad principatum ſpectarent, Perennio
non ſolùm cura militum, ſed etiam reliquorum omnium eſſe cepit, & maxi-
mè publicæ utilitatis. Sed milites, quoties eis aliquid ex ſententia parum e-
ueniret, coniecta in Perennium culpa, eidem grauiter iraſcebantur. Idem fe-
cêre ſi qui erant in Britannia obiurgati quòd ſeditionē feciſſent: (ij antè ſe-
dati non ſunt, quàm eos Pertinax placauerit) miſerunt enim in Italiam mil-
le quingentos milites delectos ex ipſorum numero: quibus, cùm à nemine
prohibiti iam Romam aduentarent, occurrit Commodus, eosꝙ ita interro
gauit, Quid hoc rei eſt commilitones? quamobrem uenistis? Illi responde-
re, Propterea, inquiūt, quòd Perennius tibi inſidias parat, ut filium ſuum Im
peratorem deſignet. Quod ubi Commodus crediđiſſet facilè, inſtante po-
Cleandri in Perennū odium. tiſsimum Cleandro qui Perennium grauiter oderat, à quo omnia agere pro
libidine uetabatur, præfectum prætorio militibus, quibus ipſe præerat, de-
didit: nec eſt auſus mille quingētos milites cōtemnere, cùm ipſe multo plu-
res prætorianos haberet. Illi Perennium cæſum uerberibus obtruncant, e-
Perennij mors. iuſdemꝙ uxorem, ac ſororem cum filijs duobus interficiunt. Ita Perennius
occiſus eſt indignus eo genere mortis, tum ſua, tum Romani Imperij cauſa,
niſi quòd ut præeſſet ſolus prætorianis militibus, Paterno collegæ autor
interitus fuerat, cùm alioqui nunquam incumberet ad opes & gloriam, ſed
Cleandri ſcelera. continentiſsimus ac modeſtiſsimus eſſet, tutumꝙ Imperiū Commodi præ-
ſtaret. Hoc mortuo, Cæſariani, quorum Cleander princeps fuit, nullū ſcele-
tis genus omittere, omnia incendere, iniuria omnes afficere, uexareꝙ cōtu
melijs ceperunt, cùm interim Cōmodus indulgeret uoluptatibus, equorū
Commodi Imperatoris cum feris immaniſsimis certamina. ſtudioſus eſſet, pugnas hominū ferarumꝙ cōmitteret. Nam præter ea quæ
faciebat domi, magnum numerum hominum & belluarū publicè ſæpe in-
terfecit. Quinꝙ enim equos fluuiatiles ſimul, ac duos elephantos uarijs die
bus ſolus ipſe ſuis manibus cōfecit: præterea Rhinocerotes & Camelopar-
Victorinus præfectus Vrbis. dalim occîdit. Sed de his ſtudijs Commodi hactenus. Mortuo autem Vi-
ctorino, qui fuerat præfectus Vrbis, ſtatua poſita eſt: etſi eum Commodus
ſæpenumero interficere uoluerat. Quod cùm differret grauareturꝙ facere
(nam Victorinus ſua tempeſtate uirtute animi & ſermonis elegantia nemi
ni ſecundus erat) ipſe ad Perrennium acceſsit, aitꝙ, Audio, iam eſſe à uobis
cōſtitutum me interficere: quid igitur cunctamini? aut quid præterea, cùm
id uobis hodierno die facere liceat, expectandum putatis? Hic cùm aliquā-
do præeſſet Germaniæ, conatus eſt domi remotis arbitris perſuadere lega
Munerum corruptio. to ſuo, ne ſe pecunia corrumpi fineret: cumꝙ ille non parêret, in tribunal cō
ſcendit, iurauitꝙ in eo, ſe nunquam accepiſſe munera, neꝙ, quandiu uiue-
ret, accepturum: mox præcepit illi, ut ſe eodem iureiurando obſtringeret:
cumꝙ legatus peierare nollet, iuſsit ut ſe abdicaret magiſtratu. Victorinus
quidem tali ingenio præditus erat. Cleander autem, cuius poſt mortem Pe
rennij magna fuit autoritas, ſeruus inter ſeruos uenundatus, unà cum ijs ut
Cleander ex ſeruo cubicularius Commodi. baiulus eſſet, Romam deductus eſt. Progrediente uerò tempore uſꝙ adeò
eſt auctus, ut cubicularius Commodi factus ſit, pellicemꝙ eius Damoſtra-
Damoſtratia Commodi pellex. tiam uxorem duxerit, & prxter alios multos, Saoterium Nicomedienſem,
qui ante ipſum eundem honorem habuerat, interfecerit, quanquam & ille
potentiſsimus erat, per quem Nicomedienſes impetrauerant à Senatu, ut
certamina celebrarent, templumꝙ Commodo facerent. Hunc Cleandrum
fortuna ita erexerat, ut ſuo arbitraru dignitatem Senatoriam daret, nec eam
ſolùm haberet uenalem, ſed etiam officia militaria, procurationes, imperia,
ac

ac poſtremò res omnes. Iamq́ multi conſumptis omnibus ſuis facultatibus cooptabantur in ordinem Senatorium, ita ut dictum ſit de Iulio Solone homine ignobili, eum ſpoliatum facultatibus, in Senatum eſſe relegatum. Neque uerò Cleander hæc ſolùm fecit, ſed etiam conſules XXV ad annum unum deſignauit: quod neq; ante id tempus, neq; pòſt unquam factum eſt. in quorum numero Seuerus, qui poſtea factus eſt princeps, cõſulatum geſſit. Quamobrem colligebat undiq; grãdem pecuniam, multoq́ plura quæſiuit, quàm unquam ab ullis cubicularijs factum ſit. Ex his multa largiebatur Commodo, eiusq́ pellicibus: multa in ædificationem ædium & balnearum, cæterasq́ res priuatim publicéq́ utiles impendebat. Sed ut eum fortuna extulerat, ita celeriter depreſsit, cui mortem cum ignominia & dedecore attulit. Neq; enim à militibus, ut Perennius, ſed à plebe interfectus eſt. Nã cùm eſſet fortè magna inopia rei frumentariæ, eamq; Dionyſius Papyrius præfectus annonæ feciſſet maiorem, ut populus Romanus culpã in Cleandrum propter furta quæ faciebat, cõijceret, haberetq; odio, eumq́, id quod accidit, interficeret: ludis Circenſibus equis ſeptimo loco certare cunctantibus, magna multitudo puerorum in Circum accurrit: eos procera uirgo & terribilis aſpectu ducebat, quæ Dea fuiſſe ex ijs quæ poſtea acciderunt, exiſtimata eſt. hi pueri cùm primò maximos clamores edidiſſent, eosq; ſtatim populus excepiſſet, cõclamaſſetq; unà, tandem exiliens uniuerſus rectà ad Commodum (is erat in ſuburbano Quintilij) proficiſcitur, ibi Commodo, ut bene atq; feliciter eueniat, precatur, Cleandrum execratur maximè. hic paucos milites contra illos mittit, à quibus pars uulnerata, pars interfecta eſt. qua re cùm plebs non modò non prohiberetur, ſed multo etiam magis contenderet, confiſa multitudine ſua & prætorianorum uiribus: cumq; iam non longè abeſſet à Commodo, quem huius rei certiorem faciebat nemo, Marcia pellex Quadrati ei rem omnẽ ſignificauit: eaq; re Commodus adeò perterritus eſt (quippe timidiſsimus erat) ut Cleãdrum ſtatim eiusq; filium, qui in manibus Commodi educabatur, interfici iuſſerit. puer quidẽ ſolo alliſus interijt, ſed plebs corpore Cleandri tracto & lacerato, caput eius per totam Vrbem geſtauit in pilo, nonnullosq; ex eorum numero, qui ipſius potentia nitebantur, interfecit. Commodus autem ubi expleuerat animum uoluptatibus ludisq;, tum demum cædes meditabatur, occidebatq; nobiles uiros: in quorum numero fuit Iulianus præfectus, quem publicè amplecti atq; oſculari, patremq; appellare conſueuerat. Itemq; Iulius Alexander (is confoderat leonem ex equo) qui poſtquam interfectores adeſſe cognouit, eos de nocte trucidauit, Emeſenosq; nonnullos, ex quorum gente erat ipſe, inimicos ſibi factos interemit. Quo facto, admiſſo equo cõtendit ad Barbaros: effugiſſetq; omnino, niſi puerũ, quem habebat in delicijs, comitem cepiſſet. Cùm enim incitato equo iter ſine ulla mora faceret, adoleſcentulum defeſſum labore atq; itinere non eſt paſſus à ſe relinqui, & deprehenſus ab inſecutoribus, ei, ſibiq; mortem attulit. Dionyſius quoq; præfectus annonæ à Commodo occiſus eſt. Per id tempus tanta peſtilentia fuit, quantam nunquam fuiſſe cognoui: nam uno die moriebantur ſæpenumero ad duo millia hominum. Multi non ſolùm in Vrbe, ſed etiam ſub omni ferè Imperio Romano necabantur à maleficis hominibus, quòd acus oblitas uenenis quibuſdam precio atq; mercede adducti in alios cõijcerent (id malum etiam extiterat Domitiani temporibus) ob eamq; cauſam innumerabiles homines interibãt: ſed nulla uis morbi, aut maleficiorum grauior erat populo

Scomma in Iulium Solonem.
Conſules XXV.
Seueri conſulatus.
Cleandri magnificentia.
Dionyſius Papyrius annonæ præfectus.
Cleander à plebe interficitur.
Cleander poſt mortem multis ignominijs affectus.
Commodi crudelitas.
Iuliani præfecti mors.
Iulius Alexander.
Dionyſius Papyrius præfectus annonæ.
Peſtilentia.
Acus oblitæ ueneno.

populo Romano, quàm Commodus, cùm alias ob cauſas, tum uerò quòd ea quæ patri eius pro ſua in ipſum beneuolentia decreuerat, eadem huic tribuere iuſſus cogebatur timoris cauſa. Iuſſus eſt autem Romam ipſam Commodianam, & exercitus Commodianos, denique diem, quo decernebantur, Commodiarium appellare. Multa enim cognomina ſibi ſumpſit Commodus, ſed præſertim Herculis: Romamque immortalem, fortunatã, coloniam, orbem terrarum appellauit. uolebat enim omnino Vrbem ſuam eſſe coloniam uideri. Ad hæc ei ſtatua aurea mille librarũ cum tauro & uacca facta eſt, menſesque omnes ex eo nominati, atque ita numerati ſunt, Amazonius, Inuictus, Felix, Pius, Lucius, Aelius, Aurelius, Commodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Superans. Quæ nomina cùm ſibi ſumeret, mutaretque ſæpenumero, tamẽ cognomen Amazonij & Superantis perpetuò retinebat, quaſi omnes homines longè in rebus omnibus ſuperaret. Vſque adeò inſaniebat ſcelus. Scribebat ad Senatum his uerbis, IMPERATOR, Cæſar, Lucius, Aelius, Aurelius, Commodus, Auguſtus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, Pacator orbis terrarum, Inuictus, Romanus, Hercules, Põtifex Max. Tribuniciæ poteſtatis XVIII, Imperator VIII, Conſul VII, Pater patriæ, Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatuique Commodiano felici ſalutem. Pleræque ſtatuæ habitu Herculis ei collocatæ ſunt, decretumque fuit, ut id tempus quo principatum teneret, nominaretur ſeculum aureum, idque in omnibus literis ſcriberetur. Hic uerò aureus, hic Hercules, & Deus (iam enim audiebat hæc nomina) aliquando de improuiſo poſt meridiẽ ex ſuburbio celeriter Romã uenit, ac triginta equorũ certamen duabus horis perfecit. Quibus ex rebus fiebat, ut ei pecunia deficeret: erat enim liberalis. nam & populo ſæpe aureos quinque, denariosque quindecim dedit. Maximam uerò partem impendebat in ea quæ ſuprà dixi: ob eamque cauſam inferebat crimina non ſolùm uiris, ſed etiam mulieribus, quibus partim mortem afferebat, partim ſeruabat incolumes, acceptis eorum facultatibus. Natali ſuo die nobis, uxoribusque noſtris, liberisque ſingulis binos aureos, tanquam aliquas primitias imperauit, id' que tributum pendere coegit. Itemque ex Senatoribus, qui in reliquis ciuitatib. erant, quinque denarios exegit. * Currus nunquam agitauit publicè, niſi ſi quãdo nocte obſcura id facere cupiuiſſet: pudebat enim eum multitudinis. Id uerò domi faciebat aſsiduè praſino ornatu: nam & domi magnum numerum belluarum confecit, multas etiam interfecit publicè. Munus uerò gladiatoriũ ita obibat domi, ut crebrò aliquem occideret: nam & ſuis, quaſi uellet eorũ capillos radere, naſum, aut aurem, aut aliud quippiam nouacula præcidebat. Publicè abſque ferro aut humano ſanguine induebatur. Solebat ante quàm ueniret in theatrũ amictus eſſe tunica manicata ſerica, alba * eumque nos ita ornatum ſalutabamus. Cùm autem ingreſſus eſſet, induebatur purpurea auro intexta, accepta pari chlamyde more Græco, & corona aurea illuminata gemmis Indicis. Ferebat etiam caduceum, qualẽ Mercurius ſolet. Pellis quidem leonis clauaque geſtabantur ante eum, cùm iter faceret: in theatris autem, ſiue adeſſet ipſe præſens, ſiue abeſſet, in ſella aurea collocabantur. Itaque habitu Mercurij introibat in Theatrum, abiectisque cæteris quæ ferebat, præter tunicã, nudis pedibus ad rem gerendam aggrediebatur: ac primo quidem die centum urſos de ſuperiore loco iaculis confecit. Erat enim diuiſum theatrum omne, cõnexis quibuſdam diametris tectum habẽtibus, circum quod inambulari poterat, ac ſeſe bifariam ſecantibus,

Roma Commodiana. Commodi ambitio. Statua Commodi. Nomina menſium ex nominibus Commodi. Commodi Romani Imperatoris titulus magnificus. Statuæ Herculis habitu Commodo poſitæ. Commodi liberalitas. Natalicium Commodi. Senatores tributum ſoluunt. Crudelitas. σπχοῦς [?]. Theatri diuiſio.

cantibus, quò facilius undiꝗ ex anguſto loco belluæ diuiſæ in partes qua-
tuor iaculis traijcerentur. Bibebat defeſſus in medio certamine, capiebatꝗ
poculũ uini dulciſsimi refrigerati de manibus mulieris. Quo exhauſto, ſta-
tim multitudo, nosꝗ omnes, id quod in conuiuijs dici ſolet, dicebamus ma
gno clamore, ζήσειας, Viuas. Neꝗ uerò quiſquam exiſtimare debet, me pro

Præbibendi mors.

pterea minuere grauitatem hiſtorię, quòd hæc ſcribo. nam cùm ea ab Impe
ratore facta ſint, affuerimꝗ ipſe præſens, uiderimꝗ ſingula, audiuerim &

Dion ea ſcribit quæ udit et audiuit.

collocutus ſim, nihil reticendum putaui: ſed ea perinde uolui, atque ſi maxi
ma eſſent, apprimeꝗ neceſſaria, poſteris memoriæ prodita relinquere. Ita-
que cætera quæ hac ætate facta ſunt, accuratius diligentiusꝗ perſcribam,
quàm ſuperiora, partim quòd ego eis interfui, partim quòd illa nemini eo-
rum qui aliquid memoria dignum poſſunt ſcribere, melius quàm mihi co-
gnita eſſe putem. His igitur rebus primo die confectis, reliquis diebus de-

Commodi cum feris in theatro certamina.

ſcendit de ſuperiore loco in ſolum theatri, manſuetasꝗ beſtias, quæcunꝗ
propius accederent, aut ad eum adductæ, uel retibus admotæ eſſent, occi-
dit, Tigrimꝗ & equum fluuiatilem, & elephantũ interfecit. His perfectis
rebus abijt. Poſt prandij tempus fungebatur muneribus gladiatorijs, exer-

Certamina gladiatoria.

cebatꝗ ſe, dum uteretur armis ſecutoris, teneretꝗ ſcutũ dextera, gladium
ligneum ſiniſtra, ob eamꝗ cauſam maximè gloriabatur, quòd ſcæua eſſet.

Secutor.

Certabat cum eo eius ludimagiſter, uel potius gladiator, cui ferula erat in

Commodus ſcæua.

manibus, eumꝗ ipſe prouocabat interdum, interdum deligebat populus.
Id enim cæteraꝗ omnia pariter cum reliquis gladiatoribus faciebat. quan-
quam hoc uno differebat, quòd illi parua accepta pecunia deſcendebant in
certamẽ: Commodo autem numerabantur ſingulis diebus de pecunia gla-
diatorum, decies ſeſtertiûm. Aſsiſtebant pugnanti Aemilius Lætus præfe-

XXV. Myriades drach.

ctus prætorio, & Electus cubicularius, quos pugnata ea falſa pugna, uictor
ſcilicet oſculabatur per galeam quam gerebat. Poſt eum pugnabãt cæteri,

Aemilius Lætus.

quos omnes primo die coegerat de inferiore loco, ornatu Mercurij cadu-
ceoꝗ aureo accepto, ubi in conſimile tribunal aſcendiſſet. eorumꝗ pu-

Electus.

gnam commiſerat. quam rem nos habuimus prodigij loco. Pòſt reuertit in
ſellam in qua ſedere conſueuerat, indeꝗ unà nobiſcum ſpectabat cætera,
etſi nihil gerebatur, quod ludis conueniret, præſertim quòd multi necaren
tur. Quinetiã nõnullos aliquando, quòd cunctarẽtur aduerſarios interfice
re, unà cum eis colligari, atꝗ ita ſimul omnes pugnare iuſsit. Quo facto uin
cti certauere inter ſe, occidereꝗ multos ex ſpectatoribus, cum quibus cer-
tamen non erat, quòd à multitudine & anguſtijs loci compulſi propius ac-
ceſsiſſent. Quatuordecim dierum fuere ſpectacula huius generis, eoꝗ nos
Senatores cõueniebamus cum equitibus ſeparatim. Claudius tamen Pom

Claudius Pompeianus occidi quàm Commodi ſpectaculis intereſſe maluit.

peianus homo ſenex nunquam interfuit, licet filios ſuos ad ſpectandũ mit-
teret, quòd mallet ob eam cauſam occidi, quàm eò uenire, ubi Imperatorẽ
Marci filium iſta facientẽ ſpectarèt. Tum nos magna uoce dicebamus mul-
ta, ut iuſsi eramus: illud autem crebrò, Dominus es, Primus es, Vincis om-
nium feliciſsimè ex æterno tempore, Amazonie uincis. Multi ex reliqua

Fœdè & plus quàm ſeruiles acclamationes.

plebe ne introibant quidem in theatrũ: plerique, ubi paulùm ſpectaſſent,
diſcedebãt, partim pudore adducti, partim quòd rumores ſparſi erant, con
ſtituiſſe Imperatorem tela in aliquot plebeios conijcere, ut Hercules olim

Commodi crudelitas.

in Stymphalidas fecerat: idꝗ ex eo credebatur futurum, quòd antè omnes
qui in urbe morbo, aut alia de cauſa pedibus carebant, unum in locum con-

Commodus infirmos occidit.

duxerat: cumꝗ eorum genua quibuſdam rebus ſerpentibus ſimilimis com-

 plicauiſſet,

plicauiſſet, dediſſetq́ eis ſpongias quas iácerent pro lapidibus, omnes claua ita,ut ſi gigantes eſſent,percuſsit atq; interfecit. Is timor nobis erat cum cæteris communis: nam & nobis Senatoribus id fecit, cuius cauſa certiſsimum interitum expectauimus.

Commodus timorem incutit Senatoribus ridiculè.

Abſciſſo enim capite paſſeris quem occiderat,eò uenit,ubi ſedebamus: cumq́ id caput ſiniſtra,dextera gladium cruentum porrigeret, nihil dixit, tantùm caput ſuum ferox mouit, ut oſtenderet idem ſe nobis facturũ. Quamobrem cùm multi riderent,gladio fuiſſent occiſi (nam ea res primò nobis non modò non fecerat timorem, ſed etiam riſum mouerat) niſi ego folia lauri quæ habebã ex corona,comediſſem, perſuaſiſſemq́ cæteris qui iuxtà ſedebant, ut idem facerent, uidelicet ut facto cõtinuo motu ſtomachi,indicium riſus celaremus.

Laureati ſpectabant Senatores.

His perfectis rebus magnum nobis ſolatium dedit.quòd cùm eſſet rurſus obiturus munus gladiatorium,nos equeſtri ueſte & penula indutos uenire in theatrum iuſsit: quo ornatu nunquam antè theatrum ingredi conſueueramus, niſi princeps è uita deceſsiſſet.

Senatores equeſtri ueſte & penula induti in theatrũ admiſſi.

Ad illud acceſsit etiam,quòd poſtremo die ludorum galea eius allata fuit ad portas,per quas efferri mortui ſolent. Quibus ex rebus opinio cunctis iniecta fuit, mortem eius inſtare. Ipſe quidem non multo pòſt obijt,uel potius occiſus eſt: nam Lætus & Electus qui ei infenſi erant, partim quòd uerſarei in huiuſmodi rebus, partim quòd ipſum timerent (quippe eis minabatur, quòd hæc ſe prohiberent facere) in eum coniurauerunt.

Læti & Electi in Commodũ conſpiratio.

Statuerat Commodus utrunque Conſulem, Eryclium Clarum, & Syſsium Flaccum interficere, atq; ipſe ut Conſul Calendis ex eo loco in quo gladiatores aluntur,unà & Secutor exire. nõ longè enim à gladiatoribus, ita ut ſi eſſet unus ex eorum numero, præcipuam domum habebat. Idq́ mihi omnes credent facilius, ſi intelligent, eum abſciſſo Coloſsi capite,ſui capitis imaginem repoſuiſſe,data ei claua, leoneq́ æneo ſubiecto, ut Herculi ſimilis eſſet:atq; præter ſupradicta nomina ita inſcripſiſſe.

Commodus abſciſſo Coloſſi capite, ſuam imaginem repoſuit.

Primus pugnator inter ſecutores,qui ſolus ſiniſtra manu uicit hominum (ut opinor) duodecim millia. His permoti rebus Lætus & Electus in eum coniurant,communicato cum Marcia cõſilio.

Marcia.

Itaq; poſtremo die anni, cùm homines in eo die feſto celebrando eſſent occupati, uenenum ei noctu per Marciam dant in carnibus bouinis: cumq́ non poſſet interire ſubitò,propter uinũ quod largiter bibere, & balneas quibus uti abundè ſemper cõſueuerat,iamq́ uomere inciperet, ac ſuſpicatus id quod erat, minaretur: Narciſſum athletam ad eum interficiendũ mittunt,lauantemq́ eius opera ſuffocant.

Commodus in balneo à Narciſſo ſuffocatus.

Hunc exitum Commodus habuit, cùm regnaſſet annos XII, menſes IX, dies XIIII. Vixit annos XXXI, menſes IIII. in quo domus uerè Aureliorũ principatum amiſit: poſt cuius mortem bella & ſeditiones maximæ extiterũt.

Cauſa quæ impulit Dionẽ ad confectionẽ huius hiſtoriæ.

Dionis de ſomnijs & prodigijs liber.

Cæterùm ad componẽdam hiſtoriã de his rebus, hæc me cauſa impulit. Cùm librum de ſomnijs & prodigijs ſcripſiſſem, quorum cauſa Seuerus principatũ ſperabat,eumq́ editum in lucem miſiſſem ad Seuerum,illeq́ legiſſet, & ad me multa reſcripſiſſet commodè,literis ſub ueſperum acceptis,cubitum diſceſſi. Tum dormienti mihi imperatum eſt diuinitùs, ut hiſtoriam conficerem: quamobrem ea de quibus nunc ago,ſcripſi. Quæ cum ipſi Seuero & cæteris placerent maximè, ſtatui illicò cætera omnia quæ ſpectarent ad populum Romanũ,perſcribere: neq; ſolùm illa ſcripta relinquere,ſed ita ad hanc hiſtoriam aggredi mihi uiſum eſt,ut cuncta à principio, quouſq; fortuna ſineret, uno opere complecterer. Nam cùm ego grauatè hanc cõfectionem hiſtoriæ reciperem, omninoq́ recuſarem, Dea me cõfirmauit in ſomnis ac

in ſpem

in ſpem bonam adduxit, hanc hiſtoriam quam relinquerem, nullo unquam
temporis ſpacio eſſe perituram: quam ego deam uitæ meæ curatricem eſſe
cenſeo. Quod cùm mihi uideatur obtigiſſe, diligenter in hoc ſtudiū incum-
bo. Itaque collegi omnia quæ populus Romanus geſsit ab urbe cōdita uſ-
que ad mortem Seueri, eaq; collecta decem annorum ſpacio, poſtea duode
cim annis compoſui: cætera enim, quemadmodum ſuccedunt, perſcribam.
Porrò ante mortem Commodi huiuſcemodi prodigia uiſa ſunt. Aquilæ cir
ca Capitolium multæ & inauſpicatæ errabant, pacem cantu ſuo nullam ſi-
gnificantes fore. itemq; bubo in eodem Capitolio cecinit. Præterea incen-
dium excitatum in quibuſdam ædibus ad templum Pacis peruenit, conſum
ptisq; tabernis, in quibus merces Aegyptiorum & Arabum erant, conſcen
dit Palatium, ubi adeò exuſta ſunt multa, ut libelli qui ad principatum per-
tinebant, omnes ferè interierint. Ex quo cepit eſſe perſpicuū, fore ut id ma-
lum non contineretur incluſum in urbe, ſed inde ad uniuerſum orbem ter-
rarum emanaret. Nec enim id incēdium reſtingui potuit humanis uiribus,
licet eo cò magna uis aquæ & à pleriſq; priuatis hominibus, & ab ipſis mili
tibus comportaretur, ueniſſetq; Commodus ex ſuburbio, atq; ut incendiū
reſtingueretur, inſtaret: quod tamē niſi cōſumptis rebus omnibus, quibus
adhæſerat, finem non habuit.

Prodigia ante mortem Commodi uiſa.

Vrbis Romanæ permicioſiſſimum incendium.

PERTINAX.

PERTINAX uir bonus fuit, tenuitq; principatum paruo
tempore, propterea quòd eſt à militibus occiſus. Cùm
autem nondū diuulgata eſſet cædes Commodi, Electus
Lætusq; ad Pertinacem ueniunt, eiq; non ſolùm quod
factum erat, ſignificant, ſed etiam propter uirtutem & di
gnitatem ipſius libenter ei principatum deferunt. Hos il
le ut uidit, ſtatim cognita ipſorum oratione, unum ex fa-
miliaribus ſuis, quem fideliſsimum habebat, miſit ad inſpiciendum corpus
Commodi: à quo poſteaquam res confirmata eſt, clàm ad exercitum uenit,
aduentuq; ſuo milites perterruit. Sed quòd Lætus aderat, quodq; ipſe mul
ta pollicebatur (ſingulis enim daturum ſe cōſtituit duodena ſeſtertia) om
nes ſibi facilè deuinxit: acquieuiſſentq; penitùs, niſi ille peroraſſet in hæc
uerba. Multa ſunt, inquit, commilitones in hoc ſtatu qui nunc eſt, peruerſa
& difficilia, ſed ea aliquando ueſtra ope corrigentur. Qua oratione intelle-
cta ſuſpicati ſunt milites, ea ſibi ablatū iri, quæ ipſis Commodus contra mo
rem dediſſet. Itaque tulêre grauiter, licet tunc diſsimulata ira acquieuerint.
Pòſt egreſſus ex caſtris, nocte in Senatum uenit, ſalutatisq; nobis, ut quiſq;
in tanta turba atq; multitudine ad eum accedere potuit, pauca ex tempore
in hanc ſententiā dixit. Ego, inquit, à militibus Imperator appellatus ſum,
non tamen egeo imperio, quo me hodierno die propter ætatem & imbe-
cillitatem meam, ac ſummam rerum difficultatem abdico. Hæc cùm dixiſ-
ſet, nos eum collaudauimus ex animo, uereq; delegimus. Erat enim opti-
mo ingenio præditus, & robuſto corpore, niſi quòd paulùm pedum labori
bus impediebatur. Itaq; Pertinax Imperator. Commodus hoſtis appellatus
eſt. Hunc Senatus populusq; magnis editis clamoribus, multis ac grauibus
cōtumelijs inſecuti ſunt. Cupiebant in primis corpus eius ſicuti ſtatuas tra-
here & lacerare: ſed cùm dixiſſet Pertinax iam terræ traditum ac ſepultū ef-

Pertinaci Imperium à Commodi interfectoribus propter innatas uirtutes oblatum.

Tria millia drach.

Pertinacis, de oblato ſibi imperio, ad Senatum Romanū oratio.

Commodus hoſtis appellatus.

In Commodi corpus & ſtatuas poſt obitū maximè ſæuitum.

ſe, à corpore ſe abſtinuerunt. In cæteris nihil prætermiſere, quin iacerent in illum contumelias cuiuſuis generis. Iamque Commodum Imperatorem appellabat nemo, ſed perniciem ac tyrannum: addebant etiam, illudentes ei, gladiatorem, aurigam, ſcæuã, hernioſum. Senatoribus autem, quibus Commodus magno timori erat, turba ita dicebat, Agedum ſalui eſtis, uiciſtis. Tum omnia quæ in theatris dicere in honorem Commodi conſueuerant, cõcinnis quibuſdam clamoribus, ea uerſa in contumeliam canebant illudẽdi cauſa, quòd morte eius omni metu liberati, perciperent ex his rebus fructum libertatis, ac ſecurè liberam dignitatem recuperarent. Nec enim ſatis erat ijs, quòd cum non timerent amplius, niſi in hac licentia confidenter ei maledicerẽt. Pertinax autem Afer erat natione, ex ciuitate Alba Pompeia, patre ignobili, ita in ſtudio literarum uerſatus, ut ex ijs parcè ac tenuiter uiueret. Qua de cauſa cùm Claudio Põpeiano familiaris fuiſſet, obtinuiſſetque tribunatum equitum, eò peruenit poſtea, ut eidem Pompeiano imperaret. Ego quidem Pertinacis temporibus Pompeianum & primùm & ultimùm uidi, quòd propter timorem Commodi ruri uitam plurimum agebat, ſenectutis & morbi oculorum excuſatiõe: ſanè poſt mortem Pertinacis iterum ægrotauit. Apud Pertinacẽ maximo in honore fuit, qui ei in Senatu locum ſecũdũ in ſubſellijs dedit. Pertinax nobis utebatur perquàm familiariter, erat enim affabilis: ſententiã cuiuſque audiebat libẽter, ſuam ipſe dicebat perhumaniter: agebat nobiſcum moderata & honeſta cõuiuia: quòd ſi id non faceret, alia ad alios mittebàt, in quibus tamen erat frugaliſsimus. Quamobrem eum diuites & magnifici ridebant: cæteri, quibus uirtus luxuria potior erat, laudabamus. Cùm autem adhuc eſſet in Britannia poſt illam magnam ſeditionem quam ſedauit, atque eius rei cauſa dignus laude ab omnibus iudicaretur, Romæ equus nomine Pertinax uictor fuit, cuius equi Praſinæ factionis Commodus ſtudioſus erat: cumque uiciſſet, ſtatim conclamatum eſt ab ijs qui erant eaiundem partium, En Pertinax eſt: quo audito, ij qui erant alterius factionis, irati ſcilicet Commodo, Vtinam quidem eſſet, inquiunt, quæ uerba ad hominẽ, non ad equum referebant. Præterea eundem equum, cùm non curreret amplius, eſſetque ruri confectus ſenectute, Commodus accerſi iuſſerat, adductumque introduxerat in Circum inauratis ungulis, ac ſuper aurea pelle ornatum: qui ut primùm de improuiſo comparuit, rurſum conclamatum eſt ab omnibus, Ecce Pertinax adeſt. Id per ſe dictum portendebat futura, præſertim cùm illo anno contigerit poſtremis ludis Circenſibus: ſtatim enim Imperium ad Pertinacem peruenit. Eadẽ quoque de claua dicta ſunt, quam Commodus functurus muneribus gladiatorijs extrema die Pertinaci dederat. Itaque Pertinax Imperiũ adeptus eſt, ſumpſitque cætera honeſta cognomina, ac præter ea, dum uellet popularis eſſe, Princeps Senatus uetere conſuetudine cognominatus eſt. Tum uerò corrigere cœpit omnia quæ fierẽt ſine ordine & modo: humanitas enim & probitas, & optima adminiſtratio rei familiaris, ac prudentia in publicis rebus gerendis coniuncta pari diligentia, in hoc Imperatore cernebãtur. Cumque cuncta faceret Pertinax quę bonum principem decerent, eos qui cõtra ius faſque interfecti fuerant, ignominiæ nota liberauit, iurauitque ſe nunquam huiuſcemodi pœnam admiſſurũ. Itaque cepère multi conuocatis propinquis amicis'ue cum lacrymis ſimul & gaudio (nam ne id quidem licebat antea) corpora mortuorum effodere, alij integra, alij partes tantummodo, ut mortis genus tulerat, aut tempus, eaque ornata in monumentis maiorum ſepelire,

Pertinacis patria & genus.

Claudius Pompeianus.

Pertinacis humanitas.

Equus nomine Pertinax.

Pertinax equus inauratis ungulis in circum ducitur.

Imperij præſagia.

Commodi clauus.

Princeps Senatus.

Pertinacis laus.

re. Per id tempus ærarium adeò exhauſtum fuit, ut in eo tantùm inuentum ſit decies ſeſtertiûm. Quamobrē Pertinax uix ex ſtatuis, armisq; & equis, & ſupellectile Commodi, ac pueris quos in delicijs habuerat, pecuniam redegit, unde prætorianis quantum promiſerat, ac deinde populo uiritim cētum denarios daret: id quod fecit. Cuncta enim quæ Cōmodus ad delicias, & ad ludos, in quibus erat armorum exercitatio, & ad currus agitandos cōparauerat, uenalia propoſuit, partim uendendi cauſa, partim ut oſtenderet, quibus in rebus, & in quo genere uitæ Commodus uerſatus eſſet, atque ut eos qui illa emerent, cognoſceret. Interea Lætus, qui nō ſolùm Pertinacem afficiebat maximis laudibus, ſed etiam Commodo maledicebat, quoſdam Barbaros, qui à Commodo, ut pacem ſeruarent, magnam uim auri acceperant, domumq; reuertebantur, iuſsit ex itinere reuocari, repetitaq; ab eis pecunia, Referte, inquit, domum, Pertinacem Imperatorem eſſe. Erat enim illis Pertinacis nomen in primis cognitum ex ijs quæ paſsi fuerant, cum ipſe in exercitu Marci militaret. Contrà autem in cōtumeliam Commodi id fecit. nam cum aliquot † adulatores & ſcurras, quibus facies quidē deformes, ſed nomina & inſtituta uitæ multò erant turpiſsima, cōtumeliæ ac petulantiæ cauſa Commodus locupletauiſſet, horum nomina & bona Lætus proſcripſit: qui partim riſum populo, partim ſtomachum mouerunt, ac moleſtiam. Eæ enim erant eorum facultates, quas habuerant pleriq; Senatores, quarum cauſa Commodus mortem eis attulerat. Neq; uerò Lætus perpetuam fidem ſeruauit Pertinaci, uel potius ne paulum quidem. Nam cum ea quæ cuperet, non eſſet conſecutus, milites, ut paulò pòſt dicemus, contra eum concitauit. Pertinax autem Flacco Sulpiciano ſoccro ſuo præfecturā Vrbis detulit. is dignus erat eam dignitatem conſequi. Vxorem uerò ſuam Auguſtam, aut filium Cæſarem, licet nobis decernentibus, fieri noluit, ſed utrunq; repudiauit prorſus, uel quòd Imperium nondum planè confirmauerat, uel quòd nolebat petulantem fœminam Auguſtæ nomen polluere: neq; paſſus eſt filium puerum adhuc, antè quàm erudiretur, ſacramēto obſtringi, aut ſpe nominis corrumpi. Non enim educabat eum in Palatio, ſed quo die principatum eſt adeptus, omnes eius facultates inter liberos diſtribuit: erat enim ei filia, eosq; apud auum educari iuſsit, cum ijsq; ut pater, nō ut Imperator, erat, idq; perraro. Cùm autem non liceret amplius militibus rapere, aut Cæſarianis omnia pro libidine agere, utriſq; in odium acerbiſsimum uenit. Cæſariani, quòd inermes ſint, nihil moliuntur: Prætoriani uerò milites Lætusq; contra eum coniurant, ac primùm omnium Falconē conſulem, qui nobilitate & opibus clarus erat, Imperatorem deligunt, eumq;, quòd tum fortè Pertinax eſſet in mari, ut rei frumentariæ prouideret, in caſtra ducere conſtituunt. Eo cognito, Pertinax Romam properè reuertitur, dein in Senatum uenit, ac pauca in hanc ſententiam dicit. Nolo uos latere Patres Conſcripti, me, cùm in ærario duntaxat ad decies ſeſtertiûm inuenerim, non minus quàm Marcus & Lucius militibus dediſſe, quibus principibus relictum fuerat uicies ſepties millies ſeſtertiûm. Cuius egeſtatis cauſa fuerunt boni Cæſariani. Sed Pertinax in eo mentiebatur, quòd ſe militibus parem pecuniam cum Lucio & Marco dediſſe diceret: ille enim uigena ſeſtertia uiritim dederat, hic duodena. Hanc ob cauſam milites ſimul & Cæſariani, quorum tum magnus numerus aderat in Senatu, tulêre ac murmurauêre grauiter. Cum autem nos eſſemus Falconem damnaturi, ſurrexit Pertinax, atq; ita exclamauit, Abſit, ut me tenēte principatū, ullus Senator uel

Aerarium exhauſtum.

Ea que Commodus in delicijs habuit, atque ad ſplendorem comparauit, diuendita.

Adulatores & ſcurræ à Læto proſcripti.

† [illegible], ſic uocari adulatores, ſcurras'ue, ipſe Dio libro 50. oſtendit.

Flaccus Sulpicianus urbis præfectus.

Lætus cū Prætorianis contra Pertinacē coniurat.

Pertinacis ad Senatum Romanum oratio.

Falco Conſul imperator factus.

Sex myriades, ſeptem millia myriadū, quingētæ myriades drach.

iure interfici iubeatur. Lætus uerò occaſionem nactus, ſimulata cauſa contra Falconem, magnum numerum militum, quaſi id faceret iuſſu Falconis, corrupit. Id ubi cæteri intelligunt, metuuntꝗ ne ipſi quoque intereant, tumultuantur. Ex ijs ducenti audaciores cæteris in Palatium diſtrictis gladijs contendunt: quorum aduentum non antè cognouit Pertinax, quàm illi cõſcendiſſent, accurriſſetꝗ uxor eius, eiꝗ rem omnem ſignificauiſſet. Eo uerò cognito, facinus ſiue forti & magno uiro dignum, ſiue ſtulto, ut quis uolet appellare, fecit. Nam cum poſſet facilimè irruentes concidere (quippe ei excubiæ nocturnæ, & equites in armis erant, magnusꝗ numerus hominum aderat in Palatio) uel ſaltem abdere ſe, & clauſis portis Palatij, cæterisꝗ ianuis interiectis auſugere, neutrũ eorum fecit: ſed ratus ſe aſpectu eos eſſe perterrefacturum, & perſuaſurum oratione, ijs qui iam domi erant, proceſsit obuiam. nec enim ab alijs militibus prohibiti ſunt; ianitoresꝗ & reliqui Cęſariani non modò non clauſerunt portas, ſed etiam aditus omnes pateſecerunt. Vt primùm uidere Pertinacem milites, omnes pudere cepit, præter unum, iamꝗ demiſsis capitibus terrã intuebantur, & gladios in uaginas recondiderant, cum ille impudens miles proſiliens ad eum, Hunc tibi, inquit, milites gladium mittunt. quo dicto, ſtatim irruit, eumꝗ percuſſit: non enim prohibuerunt cæteri milites, ſed Imperatorem ſuum unà cum Electo occiderunt. Nam is ſolus nunquam Pertinacem deſeruit, ſed ei ſemper, quoad potuit, opem tulit, ac multos milites uulnerauit. Quem ego uirum bonum cùm antea ſemper exiſtimaueram, tum uerò maximè ſum admiratus. Milites abſciſſum Pertinacis caput haſta trãſfigunt, eoꝗ facto gloriantur. Ita Pertinax, dum conatur emendare omnia breui temporis ſpatio,
» moritur, neꝗ nouit homo multarum rerum peritus, multa ſimul tutò corri-
» gi non poſſe: ſed ſi quid aliud in rebus humanis, tum in primis ciuilem ſtatũ
» tempore egere & cõſilio. Vixit annos LXVII, quatuor menſibus, & tribus diebus exceptis. Regnauit dies LXXXVII.

Pertinax occiditur à militibus.

Electi in Imperatorẽ pietas.

DIDIVS IVLIANVS.

Sulpicianus.

Iulianus à Commodo Mediolanum relegatus.

RENVNCIATA cæde Pertinacis, alij domũ ſuam ſe recipiũt, alij in ædes militum contendunt, in primis quiſꝗ ſuæ ſaluti proſpicit. Sulpicianus autem, quem Pertinax ad ſedandos prætorianos milites in caſtra miſerat, in ijs manebat interim, agebatꝗ, ut à militibus ipſe Imperator deſignaretur. Interea Didius Iulianus homo pecunioſiſſimus, & profuſa luxuria, ac nouarũ rerum cupidus, quibus etiam de cauſis Mediolanum in patriam à Commodo relegatus fuerat, ut primùm cædem Pertinacis intellexit, properè ad exercitum contendit. Cumꝗ ad portas muri ueniſſet, petere cepit à militibus Romanum Imperium. Hîc res Vrbi turpiſsima, atꝗ indigniſsima populo Romano accidit. Roma enim unà cum Imperio, quaſi in foro aut mercatu uenalis propoſita eſt, eamꝗ uendebant ij qui Imperatorem ſuum occiderant. Emebãt autem Sulpicianus & Iulianus, factis contra ſe mutuis licitationibus (ille intus, hic foris erat) atꝗ auctione paulatim ab ijs facta, eò uentum eſt, ut ſingulis militibus uicena ſeſtertia daturos ſe promitterẽt: nam milites utriꝗ ſeparatim renunciabant, quantum alter eorum daret, dicebantꝗ Iuliano, Sulpicianus nobis hãc ſummam dat, quid tu adijcis? Itemꝗ Sulpiciano, Iulianus nobis

Vende imperium.

Quinq; millia drach.

tantundem

tantundē promittit, quid tu pręterea polliceris? Potior fuiſſet Sulpicianus: quippe intra caſtra, & præfectus Vrbis erat, priorq́ue uicena ſeſtertia promiſerat, niſi Iulianus non ſenſim amplius, ſed ſimul ad ſuperiora uicena ſeſtertia, altera quina adieciſſet, eámq́ue ſummā magno edito clamore in manibus oſtendiſſet. Tanta enim acceſsione permoti milites, metuenteſq́ue ne Sulpicianus factus Imperator cædē Pertinacis ulciſceretur, quod Iulianus aiebat fore, hunc recipiunt, & Imperatorem deſignant. Itaq́ue Iulianus in forū, atq́ue in Senatum ſub ueſperum deducitur, comitatus magno numero prætorianorum, quibus ſigna aderant multa, non ſecus, quàm ſi eos educeret ad aliquod facinus: idq́ue faciebat, quò nos, populumq́ue perterrefaceret. Illum enim magni faciebant milites, & Commodum appellabant. His cognitis rebus, nos, ut cuique nunciatum eſt, in timorem Iuliani militumq́ue uenimus, & maximè ij qui Pertinaci familiares fuerant. Fui ego ex eorum numero: me enim Pertinax, præter alios honores quos mihi tribuerat, etiam Prætorem deſignauerat. Iulianum uerò ſæpe in cauſis agendis, cùm patrocinium aliquorum ſuſcepiſſem, oſtenderam iniuriam feciſſe: tamen quòd tutum non uidebatur eſſe domi remanere, ne propterea in ſuſpicionem ueniremus: non equidem ſeruilibus animis, ſed antè cœnati, per milites medios perrumpentes, introimus in Senatum. Ibi Iulianum multa digna ſe dicentem audiuimus: atque illud in primimis, Video uos, inquit, Imperatore carere, meq́ue imperio digniſsimum eſſe. Dicerem autem apud uos de meis uirtutibus, niſi eas perſpectas atque cognitas haberetis, meq́ue antea experti eſſetis. Quamobrem mihi non opus fuit multis militibus, ſoluſq́ue ad uos ueni, ut ea quę mihi ab illis data ſunt, confirmetis. Solum enim ſe ueniſſe dicebat is, qui et foris armatis militibus ſeptus & munitus erat, & in ipſo Senatu complures habebat: odij quoq́ue noſtri in ipſum & timoris, uidelicet ſibi conſcius, mentionem fecit. Itaque adeptus imperium, & confirmatus Senatus authoritate, in Palatiū proficiſcitur. ubi cùm inueniſſet cœnam paratā Pertinaci, ſtatim cepit illudere ei, accerſitiſq́ue unde tum potuit, precioſiſsimis quibuſque rebus, mortuo adhuc intus iacente, luſit aleis, & Pyladem ſaltatorē cum quibuſdam alijs admiſit. Poſtridie eius diei nos ad eum uenimus, ſimulantes & diſsimulātes multa, ne mœrere uideremur. Populus erat in aperta mœſticia, ita ut diceret quicquid ſibi collibuiſſet, comparabatq́ue ſe, ut poterat. Tandem cùm ille ueniſſet in Senatū, eſſetq́ue Iano, qui erat ante fores Curiæ, ſacrificaturus, uno ore conclamatum eſt ab omnibus, eum rapuiſſe imperium, & paricidam eſſe. Hîc ille diſsimulat, ac ne uideatur ferre grauiter, eis pecuniam promittit. Illi ſuccenſent uehementius, quòd uellet ipſos pecunia corrūpere, exclamantq́ue omnes, Nolumus, non accipimus. Quòd ut audiuit Iulianus, diutius teneri non potuit, quin proximos quoſq́ue interfici iuberet. Populus ea re multò grauius concitatus, non deſinebat Pertinacem deſiderare, Iuliano maledicere, deos inuocare, ac milites execrari. Quinetiam multi in pleriſq́ue locis urbis ſaucij, ac penè interfecti reſiſtebant. Ad extremum arma omnes capiunt, & in Circum undique concurrunt: ibi tranſigunt eam noctem, & poſterum diem ieiuni, ita ut ne aquam quidem biberent. Tum uerò auxilium cæterorum militum, & præſertim Nigri Peſcennij, eorumq́ue qui cum ipſo erant in Syria, implorāt & flagitant. Tandem uerò fame coacti, defatigatiq́ue labore & uigilia, abeunt, & ab armis diſcedunt, dum expectant externa auxilia. Iulianus occupato hoc modo Imperio, res agere cepit homine libero indignas, blandiri Senatui, et

Mille ducenta quinquaginta drach.

Iulianus Imperator à militibus deſignatus.

Dion Prætor deſignatus à Pertinace.

Inſolens oratio Iuliani in Senatu.

Iulianus Senatus autoritate Imperator confirmatur.

Pylades ſaltator.

Ianus ante fores Curiæ.

Iulianus parricida atq́ue tyrannus à populo iudicatus & proclamatus.

Motus populi contra Iulianum.

Niger Peſcennius.

Iuliani immoderata aſſentatio.

potentiſsimis quibuſq;, multa eis promittere & largiri, arridere obuijs, frequentare theatra, multa cõuiuia agere: poſtremò nihil prætermittere, quod ad nos fouendos deliniendóſq; ſpectaret. ſed nemo nemo noſtrûm ei fidebat, eratq; ſuſpecta omnibus immoderata eius aſſentatio. „Nam quod extra „modum fit, licet putetur quibuſdam eſſe gratum, tamen prudentibus frau„de carere non uidetur. Quæ cùm Romæ facta ſint, nunc quid foris actum ſit, dicendum eſt. Erant tres uiri, Seuerus, Niger, Albinus, quorum ſingulis ſuberãt tres exercitus populi Romani, & cõplura externa auxilia: hi Rempublicã capeſſunt: Albinus præerat Britanniæ, Seuerus Pæoniæ, Niger Syriæ. Hos uiros tres ſtellæ ſignificabant, quæ uiſæ derepentè circũ ſolem fuerunt Calendis Ianuarij, cùm Iulianus ante curiam ſacra faceret nobis præſentibus. Erant enim adeò conſpicuæ, ut eás milites perpetuò inſpicerẽt, & inuicem commonſtrarent: dicerentq; Iuliano magnum aliquod malum impendére: nos autem, quanquam id optabamus, & ſperabamus fore, tamen eas apertè intueri non audebamus timoris cauſa: idq; ego factum eſſe certò ſcio. Ex tribus autem ducibus, de quibus paulo antè dicebam, Seuerus potentiſsimus & prudentiſsimus erat. Is cùm præcognouiſſet fore, ſublato Iuliano ut ipſi inter ſe de Imperio contenderent, ſtatuit propinquiorẽ ſibi deuincire, deditq; literas homini fideli ad Albinũ, per quas eum Cæſarem faciebat. Nigrum enim noluit, qui ſe propterea efferebat, quòd eius fidem atque auxilium populus implorauerat. Itaque Albinus, qui ſe Seueri ſocium in principatu ſperabat fore, de loco non abijt. Seuerus autem deuincta ſibi omni Europa, præter Byzantium, Romam cõtendit: nuſquam diſcedit ab armis, ſed delectis ſexcentis optimis militibus, medius inter illos dies noctesq; uerſatur. nec enim illi thoracem unquam exuerunt, antè quàm Romam ueniſſent. His cognitis rebus, Iulianus Seuerũ hoſtem iudicat de autoritate Senatus, comparatq; ſe, ut cum eo pugnet. Per eos dies Romæ tanq; in hoſtili terra nihil fuit aliud q; caſtra. Fuit magnus tumultus ſtabulantium exercentiumq; ſe equorũ, hominũ, elephantũ. ab armatis ingens timor reliquis ciuibus iniectus eſt. Nos interdum uix riſum tenebamus, quòd prætoriani nihil facerẽt dignum ſuo nomine, aut promiſsis: quippe molliter & delicatè uiuere didicerant, & quòd milites eius claſsis, quæ apud Amiſum erat, accerſiti, quemadmodum ſe exercerent, neſcirent, nec elephanti infenſi equis homines ferrent. Præſertim uerò ridebamus, quòd Palatium circundatum cancellis, & firmiſsimis ianuis clauſum erat. Nam Iulianus cùm uideretur Pertinacẽ nunquam facilè occiſum fuiſſe à militibus, munito hoc modo ſeptoq; Palatio, credidit ſe, ſi fortè uinceretur, concluſum in eo ſuperſtitem eſſe uicturum. Lætum & Marciam interfecit, ita ut omnes qui cõtra Commodum cõiurauerant, interierint. Narciſſum enim Seuerus poſtea beſtijs obiecit, præcone ita pronũciante: Hic eſt qui Commodum ſuffocauit. Pleroſq; pueros occidit, cauſa magicarum artium, ita ut ſi fortè, quod futurum erat, præcognouiſſet, id poſſet auertere. Crebrò miſit ad Seuerum, qui eum ex inſidijs interficerẽt. Sed poſtquã ille in Italiam uenit, Rauennamq; cepit nullo labore, atque ij quos Iulianus contra eum miſerat, ut uel ei perſuaderent reuerti, uel prohiberẽt aditibus, ad ipſum defecerũt, ac prætoriani, quibus Iulianus magnopere confidebat, perpetuis laboribus defatigati, allatiſq; rumoribus, de aduentu Seueri grauiter perterriti ſunt: Iulianus nos conuocat, iubetq; ut Seuerum ſocium imperij decernamus. Interea prætoriani perſuaſi Seueri literis, ſe, ſi modò interfectores Pertinacis dederent, & ab

Albinus Britanniæ: Seuerus Pæoniæ: Niger Syria præerant.

Prodigium.

Seueri in rebus agendis prudentia.

Seuerus Albinum Cæſarem facit per literas.

Iulianus Seuerum hoſtem iudicat.

Palatium circundatum cancellis.

Lætus & Martia interfecti.

Narciſſus beſtijs obiectus.

Pueri ob magicas artes interfecti.

Rauenna capta.

ab armis diſcederent, nullum damnum paſſuros, interfectores compræhendunt, idꝗ factum eſſe Silio Meſſalæ Conſuli ſignificãt. Hic Conſul nos conuocat in templum Mineruæ, quod templum nomen traxit ab exercitatione eorum qui in ipſo erudiuntur, & quid factũ ſit à militibus, exponit. Nos Iuliano capite damnato, Seuerum Imperatorẽ appellauimus, & Pertinaci heroicos honores reddidimus. Itaque Iulianus interfectus eſt, iacens in Palatio, nihilꝗ dixit percuſſoribus, niſi, Quid ego peccaui, aut quem interfeci? Vixit annos LX, mẽſes IIII, dies totidẽ. ex quib. imperauit dies LXVI.

Silius Meſſala.
Templum Mineruæ.
Iulianus capite damnatus.

SEVERVS.

SEVERVS poſteaquã ita Imperator factus eſt, eos qui Pertinacem occiderant, morte mulctauit: cæteros prætorianos, priuſquam ipſe Romã ueniret, accerſi iuſsit, ijsꝗ in planicie cõcluſis, ignarisꝗ eius quod ſibi erat euenturum, ſcelus, quod contra Imperatorem ſuum admiſerant, acerbè & plurib. uerbis exprobrauit: dein arma equosꝗ abſtulit, ipſos ex Vrbe eiecit. Hi inuiti abiectis armis, equisꝗ dimiſsis, ac diſcinctis ſagis diſperſi ſunt. Vnus ex ijs fuit, qui, cùm equus nollet ipſum deſerere, ſequereturꝗ hinniens, illum, ſeꝗ interfecit: atque is equus ſpectantibus libenter mori uiſus eſt. His confectis rebus, Seuerus in Vrbem uenit: cumꝗ ſediſſet in equo uſꝗ ad portas Vrbis amictus ueſte equeſtri, inde urbana indutus, pedibus introijt. Comitabat̃ eum omnis exercitus, pedites equitesꝗ armati conſequebantur: fuitꝗ illud ſpectaculum omnium, quæ uidi unquam, magnificentiſsimũ. Nam Vrbe tota floribus & laureis coronata, ornataꝗ uarijs ueſtibus, in magno ſplendore luminum & ſuffimentorum populus acclamabat albatus, lætusꝗ: milites, ut in magno conuentu & pompa, cum magno decore incedebant armati: nos aderamus ornatu Senatorio: multitudo contendebat illum uidere, & audire loquentem, quaſi à fortuna immutatus eſſet, attollebantꝗ ſe uiciſsim, ut ipſum de ſuperiore loco intuerentur. Poſtquam ingreſſus eſt in Vrbem, nobis confirmauit ea quæ ſuperiores boni principes fecerãt, uidelicet nullum Senatorem ſuo iuſſu interfectum iri, idꝗ non ſolùm iurauit, ſed præcepit etiam, ut publico decreto ſanciretur, Imperatorem, ſi Senatori mortem afferret, eumꝗ cuius opera ad eam rem uteretur, liberosꝗ ipſorum hoſtes reipublicæ futuros. Verùm is primus omnium contra hanc legem fecit, quòd ea minimè obſeruata, multos ſuſtulit. In his fuit Iulius Solon, qui ſuperius decretum iuſſu Imperatoris conſcripſerat, nec ita multò pòſt occiſus eſt. Cumꝗ multa fierent ab eo quæ nobis diſplicebant, tum imprimis accuſabant eum multi, quòd cùm eſſet cõſuetudo, ut ſtipatores principis Itali, Hiſpani, Macedones, & Norici tantùm eſſent, quorum aſpectus iucundus, & mores ſuaues erant, hunc ipſe morẽ ſuſtulit, Vrbemꝗ multitudine permixtorũ militũ, terribiliumꝗ aſpectu, & auditu horribiliũ, ac ferę agreſtisꝗ uitæ repleuit. Cæterùm prodigia, ex quib. principatũ ſperauerat, hæc fuerũt. Cum eſſet in ordinem Senatorium cooptatus, uiſus eſt in ſomnis uidere, ſe tanquam Romulum lactentem, inhiantemꝗ uberibus lupinis. Cumꝗ eſſet Iuliam uxorem ducturus, Fauſtina Marci uxor apparauit utriꝗ thalamum iuxta Palatium in templo Veneris, eiꝗ dormienti aqua aliquando è manu tanquam ex aliquo fonte emanare uiſa: itemꝗ Lugduni cùm Prætor eſſet,

Pertinacis occiſores morte mulctantur.
Equus nolens dominum deſerere.
Seueri in urbẽ ingreſſus.
Seueri de non interficiendis Senatoribus iuramentum atꝗ decretum.
Iulius Solon occiſus.
Stipatores principis.
Prodigia Seueri.
Iulia uxor Seueri.

omnis

omnis exercitus populi Romani eum uenit ſalutatum in ſomnis. Præterea alio tempore quidam eum in ſpeculam adduxit, ex qua ipſe perſpexit uniuerſam terram, mareq́ꝫ: quæ cum non ſecus quàm inſtrumentum muſicum pulſauiſſet, in ijs plurimus concentus erat. Ad hæc uidit in foro Romano equũ deiecto Pertinace, qui in ipſum aſcenderat, ſe libenter admiſiſſe. Quę omnia cum ex ſomnijs intellexerit Seuerus, tum id re uera euenit, quòd cũ ephebus eſſet, conſedit in ſella principis propter imprudentiam, qua ex re atq; cęteris omnibus futurum Imperium ei denunciatum eſt. Quod ubi ob-

Pertinacis monumentum.

tinuit, monumentum Pertinaci fecit, eiusq́ꝫ nomen in uotis & ſacramentis omnibus iuſsit uſurpari, præcepitq́ꝫ, ut ſtatua eius aurea curru ab elephantis ueheretur in Circum, utq́ꝫ ei tres ſellæ aureæ in reliqua theatra perferrẽt.

Exequiæ Pertinacis magnificæ.

Huic funus, etſi dudum obierat, ita factum eſt. Extructum erat in foro Romano tribunal ligneum ponè tribunal lapideum: ſuprà fuit ædificiũ, quod columnæ undiq; ſuſtinebant, eratq́ꝫ ebore uariè ornatum & auro: eò allatus fuerat lectus conſimilis, cui ſtragulis purpureis atq; auro intextis ornato, erant circum capita belluarum terræ mariſq́ꝫ, in eoq́ꝫ poſita erat ſtatua Pertinacis cerea ornatu triumphali, à qua puer egregia forma, ita ut ſi dormiret Pertinax, pennis pauonis muſcas abigebat. Eo ita iacente, Seuerus, noſq́ꝫ Senatores, uxoreſq́ꝫ noſtræ acceſsimus funebri ueſtitu: illæ in porticibus, nos ſub dio ſedebamus. Quibus ita diſpoſitis, primò tranſierunt ſtatuæ omnium ueterum Romanorum illuſtriũ: tum chori puerorum & uirorum, qui lugubre de Pertinace carmen cantabant: deinde nationes omnes ſubiectæ Imperio Romano in ſtatuis æneis ornatis, ut eſt cuiuſq; gentis patria conſuetudo. Sequebantur pòſt uaria genera ciuium, lictorum, ſcribarum, præconum, & qui ſunt eiuſdem generis. Veniebant deinceps ſtatuæ multorũ uirorum, quos præclarè feciſſe aliquid, aut excogitaſſe, aut in aliquo ſtudio floruiſſe conſtaret. Subſequebantur equites ac pedites armati, certatores equi, atq; ea quæ ad parentandum pertinebãt, quæ ab ipſo principe, & à nobis, uxoribusq́ꝫ noſtris, & à clariſsimis equitibus ac populis, & à congregationibus ciuium miſſa fuerant. Poſtremò ferebatur altare inauratum, orna-

Seuerus fecit laudationem Pertinacis.

tumq́ꝫ ebore & lapillis Indicis. Quæ poſtquam tranſierunt, Seuerus aſcendit in Roſtra, & laudationem Pertinacis recitauit. Cumq́ꝫ oraret, crebrò exclamatum eſt à nobis, partim laudantibus Pertinacem, partim lugentibus: ſed oratione habita, multo magis. Ac tandem cum lectum de loco, in quo erat, moueri oporteret, omnes ſimul lamentati ſumus, ac fleuimus. Lectum tulêre à tribunali pontifices, & magiſtratus, non modò qui tum erant, ſed etiam ij qui fuerant in ſequentem annum deſignati, eundemq́ꝫ poſtea tradidêre nonnullis equitibus ut ferrent. Pars noſtrûm lectum anteibat, ex quibus multi frangebantur dolore, multi canebant flebile carmen ad tibias, Im-

Pertinacis in campo Martio rogus.

perator poſtremus ſequebatur. ita in campum Martium uenimus. Hîc extructus erat rogus inſtar turris, forma trianguli, ebore & auro, ac nonnullis ſtatuis ornatus. In ſummo eius, currus inauratus, quo Pertinax olim uehebatur, collocatus erat. In hunc rogum coniectis primò ijs quæ allata fuerant parentandi cauſa, lectus impoſitus eſt. Pòſt Seuerus, propinquiq́ꝫ Pertinacis ſtatuam eius oſculantur. Quo facto Imperator tribunal conſcendit, nos Senatores, exceptis magiſtratibus, in tabulata conſcendimus, ut tutò ſimul

Pertinax immortalitate donatus.

& cõmodè ſpectaremus ea quæ gererentur. Magiſtratus & equeſtris ordo collocati ſunt ex ordine, ut cuiuſq; dignitas poſtulabat. Hîc confecere milites, equites atq; pedites circũ rogum curſus urbanos & cõfictos: ijſq́ꝫ pera-

ctis

ctis curſibus. Conſules rogum incenderunt. Quod cum eſſet factum, aqui-
la ex rogo euolauit: itaq; Pertinax immortalitate donatus eſt. His confectis
rebus, Seuerus Nigro bellum intulit. Erat Niger Italus, equeſtriſq; ordinis,
homo nec uirtute clarus, nec uitijs admodū inſignis, ita ut ob eam cauſam
nec laudari multum, nec uituperari poſſet. Vtebatur legato exercitus Ae-
miliano, alijſq;. Aemilianus præſtare uidebatur cæteris, qui tum conſilium
dabant, prudentia uſu'que maximarum rerum, quòd in multis nationibus
ſpectatus & probatus erat. Igitur Niger, cum bellum motum eſſet, uenit
Byzantium, inde Perinthum exercitum duxit. Sed cum nonnulla prodigia
ei minus eueniſſent proſpera, uehemēter perturbari cepit. Nam aquila, quę
in ſtatua militari conſederat, in ea licet abigeretur, conſtitit, quouſque ca-
pta eſt, apes que in ſignis militaribus, & maximè in ſtatuis ipſius fauos fin-
xerunt. his de cauſis ipſe Byzantium reuertit. Aemilianus autem com-
miſſo prælio apud Cyzicum cum quibuſdam ducibus Seueri, ab eis uictus
& interfectus eſt. Poſt hæc in anguſtijs Nicææ & Cij prælium magnum ua-
riumq; factum eſt, dum Nigriani in planicie pugnarēt cominus, & Seueria-
ni occupatis collibus tela ex locis difficilimis in hoſtes conijcerent: illi con-
trà nauigia quæ in lacu proximo erant, conſcenderēt, atque inde iacularen-
tur. Primò ſuperiores erant Seueriani, quos Candidus inſtruxerat, propter
locorum, ex quibus pugnabant, difficultatem. Sed poſteaquàm Nigriani
conſpecto Nigro, Seuerianos inſecuti ſunt, uictoria apud ipſos fuit. Quod
ubi animaduertit Candidus, ſigniferos acriter increpat, conuerti contra ho-
ſtes iubet, fugam militibus obijcit. Hi pudore adducti, conuerſiq; in hoſtes
irruunt, eoſq; pugnando uincūt: quos etiam perdidiſſent funditus, niſi pro
pè adfuiſſet ciuitas, noxq; prohibuiſſet obſcura, quo minus id facerēt. Hoc
prælio facto, rurſum apud eas, quæ Pylæ, hoc eſt portæ nominantur, æqua-
lis acriſq; pugna commiſſa eſt. Præerāt exercitui Seueriano Valerianus &
Anylinus. Niger ipſe legiones ſuas inſtruxerat. Locum in quo pugnatum
eſt, propter anguſtiam, Cilicianas Pylas nominant, quod ex altera parte im
pendent prærupti montes, ex altera magna præcipitia in mare porrigūtur.
Hic Niger collocato exercitu in colle natura ſua munito, antè milites gra-
uis armaturæ, pòſt iaculatores, funditoreſq; & ſagittarios inſtruxit ut & illi
irruentes hoſtes cominus arcerent, & hi eminus ſuper illos uiribus ſuis ute-
rentur. A' dextra læuaq; tutus erat, partim propter præcipitia, quæ ad mare
ſpectabant: partim propter ſyluam, quæ difficili aſcenſu atq; arduo erat. In-
ſtructo in hunc modum exercitu, impedimēta à tergo collocat, ut ſi quis fu
gere cupiat, tamen non poſsit. Qua re animaduerſa, Anylinus primùm op-
ponit ſcutatos: poſt eos inſtruit omnes milites leuis armaturæ: hos, ut ho-
ſtes eminus pro illis arceant: illos, ut tutum aſcenſum ſibi præſtent. Equites
miſit cum Valeriano, ut ſyluam, quoquo modo poſſent, circumirēt, iuſsitq;
ut Nigrianos à tergo de improuiſo adorirētur. Poſteaquam uentum eſt ad
manus, Seuerianis partim ſcuta opponentibus, partim obtendentibus in
modum teſtudinis, atque ita propius ad hoſtes accedentibus, pugna utrin-
que diutiſsimè æqualis fuit. Cepere Nigriani multitudine & natura loci ſu-
periores eſſe, uiciſſentq; omnino, niſi cœlo ſereno, & nulla ui uentorū per-
turbato, nubes & horribilia tonitrua, ac uehemētes fulgores cum maximo
imbre extitiſſent, ita ut his rebus ora atque oculi ipſorum magnopere læde
rentur. Quæ res ut moleſtiam non exhibebant Seuerianis, quòd à tergo eſ-
ſent, ita Nigrianos, quòd irruerent ex aduerſo, maximè conturbabant. Ita-

que

Bellum cum Nigro.

Aemylianus legatus Nigri.

Prodigia dira.

Pugnatum eſt apud Cyzicū.

Prælium alterum in anguſtijs Nicææ & Cij.

Candidus.

Tertium prælium apud Pylas Cilicianas.

Valerianus, Anylinus.

Nigri contra Seuerianos res geſtæ.

Tempeſtas dira.

Seuerianorum de Nigrianis præclara & diuinitus conceſſa uictoria. que is caſus animos addidit Seuerianis, quibus Deus opem ferre uidebatur: hoſtibus timorem fecit, quòd expugnarētur diuinitùs: confirmauitq; illos ſuprà quàm poterāt: hos, cùm magnis eſſent uiribus, perterrefecit. Quibus iam ſe fugæ mandantibus Valerianus apparuit: hunc ut uident, ſeſe ſtatim conuertunt: ſed cùm eos Anylinus ex altera parte arceret, rurſum terga uertunt, & ſurſum deorſum currentes, ut caſus incidit, uagantur. *Strages cruenta.* In hoc prælio maxima cædes facta eſt: deſiderata ſunt enim Nigrianorum uiginti millia. quam cladem ſomniū ſacerdotis antè ſignificauerat. Nam cum Seuerus eſſet in Pannonia, *Sacerdotis ſomnium.* ſacerdos Iouis uidit in ſomnis nigrū quendam hominem, qui irrueret in exercitū Seueri, ac poſtea manibus hominum conficeretur. Cuius ſomnij facta interpretatio ad Nigrū pertinuit nominis cauſa. *Antiochia capta.* Capta non multò pòſt Antiochia, Niger ex ea ad Euphratem confugit, ratus hoc unum ſibi ad Barbaros perfugium futurum: *Niger obtruncatur.* ſed eum inſecuti Seueriani capiunt, eiq; caput abſcindunt: id Seuerus miſit Byzantium, & cruci affigi iuſsit, ut eo uiſo capite Byzantij ad ſe accederent. *Nigriani omnes à Seuero damnati.* His rebus geſtis, Seuerus eos qui partes Nigri ſecuti fuerant, damnare cepit, ex quibus Caſsius Clena Senator cùm ab eo damnaretur, non modò uerū non celauit, ſed etiā liberè in hanc ſententiā dixit, *Caſsius Clena ſe purgat honeſtis rationibus.* Ego, inquit, te antè æquè ac Nigrū ignorabā. Cùm autem caſu factum eſſet ut partes illius ſuſtinerem, neceſſariò quod mihi
» ſors obtulerat, ſum ſecutus, non ut tibi bellum inferrem, ſed ut Iulianum
» opprimerem. Nihil igitur in hac re peccaui, quòd principiò ijſdem rebus
» ſtudui quas tu agebas, & quòd ad te poſtea relicto eo qui mihi datus erat
» diuinitus, non defeci. Neq; enim tu quenquam eorum qui nunc tibi in iudi
» cio aſsident, uoluiſſes proditorē ad illum perfugere. Noli igitur noſtra cor
» pora aut nomina æſtimare, ſed res ipſas. Etenim omnia quæ contra nos ſta
» tues, ea cōtra te ſociosq; tuos decernas neceſſe eſt. Quod ſi tu nullo iudicio
» aut ſententia damnaberis, tamen opinione hominū, quam nulla unquā de
» lebit obliuio, uideberis ea quæ nobis acciderunt, in cæteris repræhendere. Seuerus hominis licentiā admiratus, libertatemq; loquēdi, ei dimidiam partem bonorū conceſsit. *Byzantij topographia.* Byzantij autem nō ſolùm Nigro uiuo, ſed etiam mortuo multa, eaq; admirabilia geſſerūt. Eorum urbs ſita in opportuno loco, propter continentē quam habet utrinq;, et mare quod medium intercedit, *Boſphorus.* loci Boſphoriq; natura munitiſsima eſt. Nā cùm ædificata ſit in edito loco, pertinet ad mare. quod ueluti torrens fertur ex Ponto, & in extremā urbem labitur, flectiturq; aliqua ex parte ad dexteram. ubi ſinum & portum facit: magna uerò ex parte in Propontidem prope ipſam urbem, ac celerius multò defluit. Habebat uerò mœnia munitiſsima, quorū dorſum exterius extructum erat magnis & quadratis lapidibus, tabulis inter ſe ex ære coniunctis: interius aggeribus ædificijsq; ita fuerāt munita, ut tantùm unus murus firmiſsimus eſſe uideretur, ſuper quem ambulari poterat, operiusq; erat, & ad cuſtodiendum facilis. Aderant & magnæ turres ædificatæ extrinſecus. quæ circùm fores habebant, per quas ad ipſas tranſiretur uiciſsim, ita ut qui eas circumirent, intus offenderent ſeſe. non enim rectè, ſed paulò obliquius alijs atq; alijs locis ædificatæ, omnia quæ intereſſent, circuibant. Ingens erat propugnaculum atq; altum è regione cōtinentis, ut facilè eos qui ipſum inuaderent, arceret. Ea quæ mare ſpectabant, erant minora, propterea quòd ſcopuli, in quibus erant ædificata, & uehemens impetus Boſphori Byzantios tutos mirabiliter præſtabat, & quòd uterq; portus intra murum cathenis concluſus erat. *Promontoria.* Habebat etiam portus promōtoria, in quibus

erant altæ turres, quæ hoſtibus nauigationem difficilem efficerent: ſed Bo-
ſphorus in primis proderat Byzantijs, in cuius fluxum ſi nauis ſemel uene-
rit, ad terram appellat neceſſe eſt. Quæ res ut eſt amicis gratiſsima, ita hoſti-
bus moleſtiſsima eſt. Neꝗ uerò Byzantium ita ſolummodo munitum fue- *Byzãtinorum*
rat: ſed erant inſuper in eo machinæ cuiuſuis generis, ad quoslibet muros *inſtrumẽta at-*
deijciendos paratæ, quibus conijciebant in hoſtes partim ſaxa grandia, ſi *que tormenta*
quando propius accederent, trabesꝗ, partim emittebant lapides, telaꝗ at- *bellica.*
que haſtas, ſi abeſſent lõgius, ita ut nemo ad ea loca, quæ ſatis magno inter-
uallo diſtarent ab urbe, poſſet accedere ſine periculo. Inerant nonnullis ma
chinis harpagones, quas emittebant, retrahebantꝗ celeriter. Harumꝗ nauiũ *Harpagones.*
atque machinarum magnam partem Priſcus municeps meus fecerat: quam *Priſcus muni-*
ob cauſam poſtea & reus capitis factus, & abſolutus eſt. Nam Seuerus co- *ceps Dionis.*
gnita eius arte, uetuit ipſum morte mulctari, eiusꝗ opera deinceps cùm in
multis alijs rebus, tum in Atrorum expugnatione eſt uſus. Solæ enim ma- *Atrorum expu*
chinæ, quas ille fecerat, non ſunt à Barbaris exuſtæ. Byzantijs naues fuerãt *gnatio.*
quingentæ, quæ magna ex parte uniremes, nonnullæ etiam biremes erant
& roſtratæ: quædam à prora puppiꝗ clauis & gubernatoribus inſtructæ,
utrinꝗ nautas habebant, quò abſꝗ mora nauigarent, & retrocederent, &
quò poſſent, utrumuis facerent, hoſtes offendere. Igitur Byzantij illis qui- *Byzantij obſi-*
dem temporibus multa egerunt, multa etiam paſsi ſunt, dum trium annorũ *dio.*
ſpacio obſiderentur à cunctis ferè orbis terræ exercitibus. Ego pauca ex ijs
referam, quæ nonnullam admirationem habent. Capiebant enim quædam
nauigia, dum hoſtes in ijs præternauigarent, quós ipſi adoriebantur oppor
tunè. Capiebant præterea triremes in ipſa ſtatione hoſtium, quas præciſis
ancoris per ſubmiſſos urinatores, & affixas clauis ad ſeriem remigij ipſarũ, *Vrinatores.*
religatasꝗ funiculis trahebant ita, ut illæ ſua ſponte curſum ad ipſos tenere
uiderentur, nullis remigibus aut uento incitatæ. Iam uerò ab ijs pleriꝗ mer
catores uolentes capiebantur ut inuiti: qui poſtquã magno precio uendi-
diſſent ea quæ cõuexerant, aufugiebant. Conſumptis uerò rebus omnibus
quæ intus erant, Byzantij in ſummas anguſtias adducti, ac iam rebus ſuis
diffidentes, primò quidem licet afflicti uehementer, quòd erant undiꝗ in-
terclusi, tamen fortiter reſiſtunt, utunturꝗ materia ædium ad naues, & funi *Funiculi ad na-*
culos ex mulierum capillis faciunt: cumꝗ hoſtes murum inuaderent, lapi- *ues ex mulierũ*
des ex Theatro iácere, & equos ex ære, ſtatuasꝗ æneas integras ceperunt. *capillis facti.*
Poſtquam cibus uſitatus eos defecit, comedêre pelles animaliũ maceratas: *Fames Byzan-*
quibus poſtea conſumptis, magna pars nauigat obſeruatis procellis, cæte- *tinorum.*
risꝗ tẽpeſtatibus, ut eis nemo poſsit occurrere: idꝗ faciũt, ut uel intereant,
uel cõmeatũ cõparent. Tum uerò magno impetu & inopinato irruũt in a-
gros, cũctaꝗ eodẽ modo prædanĩ. Qui remanſerãt in urbe, facinus grauiſ-
ſimum fecerunt: nam ut fuêre debilitati, cœperunt mutuò contra ſe conuer
ti, ſeꝗ inter ſe comedere. Dum hæc ab alijs geruntur, pars & quidem ſuprà
quàm ferendo eſſent oneratas naues conſcendit, ſoluitꝗ explorata pariter
magna tempeſtate: quæ res tamen nihil eis proderat. Nam Romani ut uide
bant eos pondere preſſos, ita ut parum ſupra aquam extarent, contrà fere-
bantur, irruebantꝗ in eos diſperſos, ut uentus & tempeſtas tulerat, ita ut
nullo facto prælio nauali, perpetuò eorum naues frangerent, earumꝗ par-
tem impellerent contis, partem roſtris confringerent, nõnullas impetu ſuo
ſubuerterent. Illi, ſi maximè uoluiſſent, tamen nihil poterant efficere: quòd
ſi conabantur fugere, aut ſubmergebantur, quòd uentus erat uehemẽs, aut

capti ab hoſtibus peribant. Hæc dum intuerentur ij qui erant in urbe, deos inuocabant magnis editis clamoribus: idꝗ faciebant in uarijs locis, ut quiſque in id ſpectaculum inciderat. Sed poſtquam omnes ſuos uident penitus interire, tum frequentes gemitu complent omnia & lamentatione, ex eoꝗ tempore, quod erat reliquum diei, noctemꝗ totam flent atque lamentātur. Tot enim erant tabulæ fractarum nauium, ut earum nonnullæ in inſulas & in Aſiam perferrent, ex quibus illæ gentes cladem Byzantiorū antè, quàm eam audirent, cognoſcerent. Poſtero die multo maior fuit calamitas: nam ubi tempeſtas ceſſauit, mare proximum Byzantio mortuis, fractisꝗ nauibus, & ſanguine refertum erat, atꝗ horum partem in continentem reiecerat. Quibus perſpectis rebus, accepta clades multo grauior eſt uiſa. Ita Byzantij inuiti ſtatim urbis deditionem faciunt. Hac deditione facta, Romani, milites Byzantiorum, eosꝗ omnes qui magiſtratum apud illos gerebāt, occidunt, uno pugile excepto, qui magnam opem tulerat Byzantijs, & Romanos magnis incommodis affecerat. Is confeſtim unum ex militibus pugno percuſsit, & alteri calcibus inſultauit, ut ambo ea re commoti, ipſum interficerent: id quod factum eſt. Capto Byzantio. Seuerus tantam læticiam percepit (is tum erat in Meſopotamia) ut militibus, quos ſecum habebat, ita dixerit, Tandem Byzantium cepimus. Ciuitati abſtulit libertatem, eamꝗ priuauit ſuis dignitatibus, fecitꝗ tributariam, bonis ciuium publicatis. Vrbem, omnemꝗ regionem, quæ erat ſub eius urbis poteſtate, Perinthijs conceſsit. Hi Byzantio uſi ſunt ut uico, & à nullo genere iniuriæ temperauerunt. Quæ quanquam iure facere quodammodo uiſus eſt Seuerus, tamen Byzantijs magnò dolori fuit, quòd mœnia urbis euertit, propterea quòd gloria priuarentur ea, quam ex magnifica ipſorum oſtentatione conſequerentur. Idꝗ cùm faceret Seuerus, magnum præſidium Romanorum, arcemꝗ contra Barbaros Ponti & Aſiæ ſubuertit. Ego quidem mœnia ita diruta ſpectaui, ut ſi ea Barbari cepiſſent, non Romani: uideramꝗ ea, cùm adhuc ſtarent, eorumꝗ ſonitum, quem edunt, audiueram. In his ſeptem turres à portis Thracijs ædificatæ ſpectabant ad mare: quarum reliquæ quidē per ſe uocales non ſunt. Quòd ſi quis in prima turri uocem emiſiſſet, aut lapidem in eam conieciſſet, tale erat in ea artificium ac machina, ut is ſtatim ſonus ad ſecundam, indeꝗ ad tertiam, & omnes deinceps non interceptus perferretur. Dum muri Byzantiorum ad hunc modum facti inſtructiꝗ obſiderentur, Seuerus gloriæ cupiditate inductus, exercitum contra Barbaros Oſroenos, Adiabenos, & Arabas duxit. Sed poſtquā tranſijt Euphratem, ac terram hoſtilem inuaſit, factum eſt, cùm ea regio natura ſit in ſumma inopia aquæ, ac tum magnis ſolis ardoribus exſiccata atꝗ arida eſſet, ut Seuerus in periculum uenerit, ne magnam partem militum amitteret. Nam defeſsis de uia, & calore ſolis uexatis, puluis tantam moleſtiam exhibebat, ut ne iam iter facere poſſent, nec loqui: hoc unum uerbum poterant efferre, Aquam aquam: quæ ut inuenta eſt, Seuerus, initiò perinde ac ſi ea nō reperta eſſet, anxius, poculū poſtulauit, plenumꝗ aquæ coram omnibus exhauſit: poſt hunc cæteri omnes biberunt, atꝗ ita recreati ſunt. Poſtquā Niſibim uenit, ibi ſubſtitit: Laternum uerò, Candidum, & Lætum contra Barbaros, quos paulò antè dixi, miſit: qui cùm primò regiones illorum incendiſſent, cepiſſentꝗ urbes, atque ob eam cauſam Seuerus magnificè ſe efferret, quaſi prudentia & magnitudine animi præſtaret reliquis hominibus, maximè mirandum fuit, quòd Claudius Latro, qui Iudæam Syriamꝗ prædari ce-

Byzantij deditio.

Seueri Imperatoris cōtra Byzantios res geſtæ.

Seueri contra Adiabenos Oſroenos & Arabes bellum.

Aquæ penuria.

Laterni, Candidi & Læti contra Barbaros res geſtæ.

Claudius Latro.

dari ceperat, & ob eam cauſam ſtudioſe conquirebatur, ad Seuerum pro
tribuno militum uenit cum equitibus, eumq́ complexus atq; exoſculatus
ſalutauit, neq; tamen ab eo agnitus, neq; captus unquam eſt poſtea. Per id
tempus Scythæ ſtatuebant bellū gerere, ſed eos, quò minus id facerent, de-
terruerunt tonitrua, atq; fulgores cum imbri maximo. Cùm enim de bello
deliberarent inter ſe, tres uiri primarij fulmine percuſsi conciderunt. Seue-
rus rurſum exercitum in tres partes diſtribuit: quarum partium uni Lętum,
alteri Anylinum, tertiæ Probum præfecit: dein eos * in diuerſas partes Im-
perij dimiſit, quòd illi quamuis tripartitò ſint aggreſsi, tamen ægrè tueban-
tur. * Seuerus Niſibi magnam dignitatem dedit, eamq́ urbem commiſit e-
quiti Romano: cumq́ dicere ſoleret, ſe magnam regionem adiunxiſſe Im-
perio, eamq́ propugnaculum Syriæ effeciſſe, tamen re uera ex frequenti-
bus bellis conſtat illam nobis cauſam eſſe multorum ſumptuum, propterea
quòd pauca reddit, inſumitq́ multa, quodq́ nos ad Medos finitimos, Par-
thosq́ progreſsi, pro ijs ſemper quodam modo pugnamus. Seuero autem
nondum à bellis Barbaricis reſpiranti bellum ciuile cum Albino Cæſare co
ortum eſt, quòd Seuerus ei, uidelicet Nigro de medio ſublato, cæterisq́ re-
bus ex ſententia cōſtitutis, ne Cæſaris quidem honores tribuebat, cùm in-
terim Albinus etiam Imperatoriam dignitatem poſtularet. Quas ob cauſas
toto orbe terrarum cōmoto, nos quidē Senatores quieſcebamus, quiq; nō
erant apertè in hunc aut illum propenſi, communicabāt ſecum pericula, ac
ſpes quas habebant. Populus autem teneri nō poterat, quin hoc malum pa
làm deploraret. Nam cùm eſſet ante Saturnalia poſtremus dies ludorū Cir-
cenſium, ad quos maxima hominum multitudo confluxerat: cui ſpectacu-
lo ego interfui Conſulis amici mei cauſa, audiuiq; diligēter omnia quę tum
dicta ſunt, ita ut potuerim aliquid de ijs certò ſcribere: cumq́ conueniſſent
innumerabiles homnes, ut ſuprà dixi, ſpectabant currus certātes inter ſe ſe-
nos, ut factum fuerat Cleandri temporibus, atque interim neminem collau
dabant, ut erat conſuetudo. Sed poſtquam illi ſuos curſus confecerūt, ac au
rigas ad alterum curſum aggredi oportuit: qui tacuerāt antè, repentè ſimul
omnes maximo applauſu manuum conclamant, populoq́ felicitatē ac ſa-
lutem precantur, urbem Romam reginam atque immortalem uocant, atq;
uno ore, Quouſq; tandem, inquiunt, hæc patiemur? quouſq; bello uexabi-
mur? Cumq́ dixiſſent alia quædam eiuſdem generis, tandem exclamant
hæc ita ſe habere: eoq́ facto ſe ad certamen equorum cōuertunt. Id factum
eſt afflatu aliquo diuino: neque enim aliter tot millia hominum conclama-
re ſimul cepiſſent, quaſi chorus edoctus diligentiſsimè, neque eadem uer-
ba integrè, quaſi multùm ac diu cogitatata pronunciauiſſent. Nos quidem
his rebus perturbari cepimus, & maximè quòd ignis repētinus in aere, qua
parte ſpectat ad Septentrionem, eſt uiſus, ut eo pleriq; totam urbem com-
buri, multi cœlum ipſum ardere exiſtimarent: quòd cœlo ſereno pluuia ro-
ri ſimilima, colorisq; argētei in forum Auguſti defluxit: quam ego etſi non
uidi, cùm caderet, tamen, ut ceciderat, inueni, eaq́ ita ut ſi eſſet argentū, ob-
liui monetam ex ære, manſitq́ is color tres dies: quarto uerò die, quicquid
oblitum fuerat, euanuit. Iiſdem temporibus quidam Numerianus gramma
ticus ex eorum numero qui pueros literas docēt, Roma, neſcio qua opinio-
ne adductus, in Galliam profectus eſt: ubi dum ſe Senatorem eſſe ſimulat,
miſſumq́ Seuero ad comparandum exercitū, primò paruas copias cogit,
ijsq́ conficit aliquot equites Albini, atq; alia multa pro Seuero fortiter ge-

Scythæ à bello ſuſcepto diris tempeſtatibus deterriti.

Exercitus Romanus in tres partes diuiditur.

** Hæc in Græco propter falſam uocem ἀφ- χλὺν ſunt uitioſa.*

Niſibis.

Bellum Seueri cum Albino.

Saturnalia.

Circenſes ludi.

Prodigia.

Ros coloris argentei.

Numeriani pro Seuero res fortiter geſtæ.

Seueri ad Numerianum literæ. *Mille ſeptingẽtæ quinquaginta myriades drach.* *Prælium Seueri & Albini.*

rit. Quibus cognitis rebus, Seuerus ratus uerè Senatorem eſſe, ad eum ſcri-
pſit, collaudauitq; per literas, & ut ſibi maiores copias compararet, iuſsit. Is
maiore facto exercitu, præter cætera quæ præclarè ac mirabiliter geſsit, mi
ſit ad Seuerum pecuniam quam coegerat ad ſeptingenties ſeſtertium: pòſt
uenit ad Seuerum potitum uictoria, eumq; nihil celauit, neque petijt ab eo
ut ſe uerè cooptaret in ordinem Senatorium. nam cùm magnos honores
opesq; conſequi potuiſſet, tamen noluit: ſed ruri contentus paruo, quod à
Seuero in diem accipiebat, uitam egit. Prælium uerò Seueri & Albini apud
Lugdunum ita factum eſt. Erant utrique militum quinquaginta millia, ade
ratq; præſens uterque in bello, quaſi de capite certaretur: etſi Seuerus antè

Lupus Seueri dux ab Albino uictus.

nulli prælio interfuerat. Albinus nobilitate & doctrina antecellebat: alter
ſcientia rei militaris, & peritia ducendi exercitus potior erat. Accidit prio-
re pugna, ut Albinus Lupum uinceret unum ex ducib. Seueri, eumq; cum
magno militum numero interficeret. Sed genus alterius pugnæ uariũ fuit.
nam cùm primò ſiniſtrum cornu Albini uictum profugiſſet, eosq; inſecuti
Seueriani ſimul magno impetu facto trucidarent, atque eorum tentoria di
riperent milites Albini ij qui dextrum cornu tenebant, habebantq; ante ſe
cæcas foſſas, tecta ipſarũ ſuperficie, ad eas uſq; progreſsi, iaculabantur emi-
nus, neque longius progrediebantur: ſed ſimulato maximo timore ſtatim
retrocedebant, ut hoſtes ad inſequendum ſe pellicerent: id quod euenit. Ira

Stratagema.

ti enim Seueriani, quòd illi paruam irruptionẽ feciſſent, ac contemnentes
quòd ſubitò fugiſſent, impetum fecerunt in ipſos, rati campum qui inter u-
tranque aciem medius erat, peruium eſſe: cumq; ad foſſas ueniſſent, cladem
grauiſsimam acceperũt. nam primi fractis ſubitò ijs rebus quæ fuerant in ſu
perficie poſitæ in foueas incidunt: qui proximi ſunt offendunt, & ſuper il-
los corruũt: cæteri dum retrocedunt timoris cauſa, uidelicet improuiſo re-
tro uerſi, non ſolùm ipſi impingunt, ſed etiam nouiſsimum agmen contur-
bant, ita ut in maximam & cõfuſam phalangem compellantur Fuit horum,
& eorum qui in foueas inciderunt, magna cædes equorum pariter atq; ho-
minum. Præterea in hoc tumultu qui inter uallem erant et foſſas, ſagittis te-

Seueri res geſtæ.

liſq; transfixi concidebant. Qua re animaduerſa, Seuerus cum prætorianis
cohortibus ad opem eis ferendam uenit: tantumq; abfuit ut illos auxilio iu
uaret, ut etiam prætorianos ferè perderet: ipſe quidẽ Seuerus amiſſo equo
in periculum uenit. Sed ut uidit ſuos omnes fugere, ſtatim diſciſſa chlamy-
de, diſtrictoq; gladio in fugientes contendit, ut uel illi affecti pudore reuer
terentur, uel ut ipſe unà cum ijs occideretur. Itaque multi uiſo Seuero con-
ſtiterunt ac reuerſi ſunt: qui repentè conuerſi, ratiq; ſuos qui ſequebantur,
hoſtes eſſe, magnum numerum eorum pro Albinianis concidunt: pòſt ue-
rò hoſtes inſequentes ſe in fugam conuertunt, atque ad extremum ij equi-
tes qui cum Lætio remanſerant, reliquos à latere adorti, omnes conficiunt.

Lætii res geſtæ.

Nam Lætius, quandiu pugna æqualis fuit, ſubſtitit, circumſpiciens atq; ſpe
rans utrunq; periturũ, ſibiq; reliquos utrinq; milites Imperiũ daturos. Sed
poſteaquam Seuerum iam ſuperiorem eſſe cognouit, tandem ad rem ag-

Seueri cruenta de Albino uictoria.

greſſus, Albinianos confecit. Itaq; Seuerus uictoria potitus eſt. In hoc præ-
lio exercitus populi Romani magnam cladem accepit, quòd utrinque in-
numerabiles ceciderint, ita ut uictores magna ex parte hanc calamitatem
lamentarentur, dum campũ hominibus equisq; mortuis plenum uiderent.
Pars enim iacebat multis uulneribus conciſa. multi nullis acceptis uulneri-
bus coaceruabãtur: tum arma diſperſa atq; abiecta cõſpiciebantur: tantaq;

copia

copia erat effuſi ſanguinis, ut in fluuios influeret. Albinus in ædem quandã ad Rhodanum confugerat, quam ut ſenſit ſeptam undiq; cuſtodia teneri, mortem ſibi conſciuit. Non enim ea refero quæ ſcripſit Seuerus, ſed ea quæ uerè conſtat eſſe facta. Is ut uidit corpus Albini, uehementer ſibi gratulatus oculis linguaq;, reliquum quidem iuſsit abijci: caput autem miſit Romam, & cruci affixit. His ex rebus cùm perſpicuum fuit nihil eſſe in ipſo boni principis, tum uerò multò magis nos populumq; per literas perterruit: quippe qui potitus omnibus armatis militibus euomebat apud inermes omnem iram, quam longo tempore antè in ipſos conceperat: ſed & nobis timorem longè maximum fecit, cùm ſe Marci filium, & Commodi fratrem diceret, et Commodo, in quem antea contumelioſus fuerat, heroicos honores daret. Nam cùm haberet orationem in Senatu, extolleretq; Syllæ, Marij & Auguſti acerbitatem ac crudelitatem, ueluti rem tutiſsimam: modeſtiam autem & humanitatem Pompeij atq; Cæſaris, ut rem illis ipſis pernicioſam deprimeret, ad defendendum Commodum proceſsit, increpans Senatum, quòd immeritò eum notaret ignominia. Præſertim, inquit, cùm pleriq; ex uobis « multo uiuant turpius. Nam ſi graue fuit, inquit, quòd ille ſua manu feras oc- « cideret: nónne unus ex uobis uir conſularis, & iam grandis natu heri & ali- « quot diebus antè Hoſtiæ cum meretrice imitante pardalim publicè collu- « debat? at gladiator erat Commodus? quaſi uerò ueſtrũ gladiator ſit nemo. « Cur igitur, inquit, nonnulli ex uobis ſcuta eius, galeasq; aureas, quas ille ha « buerat, comparauerũt? Hac oratione habita, quanquã uiros XXXV. ex ijs « qui, quòd Albinum ſecuti eſſent, rei facti erãt, abſoluit, ijsq; uſus eſt nõ ali- « ter atq; ſi omni culpa caruiſſent, hi erant ex primis Senatoribus: tamẽ uiginti nouem uiros capite damnauit, in quorum numero fuit Sulpicianus Pertinacis ſocer. Poſt hæc bellum intulit Parthis, qui occupato Seuero in bellis ciuilibus, ſecuri Meſopotamiam ceperant, magnis copijs conductis: cepiſſentq; Niſibim, niſi Lætus eam, dum in ipſa obſideretur, cõſeruaſſet: ex qua urbe magnam gloriã eſt adeptus, præſertim cùm in cæteris rebus ciuilibus publicis ac priuatis, belli paciſq; temporibus optimus uir eſſet. Poſtq; Seuerus Niſibim uenit, aprum reperit maximũ, qui magno impetu equitem deiecerat ex equo, atq; interfecerat, dum is ſuis uiribus confiſus, conaretur ipſum conficere: tandem uerò à triginta militibus captus cæſusq; ad Seuerum perlatus eſt. Parthi aduentu Seueri minimè expectato, domum ſunt reuerſi. Præerat ijs Vologæſus, cuius frater cum Seuero erat. Seuerus ædificatis nauibus in Euphrate, in quibus nauigabat celeriter (erant enim celeres naues, & optimè inſtructæ propter copiam materiæ, quam Euphrates & finitima loca ſuppeditant) omnia quæ ab illis parata fuerant, itemq; Seleuciam & Babylonem deſertas celeriter cepit, ac paulò pòſt Cteſiphontem, quam urbem diripiendam reliquit militibus, & in ea cædem maximam fecit, cepitq; ſuperſtitum hominum ad centum millia. Vologæſum tamen nõ eſt inſecutus, neq; Cteſiphontem retinuit, ſed tanquam ob id ſolum ueniſſet, ut eam diriperet, diſceſsit coactus ignoratione locorũ & inopia neceſſariarum rerum, reuerſusq; eſt alia uia, quòd fœnum lignaq; inuenta in ſuperiore itinere cõſumpta eſſenr. Pars pedeſtris exercitus iter fecit ad ſuperiorem ripã Tigris: pars nauibus uecta eſt. Poſt hæc Seuerus ut tranſijt in Meſopotamiam, Atra, quæ non longè aberant, fruſtrà adortus eſt. Quinetiam pleræq; machinæ ipſius exuſtæ ſunt, magnoq; numero militum interfecto, multi ſaucij fuerunt. quamobrem inde caſtra mouit. Dum autem bellum ge-

Albinus mortẽ ſibi conſciuit.

Seueri in Albinum crudelitas.

Seueri in Senatu oratio.

Sulpicianus damnatur.

Bellum infertur Parthis.

Niſibis ciuitas à Parthorum inſidijs à Læto conſeruata eſt.

Aper ingens.

Vologæſus Parthorum dux.

Seleucia & Babylõ ciuitates à Seuero captæ.

Atra obſidentur.

Seueri crudelitas.

Iulius Criſpus ob carmen Vergilianum occiditur. Illud eſt, Aeneidos XI, Scilicet ut Turno cõtingat regia cõiux: Nos animæ uiles, inhumata, infletaq́; turba Sternamur cãpis.

Lætus occiſus.

Atrenorũ obſidio.

reret, iuſſerat occidi duos clariſsimos uiros, Iulium Criſpum tribunum prætorianorum militum, quòd defeſſus belli laboribus, ac ira incitatus cecinerat carmẽ Maronis, quo carmine unus ex militibus Turni, qui bellum cum Aenea gerebant, dolet nulla ratione magnum numerum hominum perire, ut Turnus Lauiniam in uxorem ducat: Valeriumq́; militem, qui Criſpum accuſauerat, tribunum in eius locum deſignauit. Occiderat præterea Lætũ, quòd uir prudentiſsimus, & militibus charus erat. hi enim niſi Læto duce ſe negabant militaturos. Cuius cædis cauſam imputauit militibus, quaſi cõtra uoluntatem ſuam id facinus eſſent auſi: quippe ueram cauſam nullam, niſi inuidiam habebat. Comparato magno commeatu, paratisq́; machinis, iterum in Atra exercitum duxit. Graue enim eſſe ſtatuebat, captis cæteris, eam urbem ſolam atque in medio poſitam reſiſtere. Itaq; in eam rem magnos ſumptus fecit, amiſitq́; machinas omnes, præter eas quas Priſcum ſuprà feciſſe diximus. Amiſit præterea milites complures: quippe etiam dum pabularentur, cædebantur, impetum faciente in ipſos celeriter barbaro equitatu Arabum, & Atrenis longiſsimè iaculantibus, telaq́; ita conijcientibus machinis quibuſdam, ut ſæpe ſatellites Seueri proſternerent. nam uno impulſu bina tela emittebant, conijciebanturq́; multa manibus & arcubus multorum: ſed maximum damnum intulerunt Seuerianis, cùm propius ad muros accederent: multo uerò maius, cùm aliquam eius partem diruiſſent.

Naphtha.

Tum enim Naphtha, quod ex genere bituminis eſſe ſuprà dictum eſt, conieceru nt in eos, quo machinæ, militesq́; omnes quos attigit, conflagrauerunt: atq; hæc Seuerus ſpectabat ex ſuperiore loco. Cùm autem pars aliqua muri corruiſſet extrinſecus, uellentq́; cuncti milites promptis animis reliquum inuadere, Seuerus prohibuit ne id facerent, iuſsitq́; palàm ubiq; canere receptui, propterea quòd magna erat opinio, grandem pecuniam, & Solis donaria in eo oppido repoſita eſſe: ſperabatq́; Arabas, ne ui capti redigerentur in ſeruitutem, hunc theſaurum perfacilè indicaturos.

Solis donaria.

Milites non parent Seuero.

Syrorum in Atrenorum obſidione magna ſtrages.

Sed uno interiecto die poſtquam uidet ad ſe legatos ab Atrenis non uenire, ut deditionem facerent, imperauit militibus, ut in murum (quanquam noctu inſtauratus fuerat) irrumperent. Cui dum nemo ex militibus Europæ, qui poterant aliquid perficere, parére uoluit, Syri coacti pro illis irruptionẽ facere, magnam cladem acceperunt. Itaq; Deus urbem liberauit, qui per Seuerum reuocauit milites, cùm poſſent in ipſam ingredi. & Seuerum cupientẽ eandem poſtea capere, per milites prohibuit. Quamobrem Seuerus tam anxio fuit animo & ſolicito, ut cùm ab eo unus ex ducibus ipſius tantummodo peteret quingẽtos quinquaginta milites Europæ, ſeq́; ſine reliquorũ periculo urbem capturum polliceretur, ita cunctis audientibus reſponderit: Vnde, inquit, tot milites habebo? Id ab eo propterea dictum eſt, quòd milites dicto audientes non eſſent.

Milites Europæ potiores.

Cùm autem tenuiſſet illam urbẽ obſeſſam ſpacio xx dierum, uenit in Palæſtinam, ac Pompeio parentauit: inde profectus in Aegyptum, totam regionem uidit, occultasq́; res in ea & penitus abditas conquiſiuit. Nihil enim fuit diuinarũ aut humanarum rerum, quod ille non uoluerit perſcrutari: præterea libros omnes in quibus arcana continentur, quiq́; potuerũt inueniri, ferè ex omnibus adytis ſuſtulit. Clauſit monumentum Alexandri, ne quiſquam corpus eius uideret in poſterũ, neúe ea quæ in ipſo ſcripta erant, legeret. Quæ cùm ab eo facta ſint, mihi non eſt neceſſe ſcribere cætera quæ ad Aegyptum pertinent: quanquã ea quæ de Nilo habeo multis rationibus perſpecta atque cognita, iure poſſum referre. Is ex

Seuerus parentauit Pompeio.

Seueri in Aegyptũ profectio.

Monumentum Alexandri.

monte

monte Atlante certò fluit, qui mons eſt in Macennitide, nõ longè ab Ocea
no, qua parte ſpectat ad occaſum Solis: mons eſt longè omnium altiſsimus.
quem poetæ ob eam cauſam columnã cœli eſſe dixerunt: nam ad ſummum
eius uerticem nemo aſcendit unquam, neq; culmina uidere potuit, quam-
obrem plenus eſt perpetuis niuibus, ex quibus æſtate magnã copiã aquæ
emittit, cùm alioqui ad radices undiq; paludes habeat, quæ tũc multo fiunt
maiores, augeturq; Nilus, propterea quòd fons eius eſt, ut ex crocodilis, cę
teriſq; quæ utrobiq; naſcuntur, conijcitur. Neq; uerò mirari quiſquam de-
bet, ſi nos ea diximus, quæ ſunt à ueteribus Græcis ignorata. Nam Macen-
nitę propter Mauritaniam inferiorem habitant, multiq; ex ijs qui illic bella
gerunt, ad Atlantem perueniũt: ſed de his hactenus. Interea Plautianus, cu
ius erat apud Seuerum maxima autoritas, quiq; præfecti poteſtatem habe-
bat, eratq; omnium hominum potentiſsimus, morte affecit magnum nume
rum priuatorum hominum, & optimatum. Is erat homo inexplebili cupidi
tate: omnia enim petebat ab omnibus, & capiebat omnia, nullamq; gentẽ,
nullam ciuitatem reliquit, quam non prædaretur: cumq; cuncta ciriperet
undequaq;, ea congerebat domum ſuam, multoq; plura munera ab omni-
bus ad eum, quàm ad Seuerũ mittebantur. Poſtremò equos Solis tigribus
ſimilimos ex inſulis maris rubri, miſsis Centurionibus furatus eſt. hoc enim
uno infinitã eius cupiditatem uideor oſtẽdiſſe. Quanquã & illud addendũ
uidetur, centum ciues Romanos nobiles uiros domi ab eo exciſos eſſe, id
quod nemo noſtrũ antè quàm ipſe moreret, intellexerat. Quibus ex rebus
percipi poteſt, quanta fuerit hominis peruerſitas atq; potentia. Excidit aũt
non ſolùm pueros & adoleſcentes, ſed etiã uiros, quorũ nonnullis uxores
erant: idq; fecit, ut Plautilla filia eius, quam poſtea Antoninus uxorẽ duxit,
haberet magnũ Eunuchorũ famulatũ. Nos quidẽ eoſdem homines Eunu-
chos, maritos, patres, priuatos teſtibus, exectos, & barbatos uidimus. Ex
quo non iniuria dici poteſt, Plautianũ omnibus hominibus, atq; adeò ipſis
principib. Romanis potentiorẽ fuiſſe. Etenim præter cætera ſtatuæ ei mul
to plures & maiores, quàm illis, non ſolùm in alijs ciuitatibus, ſed etiam Ro
mę, neq; tantùm à priuatis ciuibus, ſed etiam ab ipſo Senatu collocatę ſunt.
Per fortunã eius iurabant cuncti milites ac Senatores, proq; eius ſalute pu-
blicè ſupplicabatur. In cauſa harum rerum fuerat potiſsimum Seuerus, qui
ei ita permiſerat omnia, ut ille Imperatoris, ipſe præfecti loco eſſet. quic-
quid enim diceret, aut ageret Seuerus, id ille perſpectũ habebat: arcana ue-
rò Plautiani ſciebat nemo. Huius filiam Seuerus filio ſuo in matrimoniũ de
dit, poſthabitis multis uirginibus nobiliſsimis atq; pulcherrimis, ipſumq;
Plautianum deſignauit Conſulem, quem ferè cupiebat ſucceſſorem Impe-
rij relinquere. Nam ita de eo ſcripſit in epiſtola quadam: Virum diligo,
ut cupiam eum mihi eſſe ſuperſtitem: patiebaturq; illum recipi in potio-
ra diuerſoria, reſq; ad uictum neceſſarias meliores habere, & copioſiores.
Itaque cùm aliquando Nicææ, quæ mea eſt patria, mugilẽ poſtularet, quos
maximos ille fert lacus, miſit, qui à Plautiano peterẽt, acceptumq; ab eo ad
ſe perferrent. Quòd ſi ad comminuendam eius potentiam uidebatur non-
nulla facere, tamen his contrarijs, multoq; maioribus & clariorib. rebus cæ
tera omnia obſcurabantur. Quocirca Tyanis cùm Seuerus Plautianum æ-
grotantem uiſitaret, milites Plautiani non ſunt paſsi eos qui Seuerum con-
ſequebantur, unà ingredi. Et quidam cùm actiones haberet, iuſſus à Seue-
ro, cùm eſſet ociofus, ut aliquam actionem intẽderet, Non poſſum, inquit,

Nilus à monte Atlante ortum habet.

Plautiani præfecti auaritia atq; crudelitas.

Equi tigribus perſimiles.

Centum ciues exciſi à Plautiano.

Plautilla filia Plautiani nupſit Antonino.

Plautiani infinitæ ſtatuæ.

Plautiani filia Seueri filio matrimonio copulata.

Nicæa patria Dionis.

Plautianus Seuero longè potentior.

niſi Plautianus mihi iuſſerit: adeò potentior erat Seuero in rebus omnibus,
Iulia Auguſta. ut etiam apud eum Iuliam Auguſtam ſemper calumniatus ſit, & in eam, ac
de matronis nobilibus tormentis quæſiuerit: quę dum ob eam cauſam phi-
Plautiani luxus et ebrietas. loſopharetur, & tempus cum Sophiſtis trāſigeret, Plautianus homo profu-
ſa luxurie uomebat in conuiuijs, quòd nihil poſſet propter cibi uiniq; maxi
mam copiam concoquere, pueriſq; ac puellis non ſine magno probro ute-
batur, cùm tamen uetaret uxori ſuæ, ut neminem aſpiceret, neq; ſineret ullo
pacto, ut ab aliquo, ne ab ipſo quidē Seuero, aut Iulia cōſpiceret. Per id tem
Certamen mulierum. pus factū eſt mulierū certamē, in quo tanta cōuenerat multitudo athletarū,
ut mirarētur omnes, quemadmodū eos ſtadium caperet. In quo certamine
Lex ne mulieres gladiatorijs muneribus fungeretur. cùm mulieres crudeliſsimè pugnauiſſent, eſſentq; ob eam cauſam cæteras
nobiliſsimas fœminas cōuicijs conſectatę, cautū eſt ne qua mulier uſquā in
reliquū tempus munerib. gladiatorijs fungeretur. Cum igitur eſſent ſtatuæ
Statuæ Plautiani. cōplures factæ Plautiano (oportet enim res geſtas exponere) Seuerus ini-
quo animo ferens tantā ſtatuarū multitudinem, cōflare quaſdā ex ijs cepit.
Qua de cauſa rumor fuit in pleriſq; ciuitatibus, ipſum Plautianū oppreſſum
eſſe, & penitus interijſſe, multiq; ſtatuas eius cōciderunt, de quibus poſtea
Racius Conſtans. ſuppliciū eſt ſumptū. Fuit in eorū numero Racius Conſtās, uir clariſsimus,
qui Sardiniæ præerat. Quarū rerū ego mentionē feci, propterea quòd cùm
orator, qui Conſtantē accuſauit, multa dixiſſet, atq; illud in primis, Cœlum
ruere citius poſſe, quàm Plautiano damnum à Seuero inferri: quibus rebus,
atq; ijs quæ ſunt eiuſdem generis, dicente illo, fides haberi poterat meritò:
Plautiani mors. cumq; Seuerus audacter nobis, qui unà iudices eramus, confirmaſſet, non
poſſe ullum malū ab ſe Plautiano accidere, nō tamen perpetuò floruit Plau
tianus, ſed intra annum occiſus eſt, cunctæq; ſtatuæ ipſius diſsipatæ ſunt.
Cetus ingens. Antè quàm autem id fieret, cetus maximus appulit in eum portum quem
Auguſti eſſe dicimus, in eoq; captus eſt. Cuius ceti figura introducta in am-
Prodigia. phitheatrum, tanta fuit, ut quinquaginta urſos caperet. Præterea cometes
Romæ per multos dies uiſus eſt, fuitq; opinio eum magnū aliquod malum
Congiarium Seueri. portendere. Interea Seuerus poſtquam attigit decennium principatus ſui,
congiario populo, prætorianiſq; militibus dato, eis tot aureos, quot annos
imperauerat, dedit. Quam ob cauſam ſibi mirum in modum placebat, cùm
reuera nemo unquam ſimul tantundem eis dediſſet. conſumptum enim in
Quinquies mille myriades drach. ea largitione bis millies ſeſtertiûm. Eodem anno celebratæ ſunt nuptię An
tonini filij Seueri, & Plautillæ Plautiani filiæ. Is tantū filiæ ſuæ dedit, quan-
Plautillæ & Antonini nuptiæ. tum reginis quinquaginta ſatis fuiſſet. quæ omnia per forū uidimus cōpor-
tari in Palatiū, in quo nobis epulum datū eſt regio & Barbarico apparatu.
Aderant enim epulę rerū omniū, quib. ueſci homines ſolent, multaq; in his
Spectacula. cocta, multa cruda, nōnulla etiā uiua cepimus. Tum edita ſunt uaria ſpecta-
cula propter reditū Seueri, & decenniū principatus eius, ac uictorias quas
reportauerat: in quibus ſpectaculis apri ſexaginta Plautiani inuicē certaue-
runt, ut erat mandatū: cæſæq; ſunt aliæ permultæ beſtiæ, atq; in primis ele-
Crocota primùm Rom. phas & crocota. Id animal eſt Indicū, ac tum primùm, quòd ſciam, Romam
aduectū eſt. Color eius eſt leænæ permixtæ cum tigri: figura quodāmodo
ex cane & uulpe conſtat. Earum receptaculū in amphiteatro ædificatū erat
inſtar nauis, ita ut reciperet quadringētas feras, eaſdemq; ſimul omnes red-
deret: qua ex naui ſubitò diſſoluta exilierūt urſi, leænæ, pantheræ, ſtruthio-
Biſſones. nes, onagri, biſſones, quod genus boum eſt patria & aſpectu barbarum.
Itaq; ſeptingentæ feræ, manſuetæ'ue beſtiæ ſimul concurrere, & poſtea cō
fodi

fodi uiſæ ſunt. Occiſis enim ſingulis diebus centum, pro numero dierum feſtorum, qui ſeptem ferunt, ſeptingẽtæ ſunt occiſæ. Per eos dies reſplenduit in monte Veſuuio ignis maximus, in eoq́ tanti mugitus extitere, ut Capuã uſq́ audirentur: in qua ciuitate ego, quoties moror in Italia, habitare ſoleo. nam eum locum mihi delegi certis de cauſis, ſed præſertim ut haberem ocium, quod uacuus è curis moleſtijsq́ Vrbis, in ſcribenda hac hiſtoria conſumerem. Videbatur igitur ex ijs quæ in Veſuuio acciderunt, quandam rerum commutationem fore, quæ in Plautiano paulo pòſt eſt facta. Verè enim Plautianus magnus, uel ſummus potius erat, ita ut populus aliquando diceret in Circo, Quid tremis? cur palles? tu quidem certè plus quàm tres iſti poſsides. Id ei ſcilicet non dicebatur, ſed alteri. Significabant autem tres uiros, Seuerum cum duobus filijs, Antonino & Geta. Pallebat uerò Plautianus & tremebat ſemper, cùm propter rationem uictus quam inſtituerat, tum propter ſpem metumq́ futurarũ rerum in quibus erat. At horum magna pars uel latebat Seuerũ: uel ſi ſciebat, ea ſe diſsimulabat ſcire. Sed poſtquam Geta frater moriens ſignificauit Seuero omnia quæ Plautianus agebat, (quippe illum oderat, nec metuebat amplius) Seuerus Getæ ſtatuam ex ære in foro poſuit, deſijtq́ habere Plautianũ in tanto honore, magnaq́ ex parte potentiam eius comminuere cepit. Quas res moleſtè ferens Plautianus, Antonino, quem antè propter filiam ſuam quæ ab eo minus honorificè tractabatur, oderat, infenſus atq́ inimicus fuit, quaſi autori iſtius ignominiæ, ſeq́ cũ eo geſsit acerbius. His rebus permotus Antoninus, iratusq́ uxori fœminæ impudentiſsimæ, atq́ ipſi Plautiano, qui non ſolùm conquirebat omnia quæ Antoninus ageret, ſed etiam eum moleſtè increpabat in rebus omnibus, ab eo ſe uindicare & liberare ſtatuit. Itaq́ per Euodum educatorem ſuum, Saturnino Centurioni alijsq́ uiris duobus itidem Centurionibus perſuaſit, ut renunciarent Seuero iuſsiſſe Plautianum decem Centurionibus, ex quorum numero eſſent ipſi, Seuerum cum Antonino occidere. Id Centuriones faciunt, recitantq́ literas Seuero, quas aiunt ſe ob hanc cauſam à Plautiano accepiſſe. Hæc ſtatim peractis ſpectaculis, quæ in Palatio fiebant Heroïbus, dimiſſoq́ populo, cùm eſſet cœnæ tempus, acta ſunt: quibus ex rebus commentum argui facilimè poterat. Neq́ enim Plautianus auſus fuiſſet decem Centurionibus ſimul, neq́ Romæ, neq́ in Palatio, illo die, aut hora quicquam tale præcipere, præſertim per literas: ſed tamen uiſum eſt credibile Seuero, propterea quòd ſuperiore nocte uiderat per quietem Albinum uiuere, ſibiq́ inſidias parare. Itaq́ Plautianum celeriter tanquam ob alias cauſas accerſi iuſsit. Qui eo modo uenit, uel potius mors ei diuinitùs ita denunciata eſt, quòd mulæ quæ currum eius agebant, ceciderint in Palatio. cùm ianitores qui erant ad cancellos, eum ſolum intrare permiſiſſent, prohibitis ijs qui conſequebantur, ut eundem comitibus Seueri Tyanis feciſſe ſuprà diximus, cepit habere rem ſuſpectam, & pertimiſcere: tamen quia neſciebat quomodo retrocederet, ingreditur. Hic Seuerus cum eo loquitur perhumaniter. Quid enim, inquit, tibi uenit in mentẽ? aut quamobrem nos uoluiſti interficere? Dum ei poteſtatem reſpondendi facit, paratq́ ſe ut defenſionem eius audiat, Antoninus Plautiano neganti, admirãtiq́ orationem Seueri, facto impetu gladium abſtulit, eumq́ pugno percuſsit. Volebat Antoninus Plautianum ſua manu occidere, cùm is diceret, Tu me præueniſti: ſed prohibitus à patre, iuſsit uni ex famulis, ut ipſum interficeret. Interea quidam ex ijs qui aderant, pilos ex mento eius euulſos,

Iuliæ

Veſuuij incendium.

Dion libenter habitabat Capuæ.

Plautianus.

Antoninus & Geta filij Seueri.

Geta frater Seueri.

Getæ ſtatus ærea.

Plautiani contra Antoninum ſimultas atque odium.

Euodus.

Seueri ſomniũ.

Seueri ad Plautianum oratio.

Plautianus obtruncatur.

Plautiani pili ad Iuliam Plautillamq́; deferuntur.

Iuliæ Plautillæꝗ quæ tum ſimul erant, attulit, antequã aliquid audiuiſſent: Vos uerò, inquit, ueſtrum Plautianum uidete. quæ res alteri fuit mœrori, alteri ſolatio. Itaque Plautianus noſtra memoria omnium hominum potentiſsimus, quem magis quàm ipſum principem metuebant omnes, quique ſpe multo maiore elatus fuerat, à genero interficitur, eꝗ Palatio proijcitur in uiam: quanuis elatus tandem iuſſu Seueri, & ſepultura affectus ſit.

Seueri ad Patres cõſcriptos oratio. Poſt hæc Seuerus Senatum conuocat in Curiam, neque tamen Plautianum criminatur, tantummodo deplorat conditionem humani generis, quòd ſummos honores non ferat: accuſatꝗ ſe, quòd illum tanto honore & beneuolentia proſecutus eſſet: dein eos qui conſilium & inſidias Plautiani indicauerãt, omnia referre ad nos iubet, eiectis è Senatu ijs qui minus erant neceſſarij, ut dum nihil exponeret ipſe, ſe non magnam fidem indicibus habere oſtenderet. Venêre multi in maximum periculum Plautiani cauſa: nõnulli etiam morte affecti ſunt.

Cœranus. Cœranus quidem cùm ſe amicum Plautiani „ eſſe ſemper diceret, ut pleriꝗ omnes ſolent fortunatis hominibus, eos qui „ primi ante alios uocati Plautianũ ſalutatum uenirent, comitari ſolebat uſꝗ ad poſtremas fores: qui cum etſi Plautianus non cõmunicabat ſecreta conſilia, tamen quòd medius inter utraſꝗ fores morari conſueuerat, licet Plautiano foris eſſet, tamen cęteris intus eſſe uidebatur, ob eamꝗ cauſam magis ſuſpectus fuit.

Plautiani ſomnium. Augebat ſuſpicionem, quòd cùm Plautianus uidiſſet in ſomnis paucos piſces, dum è Tiberi exirent, ad pedes ſuos accidere, reſpondit eum terræ mariſꝗ imperium habiturum. Itaꝗ relegatus in inſulam, ſeptem annos fuit: deinde reſtitutus, primusꝗ ex Aegyptijs hominibus cooptatus in ordinem Senatorium, factus eſt Cõſul, ut Pompeius, nullo antè geſto magiſtratu.

Cæcilius Agricola Plautiani aſſentator. *Cæcilij Agricolæ mors.* Cæcilius autẽ Agricola, qui in primis aſſentatoribus Plautiani habebatur, quiꝗ nequitia ac libidine nemini ſecundus erat, capite damnatus domum uenit: plenusꝗ uini refrigerati poculum, quod ducentis millibus nummûm emptum fuerat, alliſit: ipſe ſecta uena ſuper id mortuus eſt.

Saturninus. *Euodus.* Saturninus quoꝗ & Euodus licet tunc honore affecti ſint, tamen ab Antonino poſtea occiſi ſunt.

Seueri contra Euodum dicterium. Cumꝗ nos Euodũ decreto ornaremus laudibus, Seuerus uetuit his uerbis, Turpe eſt, inquit, id de uiro Cæſariano in ueſtris decretis ſcriptum inueniri. Neꝗ enim ſinebat hunc Seuerus, neꝗ reliquos Cæſarianos libertos iniuriam facere, aut inſolẽtes eſſe. Cumꝗ bene ob hanc cauſam audiret, ipſum aliquando collaudauit Senatus, ac magno edito clamore, Omnes, inquit, rectè faciunt omnia, propterea quòd tu iuſtiſsimè imperas.

Plautilla Liparam relegatur. Plautilla autem Plautusꝗ filij Plautiani tunc incolumes euaſerũt, in Liparam relegati, licet ſub Antonino poſtea interfecti ſint, uixereꝗ calamitoſe atꝗ in maximo metu & inopia neceſſariarũ rerum.

Antonini & Getæ licentia. Tum filij Seueri, Antoninus & Geta Plautiano tanquã pædagogo liberati, cepêre omnia pro libidine agere, mulieres dedecore afficere, pueros uiolare, iniquè colligere pecuniam, gladiatores atꝗ aurigas ſibi ſocietate deuincire, ſeꝗ inuicem imitari propter factorum ſimilitudinem, & tamen inter ſe contrarijs ſtudijs diſsidere. Nam ſicui unus eorum ſe addiceret, alter aduerſariũ eius proſſus eligebat: deniꝗ cùm exercendi cauſa de curribus, quos agebãt equi parui, certarent inter ſe, in tantam contentionẽ uenerunt, ut Antoninus ex curru ceciderit, ac crus fregerit.

Seueri Imperatoris crudelitas. *Quintilli Plautiani mors.* Interea Seuerus apertè multas cædes fecit, atꝗ in primis Quintilli Plautiani uiri nobiliſsimi, qui erat unus ex primis Senatoribus: cumꝗ iam eſſet grandis natu, uiueretꝗ ruri, nec quicquã quæreret aut faceret curioſius, tamen calumniã non effugit, ſublatusꝗ eſt. Hic paulo

antè

ante quàm moreretur, poſtulauit ut ea quæ ad ſepulturam ſuam iamdudū cōparauerat, ad ſe perferrentur. Quæ poſtquā uidit uetuſtate conſumpta, Quid hoc rei eſt, inquit, itane cunctati ſumus? deinde facto ſacrificio, idē inquit, Peto à dijs immortalibus, quod Adriano Seuerianus optauit. itaq; interijt. Pòſt edita ſunt certamina gladiatoria, in quibus præter alia, decem tigres ſimul confoſſæ ſunt. Poſt hæc exitum habuerunt ea quæ ad Apronianum pertinēt, ſanè auditu perquàm admirabilia. Accuſatus eſt enim, dictum olim fuiſſe, nutricē eius uidiſſe per quietem eum regnaturū, ipſumq; ob eam cauſam Magicis artibus uſum eſſe. Quamobrem abſens (præerat enim Aſiæ) condemnatus eſt. Cumq; legerentur in Senatu, quæ quæſtiones in ipſum eſſent habitæ, ſcriptum inuenimus, interrogatos fuiſſe eos, de quibus quæſtio habebatur, quis narrauiſſet ſomnium? quiſue audiuiſſet? atq; unum ex ijs reſpōdiſſe cùm alia multa, tum uerò ſe præterea Senatorē quendam caluum quaſi per tranſennam aſpicientem uidiſſe. Id ubi nos audiuimus, ualde cōturbati fuimus. neq; enim ille nomen cuiuſquam dixerat, neq; Seuerus ſcripſerat. Hoc metu correpti fuere etiam ij qui nunquam Apronianum cōuenerant, neq; ſolùm calui, ſed etiam recaluaſtri: noſtrumq; ſatis confidebat nemo, niſi ij qui ualde comati erāt. Cumq; illos cuncti circumſpiceremus, primò rumor erat hunc eſſe, mox aliū. Ego quidē (quanquam eſt perridiculum) tamen non reticebo id quod mihi tum accidit. tantam mihi hæc res attulit perturbationem, ut ſtatim capillos mei capitis requiſiuerim, eoſq; manu attrectauerim: idemq; ab alijs permultis factū eſt. In primis obſeruabamus eos qui calui eſſe uidebantur, quaſi in illos periculum noſtrum reijceremus. idq; fecimus, antè quàm legeretur illum Senatorem caluum indutum fuiſſe ueſte purpurea. Nam poſtquam id recitatū eſt, omnes in Bœbium Marcellinum oculos coniecimus. is enim tum Aedilis fuerat, ac maximè caluus erat. Marcellinus ſurrexit illicò, & in medium uenit, Me uerò, inquit, ille agnoſcet, ſiquidem uidit. Quo facto à nobis collaudato, index introducitur, tacetq; diu præſente Marcellino, circumſpiciens, quem agnoſceret: tandem obſeruato nutu cuiuſdam obſcuro, Marcellinum reſpicit, ipſumq; eſſe ait. Hic igitur Marcellinus, quòd homo caluus uiſus eſſet quaſi per tranſennam aſpicere, educitur è Senatu, lamentaturq; maximè. Cumq; tranſiret per forum, noluit procedere longius, ſed ibi filijs quatuor quos habebat ſalutatis, orationem habuit miſerabilem: Hoc unum, inquit, magno me dolore afficit filij chariſsimi, quòd uos ſuperſtites relinquo: dein capite truncatus eſt antè quàm eſſet renunciatum Seuero, eum cōdemnatum eſſe. Huic autor mortis fuit Pollenius Sebennius, cuius iniuria tam atrox non potuit impunita diſcedere. Cùm enim deditus ad ſupplicium fuiſſet Noricis à Sabino, quorum præfecturam nō bene adminiſtraſſet, magno dedecore affectus eſt. Nos quidem ipſum abiectū ad pedes & ſupplicem iacere uidimus: perijſſetq; miſerè, niſi ueniam per Aſpacem patruum ſuum impetrauiſſet. Hic mordaciſsimus omnium hominum ac dicaciſsimus fuit: ſolebatq; omnes homines contemnere. gratificari amicis, ulciſci inimicos. Feruntur eius multa ſalſa & urbana dicteria in multos, atque adeò in ipſum Seuerum. ex quibus eſt illud, quòd cùm Seuerus aſcriptus eſſet Marci familię, ita ei dixiſſe ferē, Gratulor, inquit, tibi Cæſar, quòd patrem inueneris: quaſi antè patrem non habuiſſet propter ignobilitatem & obſcuritatem generis. Sub id tempus Bulas homo Italus comparata manu ſexcentorum latronum in Italia, biennio maximas prædas fecit, Imperatoribus

Gladiatoria certamina.

Aproniani accuſatio & damnatio.

Calui in periculo.

Bœbius Marcellinus Aedilis caluus.

Pollenius Sebennius.

Scomma in Seuerum.

Bulas famoſus latro.

toribus, totoꝗ militibus præſentibus: cumq́ꝫ illum perſequerentur multi, Seuero ipſum ſtudioſe diligenterq́ꝫ inueſtigante, uiſus non uidebatur, non inueniebatur inuentus, deprehenſus nō capiebatur: idq́ꝫ maximis donis perficiebat homo magna prudentia præditus. Intelligebat enim nō ſolùm qui Roma exirent, & qui Brundusium nauigarent, ſed etiam qui, qualeſ ue, & quot homines eſſent, & quantas facultates haberent. Ex quibus nōnullos dimittebat ſtatim, accepta aliqua parte eorum quæ habebant: artifices retinebat aliquanto tempore, ut eorum opera uteretur, eosq́ꝫ deinde datis muneribus dimittebat. Cumq́ꝫ duo ex prædonibus ipſius capti eſſent, eosq́ꝫ non multo tempore pòſt ad beſtiàs damnari oporteret, ipſe ad cuſtodē carceris uenit, ſimulauitq́ꝫ ſe regionis præfectū eſſe, ac paucis eiuſcemodi hominibus egere: itaque ſuos recepit ac liberauit. Dein acceſsit ad Centurio-

Bulas prædones captos ex carcere liberat.

nem, cui mandatum erat à Seuero ut hos prædones tolleret: apud eum, tanquam alius ſit ipſe, ſe accuſat, promittitq́ꝫ ei, ſi ſequi uelit, ſe latronem in manus daturum: pòſt eundem in uallem cōcauam & ſaxoſam ducit, tanquam ad Philicem capiendum (nam id Bulæ cognomen erat) ibi hominem facilè comprehendit, eoq́ꝫ facto conſcendit in tribunal, accepta ueſte magiſtra-

Seueri centurio à Philice captus aſtutè, raſus ad Imperatorem remittitur.

tus: tum ad ſe Centurionem uocat, eiq́ꝫ radi caput iubet: Nuncia, inquit, dominis tuis, ut ipſi ſeruos ſuos alant, ne latrocinentur: habebat enim complures Cæſarianos, partim exigua mercede conductos, partim nullo certo ſtipendio. Hæc dum ſigillatim cognoſceret Seuerus, ſtomachabatur, quòd cùm aliorum opera hoſtes in Britannia uinceret, ipſe in Italia latronē inferior eſſet. Ob hanc cauſam mittit tribunum ſtipatorum cum magno equitum numero: eiq́ꝫ, niſi latronem ad ſe uiuum adducat, grauiter minatur. Tri-

Philicis in Papinianum dicterium, & mors.

bunus ubi intellexit latronem cum aliena uxore habere cōſuetudinem, mulieri per uirum perſuadet, ut ſe ſecuro animo iuuare uelit. Itaque latro huius mulieris ope in ſpelunca comprehenditur. Qui cùm poſtea interrogaretur à Papiniano præfecto prętorio, cur latrocinium feciſſet, ita reſpōdit: Et tu, inquit, cur præfectus es? Tandem uerò uoce præconis ipſe beſtijs obiectus, turbaq́ꝫ reliquorum prædonum diſperſa eſt, quòd tota uis ſexcento-

Profectio Seueri in Britāniā.

Siderum influxus.

rum in ipſo repoſita eſſet. Poſt hæc Seuerus in Britanniā cum exercitu proficiſcitur, dum filios intemperantes eſſe, & legiones nimio ocio affluentes corrumpi uidet, idq́ꝫ fecit, cùm ſciret ſe inde non eſſe reuerſurum: quod maximè cognouerat ex ſtellis, ſub quibus natus erat. Id enim in laqueatibus ædium quę erant in Palatio, in quibus ius reddebat, ſcriptum reliquit, ita ut ab omnibus, præter eam partem quæ ad horā, ut aiunt, qua natus eſſet, ſpectabat, horoſcopus Græcis dicta, uideretur. Eum enim utrobique non eo-

Prodigia Seueri mortē præcedentia.

dem modo inſculpſit. Iamq́ꝫ idem audiuerat ex uatibus. Nam fulmen in ſtatuam ipſius, quæ ad eam portam collocata erat, quà exercitum erat educturus, quæq́ꝫ ſpectabat in uiam, qua illuc itur, cecidit, treſq́ꝫ literas de nomine eius deleuit. Itaque Seuerus, ut prædictum fuerat à uatibus, reuerſus non eſt: ſed tertio anno pòſt diſceſsit è uita, cum grandem pecuniā collegiſſet.

Duo genera Britannorum.

Britannorum uictus, ritus ac mores.

Cæterùm Britannorum duo ſunt præſertim genera, Caledonij, & Mæatæ. nam cæterorum nomina ad hos ferè referuntur. Incolūt Mæatæ iuxta eum murum, qui inſulam in duas partes diuidit: Caledonij poſt illos ſunt. Poſsident utrique montes aſperrimos, & ſine aqua: itemq́ꝫ campos deſertos, plenosq́ꝫ paludibus: quodq́ꝫ mœnia non habent, nec urbes: agros nullos colunt: de præda & uenatione, fructibusq́ꝫ arborum uiuunt. nam piſces, quorum ibi maxima eſt & innumerabilis copia, non guſtant. Degunt in tento-

rijs

rijs nudi & ſine calceis: utuntur communibus uxoribus, liberosq; omnes alunt. Apud hos populus magna ex parte principatum tenet: latrocinantur libentiſsimè: militant de curribus: equos habent paruos & celeres: pedites currunt celerrimè: dum ſtant, firmiſsimi ſunt. Horum arma ſunt ſcutum, & haſta breuis, in cuius inferiore parte pomũ eſt ex ære, ut, dum cõcutitur, hoſtes ſonitu perterreſaciant. Pugiones quoq; habent: ſed in primis famem, frigus'que, ac labores omnes perferunt. nam merſi in paludibus capite tenus, per multos dies inediam ſuſtinent: in ſyluis autem, corticibus atq; radicibus arborum aluntur. Certum cibi genus parant ad omnia, quem ſi ceperint, quãta eſt unius fabę magnitudo, minimè eſurire aut ſitire ſolent. Cùm igitur Britannia inſula talis ſit, incolas huiuſmodi habet. Eſt enim inſula, quod conſtitit illis temporibus, ut ſuprà dictum eſt. Ea patet in longitudinem ad millia paſſuum DCCCXCI: in latitudinem, qua parte latiſsima eſt, CCLXXXIX: qua uerò parte eſt anguſtiſsima, XXXVII. Huius inſulæ pars paulo minus, quàm dimidia noſtra eſt: quam Seuerus cùm uellet omnem in ſuam poteſtatem redigere, ingreſſus eſt in Caledoniam, eamq; dum pertranſiret, habuit maxima negocia, quòd ſyluas cæderet, & loca alta perfoderet, quodq; paludes obrueret aggere, & pontes in fluminibus faceret. Nullum enim prælium geſsit, neque copias hoſtium inſtructas uidit, à quibus proponebant conſultò oues bouesq;, ut cùm ea noſtri raperent, ac longè de uia declinarent, facilè opprimerentur. Ad hæc noſtris aquæ ualde oberant, diſperſisq; inſidiæ parabantur: cumq; non poſſent iter facere, occidebantur à ſuis, ut ne ab hoſtibus caperentur. Itaque mortui ſunt è noſtris ad quinquaginta millia. Neq; tamen deſtitit Seuerus, quouſque ad extremam inſulã uenit, ubi diuerſum, quàm apud nos ſit, curſum Solis, itemq; noctiũ ac dierum, æſtiuorum atq; hybernorum magnitudinem diligentiſsimè cognouit. Tandem per omnem terram hoſtilem uectus (nam plurimùm propter imbecillitatem operta lectica uehebatur) reuertit ad ſocios, Britannis ad fœdus faciendum coactis, ea conditione, ut non parua regionis parte cederent. Perturbabat eũ Antoninus & ſolicitabat maximè, non ſolùm quòd libidinoſe & petulãter uiueret, ſed etiam quòd perſpicuum eſſet, ab eo, cùm primùm daretur poteſtas, fratrem interfectum iri, quodq; iam ipſi Seuero inſidias feciſſet. Exiluerat enim aliquando è tabernaculo, exclamans ſibi à Caſtore iniuriam afferri. Hic erat uir omnium Cæſarianorum qui cum Seuero erant, optimus, cui conſilia Seueri credita. & cura cubiculi mandata erat: præſtoq; fuêre ſubitò pauci milites, qui antè ob eã cauſam inſtructi fuerant, à quibus unà conclamatum eſt: at ij, quòd repentè uiſus eſſet Seuerus, capti ſunt, atq; in ſeditioſiores eſt animaduerſum. Præterea cùm ambo proficiſcerentur ad Caledonios, ut arma ab ijs caperent, & de fœderibus colloquerẽtur, Antoninus ipſum palàm ſua manu occidere eſt conatus. Nam cùm fortè equitarent unà (Seuerus enim, licet ei plantę pedum, quæ ſanæ non erãt, ſectæ eſſent, tamẽ equo uehebatur) equitaretq; pariter reliquus exercitus, & hoſtium copiæ uiderentur, Antoninus equo refrænato magno ſilentio percommodè gladium diſtrinxit, ut tergum patris percuteret: quod ubi animaduerterunt ij qui ſimul equitabant, exclamauerunt protinus, eoq; clamore perterritus Antoninus, ſe abſtinuit. Seuerus etſi ad clamorem eorum conuerſus gladium uidit, tamen nullum uerbum fecit, ſed perfectis pro tribunali rebus neceſſarijs, reuertit in prætoriũ: ibi filium, & Papinianũ, & Caſtorem ad ſe uocat: dein gladium in medio collocari iubet. Hîc illum increpat,

Britannorum armatura.

Simili cibo utũtur Turcæ noſtro tempore.

Britanniæ longitudo & latitudo.

Septem millia centum triginta duo ſtadia.

Duo millia trecenta decẽ ſtadia.

CCC. ſtadia.

Caledonia.

Seueri Imperatoris in Britannia res geſtæ.

Britannorum cum Seuero fœdus.

Antonini libido & petulantia.

Caſtor.

Antonini in patrem impietas.

Seuerus è pedibus laborat.

Seueri in Antoninum clementia.

pat, quòd tantum facinus eſſet auſus committere, quodq́ſ ſocijs & hoſtibus
uidētibus nefariū ſcelus facere cōſtituiſſet: tandem, Si me cupis, inquit, in-
terficere, hîc me interfice: nā uita iam functus ſum, & ſenex, & iaceo. Quòd
ſi id recuſas, aut times tua manu facere, adeſt tibi Papinianus præfectus, cui
iubere potes ut me interficiat: nam is tibi, quicquid præceperis, propterea
quòd ſis Imperator, efficiet. Hæc cùm dixiſſet Seuerus, tamen nihil filio no-
cuit, quanquam ſæpe accuſabat Marcum, quòd Commodum non ſuſtuliſ-
ſet, ac crebrò ipſi filio ſe id facturum minabatur. Sed ea Seuerus per iram di
cebat: erant enim ei filij multò chariores, quàm ciues: quanquā in hac re al-
terum ex filijs prodidit, dum certô ſciret quid ei eſſet euenturum. Poſt hæc
defectio Britannorum iterum facta eſt: quamobrem Seuerus conuocatis
Crudelitas Se- militibus, iuſsit ut regionem eorum inuaderent, atq; omnes, quibus occur-
ueri. riſſent, interficerent: idq́; præcepit his uerſibus.
Iliados. ζ.

—μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
Χεῖρας δ' ὑμετέρας, μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ
Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὡς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.

Nemo manus fugiat ueſtras, cædemq; cruentam,
Non fœtus, grauida mater quem geſtat in aluo,
Horrendam effugiat cædem.

Quo facto, quòd Caledonij cum Mæatis defecerant, cōparabat ſe, ut bel-
lum illic gereret. Sed dum in ijs rebus eſſet, morbo extinctus eſt pridie No-
Mors Seueri. nas Februarij: traduntq́; hunc morbum nōnihil ab Antonino eſſe auctum.
Antè quàm uerò moreretur, fertur hæc liberis dixiſſe (referam enim ea quę
dicta ſunt, ſine ullo ornatu uerborum) Facite, inquit, ut cōueniat inter uos:
locupletate milites, cæteros omnes contemnite. Poſt hæc corpus eius mo-
re militari effertur à militibus, imponiturq́; in rogum honeſtatum militum
& filiorum ipſius decurſione. Coniecêre in eum dona militaria ij qui tum
habebant: filij ignem accēderunt: oſſa in urnam factam ex porphyro lapide
coniecta Romam perlata, & in Antoniano repoſita ſunt. Fertur Seuerus
hanc urnam paulò antè quàm decederet è uita, iuſsiſſe ad ſe perferri: dein
contrectaſſe, atq; ita dixiſſe, Tu, inquit, uirum capies, quem totus orbis ter-
rarum non cepit. Seuerus erat tardo corpore, ſed tamen forti, quanquā po-
dagra ualde imbecillum fecerat: prætereą acutiſsimo & excellentiſsimo in-
genio, ſtudioſus bonarum artium: quarum ſcientiam cùm eſſet cōſecutus,
conſilio plus, quàm uerbis poterat: erga amicos gratus, inimicis grauiſsi-
mus: diligens in rebus gerendis, negligens in requirendo, quis ſermo de i-
pſo haberetur: auidus pecuniæ, quam omnib. modis colligebat, niſi quòd
eius cauſa nemini mortē attulit. In ſumptu parciſsimus erat: noua ædificia
extruxit, uetera reſtituit: quippe Baccho & Herculi templum maximū ædi
ficauit. Et quanquam magnos ſumptus fecit, tamē multa millia aureorum
Seueri contra reliquit. Criminari ſolebat incontinentes, ob eamq́; cauſam leges de mœ-
mœchos lex. chis tulit, ex quibus quàm plurimi in ius uocati ſunt. Ego quidē, cùm Con
Tria millia ſul eſſem, inueni ſcriptum in tabulis, tria millia mœchorū eſſe accuſata. Sed
mœchorum in cùm iam pauci mortales ea iudicia exequerentur, cepit de ijs quærere ne-
ius uocata. gligentius. Ex quo urbanè in primis Argetocoxi Caledonij uxor, Iulię Au
Britannæ mu- guſtæ quæ ipſam mordebat, initis fœderibus, quòd ipſæ impudenter cum
lieris facetè di- maribus uerſarentur, dixiſſe fertur, Nos, inquit, multo melius explemus ea
ctum in Roma- quæ naturę poſtulat neceſsitas, quàm uos Romanæ. nam apertè cum opti-
nas. mis uiris habemus conſuetudinem: uos autem occultè peſsimi homines cō
ſtuprant.

Seueri in pace uiuendi ratio.

ſtuprāt.id enim à muliere Britanna dictum eſt.Cæterùm Seuerus,cùm pax eſſet,ita uitā inſtituerat,ut hæc omnia faceret.Prima luce ius reddebat,pòſt deambulabat, dicens audiens'ue ea quæ ad Imperij utilitatem pertinerent: dein iudicabat ſeparatim, niſi celeberrimus dies feſtus eſſet, agebatq́ in eo optimè,quòd & litigantibus aquam,quātum ſatis erat,ſuppeditaret,& nobis unà iudicantibus magnam libertatem in dicendis ſententijs largiretur. Iudicabat autem ad meridiem:poſt meridiem equitabat,quantum poterat: poſt hāc exercitationem corporis lauabatur:tum prandebat ſolus, uel cum liberis ſatis opiparè & apparatè: poſt prandij tempus magna ex parte dormire cōſueuerat.Excitatus ex ſomno,perſequebatur reliqua:in primis uerſabatur in ſtudio Græci & Latini ſermonis,cùm interim deambularet. Sub ueſperum iterū lauabatur, cœnabatq́ cum ſuis domeſticis & familiaribus: nam ex alijs conuiuam admittebat neminem, certisq́ diebus tantùm, ijsq́ maximè neceſſarijs ſumptuoſas cœnas faciebat. Vixit annos LXV, menſes IX,dies XV:erat enim natus III Idus Aprilis. Regnauit annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres. In ſumma adeò fuit in rebus gerendis acer & induſtrius,ut dixerit moriens,Agedum,ſiquid nos oportet facere.

ANTONINVS CARA=
callus.

POST mortem Seueri Antoninus totum Imperium obtinuit: nam etſi dicebat, id ſibi eſſe cum fratre commune, tamen reuera ſolus ſtatim imperare cepit, diremitq́ bellum cum hoſtibus,atq́ regione ceſsit,& munita loca deſeruit.Domeſticos ſuos partim dimiſit:in quorum numero fuit Papinianus pręfectus prętorio:partim occidi iuſſit, in quibus fuit Euodus educator ipſius, & Caſtor, uxorq́ Plautilla cum Plauto fratre eius. In Vrbe ſuſtulit hominem minimè quidem nobilem,ſed tamen percelebrē in eo ſtudio,cui ſe dediderat. nam egregium aurigam,quòd eſſet factionis cōtrariæ,interfecit.Hic ſenex mortuus eſt,poſteaquā coronatus eſſet in plurimis equorū certaminibus. obtinuerat enim coronas DCCLXXXII. quod antè cōtigerat nemini.Fratrem quoq́ uel patre uiuo uoluit interficere: ſed neq́ propter patrem tunc, neq́ pòſt in itinere propter exercitum potuit, apud quem ille chariſsimus erat, præſertim quòd facie patris ſimilimus eſſet. Sed poſtquam Romam uenit, ipſum quoq́ ſuſtulit. Simulabant hi mutuam inter ſe beneuolentiā, collaudabantq́ ſe inuicem,cùm tamen agerent contraria.Nec erat obſcurum,fore ut aliquod magnum malum ex ipſis exiſteret.Nam cùm eſſet decretum à Senatu,ut pro cōcordia utriuſq́ ſacrificaretur dijs immortalibus,ac præſertim ipſi Concordię:uictima à ſacerdotibus eius Deæ ad ſacrificium comparata,Conſul profectus eſt ut ſacra faceret.Sed nec is ſacerdotes,nec illi inuenire Conſulem potuerunt: ſed omnem ferè noctem cōſumpſerunt, dum ſe mutuò conquirerēt, adeò ut ſacrificium fieri non potuerit: poſtridieq́ eius diei duo lupi aſcēdere in Capitolium, quos dum aliquot homines inſequerentur,alterum compræhenderūt in foro,alterum poſtea extra pomœrium occiderūt.Quæ res ad Antoninum & Getam pertinuit.Statuerat Antoninus fratrem occidere Saturnalibus,tamen nequiuit,propterea quòd id facinus manifeſtius fuiſſet,quàm ut potuiſſet occultari.Ex eo tempore complu

Papinianus præfectus prætorio.

Euodus Caſtor, Plautilla, Plautus occiſi.

Antonini in Getam fratrē magna impietas.

Cōcordiæ deæ ſacrificia inſtituuntur.

Prodigia quæ Getæ mortem præceſſerunt.

res eorum pugnæ factæ ſunt, quaſi mutuò ſibi inſidiarentur, contrarijs præſidijs collocatis. Sed cùm magnus numerus militum atq; gladiatorum domi foriſq;, dies atque noctes Getam cuſtodiret, perſuaſit matri, ut ſe ambos in thalamum uocaret, ut in eo reconciliarentur. Eò Geta, qui matri confidebat, ingreditur cum Antonino: poſtquam intus fuere, aliquot centuriones, qui fuerant in inſidijs ab Antonino collocati, ſimul in Getam impetum faciunt, eumq;, qui uiſis percuſſoribus ad matrem perfugerat, ac iam tum ex collo eius pendebat, adhærebatq; ipſius pectori atque uberibus, occidunt lamentantem, clamantemq; in hæc uerba: Mater, mater, genitrix, genitrix, fer opem, occidor. Itaque mater decepta, filium occiſum nefariè in ſinu ſuo conſpexit, eiuſq; cædem intra ſua uiſcera quodammodo, ex quibus ipſum pepererat, recepit. nam ita ſanguine perfuſa eſt, ut uulnus, quod ipſa accepit in manu, nihili faceret. Neque uerò lamentata eſt, aut luxit interitum filij, quamuis immaturum, oblatumq; miſerabiliter (natus erat duos & XX annos, menſeſq; IX) ſed quaſi foret in maxima fœlicitate, lætari & ridere coacta eſt, adeò uerba eius, nutuſq;, & color obſeruabantur. Itaq; huic ſoli, cùm eſſet Auguſta, Imperaroris uxor, & Impetatorum mater, ne priuatim quidem licuit flere caſum acerbiſsimum.

Antonini cum Geta fratre diſſidia.

Geta in ſinu matris occiditur.

Antonini fratricidæ fucata ad milites oratio.

Antoninus ſtatim, quanquam ueſper erat, tamē ad milites proficiſcitur, exclamatq; perpetuò in itinere, contra ſe factam eſſe coniurationem, ſeq; in maximum periculum ueniſſe. Pòſt ubi murum eſt ingreſſus. Saluete, inquit, commilitones: iam mihi quidem licet in uos maxima beneficia conferre. antè quàm enim audirent omnia, os eis tot promiſſis concluſit, ut quod pium erat, intelligere non poſſent, aut loqui. Ego, inquit, ſum unus ex uobis, cupioq; propter uos ſolos uiuere, ut multa uobis largiar. Veſtri enim ſunt theſauri omnes, optoq; in primis unà uobiſcū uiuere: ſin minus, ſaltem uobiſcū mori. nec enim aliter uolo, quàm in bello ex hac uita diſcedere, quòd uel in eo mortem oppetere uirum fortem, uel nuſquam deceat. Poſtero die in Senatu pauca dixit in eandem ſententiam: cumq; ſurrexiſſet è ſede, aſtaretq; ad fores, Audite, inquit, rem maximam, ut totus orbis terrarū gaudeat. Omnes exules rei facti cuiuſuis ſceleris, quomodocunq; damnati ſint, reſtituantur.

Exules reſtituuntur.

Is cùm exules hoc modo ex inſulis deduxiſſet, præſtiuſſetq; ſecuritatem nefarijs et damnatis hominibus, eaſdem non ita multò pòſt repleuit, interfecitq; ſubitò ex Cæſarianis, militibuſq; qui cum Geta fuerāt, ad hominum mulierum'ue uiginti millia, ut quiſque in Palatio fuit. Cæſi ſunt ex illuſtribus multi, & maximè Papinianus, cuius interfectorem increpauit, quòd eum ſecuri interfeciſſet, non gladio.

Papinianus ſecuri percuſſus.

Cilo.

Cilonē quoque qui ipſum educauerat, & à quo multa beneficia acceperat, quiq; præfectus urbi fuerat patris temporibus, quem etiam patrē ſæpenumero appellauerat, uita priuare uoluit: ſed milites, quos miſerat ut eum interficerent, direptis uaſis argēteis, ueſte, pecunia, cæteriſq; rebus eius omnibus illum cum ſandalijs (nam captus erat in balneis) & amictum induſio ducunt uia ſacra, ut perducant in Palatium, eumq; ibi interficiāt: tum ueſtem eius diſcindunt, & faciem percutiunt. Quod ubi plebs uidit, cohorteſq; urbis, tumultuantur. Horum pudore adductus Antoninus, metuq;, eis procedit obuiam, ipſum'que Cilonem chlamyde contegit (nam tum ei ueſtis militaris erat) Nolite, inquit, patrem meum iniuria afficere, nolite educatorem percutere. Dein tribunus, cui mandatum erat ut illum occideret, cęteriq; milites qui unà miſsi fuerāt, morte affecti ſunt, propterea quòd, ut dicebat, Ciloni feciſſent inſidias: ſed reuera propterea quòd illum nō ſuſtuliſſent,

ſuſtuliſſent. Neque uerò mihi nunc eſt neceſſe percenſere numerando omnes clariſsimos uiros, quibus ille nullam iuſtam ob cauſam mortem attulit. Quanquam enim Dion, quòd eſſent celeberrimi uiri atque notiſsimi illis temporibus, omnes perſequitur nominatim: tamē mihi ſatis erit dicere, eos omnes, quos ipſi collibitū fuit, quoquo iure, quaq́ iniuria morte affectos, urbemq́ Romam priuatam bonis uiris, cōminutam & quodam modo mutilatam fuiſſe. Poſt hæc ex his cædibus animum ad ludos applicat, in quibus etiam multas cædes fecit. Nam ut omittam elephantum, Rhinocerotem, Tigrim, Hippotigrim cæſas in Amphitheatro, quòd parui momenti ſint, gladiatorum ſanguine potiſsimùm delectabatur: ex quorum numero unum Batonem nomine coegit eodem die cum tribus certare continenter, eumq́ occiſum à poſtremo affecit magnifica ſepultura. Cæterùm erga Alexandrum ita erat affectus, ut armis poculisq́ ſimilibus ijs quibus ille uſus fuerat, uteretur: ei'que complures ſtatuas in caſtris, atque adeò in urbe collocauit, comparauitq́ phalangem ex ſolis Macedonibus, in qua erant hominum ſedecim millia, eamq́ phalangem Alexandri cognominauit. Hi utebantur eodem armorū genere, quo uiuo Alexandro armati fuerant. Hæc erant galea facta ex crudo bouis corio, thorax ex lino triplex, ſcutum ex ære, lancea longa, haſta breuis, crepidæ, gladius. Quibus rebus minimè contentus, ſeſe Alexandrū Orientalem Auguſtum appellauit, ſcripſitq́ aliquando ad Senatum, animū Alexandri in corpus Auguſti introiſſe, ut quoniam illi fuerat uita breuis, in hoc uiueret diutius. Philoſophos, qui ſunt Ariſtotelici nominati, tam magno eſt odio proſecutus, ut uoluerit libros Ariſtotelis comburere, atq́ Ariſtotelicis ſodalitates, & cætera commoda quæ habebant in Alexandria, ſuſtulerit, criminatus eos, quòd Ariſtoteles cauſa mortis Alexandri uiſus eſſet. Cumq́ hæc faceret, ducebat ſecum complures elephantos, ut in hac re Alexandrum, uel potius Dionyſium imitari uideretur. Igitur tanto amore proſequebatur Alexandrum & Macedones, ut cùm aliquando tribunum militum Macedonem collaudaſſet, quòd inſiluiſſet in equum celeriter, interrogaſſetq́ primò, cuias eſſet: cumq́ intellexiſſet Macedonem eſſe, rogauit nomen: poſt ubi audiuit Antigonum eſſe, quæſiuit ex eo, quod nomen fuiſſet patri: utq́ ipſum inuenit eſſe Philippo patre natum: Cuncta, inquit, quæ cupiebam, habeo: eumq́ ſtatim clarum reddidit apud reliquas legiones, nec ita multo pòſt in Senatorium & prætorium ordinem cooptauit. Alterum quoq́, cui nihil rei erat cum Macedonia, quiq́ magna ſcelera commiſerat, ob eaq́ reus factus erat, poſtquam intellexit Alexādrum uocari, crebroq́ accuſatorem ita dicere: Homicida Alexander, dijs infeſtus Alexander: perinde iratus eſt, atq́ ſi ipſe malè audiret: Niſi, inquit, tibi ſatis erit de Alexandro dictum, perijſti. Hic Antoninus Alexandri amantiſsimus, militibus comis atq́ humanus erat: reliquos omnes ſpoliare, depeculari, & opprimere conabatur, atq́ in primis Senatores. nam præter cæteras exactiones pecuniæ, quę erant innumerabiles, cogebamur, cùm ipſe Roma proficiſceretur, cōplures domos, & ſumptuoſa diuerſoria in medijs itineribus, atq́ ijs breuiſsimis ædificare noſtris ſumptibus, in quibus non modò habitauit nunquam, ſed magnam eorum partem neq́ uiſurus erat. Præterea Amphitheatra & Circos in omnibus locis, in quibus hyemauit, aut ſe ſperauit hyematurum, gratis extruximus, eaq́ diruebantur illicò: adeò id agebat, ut nos perderet. Ipſe pecuniam erogabat in milites, ut ſuprà diximus, & beſtias, & equos, dum complures feras, manſuetasq́ be-

Antonini crudelitas.

Batonis gladiatoris certamina & ſepultura.

Antoninus Alexandri Magni in rebus bellicis æmulus.

Alexander Orientalis Auguſtus.

Ariſtotelici odio habiti ab Antonino.

Caracalli in Macedones amor.

Nomine Alexandri Antoninus plurimum delectatus.

Exactiones in uſum ædificiorum iniquiſsimè ab Antonino impoſitæ.

ſtias, equosq́ interficeret, quorum partem capiebat à nobis coactis ea dare neceſſariò, partem emebat ipſe: centum enim apros aliquando ſua manu cōfecit.

Antoninus malicia ac fraude matri ſimilis.

Agitabat currus ornatu Veneto, & ad omnia ardentiſsimus atq́ incitatiſsimus erat. Inerat ei fraus & malitia matris, Syriorumq́, ex quibus illa orta fuerat. Præficiebat autem certaminibus unum ex libertis, cæteris'ue locupletibus, ut in ea magnos ſumptus facerent, eosq́ colebat ſub flagello, atque aureos ab ijs quaſi homo abiectiſsimus petebat. Dicebat ſe in agitādis curribus Solem imitari, eaq́ in re maximè gloriabatur. Igitur quandiu principatum tenuit Antoninus, adeò omnis orbis terrarū, qui erat ſub eius Imperio, uaſtatus ac direptus eſt, ut ludis Circenſibus populus Romanus ita conclamauerit, Nos uiuos perdimus, ut mortuos ſepeliamus. Crebrò enim dicebat pecuniam ſibi ſoli eſſe oportere, præterea nemini, ut eam largiretur militibus. Cumq́ Iulia ipſum argueret, quòd nimios ſumptus faceret in milites, diceretq́ iam ſibi nullos redditus iure aut iniuria partos reliquos eſſe, gladium oſtentans reſpondit, Bono animo es, mater: nam nobis, quandiu

Antonini crudelitas ac in milites aſſentatoresq́ liberalitas.

hunc habebimus, pecunia non deerit. Præterea poſſeſsiones & pecuniam largiebatur aſſentatoribus. Dedit enim Iunio Paulino decem millia aureorum, quod ipſum quanquam minus ex animo (erat enim mordax) cauillatus eſſet, dixiſſetq́ eum, quoties iracundiam ſimularet, planè iratum uideri. Antoninus nihil cogitabat boni, neq́ enim didicerat, id quod ipſe fatebatur, & ob eam cauſam nos, quos nouerat ſtudioſos eſſe bonarum artium, ne-

Antoninus ingenuè à parente fuit educatus.

gligebat. Seuerus quidem inſtituerat eum omnibus rebus quę ad uirtutem pertinent, & corpus animumq́ eius ita exercuerat, ut cùm iam eſſet Imperator, uerſaretur cum doctoribus, ac magnam diei partem philoſopharet̄, ungereturq́, & equitaret ad millia paſſuum XCIIII, ſeq́ turbida tempeſtate in natando exerceret. Quibus ex rebus quanquam ualuit uiribus corporis, tamen ipſum doctrinæ cepit obliuio nō aliter, quàm ſi nomen eius nun-

Ingenium Antonini.

quam audiuiſſet. Nec tamen erat hebete ingenio, ſed acri & acuto ad intelligendum, promptaq́ ad dicendum & parata celeritate: qua coniuncta pari licentia dum loqueretur quod in buccam ueniſſet, nec puderet ipſum aperire omnia, ſæpenumero uoti compos erat. Cumq́ tali ingenio præditus fuerit, nunc quemadmodum ſe in bello geſſerit, dicendum eſt. Cùm ad ſe tan-

Augarus, & Armentorum rex contra amicitiæ ac hoſpitalitatis leges ab Antonino capti.

quam ad amicum Augarus rex Oſroenorum ueniſſet, ei fidem fregit, compræhenſumq́ coniecit in uincula, & Oſroenem rege deſtitutam cepit: itemq́ regem Armeniorum, qui cum filijs diſſentiebat, ad ſe uocauit amicè per literas, ut eos in concordiam reduceret, ijsq́ eodem modo, quo Augaro, uſus eſt: quanquam Armenij arma capere, quàm ad ipſum deficere maluerunt. Quod cùm eſſet factum, ei nemo fidebat amplius, ut re ipſa cognoſceret, quàm graue damnum eſſet Imperatori fraudem amicis facere. Neq́ uerò piguit eum ſcribere ad Senatum de regibus Parthorum, quòd cùm fratres eſſent, & diſsiderent inter ſe, Reſpublica Parthorum ex eorum diſſenſione magnum detrimentum caperet: quaſi uerò ob eam cauſam poſſet res Barbarorum interire, & Reſpublica Romana ſalua eſſet, ac non penitùs euerſa, non ſolùm quòd cum magno malo ciuium, maxima præmia pro cæ-

Getæ nomen inuiſum Antonino etiam in Comœdijs & teſtamentis.

de fratris dederat militibus, ſed etiam quòd plerique rei fiebant per calumniam, non modò ij qui ad Getam aliquid ſcripſerant, aut ei Cæſari deſignato, facto'ue Imperatori fuerant in prætorianis cohortibus, ſed etiam reliqui omnes, quibus nihil unquam rei cum illo fuerat. Nam ſiquis uel ſolum nomen Getæ ſcripſiſſet, aut pronunciaſſet, ſtatim morte mulctabatur, adeò ut

ne

ne poetæ quidē in Comœdijs eo nomine deinceps uterentur: fuereꝗ; proſcripta bona eorum omnium, in quorum teſtamentis id nomen inuentum eſt ſcriptum. In neceſsitatibus uerò & urgentibus bellis minimè magnus & excellens erat, quanquam ita diligenter obibat munera ſeruilia pariter cum cæteris militibus, ut cum ijs pedibus iter faceret, unà curreret, non uteretur balneo, non ueſtem mutaret, ſed eundem cibum cum illis caperet, atque ex hoſtibus eos qui præſtarent uiribus corporis, ad ſingulare certamen inuitaret: cùm interim boni Imperatoris officium, in quo ipſum eſſe potiſsimùm oportebat, minimè fungeretur, quaſi uictoria in illis laboribus poſita eſſet, non in hac diſciplina rei militaris. Bellum geſsit cum Cennis gente Celtica, quos ferūt tanta ira incitatos in Romanos irruiſſe, ut tela, quibus illi ab Oſroenis uulnerati erant, dentibus euellerent ex eorum corporibus, ut ne manus in illis cædendis defatigarent: permiſeruntꝗ; ei redempto libertatis nomine magna pecunia, ut ſaluus ſe in Germaniam reciperet. Horum uxores captæ à Romanis, interrogatæ ab Antonino, utrum uendi, an occidi mallent, mori ſe malle reſponderunt: cumꝗ; eſſent poſtea uenditæ, omnes mortem ſibi conſciuerunt: nonnullæ unà filios interfecerunt. Antonino cùm cętera omnia, tum nummus adulterinus erat: nam pro argento, auro' ue quod nobis daret, plumbum argentatum, & æs inauratum parabat. Fuit ægra ualetudine, quòd morbis partim euidentibus, partim occultis correptus eſſet: ſed mente in primis inſana. nam acerbis quibuſdam uiſis agitari à patre ſæpenumero fratreꝗ; gladios geſtātibus uidebatur. Quibus rebus ut medicinam faceret, multorum animas ex inferis euocauit, præſertim patris & Cōmodi. ex quibus nemo ei reſpondit, præter Commodum, qui ita ait, σίχε δίκης ἄσσον, Perge ad ſupplicium. Deinde alterum, ac ad extremum:

Victoria in rei militaris diſciplina potiſſimum poſita. — *Mulierum uirilis animus.* — *Moneta Antonini adulterina.* — *Animæ multorum ab inferis per Antoninū reuocatæ.*

κευθόμενοισι τόποισιν ἔχων δυσαλθέα νοῦσον,

Hunc occulta grauis uexat circum loca morbus. Veſtales occidit quatuor, è quib. unā, quantū in ipſo fuit, uitiauit. nam eum ad extremū uis in rebus Venereis defecerat. qua ex re dicebat flagitia obſcœna alterius generis facere. Huic uirgini Clodia Læta nomē fuit, eaꝗ; uiua ſepulta eſt: cùm tamē exclamaret ſcire ipſum Antoninū, ſe uirginē eſſe. Antoninus rarò ius reddebat, aut nunquam: ſed pręter ſtudia cęterarum rerum curioſus erat. nam ad eum minima quæꝗ; ex omnibus locis perferebantur, uetabatꝗ; ob eam cauſam, ne milites auſcultatores & inſpectores, ab alio, quàm ab ipſo punirentur. Qua ex re omnia peruerſa erant, quòd ij etiam in nos tyrannidem exercerent. Id uerò turpiſsimum fuit atꝗ; indigniſsimum Senatu populoꝗ; Romano, quòd Eunuchus, natione Hiſpanus, nomine Sempronius Rufus, moribus ueneficus & præſtigiator, quiꝗ; huius rei cauſa fuerat à Seuero in inſulam deportatus, imperium in nos habuit: quamuis eſſet huius rei pœnas daturus, ut cæteri, qui indicum officia fungerentur. Antoninus mandabat nobis, uelle ſe ſtatim poſt ortum ſolis ius reddere, tractare' ue ea quæ pertinerent ad publicā utilitatē: cùm tamē nos ad meridiē uſꝗ; protraheret, ſæpe etiam ad ueſperū: uiſumꝗ; eſt ei tandē aliquādo, ut plerunꝗ; ne nos ſalutaret amplius. Ipſe interea curioſe aliquid agere, ut ſupra dictū eſt. currus agitare, beſtias cædere, obire munus gladiatorium, potare, ebrius eſſe: ad hæc præſentibus nobis ac uidētibus, cum alia ciborū genera, tum uinū in pateras & calices infuſum ad milites qui intus erant, ad cuſtodiā ipſius trāſmittere. Ita nōnunquā his cōfectis rebus ius reddebat. Hæc fecit cùm hybernaret in Nicomedia, exercuitꝗ; phalangē Macedonicā, cōparauitꝗ; duas ingentes ma-

Clodia uirgo Veſtalis, ab Antonino non uitiata. — *Sempronius Rufus.* — *Senatus Romanus irreuerenter ab Antonino tractatus.*

Machinæ bellicæ.

chinas ad Armenicũ & Parthicũ bellũ, ut ea diſſoluta, in naues imponeret, atq; in Syriam ueheret. Multas cædes, aliaq; multa faciebat cõtra ius faſq;: deniq; grandem pecuniam inſumebat. Qua in re, cæteriſq; omnibus minimè obtemperabat matri iuſta & utilia monenti, licet ei curam libellorum

Iuliæ Auguſtæ nomen Antonini literis plerunq; ſubſcriptum.

atq; epiſtolarum utriuſq; generis, præter admodũ neceſſarias, commiſiſſet, eiuſq; nomen pariter cum ſuo & exercitus nomine poneret cum maximis laudibus in epiſtolis, quas mittebat ad Senatum, dum omnes ualere ſcriberet: nec opus eſt referre ab hac omnes primarios uiros ſalutari non ſecus quàm ab illo cõſueuiſſe. Sed ea nihilo minus philoſophabatur. hic negabat

Antoninus Magicis artib. plurimum delectatus.

ſe egere ullis rebus neceſſarijs: gloriabaturq; maximè, quòd tenuiſsimo uictu eſſe cõtentus poſſet: quamuis nihil eſſet in terra mariq; ac cœlo, quod non ei priuatim publiceq; præſtaremus. Magis & præſtigiatoribus ita delectabatur, ut Apollonium Cappadocem, qui floruerat Domitiani tempo-

Apollonius Tyaneus.

ribus, laude & honore affecerit. Hic præſtigiator fuerat ſolers & Magus, eiq; monumentum faciendum curauit. Poſt hæc bellum intulit Parthis, cu-

Parthici belli occaſio & initium.

ius belli cauſa fuit, quòd Vologæſus Teridatem & Antiochum quendam, quos ille poſcebat ad ſupplicium, non dederet. Erat Antiochus Cilix natione, qui primò philoſophiam Cynicorum ſimulauerat, eaq; ex re magnã opem in bello tulerat militibus: quos, cùm maximo frigore òbriguiſſent, propterea cõfirmauit, quòd ſe ipſe in niuem abiecerit, in eaq; uolutatus ſit. Sed cùm ei Seuerus, atq; ipſe Antoninus pecuniam dediſſent, affeciſſentq; honore: his rebus elatus, cum Teridate ſe coniunxit, cum eoq; ad Parthum defecit. Antoninus anteq; excederet ex Nicomedia, ludos gladiatorios fe-

Natalicius Antonini dies.

cit ſuo natali die. nam ne illo quidẽ die abſtinuit à cædibus: ferturq; in his, cùm unus ex gladiatoribus uictus ſupplicaret ei, ut ſe cõſeruaret, ita reſpondiſſe: Abi, inquit, ad aduerſarium, & ab eo ſalutem pete: mihi enim nõ licet tibi ignoſcere. Sic homo miſer, cui fortaſſe aduerſarius uitam dediſſet, niſi

Antonini in gladiatorem inhumanitas.

eo modo reſponſum eſſet ab Antonino, interijt. Non enim eſt auſus aduerſarius eum dimittere, ne humanior eſſe Imperatore uideretur. Cumq; talia faceret, frueretur q; delicijs Antiochiæ, adeò ut mentũ nudaſſet pilis, tamen querebatur ſe maximos labores perferre, & in grauiſsimis periculis uerſari: increpabatq; Senatum, quem dicebat ocioſum eſſe, nihilq; intelligere ſubitò, nec uiritim ſententias dicere. Quinetiam ad extremũ ſcripſit in hanc ſententiam: Ego, inquit, certò ſcio, uos rebus à me geſtis minimè contentos ſore: ꝓpterea in armis ſum, habeoq; apud me milites, ut poſsim rumores qui

Parthici belli finis.

de me perferuntur, contemnere. Poſtquam à Partho metu perterrito Teridatem & Antiochum recepit, ſtatim à bello deſtitit. Porrò Theocritũ miſit cum exercitu in Armenios, à quibus uictus magnam cladem accepit. Erat

Theocritus.

Theocritus natus ex ſeruo, & in Orcheſtra uerſatus, ſed tantæ apud Antoninum autoritatis, ut planè ambobus præfectis ſuperior eſſet. Aequalem

Epagathus.

potentiã adeptus erat Epagathus homo itidem Cæſarianus, & pari ſcelere præditus. Theocritus autem ſurſum deorſum ferebatur commeatus & ſupellectilis cõparandæ, & mercaturę faciendæ cauſa, quamobrẽ etiã cõplu-

Flauius Titianus.

res interfecit. Fuit in eorum numero Flauius Titianus, qui cùm eſſet procurator Alexandriæ, deliquiſſetq; in Theocritum, ac Theocritus ob eam cauſam proſiluiſſet è ſede, diſtrinxiſſetq; gladium, Id, inquit, ut ſaltator feciſti.

Antoninus penè perdidit Alexandrinos.

Hanc ob cauſam iratus Theocritus, eum interfici iuſsit. Antoninus licet ſe maximo amore proſequi Alexandrum oſtenderet, tamen ciues eius penè omnes funditus ſuſtulit: cùm enim ab ijs ſe argui et illudi intelligeret multis

de

de cauſis,ſed præſertim propter cædem fratris, diſsimulata ira profectus eſt Alexandriam, fingens ſe magno eorum deſiderio teneri. Póſt ubi in ſuburbium uenit, primos eius ciuitatis, qui ipſi cum ſacris atq; abditis rebus proceſſerunt obuiam, excepit perhumaniter, eosq; admiſſos in conuiuium interfecit. Pòſt armauit omnem exercitũ, inuaſitq; urbem:mox imperauit omnibus Alexandrinis, ut domi manerent: ipſe uias occupauit & tecta: & ut ne ſigillatim calamitates perſequar, in quas tum miſera urbs incidit, tantam in ea cædem fecit, ut non ſit auſus numerũ interfectorum proferre,ſed ſcripſerit ad Senatum,nõ referre qui & quot eſſent occiſi, propterea quòd omnes idem meriti fuiſſent. Pecunia partim direpta eſt, partim interijt. Periêre cum Alexandrinis peregini multi, cum ijsq; magna multitudo eorum qui cum Antonino uenerant, eo quòd ignorarentur. Nam cùm permagna eſſet ciuitas, in eaq; cædes fierent dies noctesq;, nemo poterat, licet maximè cuperet, alterum diſcernere,ſed moriebatur quiſq;, ut ſors ferebat, atq; eorum corpora ſtatim conijciebant in profundas foſſas,ut cæteris incognita eſſet magnitudo calamitatis. Id ubi factũ eſt in ciues, peregrini omnes ex urbe expulſi, præter mercatores, eorumq; facultates direptæ ſunt, fanis etiam quibuſdam expilatis. Horum maguam partem Antoninus præſens uidensq; gerebat, imperabatq; multa de templo Serapidis,in quo erat dies noctesq; homo tot cædibus pollutus. Sed quid hæc à me dicta ſunt, quando gladiũ,quo fratrẽ interfecerat, Deo cõſecrare eſt auſus? His cõfectis rebus ſpectacula & ſodalitates Alexãdrinorũ ſuſtulit. Ipſam Alexandriã diuidit in duas partes, & præſidijs muniri iuſsit, ne ſecurè in reliquum tempus ciues ad ſe mutuò accederent. Hæc igitur in miſera Alexandria fecit fera Auſonia. nam ita extremo oraculo, quod de ea re petitum fuerat, erat appellatus: proditumq; eſt memoriæ, eum hoc nomine feræ delectatum eſſe, ſeq; de eo iactauiſſe: quamuis huius oraculi cauſa multos, à quibus id fuerat relatum, occiderit. Poſt hæc exercitum duxit in Parthos, quòd ei Artabanus filiam quam deſponderat, nollet uxorem dare, quòd ſciret Antoninum uerbo quidem poſtulare nuptias, re autem Parthorum regnum auferre cupere. Tum regionem quæ Mediam attingit, in quam de improuiſo irruerat, magna ex parte uaſtauit: multa mœnia diruit: Arbela ſubegit, ac ſepulchra regum Parthorum abiectis oſsibus ſubuertit. Verùm quia Parthi cum eo non uenerunt ad manus, nihil de rebus geſtis ſcribi à me præcipuè poteſt, niſi quòd duo milites, qui utrem plenum uini rapuerant, ac uterq; totã prædam ſibi uendicabat: cùm ad Imperatorem ueniſſent, iuſsiq; eſſent ab eo uinum partiri, ſtrictis gladijs utrem ſecuerunt, ita ut ſi eo pacto quiſq; partem uini eſſet accepturus. ſcilicet adeò reuerebantur Imperatorem ſuum, ut ei in huiuſcemodi rebus moleſtiã exhiberent, tantaq; prudentia præditi erãt, ut utrem & uinũ perderent. Barbari perſugerunt in montes, & trans Tigrim, ut ſe ad bellum compararent: idq; celabat Antoninus, & quaſi omnino ſuperior fuiſſet, eos quos ne uiderat quidem, ſe uiciſſe gloriabatur: tum uerò, quòd leo, qui improuiſo de mõte deſcenderat, pro eo pugnaſſet, nam id in literis ſcripſit. Nec uerò ſolùm, quòd ſpectabat ad cætera, uiuebat in exercitu contra mores inſtitutaq; maiorum, ſed etiam proprium genus indumenti in modum penulæ excogitauit. Id barbarum diſciſſumq; & conſutum erat ex multis partibus, eoq; indutus erat ſemper, ex quo Caracallus cognominatus eſt, iuſsitq; militibus, ut ſe eodem genere ueſtis induerent. Itaque Barbari poſtquã uidére hunc, eiusq; milites diſſolutos uoluptatibus, quòd

Serapidis apud Alexandrinos templum.

Fera Auſonia.

Antonini bellũ in Parthos.

Vter uini plenus diſſectus.

Veſtitus Antonini.

Caracalli nomen unde extiterit.

præter

præter cætera hyemarent in ædibus,in ijsq; omnes facultates hoſpitum nõ aliter quàm ſuas conſumerent,uehementer excitati ſunt.tanquam eſſent illos ſocios pro hoſtibus habituri. Contrà ſe parabat Antoninus, cui tamen non licuit prælium committere, propterea quòd in medijs militibus, quos habebat in maximo honore,& quibus potiſsimùm confidebat,occiſus eſt. Cùm enim quidam uates dixiſſet in Aphrica, idq; iam diuulgatum eſſet, oportere Macrinum præfectum prætorio, eiusq; filium Diadumenũ regnare,miſſusq; Romam ob eam cauſam,id ipſum Flauio Materniano,qui præerat urbanis militibus, aperuiſſet, isq; ſtatim ad Antoninum ſcripſiſſet, fortè accidit, ut hæ literæ Antiochiam perferrentur ad Iuliam, cui mandatum erat,cuncta quæ mitterentur, diſcernere, ne ad Antoninum occupatum in terra hoſtili fruſtrà multitudo literarum mitteretur. Iremq; alteræ literæ ab Vlpio Iuliano, qui tum Cenſor erat, rectà per alios tabellarios ad Macrinũ perferuntur,in quibus ſcripta erant omnia quę gererentur.Itaq; Macrinus, dum mora facta eſſet in mittendis ad Imperatorem literis,cognouiſſetq; aliquanto tempore antè,quæ eſſent ad illum perſcripta, pertimuit, ne ob eam rem morte afficeretur. Ad hanc cauſam accedebat, quòd Serapio quidam Aegyptius paucis antè diebus palàm dixerat Antonino, ipſum breui tempore uicturum, eiq; Macrinum ſucceſſurum: ob eamq; cauſam leoni primò obiectus: poſt,cùm ei manũ porrigenti leo pepercíſſet,ut aiunt,occiſus fuerat,cùm poſſet, ſicuti dicebat, ſi unum præterea diem uixiſſet,inuocatis nonnullis dæmonibus hoc malum effugere. His de cauſis perterritus Macrinus,ratusq; de ſe actum eſſe,nõ cunctatur amplius, præſertim quòd Antoninus pleroſq; amicos & familiares eius uarijs de cauſis tanquam honore affecturus remouerat. Itaq; adhibet duos milites,qui tribuni erãt in prætorianis cohortibus, & Antonino priuatim irati erant, eiq; per ipſos inſidias parat. Hæc res hoc modo geſta eſt. VI Idus Aprilis, cùm Edeſſa iter faceret in Cariam, deſcendiſſetq; ex equo uentris purgandi cauſa,unus ex ijs tribunis,qui miſsi fuerant,ad eum accedit,ſimulata colloquendi cauſa: dein eum paruo pugione percutit, fugitq; ſubitò, ita ut potuerit euadere, ſi pugionem abieciſſet: ſed agnitus ab uno ex Scythis, quos ſecum habebat Antoninus, iaculo transfixus eſt. Hunc tribuni, tanquam ei auxilio ueniſſent, interfecerunt. Itaq; Antoninus hunc exitum habuit, uixitq; annos XXIX, regnauit annos ſex, menſes duos, dies * Incidunt hoc loco multa, quæ magnam admirationem habent. nam cùm poſtremam profectionem pararet ex Antiochia, pater ei cum gladio aſtitit in ſomnis, &, Vt tu, inquit, fratrem tuum interfeciſti, ita ego te interficiam. Itemq; uates palàm ei prædixêre, ut illum diẽ caueret, his uerbis. Fores iecoris uictimæ clauſæ ſunt. Adhæc cùm per aliquam portam exiret, nullã habuit rationem leonis, quem Acinacem nominabat, quemq; in ſuam menſam recipiebat & lectum, cùm is ipſum retinuiſſet exeuntem, eiusq; ueſtem fregiſſet: alebat enim Antoninus cõplures leones, ſecumq; nõnullos habebat ſemper: hunc uerò publicè ſæpe deoſculabatur. Quæ cùm ita ſint, factum eſt paulo antè quàm necaretur, ut Alexandriæ magnum incendium, ſicut ego accepi, omnem interiorem partem templi Serapidis inuaſerit, eoq; ſolus gladius, quo fratrem interfecerat, conflagrauerit, cæteris omnibus ab iniuria ignis conſeruatis. Præterea Romæ factis ludis Circenſibus, ſimulachrum Martis, quod erat habitu triumphali, decidit. Quod etſi fortaſſe minus admirationis habet, tamẽ id multo eſt maximum, quòd Praſini milites uicti, ut uiderũt in ſummo obeliſco graculum

Vaticinium de Diadumeno & Macrino imperaturis.

Fl. Maternianus.

Vlpius Iulianus Cenſor.

Serapionis de morte Antonini uaticinium.

Antoninus à tribuno pugione confoſſus interijt.

Somnium Antonini.

Prodigia uaria quæ Antonini mortẽ portenderunt.

Leo ſocius Antonini.

Graculi augurium triſtiſsimum Antonino.

maximè garrientem, cum omnes ſpectare, ac repentè uno ore, quaſi præmeditati eſſent, ita conclamare ceperunt, Martialis, AVE MARTIALIS, opportunè te uidimus. Id enim factum eſt, non graculi cauſa, cui Martialis nomen aliquando fuit: ſed quòd in eo, tanquā diuino quodam afflatu Martialem percuſſorem Antonini ſalutarent. Ipſe quoq; Antoninus mortem ſibi denunciare nonnullis uiſus eſt in literis, quas poſtremas ſcripſit ad Senatum, Deſinite, inquit, optare, ut centum annos imperem. Hæc enim acclamatio ei iam inde à principio fieri ſemper conſueuerat, eamq; ille tum primùm repudiauit, incuſauitq; eos, quòd optarent ea quæ fieri nullo pacto poſſent. ſed reuera ſe paruo tempore regnaturum oſtendit. Quod cùm eſſet ſemel à nōnullis diuulgatū, mihi uenit in mentem, eum nobis, cùm eſſemus in Nicomedia, epulum dediſſe Saturnalibus, dixiſſeq; multa, ut par erat, in cōuiuio: pòſt ubi ſurrexiſſemus, uocaſſe me, ac dixiſſe: Rectiſsimè uerò, inquit, Dion, atq; ueriſsimè Euripides dixit, *Martialis aue.* *Antoninus ſibi ipſi mortē denunciauit magica arte excellens.* *Verſus Euripidis.* *In fine Medeæ.*

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Multas eſſe rerum fatalium formas, deosq; multa præter ſpem cōficere, minimeq; facta eſſe ab his ea quæ ſperata fuerant, & tamen Deum deſperatis & inopinatis rebus exitum inuenire. Quæ res cùm ita acciderit, mihi eo quidem tempore nugari uiſus eſt his uerſibus. Sed cùm non multo pòſt occiſus eſſet, atque hunc ſermonem mecum habuiſſet poſtremum, illum uaticinatū eſſe quodammodo, ac futura prædixiſſe exiſtimaui, non aliter quàm Iouem qui Belus cognominatur, coliturq; Apameæ ciuitate Syriæ. nam is Seuero, cùm adhuc uitam priuatam ageret, hos uerſus dixerat, *Iupiter Belus.* *Libro ſecundo Iliadis.*

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.
Os oculosq; deo ſimilis, qui fulmina torquet,
Et Marti latus, & Neptuno pectora. Eidemq; Imperatori facto reſpondit,
Σὸς δ' οἶκος πᾶς βήσεται δι' αἵματος. *Et tibi tota domus madefiet ſanguine.*

Mortuo Antonino, cognitum eſt eum magnū numerum ueneni cuiuſuis generis ex ijs qui ſuperiorē Aſiam incolunt, aſportari iuſsiſſe, emiſſe'ue precio ducēties uicies ſeſtertiûm, ut quàm plurimos, quos collibitum fuiſſet, uarijs modis uenenis tolleret, eaq; omnia reperta igni exuſta ſunt. Quare ex re odium hominum in illum multo maius eſſe, ipſe malè apud omnes audire cepit. Nec enim eum Antoninum uocabant amplius, ſed Caracallum, ut ſuprà dixi, & Tarantem: id erat nomen gladiatoris deformiſsimi, perexiguiq; ac nefarij hominis. Itaq; is, quocunq; nomine eum appellare placuerit, talis fuit. Mihi uerò, antequam ille Imperium adipiſceretur, præſcriptum eſt quodammodo à patre eius, ut hæc conſcriberem. Nam eo iam mortuo uiſus ſum uidere omnem exercitum populi Romani armatum in magna planicie, atque ipſum Seuerum ſedentem in excelſo tribunali concionari apud milites, meq; ſtare ante conſpectum eius, ut audirem quæ diceret. Quem cùm ille uidiſſet, Huc ades, inquit, Dion, ut omnia quæ dicuntur, fiunt'ue, diligenter intelligere & perſcribere poſsis. Igitur hæc Tarantis uita, & interitus fuit. *Venena ab Antonino empta.* *Tarans.* *Dionis de Antonino hiſtoria, Seueri iuſſu deſcripta.*

MACRINVS.

Macrini natales.

MACRINVS natione Maurus ex ciuitate Sicelia Cæſarea, obſcuris natus eſt parentibus: habuit enim præter cętera alteram aurem perforatam, ut eſt Maurorum cōſuetudo: ſed probitate & æquitate ſua obſcurabat ignobilitatem generis: nec enim æquum bonumq́ tam diligenter didicerat, quàm tractabat fideliter. Nam creatus pręfectus prætorio ab Antonino, ea quæ ad hunc magiſtratum pertinēt, optimè atq; iuſtiſsimè adminiſtrauit.

Macrinus ex præfecto prætorio factus Imperator.

Quo occiſo, multa promiſit militibus, ſed in primis ſperare ſe liberaturum eos bello, quo maximè defatigabantur. Itaq; quarto die pòſt Imperium accepit. Factus Imperator nonnulla conſtituit contraria ſtudijs Antonini, eaq; præclarè ac feliciter: uetuitq́; ne ſibi fieret ſtatua argentea ultra libras quinque, aut aurea ultra tres.

Macrinus in magiſtratibus deligendis parum prudens.

In deligendis autem & creandis magiſtratib. notatus fuit, quòd indignis hominibus magiſtratus daret, quod eſt maximum in tenēdo principatu, ſummæq; in omnibus rebus prudentiæ. Tum cepit uiuere delicatius, licentiusq; uti data poteſtate, ratus ſe hoc modo cōtegere ignobilitatē generis, atq; ob hanc cauſam eos quos moleſtè ferre ſuſpicabatᷣ aut ignobilitatē eius, aut inopinatā adeptionē Imperij, tractabat iniquius, eosq; de medio tollebat: licet oportuiſſet eum contrà facere, conſcium ſibi, quo loco natus eſſet, & qualis fuiſſet antea, neq; efferre ſe inſolenter, ſed potius beneficio & ſpecimine uirtutis omnes ſibi pariter deuincire.

Licentia Macrini.

Tamē homines pręoccupari lætitia ex cæde tyranni, nihil potuere de humilitate Macrini cogitare per ocium, ſed ei promptis animis principatum detulerūt, non tam animaduertentes cui ſe in ſeruitutem traderent, quàm quo tyranno liberati eſſent, rati uidelicet uel quemcunq; hominē illo potiorem fore.

L. Priſcillianus.

Per id tempus L. Priſcillianus, cuius erat percelebre nomē ob iniurias quas multas fecerat, & cædes belluarū, quiq; apud Caracallum in magno fuerat honore, à Macrino in inſulam deportatus eſt. Hic aliquando cum urſo, pardali, leæna, & leone ſimul pugnauerat ſolus, aliasq; quàm plurimas beſtias occiderat. ſed multò plures equitum & Senatorum per calumniā interemerat.

Iulia audita filij morte, deſperabunda ſibijpſi manus inferre conatur.

Cæterùm Iulia Tarantis màter, quæ tum erat Antiochiæ, cognita filij cæde, ita affecta eſt, ut ſe grauiter percureret, ac mortem ſibi conſciſcere conaretur. Eum ènim quem uiuum oderat, lugebat mortuum, nō quòd cuperet illum uiuere, ſed quòd ipſam priuatā uitam degere oporteret, ob eamq; cauſam uexabat Macrinum omnibus cōtumelijs. Sed poſtquam ille non modò nihil de regio famulatu eius aut de ſtipatorib. quos ſecum habebat, cuſtodiæ cauſa immutauit: uerùm etiam multa ad eam percōmodè ſcripſit, cepit bona ſpe iniecta deſiderium mortis deponere.

Iuliæ in Macrinum odium atque ſimultas.

Pòſt ubi Macrinus intellexit, quæ cōuicia ſibi ab ea facta eſſent (quanquam illa nihil ad ipſum ſcripſerat contumelioſe) ſenſitq; eam nonnihil cum ſuis militibus moliri, ac regnum affectare, ut Semiramis & Nitocris fecerant, quarum in patria ipſa ferè nata erat, mandauit, ut quàm celerrimè Antiochia, quò uellet, proficiſceretur.

Iulia inedia cōſumpta moritur.

Tum Iulia abiecto uitæ deſiderio, inedia conſumpta moritur. Accelerauit ei mortē cancer, quem cùm iam multo tempore habuiſſet in mamma quieſcentem, percuſſo pectore irritauit, ac is ei ad mortem fecit.

Artabani contra Macrinum bellum atq; uictoria.

Cùm autem uidiſſet Macrinus Artabanū cum magnis copijs, infeſtoq; animo ſibi bellum inferre, conatus eſt, miſsis ad eum captiuis quos habebat, mollíq; oratione

placare

placare eius animũ, & à propoſito abducere. Sed cùm ille nihilo minus incumberet in bellum, uelletq́ ut Macrinus urbes euerſas ab Antonino reſtitueret, decederetq́ ex Meſopotamia, & damnum quod illatum erat monumentis regum, reſarciret, nullum tempus ad deliberandum ſumpſit, ſed ei, quòd iam ad Niſibim uenerat, occurrit, ibiq́ uictus eſt, prælio à militibus, dum cõtraria caſtra facerent, propter aquam facto. Cumq́ iterum congreſſus eſſet, non ſucceſsit ei ex ſententia, ſed legatos ad illum de pace mittere, eamq́ magna pecunia redimere coactus eſt, quam in Artabanũ atq́ potentiſsimos uiros, qui cum illo erant, erogauit. Fuit is ſumptus ad bis millies ſeſtertiûm.

Macrinus pacẽ ab Artabano ingenti pecunia coemit.

Hoc confecto bello, alterum coortum eſt Romanis, non cum barbaris nationibus, ſed ciuile. Nam milites tumultuari ceperunt, quòd Macrinus minus erga ipſos comis atq́ humanus eſſet, quodq́ non daret eis innumerabilia, quæ Antoninus præter aliorum cõſuetudinem dederat.

Romanorum contra Macrinum bellum ciuile.

Eo tempore ſtella per multas noctes uiſa eſt ab occidente ad orientẽ ſolem, nosq́ ita grauiter conturbauit, ut illud Homeri in ore ſemper haberemus,

Cometa.

Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός, ἄϊε δὲ Ζεύς,

Cornibus intonuit cœlum, & clamore Tonantis.

Res ita acta eſt. Cùm Mæſa Iuliæ Auguſtæ ſoror duas filias haberet, Soæmidẽ & Mamæã, ex ijsq́ nepotes duos maſculos (harum altera Varo Marcello nupſerat, altera Geneſio Martiano Syris hominibus, quos iam mortuos eſſe contigerat) Eutychianus Cæſarianus libertus, homo ludicrus, nec ignarus eius odij, quod milites in Macrinũ conceperant, perſuaſusq́ à Sole, quem uocant Heliogabalum, coluntq́ maximè, atq́ alijs uaticinijs adductus eſſet, ſtatuit Macrinũ occidere, & Lupum Mæſæ nepotem, puerum adhuc pro eo Imperatorem facere: idq́ perfecit.

Mæſa Iuliæ ſoror.

Lupus Mæſæ nepos ex Soæmide.

Finxit enim hunc eſſe Tarantis ſpurium filium, ornatumq́ ueſte, qua ille uſus fuerat puer, noctu matre auiaq́ inſcientibus ad exercitum duxit: & XVI Calendas Iunij prima luce militibus quærentibus ſtudioſè occaſionem rebellandi, perſuaſit ut res nouas molirentur. Quo facto milites ſtatim hunc nominant Antoninum, & Imperatorem deſignant.

Auitus qui Pſeudantoninus erat in Imperatorem deſignatur.

Macrinus ſcribit ad Senatum de Pſeudantonino, quem puerulum uocat, & ſtolidum eſſe ait. Tum queritur de militibus, quòd adducti infinita cupiditate pecuniæ ab ſe defecerint. Ad extremũ ſcribit hoc unum ſe habere ſolatium calamitatis, quòd fratricidæ, qui conatus erat orbem terrarum perdere, ipſe fuiſſet ſuperſtes. Adſcripſit etiam ſibi exploratum eſſe, cupere multò plures Imperatorem occidi, quàm uiuere, neq́ tamen de ſe ipſo loqui, cuius interitum cupijſſet uel optaſſet nemo. Quod cùm audiret Fuluius Diogenianus, exclamauit, Imò uerò cũcti optauimus. Hic erat homo conſularis, non magna prudentia præditus, ob eamq́ cauſam nec cæteris placebat, nec ſibi.

Fuluij Diogeniani uiri conſularis dictum.

Igitur Macrinus has literas miſit, in ijsq́ ſe patrem crebrò, ac Diadumenum filium ſuum uocabat, deſignabatq́ eum Imperatorem multo iuniorem Pſeudantonino, cuius ætatem criminabatur. Quibus ex rebus ignobilitatem hominis atq́ dementiam cuncti percepimus.

Diadumenus à Macrino contra Pſeudantoninum Imperator declaratur.

Contra hunc Pſeudantoninus tanta celeritate proficiſcit, ut difficilè Macrinus in uico Antiochenorum (is diſtabat à ciuitate ad millia paſſuum XXII) cum eo conflixerit. Erat Macrinus & promptitudine, & alacritate prætorianorum militum ſuperior. nam eis thoraces ſquammatos, & ſcuta, quę inſtar canalis facta erãt, abſtulerat, quò faceret ad pugnam expeditiores: ſed propter timiditatem ſuam uictus eſt, ut fuerat ei diuinitùs denunciatum: quòd cùm eius primę literæ de Imperio à nobis lectæ eſſent, columba ad ſtatuam

Pſeudantonini cum Macrino conflictus.

Columbæ malum augurium.

Meſæ atque Soæmidis muliebrum uirile facinus. ipſius, quæ poſita erat in Curia, conuolauerat. Neq; potuit Macrinus Mæſam & Soæmidem fœminas, quæ cum Antonino erant, imitari: quæ dum ſunt unà cum puero, uidentq; ſuos pugnare molliter, de curribus exiliunt, irruuntq; in fugientes, ac eos, dum de fuga ipſorum queruntur, retinent. Itemq; puer diſtricto gladio, quo erat accinctus, equo diuino quodam impetu concitato in eos tanquam in hoſtes irruere uiſus eſt. Quare animaduerſa

Macrini fuga. conſtiterunt: fugiſſentq; iterum, niſi Macrinus, poſtquam uidit illos reſiſtere, fugæ ſe mandaſſet. itaq; uictus miſſo ad Artabanum filio, Antiochiam uenit, uictorem ſe eſſe ſimulans, ut in urbem reciperetur. Sed clade eius per nuncios cognita, factisq; multis cædibus in itinere, atque in ipſa urbe, ut propenſa erat cuiuſq; erga alterum eorum beneuolentia, inde noctu equo admiſſo, abraſoq; penitus capite ac mento, pullaq; ueſte indutus inter purpureas, ut priuatus eſſe uideretur, Aegas urbē Ciliciæ peruenit cum paucis, ibiq; uehicula cōſcendit, ita ut ſi miles eſſet ex ijs qui nuncios ferūt:

Eribolum. uectusq; per Cappadociam, Galatiam, & Bithyniam uſq; ad Eribolū, quæ ſtatio eſt in conſpectu Nicomediæ, Nicomediam ingredi non eſt auſus: ſed Chalcedonem nauigauit, mandauitq; uni ex procuratoribus, ut ad ſe pecuniam mitteret. Qua ex re cognitus eſt, & Chalcedone remanſit. Eò uenere milites miſsi à Pſeudantonino, à quibus cōprehenſus perductus eſt in Cap-

Macrini capti mors. padociam: ubi poſtquam intellexit filium ſuum captum eſſe, deiecit ſe ex uehiculo (nec enim uinctus erat) fregitq; humerum, nec ita multo pòſt occiſus eſt. Itaq; Macrinus grandis natu (degebat annum quartum & quinquageſimum) uſuq; & experientia rerum præſtans cum aliqua ſignificatione

Oraculum Macrino, de uite exitu datum. uirtutis, tantiq; Imperator exercitus, à puerulo, cuius ne nomen quidem cognouerat antea, oppreſſus eſt. Id ei oraculo prædictum fuerat his uerſibus,

Iliad. VIII.

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.
O ſenior bello iuuenum quem dextra fatigat,
» *Iam tibi deficiunt uires, repitq; ſenectus.* Ex quo intelligi poteſt, eos qui for-
» tiſsimi eſſe uidentur, & firmas uires habere, ornati ampliſsimis fortunæ mu-
» neribus, pariter cum cæteris ſuſpenſos & incertos eſſe. Ita Macrinus celerrimè cum ſumma calamitate principatum amiſit. regnauit enim annum unū, menſes duos, tribus diebus (ſi uſq; ad pugnæ tempus numeres) exceptis.

AVITVS, QVI ET PSEVDANtoninus & Sardanapalus dicitur.

AVITVS, ſiue Pſeudantoninus, ſiue Aſſyrius, uel Sardanapalus, uel Tiberinus (nam id quoq; cognomen habuit, poſtquam corpus eius occiſum in Tiberim proiectū eſt) ubi confirmato principatu Romam uenit, præclarum facinus, & bono principe dignum fecit, quòd cùm ab om-

Auitus acceptæ iniuriæ patientiſsimus. nibus priuatim publiceq; ex literis Macrini uerbis ac factis iniuriam accepiſſet, de nullo ſupplicium ſumpſit. in cæteris autem rebus homo turpiſsimus, & nequiſsimus, ac contaminatiſsimus eſt uiſus, quamuis tres annos tantummodo, menſesq; nouem, & dies

Eutychianus præfectus prætorio. quatuor principatum tenuerit. Quod tempus ego numero, ex quo, prælio facto, omnem potentiam adeptus eſt. Eutychianus, qui κωμάζων dictus eſt (idq; nomen ei ex hiſtrionum & ſcurrili ioco fuit) præeſſe cepit prætoria-

nis cohortibus, cùm antè in nulla procuratiõe aut præfectura, præterquam caſtrorum cognitus fuiſſet. deinde nõ ſemel tantùm, ſed iterum ac tertiùm Conſul factus eſt, quod antè acciderat nemini. Ex quo fit, ut id quoq; in rebus iniquiſsimis iure adnumeretur.

Eutychiani tres cõſulatus.

Cæteri clari uiri, quibus ea res non placebat, reperta aliqua cauſa occidebantur, aut etiam nulla cauſa allata. Pętus quidem Valerianus morte affectus eſt, quòd imagines aureas ad concubinarum ornamenta finxerat.

Valeriani Pæti mors.

Silius autem Meſſala, & Pomponius Baſſus rei facti ſunt, quòd rebus quas ille faceret, minimè oblectarentur: nec piguit eum de ijs ad Senatum ſcribere, cùm ab ijs mores ſuos examinari diceret, eoſq; repræhẽſores eſſe omnium, quæ in Palatio gererentur: quanquam erat alterum crimen in Baſſo, quòd pulcherrimam uxorem atq; nobiliſsimã habebat. Ea erat Claudij Seueri, & Marci Antonini neptis, quam ipſe poſtea uxorem duxit, nec ei, ut mariti mortem lugeret, permiſit.

Silius Meſſala. Pomponius Baſſus. Baſſi uxor.

Verùm de nuptijs eius, id eſt, quas ipſe habuit uxores, & quibus uiris nupſit, paulo pòſt dicemus: nam uiri & uxoris fungebatur officio, eaq; patiebatur, quæ faciebat: utrunque ſanè libidinoſe & nefariè. Sed quid ego nunc commemorem eos quos nulla ratione interfecit, cùm morte mulctauerit homines ſibi amiciſsimos, propterea quòd ipſum hortabantur, ut modeſtè & temperanter uiueret.

Pſeudantonini crudelitas.

Inter eius ſcelera eſt illud de Heliogabalo: non ſolùm, quod deum peregrinum introduxit in Vrbem, aut quod eum nouis & magnis honoribus affecit, ſed quòd Ioui eundem antepoſuit, ſeq; ſacerdotem eius fieri decreto Senatus iuſsit, quòd circuncidit ſeſe, & à porcinis carnibus abſtineret. Itaq; indutus ueſte barbara, quali Syri ſacerdotes utuntur, ſæpe publicè uiſus eſt, ex quo potiſsimûm Aſſyrij cognomen cepit.

Heliogabalus.

Corneliam Paulam duxit in matrimonium, quò fieret pater, ſicuti dicebat, celerius, qui ne uir quidem eſſe poterat: in quibus nuptijs nonnulla largitus eſt non ſolùm Senatorio & equeſtri ordini, ſed etiam Senatorũ uxoribus. Plebs ſex aureis epulata eſt uiritim: milites hoc amplius quatuor.

Cornelia Paula, Pſeudantonino nupta.

Prætcrea facti ſunt ludi gladiatorij, in quibus ipſe indutus erat ueſte purpurea, ut in ſpectaculis ſupplicationum fecerat. Ibi multæ beſtiæ cæſæ ſunt, ſed præſertim elephas & tigres ad quinquaginta unam, quod nunquam antè ſimul factum erat. Poſt hæc repudiata Paula, quòd maculam haberet in corpore, ſicuti dicebat, Aquiliam Seueram duxit apertè contra ius fasq;: eam enim habuit cum probro atq; dedecore, cùm eſſet uirgo Veſtalis: idq; ſe feciſſe auſus eſt dicere, ut ex ipſo Pontifice & ea ſacerdote Veſtali liberi diuini naſcerẽtur. Ita quibus ex rebus oportebat illum cęſum uerberibus in foro cõijci in carcerẽ, ac morte mulctari, de ijs maximè gloriabatur: neq; tamen hanc diu retinuit, ſed aliam pòſt, deinde aliam atq; aliam duxit: dein iterum ad Seueram rediijt.

Aquilia Seuera Veſtalis Auito nupta.

Tum Romæ prodigia extiterunt multa, atq; in primis illud ſimulachri Iſidis, cuius altare cane ſuſtinetur: nam faciem intrò conuertit.

Prodigia.

Interea Sardanapalus certamina præbebat, & crebra ſpectacula, in quibus Aurelius Aelix athleta glorioſus fuit, qui tantum cæteris antecelluit, ut auſus ſit in Olympia lucta ſimul certare, & pancratio, uictorq; utriuſq; in Capitolinis fuerit. cui cùm inuiderent Elæi, ne foret (quod dici ſolet) octauus ab Hercule, neminem ad luctam aduocauerunt, quamuis in albo id genus certaminis adſcripſiſſent: Romę uerò utrunq; uicit, quod antè feceret nemo.

Aurelius Aelix athleta.

Vt autem prætermittam barbaras cantilenas, quas Sardanapalus canebat Heliogabalo unà cum matre & auia, & nefaria ſacrificia, quæ ei faciebat mactatis pueris, adhibitiſq; magicis artibus: & leonem, ſimiam ac ſerpentẽ, quos

Sardanapali impietas.

uiuos in templum eius concluſit, & teſtes hominis, quos eòdem coniecit, aliaꝗ quæ faciebat contra ius fasꝗ, cùm interim ſexcentis monilibus uteretur: Vxorem (quod perridiculum eſt) ei in matrimonium dedit, tanquam deo nuptijs atque liberis opus eſſet. Cumꝗ uxorem nec inopem eſſe,

Venus Vrania Carthaginenſium.

nec ignobilem oporteret, Vraniam Carthaginenſium delegit, eamꝗ inde exportatam collocauit in Palatio, donaꝗ nuptiala, ut ſuis uxoribus exegit ex omnibus gentibus, quæ erant ſub imperio Romano: quæ cùm fuiſſent eo uiuo data, poſtea exacta ſunt. Dotem uerò ſe negauit acceptu-

Heliogabalus deos iure matrimonij ſibi coniungit.

rum, præter duos leones aureos, qui conflati fuerũt. Hic Sardanapalus, qui deos iure matrimonij cõiunxit, libidinoſe uiuebat & intẽperanter. Coibat enĩ cũ plurimis mulieribus, nõ ꝙ ijs egeret ipſe, ſed ut tali cõcubitu amatores ſuos, eorumꝗ facta imitaret̃. Multa nefaria, quæ nemo referat libenter, aut audiat, ſuo corpore paſſus eſt, fecitꝗ. Quæ uerò ſunt in prõptu, quæꝗ celari nõ poſſunt, hæc ſunt. Noctu introibat in popinas, uſusꝗ comis appo-

Sardanapaline fanda libido.

ſitis, cauponarũ fungebat̃ officio: frequẽtabat lupanaria celeberrima, in ijsque eiectis meretricib. ſcortabat̃: ad extremũ habuit cubiculũ in Palatio, in quo libidinem expleret, ſtabatꝗ nudus ſemper ante fores eius, ut ſcorta ſolent, concutiebatꝗ ſindonium connexum annulis aureis, ut molli & fracta uoce prætereuntes alliceret: erantꝗ de induſtria nonnulli, quibus imperatum erat ut id facerent, ita ut in hac re, quemadmodum in cæteris, haberet multos exploratores, per quos inueſtigabat curioſe eos qui ſibi ſatisfacere maximè in his ſpurciſsimis rebus poſſent: ex quibus exigebat pecuniam, ac de eo quæſtu gloriabatur, iactabatꝗ ſe apud ſocios eiuſdem turpitudinis, quòd ſe habere plures amatores diceret, & uberiorẽ quæſtũ facere. Cumꝗ ſe eodem modo gereret erga omnes qui ipſo abutebãtur: uirum habuit immenſę magnitudinis, quem uoluit ob eam rem Cæſarem deſignare. Currus agitabat Praſino ueſtitu, idꝗ domi intra priuatos parietes facere uidebat̃. Ibi erant præfecti certaminis omnes qui primi apud ipſum erant, ſed pręſertim præfecti Prætorio, auia, mater, & uxores. Hunc uiri ordinis Senatorij,

Leo præfectus Vrbis.

atque adeò Leo pręfectus urbis ſpectabant currus agitantem, petentemꝗ aureos, ut plebeium hominem, ac præfectos certaminũ, militesꝗ ipſos colentem. Neꝗ uerò his contentus erat, ſed ſaltabat non modò in Orcheſtra, uerùm etiam quodãmodo, dum incederet, faceretꝗ ſacrificia, atꝗ interim dum ſalutaretur, & cõcionem haberet. Poſtremò, ut iam ad id unde digreſ-

Imperator nupſit.

Sardanapalus ex uiro mulier factus, muliebribus exercetur artibus.

Hierocles maritus Imperatoris.

ſus ſum, reuertar, nupſit: appellabaturꝗ domina & regina: uerſabatur in lanificio: nonnunquam ferębat reticulum, obliniebatꝗ oculos. ſemel enim mẽtum raſit, ob eamꝗ cauſam dies feſtos egit: pòſt curabat, ut prorſus ſine pilis eſſet, ita mulieri ſimilimus erat, iacensꝗ ſæpenumero ſalutabat Senatores. Erat uir eius Hierocles Caricum mancipiũ & auriga: qua ex re ei pręter opinionem placuit. Nam cum ludis Circenſibus decidiſſet ex curru ante ſellam Sardanapali, atque in eo caſu galeam abieciſſet, uiſusꝗ ab illo eſſet (huic nulla barba, flaua coma erat) ſtatim raptus eſt in Palatiũ, nocturnisꝗ facinoribus, præſertim cùm eum duxiſſet, ita auctus eſt, ut breui tempore plus poſſe, quàm illum exiſtimaret̃: quòd mater eius ancilla adhuc Romam cum militibus adducta, & in numerum uxorum hominum conſularium relata ſit. Nam multi affecti ſunt ab illo magnis honoribus, fuereꝗ maximæ autoritatis: partim quòd ſeditionem feciſſent, partim quòd ipſum conſtuprarent. Volebat enim uideri conſtupratus, ut in hac re imitaretur mulieres petulantiſsimas: uolensꝗ ſæpenumero in manifeſto facinore deprehendebatur.

batur: quamobrem à uiro iactabatur conuicijs petulanter, ab eoq́ plagas
accipiebat, ita ut liuor oculis ſubeſſet. Neque tamen diligebat illum impe-
tu quodam animi, ſed amore ſtabili & firmo, ita ut non modò grauiter non
ferret ob has cauſas, ſed contrà amaret ardentius, ſtatueretq́ uerè eum Cæ-
ſarem deſignare, atque auiæ, quæ huic rei fuerat impedimento, minaretur,
licet militibus ob eundem hominē maximè infeſtus eſſet, eaq́ res cauſa ne-
cis eius eſſet futura. Erat Aurelius Zoticus homo Smyrnæus, quē Cocum *Aurelius Zoti-*
ex arte patris cognominabant. Is cùm à Pſeudantonino uehementer ama- *cus.*
tus fuiſſet, eidem aliquanto tempore pòſt in odium uenit, ob eamq́ rem ſal
uus conſeruatus eſt: nam cùm eſſet pulchro toto corpore, ut uiribus ad lu-
ctandum ualeret, longeq́ præſtaret omnibus mentulæ magnitudine, idq́
eſſet Imperatori ſignificatum ab ijs qui iſta perquirebant, ſtatim raptus ex
certaminibus, Romam maxima pompa perductus eſt, quanta nō uenit Au
garus Seueri, aut Teridates Neronis temporibus, deſignatusq́ cubicula-
rius antè quàm uideretur, lucernis quàm plurimis relucentib. ingreſſus eſt
in Palatium. Hunc ille ut conſpexit, accurrit rubore perfuſus, cumq́ ab eo
ita ſalutatus eſſet, ut par erat, Domine Imperator ſalue, collo mirabiliter ef-
fœminato, innuensq́ oculis reſpōdit, nulla interiecta mora: Ne me, inquit,
Dominum uoces: nam ego domina ſum. mox unà cum eo lotus, paſſusq́
obſcœna, quòd ille nudus opinioni maximè reſpōdiſſet, in eius pectore re-
cubuit, atq́ in ſinu uelut amica cœnam cepit. At Hierocles ueritus, ne Zo- *Hierocles &*
ticus illum plus quàm ipſe fecerat, redigeret in ſuam poteſtatem, ac ne ſibi *Zoticus riua-*
propter eum, ut fit inter riuales, grauius aliquid accideret, ueneno per pin- *les.*
cernas dato, quos habebat amicos, uires eius eneruauit. Ita ille cùm tota no-
cte non poſſet arrigere, priuatus eſt ijs rebus omnibus, quas antè cōſecutus
fuerat, eiectusq́ è Palatio & Roma, pòſt ex cætera Italia expulſus eſt, id
quod eum cōſeruauit. At Sardanapalū pœnas ſui ſceleris quas meritus fue- *Sardanapali*
rat, perſoluere nō multo pòſt oportebat. Nam quòd iſta faceret atq́ patere *mors.*
tur, uenit in odium populi ac militū quos maximè colebat, ab ijsq́ tandem
in caſtris occiſus eſt, re in hunc modum geſta. Baſsianum conſobrinū ſuum *Baßianus con-*
introduxit in Senatum: cum'que utrinque Mæſam & Soæmidem ſtitiſſet, *ſobrinus Pſeu-*
puerum adoptauit, ſe'que, cùm eſſet eo multo minor natu, ſtatim efferre *dantonini.*
ut tanti pueri patrem cepit, dixit'que ſe nihil alijs liberis egere, ut domus
ſua moleſtia uacaret: id'que non ſolùm præceptum ſibi eſſe ab Heliogaba-
lo, ſed etiam ut eum Alexandrum nominaret. Id ego adducor, ut credam
factum eſſe diuina quadam prouidentia, non propter ea quæ dixit ipſe,
ſed quòd ei prædictum fuiſſet, Alexandrum qui eſſet Emeſa profectus,
ipſi eſſe ſucceſſurum. Itemq́ ex eo quod accidit in Myſia ſuperiore, & Thra
cia. nam paulo antè deus aliquis, cùm ſe Alexandrum Macedonem eſſe di-
ceret, haberetq́ formam eius, atque omnem ipſius ferret apparatum, pro-
fectus ex ijs locis quæ ad Iſtrum ſunt (ubi quemadmodum extiterit, mihi
quidem non conſtat) Aſiam atque Thraciam pertranſiit bacchantium mo
re, cum quadringentis hominibus, qui thyrſis ornati erant, neruis'que,
faciebantq́ iniuriam nemini. Huic, ut aſſerunt omnes, qui tum fuerunt in
Thracia, diuerſoria, cæteræq́ res neceſſariæ publicè ſuppeditatæ ſunt, nec
ei contradicere quiſquam eſt auſus, aut reſiſtere, non prætor, non miles, nō
procurator, non præſides prouinciarum, ſed interdiu tanquam in pompa,
ut edixerat, Byzantium uenit: pòſt inde profectus, appulit ad regionem
Chalcedonenſium, ubi de nocte creato quodam ſacerdote, obrutoq́ equo

Sardanapalus quoad dilexit conſobrinum, fuit feliciſſimus.

ligneo, euanuit. Hæc ego, cùm eſſem in Aſia, accepi, antè quàm intelligerẽ ea quæ Romæ de Baſsiano facta ſunt. Igitur Sardanapalus, quoad dilexit conſobrinum, ſaluus fuit: ſed poſtquam ſuſpicatus eſt, cognouitq́ omnium beneuolentiam in illum propenſam eſſe, auſus eſt mutata ſententia, omnia ad perniciem eius moliri. Sed ut conatus eſt aliquãdo eum interficere, non modò nihil egit, ſed ipſe quoq; in periculum mortis uenit, propterea quòd Alexander diligenter cuſtodiebatur à matre, & auia, ac militibus: & prætoriani, cùm intelligerent conatum Sardanapali, uehemẽter tumultuati ſunt: neque prius deſtiterũt, quàm Sardanapalus eos uix tandem placauit. Cùm enim caſtra occupauiſſet cum Alexãdro, ſupplicaretq́ multum, ac coactus dedere ad ſupplicium eos qui ſecum turpiter uiuebant, quosq́ ipſi poſtulauerant, pro Hierocle miſericordiã cùm precibus & lachrymis captaret, iugulum dedit: Vos, inquit, hunc mihi gratificamini, quamcunque de eo opinionẽ habeatis, uel me occidite. ita tum uix incolumis cõſeruatus eſt. Nam & auia eum propter ea quæ faciebat, oderat, quòd neque eſſet Antonini filius, quodq́ eſſet in Alexandrum, ut uerè profectum ex Antonino, propenſior. Sed poſtquam iterum inſidias fecit Alexandro, milites ob eam cauſam tumultuati ſunt: cumq́ unà cum eo introiſſet in caſtra, cognouiſſetq́ milites necem ſibi machinari, quòd eos matres horum, quę apertius quàm antè diſsidebant inter ſe, concitarent, fugæ ſe mandare quodãmodo conatus eſt:

Auiti mors.

effugiſſetq́ coniectus in capſam, niſi depræhenſus occiſus fuiſſet, cum eſſet decem & octo annos natus. Cum eo mater eius, quæ ipſum mordicus tenebat, interficitur. Vtriuſq; capita abſciſſa, denudataq́ corpora primò per totam Vrbem trahuntur: dein mulieris corpus aliò, illius uerò cadauer in flumen abiectum eſt. Cum his alij, atq; in primis prefecti Prętorio occiſi ſunt:

Aurelius Eubulus Emeſenus.

itemq́ Aurelius Eubulus Emeſenus qui cum præeſſet rationũ libris, bona multorum publicauerat, à plebe, atq; à militibus laceratus & diſtractus eſt. Itemq́ Fuluius præfectus Vrbis, cui Comazon, ut etiam ei qui ante ipſum fuerat, succeſsit. nam ut perſona quædã inferebatᷣ in theatra, quo in loco actores Comœdiarũ nõ erãt, ita hic in loco deſtituto à prefectis Vrbis collocabatur.

Heliogabalus deus ex urbe expulſus.

Ipſe quoq; Heliogabalus Roma expulſus eſt. Hęc igitur ſunt, quę ad Tiberinũ pertinent: nec quiſquã eorum qui cum eo ſeditionem fecerãt, quiq́ potuerant apud eum plurimũ, uno duntaxat excepto, ſaluus euaſit.

ALEXANDER.

Domitius Vlpianus præfectus Prætorio.

POST illum ſtatim imperauit Alexander, qui Domitio Vlpiano præfecturam Prætorianorum dedit, eiq́ permiſit cætera quæ pertinent ad adminiſtrationem Imperij. Cæterùm ea quæ ſupradicta ſunt, ego quidem accuratè, diligenterq́ conſcripſi, ut potui: quæ uerò reſtant, mihi non licuit perſequi pari diligentia, quòd Romę nõ ſum diu commoratus, quodq́ in morbum incidi, cùm

Dion in morbum incidens Imperatorum hiſtoriam abſoluere nequiuit.

ex Aſia in Bithyniam ueniſſem: ex qua profectus ſum ad præfecturam Aegypti: pòſt ubi reuerti in Italiam, ſtatim penè in Dalmatiã, atq; inde in Pannoniam ſuperiorem miſſus ſum, ut eis præeſſem. Quod cùm feciſſem, atq; in urbem Romam, & deinde in Campaniam reuertiſſem, ſtatim domũ redij. Quibus ex rebus factum eſt, ut ea quæ ſequuntur, non potuerim pariter cum ijs quæ præceſſerunt, intelligere: dicam tamen in ſumma ea quę uſ-

que

quę ad ſecundum cõſulatum meum geſta ſunt. Igitur Vlpianus multa, quæ
non rectè à Sardanapalo facta erant, emendauit. Flauianum uerò & Chre-
ſtum interfecit, ut eis ſuccederet, ipſeq́ non multo poſt à Prætorianis, qui
de nocte eum inuaſerũt, interfectus eſt: quanquã accurrerat in Palatiũ atq́ *Vlpianus à*
ad ipſum Imperatorem, matremq́ eius confugerat. Sed cum adhuc uiueret *Prætorianis*
Vlpianus, tanta contentio ex parua cauſa populo cum prætorianis fuit, ut *interfectus.*
tres dies pugnauerint inter ſe, magnusq́ numerus hominum utrinq́ inte-
rierit. Pòſt ubi milites, quòd uicti erant, ceperũt ædificia incendere, popu- *Populi erga*
lus metuens ne tota Vrbs conflagraret, inuitus cum eis reconciliatus eſt. *prætorianos*
His confectis rebus, Epagathus, qui Vlpiano magna ex parte cauſa necis *ſeditio.*
fuerat, miſſus eſt in Aegyptum ut pręfectus eius prouincię, ne fortè ſi de eo *Epagathus Ae-*
Romæ ſuppliciũ ſumptũ eſſet, tumultus aliquis concitaretur: atq́ inde re- *gypti præfe-*
ductus in Cretam, cõdemnatus eſt. Per id tempus multæ rebelliones factæ *ctus.*
ſunt à multis. quarum aliquot cum fuiſſent formidoloſæ, repreſſæ ac reſtin-
ctæ ſunt. Quæ uerò acciderunt in Meſopotamia, multo certè horribiliora
nõ ſolum Romanis ſed etiam cæteris omnibus timorẽ longè maximũ fece-
runt. Artaxerxes enim Perſa cum Parthos tribus prælijs ſuperaſſet, atq́ Ar *Artaxerxis*
tabanũ regẽ eorũ interfeciſſet, irruit in Armeniã: ex qua pulſus ab incolis, *Perſarum re-*
Medisq́ nonnullis, & filijs Artabani, in fugam ſe coniecit, ut quidã putant: *gis contra Par*
nam alij reuertiſſe aiunt, ut maiores copias compararet. Hic igitur nobis for *thos & Arme-*
midoloſus fuit, quòd maximis copijs non modò Meſopotamiã inuaderet, *nios res geſtæ.*
ſed etiam Syriam, minareturq́ ſe recuperaturum omnia quę Perſæ olim te-
nuiſſent, uſq́ ad mare Græcum, quæq́ ad ſe propter maiores ſuos pertine-
rent. Neq́ uerò nobis timor iniectus eſt propterea quòd ipſe uideretur eſſe
inexpugnabilis, ſed quòd noſtri ita affecti eſſent milites, ut pars ad eum trã-
ſiret, pars nobis nollet opem ferre: quorum tanta eſt mollicies, licẽtia, impu
nitas, ut hi qui ſunt in Meſopotamia, interficere ſint auſi Flauium Heracleo
nem, qui ipſis præerat: & prætoriani poſt Vlpianũ me quoq́ criminati ſint, *Dion militum*
quòd cùm in Pannonia militibus præfuerim continenter, metuerent, ne po *in Pannonia*
ſtularem, ut ipſos cogeret aliquis inſtitutis Pannoniorum uiuere. At Ale- *præfectus.*
xander horum rationem habuit nullam, ſed contrà me magis honeſtauit, ſe
cumq́ unà deſignauit ſecundũ Conſulem: & ſumptus quos ea dignitas po- *Dionis ſecun-*
ſtulat, ſe facturum recepit. Quamobrem cùm moleſtè ferrent prætoriani, ti *dus Conſula-*
mui, ne me, ut uidiſſent cum inſignibus Imperij, interficerent. Itaq́ mihi iuſ- *tus.*
ſit Alexander, ut alicubi extra Vrbem commorarer in Italia, tempore huius
Conſulatus mei. Quod cùm feciſſem, Romam ueni: dein profectus ſum ad
ipſum in Campaniam, uerſatusq́ cum eo per aliquot dies, uiſusq́ à militi-
bus, cum magna ſecuritate domũ redij, dimiſſus, quòd laborarem ex pedi-
bus, ut reliquum uitæ tempus in patria degerem, ut mihi apertiſsimè Deus, *Dion dæmonio*
cùm iam eſſem in Bithynia, ſignificauit: quòd mihi uiſus eſt præcipere in *in ſomnis ad-*
ſomnis, ut hos uerſus ad finem huius hiſtoriæ adderem, *monitus, uerſi-*
culos in finem
hiſtoriæ ſuæ
adiecit.

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.
Iuppiter è multis crudelibus Hectora telis,
Puluereq́, & cæde exemit, belliq́; tumultu.

FINIS.

SERIES IMPERATORVM, QVORVM VITAS XIPHILINVS E' DIONE excerpſit.

Pompeio Magno deiecto, Monarchiam obtinuit in Imperio Romano

C. Iulius Cæſar.
Hunc ſecuti ſunt ordine Cæſares:
Auguſtus.
Tiberius.
C. Caligula.
Claudius.
Nero.
Galba.
Otho.
Vitellius.
Veſpaſianus.
Titus.
Domitianus.
Nerua.
Traianus.
Adrianus.
Antoninus Pius.
M. Antoninus Philoſophus.
Commodus.
Pertinax.
Didius Iulianus.
Seuerus.
Antoninus Caracallus.
Macrinus.
Auitus, qui & Pſeudantoninus, & Heliogabalus, & Sardanapalus.
Alexander.

INDEX *Alphabeticus, oſtendens quo folio ſingulorum in Xiphilino Imperatorum uitæ reperiantur.*

Adrianus	557
Alexander	618
Antoninus Caracallus	603
Antoninus Philoſophus	565
Antoninus Pius	564
Auguſtus	440
Auitus	614
C. Caligula	492
Caracallus	603
Claudius	499
Commodus	572
Domitianus	543
Didius Iulianus	582
Galba	527
Heliogabalus	614
Iulianus	582
Iulius Cæſar	434
Macrinus	612
M. Antoninus	565
Nero	506
Nerua	549
Otho	529
Pertinax	579
Pſeudantoninus	614
Seuerus	585
Sardanapalus	614
Tiberius	478
Titus	540
Traianus	550
Veſpaſianus	536
Vitellius	531

FINIS.

IN DIONIS HISTORIAM ROMANAM A SE CONVERSAM, ANNOTATIONES [redacted] AVGVSTANI, QVIBVS plurimi loci deprauati emendantur, uel obſcuri explanantur.

LECTORI CANDIDO S.

QVERITVR haud iniuria ROBERTVS STEPHANVS, uir doctiſſimus, optimeq́; de literis meritus, exemplari ſe in edendo Dione uſum non ſatis caſtigato. Plurimi enim loci huius (neq; aliā ego uidi) editionis, mutili, deprauatiq; ſunt: eorumq; partem aliquam Robertus emendandam ſibi ſumpſit. Cuius etſi magnifacio ſtudium, tamen intelligent omnes æqui, infinitas ac grauiſſimas mendas ab eo præteritas: quas nos, quantum eius ingenio, diligentia, la[redacted], ſuſtulimus, eiusq; noſtræ emendationis rationem in gratiam imperitiorū bona fide attulimus. Non ſum neſcius, ad tam arduum negocium & iudicium acutiſſimum, & maturam ætatem, ſummam præterea peritiam, multorum autorum notitiam, exemplaria etiam diuerſa, & conſilij tui cum alijs cōmunicationem, aliaq; multa requiri: uerùm ego, etſi ab his omnibus eram hoc tempore imparatiſſimus, tamen cùm ſemel aggreſſus eſſem Dionis interpretationem, mearuumq; partiū eſſe intelligerem, ut in eo illuſtrando omni conatu elaborarem: feci ſanè quod potui: quid potuerim, æquorum lectorū iudicium eſto. Proinde ita à nobis accipi noſtræ hæ annotationes debent, ut intelligatur, liberū per nos fore unicuiq; plura uel meliora afferre: ita tamen nos exiſtimare, haud mediocrem gratiam ab omnibus humanioris literaturæ amatoribus nobis deberi. Itaq; ad rem.

Folio 1. FRAGMENTVM LIBRI XXXV.) Priores in Dionis hiſtoria paginas, librum trigeſimumſextum præcedentes, eſſe fragmentum libri XXXV, dubium mihi nequaquam eſt: neq; uerò eſſe dubium apud quenquam debet. Cum enim quæ libro XXXVI (quanquam huius principium ad nos non peruenit) Dio ſcribit, acta ſint Conſulibus C. Calpurnio Piſone, M'. Acilio Glabrione, qui annus Romæ fuit DCLXXXVII. in hoc aūt fragmento & eorundem pars exponatur, & prius quæ Q. Marcio Conſule geſta ſunt, qui ſanè anno proximè priori, id eſt V.C. DCLXXXVI Conſulatum geſſit: ſatis iam ex ipſa ſerie temporis liquet, quo de libro fragmentum hoc ſuperſtes manſerit. Quod autem de Conſulibus dixi, id ex Dionis ipſius uerbis dixi. Cæterùm cùm à Lucullo geſtas res in bello Mithridatico hic deſcripſerit Dio, qui hiſtoriam integram deſiderant, ex Plutarchi Lucullo, Appianiq; Mithridatico petant. Et quia fortuna in utramq; partem.) καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ. Loquitur de Mithridate, cui Arſaces ſummam belli gerendi obtulit, quòd eum aduerſo euentu iam eruditum eſſe arbitraretur. ita habet Appianus. Subrogatus fuerat.) ἀντιτρωθείς. Ea uox Græca, puto, non eſt. τρωθεὶς uulneratum ſignificat. Fortaſſis inter ἀντι & τρωθεὶς aliqua uerba & prioris reliquæ ſyllabæ interceſſerant, quæ nunc perierunt. Ego quum certi nihil de hoc haberem, ſententiam integram eſſe uolui. Aſteriſcus eſt meritò adiectus.

2. Cum barbari uiciſſe ſe.) ἀθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντες. Puto ſcripſiſſe Dionem, ῥαθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντας. Ita ſi legas, locus conſtabit, aſteriſcumq; tolles. Porrò hanc Niſibin, Antiocheam Mygdoniæ alio nomine uocant. Teſtis Plutarch. Lucullo, Plinius lib. 6. ca. 13. Stephanus de Vrbib. Antiocheā Meſopotamiæ nominat. Et huius ἐν τῇ μυγδονίᾳ Antiocheæ meminit quoq; Polybius libro 5. Paulo pòſt, pro πεδοκατέῤῥηξαν, lege προκατέῤῥηξαν. Niſibis. Antiochea Mygdoniæ, & Meſopotamiæ. Mygdonia.

3. Itemq; ſeruorum qui in caſtris Romanorum.) Appianus contra hos à Fabio libertate promiſſa ad pugnam euocatos, ſuis ſaluti fuiſſe tradit. Pons abruptus.) ἡ γέφυρα. deeſt participium in Græco. Cæterùm Comana.) Haud dubiè ante hæc uerba aliquid deeſt.

deeſt. neq; enim cum reliquis ulla ratione cohærent, ideo notam appoſui. M'. Acilio.) hoc Manij prænomen. eſt, Manio Acilio. M enim litera cum uirgula adiecta, Manij prænomen antiqui ſignabant: ut doctè Sigonius annotauit.

4. Nam Valeriani milites.) De his omnino legendus in uita Luculli Plutarchus, Epitomæq; Liuianæ LXXXII, LXXXIII, & nonageſimaoctaua. Cùm à Marcio.) In Græco erat Μάρκου pro Μαρκίου perperàm ſcriptum. Facilè id depræhendi ex eo quod additur, ipſum ante Acilium fuiſſe Conſulem: id enim ſuprà Dio oſtenderat. & ſub finē fragmenti huius Μάρκιος expreſſè dicitur. Sæpe in hoc autore, & alijs Græcis, incuria librariorum Marcus pro Marcio, aut contrà, ſcribuntur, non ſine confuſione rerum. idemq; in alijs etiam ſimilibus uocabulis accidit, ut ſuis locis monebimus. Enimuerò Plutarchus quoq; in Cicerone, Marcio ſororem Clodij matrimonio iunctā fuiſſe his uerbis teſtatur: πολλὴ δ' ἦν δόξα καὶ ταῖς ἄλλαις δυσὶν ἀδελφαῖς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, ὧν Τερτίαν μὲν Μάρκιος ὁ Ῥὴξ, Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν.

IN LIBRVM DIONIS XXXVI. GVILIELMI [redacted] annotationes.

5. Huius libri initium deeſt, belli nimirum Cretici, cuius aliqua tantum pars in Dione ſupereſt, hiſtoria. Quæ deſiderantur, ex Flori lib. 3. cap. 7: Plutarchi Pompeio, Epitomisq; Liuianis nonageſimaoctaua, & duabus ſequentibus peti poſſunt. Porrò, hic liber bellum contra Piratas, Mithridatē, Tigranemq; & Albanos geſtū continet. Neq; Panarem, neq; Laſthenem.) Λασθένη.

Flori locus. Ergò apud Florum non rectè Iaſthenem legitur.

6. Non magnam eius rei curam.) φροντίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο. φροντίδα eſt ſcribendum: quod & Robertus Stephanus uidit.

8. Aut corpus meum ponderetis.) μηδ' ὅτι ὁ σῶμα, καὶ τόσα γέγονα ἀριθμεῖσθε. Locus eſt, eodem quoq; teſte, deprauatus. Ego ſententiam extuli, ac ſi ſcripſiſſet Dio: μηδ' ὅτι τὸ σῶμα δύναμαι, καὶ πόσα ἔτι γέγονα, ἀριθμεῖσθε. Verùm, quod initio teſtatus ſum, quia nullius codicis adminiculo iuuamur, diuinare poſſumus, affirmare quicquam non poſſumus. In rebus agendis damnum adfert.) Verborum ordo in Græco eſt perturbatus, ſuntq; ita collocanda: τὸ μὲν γὰρ πρεσβύτης ἐν τοῖς ἀποχώρησιν. ὀξύτερον τοῦ καιροῦ γιγνόμενον, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι πολλοὺς σφάλλει. Paulo pòſt: εἰδ' εὐχαῖς τὸ πρᾶγμα τοῦτο δεῖν, malim εὐχῆς.

10. Ad bellum cōtra Sert. dux nobis defuit.) στρατηγοῦ ἠυπορήσατε, ὅτι τὸ πρὸ τούτου χρόνον ἐν τοῖς αὐτοῖς: ſcribendum ἠπορήσατε, & ἐν omittendum. Et inde, ἵνα ἐν τοῖς πρόσθεν φύγοις, &c. legendum, οὐχ ἵνα ἐν τοῖς, &c. neq; tamē hæc interrogat, ſed ſubijcit ſibi ipſe reſpōdens. Paulo inferius, ἐφ' ἃ μήτε πλείω τοῦ τεταγ. ſcribo, ἐφ' ᾧ, &c. ita enim Græci moris eſt. Iam quod ad Dictatorem in Siciliam miſſum attinet, Attilium Calatinū intelligo, de quo ſic

Liuij locus. in decimanona Liuij Epitoma ſcribitur: Attilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitū duxit. Id autem in Siciliam factum fuiſſe, poſt amiſſam Appij Claudij Pulcri (qui fuit Conſul anno Vrbis conditæ quingenteſimoquarto) temeritate claſſem, ſatis ipſe hiſtoriæ ordo docet. Polybius certè, autor grauiſſimus, cùm libro primo id bellum Punicum primum diligentiſſimè perſcripſerit, ne unico quidem uerbo huius Dictaturæ meminit: maximo ſanè argumento, nihil ea Dictatura geſtum fuiſſe: quod hic Catulus refert.

11. Qui ob illegitimam imperandi cupiditatem.) διὰ τὰς παρὰ νόμους φυλαρχίας. ſcribēdo per ἰῶτα, φιλαρχίας, ſiue παρὰ νόμους (ut nos) ſiue παρανόμους (ὑφὲν, ut uult Robertus, legas, nihil intereſt. Subterfugere poſsint.) αὐτὰς τὰς ἀναφυγὰς, uitioſè: repono, αὖ τὰς ἀναφυγάς.

12. Ad hoc negocium conducere.) πρόσφορα ἐς αὐτὰ ἂν ἦν ἑκάστοτε. uox ἦν abundat. Statim, κατὰ λόγους, una dictio eſſe debuit καταλόγους. Pòſt: Erga dedentes ſe ei: πρὸς σφᾶς ὁμολογοῦντας οἷας τε. ſcribendum, ὁμολογοῦντάς οἱ, ὥστε. Robertus etiam hæc notauit. Poſtea enim quàm Tribb.) Ius eis à Sylla ademptum, à Pompeio in primo ſuo Conſulatu reſtitutum, anno V. C. DCLXXXIIII, ex hiſtoricis patet. In Græco ſunt aliquot

mendæ. ὑπὸ τῶν τιμῶν τῶν ἀρχῶν. Ordo ita habere debet: τῶν ὑπὸ τῶν τιμῶν τῶν ἀρχῶν. Inde, ἄν τι καὶ ἀνήκεστον: ſit ἀνηκέστων. quo uocabulo extrema & immedicabilia Græci nominant. Et poſt ἀπεργάσασθαι uerbum, colon eſt. Hæc quidem leuiuſcula. Sed ὁ γὰρ αὐτί πρᾶσσον, contrarium huic loco ſenſum habent uerba. emendanda, ut ſit, καὶ γὰρ αὐτί πρᾶσσον: ſicut & τότε μὲν πρὶν falſò eſt, pro τότε μὲν πρὶν, quod poſterius etiam Robertus animaduertit.

13. Tulit & Roſcius legem.) *Plutarchus in uita Ciceronis hanc de gradibus equitum à plebeiorum ſeparandis legem M. Othoni prætori adſcribit, eundem (puto) ſecutus autorem, cum Horatio, qui in Menam libertum Pompeij ita ſcribit:* Plutarchi, Horatij & Iuuenalis locus. 4. Epod.

Sedilibuſq; magnus in primis eques
Othone contempto ſedet.

Cum quibus & Iuuenalis Satyra 3. ait:

Sic libitum uano, qui nos diſtinxit, Othoni. *& Satyra 14.*
— effice ſummam,
Bis ſeptem ordinibus quam lex dignatur Othonis.

Dio Liuium ſecutus uidetur, qui Roſcio idem tribuit: ut eſt in Epitoma eius undecenteſima. Cæterùm, ἔπαινον ἐπ' αὐτῷ, non αὐτὸν lego cum Roberto. Extrema enim anni die.) τῇ ἐσχάτῃ τοῦ ἔτους, non ἔθους. Id quidem in promptu. Sed locus eſt perobſcurus: de quo quid ſtatuam, non ſuccurrit. Tùm quod Marcius & Acilius.) καὶ διότι ὅτε Μάρκος καὶ ὁ Ἀκίλιος, ὥς περ, &c. Μάρκιος ſcribendum ſatis ex præcedentis libri fragmento, uſq; quæ ibi diximus, patet. Vocabulum ὡς ipſa ſententia excludit. Vt aliquando pro ſe quoq; ſimile.) καὶ ἵνα ποτέ τι τῶν ὁμοίων. Hic, ut ait Robertus, aſteriſco notatus fuit locus, cùm ſit tamen planiſsimus. q. d. τὸ ψηφισθῆναι.

14. Et utriuſq; fauorē ſibi concilians.) ὃν ὑπ' ἀμφοτέρων ἀσπάζεται πράττειν. Ingenioſè Robertus reſtituit hunc locū: ἵν' ὑπ' ἀμφοτέρων ἀσπάζηται, ἔπραττεν. Quòd hi in ſuum locum eſſent elati.) καὶ ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ἀνηρέθησαν. Non dubito, ſcriptum fuiſſe à Dione ἀνθηρέθησαν. Hic locus non parum lucis adfert Salluſtio, & Tranquillo, quorum uterq; huius coniurationis meminit: hic in Aedilitate Cæſaris, ille in Catilinario. Meminit & Abbreuiator Liuij, libro centeſimoprimo, omiſsis tamen conſpiratorum nominibus. Vbi quæ acta eſſent.) διαπραγμένα, ſcribe τὰ πεπραγμένα. prior enim uox nihil ad rem. Arſace Parthorum rege.) Arſaces commune regibus Parthorum omnibus nomen eſt, ut Ptolemæus Aegyptijs: itaq; hunc Sintricem Appianus appellat.

15. Hoſtemq; hinc inde circumducere.) ἐπελάσαντι ἑαυτόν. αὐτὸν ſcribo. Locum inter tumulos aptè poſitum.) χωρίον καλὸν μεταξὺ γηλόφων. Robertus κοῖλον pro καλὸν legit, cui Xiphilinus, eadem ad uerbum habens, accedit. καλὸν non minus commodè legitur, pro apto & commodo. nam locum inter tumulos poſitum, cauum, κοῖλον eſſe, per ſe cōſtat. Paulo ſuperius erat, ὑπαγαγὼν εἰς ὃ ἐβούλετο, non minus quàm ἠβούλετο, quod malle ſe, tanquā antiquioris ſcripturæ, Robertus ait, commoda uox.

16. Ad Mæotin & Boſporum.) Inuenio promiſcuè ſcribi Βόσπορον & Βόσφορον. prius rectius eſt, etiam uſitatius. alterum ſcribendum eſt προξύτονον, Βοσφόρον, mare quod bouem tulerit. Milites ſui haberent.) τῶν στρατιωτῶν αὐτὴν δύναμιν. Poſtrema uox nihil hic ſonat. fortè διανεῖμαι: fuit. Tigranis imperio offenſis.) ἐπεὶ καθ' ἡδονήν. Omnino ſcribendum ἐπεὶ οὐ καθ' ἡδονήν. Filio Tigranis partem copiarum.) τῷ παιδὶ αὐτῷ καταλιπών, non αὐτοῦ, patet ex ſequentibus, ubi filium ſuum pater Tigranes profligat.

17. Sophenéq; regio.) Σωφηνὴν Plutarchus in Lucullo & Pompeio uocat, & noſter etiam. Stephanus Σωφανηνὴν ab Arriano dictam teſtatur, ut Robertus etiam monuit. Lucanus contra Græcorum autoritatem primam breuem extulit libro 2. molleſq; Sophenæ. Eam diuerſitatem notent rudiores. Cæterùm τὴν δ' ἔχει τὴν Σωφανηνὴν μόνην ἀπηγίαν lego, reiectis uerbis τὴν ἑτέραν, ipſam ſententiā & Plutarchū ſecutus. Is nōnihil etiam ut Tigrani.) τὴν μὲν ἑκὼν τῷ Τιγρ. ſcribe, τὸ μέν τι, &c. cuius redditiuum ſequitur, τὸ δὲ πλεῖστον.

IN LIBRVM DIONIS XXXVII. [redacted]
[redacted] Auguſtani annotationes.

18. *Quod Robertus monet, Conſulum nomina hic & alibi deprauata eſſe, euidẽs eſt. Nos emendabimus, quantum eius ex ipſo Dione, alijs autoribus, aut certis rationibus licebit.*

L. Cæſar.) *In Græco malè,* καὶ Καῖσαρ, *pro* Λ. Καῖσαρ. *Patet hoc ex uerbis Dionis ſequentibus ſuo loco. Salluſtius in Catilin. Igitur circiter Calendas Iunias, L. Cæſare, C. Figulo Conſulibus, &c.* M. Pupius.) M. Πούπλιος, *ſcribe* Πούπιος. *Cæterùm quòd Afranium L. Filium uocat, neſcio an librarij ſit culpa. Cicero quidem libro ad Atticum primo, frequenter filium Auli uocat.* Pompeius autem præſidio urbis.) καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει. *Locus mutilus.*


20. Subinde acclamante Romano.) πρὸς τὴν ἐπίβοησιν τ. τ. τ. γ. ἐπιλέγοντας, *ſcribendum* ἐπιλέγοντος. Corduenem.) Κορδουηνήν. *Corduenos Plinius libro 6. capite 18. ad Tig. in Adiabenis proximos ponit. Plutarchus de eadem re loquens,* Γορδυηνὴν *ſcribit. Strabo libro 16* Γορδυηνὴν ἀπὸ τοῦ Γόρδυος.

21. De limitibus quibuſdam.) φόρους δὲ ὑπερορίων τινῶν, *ſcribendum duobus uocibus,* ὑπὲρ ὁρίων. Etſi filio eius.) καί τοι παιδὸς αὐτοῦ. *Ante hæc uerba in Græco nota eſt, locum mutilum eſſe monens: ego & antè & pòſt aſteriſcum ponendum cenſeo. Quæ de Stratonica, eiusq́; filio Xiphare (de eo enim hæc uerba,* Etſi filio eius, *intelligo) ſcripſerat Dio, quia interciderunt, ex Appiani* Μιθριδατικῶν, *& Plutarchi Pompeio petenda ſunt. Proinde multa hic deeſſe facilè conſtat, præſertim ex Xiphilino, qui multa hoc loco refert, de quibus apud Dionem ne punctum quidem ſupereſt. Iam quæ in Dione ſequuntur uerba:* Ob hoc ſolum cùm Aedilis eſſet, *de Aedilitate Cæſaris ſcripta ſunt. Itaque Suetonij locum apponam, ut quæ hic mutilata ſunt, aliquo modo tamen inde conſtent. Aedilis (inquit) Cæſar, præter comitium, & forum, Baſilicasq́; etiam Capitolium ornauit, porticibus ad tempus extructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosq́;, & cum Collega, & ſeparatim edidit: quo factum eſt, ut communium quoque impenſarum ſolus gratiam caperet: neque diſsimularet collega eius M. Bibulus, eueniſſe ſibi quod Polluci: Vt enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta, tantùm Caſtoris uocaretur, ita ſuam Cæſarisq́; munificentiam unius Cæſaris dici.* Procurata ſunt.) τά τε μὲν οὖν ἄλλα διελύοντο, *malè pro* διεδύοντο. Lucretium.) *Q. Lucretium nempe Ofellam, de quo meminerunt Plutarchus in Sylla, Appianus libro 1. bell. ciuil. Abbreuiator Liuij libro 89. ubi perperàm legitur Aſella.* Liuij locus.

23. Romanis eo libero ſpacio.) ἐν τῷ διακόνῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διοικῆσαι. *Emendandum* διακόνῳ, *ut ſit* διακενῷ: *ſic enim & Xiphilinus legit, & Dio ſuprà loquutus eſt. Monuit etiam Robertus.*

24. Quòd autem dies ad ſeptem ſidera.) *Huius loci ſenſum explanare rudiorum cauſa, ſi qui fortè per ſe non aſſequantur, paucis uolo. Circulari, hoc eſt, in orbem redeunte numeratione inſtituta planetarum, ſuo ordine collocatorum, ita tamen, ut ſemper duo in medio omittantur: (nam in Diateſſaron etiam interuallo, quæ Muſicis uulgò Quarta dicitur, in cithara à primo neruo ad quartum, duobus præteritis in medio, itemq́; in uocibus à prima quaque ad quartam, fit tranſitus.) ſi prima dies Saturno adſcribatur, ſecunda Soli, tertia Lunæ cedet, & ſic de reliquis. quod ex adiecta figura intelligi perfacilè poteſt.*

Diateſſaron harmoniæ præſtantia.



Cæterùm Diateſſaron conſonantiam in Muſicis principatum obtinere (quod hic Dio aſſerit) cùm alijs ex cauſis, tum ex hac potiſsimũ conſtat, quòd Symphoniæ (quæ eſt Muſicæ quaſi animus & uita) genera huius interualli ratione diſtinguuntur. nam alio atque alio modo conflata διὰ τεσσάρων *diſtantia, modò Chromaticum, modò Enharmonicum, modò Diatonicum concentum conſtituit. qua de re diſputandi hic non eſt locus. Ex eadem figura etiam altera ratio intelligi poteſt. Eſto primæ diei naturalis (hoc eſt, ſpacio*

horarum

horarum uigintiquatuor conſtantis) hora prima Saturno adſcripta: ut iam ab hoc auſpicio totius diei dominium ſibi uendicet. Ergo ſingulis horis ad ſingulos planetas relatis, quorum numerum ſeptenarium eſſe liquet: ſeptima porrò deinceps hora quæque, hoc eſt octaua, decimaquinta, & tandem uigeſimaſecunda Saturni erunt. Proinde uiceſimatertia Iouis: uiceſimaquarta, quæ eſt nimirum ultima, Marti cedet. Quo fit, ut inſequentis diei hora prima, eiuſq́; item diei dominium, iterum ad Solem redeat. Huicq́; itidem cùm octaua etiam, decimaquinta & uiceſimaſecunda hora adſignentur. prima inſequentis diei hora Lunæ imputabitur. & ſic deinceps. Inde efficitur, ut, cùm qui planeta primam diei horam obtinet, uigeſimæſecundæ etiam præſit, duæq́; horæ adhuc inter hanc, & ſequentis diei primam (cuius domino totius diei dominium deferri monuimus) intercedant: ſemper duobus in ordine planetarum omiſſis, proximus inſequentis diei gubernator reperiatur. quod eadem, quam in priori ratione docuimus, numeratione conficitur. Ita quas duas Dio rationes affert, cùm diuerſæ inter ſe ſint, periucunda tamen contemplatione in idem recidere inueniuntur: quod in gratiam imperitiorum à me explicatum, doctos, ne ægrè id ferant, oratos uolo. In Græco porrò mendoſè eſt αὐτός τε ἵππευον ἐπιὼν, ſcribendumq́; αὐτὰς τε ἐπιών. Et mox, θεωρίας τινὰς, legendum θεωρίας δέ τινος. Xiphilinus utriuſque caſtigationis teſtis. Per Græciam in Italiam.) εἰς τὴν ἑλλάδα τὴν ἰταλίαν. Robertus ut loco huic ſuccurreret, τήν τε ἰταλίαν legendum annotauit, non malè quidem, aut incommodè. Ego quidem (quod citra repræhenſionem aut iniuriam eius à me dictum ſcias) τῆς ἰταλίας, ſecundo caſu malim, ut magna Græcia intelligatur: in ea enim fuit Brunduſium, quò appuliſſe Pompeium Dio narrat.

26. Augurium ſalutis repeterent.) Salutis augurij rationem qui tibi explicet præter hunc Dionis locum, non temerè inuenies alium. In Græco eſt οἰώνισμα τῆς ὑγιείας. ſicut & infrà libro quinquageſimoprimo, folio 281: quũ ὑγίεια aliàs ſanitatem, aliàs ſalutem in genere apud Græcos ſignificet. Suetonius ſæpius meminit huius augurij: ut in Augusti uita, capite triceſimoprimo: Nonnulla etiam ex antiquiſſimis ceremonijs paulatim abolita reſtituit, ut ſalutis augurium, &c. Et Cornelius Tacitus libro duodecimo in uita Claudij: Salutis augurium quinque & uiginti annis omiſſum repeti, ac deinde continuari placitum. Sed de his aliàs. P. Pæto.) Παιτῷ δὲ Πουπλίῳ legendum, non Παπλίῳ. Eſt autem is P. Antronius Pætus, cuius ſuprà quoque pagina decimaquarta mentio facta fuit. T. autem Labienus.) L. Saturnini ſeditio, utq́; occiſus fuerit, deſcribitur copioſè ab Appiano Alexandrino libro primo. quanquam neque is, neque Plutarchus in Mario, neque Florus libro tertio, capite decimoſexto, Rabirio cædem eam adſcribant. Perijt anno Vrbis conditæ 655. ut rectè Dio dixerit, annis antè triginta ſex id eueniſſe. Extat de hac ipſa re oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, quam Conſul habuit: multum lucis huic loco allatura, ſi cõferatur, multum acceptura. Bellumq́; aduerſus eum.) Bellũ uocat arma iuſſu Senatus contra ſeditioſos uſurpata. Sic in Epitoma Liuiana ſexageſimanona, bello quodam interfectus hic ipſe dicitur. Bella autem huiuſmodi res dicuntur, quia (ut de cæde Tiberij Gracchi Tullius ait) non ſolùm ex domeſtica ſunt ratione, ſed attingunt etiam bellicam: quoniam ui manu'que conficiuntur. — Bellum.

27. Quod de uexillo dixi.) Mentio huius rei fit apud Liuium libro triceſimonono, in oratione Sp. Poſthumij Conſulis: Maiores ueſtri, ne uos quidem, niſi aut uexillo in arce poſito comitiorum cauſa, &c. quem locum ſine hoc non facilè intelliges. Enimuerò uerbis meis hoc loco non eſt opus, quum extent de Comitijs Romanorum libri tres, Nicolai Gruchij Rotomagenſis: quibus non modò uniuerſam Comitiorum rationem, ſed antiquæ illius Romanæ reipublicæ totam formam ac conſuetudinem ita diligenter, exactè, copioſeq́; deſcripſit, ut eo quidem in genere doctius accuratiusq́;, & omnibus numeris abſolutius uiderim nihil. Eum conſulent ſtudioſi, ſi quid huiuſmodi inciderit. — Nicolai Gruchij laus. Eos nouarum tabularum.) χρεῶν τε καὶ ἀποκοπάς. καὶ delendum. & πρώτους δυνατωτάτους, πρώτους καὶ δυνατωτάτους lege. P. Lentulum, qui poſt geſtum Conſulatum.) Mos hic recuperandæ Senatoriæ dignitatis obſeruandus eſt, cuius etiam alijs locis meminit Dio. Conſul aũt fuit hic Lentulus anno ſexcenteſimo octuageſimotertio.

uideturq́; Senatu eſſe eiectus à Cenſoribus Cn. Lentulo, & L. Gellio: quorum Cenſuræ meminit Epitoma Liuij nonageſimaoctaua. Incidit autem in annum DCLXXXVI. ſiquidem, ut Dio ſuprà paulo oſtendit, Conſulibus L. Cæſare, & C. Figulo proximi Cenſores fuerunt, anno Vrbis conditæ 690.

28. Compræhenſis que his qui ad eum.) καὶ συλλαβὼν τοὺς ἐπ᾽ αὐτὴν. Ante hæc uerba aſteriſcis interiectis lacunam reliqui, quò indicarem, deeſſe non pauca hic: nimirum totam cum Allobrogum legatis actionem Lentuli, & Ciceronis in ea re inueſtiganda, coercendáque induſtriam. Hiſtoria eſt apud Salluſtium, Plutarchum in Cic. & Appianum, &c.

29. Contra Syllæ legem, Domitij legem.) Cn. Domitius, atauus Neronis Cæſaris, in Tribunatu pontificibus offenſior, quòd alium quàm ſe in patris ſui locum cooptaſſent, ius ſacerdotum ſubrogandorum à collegijs ad populum tranſtulit. Hæc Suetonius in Nerone, capite ſecundo. Syllam uerò collegijs ſacerdotum ſuum honorem reddidiſſe, auxiſſéq́;, ex hiſtorijs notum eſt. His ſeſe ultro inſinuabat.) τούτους ὡς καὶ ἱεράτην ὑπῆρχε. Videtur ἱεωμένος ἱεράτην, aut aliquid tale fuiſſe. ἰπελθεῖν autem poſuit pro demereri, gratiam captare: ut ſub finem quoque libri, ὑπῆρχε ἀμφοτέρους ὁμοίως. Iunius Silanus.) Ita ſcribendum, non Syllanus. In Græco uitioſè eſt Ιούλιος, pro Ιούνιος. Quanquam cæſorum numerus.) καὶ τῷ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ϖεφ. ſcribo καί τις. Cicero Philippica ultima, ſi quis unum aut duo millia hoſtium deleuiſſet, Imperatorem à Senatu nominatum fuiſſe ſcribit. Appianus libro 2. de Curione loquens, ait ſuo tempore millibus decem cæſorum hoſtium conſtitiſſe.

ἰπελθεῖν.

Imperator quomodo quis dictus.

31. M. Cato, & Q. Minutius.) In Græco eſt ſimpliciter Κάτων, ego prænomen addidi perſpicuitatis cauſa: quod euidens eſt ex hiſtoria ipſa, & Plutarcho. Hoc autem agebat, ut nomen Catuli.) De hac re, ut intelligatur hic locus, legendus Suetonius Cæſare, capite decimoquinto, & ipſe Dio infrà libro quadrageſimotertio, folio 136. Neque uerò tantoperè.) οὐ μὴν οὕτω γε χαρίζεσθαι. οὐ μὴν ſcribe: & ψηφισθῆναί τι, non ἐτι.

34. Vltra Dorium tranſtulerunt.) Fluuij nomen puto. nam Dio nihil præter τὸν articulum addidit, ut ϖοταμὸν poſſit intelligi. Sic ſuprà dixit, πρὸς τὸν Καμβύσην. & libro 41. περὶ Αψὸν, quos fluuios eſſe patet. Brigantiam Calæciæ urbem.) Καλαικίας. fortè Καλλαϊκῆς. Callaicos enim populum à Cæſare ſubactum Plutarchus nominat. Calæciam autem in Hiſpania nullam inuenio. Satis ſibi iam aditus.) ἱκανὴν ἀπ᾽ αὐτῶν ὁδὸν βασιλείαν. Ineptiſſima lectio: emendo ἐπίβασιν. In petitione Conſulatus.) ἐπαγγελλόμενος τὴν ἀρχὴν. Omiſit præpoſitionem εἰς, quam requirit uſus loquendi. Et tamen ſic libro quadrageſimo etiam loquutus eſt, νόμον τὸν κελεύοντα τοὺς ἀρχὴν τινα ἐπαγγέλλοντας.

ἐπαγγέλλεσθαι τὴν ἀρχὴν.

35. Maiori ſtudio inimicis.) σφοδροτέρας τὰς σπουδὰς, imò σπουδάς.

36. Ludos de Syris.) πανήγυρίν τινα ἐκ σύρων. quæ uerba quid ſibi uelint, ſiquidem ſunt integra, non ſatis certus ſum. Fortè loquitur de theatro ex Syriacis manubijs ædificato: ſed certi nihil habeo.

IN DIONIS LIBRVM XXXVIII. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Et Ariouiſtum.) Αριουισίτου, ſcribo Αριοβίστου, ex ipſo Dione. Conſulum nomina in Græco ſic legenda ſunt:

Γ. Ιούλιος Γ. υ. Καῖσαρ. Μ. Καλπούρνιος Βίβουλος ὕπ.

Λ. Πείσων Λ. υἱός. Α. Γαβίνιος Αὐ. υ. ὕπ. Calpurnij nomen Bibulo cum Piſonibus cõmune eſt, quæ cauſa erroris fortè fuit librario. Piſoni aũt L. prænomen fuiſſe, ex Cic. etiam multis locis, & oratione contra eum habita liquet. Quæ etſi iandudum mihi minimè fuerunt obſcura, neſcio tamen quo pacto acciderit, ut neq; in uertẽdo, neq; in emendando, neq; tum adeò, cùm ad prælũ ea relegerẽ, animaduerterim. Etenim homines ſumus omnes, eſtq́; nobis procliuis ad errorẽ lapſus: ingenuũ cõtrà eſt, fateri te dormitauiſſe aliquãdiu, præſertim Quando opere in lõgo fas eſt obrepere ſomnũ. Facitq; ad excuſationem etiam feſtinatio. Emendet itaque candidus lector ita:

Interpres de erroribus ſuis.

Anno

Anno V.C. 695. C.Iulius C.F.Cæſar. M.Calpurnius Bibulus.
696. L.Piſo, L.F. A.Gabinius A.F.

Sunt & alia leuiora, quæ impreßis demum paginis notauimus, ut cùm idem uocabulum diuerſis modis ſcriptum inuenietur. Exempli cauſa cepit, cœpit: ceptum, cœptum: deprehendo, & id genus, depræhendo. Item Licinius, Licinnius, & ſimilia. Ego ubique cepit, ceptum, depræhendo, Licinius, ſcribendum cenſeo. ſed aliquando uariè per incogitantiam, & in quibuſdam uitio Græci exemplaris ſcripſimus, citra tamen ſententiæ aut rei detrimentum. Quorum lapſuum, & quòd non ubique Lyncei fuimus, gratiam nobis fieri à candidis lectoribus confidimus.

37. M. quidam Petreius.) *Apud Xiphilinum hic* Μάρκος Πετρώνιος *dicitur*, M. Petronius.

38. M. Fauonius.) Φαωώνιος. *Monet Robertus Steph. triplicem huius nominis lectionem in Dione extare, quæ uarietas librarij utique eſt. ego* Φαωώνιον *malim ubiq; legi.*

39. Remiſsionem à Senatu flagitauerant.) ἐκδικίας τινός. *Quæ uox an genuina ſit, compertum non habeo. uidetur tamen priuilegium, quod uocant, ſignificare, cùm quis legibus ſoluitur. Rei huius meminit Suetonius, ac Cicero ad Atticum libro primo. Ex iiſdem locis, ac Ciceronis pro Domo ſua oratione, itemq; Appiani Alexandrini libro ſecũdo* ἐμφυλίων *ſatis patet, equites publicanos fuiſſe.* Omnia Pompeij acta.) *Quod in Græco legitur* πεοσταχθέντα, *ego* πραχθέντα *lego.* Ridiculè omnino ſuppreſsit.) γελοιότατον *enim aduerbialiter accipio. quaſi diceret: Cato ridiculè egit, quòd legibus Iulijs utens in iudicijs, nomen earum aſpernatus eſt.* Q. autem Fufius.) *Conſtanter hic Q. Fufius à Dione noſtro etiam ſequentibus locis dicitur, cùm apud Ciceronem multis locis Fuſius dicatur. Sed & Carolus Sigonius, uir longè doctißimus, diligentiæq; exactißimæ, in ſuis Liuianis annotationibus, etiam in Capitolinis monumentis Fufium legi, atque ita ubique ſcribendum eſſe teſtatur. Cæterùm totus locus ſatis obſcurus eſt. Quòd Robertus pro* ἀπώτερα *legit* ἀτοπώτερα, *probo.* Per quendam L. Vectiũ.) *In Græco deprauatè* ὀικέτιον *pro* οὐέτιον *legitur. Cicero epiſtola penultima libri ſecundi ad Atticum, Vectium hunc nominat. Plutarchus in fine Luculli* Βρέτιον, *mendoſè, niſi fallor. nam & Appianus* οὐέττιον *appellat, libro ſecundo bell. ciuil.* Quod uerti, Nihil certi cognoſcebatur: *in Græco,* οὐ γάρ πω καὶ διηλέγχθη τι, *credo ſcriptũ fuiſſe* διηλέγχθη, *ἀπὸ τοῦ* διελέγχεσθαι, *hoc eſt, à conuincendo, & certò deprænhendendo.* Carolus Sigonius.

40. In defenſione Antonij.) C. *Antonij, qui Conſul fuerat cum Cicerone. Frequens mentio fit huius rei apud ipſum Ciceronem: præſertim epiſtola ad Atticum ſexta, in oratione pro L. Flacco, & M. Cælio, qui Antonium in ius uocauit. Damnatum autem exilio fuiſſe Antonium, ex ſecunda Philippica patet, & fine libri Dionis 45.* Quàm ut in poſterum tutus eſſet.) *In Græco* ἢ ἵνα καὶ λυθείη *quod integrum mihi non uidetur: ſenſum uolui exprimere. ſicut & in eo quod ſequitur,* Ab eo quod infectum fieri: *quæ uerba mutila ſunt in Græco.*

41. Ad gratias defenſoribus ſuis.) *Senſus enim, &* ἀντίθετον *ipſum uidetur oſtendere. pro* ἀμυνόντων, ἀμυνάντων *ſcribendum.* Ita inuidiæ uitandæ cauſa dicta.) ὑπὸ χαρίτος, *fortè* ὑπὸ χαιρίας. *De his collegijs à Clodio inſtauratis, Cicero in oratione in L. Piſonem. ut & ibidem de Cenſoria poteſtate abrogata, & pro Domo ſua.* Apud utrumque ordinem.) παρ' ἀμφοτέροις σφίσι, *nempe apud Senatum & equites. nam ad hos iam tum iudicia erant tranſlata à L. Aurelio Cotta prætore, ut Liuiana Epitoma nonageſimaſeptima habet, & Velleius Paterculus apertius: Per idem tempus, inquit, L. Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatum tranſtulerant, æqualiter inter utrumque ordinem partitus eſt, &c.*

42. Equitis habitu.) ἱππάδι, *fortè* ἱππάδι, *aut* ἱππικῇ. Clodium Pompeio affinitate quondam iunctum.) *Nimirum propter Q. Metellum, qui altero antè anno fuerat Conſul: cuius ſororem in matrimonio Pompeius habuerat, quem Metellum Dio ſuprà libro triceſimoſeptimo, folio triceſimotertio teſtatus eſt, Clodij propinquum fuiſſe.* Fugæ indicta

cauſa faciẽda.) ἀπαυδῶν αὐτεξετάσεως. φεύγειν aut ſimilis uox hoc loco in Græco deſideratur.

Longè ſuperiorem ſe inimicis futurum.) ὡς καὶ πολὺ τῶν ἐχθρῶν ὑπερέσων. Id participium unde formatum ſit, mihi cum doctiſſimo Roberto dubitare ſubit: neque ſcio mendoſe ne, an nouè dictum ſit. Certè ὑπερφέρειν cum accuſatiuo conſtruitur, ut ne ὑπεροίσων quidem legendum ſit: cuius unum exemplum addam, quod nunc in promptu fuit, ex Appiani libro ſecundo belli ciuilis: καὶ διαφέρων μάλιστα τοῖς ὑπάτοις ἢ γνώμῃ ὑπὸ δέους ἢ φθόνου, ὡς τῶν αἰδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπερεισόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ. Idq́ue multi etiam ſenatores fecerunt.) καὶ πολλοὶ ὅσοι καὶ τῶν βουλευτῶν, deeſt textui ἐποίησαν.

ὑπερφέρω uerbi conſtructio.

43. Criminatus eſt.) ὑπεκάλει. Haud ſcio an malè, pro ἐπεκάλει, ut ſæpe loquitur. Interrogatuſ´que à Clodio.) πυθομένου omnino ſcribendum eſt, non πυθόμενος. & pro οὕτω μόνον, ſatis patet ex ipſa ſententia, οὕτω ὠμὸν ſcripſiſſe Dionem, aut potius οὔτ᾽ ὠμόν. Patet hoc ſatis ex oratione etiam Ciceronis in hunc ipſum Piſonem, ubi idipſum ei exprobrat his uerbis: Idem illo ferè biduo productus in cõcionem ab eo, cui ſic æquatum præbebas Conſulatũ tuum, cùm eſſes interrogatus quid ſentires de Conſulatu meo, grauis autor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius Semiplacentinus Caluentius, reſpondes altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, Crudelitatem tibi non placere. Et quæ ſequuntur, plurimum lucis huc allatura. Sequitur paulo pòſt in Græco parentheſis, ante uocem ἐξὸν inchoanda, & poſt ἐποιήσατο claudenda. Et quod ſequitur, τὴν μὲν γάρ, γὰρ eſt inducendũ: quæ rectè ſunt à Roberto Stephano annotata. Iuſſusq́ue eſt abeſſe Roma ultra quadringenta & ſexagintaocto millia paſſuum.) In Græco ſunt ſtadia ter millia, ſeptingenta, ac quinquaginta: quæ tot, quot ego poſui millia paſſuum (nam Latini ferè ijs, non ſtadijs utuntur in diſtantijs indicandis) ac præterea paſſus ſeptingentos & quinquaginta faciunt. Cicero libro tertio ad Atticum: Allata eſt enim mihi rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum eſſe audieramus, erat huiuſmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret eſſe. Plutarchus iterum aliter paulo, qui edictum ait, ne quis hoſpitium daret Ciceroni intra quingenteſimum ab Italia miliare, ἐντὸς μιλίων πεντακοσίων Ἰταλίας. Itaque autoris noſtri ſumma præciſe poſita mihi uidetur. Quod autem dixi, Impunè à quouis occidi poſſent: lego in Græco non αὐτό τι, quod locum nõ habet, ſed una dictione ἀνατί, quod eſt ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας.

Miliare unum Italicum octo ſtadijs cõſtat. ſtadiũ 125. paſſibus.

ἀνατί.

45. Oberrareq́ue nomen exteris ferentem.) ἀλᾶσθαι, non aſpiratè ἁλᾶσθαι. Cùm enim duo ſint.) δύο γὰρ τῶν ὄντων, δὴ ὤν. tolle τῶν. Hominum arbitrio atque opinione.) νόμῳ τε καὶ δοκήσει ἐστί. Philoſophicè enim Dio uoce νόμος hoc loco uſus eſt, φύσει eam opponens, cùm ſanitatem corporis & mentis reuera ac ſuapte natura, uel ſimpliciter bona uocat, eorumq́ue contraria, mala. Reliqua tantùm iudicio hominum bona aut mala uocari. Hoc modo νόμον τῇ φύσει opponit multis locis cùm Plato, tum Ariſtoteles. Ariſtoteles primo Ethicorum Nicom. libro ait tantam uerſari circa eorum bonorum, quorum cognitio moralis eſt philoſophiæ, opinionum diuerſitatem, ac errorem, ut multis ea non per ſe, ac ſuapte natura, ſed tantum hominum iudicio & inſtituto bona eſſe uideantur: ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Sic in ſecundo Phyſicæ auſcultationis libro eadem uoce uſus eſt, in recitanda Antiphontis de Natura ſententia. Plato in Gorgia ait νόμον in pleriſque τῇ φύσει contrarium eſſe: id eſt, ferè aliter uulgò de rebus iudicari, quàm natura earum fert. Idem νόμος alio uocabulo θέσις ab iſdem dicitur. Sed hæc aliò pertinent, monere tamen rudiorem lectorem uolui. Iam nec honores nec ignominiæ, &c.) In Græco ante ἀδοξίαν uidetur deeſſe οὔτ᾽: ut ſit, νομίζοιεν, οὔτ᾽ ἀτιμίαν, &c.

νόμος φύσει opponitur.

θέσις.

46. Neque in noſtra poteſtate.) αὐτῶν pro αὐτῶν legendum cum Roberto Stephano. Vt uiſum fuerit fortunæ.) Platonico, adeóq́ue Ariſtotelico more fortunam uocat fatum: hoc eſt, res ita contingentes, ut earum cauſæ nos lateant. In hanc deueneris calamitatem.) ἐνεφερέσθαι legendum, pro ἐνεφέρεσθαι. Robert. Quàm cùm officio tuo ſatisfeciſſes.) ἢ ante κατορθώσας deeſt. & συνοικῶσας ſcribendum ſuperius.

Quid

Quid Annium.) Quis is Annius fuerit, fateor me neſcire. Certè de Græco loqui uidetur homine, ut mendoſam uocem exiſtimem. In omnes partes abripiuntur.) Deeſt in Græco βιάζονται, aut φέρονται, aut aliquid tale. Ac ne tibi uel Druſi.) Exempla adducit eorum, qui in ſeditionibus ad magnam dignitatem elati, pòſt ſubitam perniciem inuenerunt. De Druſo hoc Appianus, Florus, & alij uidendi ſunt. Scipionem autem quem dicere uoluerit, ambiguum eſt: ego Naſicam intelligo eum, qui cùm Tiberium Gracchum occidiſſet, pòſt ipſe in exilio perijt. In Græco præterea mendoſè bis μέμνησθε pro μέμνησαι legitur. Et hæc uerba, ἄμεινον τὸ Καπιτωλίου, mendoſiſſimè habent. Aut igitur ἀμείνων τοῦ Καπιτωλίου legendum, quod ego in uertendo ſequutus ſum: aut ἀμείνων τοῦ Ἀπουληίου, cùm Apuleio (erat enim à L. Apuleio Trib. pleb. furti poſtulatus) potior iterum habitus eſſet. Prædium maritimum.) Robertus ex P. Victorio legit παραθαλάσσιον, pro παραθαλασσίδιον: cùm tamen hæc uox etiam infrà libro 54. legatur, fol. 660. Qui oblatum tibi repudiaris.) Quòd nimirum inter uiginti uiros diuidendo agro Campano eſſe noluerat. Velleius.

48. Potiorem cognoueris.) In Græco poſt καὶ δεῖ σε, deeſt uerbum, puta σπουδάζειν, aut ſimile. Per Ninnium.) Cicero libro ad Atticum tertio Numij cuiuſdam meminit, qui cauſam ſuam adiuuerit. ac neſcio is'ne ſit, quem hic & ſuprà Dio Ninnium uocat. Hoc quidem loco Ἀννίου malim, ut de T. Annio Milone intelligatur, cuius ſtudio ac contentione Ciceroni reditum confectum, omnia monumenta teſtantur. Pro τῇ δ' ἐξουσίᾳ, τῇ ἐξουσίᾳ ſcribendum eſt. Et pòſt, pro ἐπιχειροῦντο, ſcribe ἐπιχειροῦντο. Inuicem diuulſi.) διασπαράττοντο ſcribe.

49. Rhodanum tranſire.) ἔχοντες τόν τε Ῥοδανόν. ad ἔχοντες, γνώμην addendum cum Roberto cenſeo. Heduos.) Pro Αἰδούων, Αἰδούων. & mox, αἰδοῦοι legendum: ut infrà folio 58. Robertus etiam docuit. De regione aliqua.) Pro ἐπὶ χωρίας τινὶ, lego cum Stephano, ἐπὶ χώρᾳ τινί. Partem'que regionis.) Lacuna eſt hoc loco, aſteriſco notata. Ex Commentarijs Cæſaris ſenſus facilè ſuppleri poteſt. Verba autem hæc ſunt de Germanis.

50. Germanis illis Ariouiſtus.) Adnotandum hoc duxi, Celtas conſtanter Κελτοὺς Dionem dicere, cùm de Germanis loquitur, cùm hoc, tum ſequentibus in libris, & infrà libro quadrageſimoquarto, in funebri oratione Antonij de Cæſare, Germaniam Κελτικήν, Celticæ, nomine appellat. Proximo libro, Belgas itidem Celticos nominat, ut ex Cæſare patet. Enimuerò infrà folio 70. Rhenum Celtas à Gallis diuidere cùm dicit, haud dubium eſt quos Celtas dicat.

51. Samnitas.) In Græco malim Σαυνίτας, quàm Σαυνίτης, noto errore, & in alijs etiam frequenti.

52. Aſiam minorem.) In Græco eſt, τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ τὴν Ἰωνίαν, Aſiam quæ eſt circa Ioniam. quibus uerbis circumloquitur Aſiam minorem, ut patet. Iberiam in iſtis locis poſitam.) τὴν Ἀλβανίαν τὴν ἐκεῖ. Id ad diſcrimen Hiſpaniæ, quæ Ἰβηρία ipſa etiam dicitur, additum. Nam uerba in Græco tranſpoſita affirmo: atque has uoces certè, τὴν ἐκεῖ, ad Ἰβηρίαν adiungendas. Cui multi ſunt intenti.) ἐπιθυμοῦσιν αὐτῇ, non αὐτῇ, Rob. Steph. Hoſtibus ut ſubinde aliquid.) πολεμίων repono, pro πολέμων. Etiam abſque hæc noſtra opera eſſent.) μὴ ποιῶμεν legendum, pro ποιῶμεν. Aliena quoque bello inuadant.) Luculento uitio ἀλλοβείγων pro ἀλλοτρίων textus habet.

55. Barbarus autem Romanum.) ἀλλόβροξ, haud dubiè falſò, neq; enim Allobrox fuit Ariouiſtus, (& iam ſub Romanis erant Allobroges) ſed Germanus. ἀλλότριος, aut aliquid aliud ſcripſiſſe Dionem cenſeo. Ex chalybe factos.) χαλυβδικὰς ſcribendum, non χαλυβδικάς. Neq; inuadi.) ἀπρόσμικτοι emendo, pro πρόσμικτοι.

56. Quòd omnes neci erant expoſiti.) ὅτι καὶ μιᾶς ὑποκοπῆς ὄντες. ſcribendum ὑποκοπῆς, id eſt, quòd ſimul & eodem loco omnes cædi poſſent. Sic locutus eſt infrà lib. 48. folio 251. ubi ſcripſi: Ac iam ſimul omnes poſſe concidi. In genuino eſt, καὶ μιᾶς ὑποκοπῆς εἶν: quod genus dicendi obſeruent ſtudioſi.

IN DIONIS LIBRVM XXXIX. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

57. Quomodo Cæſar bellū contra Belgas geſſ.) *Quos Cæſar (quē nos potiſſimū autorē ſecuti ſumus) Belgas uocat lib. 2. Cōment. eos Κελτικὰς hic & alibi Dio uocat, quaſ. Germanicos, q. (ut ait Cæſar) plerique eſſent orti à Germanis: quos Κελτοὺς, Celtas, noſter ſubinde uocat.* Decimus Brutus.) *Δεκίμιος falſò. Δέκιμος hic & aliàs ubique ſcribendum eſt. Prænomen hoc Latini litera D indicant.* L. Marcius.) *Λ. Μάρκος, ſcribe Μάρκιος.* Aenobarbus.) *Ἀηνόβαρβος uitioſè, pro Αἰνόβαρβος. ſic enim & alij ſcribunt, & ipſe autor infrà lib. 48.*

Adra ſummæ rerum præfecto.) *Ἀδρᾲν προσκείμενοι. Hunc Adram, ſiquidem non (quod ſuſpicor) menda eſt in Dione, Galbam Cæſar uocat lib. 2. Nunc eſſe regem Galbam, ad hunc propter iuſticiam prudentiamq́;, ſummam totius belli omnium uoluntate deferri. Quod enim Robertus ἀρὰν legit, quaſi dixerit Dio, execrationem coniurationi ab ijs adhibitam, non probo. προΐστασθαι enim præficere ac præponere ſignificat (quomodo etiam cum alijs autor noſter frequenter uſus eſt, ut infrà ſub initium libri 45. de Batone, & alibi) non addere aut adijcere. niſi προσθέμενοι pro uoce προσκείμενοι ſupponere uelimus. quod cur faciendū ſit, non uideo: præſertim cum nullius deuotionis à Cæſare (cuius Commentaria quaſi in compendium autor noſter redegit) mētio facta ſit: neq; ueriſimile uideatur, nomē ducis huius belli à Dione omiſſum. Quæ mea ſententia nō in hoc proponitur à me, quòd detractum honori Roberti Stephani, à quo diſſentio, uelim: (quid enim impudētius quàm me iuuenem, ac uixdum eruditulum, uiris doctrina & uſu literarum præſtantibus, repræhendendi ſtudio uelle obgannire?) ſed, ut ſalua eius exiſtimatione, meam tamen fidem præſtem, quam in hoc labore ſtudioſis obſtrinxi. quod cur non liceat mihi in tanta iudiciorum libertate, non uideo. Idq; in poſterum etiam, ſi res ferat, ingenuè ſum facturus: neq; me tam eorum autoritas, qui luminibus meis officere poſſunt, deterrebit, quàm eorum ipſorum candor, propoſitiq; mei tenēdi neceſſitas conſolabuntur. Quos autem ego Rhemos uerti, hi uitioſè hoc loco Ρλωοὶ, cum ſint Ρημοὶ, facili imperito librario errore, uocantur. Ρημοὺς ipſe etiam infrà dixit. Neque uerò oblitus ſui Dio eoſdem Ρλωοὺς & Ρημοὺς uocaſſe credendus eſt.*

58. Ab hoc facto in ſubigendis.) *In Græco οὐδὲν ἔτι μέγα ἔργον, non ὅτι ponendū.* Aduatici.) *Ἀτουατικοί. Nos cum nihil in id genus nominibus Græcis mutare temerè uellemus, Cæſarem in uertendo ſecuti ſumus.* Sub haſtam miſſi ſunt.) *id eſt uenditi. ἐπράθησαν, non ἐπράχθησαν, Roberto etiam teſte.* His ita geſtis Cæſar.) *ἐπεὶ δ' οὖν ἐπράχθη. Niſi mendum inſit in his uerbis, deeſſe aliquid uideri poteſt. Ego ſenſum aliquem exprimere malui, cùm ex Cæſaris lib. 1. fine pateat, nihil deeſſe.* Sergius Galba.) *Γάλβας ὁ Σέρβιος legendum, Robertus docuit. Ego Σέργιος malim, Galbarum enim hoc nomen fuit.*

59. Præter hos Spinther.) *ὅ, τε Σπινθὴρ, non ὁ γάρ. Et pro Μήλων, Μίλων.*

Lex Curiata. Adoptio. 60. Legis Curiatæ.) *τὴν δὲ εἰσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου. Frequens eſt huius legis Curiatæ, cuius in adoptionibus fuit ſummus in repub. Rom. uſus, mentio apud optimos quoſq; autores. ac præſertim quod ad hanc ipſam cauſam attinet, apud Ciceronem in orationibus pro Domo ſua, de Aruſp. reſponſis, & de prouincijs Coſſ. Meminit & Dio alijs in locis, ut lib. 45. ubi oſtēdit adoptionem Octauij in ſtirpem Cæſaris Antoniū prohibere cupientem, lationem legis Curiatæ impediſſe. Rem explicat etiam Gellius lib. 5. cap. 18. Omnium tamen apertiſſimè Appianus Alex. libro bell. ciuil. 3. de C. Octauiano Cæſare, Conſule cum Qu. Pedio facto, in hæc uerba ſcribens: Sacris perfectis, lege Curiata patris adoptionem (ſcilicet Iulij Cæſaris) ſtabiluit. Hoc enim modo populus adoptionem confirmat: legiq; à curijs, in quas tribus diuiſæ ſunt, nomen eſt. Eſtq; hic modus adoptionis omnium maximè legitimus, quo ei qui adoptatur, in cognatos & libertos adoptantis idem quod ueris filijs ius datur. Quæ uis legis Curiatæ in iudicijs fuerit, Dio ſequēti pagina oſtendit.* Petijtq; ut à Spinthere.) *ἐτυχεν ὥστε ἐπανάγειν. lego autē, ἐπέτυχεν ὥστε δι' ἐπανάγειν. Hæc hiſtoria plurimùm facit ad Ciceronis epiſtolas quas P. Lentulo Spintheri ſcripſit, intelligendas: itemq; ad orationem pro Rabirio Poſthumo, & alia loca.* Magnopere ei ſtudebat.) *ἰσχυρῶς ἤρετο, legendum omnino συνήρετο: quæ uox etiam in Xiphilino hoc loco habetur.*

61. Quanto enim minus id eis.) *Diuinandum fuit de ſenſu, loco admodum deprauato,*

in his

in his uerbis, ὅπερ τὸ πλῆθος εἶχε. A.Plautius.) πλαυτῖος cum eſſet, πλαύτιος legi, la tinitate nominis adductus: nihil enim hoc de Tribuno pl. mihi conſtat.

62. Hæc cùm uates expiare.) ἀκέσαθαι emendo, pro ἀκούσαθαι. M. Cato reuerſus ad urbẽ eum reſtituit.) ἀνέσωσεν αὐτὸν, non αὐτὸς legendũ, ſententia ipſa docet.

63. In petendo autem Conſulatu.) τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν τὴν πραγματείαν εἶχε, men doſè nimirum. Itaq; emenda: τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν αἰτῶν, πράγματα εἶχε. Magnoperè ornatum.) Senſum ſecutus ſum, non uocem τουνισμένον, haud dubiè uitioſam: nec tamen ſubit, qua ratione emendari poßit. Atq; ex ſocijs quidam.) Haud parua lacuna hoc loco acta eſt, quæ ſequentibus etiam non parum tenebrarum offundat. Hiſtoria ipſa ex Plutarcho & Appiano Alexandrino ſuppleri poteſt. nam locus omnino mirum in modum eſt deprauatus, aut perditus uerius. Ego uerba utcunq; ſecutus ſum, ex quibus tamen ſententiam me certam nullam elicere potuiſſe ingenuè confiteor.

64. Summiſſo in hoc.) Κάτωνα τὸ γάϊον φυγόντες. pro φυόντες legendũ, Steph. monet. Eos enim occurrentes.) Deeſt haud dubiè nõnihil ante hæc uerba, igitur aſteriſcũ præpoſui.

65. Soli duo Tribb. pl. C. Atius Capito.) Ex ſequentibus liquet, hic δήμαρχοι pro δημοσίας eſſe emendandum. Nam ibi quoq; nuper.) In Græco poſt ἐκεκίνητο, parentheſis claudenda eſt. quod etiam Robertus uidit. ſed ἀρχὴν uocabulum abundat. Quod in manibus erat.) ἐωνημένων deprauatè legitur, & mutilata periodo.

66. Nam in omnib. concionibus.) Videtur hic locus ita emendandus, ſublatis καὶ & πρὸς particulis: ἐν γάρ τοι ταῖς συνόδοις ταῖς τῷ δήμῳ, ἐν αἷς γε καὶ ἐβουλεύοντο, πάσαις, τοῖς ἰδιώταις πρὸ τῶν, &c. Haud palàm eſſent.) ὥσπερ εἰ αὐτοὶ ἔλαθον legendum eſt, pro τοι & ἔλαθον. Et in uoce ἁμαρτόντων ineſt obſcura ambiguitas. Vt à propoſito diſcederent.) καταβαλεῖν pro καταλαβεῖν ſcribo. ſicut ſuprà libro 37. fol. 33. à petitione deſtitit, κατέβαλε τὴν ἀξίωσιν. Et paulo antè, ante τὴν δίαιταν, præpoſitio πρὸ addẽda eſt. Alijs inuid.) φθόνῳ, non φόνῳ. De elephantorũ pugna quæ ſequitur, lege Plin. lib. 8. Nat. hiſt. cap. 7.

67. Ad aquam perennem.) ὕδωρ ἀέναον. Xiphil. φανερὸν, id eſt perſpicuam, limpidam. Vt & Hiſpanicas res.) Menda inſignis, ἵνα τὰ Τιβηρία: ego ratione hiſtoriæ ipſius ductus, ut autorum teſtimonia prætercam in re non dubia, ἵνα τὰ τῆς Ἰβηρίας corrigo. Quaſi uerò non in Remp.) ὥσπερ οὐκ ἐν τῷ δημοσίῳ. Lego autem ipſe: ὥσπερ οὐ καὶ τῷ δημοσίῳ. ita enim Plutarch. in Craſſo: ταύτας φασὶ ῥωμαῖοι τὰς ἀρὰς ἀπορρήτους οὔσας καὶ παλαιὰς τοιαύτην ἔχειν δύναμιν, ὡς περιφυγεῖν μηδένα τῶν ἐνσχεθέντων αὐταῖς, κακῶς δὲ πράσσειν καὶ τὸν χρησάμενον· ὅθεν οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν αὐτὰς, οὐδ' ὑπὸ πολλῶν ἐγείρεσθαι. καὶ τότε οὖν ἐμέμφοντο τὸν Ἀτήϊον, εἰ δι' ἣν ἐχαλέπαινε τῇ Κράσσου πόλιν, εἰς αὐτὴν ἀρὰς ἀφῆκε, καὶ δεισιδαιμονίαν τοσαύτην. Qui enim Atius Dioni eſt, eum Plutarchus uocat Ateium. Per Ligerim fluuiũ.) λίγηρα habet textus hic & alibi, deprauata uoce, ut exiſtimo. Cæſar lib. 3. hac de re loquens: Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, &c. Ea uerba ſecutus ſum. λίγηρα ſcripſiſſe Dio uidetur, ut infrà libro 44. fol. 162. Decimus Brutus.) Δέκιμος ubiq; ſcribendum ſuprà etiam monui.

68. Ne remis quidem.) κωπῶν pro σκοπῶν ſcribendum, rectè id Roberto monente. Vbi ſe ſuperiorem.) ὅπη μὲν γὰρ κρεῖττον, &c. Mancus eſt hic locus in Græco.

69. In Vnellos miſerat, quibus præerat Viridouix.) Cæſarem ſequor, frequẽter in hoc & alijs Græcis autoribus deprauata nomina huiuſmodi eſſe compertũ habens. Ita ut ſua caſtra defendere.) Verba ſunt hoc loco uitiata. ὄνομα enim in ἔρυμα uertendũ fuit: quanquã ne ſic cæteris ſaluis. P. Craſſus M. filius.) Μάρκου, nõ Μαρκίου. Et quos Ἀπιάτας Dio uocat, modo ſic ille ſcripſerit, ij Sontiates Cæſari dicuntur. In quodã colloquio.) Cæſar non meminit. Et ὡς ἀπάσης, ſcribo ὡς ἀπάτης. Sertorianos.) Σερτωρίους. Fortè Σερτωρείους, Robertus etiam monet. Tenchteri.) Probo Roberti Steph. iudiciũ, mecum hæc ex Cæſare nomina reſtituentis. Ἴππεις & Τεγκτήριδας Plutarchus quoq; uitioſè uocat in Cæſare. Lego autem hic: τὸ μὲν ἔν καὶ πρὸς Σουήβων ἐκβιασθέντων, τὸ δὲ καὶ πρὸς, &c.

70. Omiſ

70. Omiſſaq́ profectione.) *καὶ τότε ἀποχόντος τῆς ἀρείας.* Coniector ſcriptum ab autore ita eſſe: *ἀλλ' τότε ὑποχόντος τὴν πορείαν.* Eleganter dum plerique ducere literas & contrahere in unam multas laborauerunt, multos in bonos libros errores inuexiſſe conſtat: cuiuſmodi in præpoſitionum & articulorum ac ſyllabarum finalium peruerſione ſunt plurimi. Rhenus ex alpibus Germaniæ.) *Egregiè, ſcilicet, Dio Rhenum deſcripſiſſet, ſi ex Celtibericis (eſt enim Κελτιβήρων in Græco) alpibus ortum eius duceret, quo quid imperitius? Scripſit aũt Κελτικῶν, hoc eſt Germanicis. Atque hic locus oſtendit id quod ſuprà diximus, Germanis Celtarum nomen à Dione tribui.* Britannia millibus paſſuum ad minimum quinquaginta ſex.) CCCCL *ſtadia enim tot millia paſſuum, inſuperq́; quartam miliarij partem efficiunt. Cæterùm in Græco mendoſè ἔχει pro ἀπέχει (quod eſt diſtare) legi, Xiphilinus etiam teſtimonio eſſe poteſt, qui ad uerbum hæc deſcribens, ἀπέχει habet. Porrò, idem ex Dione in Tito oſtendit, Cn. Iulium Agricolam bellum Britannicum geſſiſſe: itemq́; Tacitus in Agricola. De his autem quæ ſub Seuero in Britannia acta ſunt, Herodianus conſulendus in 3. Iterum, ἐς τι τὸ πέλαγος, τι expungendum: idq́; Xiphilinus etiam omiſit.*

71. Romanis lõgè præſtabant.) *πολὺ τῶν ἐναντίων προὔχουσαν, non πολλοί. Robert.* Quater millies ſeſtertiûm.) *μυρίας μυριάδας, hoc eſt, centena millia drachmarum (neq́; enim de ſeſtertijs, ſed de drachmis loquuntur Græci autores) ſeu denariorum. Qui modus loquendi cum ſit in lingua Latina inſolens, eo utendum mihi hic & alibi iudicaui, quem Latini ſcriptores uſurpaſſent.*

72. Animum adiecit.) *ὤρεγε καὶ παρεσκευάζετο, non ὤρεγε. Ita Appianus etiam in Syriaco, & Parthici initio.* Berenice.) *Βερενίκη ſcribendum, ut antè. Porrò quod ſequitur, πρὸς τὸν, καί τι: deeſt uox πατρίδα, aut πτολεμαῖον, ante καί τι.* Eo modo Gabinius.) *Aſteriſcum præpoſui: nam deeſt haud dubiè Gabinij contra Aegyptios prælium, ac uictoria.* Ne ipſe ſuorum delictorum delator.) *αὐτάγγελος corrigo, cum legatur αὐτὰ γέλως.*

73. Affinis Pompeij eſſet.) *Frater nimirum P. Clodij: de qua re ſuprà dictum. Paulo ſuperius, αὐτὸς ὅτι Δομίτιος, ſcribo αὐτός, &c.* Gabinium hoc in ſummam inuidiam uocauit.) *καὶ αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ δ' αὐτῷ ἐπεσεν, nullo ſenſu. fortè ἐπαγαγεν, aut tale aliquid. Totus locus ſatis confuſus eſt, nec (ut opinor) integer.* Quamuis reclamante Pompeio.) *Deeſt aliquid huic orationi: & pro ἀνέποντος, αὐτοῦ ποντος legendum uidetur.* Inde ædes.) *αὐτι οἰκ, οἰκίας addendum docuit Robertus.* Ex non modò abſens.) *Locus in Græco mendoſus, ſi tamen pro ποιῆσαι, ἐπαίρεσαν ponatur, & ante ἰδὲ ἐπελθόντας, ἀλλὰ addatur, conſtabit aliquo modo.*

74. Cic. pro Gabinio diceret.) *συναγορεύοντος, pro ἀγορεύοντος ſcribo.* C. Pomptinus.) *ita enim lib. priore uocatus eſt. & pro γράμματα, πράγματα legendũ, Robertus eruditè uidit.*

IN DIONIS LIBRVM XL. [redacted] Auguſtani annotationes.

In Conſulum nominibus ſunt multi errores, ex ipſius autoris uerbis tamen haud difficulter caſtigandi. Καλβίνιος.) *ſcribo Καλουῖνος: ſic omnes alij, ſic infrà ipſe Dio.* M. ὀκελβριος.) *Adde Μεσσάλας. Porrò ſcribo, Γν. Πομπήιος, Γν. υ. Μάγνος τὸ γ. Κ. Καικίλιος Μέτελλος Σκηπίων, Νασικοῦ υἱός (fuit enim à Metello adoptatus.) Iam pro Σέρπος, Σέρβιος ſcribo: ſic enim aliàs ſemper Dio, ad eumq́; etiam hæc Κ. υ. ῥοῦφος pertinent. Quæ ſequuntur, ita ſcribe: Μ. Κλαύδιος Μ. υ. Μάρκελλος. Λ. Αἰμίλιος Μ. υ. (puto enim Μ. υ. ad hunc pertinere, non ſatis certò ſcio, neq́; admodũ refert.) Παῦλος. Huius collega omiſſus eſt, ſed addatur ex Dione, Γ. Κλαύδιος Μάρκελλος.*

75. Anno ab V. C. ſeptingenteſimo.) *Notandus hic locus eſt, qui fide dignum enumerationi annorũ ab Roma condita teſtimoniũ fert, qua nos cum multis alijs utimur. Quod ſequitur: iiſdem*

Iiſdem L. Domitio, &c. *in Græco,* τοῦ Δομιτίου αὐτοῦ Λευκίου. *quod* αὐτοῦ *adiectum eſt à Dione, niſi fallor, ad diſcrimen eius Domitij Cnei, qui ſtatim ſequenti anno Conſul factus eſt. Itaque nihil muto: quanquam* αὐτοῦ *duaſim legi Roberto placeat.* Vndiquaq; terræ accedebant.) πολλαχόσε ἅμα αὐτοὺς ἐκτρέχειν, *non* αὐτοῖς. Ad Suellam.) *Caſſiuelaunũ Cæſar nuncupat.*

76. Ab Eburonibus.) *Robertus ex Leoniceno* αἰχμάλωτοι *addendum cenſet: quod ego planè non probo. fieriq; omnino potuit, ut hic quoq; uſus non emendato exemplari, illud (captiui) de ſuo diuinans addiderit. Certè Cæſar nihil habet huiuſmodi, neq; congruit huc: Populus enim, non captiui, præſidium impoſitum ſibi moleſtè nimirum tulerunt. Ego aut* ἐβούρωνες *aut* οἱ ἐβούρωνες *lego. nam quin Dio* ἡγεμόνες *(non* ἡγούμενοι*) ſcripſerit, dubium non eſt.* Eos nocte proxima adoriri.) καὶ ἐκεῖνοι; *(non* ἐκείνους*)* μέλλειν *lege.* Ob abundantiam ſuorũ.) παρὰ τῆς περιουσίας. ὑπὸ *pro* παρὰ *lego cum Roberto.* Neruius quidam.) *Verticoni nomen fuiſſe, Cæſar prodit.* διάγγελον *autem una uoce ſcribendum, aſtipulor Roberto.*

77. Ab Induciomaro.) Ινδουτιομάρου *rectè emendat Stephanus, pro* ἰνδοτιμάρους. Talymenus Ilaces.) *Fortaßis* Σιλλάκης *ut à Plutarcho & Appiano dicitur.*

78. Vt urbs euerteretur.) καὶ ὅσα ἔσω καὶ ἀνίστησαν, *eſt in Græco. deeſt igitur,* αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι. *ita enim habet Plutarch. in M. Craßi uita, & Appianus Alex. in Parthico.* Nõnihil conceſſerunt.) καὶ δὲ ἑαυτῶν ἐστιν ἃ προϊέμενοι, *lego cum Roberto: &* ἔχουσιν *quod ſubſequitur, ad* ὄνομα *præcedens refero, ut poſt* ὄνομα *comma, non punctus ponatur.*

79. Bubo enim.) καὶ γὰρ βύα. βύας *lego: ita enim nominandi caſu dicitur, aut pluraliter* βύαι. *Quod aũt dicit,* κωκύειν ἠκίζοντο, *Vlulauerunt uertendum duxi, quod omini habebatur:*

Obſcœniq; canes, importunæq; uolucres Signa dabant. — inquit Maro.

& pro Θελονεκίαι, *niſi quid deeſt,* Θελονεκίαις *dandi caſu legendum.*

80. Augarus Oſroenus.) Ὀῤῥοηνὸς *eſt in Græco perperàm, pro* Ὀσροηνός, *quo modo alibi apud Dionem legitur. Eſſe autem Oſroenem Aſiæ regionem, Armeniæ finitimam, ex Geographis liquet. Verùm hic Augarus à Plutarcho* Ἀριάμνης *nominatur, Ariamnes: ab Appiano* Ἄκβαρος, *Acbarus. Cùm tamen tota narratio de Craßi bello Parthico, interituq;, ad uerbum fermè Appiani Parthico libro ſit inſerta, non minor ea ſeptem paginis. Quod cùm demirarer animaduerſum à me utriuſq; lectione, in eam ueni cogitationẽ, primam ac maiorem partem eius libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus, intercidiſſe: ac à quodam alio ex Plutarcho, quantũ eius potuit fieri, ſuppletum fuiſſe. Nam profectò etiam hæc quæ poſt finem uerborum Plutarchi Appiano intextorum ſequuntur, minimè cum prioribus cohærẽt deeſt enim omnis Parthica hiſtoria, à morte Craßi uſq; ad Ventidij contra Labienum bello: quam haud dubiè diligenter Appianus perſequutus fuerat, ſed cum antecedentibus perijt. Quinimò reliqua etiam pars iſtius Parthici ferè tota ex Antonio Plutarchi eſt deſcripta. Id etſi nonnihil alienum ab hoc loco, tamen obiter commemorare uolui: ut ſi qui hæc noſtra legentes fortaßis eandem rem animaduertiſſent, quid nos ſentiremus, intelligerent, rudioresq; dubitatione aliquantùm ſoluerentur. Ego tamen cum Dione Augarum hic legere malo, cùm etiam Xiphilinus ex Dione in Caracalla, & Herodianus libro tertio Augari cuiuſdam Oſroenorum regis meminerit: ut id nomen omnibus Oſroenes dominis commune, ſicut Arſacis Parthorum, fuerit. Sed hæc ſatis.* A ſuorum acie ſubductus.) ἐκ τῆς φάλαγγος, *nõ* ὑπό.

De Parthico Appiani libro.

Augarus.

Letali uulnere.) ὡραίᾳ, *lego* καιρίᾳ. *Et paulo ſuprà,* ἂν καὶ ἀναπειρώμενοι *cum Roberto legerim.*

81. Aduerſus hoſtes apertè congreſſos.) *pro* ὡς ἐπὶ προσμένους, *ſcribatur,* ὡς ἔτι πρὸς μόνους. *& poſt* ὀπίσω ἐς τὰ *adijciendum* πρόσω. *Paulo pòſt, pro* προσείλλειν, *legit* προσείλλειν *Robertus: & rectè, mea ſententia.* Vndiq; circumequitando.) πάντη *pro* πάντα *malim.* In tenebris.) ἐν τῷ σκότῳ, *non* σκοπῷ. *& pòſt* αὐτὸν, *pro* αὐτῶν *ſcribo.* Carras ſeſe receperunt.) *Inſignis menda,* ἄκρας *pro* Κάῤῥας *ſubrepente: neq; opus eſt multis in ea caſtiganda uerbis. Quis enim neſcit, quòd Craſſus*

Aſſyrias Latio maculârit ſanguine Carras? Atque ipſe Dio folio ſequenti Carras nominat.

Vt interdiu diſcedens lateret.) ἐκταφρεύειν reponendũ eſt, pro ἐκταφρεύειν. Caſsio Longino Quæſt.) τῷ ποταμίῳ, monſtroſè: ego τῷ ταμίᾳ lego. Fuit enim is C. Caſsius Longinus Quæſtor M. Craſsi eo bello, ut & Epitome Liuiana 108. & Velleius Paterculus prodit. eſtq; is, qui C. Cæſaris cum Bruto necem peregit. Facitq; in ſequentibus libris Dio huius Quæſturæ ipſe mentionem.

82. Ad inſaniam.) καὶ ἐς καὶ ἀφροσύνας lego. In equũ impoſitus.) ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβαλὼν lege, non ἀνταλαβὼν. Hinc ἀναβολεὺς dictus Græcis. Vt quaſi pauperẽ eum miſeraret.) ὡς καὶ ὡς πένητας οἰκτείρειν legit Xiphil. Itaq; Caſsius coſ.) Doctè annotauit ex Cic. & alijs Robertus, hic & deinde Caſsium, Κάσσιον, non Κράσσον legendũ. quo accedit etiam Xiphilini teſtimonium: quanquam ſtatim ipſe etiam Dio Caſsium nominat. Quanquam Senatuſconſulto.) De hoc infrà fol. 87. lege.

83. M. Marcello.) Μαρκελλῖνον uitioſè, pro Μαρκέλλον legitur. Moleſtè etiamnũ.) ἔτι καὶ τότε lego, ut uult Rob. Qua hoſtib. terroris de ſe.) ἀφ' ὧν τι ἐς τοὺς πολεμίους. Miſerè hic locus in Græco eſt deprauatus, quantumuis integer in ſpeciẽ uideatur. Porrò, quæ Robertus de nominis Treuirorum & aliorũ uarietate annotat, accipio: ijs tamen qui Græcũ codicem recudent, autor fuerim unius omnino ſcriptionis obtinẽdæ, qualis hic ſit τρηουήρων. Idem de reliquis nominib. exiſtimo. Sicambris non ſatis fuit.) οὐκ ἀπέχρησεν. & pòſt, pro προσβοηθοῦντα, προσβοηθοῦντων. itemq; ὑφηγητὸς scribendum, rectè Stephanus tradidit.

84. Iis pepercerunt.) ἀφείσαντο, malim certè ἀφεῖσαν. Cæterùm Cæſarem hic quoq; in nominibus ſecuti ſumus proprijs. In longum q; maximè explicato.) μακρὰν καὶ ἐκτεταμένην Robertus legit, & rectè. fluuio aũt nomen Elauer fuit. Cæſar lib. 7. belli Gallici. Oppugnandi ne cogitationẽ quidem ullã hab.) οὔτε προσεγίγνωσκεν. Credo hunc locum ita ſcriptũ fuiſſe: καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε ἐγίγνωσκε προσβάλλειν. aut, προσβολὴν ποιῆσαι. Deinde, ὡς καὶ ἐφ' ὑπερδέξιον ſcribendũ eſt. & uox ἀνίκητον genuina nõ eſt, ſed legendũ puto, ἀνείκαστον.

85. Sine fructu.) ὅτι χρόνος ἄλλος. ἄλλως pro ἄλλος lego. Ad Gergobiam relictus exercitus.) ἐκεῖ οἱ καταλειφθέντες legendum eſſe, ex Cæſare Robertus oſtendit, non καταληφθέντας. Ne pœnas admiſſorũ penderẽt.) κολάζοντες ποιήσωνται. Aſteriſcus in Græco eſt. nam ſenſus quidem planus, uerba autem ſalebroſa ſunt.

86. Hoſtes Alexiam profugientes.) ἀλλ' ἐς Σαλησίαν, ſcribendum Ἀλησίαν. Alexiam nominat. Atq; reliquos bello inutiles.) καὶ τῶν ἄλλων τῶν, &c. legendum. Rob. Maximè Germanis auxiliaribus.) Ita lego hunc locũ, aliàs mutilum: ἱππομαχίᾳ δὲ διὰ τῶν ῥωμαίων, τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν, νικηθέντων. & pro ἰσχυρῶς ἐπείνησαν, ἰσχυρῶς ἐπίεσαν. Veram eſſe hanc emendationem, Cæſaris uerba in Cõment. teſtantur. Integro etiamnũ corpore.) Parẽtheſis in Græco poſt ἄτρωτος ἦν demũ claudenda eſt. Comium Atrebatẽ.) Ἀτρεβάτην reponendũ, pro Ἀτρίμαν, Robertus oſtendit. Hoc bellum deſcriptũ à Cæſare non eſt, ſed ab Oppio (ſiue Hircio) adiectum tamen Cæſ. Comment.

87. Per inſidias aggredi.) ἐνεδρεῦσαι ſcribo, pro ἐνεδρεῦσαι. Moleſtus fuit.) χαλεπῶς lego, cum Roberto, non χαλεπός. Etenim cũ id exijſſet.) εἰκός τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ. Non uideo cur εἰκὸς hoc loco in ἔτος ſit uertendũ, quod Roberto placuit. quin immo hæc uerba, εἰκός τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ, quaſi rationẽ eius reddunt, quòd dixerat Cæſari redeundum Romam fuiſſe: Nam, inquit, ſic conueniebat, cùm tempus imperij eius exijſſet: neq; uerò annus, ſed totũ imperij tempus iam exijſſe ſignificatur hoc quidem loco. Itaq; nihil ego mutari uelim. Mortua iam præſertim filia.) Locus hic & deprauatus eſt, &, ut mihi uidetur, obſcurus. Emendatior erit, mea ſententia, ſi ita legatur: καὶ αὐτῷ οὐκέτ' οἰκεῖος (ut repetatur uerbum ἐγγίγνω) ἄλλως τε, καὶ τοῦ παιδίου, ὅπερ δή τι καὶ μόνον ἐν τῇ φιλίᾳ αὐτοὺς κατεῖχε, τελευτήσαντος. Iam illud παιδίου incertus ſum, ad Iuliam ne, an ad filiolam ex ea natã referatur, quòd poſterius uox παιδίον innuere uidetur: prius tamen magis placet, potiſsimùm quia filiola iſta (Velleius filiũ fuiſſe tradit) paucos matri dies ſuperuixit, Plutarcho etiam teſte.

88. Acriter contendebant.) ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλας παρωξύνοντο, ſcribe παρωξύνοντο.

Inter

Inter prodigia non extrema.) ψεκάδιν, τέρας οὐδ' ὡς ἥκιστον γενέσθαι. ſic interpungenda eſt hæc oratio. Eam rem uindicaret.) Probo iudiciũ Stephani, ἐπεξιέλθη pro ἐξέλθη. & infrà pro φυλάσσοντες, νικῶντες ſcribentis.

89. Nomen'que Curiæ mutaretur.) Locus hic quoq; obſcurus eſt, nec integer, ſi quid iudico. Ei tamen illuſtrando nõnihil proderunt, quæ infrà lib. 44. haud procul ab initio de eadẽ Curia ſcribuntur. Cæterùm pro περὶ αὐτοῦ, περὶ αὐτὸ lego. Vt Cæſari permitteretur.) ἐκείνῳ μὲν, non ἐκεῖνο. Id quoq; quod plerunq;.) Parentheſis ante uocẽ ὅπως in Græco eſt inchoanda, & poſt ἐξεργάζονται finienda.

90. Exteras prouincias.) ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας. ἐς præpoſitio abundat. Qui potentiam obtinerent.) οἵ τι δυνάμενοι legendum, non ὅτι.

91. Cũ enim & in equeſtri.) ἀπὸ γὰρ τοῦ πολλοῦ, & φλαῦρος legendũ. Coſſ. creati ſunt.) ᾑρέθησαν legendum, ſublata ſyllaba δι, & uidetur ſcriptum deinde fuiſſe à Dione, οὐ καὶ χρήματα, itaq; uerti: non εἰ. C. Marcellum ſobrinũ.) Suetonius in Cæſare: Inſequenti anno, C. Marcello (qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat) eadem tentante. & Appianus ἀνεψιόν, hoc eſt ſobrinum Marcelli, eius qui priori anno Conſul fuerat, dicit. Quod refertur à me, ancipitis obſcuritatis ex hoc loco tollẽdæ cauſa. Quòd aũt dicitur affinitatẽ ei cum Cæſare interceſſiſſe, hinc eſt, quòd C. Claudio Marcello Octauia ſororis Cæſaris neptis nupta fuit, eodem Tranquillo teſte, quã eo defuncto Antonius uxorẽ accepit. qua de re ſub finẽ Annot. indicabimus.

92. Nulli omnino pecuniæ.) γὰρ abundat ante ἀργυρεῖν, perturbatq; ſententiam. Inter eos primas.) Locus mancus in Græco, ἐν οὐκ ἀνὰ πρώτοις. Pompeio maximè ſtudebant.) Senſus enim ipſe demonſtrat legendũ, οἵπερ που καὶ τὰ τοῦ Πομπηΐου, &c. Ad eas leges tandẽ perferẽdas.) πρὸς τὰς αὐτὰς δὴ, particula ἀπ' expũcta lego. Cæterùm de tota hac re Cælij ad Ciceronẽ epiſtolæ ſunt uidendæ, quæ inſunt libro 8. Famil. Pòſt, pro οὐ μὴν τοι ἐκεῖνο, ſcribatur κατ' ἐκεῖνο. Et dem: ὅμως δ' οὐδὲν δεῖν τι, deeſt aliquid poſt οὐδὲν: fortè legendum, οὐδ' ὡς ἥκιστα δεῖν τι, &c.

93. Ita ſe ſibi conſciũ.) συνειδέναι μὲν ἑαυτῷ, non τὰ αὐτῷ, legit Robertus, rectè profectò. Legionem ex ſuis.) αὐτῷ στρατευομένων. Cæterùm hæc uerba: οἱ δὲ δὴ στρατιῶται, & quæ ſequuntur, ineptè & perperam parentheſi incluſa ſunt, quæ nulla eſſe debet.

IN DIONIS LIBRVM XLI. [redacted]
[redacted]ni annotationes.

94. Ad ipſas Calend.) nimirum Ianuarias: ut patet ex eorum temporum conſuetudine, & Appianus lib. 2. τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἔτους habet, de eodẽ loquens. De Tribunis enim plebis.) Si cui hæc minus rectè conuertiſſe uidebor, is ſciat diuinare me potius, quàm uertere opus hoc loco habuiſſe, qui (niſi admodum fallor) integer non eſt.

95. Pro incolumitate eius.) σωτηρίας αὐτοῦ δημοσίας. σωτήρια lego, non σωτηρίας. ita Plutarchus etiã in uita Pompeij. Meminit rei huius Cic. 1. Tuſc. quæſt. et Iuuenalis Sat. 10. ac alij.

96. Et ad maleficium om.) Ante κακουργήσειν, copula καὶ abundat, niſi qua dictio deſit. Macedoniam, Thraciam'ue.) ὡς γε τῇ Μακεδονίᾳ, non ὡς καὶ. Cùm ad ſeſe defendendos.) ἐπαμύναι αὐτοῖς legendum aſpiratè. & καὶ ante τῶν ὕβρεων uidetur, ut aliàs ſæpe, ſuperfluere. Ea imprecabantur.) τὰ αὐτὰ ἐπηρῶντο. Vox ἐπηρῶντο uitioſa, ſententiam hanc mira obſcuritate inuoluit. Mihi, quin ἐπηρῶντο ſit à Dione ſcriptum, dubium nõ eſt, ac ſic conuerti. Eorũ qui Romam petebant.) ἀπιόντων, καὶ πρῶτοι. Mutila eſt oratio, &, ſicut complures aliæ, ſine melioris exemplaris fide non ſananda: ego ſententia ut cohæreret, potiſſimùm curaui. Nemine'que hanc rem ſecuro animo accipiẽte.) γὰρ ἐλαφρῶς τὸ πρᾶγμα ποιησαμένου legendum eſt, ut participium ad μηδενὸς referatur.

97. Totam noctem obambulantes.) τήν τε γὰρ νύκτα πᾶσαν ἀναγκάζοντο. non in loco poſita hæc uox. Corfinio relicto.) τὸ Κορφίνιον pro τὴν ſcribendum. Rob.

98. Inædificata urbe.) διοικοδομήσας δ' ἐν τούτῳ ἐκπλεῖν. Videtur aliqua dictio deeſſe. Aliò aſportauit.) ἐτέρωσε, pro ἑτέρως, rectè Steph. emendat. Illud quidem

denuò quoq́.) καὶ ἐκεῖνο μὲν καὶ αὖθις ἐγένετο, &c. Tota hæc periodus mihi mendoſiſſima uidetur. & quanquã Robertus pro τοῦτο δὲ, τούτῳ δὲ legit, tamen id exiguũ ad intelligendam ſententiam momentũ affert. De Cenſura quidem Perpennæ, quicunq; is fuerit, nihil memini legiſſe.

100. Ipſe in Hiſpaniam.) Euidenti errore Ἰταλίαν uox obrepſit huic loco. Ἰβηρίαν autẽ ſcribendũ fuiſſe, manifeſtius eſt, quàm ut uerbis opus ſit. Mox, pro ἐκβιασάντες, ἐκβιάσαντες emenda. Sin bello ueniant.) Ante ἢν πολέμῳ δὲ, non periodi, ſed cõmatis ſignũ ponatur. Et mox legendũ eſt, καὶ κατασκευασθέντων ἐς πολιορκίαν. Hiſpaniæ ea tẽpeſtate.) Synecdochicè dixit, τὰ περὶ τὴν Ἰβηρία, pro tota Hiſpania. Deiecto Pyrenæi ſaltus præſidio.) τήν τε ἐν τῷ Πυρηναίῳ φρουρὰν προκατειλημμένου. Vel ἀπωσαμένων, uel ſimile legendũ, non πεποιημένων. Porrò, quod ſæpius monui, hic quoq; affirmo, non uariè eandẽ uocẽ ſcribendã eſſe, ſed conſtanter uno modo. Nec probo eos, qui Πυῤῥηναῖον ſcribunt, litera ρ geminata, cùm ſit prima ſyllaba breuis, aut certè anceps: quod ratione & teſtimonio Latinorũ Græcorumq; poetarũ demonſtrare poſſem, niſi aliud agerem. Eos ſtatim intercipiebant.) Aſteriſcus appoſitus oſtendit deeſſe aliquid. Si legas, προσιόντας ἐφθείρον (aut ſimile quid) τούτων τὰ δὲ, conſtabit omnino locus, & licebit aſteriſcum tollere.

101. Acceptos'que perdidit.) Notam defectæ orationis præpoſui: deſunt enim nõnulla. Sæpius conati perrumpere.) πειράσαντες, Aoriſto: nõ πειράσοντες, futuro tempore legendum, rectè Robert. iudicauit. Neq; contra Pompeiũ.) μήτε ἐπὶ τὸν Πομπήϊον, non μήποτε. Q. Caſsium Longinum.) Prænomen deſideratur in Græco: id (ne Caſsiorũ nomine obſcurior res fieret) ex Cæſare & Appiano adieci.

102. Modò ea uoluptate duci.) τῇ ἀκρηῆματί τι ἡσθέντες. Rob. ἤδη emendat: non malè quidem id, non tamen neceſſariò, cùm id pronominis aduerbialiter poni conſueuerit.

103. Ex æquo maleficijs uos prohibent.) In Græco, καὶ ὁμοίων ὑμῖν κακουργεῖν. ſupplendum ἀπείργουσι, aut ſimile. Cùm id alioquin licitum non ſit.) οὐ γάρ τι δεῖν, mendoſè. οὐ γὰρ ἐξεστιν emendo.

106. Alteri'que Pompeianorũ.) Suprà monui cum Roberto, pro Σερτωρίας, Σερτωριείους legendum. ita hic quoq; Πομπηϊείους legerim, non Πομπηΐους. Xiphilinus certè Πομπηϊανοὺς habet. L. Scribonius Libo.) Σκριβώνιος, non Κριβώνιος, ut rectè Robertus monuit. Inſula relicta ad Pompeiũ contenderat.) In Græco legendũ προσκεχωρήκει, nõ προσκεχωρήκει. Particula μὲν etiã expungenda. quæ enim ſequuntur, ad Curionem pertinent. Eſt autem quæ ſequitur de Attio Varo clauſula, manca in Græco: ego ſententiam extuli.

107. Bocchus & Bogud, quòd hoſtes Pompeij eſſent, reges dicti ſunt.) Locũ deprauatũ ſic caſtigo: Βόκχος, καὶ Βογούας Βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτοῦ ἦσαν, ὠνομάσθησαν. αὐτοῦ autẽ ad Pompeianos refertur. Regem autẽ à S.P.Q.R. uocari, magni fuit honoris, & à Romanis (ut ait Cæſ. lib. 1. belli Gall.) pro maximis hominũ officijs tribui cõſueuit. Occaſione belli gerẽdi arrepta.) τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου, Rob. Steph. pro τότε καινὸν rectè reſtituit.

108. Siue ea aliunde, ſiue ex oraculo.) Si legas in Græco, καὶ τοιαύτην ἐλπίδα, ἢ ἄλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας, &c. locus erit planiſsimus, & (ut ſentio) integer; aſteriſcusq; delendus. Quòd acceſsione ad ſuum exercitũ.) προσγεγενημένων ſcribe, nõ προσγεγενημένων.

109. A' Dyrrhacho quodã Heroe.) Δυῤῥάχιον legitur. Sed ego ſequutus alios omnes autores, Δυῤῥάχου tribus ſyllabis lego. Qui plura uolet de hac re, Appianum Alex. legat, libro 2. bell. ciuil. ubi copioſe hæc tractantur. Porrò autẽ ῥαχὶ uocabulum eſt deprauatũ, quod Robertus etiã ſenſit, legendumq; ῥαχίας: ita & Xiphilinus habet. Et antè, pro κτίσιν, meo periculo lege κτίσιν. Sadalo Thracæ.) Σαδάλλου, expuncto υ, non Σαυδάλλου legendum: ſic enim hunc & ſub finem huius libri, & infrà lib. 47. nominat: etſi menda ibi ſit. Apud Iuliũ Cæſarẽ Saſalem legitur, fortaſsis uitio, pro Sadalem, initio lib. 3. de bello ciuili. Lucanus certè in quinto Pharſaliæ Sadalem edit: Tunc Sadalen, fortemq; Cotyn, &c. Pòſt paulo, γινόμενοι uox mendoſa eſt. Omnia diripuit.) πάντα διήρπασε, non πάντας.

110. Neuter tamen neutri quicq; remitt.) καὶ οὐδὲ τοῦθ' ὑφίετο ἑκάτερος. Ipſa ſententia docet ita

cet ita legendũ, ut ego conuerti: καὶ οὐχ ὅτι τοῦ ὑφ᾽ ἑτέρων τοιούτου. Deinde, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν αὐθαιρέτων. Satis ſcio, pro τῶν τε ſcribi debere, τῶν τότε, una ſyllaba incuria librarij eliſa. Se uindicem libertatis.) αὐτοὺς ἐλευθερωτὰς, non αὐτοῦ. Robert.

112. Olim pro ſua libertate.) ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, non ὑπό. Ac infrà, pro ἀλλοῖοι, lego ἀλλοτρίοις, cum Roberto utrumq;.

113. Reliqui in poteſtatẽ Cæſaris poſt pugnã uen.) οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν, &c. Deeſſe uerbũ aliquod ad finẽ huius coli, in promptu eſt. Ego audacter ita ſcribo: οἱ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἑάλωσαν. Id enim & ſequentia cõprobant, & locupletiſſimus teſtis eſt Cæſar in Cõment. qui demõſtrat, quomodo hi ſe eius poteſtati poſtridie cõmiſerint. Ac Tarcondimoto.) Aſtipulor hic quoq; Roberto. cùm & infrà lib. 47. Dio ſic eũ nominet, & Cicero in ea epiſtola quæ libri 15. Familiariũ prima eſt. Cæſar Tarcondariũ Caſtorẽ hunc appellat. Ac deinde, ubi ego tranſtuli, Sed id quoq; ei uitio dedit: καὶ προσέτι καὶ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐν ἐγκλήματι legendum, non ἐκλόγῳ, doctè annotauit idem Robertus.

IN DIONIS LIBRVM XLII. [redacted]

[redacted]i Auguſtani annotationes.

114. Nomina Magiſtratuum huius libri ſic lege: Γ. ἰούλιος. Γ. υ. Καῖσαρ, Δικτάτωρ τὸ β. Μ. Αντώνιος, Μ. υ. ἵππαρχος. ὕπατοι δὲ Κ. φούφιος Καλῆνος, καὶ Π. οὐατίνιος Π. υ. Hæc emendatio ex ipſo eſt petita Dione. Cum' que rem extrahere.) πέμψαι τὲ δυνηθεὶς αὖ τὰ πράγματα. Eſt aũt πέμψαι hoc ſignificatu inuſitata uox, ac pro ea reponenda τρίψαι: ita enim Xiphilinus habet, hunc locum ad uerbum adducens.

115. Tanq; Craſsi neceſſarium.) Intelligo id eò, quòd Cornelia uxor Pompeij, coniunx prius P. Craſſi fuit. Plutarchus Pompeio.

116. Multis per Africam, &c.) Robertus hunc locũ eruditiſſimè ſic reſtituit: καὶ νίκας, πολλὰς μὲν ἐν τῇ Αφρικῇ, πολλὰς δὲ, & quæ ſequũtur. Ea ipſa die qua.) καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ποτέ. Xiphilinus habet, ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ: Ipſa octaua die. quæ lectio ſi uera ſit, nomẽ Menſis intercidit. Quæ' nã loca is petijſſet, inquirendo.) περὶ πύστιν αὐτοῦ πλεύσειεν, nõ πίστιν. In' que claſſem ibi Pompeianã, cui C. Caſsius præerat.) In Græco eſt, μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λουκίου, Cum L. Caſſio: non negligenda menda. Tres omnino Caſsij Longini hoc tẽpore fuerunt, quorũ & Dio & reliqui hiſtorici mentionẽ faciunt: Q. Caſſius, qui cũ Antonio Trib. plebis, deinde Hiſpaniæ à Cæſare præfectus fuit: eo quidẽ ipſo tempore eam gerens præfecturam, quo Cæſar ad Dyrrhachiũ, Palæopharſalũ, & Alexandriæ rem geſſit: præter Dionẽ, teſte eo, qui librũ de bello Alexandrino ſcripſit. de quo & ſuprà, & pòſt ſuo loco plura. L. Caſſius, qui hoc ipſo bello ciuili Cæſaris fuit legatus, ac Macedoniã ei occupauit: de quo ſuperiore libro ipſe Dio, Cæſar aũt in 3. bell. ciuil. Cõment. ſcribunt. Is aũt L. Caſſius qui' nam fuerit claſſis Pompeianæ præfectus? Reſtat C. Caſſius, quẽ quidem præfectũ nauiũ Pompeij fuiſſe ipſe eodẽ libro Cæſar teſtatur. Cæterùm Appianus Alex. apertè prodit, Cæſari ab eo Caſſio naues Põpeij eſſe traditas, à quo deinde Romæ ſit interfectus. Itaq; quin C. Caſſius rectè ego ſcripſerim, dubitare nemo debet. Volui aũt id pluribus demonſtrare, ne quis mihi ex Suetonij loco iuxtà mendoſo, negociũ faceſſeret: ubi ita legitur in uita Cæſaris, de hac ipſa re: Poſt aciem Pharſalicã, cùm præmiſſis in Aſiam copijs per anguſtias Helleſponti uictor nauicula traijceret, L. Caſſium (ſic enim eſt in ijs quæ ego uiderim exemplaribus) partis aduerſæ cũ decem roſtratis nauibus, &c. C. Caſſium legendũ eſt etiam apud Suetonium, ut ſatis demõſtraui. In Græco aũt hic Γαΐου, aut certè Λογγίνου eſt ſcribendũ, nequaquã Λουκίου. Suetonij locus emendatur.

117. Fore hoc ciuile bellũ diuturnũ.) χρονιεῖν τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ συστάσει. Robertus rectè χρονιεῖν. Ego aũt etiam illud συστάσει nõ admitto, ſed στάσει lego: eſt enim σύστασις lõgè aliud. Quorũ neuter ſpem ſalutis.) οὐδεμίαν ἐν τῷ Καίσαρι ἐλπίδα. uox ἔχοντες abũdat, & ab homine quodã indocto intercalata eſt. Inferius, pro αὐτοῖς ἐκεκτήκει, αὐτοὺς legendum.

118. M. Acilius.) Sic eum Cæſar uocat. In Græco Ακυίλιος, fortè Ακίλιος. Cæterùm bis hoc loco νότιον pro ὅρμον ſcriptũ eſt: quæ menda eſt etiã apud Plutarchũ in uita Cæſaris. Deinde pro χώσαντες, emenda χώσαντος. & pro ἐφύδροις, lego ὑφύδροις: urinatores enim deſcribit. Ipſe intrò nauigauit.) Inſigne mendũ, obſcurũ locũ de planiſſimo reddidit, ἔσω πλεῦσαι.

Certè ἐπεσσέπλευσε eſt ſcribendum, niſi ego omnino nihil uideo. Fauſtum Cn. Pompeij generum.) Fuiſſe Fauſtum Syllam Pompeij generũ, omnes hiſtoriæ loquuntur. Itaq; in loco corrupto Πομπηίου τ̃ Φαῦϛον, hoc diuinaui: emendare certò uerba nõ poſſum. Permulti Cordubenſes.) Κορδυβήσιοι legendum, nõ Κορδυκήσιοι. Patet ex ipſa hiſtoria, quam copioſè deſcripſit totam is, qui bellum Alexandrinum compoſuit.

119. Cum que Cæſar ei ſuccenſ.) εἰς ὀργὴν αὐτῷ ἦλθε, non αὐτ̃. Prout noui nuncij acciderant.) ἀπολόμενα quid ſit, niſi mendoſa dictio, non uideo. Opinor legendũ, ὡς ἄρα τότε τότε ἐγγελλόμενα. Deinde, pro ἀδέοτες, ἀδεέστερος reponit Robertus. Satisfactũ eo modo.) ὥστε τῷ Καίσαρι καὶ ἐκεῖνο, non ἐκείνῳ, ſcribi debet.

120. Ne negociũ mihi ab alijs exhibeatur, &c.) Impoſuit mihi falſa huius lectio, εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι: nam μὴ uox eſt omnino expungenda. δι᾽ ὄχλου γίνεσθαι Dio ſæpe habet, pro eo quod eſt, moleſtũ alicui eſſe. Itaq; ſic uertendum fuit: Ne moleſtus ſim lectori ſingulos percenſendo. Quæ uel inuitis ipſis.) Ante καὶ ἀκόντων αὐτῶν, deeſt uirgula, & articulus ἃ. Deinde falſò [illegible] pro [illegible]. At M. Cæcilius.) S[illegible] etiam in Epitome libri 111. apud Liuiũ nominatur. Certè Cæſar libro 3. bell. ciuil. M. Ca[illegible] Rufum, cum hanc ipſam rem tractaret, nominauit: atq; ita Velleius quoq; Paterculus uolumine poſteriori. ideoq; Sigonius etiam apud Liuiũ, Cælius emendat. Ego nihil mutare auſus fui: præſertim quia infrà lib. 57. Cõſul legitur quidã C. Cæcilius Rufus, apud Dionem & in indice, & in ipſo libro, quem itidem alij Cælium ſcribunt. Indicare uarietatem ſatis habui.

δι᾽ ὄχλου γίνεσθαι.

Prætura urbana. Præturam urbanam ſibi non obtigiſſe.) Eam enim reliquis dignitate præſtare, præter alios, etiam in Bruto teſtis eſt Plutarchus.

121. Tabulæ que nouæ proponebant.) τὰ χρέα ἀποκοπῶν ſcilicet corruptè. τὰ χρέα ἀποκοπῶν emenda.

Tifata. In Tifata.) εἰς τὰ Τιφατηνὰ ὄρη. Legendum haud dubiè, Τιφατηνά. Sic Liuius lib. 7. Tifata imminentes Capuæ colles. & alibi: In ualle occulta poſt Tifata montem imminentẽ Capuæ conſedit. Lib. 26. In Brutios ſe contulit.) ἐς τὴν Βρεττανίαν. Præcipiti librarij lapſu, aut potius uolatu ex Italia in Britanniam. Ego Βρεττίαν utiq; ſcribendũ, ſatis compertũ habeo. Cæſar li. 3. Cõment. bell. ciuil. Cælius profectus, ut ipſe tunc dictitabat, ad Cæſarem, peruenit Thurios.

Thurij. Porrò aũt in Brutijs eſſe Thurios, locupletiſſimus teſtis eſt Liuius, his adeò uerbis initio libri 25. ab V. C. Eodem tẽpore in Brutijs ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos deſciuerant, Conſentini & Thurini in fidem P. R. redierunt. Brutios aũt Βρεττίαν etiã Græcè dici, ut alios grauiores autores taceam, uel ex Stephani περὶ πόλεων libro liquet.

Plinij locus animaduerſus. Addam hoc etiam apud Pliniũ lib. 2. cap. 57. legi, apud caſtellum Cariſſanum periiſſe Milonem, anno poſt Conſulatum L. Pauli, & C. Marcelli. Videat diligens lector, Dioni ne potius, & Cæſari ac Liuio fides habenda ſit, qui anno ſecundo poſt eorũ, quos Plinius nominat, Conſulatũ hoc tradunt factum, locusq; Plinij hinc emendandus, an Plinius diſſenſiſſe ab his putandus. quod ego certè non credo. Bellonæ quoq; ædes.) φυτόν. Roberti coniecturam ſequor, φυτεύειν ſcribentis: quæ uox eſt etiam lib. 50. folio 259. Sed & λαθὼν in λαθὸν neutro genere uertendum eſt.

122. Primigeniam uocant.) Equidem fateor ingenuè, me diuinaſſe hoc loco, nec ſcire, ſi quã aliã, niſi Primigeniã, Dio Fortunã circumlocutus ſit. quãuis eam Plutarchus πρωτόγονον Græcè extulit. Antonius quidem ueſte.) ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος ἐσθῆτος μὲν, &c. lego. ὅ δὲ τι enim perperàm repetitum, locum conturbauit. Tamen quòd diuerſos eſſe.) ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἄλλα, &c. legendum: non ὅτι. Hilarem que ſeſe.) εὐθυμεῖσθαι, nõ φιθυμεῖσθαι ſcribendum.

123. Per totam urbem plurimus ſermo haberetur.) λόγος τε ἐπ᾽ αὐτοῖς. Excidit huic colo uerbum ἦν, aut ἐφοίτα, aut ſimile.

124. Quod ne à ſacris.) ὅτι μὴ δὲ τῶν ἱερῶν ἐς. ἱερῶν ἔνδος lege.

125. Cũ hic rectà Alexandriam.) Vox ἡμιμεῖν admodũ ſuſpecta: uideturq; deeſſe huic loco aliquid. Onerarijs nauibus lapidum plenis.) In Græco haud dubiũ eſt mihi, quin προσπεριέφραξαν, & προσκατεποντώσαντες, ab indocto librario, qui ſenſum nõ aſſequeretur, ſint ſummiſſæ. Reſtituo aũt pro ijs προσπεριέφραξεν, & προσκατεποντώσας, ſingulari numero. loquitur enim de Cæſare, ut ſequentia oſtendunt. Ptolemæum quoq; furtim auferret.) τὸν Πτολεμαῖον ἐκλέψε. Pro ἐκλέψε, uidetur legendum ἐκκλέψε.

Interimen-

126.Interimendiq́ Achillæ.) *Locũ hunc ambiguum accuſatiui utrinq; infinitiuo iuncti faciunt: ſed id peius, quòd* προδῶσαι *falſò, pro* προδόντα *legitur: ut ex libro de bello Alexandrino liquet.* Nauibus ſuis in ſtatione locatis.) ναυλοχῶν. *quid enim eſt* ναυλομαχῶν? Præcipitarent.) ἐκβιαζομένων. *Gignendi, non accuſandi caſu.* Mulierisq́ imperiũ moleſtè ferebant.) *Pro* ἀχθομένων, *Robertus etiam iudit ſcribendum eſſe* ἀχθεσθέντων.

127.Amiſumq́ urbem.) Ἀμισὸν *ſcribendũ: & infra* Ἀμισηνοὺς, *expuncto* ν *poſt* ἰῶτα *utrobiq;, id ſatis eſt manifeſtum.*

128.A' cuius diſceſſu bellum renouare.) ἀπελθόντος αὐτοῦ ῥᾳδίως, &c. *nõ* ἐπελθόντος, *quod habet ſenſum contrarium.* Quæ Pomp. prius promiſſa fuerat, exigebat.) ἐπράξαντο *malè ſcriptum eſt. pro ſingulari* ἐπράξατο. *Ac deinde:* καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν τῶν βασιλέων. *emendo,* καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν, καὶ τῶν βασιλέων. *Sed hæc obuia ſunt.*

129.Etſi Cæſar nihili faciebat.) ἀλλὰ τούτους γε οὐδενὶ λόγῳ. *non* μὲν. Decem prætores ad inſequentem annũ deſignauit.) *Hic aſſentior Roberto, pro* ἀποδεῖξαι, ἀπέδειξε. *& pro* τῶν νενομισμένων, τὸ *ſcribenti.*

130.Miſsionem ſibi militiæ.) ἀφεθῆναί τι τῆς στρατείας, *non* τῆς τι.

131.Inde parabant, &c.) ὅπου πῃ καὶ μόνον ἐχώρουν. *Hic uerbum* ἔλαβον, *aut ſimile aliquod excidit.*

IN DIONIS LIBRVM XLIII [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

132. His rebus Lepido cum gratiam retuliſſet.) ἤγγελλε *in Græco eſt: ſed nimirũ uitio, pro* ἤγαλλε *fortaſsis, ἀπὸ τοῦ* ἀγάλλω.

133.Ordinibus legionũ.) τῶν ταξιάρχων. *eos enim intelligo, quos aliàs* ὁπλίτας *dicit. Poſt* ταυτολία, *& deinde* ταίτολοι *ubiq; ſcribendo, Roberto etiam monente.*

134. Vt relictis locis munitis.) ὑπὸ τῶν χωρίων. *Ego aũt* ἀπὸ τῶν χωρίων *lego.* Summam infamiam.) αἰσχύνην αἰσχίστην ὀφλῆσαι. *Præponenda his copula* καὶ.

136. Ipſum quoq́ Catonem.) καί τοι καὶ τὸν Καίσαρα ἴσως γε ἄν. *Error eſt librarij perſpicuus.* καί τοι καὶ τὸν Κάτωνα *repono: id enim ſenſus exigit. Vox autem* ἀνατεθαυμάκει *uitioſa eſt: fortè,* τὸν ἄνδρα ἐτεθαυμάκει. Cùm C.Didio.) *Robertus rectè pro* Γαΐου Διδιανοῦ, Γαΐου Διδίου *emendat: ſic enim & alij autores hunc uocant, & Dio infrà non ſemel.* Vt'q́ deleto Catuli nomine.) αὐτὶ τοῦ Κατούλου γραφῆναι. *Hic uocabulũ* γραφῆναι *inſcienter ab oſcitante librario eſt ex ſequentibus inſertum, quod deleri iubeo.* Longè à prioribus diuerſum & ſermone.) καὶ λόγῳ καὶ ἐπράξαν *Robertus caſtigat,* καὶ ἔλεγον, καὶ ἔπραξαν.

137.Nihil enim grauius dicendum cenſeo.) *Coactus ſum hic quoq; diuinare de ſenſu horum, quæ mihi uitioſa admodum uidentur, uerborum:* τοῦτο γὰρ μόνον οὐ ξυνθῆναι καλὸν ἂν νομίζω. *Paulo inferius, pro* ἐς ἅπαν, *ſatis patet ex ſenſu loci huius, & hiſtoria, Dionem* ἐς ἅπαξ *ſcripſiſſe. Et pòſt,* μήτε γραψάμενος: *fortaſsis,* μήτε ἀπογραψάμενος.

138. Arſinoe quondam regina.) βασιλεύσασα τότε, *ſcribo* ποτε. *Deinde, pro* Οὐιγγιντισέξ, Οὐιγκιντισέξ *ſcribi debet, Roberto etiam teſte.*

139. Bina in ſingulos ſeſtertia.) *In Græco eſt* πεντακισχιλίας ὅλας: *quod eſt, quinq; millia drachmarum, hoc eſt, uicena ſeſtertia. Verùm ego* πεντακοσίας *legendum contenderim, potiſsimùm Tranquilli firmo teſtimonio, qui ipſe etiam bina ſeſtertia habet.* Poſt cœnam ſoleis indutus.) ἐκ τοῦ δείπνου. *In Xiphilino uitioſè* δήμου. *qui locus & alibi complures, ex Dione noſtro emendari poterunt.* Hoc uerò longè maiorem.) πολὺ δὲ δὴ νομίζω. *emendandũ* μείζω. *& dein, pro* πολιτείας, πολυτελείας *ſcribendum. Hæc (ſicut pleraq;) cùm ita emendare me ingenium iuſsiſſet, Xiphilinus ita confirmauit, ut dubitationi nulli locus relinquatur.*

140.Leges præterea.) *Hic labes ſubeſt Græco codici,* ἐπαράττετο *pro* ἐπετάττετο *habẽti.* Is qui multos liberos.) ὀλίγχος, ἣν πολυπαιδίας ἆθλα. *Articulus* ἣν *eſt in uerbum* ἣν *mutandus, ita ut ad nominatiuũ* ὀλιγανθρωπία *referatur: ideóq; duab. uirgulis includẽda ea dictio, alioquin mutilus erit locus. Mihi enim Robertus minimè ſatisfecit, aut tollendum illud* ἣν, *aut in* τῆς *mutandum tradens.* Intercalatis ſeptẽ ac ſexaginta.) ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. *Xiphil. legit,*

ἐπεὶ τοῖς ἐξάκοντα. *Sed noſtra lectio uera eſt, cùm etiã Suetonius duos menſes ab eo intercalatos eſſe oſtendat. Rectius etiam infrà* διὰ τεσσάρων καὶ αὐτὸς ἐτῶν, *quàm apud Xiphilinũ* διὰ πέντε, *legitur.* Quinq; dies adduntur.) τὰς πέντε ἡμέρας ἐξάγουσιν. *Xiphilinus emẽdatius legit,* ἐπάγουσιν. Vt iam utriuſq; rei nomine.) ὥστε καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέρας. *Legendum eſt,* ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις.

141. Superatu haud facilẽ.) *non pro* δυσκίνητον, δυσνίκητον *ſcribo.* Vel quod magis creditũ eſt.) μὴ ἐξ, ὡς μᾶλλον πιστ. *emendo,* ἢ ἐξ. Sed multi etiam contrariæ partis.) *nam Scapulæ milites Cæſariani fuerant, igitur Pompeianos etiam ad eos tum ſe adiunxiſſe Dio inquit. Porrò is Scapula in Græco paulo ſuprà* Τίτος Κόιντος *uocatur. ſed ego poſterius prænomen (neq; enim duo unus ferre prænomina ſolebat) omiſi, temerè, ut opinor, ab Apomo repetitum.* Excepta Vlla urbe.) οὐλίας. *Vllam cum Hircio (ſeu Oppio) & alijs, dixi.*

142. Relicta ad Vllam parte exercitus.) μέρος τοῦ στρατοῦ, *non* μέρος τι. Vrbẽ defendendam ſibi primùm.) προεῖδε καὶ οὐκ ἐπημύνατο, *non* προεῖδε. Munatiũ Flaccum.) *Is, niſi fallor, L. Minutius legitur apud autorem libri de hoc bello.*

143. Multi animaliũ monſt. part.) τά τε ζῷα, ἃ πολλά, *&c. legendum eſt.* Toties iam bello congreſsi.) οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐδῶ ἵνα ἀλλήλων ἄχρι ἔτι, τοσαυτάκις, *&c. ſic ſcribendus eſt hic locus.*

144. Partim in urbem Mundam.) *Vrbis nomẽ ipſe adieci, perſpicuitatis cauſa. ex libro de bello Hiſp. quamuis Cordubam Appianus habeat, lib. 2. & ipſam cadaueribus circumuallatã tradens. Sed Florus quoq; lib. 4. cap. 2. de Munda hoc ſcribit. & Lucanus: Vltima funeſta cõcurrant prælia Munda.* Ante eius aduentum exceſſ.) ὅ, τε γὰρ Σέξτος οἱ προσχώρησαν. *quo quid abſurdius dici potuit? Emendo igitur confidenter,* προεξεχώρησε. Effugiẽdi ſpem.) διαφυγεῖν δυνησομένοις *legendum, dandi caſu, non accuſatiuo.* Quæ Carteiæ.) *In Græco eſt* Βαρτίᾳ, *mendoſe, ut opinor. Certè Appianus* Καρθαίαν *habet, autor belli Hiſp. Carteiam.*

145. Ferculis que nõnullis.) πομπαίοις. *Legendũ eſſe* πομπείοις, *ſatis eſt euidens: Roberto etiã id annotante.* Laurea corona.) δαφνίνῳ *legendũ, & ratio & Xiphil. monſtrant.* Cùm à Iulo.) ἰούλου. *Malim* ἴουλον. Venerẽ colebat.) *Lego,* Ἀφροδίτῃ πᾶς ἀνέκειτο, *pro* ἀνεκινεῖτο. Laxam eius cincturam.) *Perſpicuum eſt, malè hic, & apud Xiphilinũ etiam,* χαλῶν τὸ στόματος *legi, pro* ζώματος. *Iocus autẽ hic Syllæ ſatis eſt notus. Inferius,* ἐλάσσω *...* *inducatur illud* καὶ: *nam abundat.*

146. Initio anni magiſtratũ geſſerunt.) οἱ πρῶτοι πράξαντες. *Subeſt omnino labes. Ego opinor Dionẽ ſcripſiſſe,* οἱ πρῶτον ἄρξαντες. Quòd loca pub.) *Hic locus miſerè fœdatus eſt in Græco, de cuius ego ſenſu (quod potui) coniecturã meã ſum ſecutus. Ad* ἐγχωρίους *adiectiuum,* τόπους *aut* ἀγροὺς *deſideratur. & apud* πρατήριον, *uerbũ deeſt, quod Robert. ſubſtituit,* ἐσώνησε, *uel* ἐξέδωκε: *ut legatur,* πάντας τε αὐτὸ τὸ πρατήριον ἐξέδωκε. *ſic utcũq; cohærebit.*

148. Ne hi quidem ſecundũ inſtituta maiorũ.) *Hic quoq; locus miſerè eſt uitiatus.* ἀλλ' οὐ τοῦτο γράφω. καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. *Mihi ſatis fuit in hoc & alijs conſimilibus, ſenſum utcunq; aptum uertendo ſequi, ubi ſanare uulnus impoſitũ autori nequirem. Cæterùm huius P. Ventidij fortuna, ut ex abiectiſsimæ ſortis homine ad ſummam dignitatem euaſerit, ab omnibus hiſtoricis, & poetis etiam, prædicatur.*

IN LIBRVM DIONIS XLIIII. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

149. Longe´que minus rerum aduerſ.) ἐν τῇ δυσχερεστέρᾳ. *Niſi hic addas dictionem* ἧττον, *nõ conſtabit oratio.* Quanq; non omnes eod. temp.) *Locus mutilus. Sic (ni fallor) reſtituetur ſuæ integritati,* εἰ καὶ μὴ πάντα ἅμα μήτε ἐψηφίσθη, μήτε ἐκυρώθη. Tum enim ſeſsio.) τό, τε γὰρ ἐν δὴ τοῦ, *&c. Vna dictione* τότε, *non diuiſim fuit ſcribendum. Infrà uirgula non poſt* Λατίνας, *ſed poſt* ἐπίκλησιν, *ponenda eſt.*

150. Qui Lupercalia celebrarent.) *Doctè oſtendit Robertus,* τοῦ Πανὸς *(nõ* παντὸς*)* γυμνοπαιδίας *legendũ. &* ὠνόμασαν, *pro* ὀνομάσαντες. Iouis ipſi cognom.) Δία τε *(nõ* διά τε*)* αὐτὸν *lego, cũ Xiphil.* Identidẽ alios.) ἀεί τε μεῖζον, *pro* ἀλλ' ἔτι, *Rob. rectè reponit.*

Cum

Cùm enim quadā die.) *Qui attentè hunc locū expenderit, aut cum alijs ſcriptorib. contulerit, facilè uidebit, non temerè à me aſteriſco propoſito eſſe ſignificatū, haud pauca hic uerba deſiderari. Loquitur aūt iam de præcipua cauſa, ob quā in offenſa à ſenatu habitus eſt Cæſar. Porrò deinde hæc uerba,* ἀπόντος γὰρ αὐτοῦ, *uſq; poſt* ἐχρημάτιζον *ſi parētheſi includātur, planior erit periodus.*

151. Quòd paulo pòſt.) *ὅτι πολὺ ὕστερον. ſcribe,* ὅτι τε. Sed pòſt, cū ab Albano.) *Ita lege,* ἐσιππεύοντα αὐτὸν ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ. Cū pro roſtris.) ἐς τὸ τὴν βασίλειαν, *hic mendoſè [illegible]* ἐς τὴν ἀγοράν.

152. Brutumq́ & priuatim.) *Cur ſignū manci loci [illegible] huc poſuerim, ſatis ex ipſis uerbis patet.* Quē Iuniū quoq; & Albinū.) Ἀλβίνιον. *Hoc poſterius cognomē etiā Plut. et alij (etſi ſæpè, ſicut hic etiā, mendoſè deſcriptū à librarijs) D. Bruto tribuūt.* Ἀλβῖνον *ſcribatur.*

153. Præterea arma Martis.) πρὸς γὰρ ὅπλα. *Illud* γὰρ *mendoſum eſt.* πρὸς δὲ *legendū, aut* πρὸς καὶ. *eſt enim (ut ſæpè)* ἡ πρὸς *aduerbialiter poſita.* Etenim erat omnino Cæſ.) *Hæc uerba,* ἔμελλε γὰρ αὐτὸς τότε μεταλλάξαι, *parentheſi includi debent.* Quod præ ſe ferebant.) τὴν προβαλλόμενον *legendum eſt, ſuppleto articulo* τὴν. *Robert.*

155. Vereor aūt ne.) *Aſteriſcū præpoſui: eſt enim locus mutilus.* Aliquid aliud eſſe exiſtimem.) ἄλλο ὀνομάζειν: *emendo,* νομίζειν. Glauciam.) *In Græco etiā* Γλαυκίαν *quàm* Γλαύκιον *legi malim. De his diſertè Appianus lib. 1. bell. ciuil.*

156. Sed ne reminiſci quidē.) *In Græco lege:* μήτε ἐγκαλέσειν ποτὲ, μήτε μνησικακήσειν ἔτι. *Hiſtoriam hanc qui cupit ſcire, legat Xenophontis librū de reb. Græcorū 2.* Neq; enim qui rebus aduerſis premunt.) *Ipſa oppoſitio partiū oſtendit,* οὐκ ἔτι πάντως ἀτυχεῖν, *non* εὐτυχεῖν, *eſſe legendū.* Catilinam.) *Scribe in Græco* Κατιλίναν, *non* Κατυλίναν.

157. Ipſam interim Remp.) *Emaculari locus elegātiſsimus poteſt, ſi pro* τὸ δὲ δὴ κακόν δι᾽ ἅπαντος ῥόπου, *legas,* τὸ δὲ δὴ κοινόν, *&c.* Samnites.) Σαυνίτας, *non* Σαυνίτας, *ut ſuprà, et alibi.* Sine ſenſu mortis occubuerūt.) ἔπεσον ἀναισθήτως. *haud dubiè* ἐπεσον. Ad id enim ſolū recordatio.) τοῦτο γὰρ μόνον τὸ κακῶν, *&c. malè. Lego autem,* τοῦτο γὰρ ἐς μόνον, *&c.* Priuſquā alteri ſperantes.) οἱ τε κεχειρωμένοι ὡς τῇ ἐλπίδι, *&c. Senſus huius loci non eſt uſquequaq; obſcurus: uerba miſerè corrupta, & notanda aſteriſco.*

158. Neq; enim de cauſa nunc.) οὐδὲ γὰρ δικάζετέ τι νῦν, *&c. Pro* δικάζετέ. δικάζοιτε: *pro* ὥς ποτε, ὥστε: *pro* βουλεύσεσθε, βουλεύσεσθαι *ſcribi debet, ut cōſtet hæc oratio.* Vniuerſas' que Cæſaris actiones.) συμπᾶσι τοῖς πραχθεῖσιν, *non* σὺν πᾶσι.

159. Quòd ſi apud ignaros.) εἰ μὲν γὰρ ἐν ἀγνῶσι. *legendum* ἀγνῶσι.

161. Cuius rei certūm eſt ſignum.) *Aſteriſcis lacunam hic eſſe actam oſtendi, poſt hæc uerba,* τεκμήριον δέ.

162. Cùm triumpho omiſſo.) τὴν μὲν ψῆφον τοῦ νικητηρίου, *malè, pro* πέμψιν: *quod & Robertus monet. & ex libro 37. ubi hæc tractatur hiſtoria, abundè liquet. Mox ita diſtinguendum eſt:* ἀρκεσθεὶς δὲ αὐτῇ ἐκείνῃ πρὸς τὴν δόξαν, ἐπανῆλθεν. Ambrones.) *Pro* Ἄβρωνας, Ἄμβρωνας *lego: ut Plutarchus habet in Mario, & alij ſcriptores.*

163. Ipſum quidē Pompeiū, ſiquidē.) πάντως δ᾽ αὖ καὶ ζῶντα. *Signū loci mutili addendum. Ego, ni fallor, uerba Dionis amiſſa Latinè poſui, quaſi dixiſſet:* πάντως δ᾽ αὖ καὶ ζῶντα τὸν Πομπήϊον ἐλάμβανεν ἀπὸ ἠλευθέρωσεν. Quos nō antè quoq; captos, miſericordia proſecutus fuerat.) ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀλόντων. *Tutò licet hæc uerba ſic corrigere,* ὑπ᾽ αὐτοῦ ἠλευθερωμένοι. Vnius horū capt.) ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων. *Incongruè, niſi legas,* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων φίλοι.

164. Ipſeq; qui eos ſaluos fecit.) *Mendoſè hic eſt,* καὶ οὐδ᾽ αὐτὸς ὅπερ περιέσωσε. *Ego reſtituo,* καὶ οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ περιποιήσας. *Deinde ante uerbū* ἐπανώρθωσεν *(malim certè* ἐπανωρθώθη, *niſi dupliciter actiuū quis dicat uerbū hoc, quod nō probo)* καὶ *coniunctio deeſt. Patet hoc etiā ex hiſtoria ſuprà de eius ſtatuis expoſita à Dione.* Iiſq; honoribus exornaſtis.) τιμαῖς τε οἵαις οὐδένα ἄλλον ἠγγάλετε. *Hic pòſt* ἄλλον *ſi ponas uirgulā, facilius intelligetur locus. ſed uox* ἠγγάλετε *huic planè nō congruit. Ego Roberti opinionē laudo,* ἠγάλλετε *legentis: idq; tanto libentius, quòd ſuprà quoq; initio libri 42. pro* ἤγγαλε *eodem ſignificatu poſito,* ἤγαλλε *emendauerim.*

In

165. In foro rogum.) Vbi in Græco ἀσπερ ἔπυρ habetur, ὥσπερ ἄχορ emenda. Et paulo pòſt, pro πρᾶγματα ἠρμῆνοι, emenda παρασπόμενοι. In monumento eius.) ἐς τὸ πρῶτον μνημεῖον. quod ſit, fateor mihi in mentem non uenire. C. quidem Caſca.) Locus in Græco mancus eſt, ob idq; notatus, eum ex Xiphilino ſic reſtituemus: Γαῖος γὰρ τις Κάσκας δήμαρχῶν, καὶ εἰδὼς ὅτι Κίννας ἐκ τῶν πρὸς τὸν, &c. Etſi initiò ſtatuerat.) καί τοι μὴ φοβηθεὶς falſò, βουληθεὶς ſcribo.

IN LIBRVM DIONIS XLV. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Quod in libri inſcriptione legitur, τὰ λοιπὰ ἔτη τρία πόλιν, inſulſè admodũ legitur, pro τὰ λοιπὰ ἔτι τῆς πόλιν. Dein dictiones trãſpoſitæ ſunt, Μάρκος μετὰ, pro μετὰ Μάρκου. Sed quæ ſequuntur uerba, πατὴρ Αὐγούστου Ὀκταούιος, &c. neq; Dionis ſunt, & (ut ſtatim demõſtrabo) minimè uera, ab indocto aliquo annotata, ut exiſtimo, & dein pro Dionianis ſuppoſita. Ego omittenda duxi.

166. Quæ ſororis Cæſaris filia erat.) Attiam (Acciam alij ſcribunt, ut Suetonius, Plutarchus aũt Atiam) quam Dio hic nominat, Iuliæ filiam. Iuliam aũt C. Iulij Cæſaris ſororẽ fuiſſe, disertè Suetonius in Auguſto teſtatur: At Accia M. Accio Balbo, & Iulia ſorore C. Cæſaris genita eſt. Velleius quoq; Paterculus poſteriori uolumine, Iulia genitã Acciã tradit, eãq; quæ C. Octauij uxor, huius aũt Octauij, de quo hic agimus, quiq; deinde eſt Auguſtus nominatus, mater fuit. Ergo ſororis Cæſaris nepos hic fuit, ut ipſe etiã Dio ſuprà lib. 43. ſcripſit, fol. 144. Itaq; hic locus mendæ manifeſtus eſt, eius quæ etiã Plutarchi Antonio inſedit, ubi ſic legitur: ὁ νέος ἀφικνεῖται Καῖσαρ εἰς Ῥώμην, ἀδελφῆς μὲν ὢν τοῦ τεθνηκότος υἱὸς, &c. Nam ſic etiã nos legi hoc loco uidemus: οὗτος γὰρ ὁ τῆς Ἀτίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο. Turpi profectò labe librarij, &, quod miror, apud Xiphilinũ etiam recepta. Nam cùm Dio ſuprà (ut modò demõſtrauimus) nepotẽ ſororis Cæſaris Octauiũ dixerit, qui filiũ ſororis Cæſaris eundẽ dicat? Itaq; etiã ſi Suetonij et Vellei autoritas nos nõ moueret, ipſe certè Dio ſatisfaceret. Emendanda igitur uox ἀδελφῆς in ἀδελφιδῆς eſt, et hic, & apud Plutarchũ etiã, qui in M. Bruti uita de eodẽ Octauio loquens, emendatè ſic habet: ὅτος ἦν δὲ ἀδελφιδῆς Καίσαρος. Porrò Appianus quoq; lib. 2. & iterũ lib. 3. bellorũ inteſt. Octauium hunc ipſum uocat θυγατριδοῦν τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος: id eſt, filiũ filiæ ſororis Cæſaris. Cæterùm ἀδελφιδῆν Græcis eſſe ſororis filiã, demonſtrarẽ exemplis, niſi eſſet per ſe manifeſtũ. Enimuerò de tota genealogia Cæſarũ, quantum ad Dionem & alios intelligendos autores ſatis erit: dicam ſub finẽ harum Annotationũ fuſius & fideliter. Præterea apud noſtrũ Dionem hoc ipſo libri initio ineptè Οὐαιλίτρων legitur, pro Οὐελίτρων. Iam quod L. Philippus frater Attiæ dicitur, haud ſcio mendoſé ne id, an ſtudio Dionis factũ ſit. Certè Suetonius & Velleius, utricũ eum Octauij, maritum Attiæ faciunt, quos audacter ſecutus ſum.

167. Vt in buccam uenerat.) ἐπελθὸν δὲ lege, cum Xiphil. non ἐπελθών. Stulticiæ culpentur.) μωρίαν, ὅτι μὴ κατέτυχον αὐτῶν, ὤφλον. ſic lege, non ὤφελον. Eadẽ ſententia eſt apud Cic. initio orationis pro Rab. Poſth. Hoc plerunq; facimus, ut conſilia euentis ponderemus, & cui bene quid proceſſerit, multũ illum prouidiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.

169. In paludibus Pontinis.) Πομπτίνοις. malim Ποντίνοις, ut ſuprà.

170. Aſinius Pollio.) Πωλλίων ſcribi debet, non Πολίων. Incõpoſita ac cõfuſa.) ὑπὸ τῆς ἀκρασίας πολλῇ ἦν. Xiphilinus legit ἀκρασίᾳ, utrunq; rectè. Sed ubi eſt, τῶ μὲν τῶ ἀφανῶ ὁ Ἀντώνιος, legendũ eſſe τὰ μὲν τῷ ἐμφανεῖ, idem, & ratio ipſa huius orationis teſtantur. Legio Euocatorũ.) ἠουοκάτων ὑ ὀονάτων. Poſteriores duæ uoces (meo iudicatu) abundant. Pro γνοσίαν deinde, malim ἐνομίσθη. Per ſe id populo exponerent.) δι ἑαυτῶν τῷ δήμῳ τοῦτο δηλοῦν. nimirum δηλοῦντας legendum eſt.

171. Decretæ ſunt laudes Mutinenſibus, &c.) Nomen urbis à me perſpicuitatis adiuuandæ cauſa additum eſt. Præterea Seruilius Iſauricus, &c.) καὶ ὁ Σουλπίκιος ὁ Ἰσαυρικὸς. Nemo uel uixiſſe, uel mortuum eſſe his temporibus Sulpicium aliquem Iſauricum oſtendet, opinor. Tu Σερουίλιος repone, non modò quia is Iſauricus dictus fuit, collega Cæſaris in primo Conſulatu, etiam Dione teſte, ſed locupletiſſimo Ciceronis etiam teſtimonio,

Plutarchi locus emẽdatur & explicatur.

qui Philippica 2. huius P. Seruilij Iſaurici Cõſularis, tanquam nuperrimè mortui, meminit: Non placet, *inquit,* M. Antonio Conſulatus meus: at placuit P. Seruilio, *ut eum primum nominem ex illius temporis Conſularibus, qui proximè eſt mortuus. Sequens autem periodus eſt corrupta, præſertim in uocibus* ἐγνώκασί τι, *&* εἰπόντος.

172. A. Hirtio, C. Panſa.) *In Græco,* μετὰ γαΐου ἦν, *deprauata ſcriptura. Nomen huius Coſ. eſt* Γ. οὐίβιος *(uel ut alibi ſcriptum in Dione eſt,* οὐίβιος*)* Παῦσας. *Igitur hic* Γ. οὐίβιου *ſcribe.* Quinetiam altero Conſulũ ſacra Calend.) καὶ ἐπειδὴ τῇ ἰουλίου τὰ ἰουτήρια. *Voces* ἰουλίου *&* ἰουτήρια *ſunt deprauatæ. Neutri Conſulum nomen Iulio fuit. Itaq; cùm mihi non conſtet, de utro loquatur, &* Αὔλου *ne an* οὐιβίου *ſcripſerit Dio, ambiguum relinquere coactus ſum. Pro* ἰουτήρια *autem,* εἰσιτήρια *ſcribendum (ſacra quæ Conſules initio magiſtratus faciebant) uel* ἱστήρια. Si quid in rem ueſtram efficere poſſem.) ὅτ᾽ ἂν πρὸς ὑμῖν δέον τι. *Rectè Robertus ſic corrigit:* ὅτ᾽ αὖ πρὸς τὸ δέον τι.

173. Quaſi uerò opus ſit.) *Deſunt aliquot uerſus ante hunc locum.* Legitimè ac rectè.) καὶ παντὶ καλόν. *Malim* πάντη, *uel* πάνυ. An nõ meminiſtis quemad.) ἢ οὐ μέμνησθε παρατεθειμένως. *Legendum cum Roberto.* ἢ οὐ μέμνησθε ὅπως παρατεθειμένως.

175. Ac non potius ab ipſo pœna.) ἀλλὰ μὴ καὶ ὑπὲρ τούτου. *Emenda,* ἀλλὰ μὴ ὑπ᾽.

176. Et cùm minimè decebat.) *Locus mendoſus,* ὅτι ἥκιστ᾽ ἐπρεπέ σοι. *Ego nõnihil poſſe emendari puto, ſi leges,* καὶ ὅτε μὴ ἐπρεπέ σοι. *ac deinde pro* τῇ ἀγορᾷ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. Niſi tu totam urbem.) οὐκ ἔτυχε, σὺ πᾶσαν. *Scribo,* οὐκ ἔτυχεν, εἰ μὴ σὺ πᾶσαν. Clœliam.) Κωκλίαν. *Corrige, & ſcribe* Κλοιλίαν. *ſic enim & alij Græci, Latiniq́;, & Dionyſius præſertim Halicarnaſſ. uocat libro 5. Antiqu. Rom. Paulo poſt,* ἄξιόν γε οὐ γάρ. *Videntur mihi tranſpoſitæ eſſe dictiones, & ſic ordinandæ,* οὐ γὰρ ἄξιόν γε.

177. Per legem Porcij.) καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου. *Mihi non ſatis cõſtat, quam dicat, niſi eam intelligamus, de qua Liuius lib. 10. Porcia unde lex ſola pro tergo ciuium lata uidetur, quòd graui pœna, ſi quis uerberaſſet, necaſſet ue ciuẽ Rom. ſanxit. Meminit huius legis Cic. pro Rabirio perduell.* Equidem ne id quidẽ Cæſaris factũ.) *Locus hic malè interpunctus, ſpeciem quandã mutilati præ ſe fert. Quòd ſi hæc uerba,* ἐκεῖνον οὕτως κακῶς ταῦτα αὐτῷ προστάξαντα, ἃ μηδ᾽ ἐκεῖνον εἴρηκεν, *per parentheſin legantur, ac deinde uerbum* φήσειεν *intelligatur ad ſenſum repeti debere, aſteriſcus tolli poteſt: conſtabitq́; oratio, quemadmodum nos eam conuertimus.*

178. Quæ omnia alio conſilio nullo.) οὐκ ἔστιν ὅπερ οὐκ ἐπ᾽ ἄλλο. *Ante hæc uerba colon eſt ſignandum, & ipſa uerba ſic legenda:* οὐκ ἔστιν ὅπως ἐπ᾽ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐφ᾽ ὑμᾶς, *&c.* Cuius tamen multa in nos.) καίτοι πολλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ *ſuperfluum eſt.*

179. Torrẽtis inſtar.) ὥσπερ τι χειμάρρους. *pro* τι, τὶς *lege.* Cur nõ quos.) τί δὲ οὐ τοὺς ἄλλους. οὐ *expungatur.* Qui Brunduſij.) μὲν ἐν Βρεντεσίῳ. *lege,* μὲν ἐν τῷ Βρεντ.

180. Lentulũ Antonij huius neceſſ.) *Nempe uitricũ, ut ex Cic. Philippicis, & Plutarcho liquet.* Oppidò ſpecioſam uerbis.) λόγῳ μὲν εὐπρεπέστατον: *non dandi, ſed accuſandi caſu ſcribi debet.* Animaduertendumq́; in eorũ inſolentiam.) ἐκ τοῦ ὑπερφρονεῖν. *Præpoſitionem* ἐκ, *ut puta ſuperuacaneam, tollo.*

182. In urbem reduxerit.) ἀγαγών. *Corrigendum, & ſcribendum* ἀνάγων. *Auunculum autem Antonij intelligit C. Antonium, ſuum in Conſulatu collegam. Cicero Philippica 2. uidendus de his.* Hæres ſucceſſit. οὓς δὲ καὶ νῦν ἔτι ζῶντας. *Deeſt uerbum* διαδέχεται, *aut ſimile aliquod, ad abſolutionem ſententiæ.*

IN LIBRVM DIONIS XLVI. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Conſulum nomina ſic legenda ſunt: Γ. οὐίβιος *(is &* Οὐίβιος *hoc libro ſæpè, &* Βίβιος *initio ſequentis dicitur ſed uno modo ſemper* οὐίβιος *ſcribi, aut* οὐίβιος *debet)* ὁ Γαίου Καπρωνιανός, καὶ Αὖλος ἵρτιος Αὔλου υἱ. Q. Fufius.) *In Græco* Φούφιος, *facili labe librarij, pro* Φούφιος *legitur.*

183. Potiſsimùm conſtitutis.) ἔτι μάλιστα. *Emenda,* ὅτι μάλιστα.

184. Excellentiorib. æmulari.) βασκαίνειν ἀεὶ τὸ προέχοντα. *Nõ arbitror ſic ſcripſiſſe Dionem, ſed* τὸ πλεονεκτοῦντα, *quo ſæpius utitur uocabulo.* Ita

185. Ita temerè omnibus nobis.) ἀλλὰ μέντοι γε καὶ ἐκεῖ πάντας ὑμᾶς. Scribe ἡμᾶς, in prima, non tertia perſona. Salute ab eo donata.) ἐσώθης ὑπ' αὐτοῦ, non ἀπ' αὐτοῦ.

187. Externarum rerum uituperatione.) τοῖς ἔξωθεν ψόφοις, lege ψόγοις. Cæterùm ubi ſuprà eadem pagina legitur, πρὸς τὸ μηδὲν αὐτῶν τῶν δεόντων, ego germanam lectionem eam eſſe cenſeo: neq; neceſſum, ut τὸ in τῶν uertatur, ſicuti Rob. uoluit. Vt liberè Cerelliam.) ἵνα Κορνελίαν ἐπ' ἀδείας. Κερελλίαν legendum eſſe Robertus oſtendit. Meminit Cicero huius Cerelliæ in epiſtola ad P. Seruilium, libro Famil. 13. quæ ſic incipit: Cerelliæ neceſſariæ meæ rem, &c. Item libro 13. ad Atticum.

188. Conſcientia ſuæ iniuſtitiæ.) ἀδικοῦσιν ἑαυτοῦ συνίεσιν. Roberti correctionem laudo, ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς συνειδόσιν.

189. Tullius, & Tullianū.) Hæ uoces duobus λ ſcribendæ ſunt, Τύλλιος & Τυλλιανόν.

Qui ea ſcribis ac præcipis.) τοιαῦτα γράφων, καὶ τοιαῦτα πράττων. Senſus arguit, προστάττων eſſe legendum. Qui neq; per ætatem adhuc.) μήθ' ἡλικίαν ἄρχειν. ſcribendum eſt, μήθ' ἡλικίαν πρὸς τὸ ἄρχειν, ut coniector.

190. Quippe cùm Cæſar legiones.) ἐπειδὴ γὰρ προὔπεμψεν. Addendum hoc loco, ὁ Καῖσαρ. Sola dicendi arte.) Non ſatis intelligo, quid ſibi hæc (modò Dionis ut ſint) uerba uelint, ἐκ τῶν ὑπὸ τεχνολογουμένων στασιαστῶν ἀντιτεθέντων. niſi fortaſsis Oratoriam artē, uſumq; contentionis partium inter ſe diuerſarum Rhetoricæ nimium aliquem ei uideatur obijcere. Viderint ſanè doctiores.

191. Supplicium eſſe ſubeundum.) ἐτόλμησαν ἀποσχεῖν, ὀφείλειν. Imperitiorū cauſa monere uolui, uerbum ἀποσχεῖν ad ſequens, non ad præcedens pertinere, & ante id eſſe uirgulam ponendam. Qui iniquis nos ſermonibus, &c.) ἀδίκως ἐς ὑμᾶς λόγων ἐπῆρξεν, lege ἀδίκων.

192. Rem aliquam magnam tentaturos.) ὡς καὶ καλόν ἄν τι ὑπ' ἀνοίας. Profectò καινόν τι malim.

193. Paucis quibuſdā exceptis.) ἐξὸν βραχέων τινῶν, uerte ἐξὸν in ἔξω. Vibio Panſæ.) τῷ Βιβίῳ ὠσίῳ. Harum dictionum alterutra ſupereſt. ego priorem malim, uel certè ὠσίῳ, etſi poſteriore frequenter uſus eſt librarius.

194. Siquidem iniurias ſibi illatas.) εἴπερ ἀντικατηκαλῶσθαι. lego εἴπερ ἄν, τι ἀντικακῶσθαι, diuiſim, non ὑφ᾽ ᾧ. Donec Decimo metuens.) ἐφοβεῖτο. malim ſanè ἐδεδίει: quanquam illud quoq; aliquo modo ſtare poteſt. Leges Antonij.) τῷ Ἀντωνίῳ. Legendum eſt (niſi quid deſit) τοῦ Ἀντωνίου.

196. Iiſdemq; Bruti militibus.) οἱ καὶ ἐπαίνους. legendum, οἷς καὶ ἐπαίνους: niſi ἐγκλιτικῶς malis pronomen οἱ cū dictione coniungere, poſita poſt id uirgula, ut ſit συμπαρελογισθησόμενοι. ſed prius uerius eſt. Ipſi ademiſſ.) παραιρεθέντων mendoſè eſt, pro παραιρεθέντων.

197. Id uerò ad Lepidi Antonijq; exercitus pertinebat.) πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἔφερεν, omnino ἔφερε ſcribi debet. Vt negandi honeſtam excuſationem.) In Græco parentheſis poſt uerbum διαψεύσασθαι demum claudenda eſt. Quod ſequitur de milite ſpem Conſulatus in gladio ponente, id Plutarchus de Iulio Cæſare ſcribit. Suetonius autem Auguſto, capite 26. uitæ eius, hoc tribuit: quem ſecutus eſt Dio.

198. Vltra XCIII. millia paſſuum.) ψ ν. σταδίους. DCCL ſtadia. Hæc autem millia tot, quot dixi, paſſuum, cum miliaris dodrante efficiunt. Duo proconſules.) ἀντιυπάτων, ſcribendum [illegible] Notum eſt autem apud Latinos iuxtà ac Græcos, Proconſulis nomen modò una dictione ſcribi, modò duabus. dicimus enim & Pro[illegible]quam prouinciam tenuiſſe,

Interregis creatio. & pro Conſule. Porrò autem Interregem non niſi ex patricijs creari poſſe, notum eſt ex Romanæ hiſtoriæ monumentis, ac loco etiam iſto Ciceronis pro Domo ſua: Si magiſtratus, inquit, patricij creati non ſunt, intereant neceſſe eſt, cùm Interrex nullus ſit: quòd & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt. Cùm Plautiano honores.) In Græco Πλαυτιανὸν eſt uitioſè, reponendumq; Πλαυτιανῷ. ſic enim eum & Dio infrà libro 58. folio 385. & Xiphilinus in Seuero,

ex Dione

ex Dione noſtro, & Herodianus lib. 3. & Aelius Spartianus unanimiter dicunt. Inde hæc, quæ hoc loco obiter Dio tangit, petenda ſunt. Dena iſta ſeſtertia.) hoc eſt, bis mille ac quingentos ſingulis denarios, ut ſuprà uerti. Peracto Conſulatu.) μετὰ δὲ ἀρχὴν. Scribe, μετὰ τὴν ἀρχὴν. ſed hoc euidens per ſe eſt. Aliquot pòſt lineis, ἐκ τῶν νόμων ποιεῖν perperàm ſcriptum eſt, pro ἐκτὸς τῶν νόμων ποιεῖν.

199. Sibi conciliata.) κατελείφθησαν. ſcribo κατελήφθησαν.

200. Sicilius Coronâs.) Hunc in Bruto Plutarchus P. Silicium uocat, Appianus Ικίλιον, ubi de proſcriptis agit. L. Plancum.) Πλάγκον καὶ τὸν Λέκιον. Coniunctio καὶ omittēda. M. Iuuentius autem.) Μ. Οὐιεγέντιος. Menda & facili, & multum obſcuritatis adferenti. Ego M. Iuuentium Laterenſem intelligo, meamq; ſententiam tueor, primùm teſtimonio epiſtolæ Planci ad Ciceronem, quæ extat in libro 10. Familiarium, ubi hæc uerba habentur: Laterenſis noſtri & fidem, & animum ſingularem in Rempub. ſemper fatebor: ſed certè nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perſpiciēda fecit eum minus ſagacem. Qui quidem cùm in fraudem ſe deductū uideret, manus, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt: in quo caſu tamen interpellatus, adhuc uiuit, & dicitur uicturus. Deinde Velleius Paterculus, uolumine poſteriori, diſertè oſtendit, huic Laterenſi, nomen Iuuentio fuiſſe. Iuuentius, inquit, Laterenſis, uir uita ac morte conſentaneus, cùm acerrimè ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte iudicato iungeret, irritus conſilij, gladio ſe ipſe transfixit. Deniq; Appianus quoq;, etſi nonnihil ſecius, Λατρηνσίε meminit, rem hanc ipſam tractans. Certè qui librum Epiſtolarum (quod rudioribus dico) decimum, ac duos proximè ſequentes attentè legerit, hunc & ſequentem Dionis librū facilius intelliget. multa quoq; hic habet, quæ ad eos libros percipiendos conducant. Proinde autem Μάρκος Ιουεγέντιος ſcribendum. De his quæ inter ipſos.) γεγονότων. ſcribe γεγονότων. Item pro ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ut docet Robertus. Pro κοινώσασθαι, κοινώσασθαι.

201. Dum cæteras res, &c.) τὰ γὰρ χερσὶ καθίσαντο. καθίστατο ſcribe.

IN LIBRVM DIONIS XLVII [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

202. Conſulum nomina ſic legenda ſunt: Μ. Αἰμίλιος Λέπιδος τὸ Β. Λούκιος Μουνάτιος, Λ. υ. Πλάγκος, ὕπατοι. Menſam euerterat.) καὶ τὴν τράπεζαν καταλαβών. Ego καταβαλὼν ſcribo, Xiphilino etiam adſtipulante. Pòſt, συνῳδία cum ἰῶτα ſub ω ſcripto. Conuellere.) τίλλειν τι, pro τίλλειν τι, repone. Xiphil.

203. Genij P.R.) Γενικὸς τοῦ δήμου. Certus ſum Γενίου eſſe legendum: ſicut etiam uocauit libro 50. fol. 260. Falſum enim fuerit, ſi quis.) ὃ γάρ τοι μόνον ἄν τις, λόγος ἐλέγξε, etc. Hic locus, ſi quiſquam alius, mirè eſt & perplexus, & obſcurus, atque haud ſcio an uehementer deprauatus. Pro τό γε quidem, credo τοσόν γε legendum eſſe. Ego ingenuè fateor, me coniecturis potius meis, quàm uerbis inſtitiſſe: puto tamen ſententiam me loci explicaſſe.

204. L. Cæſar.) Λ. Αντώνιος Καῖσαρ. Media dictio ineptè inſerta eſt. Fuit autē hic L. Cæſar, matris Antonij frater. Qui, & L. Paulus, quomodo proſcripti, & erepti neci ſint, imò totā proſcriptionis huius tragœdiam, Appianus lib. 4. initio copioſe & facundè exponit.

205. A ſuo domino uectus eſt.) καὶ ἐκεῖνον διαφο, ὃν ἐποίησε. διαφορεῖν uitioſa uox eſt hoc loco. Reſtituo igitur ex Xiphilino διφροφορεῖν. Horum quidem nomina nō extant.) Apud Appianum certè Alexandrinum ea inuenient, qui deſiderant. Popilius contrà Lænas.) Ποπίλιος δὲ δὴ Λαινᾶς. Scribendum Ποπίλιος. ſic enim & à Valerio Maximo libro 5. cap. 3. & in Epitoma Liuij 120. uocatur. & apud Plutarchum Πίλλιος, pro Ποπίλλιος Plutarchi locus.
(duobus enim ll ſcribunt nonnulli) impreſſum eſt uitioſe in Cicerone.

207. Quæ licitati eſſet.) κατεφορεῖν legitur hic: ſed haud dubiè perperàm.

208. Neq; auctarijs.) αἱ ἔξωθεν ἐπιφοραὶ legendum, non ἐπιφθοραί. Publicaque ſepultura.) ἀποθανούσας, τότε δὲ δημοσίᾳ τε ταφῇ. Sic ſcribe: ἀποθανούσης τότε, δημοσίᾳ τε ταφῇ, &c.

209. Inde eiiceretur.) αὐδρηλατεῖσθαι, non αὐδριλατεῖσθαι. Erat quidem tum Prætor urbanus Caſsius.) ἀστυνόμον eſſe prætorem urbanum, cùm aliàs ſatis eſt perſpicuũ, tum ex uerbis ipſius Dionis ſuprà de M. Cœlio habitis, libro 42. At Plutarchus, atq; Appianus etiam contrà ſcribunt, Brutum in præturæ urbanæ petitione Caßio eſſe à Cæſare prælatum, Iudosq; abſentem Brutum dediſſe, idem Plutarchus ſcribit. Vehementer igitur ſuſpicor, hic pro Caßio Brutum, pro Bruto Caßium eſſe ſcriptum, non Dionis (uix enim adducar ut id credam) ſed librarij manu. Mutare quidem auſus ſum nihil.

210. Quanquam prætorijs quidem, &c.) καὶ τοι ὑπὸ τῆς στρατιωτικῆς. Interciderunt hic aliquæ dictiones. Ego ſic lego: καί τοι ὑπὸ τοῦ Βρούτου ἤδη τοῦ στρατηγικοῦ. Id & uerba Dionis mox ſequentia, & Plutarchus in Bruto uerum eſſe demonſtrant. Quæſtorem.) ταμιείαν etiam libro ſequenti conſtanter ſcriptum inuenio. Alij ταμιείαν uocant, & ταμίαν. Itaq; C. Antonium Clodius.) καὶ τοῦτον μὲν ὁ Κλώδιος, non τότε.

211. Regioneq; Sadali.) Ἀδάλου. Scribendum (ut ſuprà libro 41. ſub finem) Σαδάλου. Raſcipolide.) Ῥασκυπόλιδος. fortè Ῥασκυπόλιδος. Cæſar ſub initium libri tertij, de bello ciuili, Rhaſcipolin uocat. & Lucanus in 5. Pharſaliæ, — gelidæ dominum Rhaſipolin (ſic enim habent quotquot ego uidi exemplaria) oræ. Appianus libro quarto ciuil. bell. Ῥασκούπολιν cõſtanter habet. Porrò, Βάσσος ubi eſt, malim Βάσσος. ſicut ſcribitur infrà lib. 54. Cęcilius Baſſus.) Καικίλιος ſcribe, ut ſuprà dixi. Quod ſequitur: Nam tum Syriæ Sextus Iulius præerat. Nomen ego, quo melius res intelligeretur, ex Appiani libro tertio & quarto, Liuiana 114. Epitoma, & libro de bello Alexandrino addidi: cùm in Græco ſit tantum Σέξτος: ac non facilè dixerim, nomen Ἰούλιος an is addiderit.

212. Anno ferè circumacto.) τὸ ἔθνος κομισθείς. Legendum τὸ ἔτος, ut ad nomen χρόνος referatur. Præſidia Caſsij quæ Aegis erant.) ἐν Αἰγαῖς. Credo, ἐν Αἰγαῖς. Sic Stephanus de Vrbibus, ſic Plinius lib. 5. cap. 27. ſic alij.

213. Tullium Cimbrum.) Τύλλιον, non Τίλλιον ſcribendum eſt. Tullium autem uocat & Cicero Philippica ſecunda, & Caßius in epiſtola ad Ciceronem, & Suetonius in Cæſare. Appianus etiam libro quarto rectè Τύλλιον dicit. Apud Plutarchum autem ferè ſemper deprauatè legitur.

214. Ad mutandam fidem concitarent.) συναποστήσωσι, non συναποστήσωσι, rectè corrigit Robertus. In Macedoniam feſtinauere.) ὑπήγοντο. aut ὑπήγοντο, aut ἠπείγοντο reponendum eſt. Decidius Saxa.) Δεκίλιος Σέξας, uitioſe. Emendatè autem habebit, ſi Δεκίδιος Σάξας hic & ubiq; reſtituatur. Saxam autem ex Antonianis adminiſtris fuiſſe, uel ex Ciceronis Philippica decimatertia liquet: Saxam uerò, inquit, Decidium præterire qui poſſum, hominem deductum ex ultimis gentibus. Fit etiam apud Liuium in Epitoma libri 127. mentio Saxæ, Antonij contra Parthos legati. quamuis Didius mendoſè legatur.

215. Eis Symbolo deiectis.) ἐς Σύμβολον, ἐκπρήσαντες αὐτοὺς, κατέλαβον. Sic interpungi debent hæc uerba. Id agebant, ut ſine periculo.) ἐνεβάλλοντο ὑπως. fortè, ἐπεβάλλοντο.

217. Fore eam pugnam omnino ipſi proſperam.) ὅτι τε ἐς ἐμὲ σὴ μάχη γενήσεται. Non uideo quid poßint hæc uerba. Priores quidem ij, qui loco in rotundo quodam.) πρῶτοι μὲν οἱ τότε στάσιμοι. στάσιμον legendum, & τό, τε in duas diſtinguendum dictiones. Ante Σαλπίγγων uerò, præpoſitio διὰ ſcribenda, teſte id Xiphilino. Cæterùm quid ſtaſimon ſit, non eſt adeò obuium. In argumento Perſarum Aeſchyli, chori in tria genera diuiduntur, in παροδικὸν, στάσιμον, & κομματικόν: definiturq; στάσιμον eſſe, ὅτε ἵσταται, καὶ ἄρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος. Et Phauorinus: στάσιμον τὸ μέλος τοῦ χοροῦ. ὅταν γὰρ ὁ χορὸς μετὰ τὴν πάροδον διατίθεται ἢ μένων ἀκίνητος πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, στάσιμον εἰκότως ἂν λέγοιτο. Cæterùm, πάροδος καλεῖται ἡ πρώτη τῶν χορῶν εἰς τὴν σκηνὴν εἴσοδος. ita enim ab interprete Hephæſtionis περὶ ποιημάτων deſcribitur. Quibus è uerbis liquet, στάσιμον id fuiſſe carmen, quod Chorus, poſtquam in ſcenam progreſſus, certo quodam loco conſtitiſſet, cantaret ita

στάσιμον & πάροδος quid.

quidem,

quidem, ut eo fabulæ, quæ agereiur, caſus aliquis & calamitas quæ accidiſſet, exponeretur. Hinc intelligi poteſt, qua ratione Dio noſter prius claßicum, quo milites ad obſeruanda ſigna, & arma expedienda admonebantur, σύσσημον dixerit, μεταφορικῶς uidelicet. Poſterius fuit claßicum, quod ubi cecinit, congrediendum, & irruendum in hoſtes fuit. Atq; haud ſcio hunc morem claßici canendi, & pugnæ conſerendæ, an apud alios autores ita diſertè expreſſum liceat inuenire. Lucanus certè libro 7. ubi pugnam Pharſalicam deſcribit, innuere idem uoluiſſe uidetur his uerbis:

—tunc ſtridulus aer
Eliſus lituis, conceptaq; claßica cornu:
Tunc auſæ dare ſigna tubæ.—

218. Eos tanquam inermes confodere.) τὰ σφέτερα ὡς καὶ ἀόπλους σφᾶς ἐώθουν. Deeſt aliquid. fortè legendum, τὰ σφέτερα ὡς καὶ εἰς ἀόπλους, &c. Morte utrumque præueniēte.) ὁ θάνατος περιλάμβανεν. Robertus rectè caſtigat hunc locū, et legit περιλάμβανεν.

219. Rhaſcipolis.) Θρασκύπολις. Scribendum, ut ſuprà, Ῥασκύπορις. Eos fugientes in diuerſas partes.) φυγόντες αὐτοῦ ἄλλος ἄλλῃ. Scribe, ἄλλως ἄλλῃ. Herculis iſto dicto.) Equidem ex quo autore aut poeta id dictum deſumptum ſit, non facilè dixerim, nec legiſſe memini. Videntur fuiſſe duo ſenarij Iambici, quorum certè poſterior integer eſt, ille: ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. prior corruptus, ut apparet. Quanquam Io. Zonaras paulo aliter eos citet. Apud Plutarchum initio libelli de ſuperſtitione ſic legitur: ὦ τλῆμον ἀρετὴ λόγος ἄρ' ἦσθα, ἐγὼ δὲ ὡς ἔργον σε ἤσκουν: ubi quidem uocabulum ἄλλος omittitur. Suſpicor itaq; priorē uerſum ſic legendum: ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ'; ἐγὼ δέ σε. Ita uterq; conſtabit. Sed hæ ſunt coniecturæ. Alciatus hoc dictum expreßit in Emblematis, ijs uerſibus, quos non puto intempeſtiuè me adſcripturum:

Cæſareo poſtquam ſuperatus milite, uidit
Ciuili undantem ſanguine Pharſaliam,
Iamiam ſtricturus moribunda in pectora ferrum,
Audaci hos Brutus protulit ore ſonos:
Infelix uirtus, & ſolis prouida uerbis,
Fortunam in rebus cur ſequeris dominam?

IN LIBRVM DIONIS XLVIII. [redacted]
[redacted] Auguſtani annotationes.

Conſulum nomina mirè ſunt deprauata, ut oſtendam. Primò Λ. Ἀντώνιος Μ. υ. Πίγας legitur: quod Πίγας uitioſum eſt. Equidē non ſum neſcius, L. huius Antonij cognomen apud alios eſſe, neq; Pius, neq; Pietas, ſed Pætâs: quia tamen infrà Dio ipſe à pietate in fratrem eum cognomen ſibi ſumpſiſſe autumat, incertus ſum quid ſtatuam. nam neq; Πίετας cognomento ei reſpondere uidetur, & Dionem hallucinatū eſſe in hoc haud facilè dixerim: res ipſa non eſt maximi momenti, certè ſi Dionem (id quod debemus) ſequimur, Πίετας pro Πίγας ſcribemus. Illud grauius oſcitantis librarij peccatum, quod Seruilio Iſaurico huius collegæ, ὕπατος τὸ β. adſcripſit, à Caluino (opinor) huc etiam translatum. Qui enim Seruilius Iſauricus hic II. Conſul fuerit, quem antè uita deceßiſſe Dio ſuprà libro 45. & nos ibidem ex Cicerone oſtendimus. Iam quod etiā Glareanus & alij in ſuis Chronologijs hunc Iſauricum II. Conſulem ſcribunt, facilè coniicio, eos ſecutos eſſe mendoſum Caßiodori (ex eo enim, opinor, Conſules deſcripſere) exēplar, aut demonſtrabo potius: Proximè ſequenti anno Cn. Domitius Conſul fuit iterum, ut & hic, & infrà in hoc ipſo libro diſertè Dio indicat, huic II. addendum fuit, ſignum ſecundi Conſulatus: quod librariorum incuria loco motum, Seruilio Iſaurico (quem ego cum Dione ſuperioris P. Iſaurici, qui Iulio Cæſari in Conſulatu collega fuit, filiū ſtatuo) perperàm eſt adiectum. Neq; uerò Dio obticuiſſet in ipſo libro ſecundi huius Conſulatus, ſi geſtus à Seruilio fuiſſet. quod in eos dico, qui fortaſſe Sulpicium aliquem Iſauricum, hac menda indicis decepti, apud librum Dionis quadrageſimumquintum ſomniabunt, ubi nos Seruilium legi debere docuimus. Sed ſatis uerborum in re aperta. Porrò legendum, Γ. Ἀσίνιος, Γ. υ. Πόλλων.

Deinde, Γ. Καλβίσιος Σαβῖνος ſcriptum fuit, ni fallor. huic enim Sabino Caluiſij nomen omnes autores tradunt fuiſſe. ac ita hoc in libro Dio ipſe nominat. Verùm collega eius omiſſus eſt, Λ. Μάρκιος. ſic enim infrà Dio eum nominat. Ἄππιος κ. λ. legendū ΚΛ. coniunctum, quod Κλαύδιος ſignificat. Et pro γ. Μ. Ωρβανὸς, ſcribo Γ. Νωρβανὸς γ. ς. Φλάκκος.

220. Eius uictoriæ ſocius.) ἅτε μη συνοικήσαντα. legendum eſt συννικήσαντα.
Si quid is moueret.) αὐτιπαρακινεῖ. Hæc dictio in tres eſt diſcerpenda, ut ſit, ἄν τι παρακινεῖ, aut potius παρακινῇ.

221. Omnia in præſentiarum.) ἢ τὴν παρόντα, aut τὰ παρόντα legendum eſt, aut mox καιρὸν addenda.

224. Gabios uenirent.) ἐς Γαΐυς γὰρ ἐρασῆ ἰνὶ, &c. legendum eſt ἐς Γαβίυς. nam Gaij quidem quid ſint? Gabios autem iuſſos eſſe uenire litis diſceptandæ cauſa, Appianus Alexandrinus diſertè oſtendit libro 5. de eadem re loquens: χωρίον τε ἄριστον τῇ δίκῃ Γάβιοι, πόλις γὰρ μέσον Ῥώμης τε καὶ Πραινεστοῦ. Id eſt: Locus autem iudicio deſtinatus eſt Gabij, oppidum inter Romam & Præneſte medio loco ſitum. Caligam.) Simplici λ ſcribendum Καλίγαν. eſt enim prima ſyllaba breuis.

225. T. etiam Cannutius.) Suprà libro 45. (328) Tiberium legimus. utrum rectius, mihi non conſtat. Non totum miliare explens.) nempe una ſedecima parte minus. hoc eſt enim ſeptem ſtadiorum cum ſemiſſe. ἥμισυ, non ἥμισει ſcribendum eſſe, per ſe liquet.

226. Ita paruo tempore.) ἐκ τούτου ἐν ὀλίγῳ. ſcribe γὰρ ὀλίγῳ. Mylas'que & Tyndaridem.) Τυῤῥηνίδα ſcriptum eſt abſurdè: eam enim qui tibi in Sicilia commonſtret, haud facilè reperies: neq; id mirum eſt, cùm nulla ſit. Ego Τυνδαρίδα repono, fretus Geographorum, & Polybij etiam teſtimonio, qui omnes Tyndaridem Peloro, qua inſulæ parte Meſſana eſt, & Mylæ, hiſq; ipſis urbibus uicinam tradunt. Polybius libro primo, Τυνδάριδος in Sicilia & iſtis quos dixi locis non ſemel meminit: quamuis mendoſè ibi quoq; ſit τὴν Δαρίδα, pro Τυνδαρίδα ſcriptum. Et Appianus in 5. Ἐμφυλ. crebrò τὴν Πελωριάδα, Μύλας, & Τυνδαρίδα coniungit. Strabo libro 6. Ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας κε. στάδια, τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα. Ptolemæus etiam libro tertio, capite quarto, in explicatione tabulæ ſeptimæ Europæ, Tyndaridem Mylis uicinam ponit. & Plinius libro tertio. capite octauo, & lib. 2. cap. 92. Ipſe etiam Dio libro ſequenti Mylarum ſimul & Tyndaridis meminit. Tum Statius etiam Murcus, &c.) Aſteriſcus hoc loco indicat, uerba Dionis aliquot interuerſa eſſe: quorum loco ego mea ſuppoſui, nota tamen adiecta. Quia enim Græca uerba reſtituere mihi non datur, at certè ſententiam hanc de planè obſcura propter defectum nominis huius, qui ad Pomp. uenerit, & ab eo occiſus fuerit, luculentiſſimam feci. Quod Velleio potiſſimùm Paterculo debemus, in hæc uerba libro ſecundo ſcribenti: Statius Murcus (ſic enim ſcribi debet, non Staus) qui claſſi & cuſtodiæ maris (ſcilicet à parte Caſſij & Bruti) præfuerat, cum omni commiſſa ſibi parte exercitus nauiumq; ad Sextum Pompeium Cn. Magni filium, qui ex Hiſpania reuertens, armis Siciliam occupauerat, petijt. Poſtea de pace apud Miſenum facta ſcribens: Statium (inquit) Murcum, qui aduentu ſuo claſſiſq; celeberrimæ uires eius duplicauerat, inſimulatum falſis criminationibus, quia talem uirum collegam officij Menas & Menecrates faſtidierant, Pompeius in Sicilia interfecerat. Appianus quoque Alexandrinus, diligentiſſimus harum rerum ſcriptor, initio libri quinti, Murcum Sexto Pompeio ſe coniunxiſſe teſtatur. Ludoſq; inter cætera equeſtres.) καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. Circenſes ludi aliàs uocantur. T. Seſtius, alteri Cornificius.) Τῖτος Σέξτος eſt in Græco. ac conſtanter ita ſcriptum hoc nomen inuenies, non quidem à Dione, ſed ab indocto librario, qui Sexti Pompeij prænomen nimis etiam ſibi ipſi inculcauerat. Appianus libro quarto & quinto, ubi eandem hiſtoriam explicat, rectè Σέξτιον ſcripſit. In Epitoma autem Liuiana centeſima & uiceſimatertia, idem T. Seſtius nominatur. Quem locum deprauatiſſimum obiter mihi emendare libet, quòd eſt hactenus ab omnibus (quos ego uiderim) neglectus. Sic igitur habet: Q. Cornificius in Africa T. Seſtium Caſſianarum partium prælio uicit. Enimuerò T. Seſtius neque Caſſij partes unquam ſecutus fuiſſe legitur, neque à Cornificio ipſe uictus, ſed (Dione & Appiano teſtibus

Epitomes Liuianæ aliquot loci emendantur.

fide

fide digniſsimis quidem ijs) eum & uicit & occidit. Legendũ igitur in illa Liuiana Epitoma, Q. Cornificium in Africa Cæſarianarum partium ducem, T. Seſtius prælio uicit. Et quoniam digreſsi ſumus aliquantulum ab inſtituto, (non ab re tamen, niſi fallimur) obiter duas alias mendas euſdem opuſculi, ab alijs neglectas, eluemus. quarum altera eſt libri præcedentis, hoc eſt 122. in his uerbis: M. Brutus aduerſus Thracas parum proſperè rem geſsit. Dictio (parum) tollenda eſt, quæ contrarium ueritati ſenſum gignit: cùm ex libro quadrageſimoſeptimo Dionis noſtri conſtet, Brutũ Rhaſcipolidis auxilio adiutum, Beſsis feliciter debellatis, nomen Imperatorium retuliſſe. Altera haud paulo fœdior eſt Epitoma 111. ubi ſic legitur: Propter Q. Catuli prætoris auaritiam crudelitatemq́; Cordubenſes in Hiſpania cum duabus Varianis legionibus à partibus Cæſaris deſciuerunt. Pro Q. Catuli, legendum eſt omnino Q. Caſsij: ut nõ tantum ex quadrageſimoſecundo Dionis libro, ubi tota res copioſè deſcribitur, ſed ex libro etiam de bello Alexandrino liquet, prolixè idem tractante. Sed hæc in tranſcurſu ſatis. Porrò apud Dionem, ὁ δὲ τὰ τοῦ Καίσαρος, euidens eſt uitiũ, pro οἱ δὲ. nam de Cornificio ſimul, & Lælio dicitur. Iterum, ὡς καὶ ἐκ λειῶν, perperàm legitur: & reponendum, ὡς καὶ ἐκείνων. Deinde aliquanto inferius, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελιᾶσθαι. emendo ἀπελιᾶσθαι, Roberto quidem ἀφελιᾶσθαι corrigente. Paulo pòſt, ἐλογίσθη τι ὑπὸ τοῦ ταμιείου, ſcribi debet ἐλοχίσθη.

228. Opinione Lælij iam capti deceptum.) ἀπαντήσας ὡς καὶ ἑαλωκότος ἐκείνου. Ex ipſo loci huius ſenſu manifeſtum eſt, ἀπατήσας eſſe ſcribendum, omiſſa litera ν. Cirtenſibus'que ipſum ſpernentibus.) καφρονήσαντες, ſcribe καταφρονήσαντες. Et ſuprà, pro κα[illegible] repone κατειλλίχατο. Amore correptus.) ὀφθαλμοῖς οἱ βραδέως. βραδεῖς ſcribe.

229. Saxa in Syria.) Σίξαν, malim Σάξαν. de hoc Saxa dixi libro præcedenti. Hoc obiter addendum, poſſe ex his quæ dixi, locum emendari apud L. Florum libro 4. cap. 9. ubi Caſca pro Saxa mendoſè legitur. Quorum hic Orodis.) Pro Ἡρώδου, ſcribe Ὀρώδου. Sic mox ſcribit ipſe Dio, & ſuprà libro 40. Paulo pòſt, πολιορκούμενος ſcribe, non genitiuo caſu πολιορκουμένου. Ex ea militibus.) ἐκ γὰρ τῶν ποτὲ Κασσίου. Hæc uerba uſq; ad ea, καὶ τὸν Σάξαν τὸν ἄρχοντα, parentheſi niſi includas, inuoluta erit tota periodus. *Flori locus emendatur.*

230. Vbi morbo correpta, &c.) In Græco deſunt hæc uerba, quæ ego ex Plutarcho & alijs autoribus ſubieci.

231. Penſiones'que ijs qui mancipia haberent impoſitæ.) προσταχθέντα, non προσταχθέντας. Robert. Linea autem priori, pro λοιμὸς, λιμὸς ſcribendum. Cum'que id per aliquot dies.) ἐπί τε ἡμέρας τινὰς, ſcribe ἐπεί τε.

232. L. Marcio, C. Sabino.) Prioris Conſulis nomen (quod ſuprà etiam monui) omiſſum eſt in huius libri indice: quo loco ſolet hic autor perſcribere nomen Conſulis cuiuſq; cum prænomine, & cognomine. Certè alij Chronographi non L. Marcium, ſed L. Porcium Cenſorinum habent. quod annotare uolui, quia mutare nihil auſim. Præſtitutum ſumptib. modum.) παρὰ τὸ καθεστηκός. Profectò ſenſus loci ὑπὲρ, non παρὰ, requirit.

233. In Conſulatu ſubſtituti fuerant.) εἶρξαν malè eſt, pro ἦρξαν. His compoſitis.) τοιαῦτά τε οὖ συνθέμενοι. ſcribendũ οὖν, Roberto etiam monente. Paulo inferius, πολλοὶ μὲν στρατιῶται γάρ. Dictiones tranſpoſitæ ſunt, πολλοὶ μὲν γὰρ στρατιῶται. Et pro ἀθρόον, ἀθρόοι ſcribendum. Et inferius, pro τὸ Βυθὸν, τὸν Βυθόν.

234. Conuiuijs ſe mutuò.) αὐταυθαισίων, emenda αὐθαισίων. Robert.

235. Pharnapate.) Φρανακπάτου perperàm, pro Φαρναπάτου. Syriam à Parthis relictam.) καὶ οὕτε τὴν τε Συρίαν. repone, καὶ οὕτω τὴν τε Συρίαν. Se non dediderunt.) Satis conſtat ex ipſa ſententia, ubi legitur, πολιορκηθέντες προσεχώρησαν, reſtituendum eſſe, πολιορκηθέντες οὐ προσεχώρησαν. Apud Epidaurios.) φινικείοις. Coniecturam ſecutus ſum meam hoc loco: quam (niſi fallor) ſatis perſpicuè defendit Plinius libro tertio, capite uiceſimoſecundo. Scripſiſſe autem Dionem puto, ἐν Ἐπιδαυρίοις. Pro Ρολίων autem, Ρολλίων lego. M. Craſsi nomen inuenerit.) Nam, ut ſcribit in uita huius Plutarchus;

Craſſus ex quingentis ſuis militibus, qui Spartacum fugerant, decimum quemq; ſorte delectum ſupplicio affecit. De modo uerò huius decimationis, & alijs ſupplicijs militaribus, doctiſsimè Polybius libro 6. Notandum eſt obiter, hoc loco eſſe in Xiphilino defectum, & ſtellula meritò notandum. quæ enim Dio de triumpho Domitij et Palatij refectione ſcribit, Vētidio apud Xiphilinū tribuuntur. quod ego quidem non Xiphilino, ſed defectui exemplaris, in quo ex ea Epitoma linea una uel altera intercidit, cum Domitij mentione, imputo. Plebs ſeditionem contra publ.) *ἰσίαιαι eſt inſigne mendū in Græco: caſtigatius ἐστασίασαν legimus. Paulo pòſt item pro δουλεύτλὼ, βουλεύτλὼ.*

236. Qui Nero paulo pòſt moriens.) *τελευτῶν πολλῷ ὕστερον. lego οὐ πολλῷ, ut Xiphilinus etiam habet.* Deficientibus ab eo Tingitanis.) *τῶν πρὸς τλὼ ἴτλιω ἐπαναςάντων αὐτοῦ. Ego τλὼ ἴτλιω cur arbitrer uitioſè ſcriptum, duas cauſas habeo. Vnam, quòd Itim in Africa nullam inuenio: alteram, quòd mox ſequitur, ciuitatem Tingitanis datam: nimirū propterea, quòd Bogudi rebellaſſent, Romanorum prouinciam inuadenti. Igitur τλὼ Τίγγιν lego. Facilè autē librarius imperitus ex duobus γγ duo τλ fecit.*

240. Ac ignominia quadam tanq; damnati.) *ὡς καὶ καταδίκλω δίκλω δεδωκότες. Dictio δίκλω abſurdè eſt intercalata. Cæterum ſi, quæ ſequitur Oppij hiſtoria, integra eſt, (quod uix credo) miror equidem, Dionē cauſam huius populi erga eum fauoris ac ſtudij omiſiſſe, quam Appianus libro 4. euidenter expoſuit: nempe ob ſeruatum ab eo patrem proſcriptū, tantum populi ſtudium eius extitiſſe.* Ad belli ſocietatem contra Sex. Pomp.) *Σέξτιν πολέμου. Scribendum Σέξτου, per ου diphthongum: ſic & Xiphilinus.*

IN LIBRVM DIONIS XLIX. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Vt Antonius Artauaſdem.) *In Græco uitioſè Αρταβάσδlω eſt: ſcribendum Αρταουάσδlω, ut infrà, & alij autores.*

241. *In Conſulum porro nominibus legendum, Σέξτος Πομπήιος, Σέξτου.*

242. Naues appellere.) *ἐξοκεῖλαι. ſcribe ἐξοκεῖλαι, ut eſt etiam apud Xiphilinum.*
Periculum à principibus ſuis.) *τὴν μὲν δυσχερείας αὐτὸν τῶν πραγμάτων. Ego autē Xiphilini lectionem nō minus quoq; commodam cenſeo, qui habet: τὴν μὲν δυσχερείας αὐτοὺς, καὶ τῶν πραγμάτων. id eſt: Vt rei difficultate principes liberet.*

243. Cornificius.) *Κορνουφίκιος. Xiphilinus ſcribit Κορνιφίκιος, melius quidem.* In ſummis difficultatibus.) *ἄποροι δ' αὐτοῖς ἐγίγνοντο. Enimuerò hoc membrū in Græco planè non cohæret, niſi hic ἄποροι actiuè ſignificat eos, qui moleſtiam & anxietatem alijs afferunt. quod non probo.*

244. Inſolenter admodum.) *ὑποτιμικώτατα. Legendum docet ipſa ſententia, ὑπεροπτικώτατα.* Gallus Tiſienus.) *Is eſt, niſi fallor, qui libro præcedenti, fol. 224. Titiſienus Gallus nominabatur. utrum rectius, neſcio.*

245. Alacriores enim.) *οὔτε γὰρ ἐν ταῖς ναυσὶν. mendū eſt. ſcribe igitur, οἵ τε γὰρ, &c.* Et hoſtes ſuorum uocem.) *τῶν τῶν ἐναντίων. τῶν repone, pro τῶν.* Lætum clamorem.) *ἐπαιάνησαν. Lego ἐπαιάνισαν, à uerbo παιανίζω, quod idem παιανίζω dicitur. Deinde, poſt διέλλαττο claudenda eſt parentheſis.* Ipſe Cæſar ſuis properatò.) *ἐκεῖνος ἐν τάχει. Aptior eſt Xiphilini lectio, ἐκεῖνος γὰρ ἐν τάχει, &c.*

247. Aream enim in Palatino emptā.) *τὸν γὰρ τόπον, ὃν ἐν τῷ ςατίῳ. quæ extrema uox cùm ſit uitioſa, magnam obſcuritatem adfert. Scribendum autem eſt Παλατίῳ. ſic enim Suetonius in Auguſto, capite 29. Templum Auguſti ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam deſiderari à Deo aruſpices pronunciarunt.* Quem antè inter proſcriptos.) *ὃν πρόσθεν ἐν τοῖς. legendum, ὃν πρότερον ὁ Αντώνιος ἐν τοῖς, &c. Porrò autem uocem Αντώνιος hic requiri, facilè conſtat. Non enim Cæſar, ſed Antonius Meſſalam proſcripſerat: ut ipſe Dio ſuprà libro 47. oſtendit.*

248. In Syria Cyrrheſtica uicit.) *Κυρηστικῇ. ſcribe Κυῤῥηστικῇ. ſic enim Græci omnes habent. Porrò hæc uerba, τλὼ γὰρ παλαιάν, uſq; ad καὶ οὗτος ἐν τῇ Συρίᾳ, per parentheſin niſi legas,*

legas, obſcurus erit locus, & ambiguus. Vbi ſequitur, οὔτ' αὖ διάβασιν, legendum, ὅτ' αὖ ἐπὶ τὴν διάβασιν.

249. Metu inuidiæ iræq; eius.) διὰ τῶτο καὶ τὸν φόνον. ſcribe φθόνον.

250. Ad bellum Artauaſdi.) Poteſt etiam Artabazo dici: ſicut Græcorũ alij Ἀρτάβαζον, alij Ἀρτάβαζον habent. In Græco, ἐπεὶ δὲ τὸν τῶν Μήδων, ubi ſcribendum eſt. & pòſt, ἐν Μήδων πολλῶν ἐστὶ, πολὺ lege. ac deinde ἀπηγκόντα, ſubſcripto ἰῶτα. Sed hæc obuia. Sicut & eadem pagina ἀγμλύιος, & ὑστέριον, ubi orthographia requirit ἀγμλύιος, & ὑστέριον: quanquã libro ſequenti etiam ὑστέρισαι dixerit.

253. Liburniq; & Iapodes.) Ἰάπυδας (non Ἰάπυγας) legendũ eſſe, cùm ex Geographorũ monimentis, tum ex Illyrico Appiani libro (quem manuſcriptũ nobis ampliſsima inclytiſsimæ noſtræ patriæ bibliotheca Græca ſuppeditauit) abundè conſtat. & ſanè ipſe paulo pòſt Dio Ἰάπυδας uocat. Deinde ſtatim ἐσίπρακσον, & mox ἐσβάλλοντα, dictiones ſunt mendoſæ: pro ἐπράξσον, & ἐσβάλλοντας, niſi hic εἶναι ſubintelligere quis uelit. quod non probo. Idem ſperantes.) ἐκ τούτου καὶ ἐλπίσειν. Lego cum Roberto ἐπελπίσειν.

254. Primùm à rapinis.) τὸ μὲν πρῶτον οὐκέτι ἥρπαζε. forte οὐδὲν ἔτι. Ad Siſciam.) Τυσκίαν. Sed Plinius Siſciam, & fluuium qui Dioni eſt Κόλωψ, Calapim uocat lib. 3. cap. 25. Præterea, inquit, amnes memorandi, Calapis in Sauum influens iuxta Siſciam, etc. Legitur etiã infrà li. 55. Siſcia, quamuis per ψιλὸν in prima ſyllaba, ubi Velleius quoq; Siſciam habet. ergo ſic legatur.

255. Cleopatram reginam regum.) Βασιλίδα βασιλέων. Robertus Steph. βασιλίδων legendũ putat: cui nequaquã (pace uiri doctiſs. dixerim) hoc in loco adſtipulor. Videtur enim uoluiſſe oſtẽdere Antonius, Cleopatrã, ut Cæſaris ſuperioris, ac ſuã exinde coniugẽ, in omnes reges orbis terrarũ ius habere, omneſq; eos maieſtate ſuperare, nõ ut eã reginis modò præferret omnibus. Cæterùm hæc quidem coniectura eſt. Verùm enimuerò cùm hunc ipſum locũ tractarem, cõmodùm acceſsi uiſendi cauſa clariſsimũ, ac hiſtoriarũ & antiquitatis peritiſs. uirũ, D. Adolphum Occonem, ſeniorẽ, medicum [redacted] tecũ HERVVARTE uir ornatiſsime. Hic inter alia antiquitatis monimẽta, nummũ quoq; argenteũ uidi, cuius hæc erat inſ[redacted] ANTONIVS DEVICTA ARMENIA. ab altera uerò parte: CLEOPATRAE REGINAE REGVM, REGVM FILIORVM. Is nummus cùm meam ſententiam certiſsimè & indubitanter confirmet, adducere eum in teſtimonium utiq; uolui, ne quid dubij relinquerem. Adolphus Occo medicus.

256. Et tonſores.) καὶ οἱ κουρεῖς. Poſt κουρεῖς ego κῶλον ſignandum cenſeo, ut nouum deinde membrũ incat: quanquã mihi uidetur loco hoc aliquid deeſſe. Xiphilinus legit, καὶ οἱ κουρεῖς γὰρ ταῖς πανηγύρεσιν ἐμισθώσαντο. deprauatè nimirũ ipſe quoq;. Collega L. Tullo.) μετὰ Λουκίου τοῦ ἄλλου. ſcutè nimirũ. Repone, μετὰ Λουκίου τοῦ Τύλλου. ſic initio libri ipſe autor, ſic alij omnes.

257. Armenia, ut ſuprà oſtendi, minore.) τὴν μακροτέραν Ἀρμενίαν, ineptè. μικροτέραν emenda ex ſuperioribus, & ſenſu ipſo. In fine pro αὐτῇ ἦλθεν, ſcribe αὖθις ἦλθε.

IN DIONIS LIBRVM L. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Meſſala Coruino.) Conſulũ nomina deprauata. nam illud quidem γιγνή. γ. & γι. γγ. omnino abundat. Pro Λεοντερίνος, Κορβῖνος legendum, ut infrà initio libri ſequentis.

260. In poteſtate uictoris forent.) καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ κρατήσαντος. Corrigendũ ita: καὶ ἐπὶ τε τῷ, &c. Quæ ad ſpeculandum præmiſſæ.) ναῦς τὰς προσπλωτάς. Neſcio quàm rectè προσπλωτάς: malim ſanè προπλωτάς. Etſi prius Peruſiæ quoq;.) Eſt enim in Græco ſcribendum, haud dubiè quidem id, καίπερ τῶν γε τῇ Γερουσίᾳ, nõ Γερουσίᾳ. Γ & Π ſunt ſimulime literæ, hæ errorem librario obtulerunt.

261. Methona expugnata.) τήν τε Μοθώνην. Μεθώνην ſcribendum liquidò apparet. eſt urbs in Meſſeniaca Peloponneſi regione.

262. Stationiq; ſunt com.) καὶ φυλαὶ λοχώσαντο. Addendã uocẽ αὐτὰς δὲ cũ Rob. ſentio.

263. Et timoris & audaciæ modum.) τὸ δὲ, τὸ μὴ προχείρως. Intercidit hic uerbum aliquod, ſiue id θαρρεῖν, ſiue διακινδυνεύειν, ſiue aliud fuit.

265. Qui Lepidum nulla eis iniuria.) *τὸν λέπιδον μηδὲν τι ἀδικήσαντα, non μηκέτι, legendum eſt.* Qui etiam ante uictoriam.) *φιλανθρωπευόμενοί ἐστι. Fortè ἔστε legendum. ſed in uerbis ſequentibus, eóq; πεποιηκότες mendum ineſſe ſuſpicatur Robertus, non iniuria mehercle. Puto autem tolli poſſe, ſi legas, οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαι, τί πεποιηκότες: ut τί ſit interrogatiuum. alioquin uocabulum aliquod deerit, ut τοιαῦτα, uel ſimile.* Neque enim ignorat.) *οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε. Legendum profectò ἀγνοεῖ: nam rationem eius quod dixit ſubijcere uult.*

267. Neq; quòd ſororem meam.) *οὐδ' ὅτι μήτε τὴν ἀδελφήν μου. Lectio hæc uitioſa eſt, & ſenſui contraria, quam ſic emendabis: ὥστε μηδ' ὅτι τὴν, &c.*

268. Iapydas.) *ἰάπυγας falſò: ſcribe ἰάπυδας, ut ſuprà.*

269. Omiſſo ſuo propoſito.) *τότε μὲν ἐπέσχε. lego ἀπέσχε.* Itaque aut ſubmergebant.) *καὶ οὓ μὲν κατέδυσαν. Xiphilinus habet, καὶ οἱ μὲν, & utrunque rectè. Deinde, pro καί τι κἂν τότε, melius legitur apud eundem, καί τι καὶ τούτους. Mox, pro αὐτῷ ἄλλῳ, idem rectius αὐτῶν ἄλλων legit.*

270. Coortus uentus ſecundus.) *ἀνέμου τινὸς ἐπὶ τύχην φοβεροῦ. Multo libentius legerim pro φοβεροῦ, φορεοῦ, idq; cum Xiphilino.* Antoniani hæc ſingula.) *οἱ δὲ τοιαῦτά τε ἕκαστα. Monet Robertus, Bayſium de re nauali hunc locum citantem, habere; οἱ δὲ τοιαῦτά τε ὡς ἕκαστα. quod malim.*

271. Harpagonibus hoſtiũ.) *ὑπὸ τῶν ἁρπαγῶν. Harpagonis, qui ἅρπαξ Græcis eſt, inſtrumenti nautici, quo hoſtiles ſcaphæ arripiebantur & attrahebantur, deſcriptio eſt ſatis copioſa & perſpicua apud Alexandrinum Appianum, libro quinto bellorum ciuilium: quo loco nauale certamen id exponit, quo uictus Sextus Pompeius Sicilia ceſſit. Sed pro ἁρπαγῶν hic Bayſius legit ἁρμενῶν Roberto etiam monente: quo nimirum armamenta nauis ſignificantur uocabulo. Ego noſtram lectionem retinendam duco, ſenſui & præcedentibus magis conſentaneam.*

IN DIONIS LIBRVM LI. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

272. Sic enim hi qui annonæ ſunt præfecti.) *Quòd aſteriſcum appoſui huic loco, factum eſt non alia de cauſa, quàm quòd ea uerba (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σιτηρὰν ἔχοντας ὀνομάζουσι) cum præcedentib. non cohærentia, palàm arguunt aliquid deeſſe.* Præcipuus fuit Soſsius.) *Atqui ſuprà libro præcedenti eum nauali pugna unà cum Tarcondimoto oppetiſſe Dio ſcripſit. Igitur aut hoc nomen uitioſum eſt, aut alius utiq; Soſsius hic notatur ab illo.*

273. At qui uictoriæ ſocij.) *οἱ δὲ δὴ συνοικήσαντες. legendum συννικήσαντες. ut antè quoq; notauimus.* Duorum diuorum ſacris initiatus eſt.) *τῶν τοῖν θεοῖν μυστηρίων μετέλαβεν. neq; tamen expreſſit quorum. Apparet ex Suetonio, cap. 93. in uita Auguſti, Mineruam & Cererem notari.* Promiſsionis tamen ea ratione.) *τὰς δὲ δὴ ἐπαγγελίας. legendum ἐ[redacted]rum dixerat, τὸ δ' ἰσχυρόν.*

274. Cùm neq; reciperetur ab eo.) *ὅτι πρὸς δ' [redacted]ιν. Verbũ ἐδέχετο ſi addas, aſteriſcum demas licebit: quod rectè monuit Stephanus.*

275. A Meſſala decepti.) *ὑπὸ σφῶν ἀπατηθέντος. legendum ἀπατηθέντες.* Verùm antecq; hæc acta.) *πρὶν δὲ ἤδη ταῦτα. Pro ἤδη, ἢ δὴ legendum. Paulo inferius, γεγονὸς βοηθὸς, γεγονὼς legendum.*

276. Antonius cùm ad nuncium eorum.) *πρὸς τὴν τοῦ Γαλλουσίου πίστιν. Sic corrigo, πρὸς τὴν πεῦσιν τοῦ Γαλλουσίου πύστιν. Idem error ſuprà quoq; notatus eſt à nobis.* Confeſtim in monumentum inſiluit.) *ἐς τὸ ἡρῷον ἐξαίφνης ἐσεπήδησε. Doctè & uerè Robertus demonſtrat, ἡρῷον, non ut aliàs habetur, ἱερεῖον legendum. Paulo infrà eſt, ὅτι αὖ πυθάθοιτο. lege πύθοιτο.*

277. Pudore ſuffuſa.) *ἐρυθριώσαν. Legendum eſſe ἐρυθριῶσαν, nõ ratio modò Grammatica, & Robertus docent, ſed ita Xiphilinus quoque habet. Idem linea ſequenti pro τοιοῦτον, rectius habet αὐτόν.*

279. Iulio Antonij & Fuluiæ filio.) καὶ ἐπ' ἰούλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου. legendum eſt ἰουλίῳ. Velleius ſanè Paterculus Iulium Antonium uocat. Plutarchus in fine Antonij ſimpliciter Ἀντώνιον. Infrà quoq; lib. 54. ἰούλλος idem falſò dicitur, cùm libro 55. rectè ἰούλιος ſcriptum habeas. A' filio huius Antonino.) ἐπ' Ἀντωνίου τοῦ υἱέος αὐτοῦ. legendum Ἀντωνίνου. nam Seueri filius & ſucceſſor fuit Antoninus Caracalla, quod notiſsimum eſt. Mox ἐσγεγράφοντο, emendandum neceſſariò, & ſcribendum ἐσγεγραφύντων.

280. Quandiu res Antonij adhuc.) Deſunt deinceps quædam. Videtur autem hic fuiſſe ſenſus: eſſe à Parthis legatos ad Cæſarem ſubinde miſſos, petentibus, ut eam ipſorum ſeditionem & bellum ciuile componeret. De Cleopatra triumphus.) ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας. Sanè malim ὡς κατὰ τῆς Κλ. legere: ſed uſus eſt eodem modo loquendi paulo pòſt, ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων. Equidem utrobiq; κατὰ pro καὶ legerim, facili errore librarij ex compendiorum (quibus & utuntur & abutuntur plurimum) affinitate.

281. Socij eius uictoriæ.) συμποιήσαντας, iterum perperàm, pro συννικήσαντας. Tum templum Romæ.) In Græco Ῥώμη eſt, incertum an urbis nomen, an uerò appellatiuũ. Vrbis nomen eſſe ex Tacito patet, lib. 4. uerba ſunt Tiberij: Cùm D. Auguſtus ſibi atq; urbi Romæ templum apud Pergamum ſiſti non prohibuiſſet. & alibi etiam fit mentio eius. Tum ſacraria tribuuntur.) καὶ δὴ καὶ ἥρωα ποιοῦνται. Eſſe ſcribendum ἡρῷα, palàm eſt, & monuit etiam Robertus. Is igitur potitus publicè.) οὗτος οὖν ὁ δημοσίᾳ. Idem ſcitè notauit articulum ὁ expungendum eſſe. In prioribus uerbis non punctus poſt πρότερα, ſed uirgula poſt ὑπάτου ſignanda eſt, ut conſtet ſententiæ perſpicuitas. Iapydis.) Ἰαπυγίας. ſcribe Ἰαπυδίας. Deinde pro μωρίνους, malim Μορίνους. nam prima ſyllaba eſt breuis: Extremiq; hominũ Morini, &c. Vergilius lib. 8. Inferius ἑαυκρατία, ναυκρατία lege.

283. Finitimos eis Triballos, Dardanosq́.) Non improbo, quæ hic Robert. περὶ Τριβάλλων habet.

IN DIONIS LIBRVM LII [redacted]

[redacted]i Auguſtani annotationes.

285. Sed ut ipſos in ſeruitutem.) ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς δουλωσώμεθα. lege αὐτοὺς cum Rob.

286. In qua tot annos uixit.) τοσούτοις ἔτεσιν ἐλευθερίᾳ βεβιωκότα. Lego cum Roberto, ἐν ἐλευθερίᾳ.

287. Quibus ſi alios iudices.) τούτοις δ' ἂν μὲν ἑτέρους. ſcribe τούτους. Qui ſortè lecti ſententias ferant. ἐκ τῶν ὁμοίων οὖσαν, ὁ κλῆρος ἀεὶ δέξῃ. Hic locus plus obſcuritatis præ ſe fert, quàm inſit. eſt enim ſic caſtigandus: ἐκ τῶν ὁμοίων, οὓς ἂν ὁ, &c.

288. Quomodo ijs utaris.) οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὰ διάθοιο. Ratio Grammatica διαθεῖο legendum eſſe arguit, ut ſit ἀόρ. β. à medio uerbo διατίθεμαι. Cùm & milites ſtrenui.) τό τε στρατευόμενον πειθαρχῇ. legendum cenſeo πειθαρχήσῃ.

290. Pompeius initiò.) Πομπήϊος δ' πρῶτον. ſic enim eſt diſtinguendum, ut τὸ πρῶτον ad Pompeium adiungatur, cui deinde reſpondet illud: ὅ, τε Πομπήϊος αὐτὸς μετὰ ταῦτα. Carbo.) Στράβων, ineptè. Legendum eſſe Κάρβων, ex hiſtorijs bellorum ciuilium eſt ſole meridiano clarius. Iterum: Σερτώριος ὁ ἕτερος. Inſipidè ὁ ἕτερος eſt repetitum à Mario, & Sertorio etiam additum. Igitur expunge. Seruire alicui dignabitur.) δουλεῦσαί τινι, τινὶ lege.

291. Neq; ijs qui ultrò ſe obtrudunt.) μήτε ἐν τοῖς παρακελεύουσι. Liquet præpoſitionem ἐν abundare. Sed qui ſint παρακέλευσοι, nihil habeo quod dicam. Sanè apud noſtrum Dionem libro tricesimosexto eſt παρακελευσμὸς coitio, & conſpiratio ambitus, & potiundi magiſtratus cauſa: quod idem libro ſequenti παρακελεύσεις nominatur. Inde forſitan παρακελεύσους intelligemus, qui ambiendo ad magiſtratum, non uirtute, peruenerint: niſi quòd paſsiua ſignificatio uidetur contrà ſtare. Naui onerariæ magnæ, &c.) ὁλκάς καὶ μεγάλη. καὶ abundat.

Non

292. Nō eſt ab hominis natura alienus.) ὅτ' ἀπὸ τῦ ἀνθρωπέιυ τρόπυ. Hic ſenſum ueræ autoris ſententiæ cōtrarium gignit præpoſitio ἀπὸ, perperàm cum accentu graui in poſteriore ſyllaba ab indocto librario ſcripta. Legendum eſt, ὅτ' ἄπο τῦ ἀνθ. quod eſt dicere: Non eſt incon- ueniens aut incōſentaneum humano ingenio. Quo modo (ut aliorum autorum teſtimonia prætereā, ab alijs notata quædam) ipſe Dio infrà locutus eſt libro 54. Ἀντίστιος μὲν ὖν τότε ὐκ ἄπο καιρῦ ἐιπὼν ἔδοξε. Antiſtius igitur tum haud intempeſtiuè uidetur dixiſſe. Paulo pòſt: ὥσπερ ἦν αἰτία- μα. Lego, ὥσπερ ἦν αἰτ. Roberto etiā notante. Et iterum, ἀπεχθονθεῖεν. ſcribendū ἀπεχθονέυσαν.

Differētia inter ἀπὸ & ἄπο.

293. Quotquot tibi digni uiſi fuerint.) ὁπόσοι ποτ' ἂν ἐυρήσωσί σε. Vox ἐυρή- σωσι deprauata eſt, & legerim ſanè ἀξιώσωσί σε. Et mitiores eo.) καὶ χρόνον ἦν ἰδιωτεύ- σαντες. Rectè uidetur monuiſſe Robertus, aſteriſcū ante hæc uerba tollendū. Per abſentiam magiſtratuū.) τῶν ἱππαρχῶν. quod uidetur uitioſum eſſe, et fortaſſe ὑπὸ τῶν legendū, uel ὑπάρ- χων. ego generali uocabulo uti malui. LXXXI. millia paſſ.) μέχρι χν. σταδίων. 650. ſtadia, miliaria 81, & unum quadrantem conficiunt. Italiam in tot partes.) ἐις καὶ τὴν Ιταλίαν τοιαῦτα μέρη. Legendum, ἐις τοσαῦτα μέρη. Inferius, καὶ τοῖς ἄρχουσι τὰ δυνατά. ſenſus ἀρχο- μένοις poſtulat. Rurſum, περὶ ἦν αὐτ. ἀπαχθῆναι. lego ἀπαχθῆναι.

294. Ac de ſenatoribus quidem.) τοῦ μὲν δὲ συμβαλόντες. ſcribe βυλόντες. iam enim expoſitis ſenatorum officiis, ad equitum munera tranſit.

296. Ab armis & re bellica.) ἄνευ τε ὅπλων, καὶ ἄνευ τεχνῶν ζῆν. Vox τεχνῶν aper- tè mendoſa eſt: quid tamen ſubſtituam, incertus ſum. Rapto uiuere potiſſ. cogitur.) καὶ ἐκκλησίας μάλιστα ζῆν. Robertus hunc locum caſtigauit, pro ἐκκλησίας, ἐκ λῃσείας reponēs. Ego ἐκ λῃστείας malim: eſt enim affinior uitioſæ, iuxtaq; commodior lectio.

297. Nam rationi conſentaneum non eſt.) τοῦτο γὰρ ὑπέρως ἄλογόν ἐστι. Nihil mutandum hic cenſeo: quanquam Robertus Leonicenum rectius ὑπάλογον legiſſe putet.

299. Conſuetudine habita tuorū morum.) προσσυγγιγνόμενοι τοῖς τε ἤθεσι. ſcri- bendum, προσ[illegible] Cùm ea in re ipſa conſpiciant.) ὁρῶν ἔργα γιγνόμενα. Robertus Steph. malle ſe ἔργον legere inquit. Ego, qui decreueram nihil mutare, niſi quod omnino fer- ri non poſſit, noſtram lectionem, ἔργα, retineo. Dicitur enim etiam apud alios autores aliquid ἔργον γίνεσθαι, cùm res in actum & effectum (ut aiunt) perducitur. Exemplū adſcribam, quod nunc ſuc- currit, & eſt apud Plutarchum de Cæſaris interitu, cæſi apud ſtatuam Pompeij: δαιμονός τινος ὑφηγουμένυ, καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν ἔργον γεγονέναι.

300. In quodam orbis terrarū theatro.) καθάπερ γὰρ ἐν ἐτι τῆ ὅλης. lego ἐν ἔτι.

302. Nihilq; præter ea quæ poſsides.) καὶ τὸ μηδὲν πλεῖον τῶν, etc. καὶ τῷ &c. ſcribendum. Rob. Si nihil horum ulli præter alios permiſeris.) συγχωρήσῃς ἦ. Ro- bertum laudo, qui τινὶ emendat.

IN DIONIS LIBRVM LIII. GVILIELMI Xylandri Auguſtani annotationes.

In ipſo indice libri, hæc uerba, ὡς τῆς μοναρχίας ἀφῆ. &c. ſunt præcedentibus adiungenda, & legendum: ὡς Καῖσαρ ἐνδημηγόρησεν ἐν τῇ γερουσίᾳ, ὡς τῆς μοναρχ. &c. Porrò in Conſulum nominibus et enumeratione, primum ubi eſt Μάρκελλος, legendū eſt Μ. Οὐίνικιος Λ. υ. Ἀγρίπ. Præterea autem mendoſum eſt, quòd Agrippa hic γ. & deinde δ. ὕπατος ſcribitur, cùm priori lo- co τὸ β. poſteriori τὸ γ. ſit ſcribendum. unicum enim tantum iam antè Conſulatum geſſerat Agrip- pa, uel ipſo Dione teſte. Item ante hæc uerba, Γ. Νωρβανὸς. υ. υ. Φλάκκος, ſunt interſerenda quæ- dam: nempe collega Auguſti in nono ipſius Conſulatu. is fuit M. Iunius Silanus. quod non modò om- nes Chronographi habent, ſed apertè ipſe Dio infrà in hoc libro teſtatur. Deinde addendus decimus Auguſti Conſulatus, in quo habuit collegam C. Norbanum Flaccum, ipſo etiam Dione hoc docen- te. Quoniam uerò non eſt apud Dionem, ac ne apud reliquos quidem, Statilium Taurū antea tempo- ris, quam collega Auguſti fuit, Conſulem egiſſe, Norbanus autem Conſul etiam anno DCCXVI, iiſdem prænomine & cognomine reperitur, libro Dionis noſtri 48. exiſtimo illud τὸ β. ὕπατος nō

ad Taurum,

ad Taurion.ſed ad Norbanum pertinere. Deniq; ubi eſt Αὔγουστος τὸ ι legendum eſt τὸ ιγ. ſic enim præter alios ipſe quoq; Dio hoc libro habet. Ex quo loco patet, Καλπούρνιος, non Καλπουρνιανος, hic in indice legendum eſſe. Enimuerò haud incommodè (ut opinor) ſubiunxerim, quomodo totum horum Catalogum ſcribi uelim.

Καῖσαρ τὸ ς.	Μ. Οὐιψάνιος Α. υ. τὸ β. ὕπα.
Καῖσαρ τὸ ζ.	Μ. Οὐιψάνιος Α. υ. τὸ γ. ὕπα.
Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ η.	Στατίλιος Ταῦρος. ὕπα.
Αὔγουστος [illegible]	Μ Ιούνιος Σιλανός. ὕπα.
Αὔγουστος τὸ ι.	Γ. Νωρβανὸς [illegible]ος. τὸ β. ὕπα.
Αὔγουστος τὸ ια.	Γν. Καλπούρνιος Πείσων. Γν. υ. ὕπα.

304. Cui etiam ſororis ſuæ filiam.) Marcellam nimirum, Octauiæ & Marcelli filiam, eius Marcelli ſororem, qui Iuliam, Cæſaris ex Scribonia filiam, in matrimonio habuit: quam ipſam poſtmodò Agrippa, marito defuncto, uxorē duxit, Marcella dimiſſa. Vide Sueton. Auguſto, cap. 63. Plutarchum in fine Antonij, &c. Hoc annotandum duxi propterea etiā, quòd hic Xiphilini exemplum deprauatum eſt: legitur enim ibi ἀδελφὴν falsò, pro ἀδελφιδῆν.

305. Prætoribus ut fit.) τοῖς ςρατηγοῖς, καθάπερ εἴθιστο. Satis liquet, ςρατηγοῖς eſſe legendum, non ςρατηγοῖς.

306. Tantū continentiæ eſſe.) ἵνα ἄλλον καὶ σωφρονῆσαι δεῖ ἀληθείας. Pro σωφρονῆσαι legere uult Robertus φρονῆσαι. Ego, quia neceſſitas nulla incumbit mutandi, retineo σωφρονῆσαι. Paulopòſt, σημειωσάμενον, ὅτι τῇ, legendum σεσημειωμένον ἢ ὅτι τῶν, cum Stephano.

308 Deinde quæ legib. præcipiuntur.) ἔπειτα δὲ ὅσα προστέταχεν ὑμᾶς ὅτι. Scribe ὑμῖν: non enim cum accuſatiuo, ſed datiuo conſtruitur hoc uerbum.

310. Vt plus quàm annum.) πλεῖον καὶ ἐνιαυτοῦ. Lege, πλείω ἢ ἐνιαυτοῦ. Et mox pro φρουροῦντας, repone φρουροῦντας. Sex utuntur lictoribus.) ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε. Audacter hic ἕξ, non πέντε lego. Prætorum enim fuiſſe ſex lictores, ut Conſulum duodecim, uel pueri ſciunt: habentq; inde (ut Dio hic ait) apud Græcos autores nomen. Vocantur quippe ἑξαπέλεκεις. Quo uocabulo uſus eſt Polybius, doctiſſimus & facundiſſ. hiſtoricus, lib. 3. ubi de Boijs, Romanos colonias Placentiam & Cremonam condentes inuadentibus diſſerit. Mox, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ. ἀπ' αὐτοῦ lego. Iſtæ quoq; prouinciæ.) ὑπὸ αὐτοκράτορι καὶ ἐκεῖνοι προστίθενται. Emendo, ἐκεῖναι, ſcilicet ἔθνη.

311. Ac diuidendis prouincijs.) καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν θεῶν διανομῆς. θεῶν uox eſt corruptiſſima, cùm debeat eſſe ἐθνῶν. Ab eo' que perfecta.) Lacuna hic eſt. Videtur aūt hic fuiſſe cōtextus: Ab eoq; perfecta monarchia initium ſumpſit. Vnius enim, &c. Plerunq; nūc etiam.) ὡς πλῆθει γιγνόμεναι, καὶ νῦν ἐκ τῶν λιμνῶν. Robertus ſententiā ſtaturam putat, ſi pro νῦν, πλὴν legatur. Ego πλὴν potius poſt νῦν addendum iudico, & tamen haud dubito, quin aliquid deſit adhuc.

313. More Hiſpanorū ſe conſecrans.) Non memini, me de hoc Hiſpanorū more quippiam legere. Apud Cæſarē lib. 4. bell. Gallici haud diſſimile quippiam de Soldurijs refertur, uſitatum apud Gallos Sontiates. Ex ſenatoribus ſorte quindecim delegit.) πέντε καὶ δεκάτους κλήρους λαχόντας. Corrupta lectio. eam ſic emendandam certus ſum: πεντεκαίδεκα ἐκ κλήρου, &c. ſic etiam Xiphilinus.

314. Per coitiones aut ambitū.) ἐκ παραγγέλσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ. ſcribe δεκασμῷ. id enim eſt largitio propter magiſtratum adipiſcendum. & ſic ſcriptum eſt apud Xiphil. Et alia id genus.) τὰ τοιοῦτα καὶ λέγοι. Verba ſunt tranſpoſita. Scribe, καὶ τὰ τοιοῦτα λέγοι. Sed in Auguſti.) ἀλλ' ἐς τι τὸ αὐτὸ ἐκείνου. Emendatius αὐτοῦ leges.

315. M. Egnatius Rufus.) Μάρκος ὁ Γνάτιος. Legendum, Μ. ὁ Ἐγνάτιος. ſic enim Suetonius, ſic Paterculus.

316. Porticū Neptuni.) τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ὀνομαζομένην. Adde uocē στοὰν, quæ intercidit. Vrſos trecentos.) ἄρκτους τε τριακοσίας. τριακοσίας Xiphilinus.

Cuius

317. Cuius tum rex erat Sabos, Aelius Largus.) ὧς Σαβὼς ἐβασίλευεν, Αἴλιος Γάλλος. Apud Xiphilinum non Σαβὼς, ſed Σαμῶς legitur. Porrò autem non Γάλλος, ſed Λάργος eſt ſcribendum. ſic enim & Xiphilinus habet, & Gallo Largum ſucceßiſſe in Aegypti præfectura, Dio ſuprà innuit, ubi quidem Valerius Largus dicitur. Si quando prælium commiſiſſent.) πολεμίζειν αὐτοῦ. Quod αὐτοῖς rectè docet legendum Robertus, etiam Xiphil. habet. Athlulorum enim tenus.) Ἀθλούλων. Apud Xiphilinum ſanè habetur non ita, ſed Ἀθλούλων. Sepulcrum ab ipſo factum.) ᾧ ᾠκοδόμητο. ὃ ſcribe.

IN DIONIS LIBRVM LIIII. [redacted]
[redacted] Auguſtani annotationes.

319. In nominibus Conſulum, ubi legitur, Λ. Ἀρρούντιος Λ. υ. Λέπιδος, notandum eſt, Conſules unius anni intercidiſſe: & eſt ita legendum, Λ. Ἀρρούντιος Λ. υ. Μ. Λόλλιος, Κ. Λέπιδος ὕπ. ſic enim hi & à Dione hoc in libro nominantur, & à Caßiodoro, ac reliquis Chronographis. & Horatius libro 1. epiſtola ultima:

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno. Deinde, ubi eſt Γ. Σάλ. lege Γ. Σίλιος, ex Dione. Rurſum, pro Παῦλος Ἰούνιος, &c. Γάϊος Ἰούνιος ſcribe. nam Caium Iunium Dio inferius ſcribit: ſicut reliqui etiam. Poſt, Μ. Λ. Ἰούνιος Λ. υ. ſcribendum Μ. Ἰούνιος, &c. Vbi eſt Φοῦγος Μ. Λικίννιος. Illud Φοῦγος cum Roberto in Φρυγὶ eſſe mutandum cenſeo, ut ſit Piſonis cognomentum. prætereaq; ſcribo, Μ. Λικίνιος Μ. υ. Κράσσος. Deinde, pro Παῦλος Κύϊντος, &c. ſcribo Γ. Κυϊντίλιος Σεξ. υ. Οὐάρος. Et deinceps, Μ. Οὐαλέριος Μ. υ. Μεσσάλας Βαρβᾶτος. Barbatum autem eo liberius lego, quòd ſciam Meſſalæ Barbati etiam Suetonium meminiſſe in Claudio, cap. 26. Itaq; qui hic Meſſalam iterum Conſulem ſcribunt, confundunt Coruinum cum Barbato: non rectè quidem η, niſi alios autores ſecuti uideantur. Porrò, pro Παῦλος Φλ. Παῦλος Φάβιος ſcribendum, ex Dione. Deniq; Ἀφρικανὸς uox loco mota eſt, & ſubdenda poſt hæc demum uerba, Κ. Φάβιος κ. υ. Ἀφρικανὸς: ut etiam habet Suetonius in Claudio, cap. 2. ubi tamen, ſicut & apud alios, Iulius Antonius, non Antoninus legitur. eſtq; is M. Antonij filius, qui anno V.C. 741. prætor fuit, ut tradit Dio: præſertim cùm hic quoq; Μ. υ. ſcribatur. ut dubium eſſe nequeat, illud Ἀφρικανὸς ad Fabium pertinere: & pro Ἀντωνῖνος, ſcribendum Ἀντώνιος.

320. Fratrem hunc eius.) ἀδελφὸν τοῦ Γλάγγου. Lege Γλάγκου. Abſentes exilio damnati ſunt.) αἰρήσειν μὲν ὡς καὶ φεύξόμενοι. ἐρήμην μὲν ὡς καὶ, &c. ſcribe, ut rectè docuit Robertus.

321. Quòd niſi in iudicio quodam.) εἰ μὴ καὶ ἐν δίκῃ. δίκῃ lego. Sed ingenuè fateor, me hunc locum non intelligere: ita tamen, ut negem eſſe integrum. His enim tintinnabulis.) Laudo Robertũ, qui ſenſit deeſſe hoc loco ea uerba, κώδωνας ἔχοντος, inſerẽda ante hæc: ὅπως σημαίνειν σφίσιν, &c. Rebellionem fecerunt.) ἐπολέμησαν αὐτοῖς: lego αὖθις. In ſeruitutem redigeret.) ἐδούλωσαν. Corrige ἐδουλώθησαν. Egregiè re geſta.) αἰωνισάμενος. ſcribe ἀγωνισάμενος. L. Silanus.) Σιλανὸς legi, nõ Σιλκανός.

323. Vti maiorum ſuorum inſtitutis permiſit.) ὡς πατρίῳ σφίσι τρόπῳ ἀεὶ ἄρχεσθαι. Addendum uerbum συγχωροῦσι, aut ſimile, ut conſtet ſententia. Vnus ex Indis Zarmarus.) Apud Xiphilinum Zamarco nomen eſt, Ζάμαρχος. Q. Lucretium.) Suprà in Catalogo erat, L. Lucretius, falſò, ut arbitror: Caßiodorus quoq; & alij, Q. uocant. Per quinque annos.) ἐς πέντε πενταετηρίδας. Adde ἔτη.

324. Velle ſe iuramento obſtringere.) καὶ ἐμμένειν σφίσιν ὁμόσαι ἤθελον. Legendũ, ὀμόσαι ἤθελον. Inſenſus eſſet.) καὶ διὰ μίσους ἔχετι, &c. Sciè Robertus deprehendit, διὰ μίσους eſſe legendum.

325. Etiam ſi id iuſtißimè fiat.) κἂν ὅτι μάλιστα δικαιότατα συμβῇ. Non improbo coniecturam Roberti, δικαιότατα legentis.

328. Camuni & Vennonetes.) Cur ſic uerterim, & rectè ne id fecerim (nam in Græco eſt, Καμμύνιοι καὶ Οὐέννιοι) ex Plinij libro tertio, capite uiceſimo, lector intelliget.

M. Lollius Rhymetalci.) Μάρκιλλ@ Λόλλι@ Ῥωμητάλκῃ. *Legendum utique,* Μάρκ@ *&* Ῥυμητάλκῃ. *Paulo póſt, pro* Τίγκρηται, *repone* Τίγκτῆρσι. *Porrò ubi eſt,* τίω τε Γερμανίαν καὶ τίω Γαλατίαν, *omnino hæ uoces inducendæ ſunt, & remouendæ,* τίω τε Γερμανίαν. *nam trans Rhenum Germaniam nullam tum fuiſſe, ſed Galliam, euidentißimum eſt.* Decembrem.) Δεκέμβειον *ſcribe, non* Δεκέβειον.

329. Vedius Pollio.) Οὐήδι@ Πωλίων. *Lego* Πολλίων, *& deinde* Πολλίωνα, *&c.* *Vide de hoc Plinium libro nono, capite uiceſimotertio. Meminit & Tacitus libro primo.* Pauſilypum.) τὸν Παυσίλυπον. τὸ *legerim, ut ſit generis neutrius. ſic Plinius libro nono, capite quinquageſimotertio.* Quaſi non alijs quoque, *&c.*) οὐχ ὅτι καὶ ἄλλαις. *Lego,* οὐχ ὅτι μὴ καὶ ἄλλαις.

331. Iulius Antonij F.) Ἰοῦλλ@. Ἰοῦλι@, *ut ſuprà oſtendi.* Quoniam earum ædibus contigua erat.) ἴδωκεν ἐπεὶ δὲ ὁμότοιχ@, *&c. Ita lege,* ἴδωκεν, ἐπεὶ ὁμότοιχ@, *&c.* ἦν. Κορνηλ.

332. Tamen ipſe gladiatorios ludos.) καὶ αὐτὸς τὰς μοναρχίας δὲ ἐπετέλεσε. μονομαχίας *lego cum Roberto.* Vt ſenatores quoties in curiam conuenirent.) *Locus hic mirũ in modum eſt & corruptus & mutilatus:* ὁσάκις αὖ ἕδρα αὐτὸ, ἢ καὶ τίω, *&c.* *Equidem non me fugit,* ἕδραν *apud Dionem uocari conſeßum Senatus. ut libro ſequenti:* ὁ δὲ Αὔγουστ@ τάς τε τῆς γερουσίας ἕδρας ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσεν, *&c. ut haud dubiè hic quoq;* ἕδρα *aſpiratè ſit ſcribendum. Sed tamen reliqua uerba eſſe & deprauata, & manca, ſenſus ipſe docet. Faciam autem quod poſſum, id eſt, apponam Suetonij hac de re uerba, ſi quid ea lectorem poßint adiuuare, in promptu ut habeat. Quò autem (inquit ille capite triceſimoquinto, uitæ Auguſti) lecti probatiq; & religioſius, & minore moleſtia, Senatoria munera fungerentur: ſanxit, ut priuſquàm conſiderent, quiſque thure ac mero ſupplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur: & ne plus quàm bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, ſcilicet Calendis, & Idibus, &c. Quibus ex uerbis, & illis Dionis,* τὸ δὲ, ἵνα ἀκριβῶς συνίωσιν, *apparet alterum membrum hoc loco intercidiſſe.* In Cheruſcorum.) Χερουσκίδα. *Legendum* Χερουσκίδα, *ut antè* Χαυκίδα. Lupiæ & Aliſonis fluuiorum.) καὶ ὁ Ἐλίσων. *Aliſonem dicit Tacitus libro ſecundo, his uerbis: Cuncta inter caſtellum, Aliſonem, ac Rhenum nouis limitibus aggeribusq; permunita. Quo in loco Tacitus loquitur de diſcuſſa obſidione caſtelli ad Luppiam poſiti: ubi tamen (quod obiter monere uiſum) imperitè quidam caſtellum Aliſonem legerunt, ut Aliſo ſit nomen caſtelli: quod falſum eſſe Dio nos docet.* Taciti locus animaduerſus

334. Beſſus natione.) Θρᾷξ Βεσσός. *Suprà oſtendi* Βησσός, *&* Βησσῶν *ſcribi oportere: quam lectionem hic annotatam Robertus Stephanus teſtatur.* Pecuniam ad imagines faciendas S.P.Q.R. conferrent.) εἰς εἰκόνας ἑαυτοῦ καὶ ἐκείνης καὶ ὁ δῆμ@, *&c. Sic emenda,* εἰς εἰκόνας αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνοι, *&c. Deinde póſt paulo* ἔστησεν, *non* ἔστησαν. *Ac pro* τοῦ τέλους, τοῦ ἔτους *lego.* Id ſi quis reddendum non putet.) καὶ ἐάν μή, ἄν γέ τῳ πισὸν ᾖ παραδέδοται. *Puto ſic ſcriptum ab autore:* ἄν γέ τῳ οὐ πιστὸν, παραδέδοται. *Mox,* ἰουλίου ἡρώου, *legendum utiq;* Ἰουλίου.

IN DIONIS LIBRVM LV. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

335. *Conſulum nomina in annos ſeptendecim cùm annotauerit Dio; tamen hic tantum ſedecim annorum exponuntur: ita quidem, ut collega etiam Auguſti* XII. *Conſulatus deſideretur. Ac tametſi nouerim, eſſe qui à Druſi Conſulatu uſque ad M. Furij, & Sexti Nonij Conſulatum incluſiuè tantum ſedecim annos numerent: tamen certum eſt, Dionem hoc loco ab ijs diſſenſiſſe, ac ſeptendecim numeraſſe, quemadmodum & Caßiodorus habet. Cauſam differentiæ mox indicabo,* Αὔγουστ@ τὸ ιβ. ὕπ.) *His adde (ut ex reliquis Chronologis habetur)* Λ. Σύλλας. *Deinde anni* DCCL. *Conſules hos poſſumus ponere:* Γ. Καλουίσι@ Σαβῖν@ τὸ β. Λ. Πασσιηνός

σίλιος Ῥοῦφος. Cogimur aũt eos aliunde mutuari, quoniam inter Lælium Balbũ ac C. Antiſtium Conſules, & L. Valerium ac Cn. Cornelium Cinnam, nullius mentio fit Conſulis in Dione, ut mea quidem fert ſententia: quia multa ex hoc libro interciderunt. Μ. Οὐαλέριος. Μ. υ. Μεσ σαλᾶς ἢ Μεσσαλῖνος.) Probo poſterius. Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ ιγ.) Legendum utique, (Roberto etiam annuente) τὸ ιδ. id eſt X I I I I. Nec me fugit, Suetonium Auguſti tredecim tantum Conſulatus numerare, totidem'que etiam Tacitum, qui Auguſtum numero ſuorum Conſulatuum Valerium Coruinum, & C. Marium ſimul æquaſſe, libro primo ſcripſit. Veruntamen quia tredecim Auguſti Conſulatus diſertè ſunt ab autore noſtro iam antè recitati: quatuordecim utiq; legendum eſt, idq; etiam apud Caßiodorum. Cur eum Tacitus & Suetonius omiſerint, facilius puto intelligeremus, ſi Dionis ea de re uerba haberemus: nunc id conijcere tamen poſſumus, non geſtum fortaßis eum ab Auguſto, ſed omnino aut repudiatum, aut ſtatim alij traditum, ſicut & alias fecerat. Illud magis mirum, cur alij hunc totum annum omiſerint, cùm eum Caßiodorus habeat, eundémque quem Dio collegam Auguſto X I I I I. Conſuli aßignet L. Paulum. Nobis is annus prætereundus nullo modo uiſus eſt. id'que tanto minus, quòd infrà libro ſexageſimo, quem annum Dio octingenteſimum Vrbis conditæ habet, is apud alios D C C X C I X. dicitur. Vnde patet, uno anno noſtram aliàs præcedere rationem, ut ibi quoque dicemus. Π. Οὐινίκιος ἢ Μινούκιος.) Οὐινίκιος Vinicius legendum Velleius docet. & pro Ν. υἱὸς, reponendum Μ. υἱὸς. Scribens enim ad M. Vinicium, patrem eius P. Vinicium apertè nominat: quo Conſule Tiberius Rhodo redierit. Deinde auum M. Vinicij, ipſum etiam M. Vinicium appellat. Οὐάλαυσος.) fortè Οὐάλαισος: quod cognomen Valeriorum fuit. Κ. Καίλιος.) ſcribe Κ. Καικίλιος. Μ. Φούρνιος.) Vtique Φούριος eſt ſcribendum, ν omiſſo. Furius enim Camillorum nomen eſt, non Furnius.

336. Inde in Cheruſcos conuerſo itinere, Viſurgin tranſgreſſus.) πρός τε τὴν Χηρουσκίαν μετέστη, καὶ τὸν Οὐσίουργον, &c. Legendum Χερουσκίαν, & Οὐίσουργον, id eſt Viſurgim: quem ſuprà falſò ſcriptum habuimus Οὐίσουτρον. Mox, pro Αλβιαν, lego Αλβιου, ut eſt apud Xiphilinum.

337. Et non modò homines.) Ante hæc uerba deeſſe aliquid, ſatis patet: mihi tamen reſtituendi facultas (fateor) abeſt. Certè uidetur Auguſti lex aliqua de ijs quæ mortis cauſa legantur, intercidiſſe: utcunque eodem modo apud Xiphilinum legatur. Quæ deinde more Romano.) καὶ αὕτη μετὰ τοῦτο καὶ ἡ κύρωσις. Legendum, καὶ αὐτῇ. Cum honore tamen Tribb. pleb. anteirent.) καὶ τὴν τῶν δημάρχων προτετιμημένοι. Vitia tolles, ſi legeris, καί τοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι. quod etiam Robertus Stephanus depræhendit.

338. Pignoris loco.) ὥσπερ τι ἐνέχειρον. ſcribe ἐνέχυρον. Infrà pro ἀφιείς, ἀφείς. Exceptis Cantabris.) πλὴν τῶν Καντάβρων. Certè adduci non poſſum ut credam, hoc Cantabrorum nomen non eſſe falſum. Quid enim Cantabris cum Germanis commercij, aut cur Cantabros debellaturus Rhenum tranſiret, aut cur tandem illi eam expeditionem metuerent, tam longè ab ipſis auerſo bello? Id monere uolui, ut qui poſſunt, corrigant hunc locum: me ſanè hic ingenium [illegible] ſcriptorum, aut certè memoria deſtituit. Pro πάσονδα autem, legendum ſcio σπονδὰς.

340. D. Lælium Balbum.) καὶ Λούκιος Βάλβος. Ipſius Dionis in indice libri, & reliquorum autorum teſtimonio, Λαίλιος, non Λούκιος eſt ſcribendum.

341. Corpora porrò Caij & Lucij.) τὸ δὲ Λουκίου τό τε Γαΐου, &c. Non poſſum mihi perſuadere, non intercidiſſe hoc ex loco permulta, quibus inter alia Caij & Lucij interitum Dio deſcripſerit, cùm quòd in ipſo indice libri ea hiſtoria promittitur, tum quòd leuiora multa conſectatum autorem noſtrum, eorum mortem ſilentio inuoluiſſe non ſit conſentaneum. Iam Zonaras etiam (quem nuper editum magnificentiæ uiri uerè magnifici ac generoſi Domini A N T O N I I F V G G E R I, laboribus autem honeſtißimi ac doctißimi uiri Domini Hieronymi Vuolfij,

meritò

meriti de me optimè amici debemus) cùm permulta in hiſtoria horum temporum ad uerbum è Dione tranſcripſerit, ueſtigiaq́; eius diligentiſsimè (nec id diſsimulanter) conſectatus ſit, de Cæſarũ horum exitu ea habet, quæ ipſis uocabulis eſſe à noſtro autore eum mutuatum, contendere auſim. Quid quod inſcriptio præſentis libri etiã de Auguſti tẽpli dedicatione, fanoq́; Martis in eo pollicetur, de quibus ſanè ne ullam literam nos habemus? Quid, quod Conſulum ab anno 748, uſq; ad 758, nulla ne ullo uerbo fit mentio? Ea igitur quoq; amiſſa ſunt. Quoniamquidem uerò ſine exemplaris alicuius auxilio reſtitui nequeunt, mihi ſatis ſuit ad præſens indicaſſe, lacunam hic eſſe relinquendam. In Germaniam ablegauit.) εἰς τοὺς Κελτοὺς. *Deeſt uerbum* ἐξέπεμψε, *aut ſimile. Mox:* αὐτὸν ἐκεῖνο, *legendum* ἐκεῖνον, *ſcilicet Tiberium.*

342. A' curis uacet.) ἀπραγμοσύνη, *ſcribe* ἀπραγμονείσῃ.

343. Te incolumi ipſa quoq; hodie regnans.) *Ante* δ' αὐτὸν δή τι παθόντος, *Xiphilinus hæc quæ inferius uerba habet:* καὶ σωζομένου μὲν σοῦ. καὶ αὐτὴ τὸ τήμερον ἄρχουσα. Lenibus corporis exercitijs.) αἰωρήμασι. *De his alij multa. Xiphilinus habet* αἰωνήμασι. *Hinc ſuſpicor* αἰονήμασι *legendum, id eſt perfuſionibus, rigationibus liquorum,* ἀπὸ τοῦ αἰονᾶν. *Paulo ſuprà:* ὅτι φοβούμενοι. *Xiphilinus rectius,* εἴ τι φοβοῦμαι. Vt que in alijs rebus modò grauiores.) καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλα. *Excidit aliquod participium, ut* πλημμελούντων, *aut ſimile.*

344. Quo intelligitur pœnas non faciliores.) ἐξ οὗ τοῦ τῶν ἐκείνοις μὲν ῥᾷον. *Senſus poſtulat, ut legamus* ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ῥᾷον: *ut eſt etiam apud Xiphilinum. Verſu proximo,* ἐπηγορίαν, *ſcribe* ἐπηγορίαν. Vt in officio maneant.) ὅπως σωφρονῶσι, καὶ πρόσετι μὴ δύνωνται. *Deeſt aliquid: puto* ἁμαρτάνειν. Facinoris alicuius cauſa capite plectas.) θανάτῳ μὲν μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι σωφρονίζειν. *Liquet mendoſè ita legi. Poſſunt autem omnia ex Xiphilino reſtitui, qui ſic legit:* θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν τοιούτων ζημιοῦσθαι, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς, ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δρᾶσαι, σωφρονίζειν. *Paulo pòſt:* καὶ τέχνη ὅπλα. *ſcribe.* καὶ τέχνη καὶ ὅπλα. *Idem.*

345. Quia tantam urbem.) πόλιν τηλικαύτην τὴν. *Abundat* τὴν.

346. Decima Gemella.) δεκάτοι. *ſcribe* δέκατοι. *Infrà:* καὶ τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω. *ſcribe,* καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ. Ipſe acceptos adſeruauit.) *Obſcurus eſt locus, nec, ut credo, integer. Quò enim id uerbum referendum eſt?* Tot ſunt legiones.) νῦν μὲν δὴ τοσαῦτα τέχη, *ineptè, pro* τέλη. *Suprà,* Ἀντώνιος ὁ Μάρκος. *repone* Ἀντωνῖνος.

347. Munus gladiatorium præbuerunt.) μονομαχίας ἀγῶνας. *Xiphilinus aliter hic habet: nempe, ludos Circenſes editos, in ijs rhinocerotem ab elephanto iclum; & dautẽ quendam olim equatem depugnaſſe.*

348. Progreſſusq; eſt primo ad Erygrum.) τοῦ Ἐρύγρου. *Nõ inuenio ullum fluuiũ aut hoc, aut ſimili nomine apud antiquos aut recentes Germaniæ deſcriptores. Ex Velleio Paterculo (qui hanc rem fuſè tractauit)* τοῦ Ῥλώου *legendum uideretur, ubi ita ſcripſit: Deniq; quod nunquam antè ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium à Rheno uſque ad fluuium Albim, qui Senonum Hermundorum que fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus, &c. niſi* Ἐρύγρου *uocabulum alicui nimis differre à* Ῥλώου *putare poſſet: cum tamen multa ſint apud Dionem mirè aliò detorta.* Bato eorum aduentu.) αἰσθόμενος δὲ τῆς προσόδου αὐτῶν ὁ Κάτωρ, *ineptè: pro* Βάτων. Montem Almam.) Ἀλμαν. *Sanè Velleius Claudium montem uocat.* Siſciæ commorarentur.) ἐν Συσκίᾳ ἤχθον. *Malim* Σισκίᾳ. *Velleius: Ipſe aſperrimæ hyemis initio regreſſus Siſciam. Dixi de hoc oppido ſuprà ad librum 49.*

349. Ludoſq; magnos uouit.) κατά τι τῆς πανηγύρεως τῆς μεγάλης ηὔξατο. *Rectè me ſententiam expreſſiſſe confido, utcunq; locus ſit corruptus.* Planaſiam.) *Perperàm* Ῥαλνασίαν *habetur, pro* Πλανασίαν. M. deinde Furio Camillo.) Μ. δὲ δὴ Φορίου. Φουρίου *legendum, ut dixi.*

IN DIONIS LIBRVM LVI. GVILIELMI Xylandri Auguſtani annotationes.

350. *In Conſulum nominibus hæc ſunt emendanda. Pro* Γομπαῖος *ſcribendũ* Ποππαῖος, *ut Robertus Steph. etiam monet.* Γ. Φόντιος.) *Scribo* Φοντήιος. καὶ Κιναλαρίος.) *Neſcio quid hoc ſit.*

352. Legibus non obtemperantes, *&c.*) οὐ πείσονδε τοῖς νόμοις. *Lego* πείθονδε, *cum Roberto.*

353. Viris immaturas.) καὶ μηδέπω γάμων ὥρας. *Legit* ὡραίας *idem, quod non improbandum planè eſt. malim tamen* γάμων ὥραν ἐχούσας, *quo modo Plutarchus in Theſeo de Helena eſt locutus.*

354. Lex Pappia Poppæa.) ὅτι Πάππιος καὶ ὁ Πόπλιος νόμος. *Apparet ex Cornelio Tacito, Pappiam Poppæam legendam eſſe, & pro* Πόπλιος, *&* Πάππιος *iterum,* Ποππαῖος *ſcribendum. Sic enim ille libro tertio: Relatũ deinde de moderanda Pappia Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes incitandis cœlibũ pœnis, & augendo ærario ſanxerat, &c. Atq; eo magis lectionem Taciti probo, quòd Publius nomen non eſt, ſed prænomen, Poppæus aũt nomen eſt. Suetonius quoq; in Claudio meminit huius legis, capitibus 19. & 23.*

355. In diuerſa loca diſcurrente.) ἄλλη καὶ ἄλλη περιφοιτοῦντος. *ſcribe* περιφοιτῶντος. Multis conuallibus abruptus erat.) πολλαχῇ κατέτμητο. *ſcribe* κατετέτμητο.

356. Poſt adminiſtratam Syriam.) μετὰ τὴν τῆς Συρίας ἀρχήν. *Hæc uerba ex Xiphilino inſerui.*

357. Ad flumen Viſurgin.) οὐσίβυργον. *ſcribo* οὐίσουργον. Non modò fidem omnibus iis qui, &c.) καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τότε γιγνομένοις ὑποχποῦσι. *Deprauata eſt lectio, quam ſic corriges:* καὶ πᾶσι τοῖς τό, τε γιγνόμενον ὑποτοπῶσι. Quæ iam in promptu certo quodam loco.) ἐν ἑτοίμῳ ποιοῦσας. *Lege,* ἐν ἑτοίμῳ που οὔσας. *Paulo inferius malim* νωτοφόρα, *quàm* νωτοφόρεια.

358. Robuſtiſsimus quiſq; euaderet.) ἀφρωμένεστατοι πολλοὶ ἀπιώσασαν. *Poſtrema hæc dictio uitioſa apertè eſt: ſcribendum cenſeo* ἀπιώσωσαν. Ac quoniã ij, qui militari.) καὶ ἐπεὶ τὴν τῆς στρατευσίμων. *Scribendum utiq;* καὶ ἐπεὶ μηδεὶς τὴν τῶν, *&c. cum Xiphilino.*

360. Cùm antea in ſenos menſes.) πρότερον γὰρ καθ' ἕκαστον μῆνα. *Sed hæc uitioſa eſt lectio, cùm ſuprà Dio oſtenderit libro 53. (346) ſingulis ſex menſibus ſemel eum conſiliarios mutaſſe. Ergo pro* ἕκαστον μῆνα, ἑξάμηνον *repone, aut* ἑκμηνον, *ut habetur hic in Xiphilino.* Ideo uates eum centeſima pòſt die.) ὅθεν οἱ μάντεις τῇ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἡμέρᾳ. *Legendum eſt,* τῇ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἑκατοστῇ ἡμέρᾳ. *id enim & ratio huius interpretationis factæ à uatibus deſiderat, & Suetonius apertè ita habet capite 97.* Sergij Sulpicij Galbæ.) *Falſum eſt hic* Σερβίου, *pro* Σεργίου.

362. Suis ſubditis potiora, ut Rempublicam.) πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς δυναμένοις. *Inter duo poſtrema uocabula hæc interſerẽda ſunt:* πρὸς τὸ ὑπήκοον ἄ, τά τε κοινὰ πᾶσι τοῖς. *Ea cùm hic deſint, aſteriſco notatus eſt locus: ſed ex Xiphilino ita, ut dixi, reſtitutus integritati.* De diuo Auguſto.) καὶ ὑπὲρ τοῦ θείου ἐκείνου. καὶ *dele, nam abundat.*

363. Metuens ne multis ſimul.) καὶ μὴ φοβηθεὶς μὴ πολλοῖς. *Legendum,* καὶ φοβηθεὶς, *&c. Et pòſt,* δημοφιλέστερα, *non* δημοφ.

364. Quis autem fuit, qui ſuam unicam domum.) τῆς ἰδίας μόνης. *Si ſic legas,* ἔλλειψις *erit, Græcis familiariſsima. neq; oportet* μόνης *in* μονῆς *conuertere, quod Robertus uult: non ineptè quidem, non tamen neceſſariò.*

365. Semper uel in curia.) ἀεί ποτε ἐν τῷ συνεδρίῳ. *Scripſerat Dio* ἀεί ποτε. Adepti fuiſſemus.) ἀναγκαίως κεκτῆσθαι. *Lego* κτήσεσθαι.

Iuſſu

366. Iuſſu ſenatus.) ὡς πω τῇ βουλῇ ἐδόκει. *Hæc uerba non intelligere me, liberè confiteor: niſi fortè ἡ βουλὴ legas, aut τῇ βουλῇ ἐδόκει.*

IN DIONIS LIBRVM LVII. GVILIELMI Xylandri Auguſtani annotationes.

Paſſum fuiſſe hunc librum & ſequentes maximam cladem ac detrimentum, cùm multis alijs rationibus depræhendi poteſt, tum uerò his in primis. Primò, cùm inſcriptio huius libri tantum uſq; ad mortem Druſi (qui fuit filius Tiberij) oſtendat hiſtoriam porrectam fuiſſe, quæ hoc libro cõpræhenderetur: cùm is mortuus ſit (teſte Cornelio Tacito lib. 4. quem quidem Dio diligẽter ſecutus eſt autorem) C. Aſinio & C. Antiſtio Coſſ. Tiberius uerò obierit decimoquarto pòſt anno, ſatis equidem perſpicuũ eſt, Tiberij mortem nequaquam hoc in libro narratam fuiſſe, ſed in ſequenti. Idem deinde oſtendit ratio temporũ per Conſules enumerata. Quia enim in titulo eſt, hiſtoriam undecim annorũ hoc libro exponi, cùm amplius uigintiduobus annis Tiberius ſummæ rerũ præfuerit, liquet libro demum 58. reliquam eius uitæ partem à Dione expoſitam, uidelicet rebus ſub Tiberio geſtis amplioribus quàm quæ unico poſſent libro includi. Accedit huc firmiſſimum argumentum, quod in titulo eius libri, qui huic, quem præ manibus habemus, proximè ſubiungitur in Pariſienſi exemplari, & 58. uocatur, apertè mentio fit libri ſexageſimi, qui ipſum proximè ſequatur. Quippe in eo quem dixi libro nõ modò C. Caligulæ uita, quã index pollicetur, nec quadriennij modò hiſtoria, cuius ibi Conſules recenſentur, ſed Claudij inſuper uita compræhenditur. Ex quibus omnibus relinquitur, hunc quem inſcriptio noſtri codicis quinquageſimumſeptimũ dicit, eſſe in unum ex duobus libris, quinquageſimoſeptimo & octauo nimirum, conflatum, qui Tiberij imperium enarrarent: mutilis ſanè illis, et non exigua parte ſui mulctatis. Itemq; eum qui quinquageſimus octauus inſcribitur, eſſe cõpoſitum ex alijs Dionis duobus libris, quinquageſimonono ſcilicet, in quo Caligulæ, & ſexageſimo, in quo Claudij Monarchia deſcriberetur. Ita fit, ut cùm codex noſter uigintitres ſolum libros profiteatur, nos uigintiquinq; habeamus: ita tamen, ut hi quatuor poſtremi non integri, ſed lacunoſi, & multis in locis cùm interpolati interruptiq;, tum uitiati intelligantur. Cui rei documento eſſe præter alia poteſt uel hoc, quòd penè totidem uerbis eadem apud Xiphilinũ (qui Epitomen tantum ſcripſit) leguntur: ac niſi in quibuſdam locis noſtra quàm ipſius eſſent uberiora, ueriſimile poterat eſſe, inde Dioni hæc adiecta fuiſſe. Nos, quantum eius fieri cõmodè poterit, Suetonij & Taciti, ac noſtri etiam quandoq; ingenioli beneficio freti, nonnihil tamen huic malo medebimur. Quod ad Conſulum nomina attinet, nunc agamus. Γ. Καικίλιος.) *Tacitus libro 2. C. Cælium uocat: Rufi cognomen habẽt alij. Sed de Cæcilij ac Cælij nominibus, quæ eidẽ apud diuerſos autores tribuũtur, diximus ſuprà ad librum 42. Porrò, nõ* Γομπωνιανὸς, *ſed* Γομπώνιος *ſcribendum, ſi Tacitum & alios ſequimur.* Γ. Νωρβανὸς.) *Scribendum* Λ. Νωρβανὸς *ſic & ipſe Dio infrà, & Tacitus, & reliqui.* Μ. Αὐρήλιος.) *Cornelius initio tertij libri Caium nominat.* Συλπίκιος.) Γ. *prænomen adde, quod omnes habent.* Γ. Ἀντίστιος γ. υ. Ἴουσος.) *Vetus cognomen ei apud Chronographos eſt. & ſuprà quoq; libro 55. & Cornelio Cethego prænomen Sexti, non Sergij. Pro* Κιλουσίλλιος, *ſcribe* Λ. Οὐισέλλιος.

371. Diuerſum ab his quæ egiſſet conſilium.) οὐ γάρ πω καὶ φρονεῖν οὕτως ἐδόκει. *Poſtremum uocabulum omittendum eſt: abundat enim, cùm mox ſequatur* ὑπελάμβανεν. Patris patriæ nomen.) τό πατρὸς καὶ τὸ πατρίδος. καὶ *elidendum. Robert.* Neq; ſi quis eam iuraſſet.) οὔτε καὶ ὀμόσας τις αὐτὴν. *Robertus putat legendum,* ὅτι κἂν ὀμόσας. *quod cur non probem, facit repetitio negationis, (οὐκ ἐπιτρέψει) dura omnino, & inepta futura. Itaq; ſic emendo, ſecutus cùm rationem, tum Xiphilini teſtimoniũ:* ὅτ' εἰ καὶ ὀμόσας, *&c. tunc omnia erunt planiſſima. Paulo inferius,* πρᾶσαν τὴν νομὴν ἰαν. *probo ipſius iudiciũ, legoq;* πρὸς αὖ, *&c.*

373. Pulla ipſe penula.) φαιὰν μανδύην ἐπιφέρων. *Malim legere cum Xiph* μανδύαν.

374. Septuagenis quinis denarijs.) ἀπὸ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμάς. *Scribendum eſt* ἑβδομήκοντα, *ex libro præcedenti.* Reliquoſq; hortans.) καὶ τοὺς λοιποὺς καθίζων. *quod participium hic locum non habet.*

375. Hominẽ interemit.) καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπέκτεινε πάντες. *Lego,* καὶ πάντες.

Quoties uſus eſſet, factum.) ὁσάκις ἐγχρῷτο ἐκδίκοιεν. Lege, ὁσάκις ἐδίκαζεν, ἐγχρῷτο. Marcellus quidā.) Γράνιμμός τις ὑπολαβὼν. Secutus ſum Xiph. qui Μάρκελλός τις habet.

376. Perderetur ſeditione.) ἰλᾶ στάσις Malim ὀλεῖ στάσις, ſicut eſt apud Xiph. in Nerone. Cn. Piſonis.) Prænomen addidi ex Suetonio, & Tacito, qui libro 2. rem totam copioſè & ſummo artificio deſcripſit. Mihi quidem multa ante hunc locum deſiderari uidentur: qui enim tam abruptè Germanici uictorijs Germanicis, mortem in Syria Dio contexuiſſet, intermedijs, & Conſulatu Tiberij tertio, ac ſecundo Germanici prætermiſſis? Nō modò qui contra Auguſtū.) καὶ τοῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις οὐχ ὅσον, &c. Locum eſſe mutilum, ex appoſito aſteriſco patet. Xiphilinus retinuit ueram lectionem: δίκαις, ὥς τις οὐχ ὅσον, &c.

377. Seij Strabonis.) τοῦ Στράβωνος. Et hic nomen appoſui ex Taciti quarto, quod tamē hic ſcripſiſſe Dionem exiſtimo. Cæterùm, ubiq; malim ſcribere Σηιανὸς, quàm ſine η, Σιανὸς. M. Gabio.) Apud Xiphilinum Sabio, Σαβίῳ legitur: utrum rectius, iudicare non poſſum. C. Lutorius Priſcus.) Apud Cornelium Tacitum lib. 3. Clutorius Priſcus ſcriptum eſt: atque haud ſcio an mendoſè, ſanè quàm procliui ad mendam gradu. Quod autem ibi legitur, Igitur factum S.C. ne decreta patrum ante diem ad ærarium deferrentur, &c. locus unius uocabuli eliſione deprauatus eſt: poteſt autem cōmodiſſimè reſtitui ex Dione noſtro, ſi ita legas: Igitur factum S.C. ne de-

Taciti locus reſtitutus. creta patrum ante decimum diem, &c.

378. Mirum in modum.) θαυμαστὸν δή τινα. Scribe cum Xiphilino, δή τινα. Liuillæ nomen fuiſſe.) Λιβίλλαν. ſcribe Λιβίλλαν. Liuilla hæc, ut à Dione ac Suetonio ubique dicitur in Tiberio, Caligula, & Claudio, (Tacitus enim conſtanter Liuiam nominat lib. 4. niſi codex fallat) filia fuit Druſi, ex Antonia minore, ſoror Germanici & Claudij, C. primùm Cæſari, deinde Druſo nupta fuit. Sed de his ſuo loco. Cremutius Cordus.) In Græco eſt Κλωμύλιος, apud Xiph. Κρεμούτιος. Tacitus Cremutium nominat, quem ſequendum duxi. Porrò autem ait hoc accidiſſe Cornelio Coſſo, Agrippa Aſinio Conſulibus, qui poſtremi ſunt inter eos Cōſules, qui in huius libri indice continentur, ad annum ſcilicet 778.

IN DIONIS LIBRVM LVIII. [redacted]
[redacted] Auguſtani annotationes.

379. Sub id tempus Roma diſceſsit.) Conſtat ex Cor. Tacito, diſceſſiſſe Roma Tiberium, Cn. Lentulo Gætulico, C. Caluiſio Sabino Coſſ. hoc eſt anno V.C. 779. Atq; hi quidē Conſules primi ſunt inter eos undecim horum proximè ſequentium annorum Conſules, quos annos Tiberius ad mortē uſq; ſuam ab urbe abfuit. Itaq; ſatis conſtat, hæc quæ ſequūtur omnia, eſſe fragmenta libri 58. apud Dionem: quo ſcilicet libro hiſtoriam eius temporis quo Tiberius Roma abfuit, uſq; ad iſtius mortem, proſecutus eſt. Nomina Conſulum in hunc librum, id eſt, proximorū undecim annorum, non annotaſſem, cùm extent in Chronologijs: niſi ab ijs Dionem, Tacitumq; nōnihil aliquando diſſentire, atq; ipſos quoq; inter ſe diſcrepare animaduertiſſem: quanquā alioquin etiam non alienum id à noſtro erat inſtituto. Sic igitur habent:

Cn. Lentulus Gætulicus. C. Caluiſius Sabinus. Anno V.C. 779.

Annum hunc alij numerant 778. Sed nos propter decimumquartum Auguſti Conſulatū (Dionē enim ſequi conuenit) uno amplius, cum Caßiodoro etiam, numeramus: quod repetendum duxi.

M. Licinius Craſſus. L. Calpurnius Piſo. Anno V.C. 780.

App. Iunius Silanus. P. Silius Nerua. 781.

C. Rubellius Geminus. C. Fuſius Geminus. 782. C. Fufius Geminus ſciberem: ſic enim Dio alibi, ut diximus.

M. Vinicius Quartinus. C. Caßius Longinus. I.C. 783.

Claudius Tiberius Cæſ. V. L. Aelius Seianus. 784.

Horum duorum annorum Conſules & hiſtoria apud Tacitum deſiderantur: eſt enim liber quintus eius initiò magna ex parte mutilatus. Id quidem cōſtat ex eodem autore, neq; Tiberiū, neq; Seianum geſſiſſe poſterioris horum anni Conſulatum: ſed Fulcinium Trionem, atq; Memmium Regulū,

quorum hunc Dio apertè teſtatur anno antequã Cn. Domitius & Camillus Scribonianus Conſules fuerunt, Conſulatum tenuiſſe, priorem etſi non nominatim recenſet, (loquor de his fragmentis, quæ ad manus noſtras peruenerunt: nam ſi totum Dionis librum haberemus, minus laboraremus.) tamen Seiani partibus fauiſſe innuit. Eo ſanè anno Seianũ occidiſſe idem docet, diſertè quidem. Cornelius Tacitus, ubi res geſtas Camillo & Domitio Conſulibus exponit, apertè teſtatur, ſuperiori anno Regulum & Trionem conſules fuiſſe, quos tum Haterius Agrippa inceſſeret, quia mutuam accuſationem quam intenderant, omitterent. Suetonius in Caio huius Memmij prænomen Caium habet, capite uiceſimoquinto.

Cn. Domitius Aenobarbus.	Camillus Scribonianus.	Anno V.C. 785.
Sergius Sulpicius Galba.	L. Cornelius Sylla.	786.
L. Vitellius.	Paulus Fabius Priſcus.	787.
P. Gallus Camerinus.	Q. Nonianus.	788.

Hos equidem in Chronologijs inuenio: ſed apud Tacitum ſunt alij, ſcilicet C. Ceſtius, & M. Seruilius. Dio non C. Ceſtium, (nam in altero conuenit cum Cornelio) ſed C. Gallum habet: unde mihi ſubit coniectari, C. Gallum Ceſtum Camerinum nominatum fuiſſe. M. Seruilij collegam.

Sex. Papirius.	Q. Plautius.	789.

Hos Dio habet: quanquam apud eum falſò Γλάτιος legatur, pro Γλαύτιος. Tacitus non Q. Plautium, ſed Quintium Plautium ſcribit. Chronologi Q. Plautianum memorant.

Cn. Proculus.	C. Pontius Nigrinus.	790.

Acerronius priori nomen eſt apud Tacitum & Chronographos, & Suetonium etiam: prænomen tamen Caij Chronographi habent, falſò nimirum, ſi Tacito, Suetonio ac Dioni credimus. Pontium Nigrum idem Suetonius ſcripſit.

Porrò autem hoc loco poſt uocabulum αὐτονομίαν, Xiphilinus hæc uerba habet, quæ ſunt omnino inſerenda: καὶ τοι μέλλων τι ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. Iam Latiaris quidam.) ἔτι δὲ καὶ Ῥατιαρίος τις. Xiphilinus, Ῥαλάριος δέ τις. Tacitus Latinium Latiarem nominat, quem ſecutus ſum. Actum Iunio Silano, Silio Nerua Conſulibus, Vrbis conditæ ſeptingenteſimo octuageſimoprimo, initio anni.

380. Liuia quoque morti conceſsit.) Tacitus hoc ait fuiſſe Rubellio & Fuſio Geminis Conſulibus, 782. Vrbis conditæ. Non profectò ne effugeret,) ἵνα μὴ φύγῃ. Lege ut eſt in Xiphilino, οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ.

382. Id tamen agitabat, qua ratione.) βουλόμενος δὲ ὅν τινα, &c. ſcribe βουλευόμενος, & [illegible] Xiphilinus. Cùm adhuc in honore haberetur.) πεχμῶσαί τι ἐπήει. Inſere iam ex Xiphilino (καὶ γὰρ ἐτιμᾶτο.) Ac deinde alij.) Aſteriſcis oſtendi (quid enim aliud poſſum?) locum hunc mutilum eſſe. Sanè apud Tacitum quoque tota hæc hiſtoria deſideratur. Quòd Tib. cum eo.) Illud, cum eo, neſcio quò ſpectet, quoniam præcedentia amiſimus. Quòd autem loquatur de Caio Caligula, ſatis ex ſequentibus patet. De morte Neronis.) Is Nero filius fuit Germanici, Agrippinæque, à Tiberio necatus. uide Suetonium, capite quinquageſimoquarto, in uita Tiberij. hæc enim hiſtoria, & multa alia interciderunt in noſtro codice.

383. Rumore ſparſo.) πεθονηθεὶς τὸν λόγον. Rectius Xiphilinus, πλασθείς. Næuio Sertorio.) Ναιβίου habet Xiphilinus, non Νεβίου. & Γρακίνῳ, non Γρακίλῳ. Póſt, Απολλωνίῳ, ſcribe Απολλωνείῳ. Quaſi ſola & leuia.) ὅπως καὶ κοῦφον. ὡς lege, cum Xiphilino. Et mox, pro μή τι γε, μή τοι γε.

384. Is uerò caſus, &c.) ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα τὴν, &c. Xiphilinus rectius. μάλιστα ἂν τις τὴν, &c. Et ipſam Liuillam.) Λιβίαν. Λιβίλλαν ſcribe, ut ſuprà. Sed propter gratiam Seiani ſuſpectos.) ἀγανακτοῦντες ἐς τὴν τοῦ Σιανοῦ. Emenda è Xiphilino, ἀγανακτοῦντες, ὅτι αὐτοί τι ἐς τὴν τοῦ Σιανοῦ. Et pro συνφύλακας, ſcribe συντεφύλακας. Metuebant ſibi ne.) δὲ φόβου ὑποψίαν. Deeſt aliquid, niſi legas, δὲ φόβου καὶ ὑποψίας: quod probo.

386. Pro ducenteſima penſione centeſimam inſtituit.) *Quòd Robertus hoc loco uidetur ſuſpectam habere hanc lectionem, locumq́ ex libro ſequenti citat, ubi de centeſimæ abrogatione traditur, non equidē ei adſentior. Is enim ipſe locus ſatis præſentē lectionem cōfirmat. nam qui aboleuiſſet Caligula centeſimas, niſi eas antè Tiberius conſtituiſſet?* Neminem amicū conſtanter, &c.) οὔτ' ἄλλον βέβαιον φίλον οὐδένα. *Addo εἶχεν, ut Rob. placuit.* Camillo Scriboniano.) καμίλλιος. *ſcribe* κάμιλλος. *Hic multa ſunt quæ apud Xiphilinum nō habemus, quæ oſtendunt ueſtigium aliquod libri à Dione ſcripti.* Iunium Galenum Gallionem.) ἰούνιον γαλλίωνα. *quæ poſterior uox haud ſcio an uitio librarij obrepſerit. Tacitus libro 5. Iunium Gallionem ſimpliciter nominauit.*

387. Euidentius oſtenderet.) καὶ ἵνα γε ἔτι μᾶλλον. *Pro* ἔτι, *ſcribe* ὅτι. L. Seiano prætori.) ἐφείσατο δὲ καὶ λουκίου καὶ σιανοῦ. *Alia lectio eſt apud Xiphilinum:* ὅτι κασιανοῦ ἐφείσατο, λουκίου τε σιανοῦ στρατηγοῦ. *Et inferius:* καὶ περὶ τοῦ σιανοῦ. *Xiphil.* καὶ ὑπὲρ σιανοῦ, *quod ſecutus ſum.* Idem L. Piſonem urbis præfectum.) τόν τε πείσωνα καὶ τὸν πολίαρχον τελευτήσαντας. *Ego ex Cornelio Tacito prænomen addidi, &* λ. πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα *ſcribo.* Sergius Galba.) σερούιος. *ſcribo (ut ſuprà docui)* σέργιος. *Porrò, Syllæ nomen alteri Conſulum ex Tacito addidimus.* Filias quoq; Germanici reliquas.) *Druſillam ſcilicet, & Iuliam, ſiue Liuillam. hanc M. Vinucio, illam L. Caſſio. Filiam uerò Druſi, Iuliam, Rubellio Blando. Tacitus.*

388. Ita ut præter condemn.) ὥστε μηδένα ἐπ' αὐτοῖς. *ſcribe* μηδὲν. Vibulenus Agrippa.) οὐιβίλλιος. *ſcribo* οὐιβουλῆνος, *ex Tacito.* Eam conceſsiſſet.) ἔτι πρὶν περὶ αὐτὸ πρᾶξαι. *Ego* ἔτι πρίν περ *corrigo.* Vnum exemplū ref.) ὁ γοῦν μάριος. *Ante hæc ſunt in Xiphilino iſta:* ἄρ γε ὃς δεῖγμα δώσω. *Porrò malè apud Xiphilinum eſt* μάριος, *pro* μάριος, *cùm Tacitus etiam Marium uocet.*

389. Fabius Priſcus.) φάβιος πέρσικος. *ſcribe* πρίσκος: *hoc enim nominis habet apud Cornelium, & alios. &* οὐιτίλλιος, *duobus* λλ. *Paulo pòſt, pro* πραγματεῖ, *ſcribe* γραμματεῖ. Adulterio Liuillæ.) ἀλλ' ὡς τὴν λιουίλλαν. *Xiphilinus hic* λιουίλλαν *habet: quo modo ſcribendum eſſe ſuprà docui.*

390. Tiberius Phraatem.) τότε μὲν φράτην. *ſcribe* φραάτην, *ut conſpicuum eſt, & Tacitus habet.* Q. Plautio.) μετὰ κ. πλατίου. πλαυτίου *lege: ſic enim Tacitus, & alij. Mox,* καὶ πολὺ πλείω. *Lege,* καὶ πολὺ πλεῖον, *&c.* L. Arruntius.) λ. ἀρίντιος. *ſcribendum* λ. ἀῤῥούντιος. *De hoc quoq; Cornelius. Pòſt,* ἐν μισηνῷ, *legendum* μισηνῷ. *Nam mortuus eſt Tiberius apud promontorium Miſeni in uilla Lucullliana. Suetonius & Tacitus.*

IN LIBRVM DIONIS LIX. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

Cur hunc librum quinquageſimumnonū inſcripſerim, ſatis iam antè declaratum eſt. Deſcribitur hoc libro Monarchia C. Caligulæ, uidelicet hiſtoria quatuor annorum ferè. Quod ad Conſulū nomina attinet, L. Apronius, λ. αἰγρώνιος *falſò legitur, pro* ἀπρώνιος. *ſic enim ipſe Dio eum nominat, ubi etiam Sabinium Maximum ſuffectum fuiſſe Caio tradit. Quòd aūt hic Caius Conſul II. dicitur, eò fit, quia antè in parte eius anni, quo Tiberius perijt, cum Claudio patruo Cōſulatum geſsit: ut ſatis apertè Dio tradit.* γ. καῖσαρ τὸ γ.) *C. Cæſar III. Addidi,* Solus. *nullum enim habuit collegam. cuius rei cauſam Dio & Suetonius exponunt. Chronographi in nominibus nonnihil uariant, ſed nos noſtrum autorem ſequi maluimus.*

394. Quippe uicies ter millies ſeſtertiûm.) τρίτην γοῦν μυριάδας μυριάδων, καὶ τριακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας. *Xiphil. pro* τριακοσίας *habet* ἑπτακοσίας. *quā lectionē ſi ſequaris, ſumma erit amplius octogies ſeſtertiûm ꝙ noſtra. Sed neq; hæc, neq; Dionis alterutra ſumma cū Sueton. cōgruunt, q in uita huius Caij, cap. 37, habet, eam ſummū fuiſſe uicies ac ſepties millies ſeſtertiûm. quæ ſumma Græcè fuiſſet* ἓξ μυριάδας μυριάδων, καὶ τριακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας μυριάδας δραχμῶν. *Itaq; ſubit mihi cōiectari Dionem (nimirum ſolitum aliàs ſummas ferè eaſdem cū Tranquillo concipere) non* τρίτην γοῦν, *ſed* ἓξ γοῦν *ſcripſiſſe. mutare tamen nolui, ſed annotare. Quòd ſi illud* ἐκεῖνό τι *non pro myriadibus, ſed* μυριάδας μυριάδων, *quaſi nō pars poſterior*

ſterior ſummæ prioris,ſed tota illa ſumma aliter tradatur (id tamen mihi uix probatur) accipies,erunt tricies ſemel millies ſeſtertiûm.

393. Qui contra patrem,matrem,fratresq́ȝ ſuos conſpiraſſent.) καὶ τοῖς σύνεσιν ἐπί τε τὸν πατέρα,&c. Aſteriſcum appoſitum habet codex Græcus: nam uidebatur aliquid deeſſe:ut quidem Robertus putat,participium ποιησαμένοις. Ego autem non σύνεσιν,ſed συνεῶσιν lego: atq; ita ſenſus eſt abſolutiſsimus. Apellem quidem.) τὸν γοῦν Απελλῶ. Απελλῆν ſcribe. Congeſtos exuſsit.) σωνήσας. Lege σωννήσας. παρὰ τὸ νέω,νήσω, τὸ ἀγείρω,ἤγουν σωρεύω.

394. Senator unà Conſulq́ȝ factus eſt.) καὶ ὑπατεύσας ἅμα καὶ ἐβασίλευσεν. nimirum mendoſe ἐβασίλευσεν. ſcribe ἐβούλευσεν. P. Afranius.) Γάπλος Αφράνιος. ſcribe Πόπλιος.

395. Corneliam Oreſtillam.) ορεςῖναν. Liuiam Oreſtillam uocat Suetonius. In acta Tiberij nõ iurauere.) καὶ οἱ φόρκοι. Paulo pòſt: οὐδ᾽ ἐνὶ γίνονται. Omnino legendũ eſt καὶ οἱ ὅρκοι,& ἐν οὐδενὶ γίνονται. Machaon.) Apud Xiphilinũ eſt Μάχων. Macho.

396. Maxima ædificia demolitus.) μέγιστα οἰκοδομήματα καί. Sequor hic Xiphilinum,qui οἰκοδομήματα καθελὼν,καὶ,&c. habet. Mulieres etiam uenerarentur.) ἀλλὰ καὶ γυναῖκας γίγνονται. Lego cum Stephano,γεραίρωνται.

397. Has igitur quaſi planè inops.) ταῦτά τε ἅμα. Deeſſe multa ante hæc uerba,ſatis contextus orationis & ſententiarum indicat. Itaq; & hic aſteriſcum poſui,& deinceps,quotieſcunq; opus eſſe iudicaui.ſunt enim pleraq; mutilata & interpolata. Ac praſinus à colore.) Locus uidetur mutilus. Sanè quatuor genera aurigatorum fuiſſe, diſtincta coloribus,albo,rufo,praſino ſeu uiridi,ueneto,ex Nerone Xiphilini conſtat. Idemq; à Domitiano duo genera addita fuiſſe, aureum & argenteum,memoriæ tradidit. Aurigarũ colores & genera.

398. At ipſos iniuſtè.) ὑμᾶς δὲ δὴ οὐ μόνον ἀδικεῖτε. Niſi οὐ hic abundat, deeſt aliquid huic periodo. Tantùm uerbis inani gloria.) ἔργον δὲ δόξαν κενὴν. Lege (ut uult Robertus) λόγον δὲ,&c.

399. Canentibus eam.) παίδων ἀγομένων. Lego ᾀδομένων.

404. Sed & inter præcipuos poſthac amicos haberetur.) ὥστε μὴ μόνον παρὰ ...ιάδην. Adde ex Xiphilino,ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι.

IN LIBRVM DIONIS LX. [redacted]

[redacted] Auguſtani annotationes.

406. Caio,ita ut dixi,mortuo.) τοῦ δὲ Γαΐου ὡς εἴπομεν,&c. Cur hic librum ſexageſimum ceperim,ſatis ſuprà expoſui. Continetur aũt hoc libro uita Claudij: eſtq; hic liber expertus eandem quam tres præcedentes fortunam,lacer,ac mutilatus,non tamen negligendus,utcunque fragmenta hæc malè cohæreant.

407. Non modò uerbis omnium antè actorum.) ἐκδηλότατα γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάντων πώποτε. Locus mendoſus. Agrippinam & Iuliam.) Hanc Suetonius in Claudio Iuliam,in Caio Liuillam uocat: de qua re dicam paulo infrà.

408. Cùm ſtatum eſſet,ut ludi.) οἷς μὲν οὔτε εἰ καὶ ὁτιοῦν,&c. Senſum non dubito quin retulerim,uerba mendoſiſsima emendare non potui. Ac P. Gabinius Marſos.) καὶ Π. Γαβίνιος Μαυρουσίους νικήσας. Mauruſios ſi uiciſſet (id quod textus habet) Gabinius,quâ nam ratione amiſſam Vari clade aquilam recuperaſſet,aut qui tandem ea ad Mauruſios perueniſſet? Ego neq; hoc,neq; Suetoniũ etiam ſecutus ſum: Gabinio,inquit cap.24. Claudij, Secundo Chaucis gente Germanica ſuperatis,Chaucius cognomen uſurpare conceſsit. Verùm ego reputans inter Μαυρουσίους ac Χαύκους uoces nihil admodum eſſe affinitatis: contrà,Μάρσους & Μαυρουσίους haud diſſonas inter ſe ſentiens,Marſos uerti: coniecturam quoq; ſecutus, ex 2. Taciti libro oblatam,ubi de Marſis ille ſcribit. Niſi quis fortè Χαύκους ſcripſiſſe Dionem,in eiusq; uocis eliſæ locum à librario ineptè Μαυρουσίους ſubiectum opinatur. Quod ſequitur, οἱ αὐτοὶ αὖθις Μαῦροι,nihil me mouet: nam fortaſsis intercidit prior aliqua hoc loco Maurorum defectio. Paulo pòſt,Σαλωτόνιον, ſcribo Σεντόνιον.

Quæ

411. Quæ æneam, omníque ſenſu caſſam.) εἰ δ' ἡ ἐστὶ τὸν χαλκοῦν τὸν καὶ ἀναίσθητον δοκεῖν ὁρᾷν ἄξιον. Robertus Steph. ὁρᾷν οὐκ ἄξιον legit, & rectè, mea quidem ſententia. Annius Vinicianus.) οὐινικιανός. ſcribo οὐινικιανός. Copias multas, urbanas ac peregrinas.) καὶ δύναμιν συχνὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντα. Lego. δύναμιν πολιτικὴν συχνὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντα. ut ex ſequentibus apparet ſcriptum fuiſſe. Paulo pòſt interciderunt aliquot uerſus, apparatum belli Scriboniani & res actas complexi.

412. Hunc uos ulciſci, &c.) Xiphilinus rectius hoc loco, ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι. ſic enim eſt apud Homerum Odyſſ. φ.

413. Ac alteram Iuliam, Germanici filiam.) ὥσπερ καὶ τὴν ἑταίραν ἀπέσφαξε. Scribendum eſt ἑτέραν, alteram: duæ enim fuerunt Iuliæ. Altera Druſi filia, Tiberij neptis, Neronis primùm, qui Germanici F. Druſi Germanici nepos, Liuiæ pronepos fuit: deinde Rubellij Blandi uxor, ut habet Tacitus libro quinto. Altera Germanici filia, Caligulæ ſoror, quam is M. Vinicio coniunxit. Hanc poſteriorem Iuliam, Suetonius in Caio, capite ſeptimo, Liuillam nominat. Et idem in Claudio, capite uiceſimonono, idem quod Dio noſter hic, aſſerit, duas Iulias, Druſi alteram, alteram Germanici filiã, à Claudio necatas: ubi tamen nonnulli perperàm Liuias habent. Dio non hoc modò loco, ſed & alijs, ſuprà & infrà, Iuliam ſcripſit: itemq; Tacitus. Paulo ſuprà, θεραπαινίδα ἕνα. Xiphilinus, θεραπαινίδα ἕνα, rectius.

414. Quæ firma & peruia eſſent.) καὶ τὰ ἐδραῖα, τά τε ὕπορα. εὔπορα lego.

417. Anno Romæ octingenteſimo.) Hic locus euidentiſſimè demonſtrat ea, quæ ad initium libri quinquageſimiquinti à nobis ſunt de ratione temporum annotata, uerè eſſe diſputata. Etenim, niſi is annus, quo Dio, & Caſſiodorus, noſq; eos ſecuti, Auguſtum Conſulẽ XIIII. fuiſſe tradunt collega Paulo, interſeratur: fiet omnino, ut hic annus, quo Claudius IIII. Conſulatũ geſſit, non octingenteſimus, ſed ſeptingenteſimus nonageſimus nonus ſit dicendus. Enimuerò cum noſtro Dione conſentit etiam Cornelius Tacitus, cuius autoritatem Annalibus omnibus alijs præfero. Quo enim loco geſta Claudio IIII. L. Vitellio III. Conſulibus deſcribit, hæc eius uerba inuenies: Iiſdem Conſulibus ludi ſeculares, octingenteſimo poſt Romam conditam, ſexageſimo quarto, quàm Auguſtus ediderat, ſpectati ſunt. Loqui autem eum de Conſulatu Claudij & Vitellij, ex ſequentibus liquet: libri enim undecimi initium cum prioribus quinque libris perijt.

Propter egeſtatem exciderunt.) διὰ πενίαν παρῄμβλον. οὐ παρέμβαλεν ſcribo.

Surdinius Gallus.) ζουρδίνιος τις γάλ. Xiphilinus & Zonaras, qui hæc ad uerbum è Dione tranſcripſerunt, Σουρδίνιος ὡς γάλλος legunt.

418. Foſſam à Rheno ad Moſam.) τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μίσου. Μόσου ſcribe. Meminit Tacitus libro undecimo 23. M. paſſuum ſpacio productam dicens: noſter ſtadijs centum & ſeptuaginta, quæ ſunt miliaria uigintiunum, & unus quadrans. Triumphauit tamen nihilominus.) τὴν μέντοι ἐπινίκιον. Malim quidem τιμὰς μέντοι. ſic enim Tacitus: Inſignia tamen triumphi indulſit Cæſar.

419. Vt'que carpento.) ἁρμαγωγεῖν. Suprà folio 467 dixit ἁρμαγωγεῖν: quod malim. Iulio Galico.) Secutus ſum Zonaram: nam apud Dionem & Xiphilinum non ἰουλίῳ, ſed ἰουδαίῳ legitur.

420. In caſtris congregato.) ἐν τῷ στρατοπέδῳ στραφθῷ. συστραφὲν ſcribe, ſicut Xiphilinus. De immortalitate fungo parta.) ἀπαθανάτισιν. melius ἀθανάτισιν. Xiphilinus. Sanè extat hodieq; luſus Senecæ in mortem Claudij Cæſaris, utrum tamen eum Dio hic notet, non facilè dixerim.

LECTORI

LECTORI S.

Hactenus quæ potui cùm fide, tum breuitate, Lector candide, coniecturas & ſententiam meam de multis Dionis locis reſtituendis, aliquando etiam rectius intelligendis protuli. finemq́; iam facturus fuiſſem, niſi recordarer, pollicitum me quandam familiæ ac ſtemmatis Cæſarũ delineationem. Ipſe enim ſenſi, & pleroſq́; experiri puto, eam rem non intellectam probè, multas hiſtoriæ tenebras offundere. Ne quid igitur, mearum partium quod eſſet, deſiderari poſſet, en tibi nunc promiſſum repræſento. Rem per ſe copioſam, uariam, ac labyrinthorum nonnihil habentem, quàm potui, in arctiſſimum coegi: & quæ nõ facerent ad Dionem præſertim intelligendum, omiſi breuitatis ac perſpicuitatis cauſa. Autores ſecutus ſum in primis Dionem, tum Plutarchum, Velleium Paterculum, Suetonium, Corneliumq́; Tacitum: quorum uerba ſingulis locis adduxiſſem, ſi commentarios ſcribere, non indicem inſtituiſſem. Proinde res ita habet.

Genealogiæ Ceſarum à Iulio uſq; ad Neronem breuis & fidelis deſcriptio.


Caio Iulio Cæſari (ei qui primus optimatibus deuictis, Rempublicam in ſuam poteſtatem redegit, Imperatorq́; factus eſt) ſoror fuit, Iulia nomine. Ea nupſit M. Accio Balbo, quo ex coniugio nata Accia, C. Octauij uxor, C. Octauij, (eius qui à Iulio Cæſare adoptatus, C. Cæſar Octauianus, ac poſterioribus temporibus Auguſtus nominatus eſt) mater, ac præterea Octauiæ. Auguſtus (utar enim deinceps illis præſertim nominibus, quibus potiſſimùm unaquælibet perſona nota fuit) è Scribonia coniuge filiam ſuſtulit, Iuliam nomine. Scribonia repudiata, in matrimonio habuit Liuiam Druſillam, Tiberij Claudij Neronis coniugem: quam uterum ferentem, ac iam antè matrem è Claudio factam Tiberij eius, qui Auguſti imperium excepit, abduxit, concedente marito. Hæc tertio menſe apud Auguſtum edidit partu Druſum, qui in Germania rem præclariſſimè geſſit, ibi' que morbo abſumptus eſt. Ex Auguſto nulla proles Liuiæ fuit. Iam Octauia primùm C. Marcello nupſit, ex eo' que filias duas, Marcellarum nomine, & filium M. Marcellum peperit. M. Marcellum hunc ſororis ſuæ filium Auguſtus generum, in matrimonium ei locata Iulia, ſuum fecit. Verùm is iuuenis admodum deceſſit. Marcellarum alteram M. Vipſanius Agrippa uxorem habuit, & ex ea ſuſtulit Vipſaniam filiam: isq́; M. Marcello, ut dixi, defuncto, Iuliam Auguſti iuſſu duxit: quo è cõiugio nati ſunt Caius & Lucius Cæſares (nam ſtatim adoptauit eos Auguſtus, ſicut etiam eorum germanum fratrem Agrippam Poſthumum) itémque filiæ duæ, Iulia & Agrippina. Caius & Lucius Cæſares immatura morte erepti ſunt Auguſto: Agrippa Poſthumus ob morum peruerſitatem relegatus: ac Auguſto recens mortuo, à Tiberio occiſus eſt. Cæterùm Octauia, marito ſuo uita functo, M. Antonio in pacificatione à fratre Auguſto nuptum data eſt: eumq́; duarum filiarum patrem effecit, Antoniarum maioris ac minoris, ſeu iunioris nomine. Mortuo Agrippa, Tiberius, qui antè Vipſaniam eius filiam coniugio iunctam habuerat, ea miſſa facta, Iuliam Auguſti filiam, adoptatus à ſocero, duxit, ſuſcepto iam è Vipſania filio Druſo. Ea Vipſania deinde nupſit Aſinio Gallo, C. Aſinij Pollionis filio: ex his natus Aſinius Gallus, Druſi Tib. F. uterinus: quem ſub finem lib. 3. Tacitus Saloniũ appellat. Porrò Druſus, Liuiæ filius, Tiberij frater, qui Germanici nomen meruit, Antoniam minorem, ſeu iuniorem (ſic enim Suetonius habet, capite primo, in uita Claudij: & ſic Plutarchus in uita Antonij ſentire uidetur: quanquam apud Tacitum libro quarto legatur: Ipſe (loquatur de Cn. Domitio Aenobarbo) electus, cui minor Antonia, Octauia genita, in matrimoniũ daretur. falſò nimirum, pro maior) matrimonio ſibi coniunctam habuit, & ex ea ſuſtulit Germanicum Cæſarem, Claudiũ (qui Imperator poſtea temporis fuit) ac filiam Liuillam. De Antonia altera pòſt dicemus, ac de Claudij coniugijs. Liuilla Druſi Tiberij filia, coniunx fuit poſt mortem Caij Cæſaris, eius quem Agrippa genitum Auguſtus adoptauerat, (huic enim prius nupta fuit) Druſo edidit Tiberium, qui iuuenis à Caligula eſt occiſus, & Iuliam. Hanc Liuillam Tacitus libro quarto Liuiam conſtanter nominat. Germanicus adoptatus à Tiberio, iuſſu Auguſti, eáq́; re nepos huius factus, Agrippinam in matrimonio habuit, M. Agrippæ è Iulia filiam, Auguſti neptem: ex eá que reliquit ſex liberos: filias tres, Agrippinam, Druſillam, & Liuillam, quam & Iuliam uocari ſuperius annotaui. Filios totidem, Neronem, Druſum, ac Caium Caligulam, qui poſt Tiberium imperauit. De huius coniugijs nihil eſt

quod

quod dicamus. neque enim prolem reliquit. Neroni nupta fuit Iulia, Druſi filia, Tiberij neptis: & marito mortuo nupſit Rubellio Blando equiti: (nam Nero & frater per inſidias Tiberij hoſtes iudicati, miſerè perierunt.) interfecta deinde à Meſſalina Claudij uxore, ſicut & Iulia Germanici filia. Hæc M. Vinicio coniuncta fuit, ſtuprata à fratre Caligula, & relegata, ſicut & ſoror Agrippina. Druſilla uxor fuit L. Caßij iureconſulti, ſiquidem Suetonium & Tacitum ſequimur. nam Dio M. Lepidum eius maritum dicit. Agrippina autem, harum ſoror, coniugio copulata fuit Cneo Domitio, filio L. Domitij & maioris Antoniæ, nepoti eius Cn. Domitij, qui uictis Bruto & Caßio aliquandiu mare infeſtum claſſe ſua uictoribus reddidit, ac tandem ſe cum Antonio coniunxit. Hanc Agrippinã poſt coniugia trium uxorum tandẽ Claudius, patruus ſanè eius, Imperator uxorẽ duxit, filiumque eius è Cneo Domitio, adoptauit: qui Nero Claudius Cæſar, Imperator patri ac uitrico & ſocero ſuo (nam filiam ſuam Octauiam, ex Meſſalina genitam, Claudius Neroni collocauit) ſucceßit: atque in eo defecit genus Cæſarum. Hoc obiter monendi ſunt rudiores, in legendis ſcriptoribus harum hiſtoriarum, ſæpenumero etiam reſpiciendum eſſe ad adoptionem: ut cùm Germanicus nepos Auguſti dicitur, uel Agrippina (Neronis mater) neptis Tiberij. Sed quoniam omnino hoc laboris in gratiam ſtudioſorum ſuſcepimus, typum quoq; ſubiungam, in quo hæc quæ recenſui ob oculos poſita facilius memoriæ hæreant. In quo typo id curaui, quod ab alijs neglectum, multum obſcuritatis rei adferre intellexeram, ut totum genus per ſuos gradus accuratè diſtinguerem: ita, ut ſi uelis duas perſonas aliquas inter ſe comparare, ſtatim uidere liceat, quot inter ſe gradibus diſtent. Ductus linearum duplicium, coniugia: ſimplicium, liberos indicat. & numeri coniugijs additi, maiuſculi maritorum, minores uxorum indicant ordinem.

Sequitur figura genealogiæ Cæſarum.

GENEALOGIAE CAESA[R]
À IVLIO VSQVE AD N[E]-
ronem, breuis delineatio.



[redacted] [redacted] AVGVSTANI IN IOANNIS XIPHILINI EPITOMEN è Dionis hiſtoria, Annotationes.

LECTORI CANDIDO S.

QVòd emendaui multis in locis translationẽ huius Epitomæ, nemo debet exiſtimare, factũ à me eo conſilio, quòd in aliorũ lucubrationes curioſius inquirere, aut alienæ laudi detrahere ſtatuerim. non enim is ſum, qui repræhendendis alijs me oblectare aut uelim, aut debeam: neq; tantũ mihi à meis rebus eſt ocij, ut ſuperuacaneis id laboribus impendendum habeam. Sed cùm librum hunc cum Græco exemplari contuliſſem, quod erat mei (ut qui mihi Dionem, quantũ poſſem, illuſtrandum ſumpſiſſem) officij, offendiſſemq; compluribus in locis aliter à Xiphilino & ipſo Dione, quàm ab interprete ſcriptum: putaui me cum bona eius uenia id poſſe efficere, ut Xiphilini genuina uerba lectores haberent. Itaq; ut caſtigaui uerſionem eius, ita hic nõnulla loca, equidem de plurimis perpauca, annotare opus habui. quibus euidens fieret, nec curioſè, nec malignè, ſed optima fide me hoc negocium tractaſſe. Quod omne ita accipiendum eſt, ut non uoluiſſe me de exiſtimatione interpretis diminutionem facere: ſed potius ea, in quibus opera ipſius potuiſſet requiri, candidè adijcere, intelligatur.

Folio 427. Quaſi fulmine conſternatus.) ὥσπερ ἐμβρόντητος in Græco ſcribe, non ἐμβρόντητος, Vox eſt ἀπὸ τῆς βροντῆς, à tonitru deducta, ideo aduerbium ſimilitudinis ὥσπερ additum. Principatum in repub. affect.) τὴν πολιτείαν ἄγειν ἠξίου. ἀξιοῦν poſtulare ſibi aliquid crebrò ſignificat. ἄγειν τὴν πολιτείαν eſt, primas in republica gerere partes. Qui erant ad alas.) ἐφονεύετο μὲν τὰ περιέχεται, mendoſè, pro περιέχοντα: niſi περὶ τὰ ἔχεται malis. Sed prior lectio eſt Dionis, ideoq; uerior.

428. Sed Hyrcanum nihili facit, Ariſtobulum in uinculis habet, poſtq.) Hic locus unus eſt ex ijs, qui maximè emendationem deſiderabãt: quia contrarium Xiphilini uerbis ſenſum continebat. Interpres ita habuit: Sed ut Hyrcanum nihili facit, ita Ariſtobulum ueretur. Verum poſtquam, &c. In Græco etiam legitur incommodè: τὸν μὲν οὖν Υρκανὸν οὐδενὸς λόγου ἀξιώσας, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δείσας. οὖν abundat. Sed δῆσαι non eſt uereri, uerùm ligare, à uerbo δέω, à quo δεσμὸς uinculum deducitur. δείσας autem per ει, eſt φοβηθείς. Porrò, in Græco, ταῦτα, τὰ ἱεροσόλυμα, ita ſcribe: ταῦτα. τὰ δὲ ἱερὰ. Sed & hæc, & totam hanc periodum malè extulit interpres: hoc mendo, ut opinor, ſeductus. At Dionem legenti, nõ eſt obſcura. Ariſtobulus captiuus abducitur.) ἀνῄχθη. Interpres, Sublatus eſt. ἀνάγεσθαι dixit, quòd Romam abductus ſit Ariſtobulus. δῆσαι. δήσας.

430. Quadringenta ſeptuaginta.) Interpres, ſexagintaſeptem. Cæterùm numero ſtadiorum, qui eſt 3750, denarius deeſt, quo minus per 8 diuiſus, 470. exhibeat.

431. Et Hiſpaniam ferè omnem.) Iberniam interpres, cùm ſit in Græco Ἰβηρίαν, quod eſt nomen Hiſpaniæ à flumine Ibero. Itaq; Dio etiam quodam loco τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν dixit, pro Hiſpania. Et per Celticam, intellige Germaniam. Populiq; fauorem captat.) τὴν πόλιν ἐδημαγώγει. δημαγωγεῖν non eſſe idem quod Rempub. adminiſtrare, (ut uertit Blancus) ſatis notum eſt. Hinc δημαγωγοὶ dicti.

432. Memoriæ hominum com. ſemp. &c.) ἀείμνηστον τὸν αἰῶνα. ſcribo ἀείμνηστον.

433. Nullo magno momento.) Βραδεῖαι μάχαι ſunt, non quæ ſerò (ut erat hic uerſum) committuntur, ſed quæ non ſtatim uictoriam alteri parti, & finem bello adferunt. βραδεῖα μάχη. Itaq; permultis ſuorum amiſsis.) Blancus: Ipſe eos confertim trucidat. συχνοὺς ἀπέβαλε. Eſt autem ἀποβάλλειν amittere, ἀποβάλλεσθαι abijcere: quam differentiã poſſem ſexcentis ſcriptorum locis confirmare, niſi ante nos id alij docuiſſent. Itaq; malè interpres contrarium ſenſum poſuit, cùm ex ipſa hiſtoria conſtet, Cæſari tum cladem fuiſſe illatam. Mox: Tanq; confecto iam bello.) ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. Eſt aũt διαπολεμεῖν non prælio aliquo uincere, ἀποβάλλειν. διαπολεμεῖν.

ſed totum bellum con[illegible] ellare [illegible] ita dij.

434. Cleopatræ imperio ſubiecti ſunt.) Se dediderunt, *interpres. Atqui* παρεδίδοσαν *eſt paſſiuum, & ſic ſenſus ipſe docet.* Poſt: Vindictam,) τὰ ἐπίχειρα. Interpres,

ἐπίχειρα. Ea quæ in promptu ſunt. Nō rectè. ἐπίχειρα *præmium ſignificant, & id quod propter aliquod factum tribuitur alicui. eſtq́; μέσον uocabulum, hoc eſt, è numero eorum, quæ in bonam & malam partem ſumuntur. In malam hic accipitur, ut & apud alios, & in hoc Aeſchyli eleganti dicto:*

τοιαῦτα μέν τοι δὴ ἀγαν ὑψηγόρων

γλώσσης, προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίνεται.

In ipſa octaua die.) *Erat:* Is intra illos octo dies. *Sed eſt in Græco,* ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. *Aſteriſcum adieci, quia menſis nomen deeſt.* In ſuam poteſtatem redegit.) προσεποιήσατο. *Interpres,* Gloriatus eſt. *quaſi uerò* προσποιεῖσθαι *tantum ſimulare ſignificet, & non ſæpius Dio ita uſurparit, ut ego uerti.*

435. Nam eæ ultrò.) *Interpres hæc uerba ad Domitium Caluinum incōmodè retulit, cùm de Athenis ſint accipienda. Sed error Græci libri eum fefellit, ubi eſt falſò* προσχωρήσας, *ſcribendumq́;* προσχωρησάσας. Nemini obuio parcentes.) μηδὲν φειδόμενοι, *falſò: pro* μηδενός, *quod impoſuit ipſum etiam inter, reti.*

436. Satis infamauerit.) *Interpres,* Magnis laudibus extulerit. *In Græco eſt uitioſè* ἐπαινῶσι, *pro qua uoce è Dione reſtituo* ἐκκλονήσωσι, *quod infamare ſignificat.* Magis irrideb.) γέλωτα * προσωφλίσκανεν. *Tolle aſteriſcū, & lege, ut habet Dio:* γέλωτα προσωφλίσκανον. *Et mox: pro* δῆμος, *repone* δήμου.

437. Bogud.) Βογόνας *malè eſt in Græco, quod ſecutus eſt Blācus. Corrige, ut ſit* Βογούας.
Sororis nepote.) ἀδελφῆς. *ſcribe* ἀδελφιδῆς. *qua de re apud Dionem dixi.*

438. Cincturæ laxitatem.) *Interpres,* Molliciem corporis. *malè enim legebatur hic* σώματος, *pro* ζώματος. Poſt: Rebus fractis. *Idem,* Imprudēs. σφαλεὶς *in Græco.*

439. Suſpicionem attulit.) ὑποπτεῦσαι *ſcribe, non* ὑποπτεύεσθαι. Septuaginta quinq; denarios.) ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ. καὶ πέντε *addendum è Dione.* Poſt: *λαμεῖσαι* τῶν θάψαι. *pro* τῶν *pone* καὶ.

440. P. Seruilius.) Πλάσιος Σερβίλιος. *ſcribe* Πόπλιος. *Dio.*

442. Deinde Vibium uenientem.) *In Græco etiā mendoſè fuit* ἰόνιον, *pro* οὐίβιον.

445. Edito ſcripto eam rem.) ἐξέθηκε γράμμα. *Interpres incōmodè, & hiſtoriæ inconuenienter,* Literam de ſuo nomine detraxit.

446. Ionium mare.) Ganium flumen *erat hoc loco, ſed uitio Græci codicis, ubi malè* γάνιον *pro* ἰόνιον *legebatur: quod patet etiam ex Dione.*

447. Inundatione repleuit.) κατέκλυσε *eſt hîc etiam apud Dionem, & id ſenſus requirit.* κατέκλεισε *legiſſe uidetur Blancus.*

449. Eorum copiæ atq; ſpes contrariæ erant.) ἀντιπάλους *eſt in Græco: quod ſignificat,* ἰσοῤῥόπους ἤγουν φοβερούς, *æquales uiribus.*

452. Tum quòd imperiti uadorum.) *Totus hic locus parum aptè fuit antè conuerſus.*

ἐξοχὴ. *In Græco eſt* πρὸς γῆν βραχὺ ἔχουσαν, *omiſſum ab interprete. His autem uerbis uada intelliguntur, et ea loca, ubi aqua minus alta, impingere naues fundo, & ſubſidere poſſunt. Hæc enim ſunt* βραχὺ *Græcis, quo modo frequenter omnes loquuntur. ut Polybius lib. 1. de Romanis, Annibali Rhodio exitum in portu obſtruentibus:* περὶ δὲ ἕνα τόπον, ἔχοντα βραχέα, συνέσχωσι χῶμα. *Vergi-*

Vergilij locus *lius eleganter & uocabulum hoc, & ſignificationem 1. Aeneid. extulit, ſcribens:*

— tres Eurus ab alto
In breuia & Syrtes urget, (miſerabile uiſu)
Illiditq́; uadis, atq; aggere cingit arenæ.

Idem in 10. Aeneid.

— multi ſeruare recurſus
Languentis pelagi, & breuibus ſe credere ſaltu.

453. Agitareq; eum cū Sexto occulta colloquia.) *hoc enim eſt* κοινολογεῖσθαι, *referturq́; ad Lepidum.*

Vixitq;

454. Vixitq́ in Italia non ſine cuſtodia.) *ἄνευ φυλακῆς: idq́; ſecutus eſt Blancus. Scribendum autem οὐκ ἄνευ φυλακῆς, id & hiſtoria requirit, & habet Dio.*

459. Sororis ſuæ filiam.) *ἀδελφὴν eſt in Græco, & Blancus id non rectè ſecutus eſt. Scribendum ἀδελφιδῆν: fuit enim Agrippæ uxor Marcella, Octauiæ filia.*

460. Profligata è repub.) *δημοτικὸν non ad Romanos, ſed ad regium & dictatoriũ nomen referri oportet.*

461. Non dico Dionis nomine.) *οὐκ ἔτι ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεύς. Si ita ſcripſit Xiphilinus, (quod non puto certè) turpiter errauit, Diones confundens. Dio enim noſter longè fuit alius à Pruſæo Dione, qui Chryſoſtomi nomen geſſit: ut etiam Suidas demonſtrat. Itaque ὁ Προυσαεὺς aut dele, aut ὁ Νικαεὺς ſcribe.* Diones duo.

462. Quibuſdam ludis.) *ἐν πανηγύρει τινί. Blancus non rectè hic, & ſæpè aliàs, mercatum uertit.*

463. Sed oportebat nimirum.) *Hic unus eſt è numero eorum locus, quos mutaſſe me nõ temerè, ſed neceſſariò, facilè quiuis eruditus intelliget.* Multa in Cæſarem maledicta iáceret.) Vt res poſtulabat, diceret. *ſic Blancus, falſam lectionem ſecutus, quæ hic eſt ὑποτείνεσθαι pro οὐκ ὑποτείνεσθαι. Sic autem habet Dio, eſtq́; ἐκπεπληκέναι ὡς ἵνα μὴ ὑποτείνεσθαι, obtrectare, maledictis inceſſere. Mox in Græco etiam Elephantina regio, χώρα, dicitur, cùm ſit apud Dionem πόλεως, urbis nomen: idq́; rectè eſſe, teſtantur Geographi.*

465. De Vedio uerò Pollione.) *οὐδὲ Ῥωλίων, malè. ſcribendũ οὐδὲ Πωλίωνος. ſic Dio, ſic Plinius, Tacitusq́;.*

466. Neq́ tamen uim S.C.) *Locus hic fuerat peruerſus, eſtq́; in Græco uitioſè καὶ αὐκτὼς, pro αὐκτωρίτας ſcriptũ. Si rectè intelligatur, plurimũ lucis adfert bonis autoribus, apud quos non perinde, ut hic, perſpicuè inuenies, Senatuſconſultum ab autoritate quid differat.* Cæterũ, id factum eò recidit.) *Locus neceſſariò emendatus.*

468. Iram domi ſuæ.) *οἴκοι αὐτὸν κατασχεῖν. αὐτὸν ad θυμὸν refero, propter uerbũ κοινῶσαι.* Tamen in gratiam red.) *Confuſè hæc prius habebant.*

474. Nam Germani quantiſper paulatim.) *Κελτοὺς Germanos, Κελτικὴν Germaniã eſſe, monuimus antè. κατὰ βραχὺ & ὀλίγον, ſignificat non breui tẽporis ſpacio: ſed paulatim, ſenſim, & quaſi furtiuè. Et μετὰ φυλακῆς, cautè ſignificat. Totus locus deſiderabat emẽdationẽ.*

475. Vtriq́ ne ſententiam diceret.) *μηδ᾽ ὅτι αὐτῶν εἰπεῖν. Locus deprauatus Blancũ ſeduxit. μηδέτερον ſcribe, cum Dione.*

478. Quòd ſi id in Tiberio.) *Locus hic totus contrà quàm eſt in Græco, erat in Latino.*

480. Interdum palàm.) *ἄντικρυς. quod non contrà, ut habet Blancus, ſed apertè eſt.*

481. Sæpiſſ. ad ſpectacula.) *θυσίας. ſed Dio habet θέας.* Hoc enim illudens ei dicebat.) *Blancus:* De quibus mordere ſe atque repræhendere uidebatur. *Non rectè, ſed & in Græco perperàm legitur: ἵνα αὐτάγγελος ἐκεῖ τῷ αὐτῷ εἴη, καὶ ἀποσκώπτων, εἶπε, γένηται. Rectius apud Dionem eſt: ἵνα αὐτάγγελος αὐτῷ, ὥς που καὶ ἀποσκώπτων, εἶπε, γένηται. Similis eſt ſarcaſmus Pyrrhi apud Vergilium in 2. Aeneidos, qui Priamum obtrectantem ſibi, & exemplum patris Achillis obijcientem, occiſurus:*

—referes ergo (inquit) hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori.—

Trecenis nummis.) *κατὰ τριάκοντα καὶ ἑξήκοντα. & ſic etiam apud Dionem, cùm ex ſuperioribus liqueat, ἑβδομήκοντα ſcribendum.*

482. Magnam hominum manum.) *Pecuniam Blancus. Sed πολλοὺς hic eſt, ut intelligi opus ſit ἀνθρώπους, id quod hiſtoria uult.*

486. Nec templum quod Auguſto.) *ἡρῷον non ſepulcrum (ut uertit Blancus) eſt, ſed templum, quod deo Indigeti ſeu Heroi poneretur: hoc eſt, homini in deorum numerum relato, κατὰ τὸ ἥρως.*

487. Nactus occaſionem, adortus eſt.) *καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. Eſt autem ἐπιτίθεσθαι, adoriri aliquem.* Pòſt: Miſſusq́ prætor qui eum.) *Verba in Græco deprauata*

ſecutus fuit interpres: quæ ſi è Dione, ut & multa alia, emendaſſet, melius Xiphilino conſuluiſſet. Scribi autem debet pro στρατηγήσαντά τε, στρατηγὸν τὸν ἡσσοντά τε. & *pro* ἐξουσίαν αὔξοντα, ἡμισίαν ἄξοντα. & *deinde ad* καθ' ἓν, *adyciendum* ἔθνος.

490. Prius à carnifice uitiata.) προδιαφθαρείσας ὑπὸ τοῦ δημίου *lege, non* δήμου: *quod impoſuit Blanco.*

493. Ac ſenator factus eſt, &c.) ὑπατεύων ἅμα καὶ ἰβασίλευσεν. *ſcribe* ἰβούλευσεν.

497. In littore inſtructis militibus.) ἐν τῷ οὐιένι παρατάξας *eſt in Græco: quod ſecutus eſt Blancus. Atqui ſcribendum,* ἐν τῷ ἠιόνι. Caſsium Becillinum.) *Blancus Melinum. In Græco eſt* Βετιλλῖνον, *apud Dionem etiam. Ego* Βεκιλλῖνον *ſcriberem: hoc enim eſt cognomentum Caſsiæ familiæ. Et Sp. Caſsius, qui propter affectati regni ſuſpicionem perijt, (quæ hiſtoria eſt apud Liuium libro ſecundo ab V. C.) diſertè Becillinus à Cicerone in Lælio nominatur. Num Becillinum (inquit) amici regnum appetentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt? Suprà autem dixerat: Quis autem eſt, qui Tarquinium Superbum, qui Spurium Caſsium, Spurium Melium non oderit?*

Ciceronis locus. Becillinus.

502. Cæterùm Meſſalina apud ſe Mneſterem habebat.) Μεσσαλῖνα δὲ τὸν Μνηστῆρα ἐρῶσα. *Blancus* μνηστῆρα *commune nomen putauit, ideoq́; amatorem uertit: quaſi uerò procus & amator idem ſint: quorum prior Græcis eſt* μνηστήρ.

503. Quod cum Claudius audiuiſſet.) *Peruerſus fuit hic totus locus antè.*

508. Non ergo percuſſor Neronis ſeipſum iam uita ſpoliauit?) οὐκοῦν ἤδη Νέρωνα τύψας, αὐτὸν κατεχρήσατο. αὑτὸν *ſcriberetur melius: eſt enim ad Montanum referendum: quod non ſenſit Blancus. Hoc autem reſponſo effecit Nero, ut Montanus ſibiipſi manus afferret. Addam Taciti uerba de libro decimotertio: Iulius quidem Montanus ſenatorij ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet, congreſſus fortè per tenebras cum principe: quia uim tentantē acriter repulerat, deinde agnitum orauerat, quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt.*

513. Nauigationem tentare periculoſum eſſe oſtendimus.) *Blancus:* Contra eos magna & metuenda claſſe cōtendimus. *Atqui neq; in Græco eſt tale quicquā, neque in hiſtoria.*

Taciti locus.

516. Tigellinum'que Sophronium, &c.) *Is apud Tacitum libro decimoſeptimo Ophonius Tigellinus legitur, mendoſè nimirum, pro Sophonius. Et fortaſsis hic* Σωφώνιος *ſcribendum.*

519. Quanquam Patauij in patria.) *Interpres:* Quanquam in Potamia patria: *ſecutus mendam Græci codicis, ubi pro* Παταβίῳ *legitur* Ποταμίᾳ. *Pro* Quanquam *autem, ſcribendum docet ſenſus,* Et quòd. *Liquet ex his Taciti uerbis, lib. 16. Eaq; offenſa altius penetrabat, quia idem Thraſea Patauij, unde ortus erat, ludis Ceſticis à Troiano Antenore inſtitutis, habitu Tragico cecinerat.*

521. Nero currum agitans, acus pictus erat.) *Plagam accepit, abſurdè hic erat poſitum.* ἐν ἐσικτῷ *eſt in textu.*

523. Et Sabinæ nomen iam gerente Sporo.) μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου. *non, Sabina & Sporo.*

ἐπιπολάζειν

528. Qui ſub Nerone ualuerant.) ἐπιπολάσαντων. *At* ἐπιπολάζειν *non eſt (ut uertit Blancus) ex obſcuro clarum euadere: ſed ualere, eſſe in aliqua autoritate & noticia. Hinc apud Ariſtotelem etiam non uno in loco* δόξαι αἱ ἐπιπολάζουσαι *dicuntur, eæ opiniones ſiue ſententiæ, quæ præ reliquis ualent, & in aliquo numero habentur.*

535. Nam uentre obeſo.) *Hic enim eſt* γαστρώδης, *non immenſæ gulæ.*

537. Ita hi maledicendi libidinem ſuam, qua ſemper laborarunt, abundè explebant.) *Addendum eſt his:* Etiam uitæ periculum temerè ſubeuntes. *quo uerbum* ἐθελοκινδυνοῦσιν *exprimatur: quod inter emendandum feſtinantem latuit.*

Non

Nam Blancus mirificè hunc locum extulit: Quæ cùm temerè dicerent, eadem petulantia, qua diſcedebant è uita, inferos explebant. In Græco eſt: καὶ οἱ μὲν οὕτω, τότ᾽ ἐξεψυχαγώγουν, καὶ τῇ ἀσελγείᾳ, ὑφ᾽ ἧς ἐπέπροτε κακῶς ἀπαλλάττοντες, ᾅδην ἐνεφοροῦντο. ἀπαλλάττειν, eſt id quidem mori apud Græcos, ſed uocabula, ἐάν πως κακῶς, hanc ſignificationem non admittunt, ne dicam ſenſum ab ea abhorrere. Porrò autem κακῶς ἀπαλλάττειν, eſt malè habere, laborare. ut apud Polybium: ὡς ἀδελφοὺς ἤδη οἱ Τελάμωνες, καὶ περ κακῶς ἤδη ἀπαλλάττοντας. Et in Apologo de cauda, draconem totum ducere uolente, apud Plutarchum initio Agidis: αὐτήν τε κακῶς ἀπαλλάττειν, καὶ τὰ περὶ τὴν ἡγεμονίαν. utor enim exemplis quæ potiſſimum ſuccurrunt. ᾅδην autem, & ᾅδην (quod inferi ſignificat) diuerſa ſignificare, uel pueri ſciunt. Et ἐμφορεῖσθαι, ſignificat ſeipſum explere, à cibo & potu ſumpta metaphora hoc loco. dicimus enim, ἐμφορεῖσθαι κρεῶν, οἴνου, &c. κακῶς ἀπαλλάττειν.

538. Cum Veſpaſianus uidens Imperatorem.) Peruerſa hæc fuere antea. Manifeſtato, cum feliciorem quàm uirtuoſiorẽ fuiſſe.) ἐλεγχθείς, &c. ὅτι δ᾽ εὐτυχίᾳ πλέονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο. quæ incommodè erant reddita.

541. Dum in ſe coit.) συνίζειν eſt, non uicinum eſſe, ſed coire in ſe. Hinc συνίζησις figura apud Grammaticos.

545. Poſtremò puer ille, qui antè dæmonem repręſentauerat, &c. oblatus eſt.) καὶ τέλος ὁ παῖς ἐκεῖνος τὸ δαιμόνιον. Eadem eſt locutio, quæ ſuprà 523. μετὰ τῆς Σεβίνης τοῦ Σπόρου: quod ſefellit interpretem. Cæterùm, in Græco poſt κεκοσμημένος, deeſt aliquid, ut εἰσῆλθε, aut εἰσεκομίσθη..

547. Etſi nepos eius erat.) Hic locus peruerſus eſt: quem quia inter emendandum non animaduerti, nunc tamen ſcias ita legendum: Etſi propinquũ ſuum, quiq́ Flauiam Domitillam, Domitiani conſanguineam, uxorem habebat, morte, &c.

548. Et à Domitiano ad terram.) Peruerſa hæc erant mirum in modum.

549. Seras philoſophus.) Merula, qui hæc antè uerterat, Suras legit.

552. Sed Decebalus Longino.) Locus antè contrario ſenſu editus. Quod fortè nactus erat.) φαρμάκου εὐπορήσας. Blancus: Cuius ei magna copia erat.

555. Quòd ſi is halitus.) Hic locus eſt eorum è numero, quos emendare opus habui.

556. Aelio Adriano.) Scribe cum Xiphilino, P. Aelio Adriano.

560. Claudianopolim.) Scribe Claudiopolim. Κλαυδιούπολιν.

561. Cuniculis muniebant, & mœnibus.) Pro cuniculis, ineptè erat pabulis. neq; eſt cur demonſtrem, ὑπονόμους eſſe cuniculos.

564. Præterea ferunt diducto montis.) Hic locus peſſimè habebat antè. quod intelligent ſtatim, qui conferent.

566. Idq́ etſi propterea uiſus eſt dicere.) Et hæc contrario, aut nullo uerius ſenſu antè legebantur. In Græco quoq; non ſatis conſtant. αὐαδγυδρὰδα quidem legendum, ὑφῇ.

571. Nam ea tum accidit rerum.) κατακλυσμὸν in Græco eſt, uox ſuſpecta mendi. Interpres reliqua non expreſſit.

572. Cardianum.) Mox Cordianum dicit, alterutrum falſò.

580. Pertinax autem Afer erat natione.) Et hoc mendum hic emendabo, quod antè properantem me fefellit: ἦν δὲ ὁ Περτίναξ Λίβυς ἐξ Ἄλβας Πομπηΐας. Pro Λίβυς, ſcribe Λίγυς. & pro Afer, Ligur. Alba enim Pompeia, urbs eſt Liguriæ, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. Et Herodianus Pertinacem diſertè Italum nominat.

583. Dicebantq́ Iuliano.) λεγόντων ὅτι τε Ἰουλιανὸς, &c. Ita ſcribe, λεγόντων τῶν τε Ἰουλιανῷ, ὅτι Συλλ. τοσ. δεῖ, τί οὖν σὺ πράττεις; Non equidem ſeruilibus animis.) Sub iugum ſeruitutis miſſi, uertit Blancus: neque animaduertit particulæ οὐχ ὅτι, non, cùm ſignificet non modò non, & reddatur ei ἀλλὰ καί. Idem ἀγόμενοι paſſiuè uertit, cùm ſit medium, & actiuè ſignificet.

596. In his ſeptem turres à portis Thracijs.) *Totum hunc locum longè elegantiſsimum, ita peruerſum inueni, ut non potuerim non denuò uertere.*

594. Cuius cædis cauſam imputauit militibus.) *καὶ σοί του τὸν φέβον. Legendum φόνον, non φέβον: quæ falſa uox interpretem decepit.*

602. Criminari ſolebat incontinentes.) *καὶ ἐνεκάλει μὲν τοῖς μὴ φρονοῦσιν. σωφρονοῦσιν ſcribe. & pro ὅσαι πλεῦσαι, ὅσαι πλεῦσαι. reliqua malè erant uerſa. Neq; enim γραφαὶ ſunt cædes, ſed accuſationes. & ἐπεξελθεῖν τῇ γράφῃ, non eſt incidere in accuſationem, ſed perſequi iudicio crimen.*

611. Opportunè te uidimus.) *διὰ χρόνου. Diu te non uidimus.*

612. Sed multo plures equitum.) *Blancus hæc male ad Macrinum retulit.* Accelerauit ei mortem cancer.) *ὁ καρκῖνος, non eſt proprium nomen.*

617. Ad regionem Chalcedonenſium.) *πρόσεχε μὲν τῇ Καρχηδονίᾳ. legendum Καλχηδονίᾳ: eſt enim Chalcedo Byzantio propinqua, Carthagine remotiſsima.*

619. Iuppiter è multis.) *Verſus ſunt Iliadis libro undecimo.*

Annotationum in Xiphilinum Finis.

RERUM ET UERBORUM IN DIONIS ET XIPHILINI HISTORIA

Memorabilium INDEX.

A

ACeronia, Polla.
Achillas præfectus exercitus Ægyptiaci, Pompeium necat. 115 contra Cæſarem bellum mouet. 125 eius obitus 126
Acilius. Manius M.
Acilius Glabrio Coſ. 546 perit 547
Acropolis urbs Iberiæ 18
Acte à Nerone amata 507
Actium, & eius ſitus 262. inde
acubus ueneno oblitis graſſatũ 546. 575
Adana urbs Cilicum 213
adoptionis ius 506
adoptionis lex 199
adoptati nomen mutant 347
Adra princeps belli Belgici 57
Adraſte culta Britannis dea 514
Adrianus fit Imperator. 557 Natales eius. ibid. eius opera. 558. 561 In ferendis liberè dictis uirtus. 556 diſciplina militaris ibid.
Adriani pietas. 560 artes quibus uteretur ibid. (552
Adrianus cur pontem Traiani deiecerit
Adrianus Chriſtianis fauit. 564 primus Cæſarum barbam aluit. 553 mors eius 563
Adriani uenationes, urbs 560
Adrumeto repulſus Cæſar 131
Aduatici à Cæſare uicti 58
in Adulteros lex Seueri 602
adultero parcit Auguſtus 326
Ædiles prius quàm Quæſtores cõſtituebantur 59
Ædiles ſex cõſtituti, quorum duo Cereales 148
Ædilib. incendiorum cura iniuncta 315
Ædilis curulis plebeio Ædili ſuccedit, 318
Ædiles lecti ſorte ex Quæſtorijs 346
Ædilium curuliũ comitijs tumultus ortus 69
Ægæ Cilicum urbs 212
Ægyptus tributaria P.R. fit 279
Ægyptiorum latronum rebellio 566
Ægyptiorum numina 126
apud Ægyptios reges frater ſororem ducit. ibid.
Ægyptiorum cõtra Cæſarẽ ſeditio ibid.
Ægyptia ſacra Romæ prohibita 322
Ælia Capitolina urbs 564
Ælia Catula ſaltat 514
Ælianus, Caſperius.
Æelius, L.
Ælius, P.
Ælius, Q.
Ælius Seianus, L.
Ælij Saturnini interitus 378
Ælius, Sex.
Ælij Valerij Largi in Arabiam Felicẽ expeditio 317
Ælix, Aurelius.
Æmilianus, Lamia.
Æmilianus Nigri legatus 587
Æmilius, Lætus. 577
Æmilius, uide M.
Æmil. Paulus, L.
Æmilius Rectus Ægyptũ expilans, à Tiberio notatur 372
Aenobarbus, Domitius.
Æqualitatis in repub. laus 287
æquitatis aliquando, non iuris habenda ratio 158
æquanimitas Luculli 13
ærarium Cæſaris aliud, aliud Reipub. 316
ærarij militaris initiũ, eiusq; adminiſtratio 346
ærarij procuratio ad Ædiles & Prætorios delata 147
Æſar. Deũ lingua Hetruſca ſignificat. 360
Æſculapij lucus 275
Æſerninus, M. Marcellus
Æthiopum in Ægyptum irruptio 321
Ætoli Cæſarianos iuuant 109
Afer, Domitius.
Afranius, uide Lucius
Afranius P.
Africa uetus & noua 134
Africa in duas præfecturas diuiſa 401
Africa ut in poteſtatẽ Seſtij, Phangonis, iterumq; Seſtij, & Lepidi tandem uenerit 227. inde
Africa Octauiani Cæſaris fit 246
Africanus, Fabius.
Agarenorum defectio 556
Agricola, Cæcilius.
Agricola Iulius in Britannia fuit 70

Agrippa, Aſinius.
Agrippa, Eluius.
Agtippa frater Berenices 539
Agrippa Haterius
Agrippa Herodis nepos 394
Agrippam Palæſtinum Claudius honorat 409
Agrippæ filius Agrippa Poſthumus 332 uirilem togam ſumit. 345 eius morũ improbitas, utq; relegatus fuerit 349 iuſſu Tiberij necatur 766.369
Agrippa rex, Caij crudelitatis præceptor 402
Agrippa, Vibnlenus.
Agrippa, Vipſanius Marcus.
Agrippina Germanici uxor. 370 eius interitus 388
Agrippina Caij ſoror, ab eo & M. Lepido ſtuprata perit 402
Agrippina à fratre Caio relegata, reducta à Claudio 407
Agrippina Germanici F. Claudio nubit. 418 auaricia eius, & potẽtia. ib. Claudium ueneno necat 419
Agrippinæ Neronis matris dictum inſanum 506
Agrippina à filio Nerone occiſa 509
Aiacem de Scauro facit Tiberius 389
Alabanda 229
Albani populi. 17. 19 à Canidio Craſſo nicti 250
Albinus D. Bruti cognomentum 152
Albini præfecti Britanniæ res geſtæ contra Iulianum 584
Albinus Lupum uincit. 592 uictus à Seuero, uita ſe ſpoliat 593
Albis fl. 336
Alchaudonius 1
Alchaudonij Arabis fides lubrica 80
Alchaudonius Arabs Baſſum adiunat. 212
Alexia à Cæſare obſidetur 86
Alexãder Antonij & Cleopatræ filius. 252 Iotape ei deſpondetur 257
Alexander Commagenus necatur 249
Alexander Iamblichi frater in triumpho ducitur & necatur 272
Alexander Iulius
Alexandri ſtatua Gadibus uiſa Cæſar gemuit 34
Alexandri Magni corpus uidit Octauianus 279
Alexandri Magni thorax 399
Alexandri monumentum Seuerus occludit 594
Alexãder Mamææ filius, antè Baſsianus, adopratur ab Heliogabalo. 617 Imperator fit 618
Alexandrinorum ingenia 72
Alexandrinis quando permiſſum Senatoribus eſſe 279
Alexandrinis cur pepercerit Cæſar Oct. 279
Alexandrini Veſpaſiano infenſi. 537 & dicaces, à Caracalla miſerè afflicti. 609
Alexandrinns annus 140
Alfenus, P.
Alienus Vitellij dux & Conſul 533
Alienus in Veſpaſianum coniurat 539
Aliſo fl. 333
Allobroges ſubacti 32
Alma mons 348
Alpes maritimæ 330
Alpes Tridentinæ 328
Amanus mons, & eius portæ 235
Ambiorigis Eburonis perfidia in Romanos 76
Ambiorix Treuiris defectionis autor, eiusq; fuga 83
Ambitus lex 326
Ambracius ſinus 261
Ambrones 161 & 266
Amicitiæ ut uulgò parentur. 30. 42 quibus rebus in inimicitias cõuertantur. 63
Amiſus à Pharnace capta, direpta, pnberibus cæſis 128
Amiſenis libertas donata à Cæſare 128
amor uerus in qno ſit 102
amphitheatrum 139
amphiteatrum Statilij Tauri 283
Amyntas Deiotari dux, à Bruto deficit 219
Amyntas Galatiæ &c. regulus fit 252 Antonij contra Cæſarem ſocius 262 uenia eum Cæſar proſequitur 272
Amyntæ mors 316
Ana fl. & eius mirum 107
Anderij ad Salonas caſtri expngnatio. 355
Anicetus cædis Agrippinæ adminiſter 510
animo niſi bene ſit, corporis bona nihil proſunt 44
ãnimi & corporis bona, & collatio utriuſq; 44. 343
Anneus Cornutus uir doctus 520
Anneus, Seneca.
Anneus, Verus. 563
Annius Vinicianus Claudio perniciem ſtruit,

ſtruit, & perit 411.412
Annius exul 74
anni emendatio, Cæſaris 140
annuli geſtandi honor 237
Antigonia 82
Antigonus Palæſtinæ rex 235
Antigonus rex Iudæorum ſupplicio afficitur ab Antonio 249
Antimachus Homero prælatus ab Adriano 558
Antinoea urbs 560
Antinous charus Adriano ibid.
Antiochia 82 Dolobellæ reſiſtit. 212 terræmotu afflicta 554
Antiochus 235
Antiochus Cilix 608
Antiochus Commagenæ rex 2
Antiochus Commagenus cum Antonio paciſcitur. 249 Romæ capite plectitur 303
Antiocho Cõmagene reddita 394.409
Antiochus rex Caij crudelitatis magiſter 402
Antiſtius, C.
Antiſtij Labeonis cõtra Auguſtum factũ ac dictum 326
Antonia Caligulæ auia, Auguſta dicitur 39 eius in filiam Liuillá ſeueritas. 384
Antoninus Caracalla, Seueri filius, Plautillam ducit. 596 eius petulantia. 598
Antonini Caracallę nequicia. 601 impietas in patrem. ibid. fit Imperator. 603 fratrem & alios necat ibid. Alexandri ſtudioſiſsimus. 605 ibid. eius uitia, bellũ contra Germanos. 607 libido ib. inde unde Caracallus dictus 609 occiditur. 610 Tarans dictus. 611
Antoninus, M.
Antoninus Pius fit Imperator. 564 eius laus ibid.
Antoninus Chriſtianis fauit ibid.
Antoninus, Aurelius.
Antonius, C.L.M.
Antonius Domitiano rebellat 546
Antonius Muſa Auguſtum ſanat 317
Antonius primus ab exercitu contra Vitellinm Imperator factus 532
Antonius Priſcus 535
Antyllus Antonij F. ei Cæſar filiã deſpondet. 240 uirilem togam ſumit 274
Antylli interitus 279
Anylinus Seueri legatus 587.591
Apamea 211
Apelles in magno apud Caligulam pretio 393
Aper maghus 593
Apicaræ Seiani uxoris mors 384
Apicius, Gabius.
Apis à Cæſare Octauiano contẽptus 279
ἀποκολοκύντωσις liber Senecæ 420
Apollo Actius 272
Apollinis templum 304
Apollinares ludi facti ab Ædilibus Curulibus 147
Apollodorus architectus 558
Apollonia urbs & eius deſcriptio 107
Apollonius Ægypti⁹ Caio perniciẽ prædicit 405
Apollonius Tyaneus mortem Domitiani abſens uidet. 548 honoratus à Caracalla 608
Apollophanis cũ Cæſare Octauiano naumachia 237
Apollophanes Cæſari ſe dedit 245
Aponius, Q.
Apophthegma, quære dictum
Appia uia 88
Appius Claudius Conſul 73
Appius Claudius, P. Claudij frater, Prætor 59
Appius Claudius Cenſor 92
Appius Claudius Pulcher, Coſ. 235
Appius, C.
Apronianus Dionis pater 557
Apronianus damnatur 599
Apronius, L.
Apſus fluuius 108
Apudius, Pacuuius.
Apuleius, M.
Apuleius, Sex.
aquæ Iuliæ Romam ductæ 232
Aqua Iulia Capuæ 246
Aquila Mæcenatis libertus 339
Aquæ marinę uſus in flamma reſtinguenda 271
aquæ Sabinæ, quæ & Cutiliæ 540
aqua uirginea, quæ & Iulia 324
aquila è rogo Auguſti euolauit 366
aquila è rogo Cæſaris euolans 587
Aquila, M.
Aquila, Pontius.
aquila Romanorum quid 79
Aquilia Seuera Auito nubit 615
Aquilij Flori, patris & filij interitus 272
Aquilius, P.
Aquitani à P. Craſſo uicti 69
ara à Cæſare poſita in Pyrenæo 101
ara Auguſti Lugduni 333
ara Cæſari à plebe poſita 165

Arabes naues Cleopatræ comburũt. 274
Arsbia felix 317
Arabia Petræa à Rom.capta 553
Arabio Afrieę regulus, eius interitus. 228
Aradis Sardiniæ urbs 231
Aradus 212
Aradij rebellionem eontra Antonium fa eiunt.229.235 expugnantur 249
Arbela 555
Archelaus à Gabinio captus dimittitur, Berenices conſors regni fit, perit 72
Archelaus Cappadociæ fit dominus 252
Archelaus ueniam à Cæſare inuenit 272
Archelai dominatio 323
Archelaus Cappadociæ rex Romã in ius uocatur à Tiberio.375 moritur 376
architecti cuiuſdã ſolertia in ædificio nutante reſtituendo 378
Arduba Dalmatiæ arx à Germanieo capitur 356
Aretas Arabiæ rex à Pomp.uictus 23
Areus philoſophus 279.301
Argentoeoxus 602
Ariarathes Cappadox 252
Ariobarzani Cæſar Armeniæ partem donat 128
Ariobarzanes auxilium Bruto & Caſsio negat, & cæditur 214
Ariouiſtus Germanorum rex ſocius Romanorum dictus 50 prælio à Cæſare uictus fugit 55
Ariſtidis exilium 47
Ariſtio 5
Ariſtobulus à Pompeio capitur 23
Ariſtobulus profugus Roma, à Gabinio comprænhenditur 72
Ariſtobulum Cæſar dimittit 100
Ariſtobulus regno Iudææ à Parthis pręficitur 229
Ariſtotelicis Caraealla infenſus 605
Armeniæ regis in Romanos perfidia 250
Armenia Romanis reddira 341
Armeniæ regnũ Mithridati tribuitur. 390
Arminius dux Germanorum eontra Varum 357
Armorum uis 20
Armodij & Ariſtogitonis ſtatuis, Bruti & Caſsij appoſitæ 209
Arnuphis magus ſub M. Antonino 566
Arriæ uirtus, & fides in maritum 412
Arrianus, Flauius.
Arruntius, L.
Arſacis Parthi auxiliũ Mithridates & Romani petunt 1
Arſacea unde Arſacidæ 78
Arſaces Artabani F. 390
Arſinoe Cleopstræ ſoror 125
Artabanus rex Parthiæ Armeniã & Capadoeiam inuadit 290
Artabsnus Macrinum ad turpem paeem emendam adigit 613
Artabazi Armeni interitus 323
Artabazes Tigranis filius, Armeniæ rex 79 Idem Artauaſdus aliàs.
Artauaſdes uel Artabazus rex Mediæ, & alius Armeniæ 250
Artauaſdes rex Armeniæ dolo ab Antonio captus 255
Artanaſdes Mediæ rex à Partbis uictus capitur 257
Artausſdæ Armeniæ regis caput Cleopatra Medo mittit 274
Artacij à M. Craſſo ſubacti 284
Artaxata 16
Artaxata inſtaurantur 521
Artaxerxis Perſæ res geſtæ 619
Artaxes rex Armeniæ conſtituitur 255
Artemio Iudæorum dux 556
Arremiſium 243
Articuleij Peti in patrem pietas 325
Artocés Iberorum rex 18
Aruerni bellum mouent 84
Arulenus, Ruſticus.
Aſander eontra Pharnaeem inſurgit, & eum interficit 328
Aſandri mors 330
Aſclepiadotus, Caſsius.
Aſiæ benefacit Auguſtus 332
Aſiaticus, Valerius.
Aſidius, Q.
Aſinius, C.
Aſinius Gallus à Tiberio repudiatam, uxorem habuit. 369 eiuſdem in Tiberium libertas. ibid. captiuitas miſerrima. 380 mors 389
Aſinius, M.
Aſper, Sulpicius.
Aſphalti lacus 555
Aſprenas Germaniæ præfectus 358
Aſprenas, Nonius.
Aſſeſſores in prouineijs 310
Aſſyrius 614
Aſtrologi Roma pulſi 256
Aſtrologis lex data 359
Aſtrologi plectuntur 375
Aſtrologia Tiberius in perniciem hominem abuſus 377
Aſtrologi irriſi à Vitellio. 528 urbe pelluntur

luntur ab eodem 531
Aſturum rebellio 281.315.317
Aſtus Quintilij 572
Aſyllius, L.
Aſylum 209
Atanij Secundi uotũ pro ſalute Caij 394
Ateius Capito Tiberio adulatur 375
Athambilus 555
Athenæ à Fuſio captæ, Cęſariſq; ueniam eis dantis dictum 118
Athenis ſtipendia doctoribus à M. Philoſopho conſtituta 570
Athenienſes obliuione iniuriarum abolita, Rempub. in integrum reſtituerunt 156 Bruto & Caſsio ſtatuas ponunt 209 Mineruam Antonio Baccho deſpondent. 234 ab Auguſto mulctantur 322
Athenodorus Philoſophus, quo uſus eſt Cæſar Octauianus. 301 eius in Auguſtum libertas 366
Athlula 317
Atinius, uide Pub.
Atius, in C.
Atra urbs Meſopotamiæ obſidentur 593
Atratinus, Sempron.
Atreus Scauri Tragœdia 389
atro die Senatus Romæ habetur 172
Attegua urbs Hiſpaniæ, ut in Cæſaris poteſtatem uenerit 142
Attia (ſeu Accia) Octauij mater. 166 moritur, & publicè ſepelitur 208
Attianus 557
Atticus, Numerius.
Atticus, Quintius.
Attis fabula 512
Attius Varus, uide P.
Attyria 555
Auaricum à Cæſare captum 84
Auernus lacus 239
Augarus Oſroenus Craſſũ ſimulata amicitia in perniciem abducit 80
Augarus Oſroenorum rex captus à Caracalla 606
augurium ſalutis quomodo caperetur. 26
augurium Cæſari Oct. Conſuli creato factum. 198 Bruto ſiniſtrum ante ultimã pugnam oblatum 219
auguria 611.613
Auguſta Emerita 315
Auguſta Paphia 329
Auguſta Prætoria 315
Auguſtæ leges 324.326
Auguſtalia 323
Auguſtalia ex S.C. facta 334
Auguſtus, C. Octauius.
Auguſtus menſis 339
Auguſti nomen 311
Auitus, Pſeudantoninus
A. Fuluius Catilinæ ſocius à patre cæditur 29
A. Gabinij Tribuni plebis de bello piratico ſententia 7.8
A. Gabinius Conſul. 41 reliqua in Gabinio
A. Hirtius Conſul 172
A. Licinius Nerua Syllanus Coſ. 348
A. Plautius Tribunus pleb. 61
A. Vitellius Germaniæ præfectus, à Galba deficit. 528 bellũ eius contra Othonem. 530 fit Imperator, eiuſque uitia 531 bellum contra Veſpaſianũ. 533 amiſſo imperio cæditur 535
aurea pecus 395
aureæ compedes quid 417
Aurelius Ælix 615
Aurelius Zoticus 617
Aurelius Antoninus adoptatur ab Adriano. 563 & adoptat ſibi Commodũ ac M. Antoninum Verum ibid.
Aorelius Eubulus 618
Aurelius, L.
aureus quanti precij 341
aurigarum duo genera à Domitiano addita 544
aũris perforata 612
aurum in os Craſsi à Parthis infuſum 82
de Auſpicijs 41
auſpicia loco publico capienda 107
autoritas Senatus quid à Senatus conſulto differat 337
Axona fluuius 57

B

BAcchæ fabula 512
Bacilus, L.
Baiarum ſitus, & natura 239. inde
Balbus, Cornelius.
Balbus, Lælius.
Balbus, Nonius.
Baleares inſulæ 141
balneum Laconicum 316
balneum Neronis Alexandriæ 524
Bambalio 182
barbam quis Imperatorũ primus nutrierit 553
Barbatus, Meſſala.
Barporas 537
Baſæus, Rufus.

Baſsianum

Baſsianũ adoptat Heliogabalus, & Alexandrum nominat 617
Baſſus, Cæcilius.
Baſſus, L.
Baſſus, Pomponius.
Baſternæ 40.283
Bataui equites 346.560
Batanorum inſula 333
Bathyllus hiſtrio 327
Batna 554
Bato Breucorum dux. 348 interit 350
Bato Dyſidiatus Dalmatarnm dux 348
Bato ſuos deſerit. 355 ſe & ſuos Tiberio dedit 356
Bato gladiator 605
Batrachis 397
Bauli 399
Becillinus, Caſsius.
Belgæ qui, & ut à Cæſare uicti 57
Belgarum bellum in Romanos 86
Bellonæ fanum corruit 121

BELLA.

Bellum Oct. Cæſaris Ægyptiacum 274. inde Africũ Cæſaris. 131 & inde. Alanorum. 561 Alexandrinum. 124 Allobrogicum. 32 Pomptini. Britannicũ. 20 Britannicũ ſub Claudio. 414 Britannicum Commodi 573
bellum ciuile inter Cæſarẽ & Pompeiũ. 94. & deinceps. ciuile contra M. Antonium, quod Mutinenſe dicitur. 170. 193. & ſequentib. ciuile Bruti & Caſſij. 209. & ſequentibus. ciuile Cæſaris Octauiani contra L. Antonium & Fuluiam. 222 deinceps. id Peruſinum dicitur. ciuile inter Cæſarẽ & Sex. Pompeium. 236 ac deinceps. ciuile inter Antonium & Cæſarẽ Oct. 257 & deinceps. ciuile Othonis & Vitellij. 530 ciuile Vitellij & Veſpaſiani. 534 ciuile cõtra Iulianũ. 584 Seueri contra Nigrũ. 587 ciuile Seueri & Albini. 591 ciuile contra Macrinum 613
bellum Creticũ Metelli. 5 Dacicum, contra Baſtarnas, & Thraces. 283 Dacicũ ſub Domitiano. 544 Dacicum Traiani. 550 Dalmaticum & Pannonium Tiberij. 348 Gallicum Iulij Cæſ. 67. 83. & inde. Germanicũ Iulij Cæſ. 50. 69 Germanicũ Tiberij & Druſi. 328 Helueticum. 49 Hiſpanienſe Cæſaris Iulij. 141 contra Marcomannos & Iazygas, & Germanos. 565 Mutinenſe contra M. Antonium. inde Pannonicum & Dalmaticum Cæſaris Octauiani. 253. 255 Parthicũ Craſsi. 77 Parthicum duce Labieno. 229 Parthicum duce Ventidio. 248 Parthicum & Medicum Antonij. 250 Armenium. 253 Parthicum contra Vologeſum L. Veri 565 Parthicum Seueri. 593 Peruſinũ 222 contra Pharnacẽ Cæſaris. 127 Piraticum Pompeij. 5 Thracicum 334
belli indicendi ritus 570
Belus Iupiter 611
beneficia à malis non grata 33
beneficentiæ ratio 289
beneficiorũ facilius quàm iniuriarũ obliuiſcuntur homines 193
Beneficentiæ templum 571
Berenice Ptolemæi filia, regina Ægypti. 60 à patre cæſa 72
Berenice à Tito amata 539.540
Bericus Britannus 413
Beſsi à Bruto uicti. 211 à Romanis. 328 rebellant 334
bibliotheca Alexandrina conflagrat 125
bibliothecæ Octauianæ 256
Bibulus, M.
Bicilis Dacus 553
biſſones, animal 596
Bithynia Caſsio mandata 209
Bithynicus, Pompeius.
bituminis lacus 555
Bituriges 84
Blaſio, Heluius.
Blæſus, Iunius.
Bocchus à Cæſare rex nocatur. 107 filios ſuos auxilio Pompeio F. mittit 143
Bocchus Bogudis regnum occupat 236 moritur 256
Bodunni 414
Bœbius Marcellinus 599
Bœotus, Sextus.
Bogud rex à Cæſare nocatur. 107 rex Mauritaniæ, Cæſaris commilito 143
Bogud regnũ ſuum amittit, & ad Antonium abit. 236 eius mors 261
bona aut mala quæ ſint nerè 44
bonorum direptio proſcriptionẽ ſecuta 207
Bononia 194
Bononiæ colonia 259
Boryſthenes equus Adriani 560
Breuci Pannoniæ gens 348.350
Brigantium urbs 34
Britãnia, & Cæſaris in eã tranſitus. 70.75
Britanniam Claudius ſubegit 414

Britannia inſula cognita 541
Britanni Romanos magna clade afficiũt 512
Britannorum res bellicæ cum Romanorum comparantur 513
Britannorũ diuiſio, mores, uita, &c. 600
Britannicus Claudio natus 411
Britannici cognomen unde 414
Britannicus Claudij F. 506. eius interitus 508
Brutus, D.
Brutus, M.
Bucoli 566
Bulas famoſus latro. 599 idem Philix
Bunduicæ Britannę fortitudo, & res geſtæ. 512. inde mors 516
Burri 551
Burrus Neronis adminiſter 506
Burri libertas & obitus 516
Byzantij deſcriptio. 588. & ut captum. 590

C

CAdauer inſpicere quib. religioſum. 332
cadauer tangere quibus religioſum 361
Cæcilius Agricola 598
Cæcilij Baſsi in Syria acta 211. inde
Cæcilius, C.
Cæcilius, Cn.
Cæcilius, Marcus.
Cæcilius, Q.
Cæcilius Rufinus 546
Cæcina Coſ. 412
Cæcina Seuerus rem gerit bello Dalmatico 348
Cænis Veſpaſiani pellex 539
Cæpias Octauij cognomen 166
Cæpio, Fannius.
Cæſar. uide C. Iulius Cæſar
Cæſar, L.
Cæſarum genus in Nerone defecit 527
Cæſarienſis Mauritania 409
Cæſario Cleopatræ filius rex Ægypti fit 213
Cæſario, Ptolemæus etiam dictus, & rex regum 255
Cæſario uirilem togam ſumit 274
Cæſarionis interitus 279
Cæſonia, Milonia.
Caianus locus 397
Caius Agrippę ex Iulia naſcitur. 322 eius tirociniũ. 338 morum improbitas. 340 interitus 341
C. Antiſtij contra Baſſum in Syria actiones 211
C. Antiſtius Aſtures uincit 315
C. Antiſtius Veter Conſul 340. 368
C. Antiſtius Conſul 547
C. Antonius Coſ. 22 Tribunos plebis in malis legib. ferendis iuuat. 26 coniurationis Catilinarię ſocius. 29 bellũ ei contra cõiuratos à Senatu mãdatur. 30 Imperator uicto Catilina dictus. 16 in iudicio à Cicerone defenſus 40
C. Antonius M. frater, à Pompeij claſſe captus. 106 Prætor Macedoniã ſibi uendicat. 169 in Bruti poteſtaté uenit. 209
C. Appij Silani interitus 411
C. Aſinius Pollio, Cæſaris in Bætica præfectus. 170 Conſul. 225 alius. 368 Epidaurios ſubigit 235
C. Aſinius Gallus Coſ. 338
C. Atius Capito Tribunus plebis Pomp. & Craſſo Coſs. repugnat. 65 eũ proficiſcenté in bellũ inhibere conatur. 67
C. Cæcilius Rufus Coſ. 375
CAIVS CALIGVLA, Cæſaris Germanici filius, deinde Imperator, cur ſic dictus. 370 à Tiberio ornatus honorib. 382 cur à Tiberio ad Imperiũ euectus. 388 eius nuptię. 389 Tiberij mortem accelerat. 390 ſuccedit Tiberio. eius prodigalitas, liberalitas, libidines, item pietas & impietas in ſuos 39. & deinceps. primus Conſulatus, & ætas. 393 ſecundus Conſulat⁹. 396 tertius. 403 ludicris mancipatus. 393 inde
à Caio editæ cædes. 394 & crudelitas eius. inde. 397. 399 coniugia eius. 394. 395 aliquot laudãda facta. 395 facinora. ibid. qua ratione pecunias parauerit. 397 eius in põte, quo mare ad Baulos iunxerat, ouatio & arrogantia. 599 eloquentiæ palmam affectat. 400 in Galliam pecuniæ cauſa profectus. 401 Miloniam Cæſoniam ducit. 402 Antonij quàm Auguſti gen⁹ mauult. 400 Imperatoriam ſupellectilem in Gallia diuendit, eius copiæ in Gallia. 401 in Britanniã profectio, & conchyliorum uenatio ridicula. 403 faſtus & ſuperbia. 403. inde. auaricia. 404 fulmina et deos ſpernit. 405 lupanaria eius. ib. Heros, deus, Iupiter, cũ Luna coit, & in omnes deos tranſit. 404 Magni cognomé Pompeio adimit. 408 cum

uxore & filia necatur 405
per Caij nomen non iuratur 407
Caij numiſma conflatum 414
Caius Calpurnius Ædilis 318
C. Calpurnius Piſo à Caio Caligula ſponſa ſpoliatur & relegatur 395
C. Caluiſius Sabinus Coſ. 232 Coſ. II. 335
C. Caninius Conſul paucarum horarum 146
C. Carboni honores ob accuſatū Cottam habiti. reus pecuniæ ob iudicandū acceptæ 13
C. Carinas de Morinis & Sueuis triumphat 282
C. Caſca Tribunus plebis tabula propoſita, ſe non eſſe conſcium cædis Cæſaris notum facit 165
C. Caſsius Longinus Quæſtor, bello Parthico ſuperſtites milites ſeruat. 81 & rem bene gerit cōtra Parthos. 812 claſſem Cæſari dedit. 116 Catoni primùm, dein Cæſari uenia impetrata ſe adiungit. 118 Bruti in Cæſaris cæde ſocius, & eius ſororis maritus, Prætor. 152 Syria, & bellum in Dolobellā à Senatu ei mādatur. 196 à Senatu cōtra Antoniū & Lepidum acceſſitur. 200 acta eius poſt mortem Cæſaris. 209 & inde. in pugna Philippēſi uictus, cum Brutum quoque pulſum putaret, mortem ſibi conſciſcit. 218 ſepultus in Thaſo 219
C. Caſsius Aſiæ præfectus, Caio Calig. ſuſpectus 405
C. Cato Tribunus plebis, Ptolemæi reductionē impedit. 61 Pompeiū & Craſſum in petitione ſecundi Conſulatus adiuuat 64
C. Claudius Marcellus Conſul. 91 Pompeio urbis cōtra Cæſaris factionē mandat cuſtodiam, & duas urbanas legiones tribuit 93
C. Claudius Marcellus alius à priore, Cōſul 94
C. Clodius Bruti ſocius 210
C. Cluuius Conſularis 303
C. Cornelius Tribunus plebis ambitus reis acerbas pœnas ſtatuit 12
C. Cornelius Cæſaris uictoriam in Pharſalia, Patauij prædicit 112
C. Criſpus Conſul II. 415
C. Curio pro Cicerōe deprecatur. 42 Tribunus plebis, Cæſari inimicus, utq; pecunia ab eo corruptus, rem ipſius egerit. 91 Pontifex. 92 Senatu mouendus in iudicium uocatur. 93 Roma ad Cæſarem profugit. ibid. literas Cæſaris ad Senatum perfert. 94 Siciliam capit, eius in Africa interitus 106
C. Didius in Hiſpaniam contra Pompeiū F. à Cæſare mittitur. 136. 141. interit 146
C. Epidius Tribunus plebis 158
C. Fabius Cæſaris in Hiſpania legatus 100
C. Fonteius Capito Conſul 359
C. Fuficius Phango Africæ præfectus, eius acta & obitus 228
C. Furnius Aſiæ præfectus 247
C. Furnius Conſularis. 303 Cantabros et Aſtures uincit. 321 Conſul 327
C. Gallus Conſul 389
C. Gemini Rufi fortitudo interitusq;. 381
C. IVLIVS CÆSAR
cur legē Maniliā ſuaſerit. 13 eius Ædilitas. 21 ſententia pro uita coniuratorū 27 fit Pontifex maximus. ibid. Prætor 31 uxorem à Clodio ſtupratam dimittit. ibid. geſta eius in Hiſpania & Luſitania, triumphum cur omiſerit, Conſulatum ut petierit, Craſſum & Pompeium inuicē reconciliatos ſibi adiungit. 34 Conſulatus eius, & lex agrariæ 36 publicanis tertiam uectigaliū partem remittit. 39 Galliæ & Illyricum ei ad quinquenniū decernuntur. Pompeio filiam nuptum dat, ipſe Piſonis filiam ducit. ibid. Cæſaris in ferendis opprobrijs prudentia. 40 Clodiū aduerſus Ciceronem armat. ibid. bello uincit Heluetios. 49 & Arioniſtum regē Germanorum. 56 Belgas, Neruios, & Aduaticos. 58 Clodium per literas in Catonem armat. 62 imperium in triennium prorogatur ei. 65 Venetos uincit. 68 in Morinos & Menapios proficiſcitur. ibid. Tenththeros & Vſipetes uincit. 70 Rhenum contra Sicambros tranſit, in Britanniā traijcit, et obſidibus captis redit. ibid. Gabinianæ cauſæ fauet. 74 iterum in Britanniam traijcit. 75 Neruios rebellantes perdomat. 76 Rhenum iterū tranſit. 83 bellum cōtra Aruernos & Vercingetorigem gerit. 84 Heduos deficientes recipit, Vercingetorigē uincit. 85 Alexiæ eum obſidet, dedentē ſe in uincula dat. 86 Cæſari permittitur, ut abſentis eius

in petitione Conſulatus ratio. haberi poſſet.89 Eius poſtulata ad Pompeiũ & Senatum.94 inde. Ariminum,inde ad Romã exercitũ adducit contra Pompeium.95 Corfiniũ obſidet,& capit,L. Domitiũ dimittit.96 Romã, profugo Pompeio, adnenit,et quę ibi egerit.99 Sardiniã & Siciliã recipit,&c.ib. Afranio in deditionẽ accepto, Hiſpaniam omnẽ recipit.101 arã pro trophæo ſtatuit.ib. Oratio eius ad ſeditioſos milites Placentiæ 102 Dictator dicitur,eiusq́; acta.105 in Macedoniam tranſit, Oricũ & Apolloniã capit.107 una nauicula ſolus,aduerſo uẽto in Italiã traijcere auſus,& quantũ fortunæ ſuæ tribuerit 108

Cæſaris & Pompeij caſtra ad Apſum fluuium oppoſita 108 ad Dyrrachium. 109.ibidem clade accepta, in Theſſaliam abit.109 in pugna apud Pharſalũ uincit.112 Pompeiũ inſequitur,Aſiã publicanorũ iniurijs leuat, in Ægyptũ uenit,ac geſta eius ibi, & bellũ Alexãdrinum.116 & deinde. Pompeianam claſſem à Caſsio accipit.ib. ut mortẽ Pompeij tulerit.117 eius in Ægypto res geſtæ.124 & inde ut ad Pharũ in periculo uitæ conſtitutus enatauerit.126 ut Pharnacẽ bello uicerit.127 in Mithridatem Pergamenũ,& Ariobarzanẽ, & Amiſenos liberalitas.128 Cur tantam uim pecuniæ undiq; coegerit.ib. Iuſticia cõtra Aſandrũ.ib. uſurã & habitationes remittit,magiſtratus cõfert,etc. 129 qua maximè re alijs imperatoribus præſtiterit in re bellica.130 Romã ex Africa redit,& oratio eius ad Senatum 136 eius de Gallia,Ægypto,Pharnace, & Iuba triumphi, epulum & dona populo & militibus data,et ludi.138 inde cõuicijs proſciſſus,ob proſtitutũ Nicomedi pudorẽ, & Cleopatræ amorẽ.138 annũ emendat.140 ut Cn.Pompeiũ F. in Hiſpania uicerit.141 & inde Corinthũ & Carthaginẽ colonias ducit.147 Iupiter dictus.150 Senatui non aſſurgit.ibid. rex nominatur,ntq́; id tulerit.151 iniuria eius in Tribunos plebis ib. in Senatu interficitur.153 teſtamẽtum eius.159 in foro crematus,eiq́; ara poſita à plebe.165 ſtatua ei cum ſtella in capite poſita à filio.168 Conſulatus eius primus.36 II.107 III.142 IIII. 146 V.147

Cæſaris interſectores damnãtur iudicio, & pœna eorũ. 199 eius filia,Pomp. uxor,moritur.74 ex Cleopatra filius. 213 genns.160 & inde. & totius uitæ recenſio ib. à Venere genus ſuũ duxit. 139 amatorijs deditus.124 mollis & delicatus in ueſtitu,Veneriq́; ſacer.145 in ſeditioſos,ac cum primis Dolobellã clementia.124 omen ſiniſtrũ,lętũ reddit.131 honores ei à Triumuiris decreti 208 (525

C.Iulins Vindex Neroni perniciẽ ſtruit

C.Iunius Silanus Coſ. 327.350

C.Largus Coſ. 410

C.Lucius 328

C.Lutonij Priſci carmina & interit' 377

C.Męcenas Italiæ adminiſtrator.247. uide Mæcenas

C.Manilius Trib.pl.& lex Manilia 13

C.Manlius coniurationis Catilinę ſocius & dux 27

C.Marcius Cenſorinus 338

C.Marcius Figulus Coſ. 20

C.Norbanus Antonij legatus 214

C.Norban' Flaccus Coſ.235.& 316.& 374

C. OCTAVIVS,qui deinde Octauianus,& AVGVSTVS, cum Cæſare in bello Hiſpanienſi,nepos ſotoris Cæſaris.144 Magiſterio equitum à Cęſare deſtiuatus.148 filius à Cæſare adoptatus.159 eius genus,educatio,ſigna ei poteſtatem ſummã ſignificantia.166 & deinde. adit hæreditatem paternam & nomen Cæſaris aſſumit 167 inde. Tribunatum petit, patri decretos honores & ludos exhibet, populũ demeretur.168 & inde. cum Antonio in gratiam redit.169 neteranos ad arma uocat,& legiones ab Antonio deficientes accipit, populo ſuũ inſtitutũ commendat,D.Brutũ ſocium ſibi contra Antonium parat.ibid.171 & inde. ei bellum cõtra Antonium à Senatu mandatum 192 à Senatu, poſtquam Antonium uicit,iniurijs grauibus preſſus.196 ad urbem cum militibus accedit,eam occupat,Conſul deſignatur.197 Coſ.II.256 III.Coſ.261 IIII.273 V.280 VI.384 VII.305 VIII.314 IX.304 X.316 XI.317 XII.335 XIII.& XIIII.336 in familiam & nomen Iulij patris ado-

ptatur.199 De patris percuſſorib. uindictam exigere incipit.ibid. eius, Lepidi, & Antonij conuentus,& conſpiratio.201 Fuluiæ filiã dimittit. cumq; ea & L.Antonio diſsidium eius,& bellum.222 inde eius & Antonij affinitas 202.240 uxor,ſoror L. Scribonij Libonis.226 feſtõ diem celebrat, quia barbam totondiſſet.232 Scriboniam repudiat.ib. eius cum Liuia nuptiæ.236 contra Sextũ Pomp.bellũ, & res aduerſæ in eo.ibidem ad Tauromeoium à Sex.Põpeio nictus.342 uictoria ad Actiũ de Antonio.270 eius tres triumphi.281 Iani templum claudit. 281.316 cum Antonio bellũ init;& pacem componit iterum.230.231 eius bellũ consa Iapydas.253 uulneratur.ibid. bellũ contra Autonium.261 inde. ſua bona proſcribit.273 ſacris deorum initiatus ibid. tẽpla ſibi fieri patitur.281 de Rę publica reddenda cogitat.285 Imperatoris nomen aſſumit, Cenſuram gerit, Senatũ & patricios legit.303 inde. cogitur à S.P.Q.R. ut ſolus Rempub. regat.308 Decennale imperium ſuſcipit 309 Auguſti nomen ſumit.311 bello Cantabrico ægrotat.315 eius ſtatua in Pantheo.316 perpetous Tribunatus plebis et Proconſolatus ei decretus.318 magiſter morum, & Cõſul perpetuus 323.332 eius in Galliã profectio,& uitę anni.327 Pontificatus Max.331 uariæ cõſtitutiones et edicta.359.inde mors 360 corpus Romã defertur,teſtamenſũ,eius funus.inde. uitę & rerũ geſtarũ ſumma.362 inde. in proſcriptione clementia.204 uictoris clementia.272 & iuſticia.279.320.345 iudicijs intereſt. 320 amores eius.327 in ſuos ſeueritas. 331 ibid.modeſtia.331.338 in ſuos amor 333 ſtipem colligit mendicatim. 334 libenter ſe corrigi paſſus ab amicis.339. 366 ſeueritas.340 inſidiæ in Auguſtũ 342 eius oratio ad maritos.351 & ad cœlibes.352 munificẽtia.342 fides etiã in indignos.366 diuini honores ei mortuo decreti.366 templum à Caio dedicatur.394 ſtatua à Claudio loco cædibus ſemper inquinato mota.411 eius & Titi comparatio 540

C.Papius Tr.pl. 21 (321

C.Petronius contra Æthiopes rem gerit

C.Piſo Conſul.3.7 periclitatur de uita, & à Gabinio eripitur.ibid. Pomp. deprecatore Conſulatum retinet 12

C Pomptini prætoris contra Allobroges geſta.32 triumphus 74

C.Poppæus Sabinus Coſ. 351

C.Proculeius ad Cleopatrã compræhendendam miſſus 277

C.Quinti⁹ Atticus Coſ.534 (Labieno.26

C.Rabirius cædis Saturnini poſtulatur à

C.Sẽtius Germanos ad pacem adigit.323

C.Sentius Saturninus Coſ.323.336 (348

C.Sidius Geta contra Britannos rem ge-

C.Silius Coſ. 360 (rit.414

C.Silius Meſſalinam ducit 418

C. Soſsius Aradios & Iudæos expugnat 249 Coſ.ad Antonium abit.258 eius interitus 262

C.Sulpicius Galba Coſ. 368

C.Teleſinus Conſul 520

C.Toranij Trib.pl.in patrem ſtudiũ 316

C.Trebonij Trib. pl. rogatio, de prouincijs Pompeio & Craſſo Coſſ.dandis.65 Maſsiliã oppugnat.100 Prætor urbanus eſt.120 militum Cæſaris in Hiſp. præfectus.141 Conſul à Cæſare factus 146 inſidiarum cõtra Cæſarem ſocius 152 interit 212

C.Valens Conſul 547

C.Vibius Panſa Conſul.172 eius pater à Sylla proſcriptus ibid. uide Panſa

Calæcia 34

Caledonij Britanni 600

Calendæ Ianuarij 371

Calenus,Fufius.

Caligula,Caius. (conſcius.405

Calliſtus libertus Caij. 400 Caij cædis

Calpurnius Craſſus in Neruam inſurgit

Calpurnius,C.Cn.L. (549

Caloaſter,Iulius.

Calui Seiani dicti 387

Calui in periculo 599

Caluiæ Criſpinillæ potentia 523

Caluinus,Cn.Domitius.

Caluiſius,C.

Caluiſij Sabini interitus ſub Caio 400

Calypſûs locus ſacer 239

Camalodunum regia in Britannia 414

Cambyſes fl. 19

Camelopardalis Romę primũm uiſa 139

Camerinus,Sulpicius.

Camilli exilium 47.290

Camillus,Furius.

Camillus Scribonianus Coſ. 386
Campaniæ aquæ medicatæ 419
campus Agrippæ 339
Camuni gẽs Alpina cõtra Romanos. 328
Candace Æthiopum regina 321
Candidus Seueri legatus. 587.590
Caudys ueſtimenti genus 17
Caninius, C.L.P.
canis in herum fides 379
canes pro equis in ſpectaculis 507
Canutius, Tiber.
Canopus 267
Cantabri rebellant 281
Cantabricum bellum Auguſti 315.317
Capio, Brutus.
Capito in exilium à Tiberio miſſus 378
Capito Caſsij pater obit 403
Capito 528
Capito, C. Atius, & Fonteius.
Capitolium incenſum à Vitellianis 535
Veſpaſianus reficit 538
Cappadocia Romanorum prouincia fit. 376
Capreæ à Cæſare Oct. emptæ. 303 ibi Tiberius degit 381
Capronianus, Panſæ cognomentum 182
carceribus dimiſsi captiui 393
Caracalla, ſeu Caracallus. uide Antonin⁹
Caracalli nominis ratio 609
Carbo, C.
Cardyuus mons 555
Carina Secũdus in exilium à Caio actus 837.401
Carinæ Pompeij 234
Carinas, C.
Cariſius, T.
carnes humanæ comeduntur à coniuratis 27
Carrę Macedonum colonia 20.81
Carthago inſtauratur 147.303
Caſca, C. & P. Seruilius
Caſperius Ælianus 549.550
Caſsij montes 116
Caſsius Aſclepiadotus 519
Caſsij Becillini cædes 403
Caſsius. uide C.L.Q.
Caſsius Chærea contra Caium Caligulã cõſpirationis autor, eumq; cædit. 405 inde eius interitus 407
Caſsius Cleua 588
Caſsi⁹ latrones Ægyptios opprimit. 566
Caſsius Syrus, Heliodori F. cõtra M. Antoninum philoſophũ bellũ mouẽs perit 568
Caſtor Gallogræcię regulus 232
Caſtoris ædes 347
Caſtoris nomen Druſo inditum 374
Caſtor Seueri libertus 601
Caſtoris mors 603
caſtratio prohibita 544
Cataratacus 414
Catilina, L.
Catilius 563
Cato, C. M.
Catonij iuſti interitus 413
Catuellani 414
Catugnatus Allobrogum dux 32
Catula, Ælia.
Catulus, Q.
Catuli autoritas, & concio de bello piratico. 9 iocus in Clodianum iudiciũ, et mors 32
Catuli nomen de Capitolio deletum. 136
Catuli inſomniũ de Octauio Cæſare 167
Catus, Ælius.
Catus, Decianus.
Caucaſus mons 19.20
Cedrus fluuius 283
Ceira ſpelunca Getarum 284
Celer, Egnatius, & Metellus.
celeritatis uis in bello 130
Celſi mors 557
Celſus, Iuuentius.
Celtæ qui 70
Cenni populus Germanus 607

CENSORES.

L. Piſo, &
Appius Claudius 92
Perpenna
Philippus 98
Cæſar &
Agrippa 305
L. Munacius Plancus, &
Paulus Æmilius Lepidus 320
Cenſores diſsidentes magiſtratu ſe abdicant 21
Cenſoria poteſtas abrogata à P. Clodio. 41. reſtituta 91
Cenſoris nomen Imperatores non omnes gerunt 312
Cenſorinus, Marcius.
Cenſura à priuatis ſublata 320
cenſus habitus à Cæſare 140
cenſus actus 304.341
cenſus patriciorum 326.331 (395
Centeſima penſio. 386 eam Caius tollit

Ceraunia promontorium 107
Cerealis rebelles domat 537
Cerellia 187
Cereris ludi 217
Ceretani Hiſpani rebellionem faciũt, & ut ſubacti ſint 225
Ceſennius Lento 144
Cethegus, Cornel.
...s ingens 328.596
...lcidicum 282
Chaldæi. Aſtrologi uide
Chatti. 333 à Druſo uicti 334
Chauci 333.418
Chaunæus Parthus 248
Cherrhoneſus locus 127
Cherrhoneſus Helleſpontiacs ad Auguſtum peruenit. 332
Cheruſci 333
Chreſti mors 619
Chriſtianorum precibus uictoria Antonino Philoſopho parta 567
Chryſippi opera 520
cibus famem & ſitim prohibens 601
Cicero. uide M. Tullius Cicero
Cilo 604
Cimber, Tullius.
Cinna, Heluius.
Cinnæ Tuſci exilium 524
Cirrha Apollini adempta 523
Cirta oppidum 228
Cithynis urbs Bithyniæ 560
Ciuitatis ius uariè ademptum & datum ſub Claudio 413
clades Romanorum in Britannia 512
claſsici canendi mos apud Romanos. 217
Clarus Eryclius.
Claudiæ legiones unde dictæ 346
Claudiopolis 560
Claudius, Clodius 4
CLAVDIVS, qui Imperator deinde factus eſt. Tiberius Claudius Nero, Druſi F. Germanici frater. 347 Cæſar. Caio ſuccedit, & Imperium occipit. 406 eius mores, educatioq́; & bene acta initio regni. 16 eius aliquot egregiæ conſtitutiones 408.410
Claudij egregium opus in portu Tiberis ſtruendo 410
Claudi⁹ gladiatorijs ſpectaculis deditiſsimus. 411
Claudij in Britanniã expeditio & uictoria & triumphus 414
Claudius Agrippinam ducit, Neronem eius filium adoptat. 418 ab Agrippina ueneno necatus perit 419
Claudij iuſticia 398 (git. 402
Claudium ſocordia à Caij crudelitate te-
Claudij in ſuos maiores pietas 407
Claudij bonitas & humanitas 410
Claudij Cæſ. primus Conſulatus, & ætas 393 II. 410 III 412 IIII. 417
Claudi⁹ Druſus Nero Liuię filius, Auguſti priuign⁹, naſcitur. 226. uide Druſus
Claudius, M. & C.
Claudius Herodes rhetor 571
Claudius Nero uide Tiberius
Claudius Pacatus 546
Claudius Pompeianus 577.580
Cleander nequã. 574 eius interitus. 575
Clemens Agrippam ſe iactans, res nouas molitur. 375
Clemens, Fabius.
Clementiæ templum Cæſari ſacratũ. 156
Clementiæ terminus 160
Clementiæ exemplum 209.210
Cleopatra ut Cæſarem ad ſuam cauſam adiunxerit, & ceperit. 124. inde. Ptolemæo iuniori fratri iuncta matrimonio, regina Ægypti fit. 127 Romam uenit, & inter amicos P.R. à Cæſare refertur. 140 filio Cæſarioni cur regnũ Ægypti datum à III. uiris 213
Cleopatræ amore Antonius captus 328
Cleopatrę & Antonij liberi 252
Cleopatra pecunia Antonio ſubuenit. 252 regina regum. 255 Romanũ imperiũ affectat, & hoſtis iudicatur. 259 ad Actiom fractis rebus in Ægyptũ redit, et eius acta. 274 Antoniũ prodit. 276. inde. capitur. eius cum Cæſare colloquium. 277 eius mors 278 aurea eius ſtatua in Veneris fano 282
Cleopatra. Cleopatræ ex Antonio filia. 252. Iubæ nubit 279
Cleua, Caſsius.
Clodia Læta, Veſtalis 607
Clodius, C.P. & Sextus
Clœlia 176
Clunia Hiſp. oppidum 71
Clupea urbs Africæ 106
Cluuius Rufus præco Neronis 523
alios culpantes, ferè in eodem peccare 13
Cn. Cæcilius Simplex Conſul 534
Cn. Calpurnius Piſo. Coſ. 339
Cn. Cornelius Cinna Magnus, Pompeij Magni ſororis F. inſidiatur Auguſto. 342 Conſul fit 345
Cn. Cornelius Lentulus Coſ. 324.329
Cn. Domitius Coſ. 386
Cn. Domitius Aenobarb⁹, unus è percuſſoribus

ſorib. Cæſaris, mare Ionium claſſe tenet. 223 Antonio accedit. 226 Cæſar ueniam ei dat. 230 uxor eius. 240. 241 Coſ. ad Antoniũ abit. 258 ab Antonio ad Cæſarem tranſit & moritur 262
Cn. Domitius Caluinus Coſ. 79 uulneratur. 88 Cæſ. legatus in Macedoniá rem gerit. 109 à Pharnace uincitur. 127 II. Coſ. 225
Domitius Caluinus in Hiſpania rem bene gerit. eius in milites ſeueritas, & triumphus, & palatium ornat 235
Cn. Domitius Corbulo Caio nouæ exactionis autor. 398 eius Conſulatꝰ. ibid. res in Germania geſtę. 418 contra Parthos & Armenios. 518 fides in Neronē. 518 laus. 521 à Nerone necatur. 524
Cn. Iul. Agricolę res in Británia geſtę. 541
Cn. Lent. Marcellin. Cnſ. 61 Põp. & Craſſo repugnat. Conſulatum petentib. 64
Cn. Piſo cõiurat cum ambitus damnatis, eiusq; interitus 14
Cn. Piſo Germanicum necat, eiusq; interitus. 376
Cn. Pompeius Magnus duces Cretenſiũ triumpho Metelli eximit 5
Pompeij cupiditas, ac ſimulatio. 7 eiuſdẽ oratio ad populũ, rerumq; geſtarũ enumeratio. ibid. ei bellũ Piraticũ decretũ, utq; id cõfecerit. 12 aduerſum Mithridatẽ expeditio, & cum Lucullo in Gallia cõgreſſus. 14 uiſtoria aduerſus Mithridatẽ. 15 Tigranes, patrẽ & filiũ ut in ſuam poteſtatẽ acceperit. 17 Albanos uincit. ib. Iberos in Aſia ſubigit. 18 in Albanos proficiſcitur. 19 eius in Phraatẽ iniquitas, & cur bello Parthico abſtinuerit. 20 Aretá regẽ Arabiæ bello uincit. inde in Syriam Palæſtiná bellum uertit, actaq; in ea. 23. et ſeq. In Italiá redit, copias dimittit, triumphat 24 honores ei decreti. 25 timetur à pop. Rom. 31 contentio de reb. ſuis geſtis cõfirmandis cõtra Lucullũ & alios 31 cum Craſſo recõciliatus, cum eo & Cæſare cõſpirat. 34 Cæſaris filiam ducit. 39 Ciceronẽ prodit. 42 à Clodio iniurijs affectus, de Cicerõe reducẽdo laborat. 48. 58 rei frumẽtariæ præficitur. 59. 74 à Clodio cõtumelijs afficitur. 61 Conſulatũ ſecundũ petit, utq; eum obtinuerit. 63 eius ambitio ac inuidia cùm in alios, tum in Cęſarem. 63 Craſſum ſociũ Cæſaris deprimẽdi ad ſciſcit. ib. theatrũ à Pomp. dedicatũ, ludiq; exhibiti. 66 Gabinio autor reducẽdi Ptolemæi. 71 eundẽ defendit. 74 Coſ. III. 89 Hiſpania prouincia in quinquenniũ ei prorogata. 87 iudicia accuratiora cõſtituit. 89 lex de comitijs ab eo ut renouata, & leuitas eius. 90 Cæſari ſe inimicum eſſe apertè oſtendit. 92 ut ei duas legiones prætextu belli Parthici ademerit. 93 legatos de pace ad Cæſarẽ mittit. 95 in Campaniá Roma diſcedit, & eius decreta, ac fauor Italorũ erga Pomp. ibid. Pomp. Italiá ut reliquerit. 98 acta in Theſſalia. 107 et ſequẽtibus. apud Pharſaliá uincitur. 112. in Ægyptũ fugit, ibiq; perit. 115 annulus eius, & ſtatuæ deiectę. 119 reſtitutæ. 147 ſtatua in funere Auguſti ducta. 13. 62 Filij eius. Cn. & Sextus. 116 ab Adriano colitur. 560 à Seuero. 594
Cneus Pomp. F. Oricũ et Brũduſium oppugnat, & ad Catonẽ ſe adiungit. 118 F. in Hiſpaniá à Catone & Scipione miſſus. 131 Baleares inſulas capit. 141 Vllá obſidet. 142 apud Mundam à Cæſare pręlio uincitur. 143 eius interitus. 144
Cn. Pompeiꝰ Magnus gener Claudij. 408
Cn. Proculus Coſ. 390
Cn. Sidius Geta Mauros ſubigit 409
Cnoſius ager 246
cœlibatus uituperatio 352
cœlum ardere uiſum 419
cœna ſepulcralis & laruata à Domitiano facta. 545
Cœranus 598
collegia reſtituta 41
collegia 320
collegia Claudius tollit 408
qui collegam ſuum magiſtratu deieciſſet Romæ, nemo toto anno ſuperſtes eſt fuit. 199
coloſſus in ſacra uia 539
Colops fl. 254
coloſsi caput aufert, & ſuũ imponit Commodus. 578
columbæ malum augurium 614
columna Traiani 553
Comana 3
Comarus portus 261
Comata Gallia 301
Comata Liguria 330
Comazon 614
cometa uiſus. 169. 172 mutationem dominationis ſignificans. 179 mortẽ Agrippæ ſignificans. 332 alias 420. 613
comitiali morbo laborans, in concione cadit

cadit 193
comitiorũ centuriatorum cõſuetudo 27
comitia à Proconſulibus habentur creandis Coſulibus 198
comitiorũ libertas ab Auguſto coercita .314
comitia populo reddit Caius 395 adimit 401
Comius Atrebas bellũ Romanis facit 86
Commagene 1
Commodus,L.
Commodus fit Imperator.572 uxor eius 570 ambitio & nomina.576 certamina.577 & interitus 578
Cõmodi luxuriæ inſtrumẽta uendita.581
Concordiæ nouæ templum 159
Concordiæ ſtatua 334
coniugij laus 351 inde
conſcientiæ uis 510.527
conſecrandi ſeſe Imperatori mos 313
conſilia ferè ex euentu iudicantur 167
conſpiratio contra Auguſtum 320
alijs quàm ſibi ipſi conſulere facilius 44
conſiliarij Auguſti. 313.360 pręfectorum 310
Conſtans,Racius.

CONSVLES.

Conſulum, qui in librorũ Dionis indicibus non numerantur,Catalogus.

Q.Marcius
L.Metellus 1
C.Piſo
M.Acilius 3.7
L.Tullius
Æmilius Lepidus 13
Q.Fabius
C.Trebonius
C.Caninius 146
Dolobella 148.& 165
Q.Pedius 198
P.Ventidius 207
L.Cornelius Balbus 232
L.Sempronius Atratinus 255
Paulus Æmilius Lepidus 256
L.Clauuius 257
Cicero,M.F. 280
Valerius Potitus 281
L.Seſtius 318
M.Furius Camillus
Sex.Nonius Quintilisnus 349
M.Pappius Mutilus
Q.Poppæus Secundus 354
Memmius Regulus 383
Camillus Scribonianus
Cn.Domitius 386
Galba
L.Cornelius Sylla 387
C.Gallus
M.Seruilius 389
L.Vitellius
Fabius Priſcus ibid.
Sex.Papinius
Q.Plautius
Cn.Proculus
Pontius Nigrinus 390
Caius,&
Claudius Cæſares 393
Sabinius Maximus 397
Cn.Domitius
Corbulo 398
Domitius Afer 400
Pomponius Secundus 405
Claudius II.
Largus 410
ClAudius III.
Cæcina 412
L.Vitellius 414
C.Criſpus II.
T.Statilius Taurus
M.Vinicius II.
Statilius Coruinus 415
Valerius Aſiaticus
M.Silanus 416
Claudius IIII.
L.Vitellius III. 417
C.Teleſinus
Suetonius Paulinus 520
Alienus 533
C.Quintius Atticus
Cn.Cæcilius Simplex 534
Traianus
Glabrio 546
C.Valens
C.Antiſtius 547
Fronto 549
Pertinax 568
Seuerus 575
Eryclius Clarus
Syſsius Flacus 578
Falco 581
Silius Meſſala 585
Coſul à Tribunoplebis in carcerẽ poſitus 33
Coſs.ex interregno creati 65
Conſules non toto anno 318
Conſulibus patrocinijs interdictum. 377

Conſules

Conſules 25 unius anni 575
Cõſules facti, nullo prius geſto magiſtratu 598
Conſulum deſignatorum ius 93. 338
abſenti petere Conſulatum cõceſſum. 89
Conſulatus annuus eſſe deſinit 232
Conſularib. dignitas ſua imminuta à Caio 395
Conſulatus ius à Cæſare præuaricatum 146 & eius exemplo poſteri uſi. ibid.
contagio 102
conuiuium obſcœnum 516
Corbulo Domitius, Cn.
Corcyræ portus 261
Cordus, Cremutius.
Corfinium urbs 97
Corintbus inſtauratur 147
Corneliæ Caluiſij uxoris interitus 400
Cornelia Oreſtilla, à Caio ducta & relegata 395
Cornelia Paula Auiti uxor 615
Cornelia uxor Pompeij Magni in Lesbo depoſita 115
Romã redit 116
Cornelius Balbus, L.
Cornelius Balbus theatrum dedicat 330
Cornel. Caius.
Cornel. Cinna Prætor, Cæſaris cædis cõſcius 165
Cornel. Coſſus.
Cornel. Dolobella, P.
Cornelius Fronto uir præſtans 562
Cornelius Fronto rhetor 571
Cornel. Gallus ad Parętonium cõtra Antonium rem gerit. 275 Ægypto præficitur. 279 eius interitus 314
Cornelius Sabinus contra Caligulam cõſpirat 405 perit 407
Cornel. Ser.
Cornelius Siſenna, eiusq; in Creta actiones & mors 5
Cornel. Siſentius 331
Cornel. Spinther, in P.
Cornelius Sylla. 26. eius coniuratio 14
Cornificius, L. Q.
Cornutus, Anneus.
Corocotta latro ab Auguſto humaniter tractatus 366
Corona naualis. 246 querna 311
Coronas, P. Sicilius.
Coruinus, Statilius.
Coſſus Cornelius Gętulicus dictus à uictis Gætulis 348
Coſſus Cornelius Lentulus Coſ. 336. 368
Cotta Aurelius, L. M.
Cottius, Iulius.
Cotys Armeniæ rex 396
Crantia 141
Craſſus, Calpurnius, et Canidius, et M. P.
Cremona direpta 534
Cremutij Cordi exitus, & hiſtoria ſcripta ab eo 378
Crenides 215
Creta à Metello ſubacta. 5 & Bruto mandata 209
Cretenſibus libertas ab Antonio deſtinata 177
Creticus, Metellus.
Criſpina Commodi uxor. 570 necatur 572
Criſpinilla, Caluiã.
Criſpinus, Quintius.
Criſpus, C. Iulius, M.
Criſpus Salluſtius hiſtoricus Senatu eiectus. 92 uide Salluſtius
Criſpus, Vibius.
crocodili 595
crocodili in ſpectaculo Romæ confecti. 340
Crocotæ animalis deſcriptio 596
Cteſipbo urbs regia Parthorum 78
Cuminiſector Antoninus 564
curatores prouinciarum 310
Curia Hoſtilia cum Clodio cõflagrat. 88 deiecta. 150 refici iuſſa 172
Curia noua Iulia fieri iuſſa 150
Curia Iulia. 208. 282 Octauia 339
Curio, Caius.
Curio, C. Curionis F. necatur 272
Cutiliæ aquæ 540
Cydonij Cæſarem iuuant 272
Cymbaliſtæ Canopi 267
Cynobellinus rex Britanniæ 414
Cyprij ſerui unde dicti 62
Cypriorum & Iudæorum inimicitia. 556
Cyprus publica P. R. eſſe iuſſa 48. 62
Cyprum Cæſar Arſinoæ & fratri eius dat 125 pop. Romano redditur 321
Cyrus fl. 17. 18
Cyrrheſtica Syria 248
Cyzicus libertate mulctatur 322
Cyzicenis libertas redditur 329
Cyzicus terræmotu concuſſa 564

D

DAci qui. 282 Pannoniã infeſtant. 334
Dadaſa 3

Dalmatæ à Cæſare ſubacti. 255 rebellantes ſubiguntur, item Dalmatia Auguſto à Senatu commiſſa 334
Dalmatarum rebellio 348
damnum præuenire, quàm acceptum ulciſci, ſatius eſt 54
Damoſtratia Commodi pellex 574
Danubius ponte conſtratus 552
Daphne Antiochiæ ſuburbium 275
Dapyx Getarum rex à Role & M. Craſſo uincitur 284
Dardani ibid.
Darius Parthus 399
debitorum & creditorum cauſis à Cæſare conſtitutum iudicium 105
Decebalus Dacorum dux. 544 eius perfidia. 551. 552. mors ibid.
decennale imperium Cæſaris Octauiani 309
decennale Imperatorum imperium unde 311
Deciani Cati res in Britannia geſtæ 512 & inde
Decidius Saxa Antonij legatus 214
decimæ legionis Cæſarianæ uirtus 55
decima pars bonorum exacta à Rom. 200
D. Brutus Venetos nauali pugna ſuperat 68 Maſsiliæ oppugnandæ à Cæſare relictus. 100 in ſecundis Cæſaris hæredib. ſcriptus. 159 Galliæ præfectus, belli contra Antonium particeps 171 & inde. Mutinę obſeſſus ab Antonio, utq́ue liberatus fuerit. 194 ei triumphus datus de Antonio, & belli reliquię mandatę. 196 Coſ. deſignatus, & eius interitus 201
D. Haterius Agrippa Coſ. 368
D. Iunius Silanus Coſ. 30
D. Lælij intentus 228
D. Lælius Balbus Coſ. 340
decocta Neronis 327
decretum Senatus de Tiberio ridiculum 386
Deiotarus Pompeium adiuuat, eiq́; Cæſar uictor ignoſcit 113
Deiotarus Bruto auxiliatur. 210 (ſi. 388
delatores una die omnes iuſſu Tiberij cæ
Deldo rex Baſtarnarũ à Craſſo cæſus. 283
Dellius, Q.
delphinum pugna 239
delphines in Circo poſiti 256
Demetrius Cæſaris Iulij libertus, Cypro præeſt 235
Demetrius Cynicus 538
Demetrius Pompeij libertus 67
Democedes medicus 44
Democbares nauali pugna uincitur 242 eius mors 245
Democratiæ & Monarchię collatio. 149. 288. eius mala 291. & deinceps
Dentheletæ Thraces. 283 Macedoniam infeſtant 328
Deorum coniugia quid ſibi uelint 351
Diadumeno Macrini filio imperiũ prædictum 610
Dianæ Tauricæ ſimulacrum 3
Diateſſaron harmoniæ præſtantiæ 24
Dictatura qualis magiſtratus 10
Dictaturam Cæſar extra Italiam init 120
Dictatura in perpetuum abolita 165
DICTA: quò retulimus etiam apophthegmata, facetias, iocos, ſcõmata, & alia id genus. Milonis in Cic. 90 Catonis. 91 Cæſaris in Athenieſes. 118 Cæſaris Iulij de pecunia & potẽtia. 128 Ciceronis in Cęſaris cincturã. 145 in Conſulatũ Caninij. 146 Syllę in Cęſaris cincturã 145 Caſsij ad Antoniũ. 159 militis Cæſari Conſulatũ poſcentis. 197 Sex. Pompeij in Antoniũ, falſe. 234 Agrippæ, quomodo principibus ſeruiẽdum. 242 Auguſti in uini potores. 324 Batonis in prouinciarum præfectos. 349 Tiberij. 372. 373 Liuiæ. 380 Domitij Afri. 419 Neronis. 420 Domitij de ſe & Agrippina. 506 improbè Agrippinę 506 Senecæ in Neronem. 511 falſe Pythiadis in Tigillinum. 516 falſe in Neronẽ. 518. 519 de pecunia Muciani. 536 Veſpaſ. morientis de officio Imperatoris. 540 Titi de innocentia. 541 Neruæ de ſeipſo. 549 de licentia ſapienter 549 Plotinæ. 550 Traiani, de poteſtate ſua. 553 de morte uiri magni, Turbonis. 562 falſe in Senatorẽ pecunia exhauſtum. 575 in Seuerũ. 599 in adulteras. 602 magnanimũ Seueri morientis 603
Didius Iulianus fit Imperator. 583 Mediolanum olim relegatus. 582 amiſſo Imperio perit 585
Didius Caius, Q.
dies aureus 521
dies planetis quomodo adſignentur, duę rationes 24
DIO autor noſter, Africam, Dalmatiam, &

& Pannoniam prouincias obiuit.& pater eius.254 à Xiphilino repræhenſus 446.567 quando uixerit.461 eius pater.557 hiſtoria eius damnū paſſa.564 ocularus teſtis hiſtoriæ à Cōmodi imperio ſcriptæ.572 quibus cauſis impulſus hiſtoriam ſcripſerit.578 eius liber de ſomnijs & prodigijs.ibid. genius 579 Prætor à Pertinace deſignarus.583 eius parria.595 Capuæ libenter degebat.597 cur hiſtoriam Caracalli ſcripſerit.611 præfecturæ eius & Conſulatus ſecundus.618.619.ibidem, cur ſcribēdi finem fecerit
Dio legarus Alexandrinus 60
Diodorus à Nerone uictus 522
Diogenes punirur 539
Diogenianus, Fuluius.
Dionyſius Mileſius Sophiſta 558
Dionyſius Papyrius 575
Dioſcorides, Alexandrino bello perit. 126
Diribitorium dedicatur 339
diſcalceati ſpectant 394
diſciplina primæ ætatis quid proſit 295
diues quis Craſſo 82
diuitibus & excellentib. inuidetur à multis 52
doctoribus ſtipendia publicè ſtatuta. 570
Dolobella, P. Cornelius.
Domitia amita Neronis perit 510
Domitia, Corbulouis F.
Domitiani uxor 537 ab eo dimiſſa.544
Domitiani legio 346
Domitianus Veſpaſiani F.535 Imperator deſignatur.536 eiuſdem mores ibid. uxor 537
Domitianus Imperator fit.543 eius in fratrem Titum impietas ib. eius inceſtus 544 in re bellica ignauia ibid. & perulantia, crudelitas.546 obtrūcatur.548
Domitilla, Flauia.
Domitij lex de Pontificibus 29
Domitius Afer à Caio accuſatus ut euaſerit.400 fit Conſul ibid.
Domitius, Cn. L.
Domitij Neronis de filio Nerone dictum 506
Domitius Nero, qui pòſt Imperator factus, Agrippinæ F. à uitrico Claudio adoptatur, & gener adſumitur.418 uide Nero
Domitius Vlpianus Prætorio præfectus 618 cæditur 619
Dorius fl. 33
Draco biceps ingens 260
Druſiani gladij 373
Druſilla, Liuia.
Druſilla Caij ſoror & pellex, M. Lepidi uxor, eius obitus, honoresq; dati, & ut mulris cauſa mortis fuerit 396
Druſus, Claudius.
Druſus legibus in petitione honorū ſoluitur 323
Druſi, Liuiæ filij, prætura 327
Druſus Rhæros ſubigit 328
Druſus Prætor Vrbanus 333
Druſi res præclarè geſtæ in Germania inferiori 333
Druſus Chattos ſubegit 334
Druſi Cōſularus, acta in Germania, & interitus 336
Druſi filij 347
Druſus funebrem orationem de Auguſto recitat 362
Druſi, Germanici F. obitus 388
Druſus Cæſar Tiberij filius.356 Quæſtor.359 legibus in perendo Conſulatu ſoluitur.360 miſſus ad ſedandā militum in Pannonia ſeditionem.370 ſcelera eius.373.274 Conſulatus I. ibid. Coſ.II.377 interitus 378
Druſum ſe quidam iactat 389
Druſus. uide M. & Sempron.
Dynamis Aſandri, dein Scribonij, pòſt Polemonis uxor 330
Dyrrhachium urbs, & unde dicta 108
Dyſidiatus, Bato.

E

EArinus eunuchus 543
Eburonum rebellio 76
Eburonum regio prædæ conceſſa à Cæſa re barbaris 83
Ebuſus 141
eclipſium ſolis & lunæ cauſæ 416
Egnatius M.P.
Electus cubicularius Commodi.572 cædis Commodi cōſcius.578 eius in Pertinacem fides 582
Elegia urbs 553.565
elephas funambulus 511
elephanro Romæ uehi 244
elephantorum pugna, & natura 66
Elephantina urbs 321
Eleutheræ urbs Cretæ 5
Eluij Agrippæ mors 544
Ennia Thraſylla Macronis uxor, Caligulæ

læ adulteta.390 eius interitus 396
Entellus 547
Epagathus libertus. 608 Ægypto præſi-
citur 619
Epapbroditus Cleopatrę obſeruādę con-
ſtitutus 277
Epaphroditus Neronem conficit 527
Epaphroditi cædes 547
Eparchus Caij cædis conſcius 405
ephippiorum uſus Romæ quando cepe-
rit 523
Epicharidis mulieris conſtantia 519
Epidamnus 108
Epidaurenſis rebellio 235
Epidius, C.
Epiſtola Adriani 562
epiſtolarum ad Impp. ritus 372
epulum populo Cæſar dat 139
equus à Caio miris honorib. cultus 397
ſacerdos eius allectus 405
equus Cæſaris bifidis ungulis 34
equus nomine Pertinax 580
equi fides in dominum 585
equi ſolis, tigribus ſimiles 595
equis uictoribus perpetua ſtipendia inſti-
tuta 507
equites ad magiſtratus delecti 332
equites Apollinaribus feras conficiunt.
232
equites publicani 39
equitibus permiſſum Tribunatum pl. pe-
tere 359
Eras, Cynicus. 539
Eribolum 614
Erycius Clarus 556
Eryclius Clarus Conſul 578
Eubulus, Aurelius.
ex Euentu pleriq; de cōſilijs iudicāt 167
eunuchi in Cleopatram fides 278
euocati milites qui.170 quando ceperint
346
Euodus 597 eius mors 603
Euphrates philoſophus 559
Euripidis uerſus 611
Europæi milites Aſianis meliores 594
Eutychianus 613. 614
exactores publicorum debitorum Clau-
dius inſtituit 410
exilium qualis ſit res 46
exordium literarum Imperatoris ad Sena-
tum 561
exploratores à D. Bruto qua arte depræ-
henſi 194
externæ & fortuitæ res, num in bonis ac
malis habendæ 45
extraordinarij equites 346
exulibus edicto Auguſtus luxum accidit
359

F

FAbius, Caius.
Fabius Clemens Conſul 547
Fabius, M.
Fabius, Paulus.
Fabius Priſcus Coſ. 389
Fabius, Q.
facetè dictū Vibij Criſpi 538
facetia. quære Dictum
Falcidius, P.
Falco Conſul contra Pertinacem Impera-
tor electus 581
fames ingens 347
Fannius Cæpio in Auguſtum conſpirat
320
Fannius, L.
fatum 611
Fauonius, uide M.
Fauorinus Gallus ſophiſta 558
Fauſtina mater exercituū, Antonini Phi-
loſophi uxor, Pij filia.568 moritur.569
Fauſtus Sylla Pontifex 61
Fauſtus Sylla Pompeij gener adiungitur
Catoni.118 Cn. Domitium Caluinum
Macedonia pellit.109 Curiam Hoſti-
liam reficit .88 munus gladiatorium
exhibet.33 eius interitus 135
felicitas in quibus conſiſtat rebus 44
& deinde
Felicitatis templum 150
felis omen 381
Fera Auſonia 609
Feretrius Iupiter 149
feriæ imminutæ à Claudio 412
feriæ Latinæ: ante eas Coſs. nunquam fe-
liciter urbe profecti 193
fides ſeruorum in dominos, & filiorum
in patres 205
fidei uxoris in maritū, & liberti in patro-
num exemplum 204 inde
Figulus, Marcius, & Nigidius.
Flaccus, Ceſitius, & L. & Munatius, &
Norbanus.
Flaccus Pompeij legatus 17
Flaccus, Pompeius.
Flaccus Sulpicianus ſocer Pertinacis 581
Imperium Romanum licetur.582 ca-
pitis damnatur 593

Flaccus,

Flaccus, Syſsius.
Flamen Dialis creatus 334
Flaminia uia 314
Flauia Domitilla 547
Flauiani mors 619
Flauius Arrianus 561
Flauius, L.
Flauius Maternianus 610
Flauius, Subrius, & Titianus 608
Flauius Veſpaſianus Ædilis à Caio ſterco re perfunditur 396
Flauius Veſpaſianus in Britannia rem gerit. 414. reliqua in Veſpaſianus
Floralia 387
Florus, Aqnilius.
fœnus imminutum 281.388
fœtus in utero cognitus ſexus 329
Fonteius, C.
fortuna 566
fortuna publica. 121 primigenia. 122 redux. 323
fortunæ ſimulacrum regis Tullij 382
fortunę templum à Lucullo extructū. 138
forum Cęſaris, Romanum. 139 Cornelij. 194 Traiani 558
foſſa inter Moſam & Rhenum 418
Friſij à Druſo ſubacti 333
Fronto, Cornelius.
Frontonis Conſulis dictum 549
frumentum ex publico capientium numerus imminutus 139.340
Fucini lacus emiſsio tētata à Claudio. 410
Fuſicius, C.
Fuſius Antonij legatus, Cæſaris milites tranſitu Alpium prohibet 224
Fuſius Antonij partes fouet 193
Fuſius Calenus, Q.
Fuſius Geminus Pannonię pręfectus. 255
Fuſij mors 227
fugæ ex Roma deſcriptio 96
Fulcinius Trio quadruplator, & eius interitus. 389
Fulminatrix legio 567
fulminis miraculum 374
Fuluia Clodij, deinde M. Antonij uxor, eius ex Clodio filiam Cæſar ducit 202 Rempub. gerit, eius cum Cæſare inimicitia & bellum. 222 inde. gladium geſtat. 224 ex Italia fugit, à Cæſare uicta. 225 eius crudelitas in proſcriptos, & Ciceronem 204 mors 230
Fuluius, A.
Fuluius Diogenianus 613
Fuluius Sentinus Senator pugnare ludis uult. 139
Fungus literis inſcriptus. 551
funiculi nauales è capillis mulierum. 589
funus Auguſti 362.366
Furius, M.
Furius Camillus Scribonian⁹ cōtra Claudium arma mouens perit 411.412
Furnius, Caius.
Fuſci mors 557.562

G

GAbinius, Aulus.
Gabinius accuſatus, abſolutus, damnatus 71 inde. bellum Parthicū animo concipit. ibid. Ptolemæum regem Ægypti reſtituit. 72 exilio damnatur. 74 prouinciam Syriam diripit ac expilat. Ariſtobulum capit. 72 Ciceronis cauſæ iniquus. 43
Gabinij mors 117
Gabinius, P.
Gabinius Pompeij legatus 26
Gabius Apicius, M.
Gaditani ciuitate donantur à Cæſare. 101
Gætuli Iubæ rebellantes à Cornel. Coſſo ſubacti 348
Gætulia, pars regni Iubæ: Gætuli ad Cæſarem deſciſcunt 133
Gætulicus, Cornel. Coſſus.
Galæſi in Narciſſum ſcomma 412
Galatia fit prouincia Rom. 316
Galba, C. Sulpicius, & Sergius.
Galba Imperator fit, & res eius geſtæ. 527 deinde. mors 529
Galba Chattos uincit 409
Galbæ Conſulatus 387
Galbæ imperium prædicit Tiberius. 377
Galbæ legiones 346
Galeria Vitellij uxor 531
Galicus, Iulius.
Gallia Comata, Togata 201
Gallia Togata Romanæ Reip. formā accipit. 224
Gallia Narbonenſis 303
Gallia Narbonenſis pop. R. prouincia. 201
Galliam Caius expilat 401
Gallio, Iulius & Iunius.
Gallus, Aſinius.
Gallus, C. Canidius, Cornelius, L. Canidius, Noni⁹, P. Aquilius, Rubrius, Surdinius, Titiſienus.
Gallorum temeritas 69
Gallis Ciſalpinis ciuitas datur 105
Ganymedis eunuchi acta in bello Alexandrino. 125
Gaugamela 555
Gaziurſa 3
Gellius, L.
Gellius Publicola, frater Meſſalæ, Bruto

& Caſsiò inſidiatur, dimiſſusq; ab ijs
ad hoſtes tranſit 210
Gemellæ legiones unde dictæ 346
Geminus, C. & Fufius.
Geminius, Liuius.
Gemoniæ ſcalæ 391. indè
generis ſplendor ad uirtutem facit 160
Geneſius Martianus 613
Genius Dionis 579
Genij populi templum Romæ 260
Genucla 284
Genuſus fluuius 109 (& capitur. 84
Gergouia urbs Aruernorũ oppugnatur
Germanicus Cæſar Druſi F. 347 à Tiberio adoptatur. 341 res geſtæ ab eo. 355. inde. eius Conſulatus. 359 ad bellum Dalmaticum miſſus, & geſta in eo. 349 ad Oceanum uſq; progreſſus. 376 Coſ. II. 368 imperium oblatum ab exercitu reſpuit. 370 Tiberio ſuſpectus. ibid. in Germaniam miſſus. 359 leones 200 occidit. 360 eius interitus. 376 (337
Germanici cognomentum unde ceperit.
Germanarum mulierum fortitudo 607
Germani Celtę. & Germania duplex. 369
Germani equites à Cæſ. ad Antonium redeunt 195
Germani flumina armati tranare poſſunt. 414 (legiones delent. 356 indè
Germani in Italiam irrumpunt. 565 Vari
Germani uincuntur à M. Vinicio 316
Germanorũ auxilio Cæſar uincit 85. 86
Germanorum mulieres uaticinantur 56
eorundem in pugna ferocia ibid.
Germanos uincit Cæſar ibid.
Geta, Hoſiæus. (necatur. 603
Geta Seueri filius. 597 à fratre Caracalla
Geta Seueri frater 597
Geta, Sidius. (lo. 606
Getę nomen inuiſum Antonino Caracal
Getæ. 544 à M. Craſſo ſubacti 284
Glabrio, Acilius.
gladiatores uenditi à Caligula 397
gladiatorũ in Antonium uictũ fides. 274
gladiatorib. uſu acutorũ gladiorũ interdi
gladius libellus 403 (ctum. 570
gladij geſtandi ius 310
Glaphyra 252
Gomphi à Cæſare capti & direpti 109
Græcia à Nerone depopulata 522
Græcæ Cæſaris ad Q. Ciceronẽ literæ. 77
Gracinus Laco 338
graculi augurium 610
gymnaſium Traiani 558

H

HAlos apparet 168
Haterius, D.
Hedui à Cæſare auxilium contra Arioui-
ſtũ obtinent. 50 rebellionẽ faciunt. 85
Helenus Cæſaris libertus 238
Helij liberti Neroniani potentia. 525 ſupplicium 528
Heliodorus magiſter epiſtolarum Adria-
Heliogabalus quid 613 (ni. 558
Heliogabalus ut cultus. 615 ſacra eius Romæ eiecta 618 (cti. 48 & inde
Heluetiorum migratio, utq; à Cæſare ui-
Heluidius Priſcus Veſpaſianũ contemnit
Heluius Blaſio 201 (538
Heluius Cinna Trib. plebis. 151 eius inte
Hercules Tyri cultus 128 (ritus. 165
Herculis de uirtute dictum. 219 donaria Gadibus Cæſar abſtulit 144
Herennius Senecio 546
Herminius mons 33
Hermogenes medicus 563
Hermogenis rhetorica 565
Herodes Agrippæ frater 409
Herodes, Claudius.
Herodes fit rex Iudææ 249
Herodes Palæſtinus relegatur 347
Herodis Tetrarchia 323
Herſilis nuptiales ritus Romanis oſten-
Hiempſal 106 (dit. 352
Hierapydna urbs Cretæ 5
Hierocles maritus Sardanapali 616
Hieroſolyma ab Adriano inſtaurãtur. 561
à Pompeio capta. 23 à Tito capta. 537
Hippopotamus 282
Hirtius, A.
Hirtij de Antonio uictoria 195 mors. 196
Hiſpalis ut capta à Cæſare 144
Hiſpania omnis à Cæſare recepta 108
Hiſpaniæ III. partes 309
hiſtoriæ eorũ quæ ſub Imperatoribus geſta ſunt, cur prioribus incertiores 312
hiſtriones Roma pulſi. 377 reuocati à Caio 392
Homerũ abolere Adrianus inſtituit 558
homines immolati 140
hominum ſtulticia 367
honoris feſtum 327
honores Agrippinæ decreti. 419 Auguſto 197. 318. 246. 280 ob uictoria Dalmaticã Auguſto, Tiberio, eiusq; filijs decreti. 356 Iulio Cæſari decreti. 119. 136. 145 inde.

inde. Claudio & Meſſalinæ.414 Druſo.334 Liuiæ & Octauiæ decreti 255
honores murant mores 10.11
Horatius Cocles 176
horoſcopus 600
Hortenſius,Q. (gem impedit.66
Hortenſius orator.426 ſumptuariam le
horti Cæſaris.216 Antonij,Caij & Lucij 542 Salluſtiani 538 (tur.205
Hoſiæus Geta proſcriptus, à filio ſerua-
Hoſtilia Curia conflagrat 88
Hoſtilius philoſophus relegatus 538
humeris carens homo miræ agilitatis.323
Hypſæus,uide Plautius.
Hyrcanus rex Iudæorum Pomp.accedit, & rex conſtituitur.23 regno Iudææ deijcitur 229

I

IActuræ nantarum quales 44
Iamblichus Arabũ rex ab Antonio neca-
Iamblichi principatus 323 (tus.262
Ianus in ueſtibulo Curiæ 583
Ianus à Cæſare clauſus 281.316
Iapydes Romanis rebellãt, utq; à Cæſare Oct.ſubacti 253
Iazyges 565 uicti 566
Iberi in Aſia.18 à Canidio Craſſo uicti.
Iberus Ægypti præfectus 387 (250
Ichnia caſtellum Meſopotamiæ 77
ignis ex aqua editur 107
ignis uſus in naumachia 270
ignis in aqua ardens 341
ignominiæ militaris genus 324
Ilerda 100
imagines in funeribus portari ſolitæ.208
Imperatorem uocari quid 30
Imperatoris nomen uno bello ſemel tantum accipi poſſe.414 duplici ratione uſurpatur 145
Imperatoribus Romanis diuini honores ur dentur, unde tractũ.281 eorum poteſtas & cognomenta.311 & inde (395
Imperatoris acta quomodo reſcindantur
Imperium Romanum uenale habitũ.582
impietas in matrem Neronis 509
imprecationis forma 562
impunitate conceſſa, tamen in Italia uerſari non licebat 274
incantatione aqua elicitur 409
incẽdium Romæ.261.329.339.390 Neronianum .516.542.579
Incitatus,eqni nomen 397
Indi pacem cum Auguſto iungunt 323
indulgentiæ uis 343
Indutiomarus 77
ingrarirudinis exemplũ.206.231.ibid 396
ingratitudo 540
inimicitijs homines exercẽdis quàm amicitijs intentiores 35
inimicitijs potentum uulgus gaudet.169
inimici reconciliari,parũ fidi inuicẽ.ibid.
iniuriæ ulciſcendæ cupiditas 193
innocentiæ uis 541 (333
innuptis ſpectaculis natalicijs interdictũ.
inſidiarum in principes cauſæ 342
inſulæ quæ exulibus permiſſæ 359
inſula ſubitò enata 418
intemperantes nõ poſſe Remp.curare. 45
intercalatio 92.232
interregnum Romæ 64
interrege prodiro, etiã neglecta temporis prӕſcriptione magiſtratũ petere Roma
inrerreges in Comitijs.87 (nis licuit.64
inrerrex ut crearetur 198
inuidiæ onus 8
Io.Xiphilinus Dionem reprehendit.446 567 quando ſcripſerit 461
ioci.quære in Dictum (cit.536
Ioſephus Iudæus Veſpaſ.Imperiũ prædi-
Iotape Medi filia.257 patri redditur.279
Iphigeniæ gladius apud Comanos 3
Iſara fluuius 32
Iſauri prædas agunt 348
Iſauricus,Seruilius,P. (iecta.121
Iſidis cultus Romæ ſpretus.88 tẽpla de-
Iſidi decernitur templum 287
Iſidorus latronum dux 566
Iſthmũ perfodere Cæſar iuſſus.150 idem conatus Nero 523
Iſtrorum urbs in Myſia 40
Iuba rex Numidiæ, Hiempſalis F.ut Curionem uicerit.106 crudeliras eius in deditícios.ib. res geſtæ bello Africo. 133 & ſequentibus interitus 134
Inba regno Ægypti & Numidię à Cæſare
Iubæ regnum 316 (donatur.279
Iudæa à Pomp.bello petita 23
Iudęorum mos ferias ſingulis diebus Saturni habendi.23 unde dicti.ib. & mores eorum
Iudæi à Romanis uicti.249 cohibiti.408
Iudæis Cyprum adire capitale.556 eorũ crudelitas in defectione.556 Adriano rebellant,eornmq; clades 561
iudicia meliori forma à Pompeio cõſtitu
Iuliæ aquæ 232.246 (ta.89

Iulia Antonij mater.205 ad Sex. Pomp.
fugit,&c. 225
Iulia Cæſ.F.Pompeij coniux moritur, &
in Campo Martio ſepelitur 74
Iulia Auguſti F. Marcello nubit. 316 A-
grippę uxor fit.328 Tiberio nubit.334
laſciuia, & exilium eius 340
Iulia à fratre Caio deportata in Pontiam
inſulam, reducta à Claudio 407
Iuliam Germanici filiam Meſſalina in exi
lium agit 409
Iulia Druſi filia 387 (ritus.413
Iuliarum, Druſi & Germanici filiarũ, inte
Iulia mater Caracalli moritur 612
Iulia Titi filia 544
Iulia uxor Seueri 585
Iulianus à Seuero peremptus 198
Iuliani geſta bello Dacico 545
Iuliani præfecti cædes 575
Iulianus, Aquila Didius, Seruius, Vlpius.
Iuliopolis dicta Tarſus 211
Iulius Alexander 556.575
Iulius M.Antonij filius.279 Prætor nata
les Auguſti celebrat.331 Coſ.334 eius
interitus 340
Iulius, C.
Iulij Caluaſtri callidum conſilium 546
Iulius, Cn.
Iulij Criſpi interitus 594
Iulius Gallicus orator in Tiberim abie-
Iulius, L.M. (ctus 419
Iulius menſis, Iulia tribus, & Iulium col-
legium Lupercorum 150 (ſat.508
Iulius Montanus Senator Neronem pul
Iulius Sabinus Cæſarem ſe facit 536
Iulij ſacerdotis interitus 401
Iulius Seuerus Iudæos uincit 561
Iulius, Sextus.
Iulius Solon 575 perit 585
Iunius Blæſus præfectus exercitus Pan-
Iunius, C. (nonici. 369
Iunius Cilo Narciſsi mendacio liberatus
Iunius, D. (419
Iunius D.Bruti cognomen 151
Iunius Gallio à Tiberio in cuſtodiam po
Iunius, L. (ſitus.386
Iunius Paulin⁹ aſſentator Caracallæ. 606
Iunij Priſci interitus 400
Iunius Ruſticus philoſophus 571
Iunius Silanus, M.
Iupiter Belus 611 (dæ cauſa 21.28
Ioui ſtatua ponitur, cõiurationis detegen
Iupiter Feretrius 149.283
Iouis Olympij templum Athenis Adria-
nus facit 568
Iouis Olympij ſimulacrum, Caius Romã
transferre niſus 404
Iupiter Tonans 328
iuramẽtum de actionibus omnibus Cæ-
ſaris ratis habendis unde tractum 208
iuramẽto acta Imperatoris cõfirmata no-
ua ratione 386
ius aliquando negligendũ, æquitate prę-
ius trium liberorum 337 (lata.158
iuſticium famis cauſa indictum.347 Iu-
Iuſtus, Catonius. (dorum cauſa.394
Iuuenalia feſtum 511
Iuuenales ludi 539
iuuenis nomen Caius non fert 828
Iuuentæ ædes 327
Iuuentij Celſi aſtus 547
Iuuentius, M.

L

LAbeo, Antiſtius, & Pomponius.
Labienus, Titus. (rumpi.58
labore & periculis rẽ augeri, deſidia cor-
lac aſinarum 520
Lacetani 169
Laco à Claudio ornatus 415
Laco, Gracinus.
Laconicum ſudatorium 316
lacus Aſphalti, ſeu bituminis 555
lacus Hierapolitici mirum ibid.
Lælius, D.
Lænas, Popilius
læſæ maieſtatis actio ſublata à Caio 392.
Læta, Clodia.
Lætus in Commodum conſpirat 578
Lætus & milites in Pertinacem conſpi-
Lætus, Æmilius. (rant.581 cæditur.584
Lætus Seueri legatus 590
Lætus necatur 594
Lamia, Ælius, & L.
Lampæi libertate à Cęſare donantur.272
Lancia urbs Hiſpaniæ 315
Lappa urbs Cretæ 5
Larcius Lydus 525
Larginus Proculus uates 548
Largitio militaris Impp. unde 198
Largus, C. & Valerius.
Laſthenes 5
Laterenſis, Iuuentius.
Laterni geſta contra Barbaros 590
Latiaris quadruplator 379
latrocinia Luſitanis uſitata 33
latrociniorum quæſtio ſublata 256

laurea in Iouis Feretrij templo ab Auguſto poſita 338
laureati ſpectabant Senatores 578
lauri Liuiæ 527
lauri folia manducata riſum coercent 578
laudes nimiæ animum inflant 149
laus paruarũ rerum ſuſpecta cauilli 403
lecticarum uſus 406
legatis triumphus ut permiſſus 235
legati in prouincias miſsi 309
legionum nomina 55
legionum Romanarum enumeratio. 345
legiones Claudianæ, fideles, piæ 412
legio Fulminatrix Chriſtianorum 567
Lemanus lacus 58
Lenticulus Antonij in alea colluſor 182
Lentinus Manlius 32
Lento, Ceſennius.
Lentuli Senatoris conſtantia 379
Lentulus, Cn. & P. Cornel.
Lentuli Gætulici obitus 402
leo ſocius Antonini 610
Leo urbis præfectus 616
Leontini agri pars ab Antonio Sex. Clodio data 176
Lepidus, Æmilius, Q.
leporis omen 514
LEGES, quarum Dio meminit. agraria 36
leges Auguſtæ 324
lex Auguſti de manumiſsione. 342 de ambitu C. Cornelij. 12 Alia eiuſdem de iudicijs Prætorijs. ibid. de Ambitu 66
leges Cæſaris de iudicijs, ſumptibus, præmijs eorum qui multos liberos haberent, prouincijs 140
lex C. Papij de peregrinis urbe eijciendis 21
Clodij de collegijs, Cenſoria poteſtate, & auſpicijs, indem natum necãtibus. 41: lex de Comitijs, & ne abſentis ratio haberetur. 91 curiata de adoptione. 60 indicijs. 61 Curiata de adoptionib. 168 Domitij de Pont. Max. 29 Falcidia. 232 Fufia de ferẽdis ſuffragijs. 39 Iuliæ leges. ibid. Manilij, Pompeio bellũ Mithridaticum decernẽs. 13 Metelli Nepotis de abolendis uectigalibus. 33 de ornamentorũ uſu ijs permiſſo, quibus Dictator magiſtratũ cõtulit. 147 Pappia Poppæa. 354 de Pontificibus. 61 Porcia. 177 quantum quis auri uel argenti poſsideret. 105 Roſcij de gradibus equitum in theatro. 13 ſumptuaria. 66 Syllæ de Pont. Max. 29 ueſtiaria 374 Voconia 354
leges Rom. ab Atheniẽſibus acceptæ 156
legibus ſoluuntur Imperatores 312
libelli famoſi ab Auguſto ſublati 359
liberos multos habentibus præmia propoſita 140
liberorum ac ſucceſſorũ generis commoda 351. inde
libertarum coniugia 326
libertas intempeſtiua. 558 tempeſtiua 559
libertatis reparatæ ſignum pileus 211
libertati humilium ignoſcitur 404
libertini Senatu moti 92
libertini de incendio ſuſpecti, et eorũ penſio 261
libertis penſio à Cæſ. Oct. remiſſa 273
Libo, Druſus, & Scribonius.
Liburni Romanis rebellant 253
licentiæ malum 549
Licinnius Galliæ procurator, & eius nequitia 328
Licinius, L.
Licinij Murenæ in Auguſtum contumelia, conſpiratio, & interitus 320
Licinnius Nerua, A. Regulus. 325 Sura. 553
Ligeris fluuius 67
Liguria Comata in poteſtatẽ Romanorũ uenit 330
Liparenſes in Campaniam tralati 238
Litauicus Heduos ad rebellionem concitat 85
literæ in plumbea lamina ſcriptæ 195
Liuia Druſilla cum uiro & filio ex Italia fugit Cæſarem. 225 Cæſari nubit. 236 oſtentũ ei factum. 239 honores decreti. 255 mortis Marcelli ſuſpecta fit. 318 porticus eius. 329 ſtatuæ & ius trium liberũm datur. 337 templum. 339 Auguſto conſulit, quomodo regnans ab inſidijs tutior eſſet. 342 ſuſpecta quòd Auguſtum ueneno necauerit, mortem eius tegit, dum Tiberius rerum potiatur. 361 Auguſti ſacerdos facta, Iulia, & Auguſta cognominata. 367 rebus gerendis ſe immiſcet. ibid. eius faſtus & honores ei decreti. 373 Germanici morte gaudet. 376 mors eius, honores, & ſepultura, ei uſdem apophtegmata. 380 ibid. eius teſtamentum irritum à Tiberio

berio factũ.393 cœleſtis ei religio decreta 407
Liuiæ lauri 527
Liuia ſeu Liuilla, Druſi Tiberij F. uxor adultera.378
Liuillæ, Druſi uxoris, interitus.384 multis exitij cauſa 389
Liuilla Caij ſoror, ab eo & M. Lepido ſtuprata, perit 402
Liuius Druſus, Liuiæ pater, eius mors. 236
Liuius Geminius Druſillam in cœlũ ire uidit 396
Liuori Caius ſacrificat 399
Locreuſes Cæſarianos iuusnt 109
Locuſta uenefica.419 eius ſuppliciũ.528
Lolliam Paulinã ducit Caligula.396. repudiat 402
Lollius, M.
Longinus, Caſsius.
Longinus Traiani legatus 552
Lucano poeſi inrerdictum 520
Lucianus Proclus 546
Lucilla M. Philoſophi filia, Veri uxor.565
Lucilla ſoror Commodi, uxor Pompeiani 572
L. Ælius Lamia Coſ. 336
L. Ælius Seianus Tiberij ſcelerum adminiſter.377 inde.uide Ssianus
L. Æmilius Paulus Coſ. 92.336
L. Æmilius Hiſpaniæ præfectus 317
L. Afranius Pomp. legarus, eiusq; geſtæ res. 20 Conſul à Pompeio factus, & qualis. 32 Pompeij in Hiſpania legatus.100 inde. eius interitus 135
L. Anneus Seneca periclitatur ſub Caio. 400 uide Seneca
L. Antonius Tribunns plebis.169 in bello Mutinẽſi.195 Conſul de Gallis triũphat.221 pij cognomen ſibi ſumit.222 bellum contra Cæſarem gerit.225 dedit ſe 226
L. Apronius Coſ. 397
L. Arrunrius Coſ. 319.346
L. Arruntij obitus 390
L. Aſyllius Prætor 256
L. Aurel. Cotta Coſ. 18
L. Bacili Prætura, & obitus 147
L. Baſſus 5
Lucius, C.
L. Cæſar Coſ.21 iudex Rabirij. 26 Pompeij ad Cæſarẽ legatus. 95 Clupeam deſerit.106 interit 135
L. Cæſar urbi ab Antonio præficitur 123
L. Cæſar Antonij auunculus & hoſtis, proſcriptus, & ſeruatus 204
Lucius Agrippę filius, natus.372 eius morum peruerſitas 340 mors 348
L. Calpurnius Piſo Coſ. 328.336
L. Canidius Gallus Conſul 238
L. Caſsius Longinus Cæſ. legatus in Macedonia uictus 109
L. Catilinæ prima coniuratio.14 ob Syllanas cædes in iudicium tractus.21 de eius coniuratione.27 & deinde. uide Catilina
L. Cæſitius Flaccus Tribunus plebis 151
L. Commodus ab Adriano adoptatur.562
L. Cornelius Balbus Gaditanus, Conſul 232
L. Cornelius Lentulus Conſul 94
L. Cornel. Lenrulus 336
L. Cornelius Sylla Coſ. 387
L. Cornificius legatus Cęſaris ut exercitũ hoſtibus exemerit.243 Conſul 248
L. Cotta Cæſaris legatus ab Eburonibus cæſus 76
L. Domitius Aenobarbus Conſulatũpetens propè occiditur.65 Conſul fit.73 Corfinij à Cæſare obſeſſus, & ſalute donatus.97 Maſsilienſes adiuuat 101
L. Domitius Aenobarbus Conſul 328
L. Fannius 2
L. Flauius Trib. pl. Cõſulem in carcerem ponit.33 Tigranis cuſtos 48
L. Gellius Publicola Conſul 240
L. Iulius Gallio frater Senecæ, eiusq; ſacetia de morre Claudij 420
L. Iunius Silanus gener Claudij 408
L. Lamia Æmilianus 537
L. Licinius Murena Coſ. 30
L. Lucullus accuſatus quòd bellũ traherer.1 Tigranocerta capit. ibid. in Armeniam exercitum ducit.ib. Niſibin capit.2 coniunx eius.4 à militibus huius deſeritur 4 ibid.
Luculli prætura urbana, & animi moderatio.13 cum Pompeio expoſtulatio.14 eius poſtularis reſiſtit.32 ei & Cæſari necem ſtruit 39
L. Manlius Torquatus Coſ. 18
L. Marcins, Conſul. 232
L. Marcius Philippus Coſ. 61
L. Marius. 32
L. Maximus 546
L. Meſius ſpeculator 260

L.Me-

L.Metellus Coſ. moritur 1
L.Merellus Tr.pl.ærarium contra Cæſarem rueri audet 99
L. Munatius Flaccus Atteguam aſtu intrar 142
L.Munatius Plancus Galliæ Tranſalpinæ præfectus, bellum gerere contra Antonium à Senatu iuſſus. 192 ambiguæ fidei. Decimo Bruto proiecto ad Antonium deficit, Conſul deſignatus. 201 Conſul. 207.360 Cenſor. 320 Conſul 360
L.Ninnius Quadratus Tr.plebis.41 pro Cicerone agit 48
L.Norbanus Conſul tubicen 376
L.Paſsienus Rufus Conſul 335
L.Paulus Lepidi frater & hoſtis, proſcriptus, & ſaluatus 204
L.Philippus uitricus Octauij 166
L.Philutcij caſus 206
L.Piſo Coſ.41 eius de Clodij lege contra Ciceronem ſententia.43 ſocer Cæſaris. fit Cenſor 92
L.Piſo Thraces uincit 334
L.Piſonis mors 387
L.Piſo, Cn. & Plancinæ F. præfectus Africæ 401
L. Piſo à Galba adoptatur. 528 cæditur. 529
L.Pomponius Flaccus Coſ. 375
L.Priſcillianus 612
L. Roſcius Tribnnus plebis, Gabinij rogationi reclamat. 7.9 legem de equitum gradibus in theatro fert. 13 Prætor, Pompeij ad Cæſarem legatus 95
L. Rufus Caſsij legatus 213
L.Scribonius Libo Pompeij claſsis præfectus.106 Sexti Pompeij ſocer, Cæſaris affinis.226 Coſ. 255.374
L. Scribonij Libonis ob rerum nouarum ſuſpicionem interitus 374
L.Seianus Prætor, & eius in Tiberiũ ludibrium 387
L.Sempronius Atratinus Coſ. 255
L.Septimius Pompeij quondam commilito, necem ei parat 115
L.Seſtij in Bruti amore cõſtantia, & Conſulatus 318
L. Stati⁹ Murcus Baſſum oppugnat, Caſſio ſe coniungit, ab eo claſsi præficitur 212 & inde uide Statius Murcus
L.Sylla Coſ. 335
L.Syllam Claudius honorat 411
L.Tauresius 261
Lucius Traiani legatus 556
L. Trebelli⁹ Tribunus plebis.7 eius contra Dolobellam ſeditio 22
L.Valerius Meſſala Voleſus, Coſ. 345
L.Vectius ſocios Catilinariæ coniurationis prodit, falſoq; defert nõnullos 30
L. Vectius ad cædem Cæſari & Pompeio inferendam à Cic. & Lucullo ſubornatus 39
L. Verus Commodi F. Imperator cũ Antonino philoſopho.565 & eius gener. eius res geſtæ. ibid. & interitus
L.Vitellius Coſ. 389
L.Vitellius rem præclarè contra Artabanum gerit, Caio adulatur. 404 Conſul cum Claudio II.414 Conſul III. 417 Valerium Aſiaticum mendacio damnat 418
L.Volcacius Tullus Coſ. 256
Lucretius, Q.
Lucrinus lacus 239
Lucullus, Lucius.
ludi habiti 227
ludi & ſpectacula à Cæſare exhibita 139
de Ludis Claudij ſtatutum 408
ludi Actij.272 decennales .378 extraordinarij.360 Gymnici.66.304 Puteolani.520 quinquennales 304
ludis Romanis Senatores in Capitolio cœnabant 239
ludi ſacri.281 ſæculares.327 triumphales.415 Veneri genitrici facti à Coſs. 256. de uictoria contra percuſſores Cæſaris 232
Lugdunum 200
Lugdunenſis ara 333
lunæ defectus terrorem inijcit militibus tumultuantibus 370
Lupercalia Cæſaris in honorem instituta 150
Lupia fl. 333
Lupus Seueri legatus 592
Lupus Mæſæ nepos 613
Lurius, M.
Luſitanorum latrocinia 33
luſtratio exercitus 216.217
luſtri condendi religio 332
Lurorius, C.
Lycaonia fit prouincia Rom. 316
Lycijs libertas adimitur à Claudio 413
Lycomedes principatu ſuo ſpoliatus. 272

Lyſanias rex Ituræorum ab Antonio cæſus 253

M

MAcennitæ pop. 595
Machares Mithridatis filius à patre necari iuſſus 16
Machaon uaticinatur 395
Macedonia maritima 254
Macedoniæ nomẽ quàm latè pateat.208. 217
Macrino imperium prædictum 610
Macrinus fit Imperator.612 turpiter emit pacẽ ab Artabano.613 uincitur à Pſeudantonino,& obit 614
Macro,Sertorius.
Macro quæſitor Tiberij.388 eius inſidię in multos irritæ.390 Caligulæ ſe adiungit 390 interit 396
Mæatæ Britanni 600
Mæcenas,V.Caius.
Mæcenas Cæſarem ad Monarchiam retinendam hortatur 290
Mæcenatis uxot 320
Mæcenatis obitus & laus 339
Mæcenati quantum poteſtatis Cæſar dederit 272
Mæſæ mulieris cõtra Macrinum acta.613
magiæ exemplum 376
magicis artibus quòd reſpõſum Caracallus inuenerit 607
magiſterium equitum annuũ contra leges 120
otdo magiſtratuuum Rom.cõſtituendorum 59
magiſtratus præter conſuetudinem P.R. collati 232
magiſtratus intermiſſi Romæ 247
magiſtratuum quorundam ratio mutata à Claudio 415
Magnæ matris miraculum 236
Magnus,Cinna,Pompeius.
maieſtatis crimen Claudius abolet 407
Malchus Nabathæus 235
Malli Ciliciæ 573
Mamæa 613
M'.Acilius Cõſul, ſucceſſor Lucullo mittitur,eiusq; ignauia 3.4
Manaes Deus & Manaitica regio 15
Manilius,C.
Manlius,Caius,L.
Manlius Lentinus 32
Marcellinus,Bœbius.
Marcellinus,uide Cn.Lentulum.
Marcellus,Claudius,& Marcus.
Marcelli & Iuliæ nuptiæ 216
Marcello priuilegium in petendo Conſulatu datum 316
Marcelli mors,& quibus honoribus eum Auguſtus decorauerit 317
Marcelli theatrum.330 Marcelli cuiuſdam in Tib.libertas 375
Marcellus contra Veſpaſ.coniurát 539
Marcellus,Varus,& Vlpius.
Marcia Commodi cædem iuuat.578 necatur.584
Marcia Cremucij Cordi filia 379
Marcius,C.L.Q.
Marcius Philippus,in Lucio.
Marcomanni.565 uincuntur 566
M.Acilius Orico à Cæſare præfectus 118
M. Æmilius Lepidus Prætor, Cæſarem Dictatorem dicit.105 magiſter equitum, ac Conſul.132.142 Gallia Narbonenſis à Cæſare ei conceſſa.148 quæ egerit cæſo Cæſare.153.inde. eſt Pontifex Maximus.166 Sexto Pompeio reſtitutioné impetrat.170 Antonio bellũ inferre cum Coſs.& Octauio iuſſus.192 eius in bello Mutinenſi ambiguitas,utq; eius exercitus Antonio acceſſerit.195.200 uenia & reditus ei à Senatu cóceditur.201 eius cum Antonio & Cęſare cõſpiratio.201 in proſcriptione moderatio.204 II.Coſ.207 ab Antonio & Cęſare deprimi ceptus.220 homo ignauus.221 Africa potitur.227 ad Sex. Pomp. inclinat.244 eius cum Cæſare diſcordia, & ut ſe ei dediderit. 245 Septa ornauit.314 quibus contumelijs ab Auguſto exagitatus.325 eius mors.331 Lepidi filius Antonij filiam ducit 166 Cæſari inſidiatur 325
M.Æmil.Lepidus Coſ. 346.359
M.Lepidus in bello Dalmatico 355
M.Lepidi,Druſillæ mariti,interitus 402
M.Æmilius Scaurus à Tiberio mori cogitur 389
M.Antoninus Verus 563
M. Antoninus Philoſophus Imperator. 565 bella eius.ibid.& deinceps. oratio eius ad milites.568 moritur 571
M.Antonini legiones 246
M.Antonius Tribun' plebis Cæſaris partes defendit,& ad eum concedit 54 magiſter equitũ eſt toto anno.120.176 ſimul & Democraticum & tyránicum habitum

habitum gerit.12𝟹 quàm inconſtanter ſe in ſeditione Dolobellæ & Antonij geſſerit.123 Magiſter equitum eſt, & Conſul.147 flamẽ Dialis Cæſaris.150. Lupercalia agens, Cæſarem regem ſalutat.151 cur non cum Cæſare occiſus 153 in ſecundis hæredib. Cæſaris adſcriptus.159 populum ob cædem Cæſaris ſtomachantem concitat oratione ſua funebri de Cæſare.159 cur pacem cum Cæſaris percuſſoribus fieri uoluerit.filium ſuum obſidem dat.159 mala fide uerſatur in exequendis Cæſaris mandatis à morte eius.165 cum Lepido affinitatem contrahit.166 ibidem in Octauium iniuriæ eius. pontificis maximi electionem à populo ad pontifices transfert, & Lepidum F. Pontificem Maximum facit.166 eius in Octauianũ Cæſarem iniuriæ.168 Galliam ſibi uendicat, agrum plebi diuidendum decerni iubet.169 in milites ſordes, et iniurię.171 Antonij res geſtę, et tota uita à Cicerone exagitantur.172 & ſequent. D. Brutum Murinę obſidet.194 Panſam uincit, ab Hirtio clade afficitur.195 alia.196 uenia & reditus à Senatu datur.201 ut ſe Lepido, & cum hoc Cæſari cõiunxerit.201 eius & Cæſaris Octauiani affinitas.202 crudelitas in proſcriptos.204 in Aſia minori quæ egerit. Cleopatræ amore captus, in Ægyptum it 226 cum Sex. Pompeio amicitia inita, in Italia Cęſarem aggreditur.230 cum Cæſare pacem facit, & belli contra Pomp. ſocietatem init. ib. Bacchum ſe uocat.234 in Italiam, quaſi belli contra Sex. Pompeium ſocius futurus aduenit, & re infecta diſcedit.237.240 Domitio Aenobarbo filiam deſpõdet.240 Octauiam uxorem à ſe in Italiã remittit.ibid. inuidia eius & acta contra Antiochum.249 cõtra Parthos & Medos res geſtę infeliciter.250.inde. in milites ſæuitia.251 in Ægyptum ex Armenia abit.252 utq; prouincias Romanorum regulis & liberis ſuis ex Cleopatra diuiſerit.ib.&255 bellũ contra regẽ Armeniæ parat, cum rege Mediæ amicitiam iungit, eius in Octauiã iniuria.253 affinitatem cum Medo contrahit.257 Antonius Coſ. II. regem Armeniæ dolo captum ut tractarit. Armeniam occupat.255 triumphus eius Alexandriæ, & literæ ad Senatũ.ib. teſtamentũ publicè recitatum, utq; hoſtis iudicatus ſit.258 eiuſdem luxus & effœminata uita Alexandriæ.259 quomodo bellum contra Cæſarem Oct. geſſerit.261 & deinceps. in ſuos crudelitas.262 oratio ad milites.263 uitia à Cæſare obiecta.267 apud Actiũ à Cæſare uictus 270 uictus ad Actium, Alexandriã uenit, eiusq; et Cleopatrę cõſilia.274 ad Parætonium incommodũ patitur.275 eius interitus.276 Antonij liberi ex Cleopatra.252.279 & ut eos Cæſar tractarit.ibid. Antonij auus à Cinna occiſus 181

M. Apuleius Coſ. 322

M. Aquila Iulianus Coſ. 395

M. Aſinius Agrippa Coſ. 368

M Aurelius Cotta Coſ. 368

M. Bibulus Ædilis cum Cæſare.21 Conſul.36 legi agrarię Cæſaris repugnat.37 Syriæ præfectus.83 autor Pompeio ſibi Conſulatum conferendi 89 mari à Pompeio præfectus.107 eius mors 108

M Brutus cognomento Capio, qui Cæſarem interfecit, à Cæſare uictore ſalute donatus fuit.113 inſtigatur ad Cæſari ſtruẽdas inſidias.152 genus eius, cum Catone neceſsitas, & cum Caſsio Prętura.ibid. cum ſocijs cæde peracta, & propoſito ſuo declarato, in Capitolium concedit.154 Brutus & ſocij cædis Cæſ. Roma ablegati.165 Macedonia ei à Senatu tribuitur.196 cõtra Antonium & Lepidum à Senatu euocatur.200 acta eius poſt Cæſaris mortem.209.210 inde. ei Macedonia et Græcia à Senatu mandantur.210 militum tumultum componit.16 cum Caſsio in Aſia cõgreſſus.213 ut Lycios ſubegerit.214 prælio Philippenſi ſua ex parte uictor.218 eius in exequendo bella conſilia.219 prælium aduerſum contra Cæſ. & Antonium, ac interitus.ibid. eius ſepultura.220 clemẽtia in hoſtes 209

M. Cæcilius Cæſaris partibus fauet, & Roma ad eum cum Curione abit 94. Prætor ſeditionem mouet de nouis tabulis. Roma profugit, eius interitus. 120

120.& inde
M.Calpurnius Piſo Coſ. 36
M.Catonis mores ac inſtitutum.25 ſententia de coniuratis necandis.27 Tribunuſplebis opponit ſe Metello Nepoti.31 contra Pompeium pro Lucullo.47 Cæſaris petitioni de triumpho obſtat.34 Clodij tribunatum aduerſus Ciceronē defendit.62 Præturam repudiat.ibid.62 Præturam petēs repulſam petit.65 Trebonianæ rogationi reclamat.65 in Cyprum miſſus 48 & quæ ibi egerit.62 Conſularum petēs,repulſam fert,eiuſq; apophrheg ma.91 legi agrariæ Cæſaris obſiſtit,et ab eo in carcerem conijcirur.37 Dyrrhachio à Pompeio pręfectus, eo uicto Corcyram it, & contra Cæſarē copias cōtrahit.117 Peloponneſum occupare conarus,inde in Africā abit.118 Scipioni de ſumma rei cedit, Vticam cuſtodit.131 Vticæ ſeipſum ut interfecerit,Vticenſiſq; dictus ſit.134 Quæſtor pecunias ab ijs repetit, qui eas à Sylla cædis mercedem acceperant.204 Catonis filio Cæſar ignoſcit 134
M.Claudius Æſerninus Coſ. 319
M.Claudius Marcellus Conſul, Cæſari opprimendo ſtudet 91
M.Cocceius Nerua Coſ. 240
M.Cotta largitionib.corrumpi ſe paſſus, in ius trahitur 13
M.Craſſus cum Pompeio Cæſaris opera in gratiam redit, ac cum his conſpirat 34.inde Ciceronem deſtituit.43 ſocieratem Cæſaris deijciendi cum Pompeio coit.63 fit Conſul II.65 ui expeditionem inuitis Tribunis plebis faciēs,diris ab ijſdem deuouetur.67 Gabinium Conſul defendit.122 in Parthos proficiſcitur.77 ignauia eius in bello Parthico.78 interirus.82 coniuratiõis Catilinarię ſuſpectus.29 Cæſaris rogationi agrariæ aſtipulatur 38
M.Craſſus,alius à priore,exemplū in milites ſuos ſtatuit.235 Dacos, Baſtarnas,Myſoſq;,et Thraces ac Getas ſubigit 283
M.Criſpus 212
M Druſus Libo Coſ. 328
M.Egnatius Rufus Ædilis & Prætor deinde, eius in Auguſtum contumelia. 315
M.Fabius à Mithridate uictus 2
M.Fauonius Catonis imitator,legi Cæſaris agrariæ ur aſſentitur.38 Fauonius Ptolemæi cauſæ reſiſtit 60
M.Fauonius rogarioni Trebonianæ contradicit.65 Ædilis,in carcerem ducitur.83 perit 20
M.Furius Camillus Coſ. 349
M.Gabij Apicij luxuria & obitus 377
M.Iulius Cottius 870.415
M.Iunius Silanus Coſ. 304.376
M.Iuuentij Laterenſis interitus 200
M.Lepidus ſororis Caij maritus,&c. 396
M.Licinius Craſſus Coſ. 273.329
M.Lollius Coſ. 328
M.Lollius Beſſos uincit. eiuſdem clades in Germania 328
M.Lurius Sardiniam amittit 238
M. Marcellus Æſernin' in Hiſpania dux factionis contra Q.Caſsium 119
M.Meſſala,Caſsij amiciſsimus 210
M. Octauius Pompeianæ claſsis præfectus.106 Salonas fruſtra oppugnat, poſt cladem Pharſalicā ſe cum Catone coniungit 117
M. Octauius Dolobellæ legatus ſeipſum occidit 213
M.Oppij Ædilitas,& quàm ſtudioſa eius plebs fuerit 240
M.Pappius Mutilus Coſ. 354
M.Petreius Antonij legatus Catilinā uincit.30 eius in Cæſ.dictum 37
M.Plautius Syluanus Conſul 336
M.Primi cauſa 320
M.Pupius Piſo,legatus Pompeij,Conſul 31
M. Saluius Otho Neronis ſimilimus, & ſocius.509 Galba cæſo fit Imperator. 528 à Vitellio uictus, mortem ſibi conſciſcit.530 oratio eius ibid.
M.Scaurus Sex.Pompeij uterinus frarer. 272
M.Seruilius Coſ. 336.389
M.Silanus Tribunus militum ſub Lepido 195
M.Silanus ſocer Caligulę ſeipſum interficit 394
M.Silanus Coſ. 416
M.Terētius Varro Pompeij in Hiſpania legatus 101
M.Terentius Varro Tribun' plebis. 206
M.Terentius Varro amicitiam Seiani liberè excuſat 387

M. Titius, homo ingratus. 231 Sex. Pompeium capit 248

M. Tullius Cicero cur legem Maniliam ſuaſerit. 13 Prætor, ibid. Maniliũ defendit. ibid. leuitas, & cur transfuga dictus. ibid. eius Conſulatus. 22 eius in cõiuratione Catilinaria opprimenda ſolertia & pericula. ib. iuramẽtum in depoſitione magiſtratus. 30 Cæſari & Pompeio ſicariũ ſubmittit. 39 C. Antonium collegam in Conſulatu defendit, & Cæſarem inſectatur. 40 eius mores. ibid. à Clodio fallitur, à Cæſare & Pompeio proditus in exiliũ abit. 43 ut reditus in patriam ei cõfectus, utq; redierit. 58 & exinde Cic. libelli in Cæſ. & Craſſum, de conſiliorum ſuorũ rationibus. 59 Gabiniũ accuſat. 73 pro Gabinio dicit. 74 eius in Milonis iudicio timiditas. 89 Plancũ ut accuſauerit. 90 ad Pompeiũ concedit 100 Pompeio uicto Romam redit. 117 à Bruto & ſocijs Cæſare interfecto uocatus. 154 oratio eius ad Senatum, habita ſub mortem Cæſaris. 154 in Græciam proficiſcitur, & ex itinere Romã redit. 171 eius in Antonium oratio. 178 Cæſarem Oct. in Conſulatu petendo adiuuat. 197 proſcriptus, eiusq; capiti inſultatum ab Antonio, idq; cum dextra manu pro roſtris poſitum. 205. 206 Ciceronis omnia totius uitæ uitia, ut ei à Q. Fuſio Caleno obijciũtur. 183 & inde. leuitas. 14 orationes quales. 90 inſomniũ de Octauio Cæſ. 167 Ciceronis uxor cui deinde nupſerit. 375 Cicero F. uinoſus. 187 Conſul 280

M. Valerius Meſſala Barbatus Coſ. 331

M. Valerius Meſſala Conſul. 31. 79. 261. 368 proſcriptus, periculum euitat 206

M. Valerius Meſſalinus Coſ. 336

M. Vindicis ſtatuæ 565

M. Vinicius Germanos uincit 316

M. Vinicius Coſ. II. 415

M. Vinicius Iuliæ Germanici filiæ maritus ueneno perit 417

M. Vipſanius Agrippa Prætor, & eius in ludis dandis magnificẽtia. 227 Sipuntem recipit. 230 Conſul rem contra Gallos gerit, à Cæſare claſsi inſtruendæ præfectus, portum apud Baias ædificat. 238 inde. naualis eius uictoria. 242. 244 naualis corona. 246 res eius geſtę in bello apud Actium. 261 & inde. poteſtas à Cæſare ei data. 273 Conſul II. 304 Conſul III. 304 eius cum Cæſare affinitas, & honores ab eo ipſi habiti. 304 Cæſarem ad reſtituẽdum populo principatũ hortatur. 285 Cenſor. 303 ſepta dedicat, & eius laus. 314 porticum Neptuni, balneum Laconicum, & Pantheum dedicat. Cæſaris cohabitaror fit. 316 cum Marcello ſimultatem exercẽs, in Syriam miſſus, Lesbi degit. 318 Tribunicia poteſtate ornatur. 331 eius in Campaniá expeditio, & mors, & funus. 332 Agrippæ campus. 339 eius filia Tiberij uxor, dimiſſa. 333 Aſinio Gallo iuncta matrimonio. 369 eius filios Auguſtus adoptat. 327 Agrippæ ſoror Pola 339

M. Vlpius Nerua Traianus, adoptatur à Nerua. 550 Hiſpan⁹ natione. ibid. fit Imperator. ibid. eius in Dacos expeditio. ibid. res geſtæ. deinde Optim⁹ & Parthicus cognominatur. 553. 554 moritur 557

mare Erythræum ſeu rubrum 555

de Maritandis ordinibus lex 354

Marius unde tyrannus factus 10

Mario propinquus genere Cæſar 133

Marij triumphus qualis 228

Marius, Sex.

Martis arma à ſummo Pontifice adſeruari ſolita 153

Martis Vltoris templum 322

Martis ludi 360

Martia Quadrati occiditur 572

Martialis aue 611

Martianus, Geneſius.

Maſſagetæ 561

Maſsilia obſidetur 100

Maſsilienſes nauali prælio à Bruto uicti. 101 dedunt ſe Cæſari ibid.

Maſtor 563

Mater patriæ 373

Materni ſophiſtæ exitus 546

Maternianus, Flauius.

Mathematici, Aſtrologi.

matricidæ 510

Mauritania Cæſarienſis fit prouincia 256

Mauritania ſubacta à Romanis, et in duas prouincias diuiſa 409

Maximus, L. Paulus Sabinius.

Maximus ſeruus Quæſturam ambit. 233

Maximus Traiani legatus 556

Mazæi

Mazæi Dalmatæ uicti à Germanico 349
Medeus Cappadociæ fit regulus 272
medicis Romæ immunitas data 317
Megalenſes ludi ab Ædilibus plebis facti 147
Megara Fuſius capit, & punit 118
Meliteni 567
Memmius Regulus Coſ. 383 uxor ei à Caio adempta 396
Menapij 68
Menas Pompeij libertus Sardiniam occupat, &c. 231 eius perſidum cōſilium Pompeio datum. 234 à Pomp. ad Cæſarem perfugit, utq; ab eo honoratus ſit. 237 à Cæſare rurſum ad Pompeiū perfugit. 240 ad Cæſarem redit. 241 à Pannonijs occiſus 255
Menecrates Sexti Pompeij libertus & legatus, Campaniam infeſtat. in nauali prælio ad Cumas perit 237
Menemachus à Tigrane deficit 5
Mercurius aerius 567
Merdi Thraces 284
Merula flamen Dialis 334
Meſius, Lucius.
Meſopotamia 2
Meſſala gladiatores excindit 275
Meſſala, Silius, & M. Valerius.
Meſſalina, Valeria.
Meſſalinæ ſtupra, nuptiæ cum C. Silio, et exitus 418
Meſſalinus, Valerius.
Metellus Celer, legatus Pompeij. 17 legi Agrariæ Cæſaris non aſſenſus. 38 eius inconſtantia. ibid. uide etiam Q.
Metellus Cretic⁹ laudatus, quòd copias dimiſiſſet 364
Metellus, L.
Metellus Nepos, Cæcil.
Metellus Nepos Tribunuſpleb. eius contra Senatum & Cicerone rogationes. 30. 31 eius in Hiſpania res geſtæ 71
Metellus Pius Poutifex max. mortuus. 29
Metellus. uide Q.
Methone capitur ab Agrippa 261
Metij Pompuſiani obitus 546
Metropolis urbs Theſſaliæ 109
Metulum urbs 253
Michael F. Ducæ Imperator 461
milirum Cæſarianorū trepidatio in bello Germanico 50
militum Cæſarianorum ſeditio Placentiæ. 102 in Campania, utq; Romæ à Cæſare ſint pacati 129
milites gladios in urbe geſtare ſoliti 129
in colonias emiſsi 165
militis Cæſari Oct. Conſulatum petētis dictum 196
milirum ſtudium in Cæſ. Oct. 196. inde
militum Oct. Cæſaris auaricia & impudentia 208
militum Octauij ſeditio 223
milirum contra Antonium tumultus ob promiſſum congiarium 231
militaris ſupplicij exemplum 235
militaris ſeditio contra Octauianū in Sicilia 245
miles furore concitus uictoriam Cæſaris de Sex. Pompeio, Romę annūciat. 246
militaris ſeditio à Cæſare Octauiano cōponitur 253
militibus emeritis pręmium ſtatutū. 345
militum & armorum uſus 129
miliarium aureum 322
militiæ tempus, & ſtipendium pro agro. 330
militiam detrectantium pœna ab Auguſto ſtatuta 358
Milo, Annius, T.
Milo de ui accuſatus à Clodio. 61 Conſularum petens, Clodium necat. 88 exilio damnatus propter Clodij cædem. in Ciceronem patronū eius iocus 90 in Italiam profectus, ſeditionem mouet & perit 121
Milonia Cæſonia Caij uxor 402
Mineruæ Cuſtodis ſtatua à Cic. in exiliū eunte in Capitolio poſita 43
Mineruæ templum 282
Minerua culta Domitiano 543
miniſtri ut principibus tutò poſsint ſeruire 242
Minucius, Q.
miraculum Anæ fluuij 107
miraculum 246
miraculum Veſpaſiani. 537 lacus. 555 in pugna. 567 dei uagantis 617
Mithridatis acta 2. 34
Mithridates à Pompeio uincitur nocturna pugna. 15 fugit à Tigrane excluſus in Boſphorum. filium Macharem occidit. 16 eius magnanimitas. ut à ſuis deſertus, à filio Pharnace ad mortē ſit compulſus, & ſibi necem conſciuerit. 22

Mithridates Medus, Tigranis gener 4
Mithridates Parthus à Gabinio auxilium petit 72
Mithridates Pergamenus ſocius Cęſaris, bello Alexandrino Peluſiũ capit, Dioſcoridem inſidijs excipit.126 ei Cæſar Gallogræciam cum regio nomine donat, & regnum Boſpori 128
Mithridates 323
Mithridates Iberus 390
Mithridates Iberus & Boſporanus 409
Mneſter hiſtrio à Meſſalina amatus 414 inde. eius interitus 418
Mona inſula 514
Monæſes Parthus ad Antonium confugit, utq; bellum contra Parthos geſſerit 250
Monarchia melior ſtatus Reipub. quàm Democratia 149
Monarchiam Romanis Democratia conducibiliorẽ temporibus Auguſti fuiſſe 216 (perit.272
Monarchia Cæſaris Octauiani quando ce
Monarchię quæ incõmoda.286 deinceps
moneta adulterina 607
monſtrum 323
Montanus, Iulius.
morbi nouum genus 317
Morini 68 ſubacti 282
mortis contemptus non omnis landem meretur 192
de mortuis cremandis edictum 236
Moſa fl. 418
Mucia Sexti Pompeij mater, ei à Cæſare miſſa 226 eadem
M.Scauri mater 272
Mucianus contra Vitellium miſſus à Veſpaſiano.532
Mugil piſcis 595
muliebria epula 337
mulieris fides 381
muliebris fortitudo & fides 412.512.519
mulierũ hæreditates Romæ quantæ.354.
mulieres hoſtem ab urbis oppugnatione reijciunt 117 (dictum.ibid.
mulieres pugnant ludis.596 ijsq; intermulierũ Romanarũ bona ſub tutoribus. (254
mulier naticinans 349
Munatia, Plancina.
Munatius, L. T.
Munda, & prælium Mundenſe 143
Murcus, uide Statius.
Murena, Licinius. (tur.329
murenæ (piſces) hominũ carne ueſcuntur.
Muſa, Antonius.
Muſonius philoſophus 538
Muſonius, Rufus.
Mutilus, Pappius.
Mutina Galliæ urbs Antonio reſiſtit 171 & ſequentibus
Mutina, urbs Gallię Ciſalpinæ, & bellum ibi geſtum.193
Mylaſſa 229
Myndus, ibi uicti Rhodij à Caſsio 210
Myra Lyciæ urbs 214
Myſi ſubacti 284
Myſia quæ ſit 284

N

Næuius Sertorius Macro 389
Naphta 426.594
Narciſſus Claudij libertus, homo improbus.411 à militibus exagitatus 413
Narciſſus Commodum necat.578 perit. 584 Meſſalinæ flagitia Claudio prodit.418 Claudium ludit eius opes & interitus 419
Narciſſus punitur 528
natalicia Iulij.208 Auguſti.331 ludi ijs habiti 393
natalis Caij 394 Claudij 408
naratorium calidum 339
nauale præliũ Cæſaris & Antonij Actiacum.269 Caluiſij & Menecratis 237 Cæſaris & Apollophanis.ibid. Agrippæ & Democharis.242 cum Venetis, Cæſaris.68 Sexti Pomp. & Agrippæ. 244
naues ex pellibus confectæ 226
naumachiæ exemplũ.508 ſpectaculum. (419
Neapolis Thraciæ 214
Neapoli Claudius uiuit 408
neceſsitas 46
Nepos, Metellus.
neptuni porticus 316
Nero, in Claudio.
Nero, Domitius.
Nero, Druſus.
Nero Germanici F. 382
Neronis Cæſaris imperium, mores, uitia. 506 & deinceps
Nero ducit Sporum exectum.520 nubit uiro Pythagorę.523 Iſthmũ perfodere intendit.523 Romam incendit.517 ut Romã redierit.524 fuga, & interitus eius.527 in deos impietas.523 in Græciam propter certamina obeunda profectio.522 inſania.ibid. legio.346 libido fœdiſsima.520.523 odium in Senatum

natum.523 ſcripta de rebus Troianis. (520
Neronia ciuitas 521
Nerua, Licinius.
Nerua, M. Cocceius.
Nerua Cocceius fit Imperator.549 adoptat Traianum.550 moritur ibid.
Nerua, Silius.
Neruæ mors 388
Neruij à Cæſare uicti 58
Neruiorum defectio 76
Nicæa patria Dionis, & mugiles ibi 595
Nicephorium urbs Meſopot. 78
Nicomedes Apollonius philoſophus. 571
Nicomedes rex Bithyniæ 138
Nicopolis in Ægypto 280
Nicopolis à Cæſare Octauiano condita. 272
Nicopolis à Pompeio condita 16
Niger. Peſcennius.
Nigidius Figulus Aſtronomus, Cæſaris Octauiani imperium prædicit 167
Nigrinus, Pontius.
Nigrini mors 557
Nili inundatio 537 origo 595
nimium omne ſuſpectum 584
Ninnius, uide L.
Ninnius rogationem Trebonianam impugnat 66
Niſibis 2 aucta à Seuero 591
Nitocris regina 514
nocturni cuſtodes inſtituti 347
nomen in adoptione ut mutari ſolitũ. 119
Nonius Balbus Trib. pl. 258
Nonius Gallus bellum contra rebellãtes barbaros gerit 281
Nonius, P. Sextus.
Norbanus 547
Norbanus, C. L.
Norici ſubiguntur 328
Nouiodunum ab Heduis incenſum 85
nubendi ætas 326
Numeriani pro Seuero res geſtæ 591
Numerius Atticus Proculi de Romulo mendacium imitatur 367
Numidia prouincia Romanorũ facta 134
numidiam Curio Trib. publicam P.R. eſſe iubet 106
nnmiſma Bruti 211
nundinę eſſe Cal. Ian. non potuerunt. 232 translatæ 415
nundinæ Romanorum: & Cal. Ianuarijs habentur aliquando 88 (236
nuptiæ cum grauida ut contrahi poſsint.
nuptiarum lex 326
Nurſia Sabinorum oppidum 224
Nymphæum locus 107
Nymphidius 528

O

OBſtare alijs procliuius eſt, quàm promouere 35
occaſio 181
in Oceano pelliceis nauibus uſus 226
Octauia Cæſ. ſoror Antonio matrimonio iuncta. 321 Antonio marito dona affert, nec recipitur 253
Octauia repudiatur 258
Octauiæ honores decreti 255
Octauiæ mors 334
Octauia uxor Neronis. 507 à Nerone repudiata & occiſa 516
Octauianus, uide Cæſar Oct.
Octauius, M.
Octauij in Creta geſtæ res 5
October Domitianus dictus 544
Odæum Traiani 558
Odryſij Bacchi cultores 284
OMEN. 320. 376. 514. 591 Auguſto proſperum. 313 Cæſari in Africã egredienti factum, utq; id Cæſar inuerterit 138 Cæſ. proſperũ. 269 Cæſari triumphanti factum. 138 Craſſo oblatũ. 79 in nomine Pertinacis. 580 Octauio imperiũ præmonſtrans. 167 Panſæ ad bellũ itaro. 193 piſcis. 243 Veſpaſiano factum. 396
Omina. 367 Cæſari ſecunda. 105. 106
omina, oſtenta & ſigna, Cæſari interitum prædicentia. 153 Pompeio aduerſa. 98 Seiano facta 381
opima ſpolia. 149 quis ferre ea poſsit. 283
Oppius, M. P.
Oppius Statianus cum exercitu cæſus à Parthis 250
optimi cognomentum Adriano datũ. 553
oraculum Apolloniatarum. 107 Caio datum. 405 de Caſsio datum Pompeio. 116 Macrino datum. 614 Malli Sex. Quintilio datum. 573 Sibyllæ 61

ORATIONES.

Oratio Adriani morituri. 562 Agrippę, qua Monarchiam diſſuadet Cęſari. 285 funebris Antonij de Cæſare. 159 Antonij apud Actium ad milites. 263 Bunduicæ ſuos ad bellum cohortantis. 512 Catuli. 9 Cic. ad ſenatum, de obliuione iniuriarũ, Cæſare occiſo habita. 154

in

in Senatu contra Antoniũ.172 Cæſaris ad milites.50 ad ſeditioſos milites Placentiæ.102 ad Senatum.136 Cæſaris Auguſti ad milites apud Actium. 266 ad Senatum,Rempub.reſtituturi 305 ad maritos & patres liberorũ.351 alia in cœlibes.352 Gabinij ad P.R.8 M. Antonini philoſophi ad milites. 568 Mæcenatis,qua Cæſarem ad retinendum P.R.imperium hortatur.290 Othonis ad milites.530 Paulini ad milites.515 Põpeij ad Quirites.47 Q.Fufij Caleni pro Antonino in Cic.182 Tiberij in funere Auguſti.362 Vindicis in Neronem 525

Orcheſtræ modus adhibitus ab Auguſto.

Oreſtilla,Cornelia. (320

Orgetorix Heluetiorum dux 49

Oricum Cæſar capit 107

Oricum oppugnatum & defenſum 118

Ornodapantes Parthus 83

Orodes à filio necatur 250

Orodes cur auxilium non tulerit Pompeio 110

Orodes filius Phraatis.72 Parthorum rex, cũ Craſſo per legatos expoſtulat: in Armeniam expeditionem facit 78

Orodes rex Parthorum 229

Oroeſes Albanorum rex Pompeiũ adortus uincitur & fugatur 17.19

Oſaces Parthus à Caſsio cæditur 82

oſtentum Cæſari factũ bellum Mutinenſe moliẽti.194 Druſo factũ.336 Octauio factum.144 Pompeio Pharſalicam cladem denunciãtia.112 Ciceroni perniciem oſtento prædicta 172

Otho,Saluius.

ouata opera in Circo poſita 256

P

PAcatus,Claudius.

pacis ſtatua 334 templum 539

Pacorus in Syriã inuadit,& repellitur 82

Pacorus Orodis filius,contra Romanos bellum gerit.Syriam capit.229 à Ventidio uictus perit 248

pactiones nuptiales 326

Pacuuius,Sex.

Pæones qui 254

Pætus,uide P.& Thraſea.

Pætus,Valerianus.

Palæſtina 23

Palatium refectum & ornatum à Domit. Caluino 235

Palatium 311

Palatij incendium 341

Palinurum promontorium 241

Palla,Gellij & Meſſalæ mater 210

Pallantis obitus & opes 516

Palma Syriȩ præfectus.553 eius mors.557

Pammenes à Nerone uictus 522

Pamphyliæ ciuitatibus libertas redditur.

Panares 5 (316

Pandateria inſula 340

Pangæum 214

Pannones Cæſar ſubegit, & de eorũ moribus 254

Pannonij profligantur.328 rebellant, & à Tiberio ſubigũtur.333 rebellant.348

Panſa,C.Vibius.

Panſa uincitur ab Antonio 195

Panthea Druſilla 396

Pantheum 316

Panticapæum 22

Paphos Auguſta dicitur 329

Papinianus.600 ab Antonino Caracallo dimiſſus 603 cæditur 604

Papinius,Sex.

Papius,C.

Pappius,M.

Papyrius,Dionyſius.

Parætonium à Cornelio Gallo captũ.275

paraſiti,ſtercorarij Ægyptijs dicũtur.268

Parilia 145

Paris hiſtrio à Nerone necatur 524

Parſimonia magnum uectigal 300

partæ res,conſeruandæ ſunt 52

Parthamaſires 553

Parthamaſpates Parthorum rex 556

Parthenius Domitiano necem ſtruit.547

Parthini Macedones 108

Parthi,eorum regio,uſusq; bellandi.78 odium in Romanos, & legatorum uiolatio 115

Parthi Baſſo auxilium ferunt 212

Parthicum bellum duce Labieno 229

Parthi à Ventidio uicti 234

Parthicum negocium à Cæſare compoſitum 286

Parthicis cladibus amiſſa ſigna & captiuos recuperat Auguſtus 322

Paſsienus,L.

Patara Brutus capit 214

Paternus 570 eius mors 572

Pater patriæ Cæſar dictus 149

Patris nomen Imperatoribus quid ſignificet 312

paina Vitellij 531
Patræ à Catone captæ,& à Fuſio receptæ 118
patriæ quid debeatur 7
patria ubiq; 47
patria ab Adriano neglecta 560
Patricij ſufficiuntur 303
Patrobij liberti Neroniani dignitas 520
mors 528
Paula,Cornelia.
Paulina,Lollia.
Paulina uxor Senecæ 519
Paulinus,Iunius.
Paulini in Britannia res geſtæ 514
Paulinus, Suetonius.
Paulus,Æmylius.
Paulus Æmilius Lepidus Cenſor 320
Paulus Fabius Maximus Coſ. 333
Pauſilypum 329
Paxi 261
pecuniæ uſus 128.536
Pedius,Q.
Pelorus fl. 19
penſio liberis & libertinis impoſita 261
Peponilla 539
Perennij interitus 573
Perinthijs Byzantium traditum 590
Pertinax legatus M.Antonini 565
Pertinax Conſul 568
Pertinax Imperator factus.579 eius genus 580 laus.ibid. occiditur 582
Pertinacis mors uindicata.585 ſepulcrum 586
Peruſia diruta 225
Peſcennij Nigri acta.583.inde mors 588
peſtilentia 318.575
Petilius Cerealis 535
Petreius,M.
Petreius Pomp.legatus in Hiſpania 100 ſe Catoni adiungit.118 interitus eius 134
Petronius,C.
Petronius Secundus 547
Petus,Articuleius.
Phango,Fuficius.
Phaonis prædium 526
Pharaſmanes 390
Pharaſmanes Mediam inuadit 561
Pharnabazus Iberiæ rex 250
Pharnaces Mithridatem patrem ad mortem adigit.22.30 Boſphori regnum à Pompeio accipit.23 Cæſar ei deſtitutum auxilio Pompeium exprobrat.113 bellum regni paterni recuperandi cauſa ſuſcipit, Domitium Caluinum uincit.127 à Cæſare uincitur, & ab Aſandro cæditur 128
Pharnapates Pacori legatus à Ventidio uictus 235
Philadelphus rex Paphlagoniæ Octauiano Cæſari coniungitur 262
Philippi opidum,eius ſitus 214
Philippus,L.Marcius.
Philiſcus Ciceronem exulem conſolatur 43
Philix,qui & Bulas 600
Philopator Tarcondimoti F. regno mulctatur 272
Philopæmen libertus, à Cæſare eques factus 204
philoſophi Roma à Veſpaſiano pulſi. 538
Phocæa libera à Pompeio relicta 102
Phœbe liberta Iuliæ ob mortem ab Auguſto laudata 340
Phœbi in Veſpaſianum dictum 538
Phœnix auis uiſus 390
Photinus Eunuchus contra Cæſarẽ bellum mouet.125 eius interitus ibid.
Phraates Tigranẽ uincit, cum Pompeio de iniurijs expoſtulat.20 à filijs cæſus 72
Phraates rex Parthorũ fit,& eius flagitia. 249
Phraatis filius obſes à Cæſare habetur. 280 remittitur 318
Phraates captiuos & ſigna militaria Auguſto reſtituit 322
Phraatis faſtus, utq; Armenia Romanis ceſſerit 348
Phraates Parthis à Tiberio rex datur 390
pietas in patrem 316.325
pileus libertatis ſignum 527
Pinarius Scarpus Antonio malè fidus.274
Pindarus Caſsij libertus & occiſor 218
Pinnes Breucus 350
piratarum origo & ſecta 5
piſcis Cæſari Octauiano imperium maris promittit 243
Piſo ambitus poſtulatus 15
Piſo.uide C.Calpurnius.Cn.L.
Piſo,Pupius.
Pius,Antoninus.
Placentia 102
Planaſia inſula 349
Plancina.376 interitus eius 388
Plancus,Munatius.

Plancus

Plancus Aſiæ ab Antonio præficitur, fugit Labienum. 229 ab Antonio ad Cæſarem tranſit 258
Platonis liber de Animo, ſeu Phædo 135
Plautianus 384
Plautiani Conſulatus 198
Plautiani potentia & libido. 595 interitus 597
Plautilla filia Plautiani, Caracallæ uxor. 595.596 relegata. 598 moritur 603
Plautianus, Quintillus.
Plautius Hyplæus, ambitus condemnatur 89
Plautius, Aulus.
Plautij res in Britannia geſtæ 413
Plautius. M Q.
Plautus Plautiani filius. 598 necatur. 603
plebis tumultus ob Cæſaris necem 165
plebs nouas res deſiderat 347
plebs hiſtrionis cauſa turbas mouet 367
Plotina uxor Traiani egregia fœmina. 550 Adriano fauet 557
Plotinam mortuam luget Adrianus 560
Pluti mors 516
pœnæ utiles ad quid 102
pœna militaris 250.255
Pola Agrippæ ſoror 339
Polemo rex Ponti à Parthis captus 250 Armenia minor ei data ab Antonio. 257 ſocius à Romanis dicitur. 315 regnum Boſpori adipiſcitur 330
Polemo Polemonis F. 396
Polemo 409
Pollæ Aceroniæ interitus 509
Pollenius Sebennius homo maledic. 599
Pollio, Aſinius.
Pollio Rubrius 415
Pollio Vedius, Vetraſius.
Polybius libertus 361
Polybij. Claudij liberti licentia 417
Polybij hiſtorici laus 446
Polycleti tapinæ 523
Pomœrium prolatū à Cæſare. 147 ab Auguſto 339
Pompeianus legatus M. Antonini. 565 eius liberè dictum in Commodum 572
Pompeianus, Claudius.
Pompeiopolis 12
Pompeius, uide Cn. Pompeius Magnus.
Pompeius Bithynicus Siciliæ præfectus, cum Sexto Pomp. paciſcitur, & ab eo necatur 226 inde. (bo. 148
Pompeius Rufus, Quint. Sextus; Stra-
Pomponius Baſſus 615
Pomponius, L. Q.
Pomponius Secundus Conſul 405
Pomponij Labeonis interitus 389
Pompuſianus, Metius.
pons Ælius 563
pons Fabricius extructus 31
pons Traiani in Danubio. 552 ad montē Cardynum 555
Pontifices duo ex eadem gente ſimul nō poterant legibus ſaluis eſſe 61
Pontif. Maximi electio 166
Pontificatum alterius, eo uiuo nemo capere potuit 247
Pontifex Max. in publica domo habitat. 331
Pontificum collegia aucta 129.148
Pontiæ inſulæ 402
Pontinas paludes ſiccandas Cæſar ſuſcepit 105
Pontius Aquila T Plancū uincit. 195 perit 196
Pontius Nigrinus Conſul 390
Popilius Lænas Ciceronis percuſſor. 206
populi fauor & ſtudiū quandiu duret. 63
Poppæus, C. Q.
Poppæi Sabini interitus 389
Porciæ, Catonis F. M. Bruti uxoris, fortitudo. 152 mors 219
Porcia lex 177
Porphyrus lapis 602
porta triumphalis 366
portentum 322 uide prodigia
portenta à Xiphilino exagitantur 446
Porticus Liuiæ 329.360
Porticus Pauli dedicatur. 256 conflagrat & reficitur 329
portus dulcis 261 Comarus ibid.
portus à Claudio factus 410
poſſeſſioni pecuniæ modus poſitus 105
Poſtumius Germanici legatus 356
oſtumius, Q.
potentia mores mutari 10 11
potentiam affectantiū amicitiæ. 48 promiſsiones 99.179
potentia quibus rebus paretur & conſeruetur 128
Potitus, Afranius, & Valerius.
Praaſpa Mediæ regia, ab Antonio oppugnata 250
præcepta Reipub. bene adminiſtrandæ. 308 ſcripta ab Auguſto 362
præfecti prætorianarum cohortium. 340

præfecti prouinciarum 310
præfecto prouinciæ Quæſtor & legatus ſuccedũt:præſcriptum tempus iis exeundi in prouincias 374
præfectorũ prouinciis poteſtas quãta.378
præfecti urbis pueri equeſtris generis.256
prælium,pugna.
præſtigiatores Roma pulſi 256
præteritorũ recordatio ad quid utilis. 157
PRÆTORES,quorum meminit Dio.
Cicero 14
Metellus Celer 26
P.Lentulus 27
C.Cæſar 31
Metellus Nepos 33
C.Pomptinus 32
Q.Fufius Calenus 39
M.Cato 39
Appius Claudius 59
Sergius Galba 74
L.Roſcius 95.
M.Æmilius Lepidus 105
M. Cæcilius
Trebonius 120
Salluſtius 129
L.Bacilus 147
P.Ventidius 148
M.Brutus
C.Caſsius 152
Cornelius
Cinna 165
C.Antonius 169
L.Aſyllius 256
M.Egnatius Ruſus 315
Tiberius 327
Druſus ibid.
Iulius M.Antonii F. 331
Druſus 333
M.Agrippa
Prætores X.facti.129.138. XIIII.146. XVI. 140.&359
Prætores XII. 359
Prætores XV.& plures paucioresq; 387
Prætoribus permiſſum,ut in Senatu ſententiam dicerent 337
Prætorianæ cohortes omnes in unum locum conductæ 377
Prætura geritur ab his,qui Senatu moti, eum gradum iterum affectãt.27. &129
Prætura urbana reliquis potior 120
Praſinus auriga 397
primam ſententiã dicere,honoris eſt.330
Primus,Antonius,& M.
principatus periculorum plenus 342
Princeps Senatus 580
Principis boni officium 344
Principibus domeſtica uitia ignota 340
Principum ingenia 242
Priſca, Publia.
Priſcillianus,L.
Priſcus Antonius,Fabius,Iunius,Heluidius,Lutorius.
Priſcus municeps Dionis,architect⁹. 589
priuatis aliud, aliud Reipublicæ ſpectandum 51 (netur.ibid.
priuata ſalus publica incolumitate conti
priuati ſententias in comitiis populi primò ferunt 66
Probus legatus Seueri 591
Proclus,Lucianus,& Scribonius
Proclus Sulpicius à Nerone cæſus 524
Proconſules comitiis Conſularibus præſunt 198
Proconſules prouinciarum 309.inde
Proculeius,C.
Proculii de Largo ſenſus 314
Proculius Murenæ frater 320
Proculus,Cn. & Larginus
Procuratores uicorum 339
prodigia. 21.26.61.79.88.121.132.202.203. 236.237.239.279 ante bellũ ciuile Cæſaris & Pompeii.98 pugnæ Pharſalicæ euentum monſtrantia.112 ante Mundenſem pugnam.143 Octauiano Romam intrante.168 Triumuirarũ portendentia.172 bello Mutinenſi 193
prodigium Caſsio oblatũ.212 prælium Philippenſe prægreſſa.216 Saluidieno factũ.232 bello ciuili Antonii.260. 261.263 ſub cladem Vari.358 mortem Auguſti ſignificantia.360 Seiano aduerſa.382 Claudii mortis præuia.420 ante Neronis interitũ.526 Galbæ Imperium prædicentia.527 bello ciuili Othonis & Vitellii.530 Vitellii Imperio.532.533 ante mortem Veſpaſiani. 540 Domitiano mortem minantia. 548 ante mortẽ Traiani.556 Iudæis datum.561 antecedentia mortẽ Commodi.579 Seuero Imperium promittentia.585 Nigro aduerſa.587 bello ciuili Seueri contra Albinum.591 ante mortem Carracalli 610
in Promittendo conſiderationẽ adhibendam 8
promiſſa cum à multis non repræſententur,

tur,& in contrarium recidant 99
Proprætores prouinciarum 309
proſcriptio Triũuiralis, & eius cum Syllana compatatio 203
proſcriptio pecuniaria 207
Protogenes Caij ſæuiciæ miniſter 403
PROVERBIA.
A' caluo ad caluum uſque 401
Cadmi uictoria 156
Multi medici regem perdiderunt 563
Ne muſca quidem 538
Octauus ab Hercule 615
Quid mihi & longis tibijs 529
in Prouincias quo tempore exire magiſtratibus Romanis licuerit 83
prouinciarũ de adminiſtratione ſub Auguſto inſtituta 309.& ſequentibus
Pſeudantoninus Auitus Imperator deſignatur. 613 Macrinum uincit. 614 nomina eius Auitus, Aſsyrius, Sardanapalus, Tiberinus. 614 Heliogabalus 615 fit Imperator. 614 eius flagitia. 615 & deinde. interitus 618
Pſeudonero 530
Pſylli 278
Ptolemæus rex Ægypti Romam profugit, eiuſdem largitiones, & cædes. 60 re infecta Epheſum abit. 61 in regnũ Ægypti à Gabinio reductus 72
Ptolemæus rex Ægypti, amicus Pompeij 115 bellum contra ſororem Cleopatrã gerit. ibid. ſeditionem contra Cæſarem excitat 124 eius interitus 127
Ptolemæi teſtamentum 124
Ptolemæus iunior, poſt obitũ fratris, ſororem Cleopatram ducit, & rex Ægypti conſtituitur 127
Ptolemæo regi Cypri cur infenſus Clodius. 48 eius interitus 62
Ptolemæus Cæſario 255
Ptolemæus Iubæ F. à Caio necatus 403
Ptolemæus Philadelph' Antonij & Cleopatræ filius 252
Ptolemæorum corpora Cæſar uidere noluit 279
Publię Priſcæ in maritũ fides & mors. 381
Publicanis tertia pars uectigalium à Cæſare remiſſa. 39 uis à plebe facta 235
publici commentarij exſcripti 375
Publicola, Gellius.
P. Ælius Adrianus legatus Traiani 556
P. Afranij Potiti uotum pro Caligulæ ſalute, & obitus 394
P. Alfenus Coſ. 336
P. Aquili' Gallus Tribunus plebis Pompeio & Craſſo Conſulib. repugnat 65
P. Atinius Tribunus plebis 38
P. Attius, uel Actius, Varus Põpeij in Africa legatus à Curione uincitur 106
P. Canidi' Craſſus Iberos & Albanos uincit 250
P. Clodius apud Niſibim Valerianis legionibus autor eſt deficiendi à Lucullo. 4 ſorores eius. 4.5 rei nauali à Marcio Proconſule præficitur. à Piratis capitur: Antiocheæ ſeditionem mouet. 5 cum Cæſaris uxore adulteriũ committit, ſacra polluit. in iudicium raptus abſoluitur. 31 eius flagitia. ib. ex patricio plebeius fit. 33 Ciceroni perniciem ſtruit. Tribunus plębis. ibid. 40 frumentum plebi largitur: collegia reſtituit: Cenſoriam poteſtatẽ abrogat. 41 Tigranẽ dimittit, Pompeiũ & Gabiniũ contumelijs afficit. 48 Catonem in Cyprum amandat. ibid. reditui Ciceronis reſiſtit. de ui poſtulandus, Ædilitatem affectat. 59 Ædilis, Milonem accuſat, Pompeium conuicijs proſcindit. 61 cum Cicerone contendit. 62 M. Catonem accuſat. 62 Pompeium in petitione Conſulatus iuuãs periclitatur. 64 à Milone cæſus, in foro comburitur. 88 Antonius eum occidere uoluit. 179 eius ex Fuluia filiã Cæſar Octauius ducit 202
P. Cornelius Dolobella Cæſarianarũ partium, Dalmatia pellitur. 106 Tribunus plebis ſeditionem mouet. 122 plebeius fit. ib. à Cæſare & uenia & Conſulatu donatus. 124 Conſul, in locum Cæſaris ab ipſo ſuffectus. 148 inuadit Conſulatum. 154 Conſul cum Antonio. 165 in Syriam præmiſſus ab Antonio. 171 Trebonium per fraudem interficit, hoſtis iudicatur, Aſia potitur, Laodiceæ uictus & obſeſſus à Caſsio, ſeipſum interficit 212. inde
P. Cornelius Dolobella Conſul 350
P. Cornelius Lentulus Spinther Conſul. 57 Ciceronis reditũ adiuuat. 59 Filiũ ſuum adoptandũ in gentem Manliam dat, ſacerdotij cauſa 61
P. Cornelius Lentulus Marcellinus Conſul 324

P.Cornelius Scipio Conſul 328
P.Craſſus M.F.cum militib. Romam accedit, ad cõficiendum patri magiſtratum.65 Aquitanos uincit.69 interit 80
P.Egnatius Celer philoſophus, falſus teſtis 519
P.Falcidius Tribunus plebis, & eius lex 232
P.Gabinius Marſos uincit 409
P. Lentulus Prætor, ſocius cõiurationis Catilinariæ 27
P.Nonius Aſprenas Coſ. 395
P. Oppius Quæſtor 13
P.Pætus ambitus damnatus, eiusq; coniuratio 14
P.Pætus 26
P.Quintilius Varus Coſ. 330
P. Rufus nouandarũ rerum inſimulatus ſtudij 347
P.Scæuij fortitudo 33
P.Seruilius Caſca Tribunuſplebis, unus ex percuſſoribus Cæſaris.165 damnatur ob Cæſaris necem 199
P.Seruilius Iſauricus Coſ.107 eius acta in ſeditione Cæcilij.121 mors 171
P.Seruilius Iſauric⁹ Coſ.alius à priore.221
P.Seruilius Rullus Cæſaris Oct. legatus 230
P.Seruilius,ferarum confector 316
P.Sicilius Coronas 200
P.Silius Nerua Coſ. 322
P.Silij res geſtæ contra Germanos 328
P.Sittius Cæſarem adiuuat bello Africo 132
P.Thraſeæ Pæti conſtantia 510
P.Titius Tribunus plebis 199
P.Turullius Cæſaris percuſſor, eiusq; interitus 275
P. Vatinius Coſ. 130
P. Ventidius in triumpho captiuus ductus, Prætor Romæ fit.148 Conſul fit 207 Vide Ventidius
P.Vinicius Coſ. 336
puero uirilis toga data ut necari poſſet. 204
puerorum pugna 106.260
pugio,libellus 403
pugnæ,prælia.
pugna in Britannia. 516 ad Cremonam.
pugna cum miraculo 567 (530
pugna Cæſaris & Põpeij ad Mũdam. 143
nocturna Pompeij contra Mithridatẽ. Pharſalica. 111 apud Philippos inter Brutum Caſsiumq;, & Cæſarẽ ac Antonium. 217 Romanorũ cum Parthis miſera 80
Pulionis equitis Germani robur 349
Pulcher,Claudius.
Pupius,M.
purpuram quibus geſtare liceret 247
Puteoli 399
Pylades hiſtrio,& eius dictum 327
Pylades reductus 551
Pylades ſaltator 583
Pyrrhica ſaltatio 415
Pythagoras maritus Neronis 523
Pythias Octauiam defendit 516

Q

QVadi à Romanis uicti 567
Quadratus 572
Quadratus,Ninnius.
Quæſtores ante iudicum ſortitionẽ conſtituebantur,& iudicũ ſortitioni præerant 59
Quæſtores XL.facti 146
Quæſtores bini Conſulum 235
Quæſtoribus cura ſeruãdorum Senatus conſultorum data 334
Quæſtores cum imperio 338
Quindecimuiri 304
quinquageſima precij mancipiorũ uenditorum conferri in ærarium militare iuſſa 349
Quinquatria 543
quinquennales ludi 327
Quintilianus,Nonius.
Quintilius, Maximus, & Cardianus ſeu Condianus 572
Quintilina,P.
Quintilius Varus Germaniæ præfectus, ab eo populo cum legionibus cæditur 356.deinde
Quintillus Plautianus 398
Quintius,C.T.
Q.Ælius Tubero Coſ. 333
Q.Aponius 141
Q.Aſidius Antonianus 262
Q.Cæcilius Metellus Nepos Coſ. 57 Ciceroni inimicus 59
Q.Cæcilius Metellus Creticus Coſ. 348
Q. Caſsius Longinus Tribunus plebis Cæſarẽ defendit.et Roma ad eum proficiſcitur.94 Hiſpaniæ præfectus.101 eius in Hiſpanos iniuriæ, ſeditio cõtra eum,& interitus 118.& inde

Q. Catulus à Cæſare peculatus poſtulatur 31 (detur.76 interit.205
Q. Cicero Cæſaris legatus à Neruijs obſi-
Q. Cornificius Sextó Pōpeio milites mittit 226 eius interitus 228
Q. Dellius exoletus & legat⁹ Antonij ad Armenium.255 ad Cæſarem ab Antonio transfugit 266
Q. Didius Syriæ præfectus 274
Q. Fabius Africanus Coſ. 335
Q. Fabius Maximus Cæſaris legat⁹ in Hiſpania.141 triumphat de eo bello. 145 Conſul fit, & moritur 146
Q. Fuſius Calenns Prætor, & eius lex 39 à Cæſare in Græciam miſſus Athenas, Megara capit, Patras recipit 118 Conſul. 130 eius pro Antonio aduerſus Ciceronem in Senatu oratio 182
Q. Hortenſius & C. Curio uerberibus accepti, quòd Ciceroni cuperent 42
Q. Hortenſius Macedoniæ præeſt 209
Q. Lepidus Coſ. 322
Q. Lucretius Viſpalio Coſ. 323
Q. Marcius Coſ. 8
Q. Marcius Proconſul in Ciliciam it, Lucullo auxiliũ negat.4 eius uxor.ibid.
Q. Metellus Celer Augur & Prætor, C. Rabirium iudicio eripit.26 Conſul, et eius ſoror à Pompeio repudiata 32 Pompeio reſiſtens, à Trib.pleb.in carcerem conijcitur. Clodío Tribunatũ (petẽti reſiſtit.33
Q. Metellus Creticus.5
Q. Minucij Tribunatus plebis 31
Q. Pedius Cæſaris legat⁹ in Hiſpania. 141 triumphat de Pompeio F.145 Conſul cum Oct.Cæſare deſignatur. 198 Coſ. Antonio & Lepido ueniá & reditum conficit 201
Q. Poppæus Secundus Coſ. 354
Q. Plautius Coſ. 390
Q. Pompeius Rufus Tribunuſpl. in carcerem coniectus, Syllæ ſororis filius 87 populum ob cædem Clodij eõcitat.88 damnatur 90
Q. Pomponius ſepténio incarceratus. 393
Q. Poſtumius ab Antonio necatus 262
Q. Saluidienus Rufus. 225 à Sexto Pompeio nauali prælio ſuperatus. 226 fortuna eius, & interitus 232
Q. Scipio Metellus, ſocer & collega Pompeij, ambitus reus. 89 Cenſoriam poteſtatem reſtituit.91 reliqua in Scipio
Q. Statilius Tribunatu pl. phibitus. 303
Q. Sulpicius Camerinus Coſ. 351
Q. Sulpicius Quirinius Coſ. 331
Q. Titurius Sabinus Vnellos uincit 69 ab Eburonib. cæditur 76
Q. Vintelius 282
Quirinius, Sulpicius.
Quirini templum ab Auguſto fáctũ 327
Quirites uocari, militibus moleſtum cur ſit 246

R

Rabirius. uide C.
Racius Conſtans 596
recenſio populi 139
Rectus, Æmilius.
Regulus Achaiæ & Macedoniæ præfectus 389
Regulus, Licinius.
Regulus, Memmius.
de Repub. optima forma totus liber LII.
res ſecundæ ut ferendæ 137
Rhæti à Druſo & Tiberio ſubacti 328
Rhætinum Dalmatiæ urbs & geſta apud eam 354
Rhaſcipolis Brutũ adiuuat. 211 Brutum (deſerit.219
Rhaſcipotis Cotys filius, & eius interitus 334
Rhaſciporis Rhymetalcis frater, ſoci⁹ Ro(manorum.348
Rhemi populus, Romanis fidus 57
Rheni deſcriptio 70
Rhenũ Cæſar tráſit, in eo pōte facto.ibid.
Rhenum tranſit Agrippa, ſecundus Ro(manorum.238
Rhinoceros 282
Rhodanus fl. 32
Rhodij libertate excidunt 415
Rhodus capitur à Caſsio 214
Rhymetalces Thrax 328
Rhymetalces à Vologæſo fugatur 334
Rhymetalces Romanorum bello Dalmatico adiutor 348
Rhymetalci Cotyos regnum datur 396
riſus inhibendi ratio 578
roboris exemplum 349
Roles Getarũ rex, ſocius Romanorũ. 283
Roma capta à L. Antonio, & Cæſare iterum 225
Roma in 14 regiones diuiſa 346
Romæ præſidium quantum 346
Romam lapideam ſe ex terrea feciſſe gloriatur Auguſtus 361
Romana res quib. artib. adeò creuerit 51
Romanorum clades in Britannia 512
Romanorũ in extollẽdo eodẽ, deprimendoq; incõſtantia.170 in impudẽtes ſeros argentei coloris 591 (ueritas.171
Roſcius, L.

Roſtra Iulia 362
Rubrius Gallus Neronis dux 526
Rubrius Pollio 415
Rufinus, Cæcilius.
Rufus contra Neronem conſpirat 518
Rufus, Cluuius, Egnatius, Geminus, L. Paſsienus. (actus.519
Rufus Muſonius philoſophus in exiliũ
Rufus, P. Saluidienus, Q. Pomp. Sempronius, Sulpicius.
Rufus Sulpicius à Nerone necatus 524
Rufus, Titius, Vibius, Virginius.
Rufi Virginij acta contra Vindicem 526
Rufi Balæi fortuna 566
Rullus, Seruilius.
Ruſpina Africæ oppidum 131
Ruſticus 548
Ruſticus Arulenus 546
Ruſticus, Iunius.

S

SAbina uxor Othonis & Neronis 509
eius luxus & mors 520
Sabinius Maximus Coſ. 397
Sabinus, Caluiſius, & Cornel.
Sabinus Gallus Cæſarem ſe dicit 539
Sabinus, Iulius, Poppæus.
Sabinus, Q. Titurius. (tus interit.379
Sabinus calumnia & fraude circũmuen-
Sabinus Veſpaſiani propinquus.534 fra-
Sabinus Meſſalinæ adulter.417 (ter.414
Sabos rex Arabiæ felicis 317
Sacerdos, Iulius.
ſacerdotum numerus ſubinde auctus.281
ſacerdotum Romæ quatuor genera. 304
ſacra bonæ deæ 31
ſacrificia decreta, damnato aliquo Cęſaris inimico 232.314.374
Sadalus Thrax, Põpeij ſocius 109 uictor Cæſar ei ignoſcit.113 P.R. ſuam ditionem moriens relinquit 211
ſæculares ludi 327
Salabus Maurorum dux. 409
Salaſsi Romanis rebellant 253.inde
Salaſsi rebellant, & domantur 315
Salatto 131
Salluſtius Criſpus, Numidiæ præfectus, prouinciam expilat.134 Præturam ge
Salonæ oppugnatæ 117.348 (rit.129
ſalue 562
Saluidienus, Q.
Saluius M.
ſalutis augurium 26.281
Salutis pub. ſtatua 334
Samijs libertas data 323
Saoterus 574
Sardanapalus 614
Sardinia à Cæſare recipitur.99 à Sext. Pomp. occupata 231
Sargetia flumen 552
Satala urbs 553
Satellitium Imperatoris quantum 346
Saturnalia 393.413
Saturnini cædes 36
Saturninus Ælius, Sentius.
Sauromatæ repulſi 328
Sauus fl. 255
Saxa Syriæ ab Antonio præfectus, à Par-
Scæuius, P. (this uictus perit.229
Scapula, T.
Scarpus, Pinarius.
Scaurus, Æmilius, M.
Sceua filius Batonis 356
Scipionis exilium 47
Scipio cur de ſua dignitate deiectus 290
Scipionum nomini uictoria in Africa deberi uiſa 131
Scipio Pompeij ſocer in Macedonia legatus, quæ egerit.109 bello Africo Pompeianorum dux.131 interitus eius.134
Scipio Metellus, Q.
Scipio Salatto 131
ſcommata uide Dictum
Scordiſci in Macedoniã incurſus faciũt. 328 Romanos iuuant 333
occultè Scribendi modus 77.273.558
Scribendi compendia à Mæcenate inuenta 339
Scribonia à Cæſare dimittitur.232 mater Iuliæ, cum filia exulat 340
Scribonianus, Camillus, Furius.
Scribonius Boſpori regnum affectat, &c. (330
Scribonius Libo, Lucius.
Scribonius Proclus à Senatoribus diſcer
Scyllæũ promõtoriũ.237 (ptus.403
Scythæ ebrioſi 283
Sebennius, Pollenius.
Secilius 1
Secũdus, Atanius, Carina, Petronius, Pomponius, Poppæus.
ſeditiones tempeſtatibus ſimiles eſſe. 47
in Seditionibus fortuna incerta & inſtabilis 159
ſeditiones alias ex alijs naſci 157
ſeditio ambitus reorum.14 poſt cædem Clodij.88 militum Cæſarianorũ.102. in Hiſpania cõtra Cæſaris præfectum

Q. Caſsium.118 propter debitorū cauſam à M.Cæcilio 120 (concitata.122
ſeditio Romæ à Dolobella & Trebellio
ſeditio militum iu Pānonia ſub mortem Auguſti.369 in Germania 370
Segetica regio 283
Segimerus dux Germanorum contra Va
Seianus, Ælius. (rum.367
Seianus,L.
Seiani ſtatuæ, & autoritas. 377 potentia & honores inde. adulteriū cum Liuia Druſi uxore, & ut Druſum ſuſtulerit. 378 cum tota familia morte mulctatus 384
Seiani amicitia multis exitioſa idid.
Seius Strabo Seiani pater 377
Seleucia urbs Meſopotamiæ 79
Seleucus Berenices maritus,& eius inte-
Selinus Ciliciæ urbs 557 (ritus.72
Semideus Cæſar 136
Semiramis 514
Sempronij Druſi fides in Galbam 529
Sempronius,L.
Sempronij Rufi eunuchi potentia 607
Senatus circunſcriptus & ui oppreſſus à Pomp.& Craſſo 64
Senatores Romæ DCCCC. 146
Senatoribus ne ludis dimicarent,interdictum 236
Senator pro gladiatore pugnat 282
Senatores in ueſtibulis ſuarum domorū epulantur 282 (303
Senatoribus peregrinationes interdictæ
Senatus præſidio armatorū ſe munit 171
Senatus in Cæſarem Octauianum uicto Antonio iniuriæ 196
Senatus examen habetur 303
Senatus exāmē, & Senatorum numerus ſub Auguſto 324
Senatus cenſetur & legitur 331
Senatus in conueniendo ſanctimonia, & tempus 332
de Senatus conuentu lex ab Auguſto fa-
Senatus delectus 341 (cta.337
S.C.à quot Senatoribus cōficeretur. 334
Senatuſconſultū quid ab autoritate diffe rat 337
S.C.de ambitus reis.27 de prouincijs capeſſendis.83.87 de obliuiſcendis iniurijs.158 quo immodica potentia magiſtratibus abrogabatur.196 de XX. uiris & Tribb.pl.eligendis.331 de differendis ſupplicijs 377
Seneca,L.Anneus.
Seneca exulat.409 Neronis præceptor. 506 eiuſdem liber ἀποκολοκύντωσις.420 crimina.511 opes.512 eius contra Neronem conſpiratio.518 interitus 519
Senecio,Herennius.
Sentinates 225
Septa 314
Septemuiri 232.304
Septimius,Lucius. (150
ſepultura intra Pomœriū Cæſ. cōceditur
Sequani & Hedui ab Ariouiſto preſsi à Cæſare auxilium impetrant 50
Serapidis templū demoliri iuſſum.88.121
Serapidis templum ædificari iuſſum.207
Serapio 267
Serapio uates 610
Seras Philoſophus 549
Serdi Thraces 284
Seretium Dalmatiæ captum 355
Sergius Galba 32 (Prætor.74
Sergius Galba in Veragris rem gerit 58
Sergi⁹ Sulpici⁹ Galba (qui Imperator poſt Nerone fuit) uirilē togā ſumit 361
Serg.Sulpicio Galbæ imperium delatum 525 Vide Galba
Sericæ cortinæ ludis 140
Sertorius,Nænius.
Seruilius Caſca,P.
Seruilius Iſauricus,P.
Seruilius,M.
Ser.Cornel.Cethegus Conſul 368
Seruius Iulianus perit 572
Seruius Sulpicius Rufus Conſul 91
ſeruo contra dominum dicenti Cæſar credere noluit 105
ſerui in Senatum allecti 232 (prius.233
ſerui ſupplicio afficiendi cur manumiſsi
ſeruum contra dominū quęſtioni ſubijcere uetitum 338
de Seruis ægrotantibus edictum 418
Seſtius,L.T.
Setinus,Fuluius.
Seuera,Aquilia.
Seueriani obitus 557.562
Seuerianus 597
Seuerus imperator 70 (tes.198
Seuerus Imperator,eius largitio in mili-
Seuerus Conſul 575 (acta.584
Seueri,Pæoniæ præfecti, cōtra Iulianum
Seuerus fit Imperator.585, & quæ egerit inde. ut Byzantiū uicto Nigro ceperit 588 inde

Seueri bellum contra Adiabenos, Oſroenos & Arabes.590 cōtra Albinum.591 Parthos. 593 parentat Pompeio. 594 it in Ægyptum.ibid. in Britanniā expeditio 600 mors 602
Seueri legiones 346
Seuerus, Cæcina, Iulius.
Sex. Ælius Catus Coſ. 336
Sex. Apuleius Coſ. 280
Sex. Apuleius Conſul, cognatus Augu-(ſto.360
Sex. Bœotus philoſophus.565
Sex. Clodius Antonij magiſter 176
Sex. Iulius Syriæ à Cæl. præfectus, & eius interitus 211
Sex. Marij potentia, & interitus 388
Sex. Nonius Quintilianus Coſ. 349
Sex. Pacuuius, ſeu Apudius, Trib.pl. Auguſto ſe conſecrat 313
Sex. Papinius Coſ. 390
Sextus Pompeij F. fratri ſe coniungit. 141 eius acta in Hiſpania, utq; impunitate & paternorum bonorum reſtitutione propoſita inde exceſſerit.169 rei naualis præfectura à Senatu traditur.196 de nece Cæſaris damnatur.199 contra Anton. & Lepidū uocatur. 200 proſcribitur, & proſcripti ad eū confugiunt.206
Sexti Pompeij uxor, filia L. Scribonij Libonis 226
Sextus Pomp. quomodo Siciliā occuparit.ib. Neptuni filius habitus.227.238 filiam M. Marcello deſpondet.234 uictoria eius contra Cæſarem.242 uincitur naumachia 244 fugit uictus ex Sicilia, & eius conſilia.245 247 affectās Antonij imperiū, capitur & occiditur in Phrygia 248
Sex. Pompeius (alius à Magni F.) Conſul.248 Auguſto cognatus fuit 360
Siāletæ Thraces 334
Sibyllinum oraculum de rege Ægypti.61 de Parthis 153
Sibyllini libri deſcripti 326
Sibyllinum oraculū, eorumq; diſcretio à Tiberio facta 376
Sicambri.70 Romanos adoriuntur 83 Galliam infeſtant 328
Sicambris bellum facit Druſus 333
Sicilia Cæſar potitur 99.106
Sicilius, Pub.
Sicoris flumen 100
Sidius, C. Cn.
Sidon libertatem amittit 322
ſigillum Cæſaris Octauiani, aliorum Imperatorū, item Galbæ.273 Syllæ, Pom-(peij.119
Silanus in bello Dalmatico 355
Silanus, Appius, Iunius, M. Nerua.
ſilere, uox imperandi ſilentij 559
Silio, Vmbonius.
Silius, C.
Silius Meſſala 615
Silius Meſſala Coſ. 585
Silius, P.
Silo, Vpedius.
Similis uir egregius 562
ſimilitudinis formæ exemplum 573
Simplex, Cæcilius.
ſimulacrum graditur 237
ſimulatè quæ fiant, magis odio haberi, q̄ quæ ex ui 284
Siſcia Pannoniæ urbs 254
Siſenna, Cornelius.
Siſenna Gabinij filius 72
Siſenna, T. Statil.
Silentius, Cornel.
Sitas Dentheletarum rex 283
Sittius, P.
Soæmis 613
Soæmus Itureorum rex 396
Soli urbs 12
Solomonis ſepulcrum 361
Solon, Iulius.
Solonis exilium 47
Solonium oppidum 32

SOMNIA.

Somniū Adriani.557 Antonini Philoſophi 571 Antonini.610 Auguſti 328 Cæſaris.34 Cæſaris Gadib.101 Dionis.578.611.619 de Octauio Cæſare diuerſorum.166.167 Fauorini.558 Plautiani.598 Sacerdotis 588 Seueri.585.597 Theſſali cuiuſdā, & aliud medici Cæſaris Octauiani.217 T. Seſtij 227 Traiani.550 Veſpaſiani.536 uxoris Cæſaris 153
Sophiſtæ puniti 539
Sophonius, Tigillinus.
Sophonij Tigillini nequicia 516
Sorani interitus 519
Soſsium Cæſar uenia proſequitur 272
Spartanos Auguſtus honore afficit 322
inter Spectacula populus prādere incepit (32
ſpectacula caſtrenſia 316
ſpectaculorū leges ac conſuetudines 394
Sphærus Cæſ. Octauiani pædagogus. 232
Spinther, in P. Cornel.

Sporus

Sporus exciditur, & nubit Neroni 520
eius exitus 533
Statianus, Oppius.
Statilius Coruinus Coſ. 415
Statilius Q.
Statil. Taurus, Siſenna.
Statilius Taurus Africam Cæſari occupat. 246 bellum contra Dalmatas gerit. 255 in bello Actiaco. 262 cõtra Aſtures bellum gerit. 281 Amphitheatrum ſuum dedicac 283
Statilius Taurus Conſul 314
Statilius, T.
Statius, L.
Statius Murcus ad Sext. Pompeium uenit, & ab eo necatur 227
ſtatua Cæſaris cum ſtella in capite 168
ſtatuæ ex collatione 333
ſtella Cæſaris 168
Stephanus 547
ſtipendia quando primùm data prouinciarum adminiſtratorib. 310
Strabo, Pompeius, & Seius.
ſtratagema 592
ſtratagema Corn. Galli in nanibus hoſtium capiendis. 276 Craſsi. 283 Decebali. 545 D. Bruti. 194 Labieni. 83 Pompeij. 19 Sabini. 69 Ventidij. 248
Stratonica Mithridatis uxor 21
Stratonicea 229
ſtrenæ prohibitæ dari Imperatori 375 408
ſubitorum beneuolẽtia cum primis domino opus eſſe 22
ſubitorum caſuum uis 114
Subrij Flauij in Neronem dictum 519
Suetonius Paulinus Mauros domat. 409 fit Conſul 520
Sueui profligati 283
Sulpicianus, Flaccus.
Sulpicij Aſperi in Neronem dictum 518
Sulpicij Camerini obitus 524
Sulpicius, Q. Rufus, Seruius, Sergius.
ſumptuaria lex 66. 140
in Supplicijs cõſtituendis modum quendam requiri 12
Sura, Licinius.
Surdinius Gallus 417
Surenas regis Parthorũ præfectus, Craſſum per dolum occidit 82
Surrentum 303
ſuſpicionum cauſæ 54
ſutor quidã Caij inſaniã liberè ridet. 404
ſycophantarum mos in decipiendo 379
Sylla unde tyrannus factus 10
Syllæ lex de Pontificibus 29
à Sylla proſcriptorum filijs ius petendorum magiſtratuum Cæſar reddit 100
Syllæ ſtatuæ deiectæ. 119 repoſitæ 147
Syllæ ſigillum 119
Syllam ſibijpſi manus intuliſſe 292
Sylla, Cornelius, & Fauſtus.
Syllani percuſſores in ius uocati 21
Syluanus, Plautius.
Symbolum locus 214
Symphorium caſtellum 21
Syria à Ventidio recepta 249
Syriaci interitus 380
Syſsius Flaccus Coſ. 578

T

TAbernæ cauponum deſtruũtur à Claudio. 408
Talaura 4
Talymenus Ilaces Meſopotamiæ præfectus 77
Tameſis fl. Britanniæ 75. 414
Tanaitica regio 17
Tanape regia Æthiopum 321
Tanuſiæ fides in maritum 204
Tapæ 545
Tarans Caracalli cognomen 611
Tarcondimotus 323
Tarcondimotus Caſsij auxiliarius 211
Tarcondimotus Cilicum princeps Pompeio contra Cæſarem opitulatur, eiq; Cæſar uictor ignoſcit 113
Tarcondimoti interitus 262
Tarſenſes Cæſaris ſtudioſiſsimos Caſsius ſibi adiungit. 211 ijdem ſe Dolobellæ dedunt. 212 à Caſsio puniuntur 213
Tarſus Iuliopolis dicta 211
Tauresius, L.
Taurisci Romanis rebellant 253
Tauromenium 242
Taurus Statilius Italiam regit 327
Teleſinus, C.
Telluris ædes 154
tempeſtas Romæ uehemens 36
templum Hieroſolymitanum quale. 24
Tenchtheri à Cæſare uicti 70
Terentia Mæcenatis uxor à Cæſare amata. 327
Terentius, M. Varro.
Terentius Varro Salaſſos ſubigit 315
Teridates Parthiæ rex 390
Teridates Parthus rebellat Phraati, & uictus in Syriam fugit 280
Teridates Romam uenit 318

Teridatis Parthi Romam aduentus 520
Terpnus à Nerone uictus 512
terræmotus horrendus Antiocheæ 554
Cyzici 564 | Smyrnæ 570
teſſera Claudij 417
teſſaræ in populum proiectæ 256.395
teſtamétum Auguſti.361 Cæſaris.159 Tiberij & Liuiæ 391
teſtamentum facere exulibus prohibitū. 378
teſtudinis militaris deſcriptio & uſus. 251
Thapſus Africę urbs, ibiq; uictoria Cæſaris 134
Thaſus 215
theatrum corruit 36
theatrum Cornelij Balbi.330 M. Marcelli.147 330 Pompeij 67
Themiſtoclis exilium 47
Theocritus ſaltator 608
Thera inſula 418
Theriaci uſus 566
Theſſalonicæ Pomp.& Senatus moratur 107
Thraciæ populi à M.Craſſo domiti 284
Thracum perfidia in Romanos 3
Thraſea, P.
Thraſeæ Pæti exitus 519
Thraſylla, Ennia.
Thraſyllus præſtantiſsimus aſtrologus. 341 Tiberium ſpe longioris uitæ decipit, & moritur 390
Thucydides in agro ſcripſit 47
Thyrſus Cæſ.libertus ad Cleopatrá miſſus 275
Tiberinus 614
Tiberis ſtagnat 313
Tiberis diluuium 73
Tiberis inundatio 319.345.390
Tiberis procuratores inſtituti 374
Tiberius Cannutius Trib.pl.Oct.Cæſaré adiuuat 168 peris 225
Tiberius Claudius Nero bello Alexádrino Ægyprios uincit 126
Tiberius Claudius Nero maritus Liuiæ Druſillæ ex Italia fugit cum coniuge & filio 225
Tiberius Druſi Filius cur ab auo Tiberio neglectus.388 imperio & uita à Caligula ſpoliatur 391

TIBERIVS Claudius.

Tiberius ab Auguſto adoptatur, Tribuniciam poteſtaté accipit, & Germanicum adoptat.341 an interfuerit obitui Auguſti.361 confecto bello Dalmatico & Pannonico Romam redit.351 è Rhodo Romam redit.341 gener Agrippæ, deinde Auguſti, ſucceſſorq; Agrippæ. Pannonios domat.333 Dalmatas, & Dacos.334 Germanicum ſuſpectū habet.370 Imperator fit, utq; initio ceperit Imperium eiuſq; uirtutes 369 q̃ moderate id initio, & uiuēte Germanico geſſerit.371 inde. eius nomina.ib. in Armeniam miſſus.323 in Germaniá miſſus ſecúdum cladem Varianam.358 inuidioſus homo.378 iterum ad bellum Dalmaticum miſſus quæ geſſerit. 355 Latinę linguæ diligens.374 matris ſuæ faſtum non fert.373 Rhætos debellat.328. Romæ appropinquat, nec tamé intrat.387 Roma ſecedit.379 Capreis degit.381 Seianū quo aſtu aggreſſus.380 ſua ipſius uitis publicat & teſtata facit 378.389
Tiberij acta irrita fiūt.395 aſtrologiæ peritia. 341 auaricia, crudelitas, iniuſtitiaq;.386 caluitium irridetur.387 collegæ in conſulatu, omnes malè petierunt.377 Conſulatus. 336 ſecundus Conſulatus & triumphus.339 Conſulatus tertius.368.IIII.377 in poſteros odium 389
Tiberij foſſa 255
Tiberij in Auguſtum funebris oratio. 362
Tib. in filium ſeuerè dictum.373 in Germaniam expeditio, inde in Dalmatiá 348 ingenium, mores, conſilia.368 inde. laudabile circa rem fœnebrem factū 387 item quòd delatores occidi iuſsit ibid. libidines inde.388 liberalitas. 376 liberalitas in eos, quibus incendium incommodauerat 390 ut magiſtratus uarijs cōtulerit.387 mors, quam diu uixerit, & imperarit.390 natalis, utq; menſem à ſe nominari noluerit. 376
Tiberij nepos moritur 374
per Tiberij nomen non iuratur 407
Tiberij prætura 327
Tiberij teſtamentum irritum factum.391
Tiberio prætorij honores dati.323 priuilegium datum in petitione magiſtratuum. 316 Tribunicia poteſtas data 340.360 in Rhodum recedit Tiberius ibidem

Tiberium cur Auguſtus ſibi ſuffeciſſe creditus. 367. 374 Priamus felix dictus à Tiberio. 389
Tifata 121
Tigellinus, Sophonius.
Tigellini Sophonij exilium 402
Tigranes pater, Pompeio ſe dedit 17
Tigranes filius in patrem impius 16
Tigranes frater Artabazi 323
Tigranes à Phraate uincitur. 20 cum eo in gratiam redit ibid.
Tigranes apud L. Flauium detentus 48
Tigranes in Armenia L. Fanniũ obſidet. 2
Tigranis frater Niſibi à Lucullo captus. ibid.
Tigranocerta capiuntur 1
Tigris quando primùm uiſa 323
timor conſilium non admittit 114
Tingitana Mauritania 409
Tingitanis ciuitas datur 236
Titanum refugium 284
Titianus, Flauius.
Titiſienus Gallus 225
Titiſienus Gallus Sex. Pompeij legatus. 244 Cæſari ſe dedit 245
Titius, M.P.
Titius ad Cæſarem ab Antonio transfugit 258 rem gerit 262
Titij Rufi interitus 400
Titurius, Sabinus, Q.
T. Annius Milo Ciceroni reditum conficit Tribunus plebis 59 Vide Milo
T. Cariſius cõtra Aſtures rem gerit 315 eius faſtus 321
T. Labienus C. Rabiriũ cædis Saturnini poſtulat. 26 Labieni rogatio de Pontificatu 29
T. Labienus Treuiros uincit. 77. 83 uicto Pomp. ad Catonem proficiſcitur 117 ſe Cn. Pompeio F. adiungit. 141 Labienus Parthorum in bello contra Romanos dux, Phœnicẽ & Ciliciam ſubigit 229 inde. Labienus à Ventidio uictus ibid.
T. Munatius Plancus Tr. pl. populum ob cædem Clodij concitat. 88 damnatur in iudicio 90
T. Munatius Plancus ab Aquila ſuperatur. 195
T. Quintius Criſpinus Coſ. 336
T. Statilius Taurus Coſ. 359. 415
T. Statil. Taurus Siſenna Coſ. 374
T. Vinius 204
T. Scapula militum à Cæſare ad Pomp. F. deficientium dux 141
T. Seſtius Antonij rebus ſtudet, eiusque res in Africa geſtæ 227 inde
Titi amphitheatrum, balnea, ludi 542
Titus capit Hieroſolyma. 537 Imperator deſignatur. 536 Imperator poſt patrem 540 cum Auguſto confertur. ibid. patrem Veſpaſianum eripit periculo 418 eius mors 543
Togata Gallia 201
Togodumnus 414
Toloſa 49
Toranius, C.
Torquatus, Manlius.
Toſpaſini uallum 555
Traianopolis 557
Traianus, Vlpius.
Traiani legiones 346
Trebellius, L.
Trebonius, uide Caius.
Treuiri deficiunt, et uincuntur. 77. 83. 281
Triarius Mithridatem uincit, & uincitur ab eo 3
Triballi 284
Tribunal loco motum 147
Tribunicia poteſtas Imperatorum 312
Tribunorum militũ pro Conſulibus conſtituendorum mentio facta 187
Tribunus pl. Conſulẽ in carcerẽ ponit. 33
Tribuno plebis noctẽ abeſſe ab urbe non licet 31

TRIBVNORVM plebis Catalogus.

A. Gabinius 7
L. Trebellius
L. Roſcius ibidem
C. Cornelius 12
C. Manilius 13
C. Papius 21
Metellus Nepos 30
M. Cato 31
Q. Minucius ibid.
Flauius 33
P. Atinius 38
P. Clodius 40
L. Ninnius Quadratus 41
T. Annius Milo 59
C. Cato 61
A. Plautius ibid.
C. Atius Capito 65
P. Aquilius Gallus ibid.
C. Trebonius ibid.
Q. Pompeius Rufus 87
T. Munatius Plancus 88
Curio 91

Q.Caſsius Longinus 94
M.Antonius ibid.
L.Metellus 98
C.Epidius
L.Cæſitius Flaccus
Heluius Cinna 151
C.Toranius 316
L.Antonius 169
L.Trebellius
Dolobella 122
M.Terentius Varro 206
Nonius Balbus 258
P.Falcidius 232
P.Seruilius Caſca
C.Caſca 165
P.Titius 199
Sex Pacuuius ſeu Apudius 313
Tribuni plebis malas leges promulgant. 26 tumultuantur Romæ 87
Tribunorũ pl.poteſtas ſub Tiberio 375
Tridentinæ Alpes 328
Trio,Fulcinius.
Triumphalis currus 394
Triomphalis porta 366
TRIVMPHI.
Triumphus Cęſaris,Fabij & Pedij de bello Hiſpanico.145 Cæſaris.138 tres Cęſaris Oct. 281
triomphus C.Carinæ de Morinis 282 Claudij Cæſ. 415 Domitij Caluini de Hiſpanis.235 Lepidi.132 L.Antonij de Gallis.221 Marij.ib. Pompeij.24. 25 C Pomptini.74 Tiberij.339 Ventidij de Parthis 249
triumphos omittere, & contentos eſſe triumphalibus honoribus, unde tractum 330
In Triumphis magiſtratus pręcedit triũphantem 282
Triumuiratus Cæſaris, Antonij, & Lepidi.201. inde. in aliud quinquenniũ protogatur 240
Triumuirorũ acta rata eſſe iubentur 232 antiquantur 305
Triumuiris honores decreti,et eorum dictum 206
Triũuitis urbis cuſtodis mandatur 232
Troia ludus equeſtris 139.227.282
trophæum Mithridatis de Triario,et Cæſaris de Pharnace.128 trophæa dijs belli ſacra,euerti fas non eſt ibid.
trophæum de orbe terrarum Pompeij 25
trophæa Pompeij in Pyrenæo 101
Tubero,Ælius.
Tuca urbs 227
Tollianum locus in carcere 189
Tullius Cimber, percuſſor Cæſaris, eius res geſtæ 213
Tullius,L.M.Cicero.
Tullus,Volcacius.
tumultus Romæ comitijs Conſularibus 322
Turbo uit clarus 562
turres Byzantij miræ 590
Torullius Pub.
Tuſcus,Cinna.
tutor Senatori cuidam datus à Tiberio. 378
Tyana 595
Tyrrhenus lacus 239
Tyrij donarijs Herculis à Cæſare ſpoliati 128
Tyrijs libertas adimitur 322
Tyrus Parthis reſiſtit 229
V
VAccæi 71 rebellant 281
uale 562
Valens.C.
Valeria Meſſalina Claodij uxor, eiusq; uitia & cædes. 409 413 & inde. ſtupra eius,& exitus 418
Valerianus Pætus 615
Valerianus Seueri legatus 587
Valeriani milites Lucullum deſerunt 4. à Pompeio recipiuntur 14.
Valerius,L.M.
Valerius Aſiaticus Coſ. II. 416 eius interitus caoſa 418
Valerius Aſiatic' optat ſe eſſe cædis Caij autorem 405
Valerius Largus.Ælius.
Valerius Largus qualis homo 314
Valerius Meſſala,M.
Valerios Meſſala Augur fit.247 Salaſſos domat 255
Valerij Meſſalini res geſtæ bello Dalmatico 348
Valerios Potitus Coſ. 281
uallum è cadaueribus congeſtum 144
Varro,M.Terẽtius,Viſellius, & Alfenus.
Varus,Attius,P.
Varus Marcellus 613
Varus,Quintilius.
Varus in Africa contra Cæſarem bellum gerit 131
Varus ſe Cn.Pompeio F.adiungit 148
uaſorum,

uaſorũ, & ueſtium luxus lege inhibitus. 374
uates, aſtrologi.
uaticinium 617. 610
uaticinia certa 548
Vatinius, P.
Vatinius Neronis aſſentator 523
Vatinij copiæ ad Brutum deſciſcunt. 209
Vbij 70
uectigalia abrogant Romani 33
uectigalia in tributum mutata 116
uectigalia noua 232
Vectius, L.
Vedij Pollionis opes, crudelitas, mors. 329
Velitræ Volſcorum oppidum 166
uelum inter Auguſtum funebrẽ orationem habentem, & cadauer, expanſum 332
uela ex pellibus confecta 68
uenationis ſtudioſus Adrianus 560
uenationes 66
Veneti à Cæſare uincuntur 67
Vennonetes contra Romanos 328
Ventia urbs Galliæ 32
Ventidius, P.
Ventidius Galliæ ab Antonio præfectus, Cæſaris milites tranſitu Alpium prohibet. 224 de Parthis & Labieno, & Pharnapate uictoria 234
Ventidij contra Parthos ſtratagema & uictoria 248. inde
Venus genitrix 256
Veneris templum à Cæſare factum 139
Veneris templum Traiani 558
Veragri Romanos in hybernis adorti 88
Vercingetorix dux Aruernorũ, 84 uincitur à Cæſare. 85 eius in ſuos crudelitas. 86 ſe dedit Cæſari, & in uincula conditur. 86 necatur 138
Verus, Antoninus, & Anneus
Verus, L.
Veſuuij conflagratio 541. inde. 597
Veſontio urbs Sequanorum. 50 obſidetur à Rufo 526
Veſpaſianus, Flauius.
Veſpaſianus quibus occaſionibus ad Imperium adſpirarit. 532 inde. 536 auaricia. 537 legiones. 346 mors 540
Veſtalibus uirginib. lictores conceſsi. 209
Veſtales ex libertinis 345
ueſtis mutatio quando facta 28. 42. 64. 87. 89. 192. 198
Veter, Antiſtius.
Vetraſius Pollio 387
Vettius, L.
uexillum cæruleum 281
uexillum in Ianiculo quando & cur poſitum 27
Vezinas Dacus 545
uia inter Sinueſſam & Puteolos ſtrata. 547
uiarum refectio 314. 322
Vibius, C.
Vibij Criſpi facetè dictum 531
Vibius Rufus 375
Vibius Rufus ſella Cæſaris utitur, & Ciceronis uxorẽ in matrimonio habet, Conſulq́; fit 375
Vibuleni Agrippæ obitus 388
uiciſsitudo rerum 21. 47. 531
Victoriæ imago 282
uictoriã cupiditas inſatiabilis ſequitur 1
Victorinus 572
Victorinus urbis præfectus 574
Vienna 200
uigeſima hæreditatũ & legatorum in ærarium militare inferri iuſſa 347
uigeſimas ut retinuerit Auguſtus 360
Vigintiuiri, magiſtratus 331
uiginti ſex uiri ibid.
Vindex, Iulius.
Vindex, M.
Vindicis præclarum dictum. 525 interitus 526
Vinicianus, Annius.
Vinicius, M P.
Vintelius, Q.
Vipſanius, M.
uirginem capitali ſupplicio affici impiũ. 384
Virginius, Rufus.
Virginius Rufus Neruæ collega 549
Viridouix Vnellorum dux 69
uirtus Fortunæ ſerua 219
Virtutis feſtum 327
Viſellius Varro Coſ. 368
Viſurgis fl. 333
Viſpalio, Q. Lucret.
uita quid? 562
uitæ humanæ incertitudo 116. 206
Vitellius, A.
Vitellius, L.
uitrum ductile 378
Vlla obſidetur à Pomp. 142
Vlpianus, Domitius.

Vlpius Iulianus 610
Vlpius Marcellus legatus Commodi. 573
Vlpius Traianus Coſ. 546
Vlpius Traianus, M.
Vlyſſes quo loco ad Calypſonem uenerit 239
Vmbonij Silionis caſus 415
Vnelli à Sabino uicti 68
Volcææ paludes 349
Volcacius, L.
Voleſus, L. Valer. Meſs.
Vologæſes bellum mouet, & uincitur à L. Piſone 334
Vologæſus contumax in Neronem 521
uoluntas naturã rerum non immutat. 46
uoluntas noſtra neceſsitati accõmodanda 46
uoluptas, eiq; non ſuccumbendum 102
uoto epiſtolæ ad Imperat. claudi ſolitæ. 372
Vpedius Silo Antonij legatus 235
Vrania Carthaginenſis, nupta Auito. 616
urinatores 589
Vſipetes 333
Vſipetes à Cæſare uicti. 70 Galliam infeſtant 328
Vticæ cuſtodiã Cato ſuſcipit. 131 Vticenſes Catonem publicè ſepeliunt 135
Vticenſibus ciuitas datur 247
uxoris pudicæ officium 51
Vzita Africæ oppidum 133

X

XAnthos à Bruto capta 214
Xenophon ruri ſcripſit 47
Xiphilinus, Ioannes.

Z

ZArmarus Indus ſe in ignem mittit. 323
Zela, ubi Cæſar Pharnacem uicit 128
Zenodorus tetrarcha 323
Zenodotia urbs, & ciuium in Romanos perfidia 78
Zeugma 79
Zoberes Albaniæ rex 250
Zona Africæ oppidum 228
Zoticus, Aurelius.
Zyraxes Geta 284

FINIS.

ERRATA.

In numeris b 3. columna 1. pro 12 ſcribe 28 e 3. col. 2. pro 42 ſcribe 55 r 5. col. 1. pro 187 ſcribe 201 K 2. pro 389 ſcribe 387 deinde altera col. 388 K 3. col. 2. ſcribe 389 altera 390 K 4. ſcribe 391. 392 K 5. 393. 394 Ternione B b. col. 1. pro 595 ſcribe 565 Pagina 20. aduerſam, ſcribe aduerſam 30. Iunius Syllanus, ſcribe Silanus 64. odornatis, lege adornatis 65. Tribonio, lege Trebonio 68. uerè, ſcribe uerò 107. ad fl. Auam, ſcribe Anam 148. aduerſus Perthos, ſcribe Parthos 211. Rhaſcy polide, ſcribe Rhaſcipolide 226. Mutia, lege Mucia 256. in margine perticus, lege porticus 274. Arabij, ſcribe Arabes 340 C Antiſtium ueterem, Veterem ſcribe: eſt enim cognomen 368. G. Cæcilio, ſcribe C. Cæcilio & pro iuſto, Vetere, ibidem 382. in margine, in curtendo, in euertendo pag. 436, ante hæc uerba, Quo tandem à Cæſare ſuperato, initium eſt libri apud Dionem XLIII. pag. 522. in margine, Neronis ad Vologeſum literæ: ſcribatur, Vologæſi ad Neronem literæ 542. in margine, & ludio: ſcribe ludi 546. Rufinus in margine, pro Rufus 561. in margine eſt ſcriptũ, Pharaſmanis contra Alanos res geſtæ. id totum dele 590. Claudius Latro, ſcribe latro. eſt enim nomen commune.

Si qua ſunt alia, ut caueri uix poteſt quin accidant, leuiora, candidus lector ea ſuo ingenio facilè & deprehendet, & emendabit.

BASILEAE, EX OFFICINA [redacted], ANNO SALVTIS
humanæ M. D. LVIII. Men-
ſe Martio.

FINE

LEG
R. CAL A
Via Val Sassina, 59
Tel. 809.223